UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Christiana Theologia.
Tomus primus

THEOLOGIA CHRISTIANA

DOGMATICO-MORALIS,

In duos Tomos, unico comprehensos volumine, contracta:

AUTHORE

P. F. DANIELE CONCINA,

ORD. PRÆDICATORUM.

Editio secunda Hispana, á pluribus mendis correcta, et Authoris Vita novissime aucta.

TOMUS PRIMUS

Præter APPARATUM, octo priores Libros complectens.

Indicem verò rerum omnium notabilium locupletissimum ad secundi Tomi calcem invenies.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
Rollo-15 MINISTERIO 19/1-5/85

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA DE NUEVO LEÓN

1080045262

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

SUPERIORUM PERMISSU:

MATRITI: Apud Viduam ÆLISÆI SANCHEZ, in Platea, vulgò, *de Santa Catalina de los Donados.* Anno MDCCLXVII.

46496

CONCINA

Compendium

Theologi

BX1751
C6
1767
c.1

BX1751
C6
1767

DE VITA, ET STUDIIS PATRIS DANIELIS CONCINÆ,
Ordinis Prædicatorum,

COMMENTARIUS HISTORICUS,

AUCTORE LAURENTIO RUBEO, PRESBYTERO FOROJULIENSI.

Honoratorum virorum laudes memorentur. M. T. Cicero de Legibus, *lib.* II. 14.

LAURENTIUS RUBEUS, ECCLESIÆ FOROJULIENSIS
Presbyter: Lectori S.

JAM dudum de Danielis Concinæ O. P. Popularis mei laudibus dixissem, nisi fama, quæ multorum aures pervaserat, Venetos Patres, in quorum sinu eximius vir fato cessit, ejus vitam edituros, animum meum avocasset. Sed quum nihil adhuc protulerint, quæ antea pingui minerva collegi, publici juris facere constitui; atque hunc *Commentarium Historicum*, ceu grati Civis testimonium, & pietatis Concinæ honori destinare. In quo quidem elaborando usus sum commentario altero *de vita, & studiis P. Danielis Concinæ* inscripto, ab anonymo Auctore, elapso anno, Bononiæ evulgato, atque ab Ephemeridum Florentinarum Cl. Auctore etruscis litteris reddito. Adjumento mihi quoque fuit *Encyclica*, qua PP. Prædicatorii Ordinis acerbum Concinæ funus nuntiarunt, ex qua plura exscripsit, plura etiam omisit memorati commentarii Auctor. Quæ ad Concinæ familiam, atque in litteris institutionem attigi, à religioso viro O. P. Venetæ B. Jacobi Salomonii Congregationis consecutus sum; cætera vero vel ex ejusdem Concinæ elucubrationibus excerpsi, vel à viris gravissimis accepi. Si qua nihilominus minus accurata conscripsi, eos emendaturos spero, qui idem vitæ genus amplexi, eodemque in Stadio educati, plenius quam cæteri & Concinæ labores, & merita noverunt. Vale.

VITA P. DANIELIS CONCINÆ, ORDINIS PRÆDICATORUM.

PATER Daniel Concina, celeberrimus ætatis nostræ morum doctrinæ præceptor, honestis Parentibus Petro *Concina*, acerrimi ingenii viro, & Pascua *Cecconia* non vulgaris honestatis fœmina, natus est anno Æ. C. M.DCLXXXVIII. sexto idus Octobris *Clanzeti*, qui est Provinciæ Forojuliensis Pagus, in quo jus dicunt *Savorniani* Patritii Veneti, sexto lapide a *S. Daniele* ejusdem Provinciæ illustri Oppido, unde in eo Concinam primam lucem vidisse quidam scripsere. Sex filii *omotropoi* ex laudato conjugio orti sunt; quorum natu maximus inter mortales non multos annos exegit: *Daniel*, cujus gesta scribenda suscepimus secundo loco natus est. Huic succedit *Nicolaus*, lustrali nomine *Leonardus* appellatus, qui ann. 1712. III. Kalend. Octobris Ordinis Prædic. institutum professus, ea opinione doctrinæ, eoque plausu Philosophicas, & Theologicas disciplinas in Ordi-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS
DMU Raúl Rangel Frías
UANL
FONDO
A.R. PUBLICA DEL ESTADO

nis Gymnasiis docuit, ut anno 1732. augusto Senatus Veneti edicto Metaphisicæ profitendæ in Patavino Lycæo admotus sit. Ineunte hoc anno 1763. idibus Januarii vomica pulmonari extinctus est annos natus 69. cui Elogium instruxit Ephemeridum Florentinarum Auctor. In eodem Gymnasio, quo *Nicolaus* doctrinæ præstantia claruit, alter ejusdem germanus frater *Petrus* Theologiæ laurea donatus est: hunc sequitur *Jacobus*, qui rei domesticæ curam gerens, familiam, & opibus, & honoribus nobilitavit: *Balthasar* denique natu minimus Fratribus, quos *Conventuales* dicunt, adscriptus ipso ætatis flore decessit, magnus profecto vir evasurus, si ipsi diuturnior lucis usura contigisset.

Sed his nemo clarior, nemo illustrior Daniele fuit, à cujus institutione tradenda Fratrum genealogia paululum nos avocavit. Hic igitur nobile, sublime, ac erectum ingenium fortitus Parentum excitavit industriam, ut de puero erudiendo, rectèque instituendo cogitarent; quorum proinde voluntate Goritiam concessit, ubi sub eximiis Societatis Jesu Præceptoribus prima posuit tyrocinia litterarum, eosque conscientiæ suæ arbitros plures annos habuit. Horum igitur magisterio humanioribus litteris, & moribus mirifice adeo excultus est, ut magnum virum futurum ominarentur. Nam quemadmodum ab exorientis autoræ lumine, atque nitore licet nobis de totius diei serenitate; ita etiam ex celeritate arripiendi, retinendique ea, quæ à Magistris tradebantur, Parentes, omnesque cives matura ætate summum virum, ac multarum virtutum laudibus excellentem fore augurabantur: Quorum proinde ne expectationem ille eluderet, qua erat indole virtutis, ut accepta dona fœlicius etiam Deo redderet, quum vigesimum ætatis annum attigisset, arctius vitæ genus amplecti, ac sub sanctissimis Patriarchæ Dominici legibus vivere, ac militare statuit. Anno igitur 1707. Dominicanæ familiæ nomen dedit. *Conelliani* in Cœnobio SS. Martini, & Rosæ Venetæ Congregationis B. Jacobi Salomonii. In qua pietatem, ad quam à PP. Societatis præformatus fuerat, singularis probitatis viro institutente P. Angelo *Rosa* Lucensi, excoluit, ac ad profitenda religionis vota se uberius comparavit; quæ evoluto tyrocinii tempore Sacramento firmavit decimo septimo Kal. Apriles anni insequentis. Philosophiæ exin gnaviter incubuit P. Sebastiano *Baita* præceptore usus; Theologiam vero hausit Venetiis in Collegio Sanctissimi Rosarii, præeuntibus P. Dominico *Andriosio* Dionysii *Delphini* Patriarchæ Aquilejensis amicitia, & existimatione claro, ac optimarum Artium in memorato Collegio restauratore, & P. Joanne Alberto *Zanchio*, à quo mense Junii 1716. Philosophiam edocendi munus consecutus est, quam *Forojulii* magna sui nominis fama, & discipulorum utilitate professus est; ubi Theologicas Disciplinas etiam edocuit, quas postea demùm Venetiis solerter omnino, subtiliterque tractavit.

Sed in litterario ludo diu manere non potuit ob paulo infirmiorem oculorum aciem, quam quum in dies debilitari animadverteret, ne ipsa destitutus, inutilis in vinea Domini servus otiaretur, concionibus eluculandis, singulari divinæ providentiæ consilio animum adjunxit, ac assidua Sanctorum Patrum lectione, longa sacrarum Scripturarum meditatione, tanta rerum divinarum scientia pectus complevit, ut brevi inter primos haberetur, qui in eodem studii genere totos se collocassent. Omnia in eo aderant, quæ in absoluto, ac perfecto Oratore desiderantur: formæ dignitas, oris decor, orationis elegans copia; quibus dotibus benigna præ cæteris illi Parens natura summam addidit canoræ vocis suavitatem, gratissimum in pronuntiando sonum, motum denique corporis cum summo lepore, ac venustate conjunctum. Quæ corporis, animique dotes clarius etiam emicabant, quod eas cum incredibili morum sanctitate, atque innocentia ita conjungebat, ut non satis constaret utrum ille doctior, an melior vir esset. Quæ si in Oratore desint, omnia quæ sunt in eo, bona vilescunt. Quum igitur veri, summique Oratoris laude flueretur, verbis exequi vix possumus, quam avide ab illustrioribus Præsulibus expeteretur, ut eorum curæ concreditis ovibus apostolicum impertiret eloquium. Quod quidem non persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, adulteratisque mollioris eloquentiæ figuris, & modulis enuntiabat, sed efficacibus verbis, solidisque sententiis proponebat, quæ acres, vibrantesque in audientium sensus invaderent, irrumperent, penetrarent, in eisque quasi quosdam aculeos relinquerent. Hinc non paucos, qui à recta vivendi ratione deflexerant, salutis viæ feliciter restituit, eosque præcipue quos criminum vincula arcte adeo devinxerant, ut eorum solutio magnæ molis opus crederetur. Quo eorum ora obstrui possent, qui Concinam modica, vel nulla Christianorum utilitate è sacro fugestu dixisse evulgarunt. Maximo igitur auditorum profectu verbum Dei enunciavit Neapoli, Florentiæ, Venetiis, Mediolani, Ferrariæ, Bononiæ, Veronæ, Patavii, Cremæ, Brixiæ, Pisauri, Romæ, aliisque in urbibus. Ubicumque vero verba faceret, simul ac auditum erat eum esse dicturum, templa ita complebantur, & corona multiplex apparebat, ut ampliora sæpe vix sufficerent, imo quandoque habendæ concionis horam coactus fuerit prævenire.

Non

Non ita porro apostolico munere detinebatur, ut viro otii impatientissimo non multum superesset temporis, quod librorum elucubrationibus impenderet. Igitur non voce tantum, sed & scriptis christianam Rempublicam juvit. Ac primo ea expendere cœpit, quæ Agiographi Antverpienses tom. I. Augusti in Comment. ad acta S. Dominici §. 33. & 34. memoriæ falsò consignarunt; ubi Minoritarum causam agentes propugnant D. Dominicum, paupertatem fundis, redditibusque vacuam in capitulo *Stoerarum* à D. Patriarcha Francisco didicisse. Tum ea ad examen revocavit, quæ P. Raphael de *Pornasio* O. P. in opere *de communi, & proprio Religiosorum* scripsit, quo evincit sæculi sui disciplinam illam fuisse, quam sub Ordinis initium servarunt sanctissimi fere omnes Dominicani Instituti Professores. Quum vero Pornasii fœtus post plures editiones anno 1723. prodiisset sub auspiciis Cardinalis *Ursini*, qui postea Benedicti XIII. nomine Petri cathedram conscendit, ac vereretur Concina, ne ejus libri editio iteraretur in quo præter plura S. Thomæ adversa, cum juvenes, tum senes scandalum pati, errandique occasionem sumere poterant, idcirco primo laudatam *Bollandistarum* sententiam; tum Raphaelis de Pornasio opinionem convellendam assumpsit sequenti libro sub confecto nomine *Caroli Antonii Plantamuræ*. Commentarius Historico apologeticus in duas dissertationes tributus; quarum altera, anticriticis animadversionibus refellit ea, quæ adversus paupertatis disciplinam à D. Patriarcha Dominico constitutam, intemperantiore critice scriptis prodiderunt Continuatores Bollandi, in commentariis nuper in acta ejusdem Patriarchæ editis; altera eandem disciplinam à laxioribus P. Raphaelis de Pornasio interpretamentis vindicat. 4. Venetiis 1736. apud Stephanum Monti. Ad hujus Commentarii calcem adjecit dissertationem Historicam. De origine disciplinæ regularis primum in Ordinem Præd. per B. Raymundum de Vineis XXIII. Magistrum Generalem ejusdem Ordinis instauratæ. Et Quæstiunculam Moralem. De Regularibus. Contra nonnullos Theologos, quos desinentes audierat, Regulares, qui theatra, & spectacula personati frequentant, nec excommunicationem incurrere, nec læthaliter peccare.

Atque hac ratione foras cœpit erumpere fervens illud desiderium pro recta Ethice pugnandi quo jam pridem tenebatur, quodque datis occasionibus manifestare deinceps nunquam destitit. Lucem aspexerat Parisiis *Dictionarium casuum conscientiæ* gallice concinnatum à Joanne *Pontas* juris canonici Doctore notissimo, ac post iteratas Galliarum editiones, tandem Luxemburgi latinitate donatum est. Qua in editione quum nonnulla invenirentur ad gallici regni opiniones, quæ alibi non obtinent, conscripta, occasionem inde nactus est Augustanus interpres novam elaborandi versionem, quæ aliis gentibus probaretur: Neque satis se fecisse ratus, si Gallorum placita aliquot expunxisset, plura etiam ita mutavit, & rescidit, ut non tam opus vertisse, quam contraxisse judicatum sit. His duabus latinis editionibus serio expensis, consilium cœpit Venetus Bibliopola tertiam cudendi, quæ utriusque defectibus careret, quæque quidquid boni utraque præfert, complecteretur; unde opera, & studio usus est Concinæ, qui scripsit. — Præfationem ad lectorem, & animadversiones critico-morales in menda Pontaiana cum actuario duorum casuum, qui in hoc Dictionario desiderabantur. — Extant hæc in Veneta Pontasii editione apud Antonium Bortoli 1738. fol.

Post adornatam *Pontasii* editionem, monasticæ paupertatis causa, quam in *commentario duplici* egerat, retractavit, publici juris facta. — Disciplina apostolico-monastica dissertationibus Theologicis illustrata, & in duas partes tributa, in quarum una de voto paupertatis vitæ communi circunscripto; in altera de cæteris ejusdem disciplinæ capitibus præcipuis disseritur. Accedunt selecta quædam veterum Theologorum monumenta ad Emin. Card. Albanum, &c. — 4. Venetiis ex Typographia Balleoniana 1739. Concinianam paupertatis Apologiam duo ex Dominicana familia Theologi P. Pius Thomas Milante, Regiæ Neapolitanæ Universitatis Professor, ac postea Stabiarum Episcopus, & P. Gundisalvus Caratini enervare tentarunt; alter in *vindiciis Regularium*; alter in *vita Claustrali*. Hos Concina sane expertus est acriores, quos mitiores habere debuerat. Editis tamen à Concellitis suis operibus respondit libro, cui præfixit titulum. — Defensio Decretorum Concilii Tridentini, & apostolicarum Constitutionum Romanæ Ecclesiæ adversus libros inscriptos: *Vita Claustralis*, & *Vindiciæ Regularium*. 4. Bononiæ (Venetiis) 1745. ad P. M. Benedictum XIV. Accedunt censura in censuram disciplinæ apostolico-monasticæ, & animadversiones in epistolam exegeticam P. Gundisalvi Carattini. — Adversus Carattinum edidit quoque Epistolam. — Ad Polycarmum virum clarissimum, in qua B. Nicolai Justiniani Veneti Monachatus à fabulis, vanisque commentis asseritur. — Tridenti 1746.

Controversia, quæ de paupertate monastica agitata fuerat paucis oppugnantibus, brevi extincta est; sed alia exoritur, quæ plures vindices nacta, longo temporis spatio, magna animorum

contentione perduravit. In ea enim tempora inciderat Auctor noster, quibus sinceræ morum regulæ, ac pleraque Christianæ disciplinæ capita tristem, deformataque faciem præ se ferebant. Vigebat enim (sed superis, ipsique Concinæ gratiæ, jam ad occasum vergit.) Theologia illa, *accommodatitia* nuncupata, quæ divina, & humana jura delinit, temperat, & accommodat humanis appetitionibus, tempori, & personis: leges, & præcepta Dei mollius inflectit, & detorquet ad hominum desideria; ac denique legum, & præceptorum jugum non excutit, sed illud suave efficere, exquisita arte, ac subtilissimis lenociniis studet. Ad hunc morum doctrinæ tradendæ modum sibi jam pridem non arridentem corrigendum, emendandumque nervos omnes, viresque contendit. Atque in primis modis omnibus egit ut jejunii Ecclesiastici leges in tuto ponerent, servarentque. Potestatem fecerat Benedictus XIV. Fidentino Episcopo, ut Quadragesimæ tempore à carnium abstinentia commissum sibi gregem dispensaret. Quam prudentissimus, ac vigilantissimus Præsul ovibus suis elargitus est ea conditione, ut quicumque Pontificia concessione uti vellent, jejunium servare tenerentur. Dura nonnullis, ac non ferenda visa est Præsulis præceptio; ut non defuerint qui eam improbarent. Hæc causam præbuere doctissimo Præposito Placentino Alexandro *Mantegatio*, ut laudati Antistitis partes defenderet, ejusque agendi rationem ab objectis vindicaret; edita ann. 1736. dissertatione latina eleganter exarata. Mantegatio responsum fecit Petrus *Copellottus* Italica *Diatribe* evulgata. Cui respondit Mantegatius, atque in sententiæ suæ confirmationem *Votum* etiam obtinuit à Cl. Ludovico Antonio *Muratorio*. *Mantegatii* Apologiæ, & *Muratorii* voto occurrerunt Petrus Copellottus, & Bartholomæus Casalius dissertatione Theologico-morali-critica. Neque hæc disputatio Æmiliæ finibus conclusa est, sed longius excurrens Genuam quoque pervasit, ubi solide, & erudite Abbas *Corbara Mantegatio* opinionem faventem propugnavit, & ab objectis P. Benedicti *Brignolez* tutatus est. Ne igitur tot libris tam antiquum de jejunio præceptum convelleretur, adversus *Copellottum*, & *Casalium* scripsit Concina. — La Quaresima appellante del foro contentioso d' alcuni recenti Casisti al tribunale del buon senso, è della buona fede del Popolo Cristiano, sopra quel suo precetto del digiuno dall' accoppiarsi coll' uso delle carni permesse pel solo nocumento del cibo quaresimale. — 4. Venezia 1739. presso Simone Occhi. Quod opus doctis viris adeo probatum est, ut trium mensium spatio vix unum Typographo exemplar superfuerit, qui propterea eodem anno idem prælo subjecit. Sed quæstio quæ extra litem constituta videbatur, ulterius progressa est. *Casalii*, & *Copellotti dissertationem* vindicandam sumpsit P. Hercules *Montius* Mutinensis, edita hujus apologia Lucæ 1740. Qua etiam Concinam arguit, quod sæpe *Probabilismi* verba faceret, cujus idea, & notione erat destitutus. Huic responsionem attulit Concina in 3. editione — Della Quaresima appellante coll' aggiunta d' un' intera dissertazione, in cui si confuta il libro intitulato: — Difesa della Dissertazione Theologico-morale-critica de' Signori Abbate Pietro Copellotti, ed Arciprete Bartolomæo Casali, &c. — 4. Venezia presso Simone Occhi. Lis interim hæc magna contentione agitata, ad Ecclesiæ Universæ Pastoris aures tandem accesit, qui ann. 1741. die 30. Maii Encyclicam *Non ambigimus*, evulgavit, *Mantegatii*, ac Concinæ opinioni respondentem. Quum vero ex hac Constitutione nonnulli solas illationes deduci posse contenderent, Pontifex ut horum ineptiis occurreret, aliam edidit Constitutionem *In suprema* eodem anno 22. Augusti. Utramque porro Constitutionem illustravit Concina in libro quem inscripsit: — La disciplina antica, è moderna della Romana Chiesa intorno al sacro Quaresimale digiuno, espressa ne' due Brevi: *Non ambigimus*, & *In suprema* del regnante Sommo Pontefice Benedetto XIV. illustrata con osservazioni Storiche, Critiche, é Theologiche, dedicata all' Emin. Principe Domenico Passionei, &c. 4. Venezia 1742. appresso Simone Occhi. Quum vero Compostellanus Archiepiscopus in decretis 1741. promulgatis hæreret, Pontifex, ut ipsi scrupulos eximeret, *rescriptum* ad ipsum dedit; quod Commentario Theologico Concinna excepit, ac vulgavit hoc titulo. — In Rescriptum Benedicti XIV. Pont. Max. ad postulata septem Archiepiscopi Compostellæ jejunii legem spectantia, Commentarius Theologicus. 4. Venetiis 1745. apud Simonem Occhi.

Sed Concinæ oculos, mentemque non effugerat, quod ipsi P. Herculem *Montium* objeciisse diximus; ideirco ut rectam *Probabilismi* notionem se habere demonstraret, atque ex Auctoribus quos Montius Concinæ ceu Magistros indicaverat unde Probabilismi ideam haurirer, profecisse noscerentur, universam Probabilismi, & Rigorismi Historiam conscripsit, eamque sub auspiciis Nerei Corsini S. R. E. Card. Reipublicæ litterariæ obtulit hac Epihraphe insignitam. — Della Storia del Probabilismo, é Rigorismo dissertazioni teologiche, morali, critiche: nelle quali si spiegano, é dalle sottiglieze de' moderni Probabilisti si difendono i principi fondamentali della Teologia Cristiana. 4. Tom. II. Atque hæc *epoche* quædam controversiarum est, quæ deinceps adeo fer-

ferbuerunt, ut ubique Probabilismi, & Rigorismi nomina insonarent. Perinde enim, ac si Concina hoc opere classicum cecinisset ad acie bellum conserendum, complures in ipsum insurrexerunt scriptores, inter quos PP. Jacobus Sanvitali, Nicolaus Ghetius, Joannes Antonius Lecchius, Bovius, Richelmius, Gagna, Balla, aliique, quorum in Auctorem nostrum adeo exarsit invidia, quæ magnam virtutem infectari solet, ut lucem umbra, ut nihil ferme sit in laudato opere, quod non vel tanquam vitiosum irrito conatu temarint reprehendere, vel uti absurdum neglexerint, vel ut ineptum irriserint, nullam denique ejus laudem prætermiserint, quam non sint conati labefactare, atque convellere; ut merito dicere liceat. — Majoribus prope odiis, quam viribus decertasse. — Sed omnis eorum labor in irritum recidit, imo illius splendor illorum clamoribus exagitatus, quasi vehementibus impulsa flatibus tœda, clarius corruscavit. Quare de Concina dicere possumus, quod de omnigenæ eruditionis viro protulit celeberrimus Bruxerus (in elogio Joannis Lamii) divinam scilicet Providentiam tot adversarios Concinæ parasse, ac decrevisse ad augendam nominis ejus, & virtutis famam. Nam ipse nunquam sibi, vel bonæ causæ defuit, nunquam nisi victor ex arena discesit.

Probabilismi, & Rigorismi Historia evulgata recens Concinæ exhibetur occasio qua se puriori doctrinæ propugnatorem, non afiro percitum, ostenderet. Prælo vulgaverat P. *Bentius* dissertationem in *Casus reservatos Venetæ Diœcesos*, qua propugnat vellicare genas, & mammillas tangere Monialium esse actus subimpudicos de se veniales, & solum ex pravo affectu, vel ex prava intentione mortales. — Vix lucem viderat hæc dissertatio quam religiosi Viri ejus legendæ copiam Concinæ fecere, enixe efflagitantes, ut enormiter læsam à Bentio castitatem vindicaret. Quorum votis antequam faceret satis, Auctorem monendum duxit, ut propositam opinionem scandali plenam revocaret. Sed monitis Bentii non paruere aures; quare adversus ejus dissertationem diu pugnare non distulit, ac typis commisit epistolas. — Theologico-morales ad Illustrissimum Episcopum N. N. adversus librum inscriptum: Dissertatio in Casus reservatos Venetæ Diœceseos. — 4. Venetiis apud Simonem Occhi. Post Concinæ opusculum, Bentii sententia ad Romanam Sedem delata est, & censura notata, jussusque Auctor palinodiam canere. Quod quum ex Scriptoris nostri Epistolis evenisse videretur, nonnulli detestanda in vulgus spargere scripta, quibus tanti viri famam prestrinxere. mores, & dogmata peracerbe omnino, ac inurbane lacerarunt, & ne injuriarum cumulus desideraretur, *famosum* edidere *libellum*, ut eum existimatione disjicerent, omnique commendatione ingenii, atque virtutis spoliarent. Sed tanti viri honori prospexit Benedictus XIV. impio, sceleteque libello proscripto. Eo tamen libello Concina, Socraticæ plane constantiæ vir, ne minimum quidem motus est, adeo ut ne iterata damnati libelli editio responsionem extorquere ab eo potuerit, contra atque futurum aliqui prænuntiaverant. Igitur ex hac quasi excussione ad sua castra victor, spoliisque onustus Concina rediens Auctoribus, quos adversus Probabilismi Historiam scripsisse memoravimus, responsiones paravit, ac primo typois consignavit. — Osservazioni critiche, è morali in difesa della Storia del Probabilismo, è del Rigorismo contro il Libro intitolato. — Giustificazione di più Personaggi, ed altri Soggetti rigguardevoli in Lucca 1744. Pesaro 1745. appresso Nicola Gavelli, proposte in questa lettera all' Autore di questa medesima Dissertatione. Tum edidit: — Esame Teologico del libro intitolato: — Saggio de Supplementi Teologici morali, critici, di cui abbisogna la Storia del Probabilismo, è Rigorismo, &c. stampato in Lucca l' anno 1744. dal R. P. Nicolò Ghezzi. Pesaro 1745. appresso Nicola Gavelli. Ac denique Lecchio, & Bovio responsum fecit libro, quem scripsit: — Esplicazione di quattro Paradossi, che sono in voga nel nostro Secolo. Riflessioni sopra i due libri de RR. PP. Lechi, è Bovio intitolati. Avvertenze, è Dissertazione, &c. Si premette un succinto ragguaglio de libri Stampati da alcuni Probabilisti in difesa del Probabilismo, ed altri punti Morali. Coll' addizione di alcune brevi Osservazioni sopra l' estratto, che i RR. PP. Trivoziani hanno fatto del libro del P. Milante intitolato: Vindiciæ Regularium, &c. All' Em. Quirini. In 4. Lucca 1746. per li Fratelli Marescandoli.

Verum quia quotidie fere nova adversariorum erumpebant opuscula; ut si non rationibus, saltem librorum copia Concinam causa cecidisse suaderent, hanc Deus quibusdam mentem injecit, ut Concina ad studia graviora intento veritatis partes ipsi susciperent. Inter hujusce modi Apologistas clariores habiti sunt P. Vincentius Pattuzzius, P. Vincentius M. Miglioli, P. Dinellius, aliique sub ementitis nominibus; quæ hac una de causa nobis ignota esse dolemus, quod propriis appellare non possumus, ut quisque sua laude frueretur; quamquam horum Scriptorum præcipua laus sit, quod veritatem, cui quidam tenebras conabantur offundere, in tuto collocarint.

Dum igitur Concinæ Apologistæ adversantium ictus fortiter excipierent, ac propulsarent, ipse

utiliorem Eccleſiæ operam præſtare perrexit. Jam multiplices diſputationes extiterant elapſis ſæculis circa uſuras, rationeſque contractus. Hoc eodem ſæculo Nicolaus *Broederſen* in Opere de *Uſuris licitis, & illicitis* in diſputationem iterum eas conjecit, ac plura docuit à Catholicis Doctoribus improbata. Broederſianum opus complexus eſt vir celeberrimus *Scipio Maffejus*, eoque contracto ſuum confecit librum, quem inſcripſit: — Dell' impiego del denaro. — Opus à Maffejo digeſtum, ac italica lingua exaratum cujuſvis ſtatus homines legebant, cum propter leporem, & elegantiam, qua præſtabat, tum quia nomen præferebat, per ea tempora partim quidem propriis meritis, partim vero, & potiſſimum fautorum ſtudiis clarum, unde verendum erat, ne opiniones non ſatis rutas ebiberent, ac concluſiones ex fœdato fonte non ſatis certas deducerent. Hoc quidem Neapoli, in cujus Urbis Metropolitana Baſilica iis diebus Concina Eccleſiaſten agebat, compertum eſt, ubi viri docti ipſi ſignificarunt malum, quod laudatum Maffei opus inferebat, ac eidem in animum induxerunt ut in ipſum ſtylum acueret. Quam provinciam etſi primo Concina recuſaret, cum ſigna collaturus eſſet cum viro, cujus eruditionem magni faciebat, cujuſque amicitia plurimum gloriabatur; quo tamen pro veritate amore ferebatur, librum confecit *Carolo Borbonio* Siciliæ Regi nuncupatum, quo diligentiſsime expoſuit quidquid circa uſuras Eccleſia præſcripſit, & *Maffei*, ejuſque Antefignani Nicolai *Broederſen* objectiones disjecit evulgato opere, cujus titulus: — Eſpoſizione del Dogma, che la Chieſa Romana propone à credersi intorno l' uſura colla confutazione del libro intitolato: — Dell' impiego del denaro. — 4. Napoli 1745. per Pietro Palumbo. Hanc lucubrationem ſuffragiis ſuis, & laudibus probarunt tres Neapolitanæ urbis viri doctiſsimi. Cœleſtinus *Galianus*, P. Caſtrenſis *Scaja*; & Joſeph *Cyrillus* Regiæ Academiæ Profeſſores Clariſsimi. Eodem tempore Decretalem ſcripſit Benedictus XIV. ad Patriarchas, Epiſcopos, Archiepiſcopos, & Ordinarios Italiæ. Quæ ſimul ac prodiit, muſitare quidam cœperunt, nihil ea definitum, declaratum nihil. Circumferebantur etiam calamo exaratæ Apologiæ, in quibus ipſos manifeſtos errores approbatos eſſe in decretali Pontificia garriebatur. Graviſsimæ defendendæ cauſæ neceſsitas Auctori noſtro calcaria addidit, ut Benedicti XIV. Encyclicam illuſtraret; ac errores in ea ſublatos, & confixos eſſe palam oſtenderet; quod præſtitit edito opuſculo, hunc præferente titulum. — In Epiſtolam Benedicti XIV. adverſus uſuram Commentarius (eidem Pontifici conſecratus) quo illuſtratur doctrina Catholica: Nicolai Broederſen, & aliorum errores refelluntur. 4. Romæ ex Typographia Palladis apud Nicolaum, & Marcum Palearinos. 1746. Doctrinam à ſe traditam circa fœnus, uberius expoſuit ſequenti libro. — Uſura contractus trini diſſertationibus Hiſtorico-Theologicis demonſtrata adverſus molioris ethices Caſuiſtas, & Nicolaum Broederſen. . . . . Accedunt appendices duæ ad Commentarium Auctoris adverſus uſuram. — 4. Romæ ex Typographia Palladis. Quo in libro quid Eccleſiæ PP. quidve Scholaſtici Doctores circa fœnus ſenſerint, ad examen revocavit; impellente Em. Quirino, qui celebre S. Baſilii Magni dictum, quamlibet uſuram excludens, Concinæ aperuerat.

Juſtitia à fœnore vindicata, qui jejunii leges Caſuiſtarum libris proculcatas intrepidus Theologus defenderat, eaſdem denuo vindicare conatus eſt Evangelicus Orator. Cum enim Romæ e publico ſuggeſtu contra jejunii abuſus (inter quos immoderatus chocolatis hauſtum adnumeraverat) chriſtiana libertate damnaſſet, indeque molliores animi veluti injuria affecti per Urbem diſſeminaſſent, Concinam imprudenter, nimis rigide docuiſſe, omnes indiſcriminatim peccare mortaliter, qui jejunii die chocolatum deguſtaſſent, ut ab hac calumnia ſe liberaret, atque Evangelicam quam infinuaverat doctrinam confirmaret, altera luce ab eodem ſuggeſtu maxima, ut mos erat, populi frequentia, omnes Auditores in teſtimonium vocat, talia numquam protuliſſe, ingenuo ore fatetur, eadem verba referens quæ priori Concione protulerat. Porro cum ejuſmodi ſincera proteſtatio veluti doctrinæ ſuæ de Chocolatis potione retractatio apud benigniores Theologos, eorumque ſequaces audiret, & per omnes Italiæ urbes propagaretur, ne latior de jejunii doctrina abs gravitate viri, & loci majeſtate, unde prodiiſſe calumnioſa fama ferebatur, majores vires acquireret, ſarius conſulum eſſe duxit Typpis edere librum, cui Titulus: Memorie Storiche ſopra l' uſo della Cioccolata in tempo di Digiuno eſpoſte in una lettera à Monſignor Illuſtriſs. è Reverendiſs. Arcivescovo N. N. Venezia appreſſo Simone Occhi 1748. = In quo quid in priori, quid in poſteriori Concione circa uſum chocolatis egregius Orator dixerit, omnibus innoteſcit.

Sed ingens nimis erat numerus Caſuiſtarum, qui libros morum integritati noxios evulgaverant, quam ut ſingularis argumenti libro occurrere poſſet. Quare impellente Benedicto XIV. ſanioris doctrinæ vindice præclariſsimo, ut Probabiliſmo uno veluti ictu caput detruncaret, univerſam morum doctrinam pertractavit, & auro, cedroque dignum opus vulgavit hoc titulo — Theologia Chriſtiana Dogmatico moralis, Summo P. Benedicto XIV. fœliciter regnanti nuncupata, in decem to-

tomos tribura. Quibus accedit Apparatus duobus tomis comprehenſus: Quorum alter præter decreta, & conſtitutiones Pontificias fidei, morumque rectam tradentes normam, de locis Theologicis, five de purioris Ethices Chriſtianæ fontibus librum exhibet: Alter vero Conſcientiæ, & Probabiliſmi argumenta duobus diſtinctis libris pertractat. 4. Tom. XII. Romæ (Venetiis) 1749. apud Simonem Occhi. — Hanc Theologiam *Chriſtianam* ipſi appellare libuit, ut ab Ethnicorum Ethice ſecerneret. In ea conſcribenda methodum adhibuit facilem, ac familiarem, ſuaſque Theſes verbo Dei ſcripto, traditione, Patribus, Conciliis firmavit, munit, roboravit; ex iis denique fontibus rationes, & momenta hauſit, quos Melchior Canus nobili illo, æternoque volumine de *locis Theologicis* complexus eſt. Quod ſtylum ſpectat; jam ipſius animo inſiderat opinio, Theologiam implicatos verborum circuitus, translationes longius quæſitas, inanes Rhetorum floſculos, tragicos cothurnos, ac denique fucati eloquii lenocinia præ ſua dignitate non tam negligere quam aſpernari; eo proinde uſus eſt didaſcalico, valido, quandoque, acri, & vehementi, quem acuit, & temperavit prout argumenti natura poſtulabat, ut legentium præjudiciis auferendis aptior inveniretur; à qua ſcribendi ratione non abhorruiſſe Eccleſiæ Patres, ii norunt, qui eorum ſcripta vel leviter attigerunt. Quot plauſibus Chriſtiana Theologia à ſanioris doctrinæ Theologis excepta ſit, luculenter evincunt repetitæ editiones, brevi temporis intervallo evulgatæ. Mille fere exemplaria per Hiſpanias diffudit zelo, & doctrina ſpectatiſsimus Henricus *Henriquez* Neapolitanus ad Philippum V. Apoſtolicus Nuntius; qui quum Romam acceſſurus eſſet, ut purpureo galero donaretur, data Epiſtola, ſignificavit: ſe non magis lætari, quod præcipuo Cardinalatus inſigni ornandus Romam conveniret; quam quod tunc ſibi poteſtas fieret Concinæ colloquiis frui, cujus laudibus, & laboribus jam tota Hiſpania reſonabat. Illuſtriores Italiæ, aliarumque gentium in aſsidua ſuarum ovium vigilantia manentes Antiſtites, Univerſitatum Doctores, ac denique viri alii doctiſsimi memoratum opus laudibus exornarunt, propugnataſque in eo ſententias exceperunt; ac in publicis Theſibus, & diſputationibus, imo Concionibus acerrime tutati ſunt; ac denique Clericis, qui in Seminariis, & Collegiis aluntur, expoſuerunt, commendarunt, ſequendumque tradiderunt. Et ut uno verba plura complectamur, tam multos Concinianum opus habuit ſectatores, ut ab Auctore ii non pauci, qui hodie *Concinijſtæ* dicuntur, nomen acceperint; quod nonniſi moratis viris accidiſſe compertum eſt.

Aſt quia nonnullorum Theologorum placita, ut privatus Theologus, non ut Judex refutaverat, eorumque, prout occaſio ferebat, laxas ſententias meridiana luce clarius, legentium oculis ſubjecerat, hinc invidiam illi conflarunt, quaſi ex eorum cœtu Theologos parta in literario ludo gloria ſpoliare, ac privare conſtituiſſet. Ut procul à ſe calumniam repelleret, *teſtimonium* edidit *pro inclyta Societate Jeſu*, quod cap. XIII. præfat. Tom. I. Theologiæ Chriſtianæ legitur. Ubi eidem Societati grande inſtruit Elogium, atque etiam recitat, quæ in primis ingenii ſui fœtibus prodiderat; ne quiſquam in ſuſpicionem veniret, laudatum teſtimonium — aut tempeſtatis alicujus evadendæ, periculique declinandi cauſa, aut aſſentandi (à quo vitio quam longiſsime aberat) aut humani favoris, gratiæque captandæ ſtudio extortum eſſe — Et poſt pauca ſuæ agendi rationis cauſam ſic exponit: — Oppugnavi quidem cum aliorum Ordinum, tum Societatis quorumdam Auctorum opinationes, quas falſas reputavi, non ut homines carperem, vellicaremque; ſed ſolum ut perniciosa opinandi methodo convulſa, veritatem pro modulo meo in tuto collocarem, & à cavillationibus aſſererem. Quamobrem illorum ſemper quoad fieri potuit, lapſus exculavi: piam eoſdem habuiſſe, ſanctamque intentionem proſpiciendi humanæ infirmitati, & reddendi viam ſalutis planiorem teſtatus ſum: Et tandem privatorum hominum aberrationes non eſſe in communitatem ipſam regerendas ſemper admoni, atque inculcavi. — Verum quæ Concina ingenue faſſus eſt, non id pervicere ne ejus Adverſarii apud Pontificem non agerent, ut Chriſtiana Theologia toto orbe exularet. Anno igitur 1751. poſt celebrata generalia Comitia, electus Præſes P. Ignarius Vicecomes totius Societatis nomine libellum ſupplicem ſupremo Eccleſiæ Hierarchæ obtulit, & ad impetrandum ab ipſo Operis proſcriptionem, aſſerere non dubitavit — Nullum hactenus librum, ne ab Hæreticis prodiiſſe Societati infenſiorem, ac perniciosiorem: nullum, qui pluribus impoſturis, conviciis, & injuriosis debaccationibus ſcateat, nullum, qui venenum contra Societatem in aliis diſperſum plenius in unum colligat — Quo circa ut damni reparationem conſequerentur, *ſupplices*, ac *demiſſiſsime* perebat, ut Theologiam Chriſtianam Appoſtolico mucrone configeret; ſicque beneficia in Societatem collata, Concinianæ Theologiæ proſcriptione cumularet.

Ea prudentia, qua opus erat, expoſcentium acta excepit Pontifex, utque rem graviſsimam expediret, tres legit Theologos P. Thomam *Sergium* ex piis Operariis, P. *Mancinum* ex Minimorum familia, ac P. Vezzoſium Clericum Regularem Theatinum; quibus Conciniani operis ad criticen revocandi laborem demandavit: facta ipſis juſsione, juramenti etiam religione firmata, *de ſecreto ſervando*.

Sum-

Summi nihilominus Regis Sacramentum quod abſcondere bonum erat, quo fato neſcimus, in vulgus emanavit, indeque anſam arripuere adverſarii Conciniani operis proſcriptionem arctius urgendi; quod eis etiam pro votis ceſſiſſet, ſi Pontifex aliquid detuliſſet eorum ſuffragiis, quos in ſuam ſententiam adverſarii iidem callide, verſuteque pertraxerant. Juſsit igitur Pontifex, de proſcriptione ne vertentiam adverſarii iidem callide, verſuteque pertraxerant. Juſsit igitur Pontifex, de proſcriptione ne verbo quidem facto, ut præfati Theologi ea adnotarent quæ aut cenſura digna deprehenderent, ſiquidem deprehenderent in Chriſtiana Theologia, aut in religioſos viros minus reverenter prolata. Viginti cenſores, præter tres memoratos, licet ipſos apices moroſe, faſtidioſeque cribrarint, ne unam quidem aut æquo rigidiorem, aut plus æquo laxiorem offenderunt ſententiam; quod iis ora obſtruere tandem deberet, qui eximium opus veluti merum putidumque rigoriſmum ineptiſsime traducunt, idque, quod magis mirandum, vel ii etiam blaterant, qui ne una quidem perlecta pagella, ſed quorumdam verbis unice abrepti, de ſtylo, & doctrina temere, imprudenterque pronunciant. Leviora igitur quædam dumtaxat, ac etiam typographicos errores deſcripſerunt laudati cenſores Opuſculo illo, quod pontifici obtulerunt; iſque quum adverſariorum querelas parum æquas perſpiceret, ut pro merito cauſæ ferret judicium, Italicam *declarationem* dictavit, eamque P. Antonino *Bremondio* ſupremo Præd. Ordinis Præſidi tradidit, ut eamdem Concina latinis literis redderet, ac operi præfigeret. Hic tamen, ne Pontificis verbis alium, ac præferebant, ſenſum tribuiſſe vulgaretur, ob Ordinis Magiſtro obtinuit, ut alteri hanc provinciam demandaret. Quod poſtea exacte præſtitit P. Vincentius Maria Dinellius Cathedraticus Caſanatenſis. Quam certe declarationem Concinianæ Theologiæ nec minimum officere, ſed levioris tantum mentis homines in ſuſpicionem adducere, probare inutile foret; nam rationibus, quæ afferri poſſent, ipſa adverſariorum confeſsio præferenda videtur. Qui quum eamdem italico idiomate edidiſſent, ut meliorem fortunam nanciſceretur, & è contra eos etiam, qui ancipites hærebant, ab eorum caſtris diſceſsiſſe, ac veritati lumina aperuiſſe noviſſent, mutatis conſiliis omnem adhibuerunt operam, ut oblivione periret. Æternum tamen manebit, & manebit profecto ad perenne ingenui Conciniani candoris, & irreprehenſibilis doctrinæ monumentum.

Quæ hucuſque notavimus jam omnibus rem compertam faciunt, Concinæ labores, cunctoſque conatus eo ſpectaſſe, ut rectam traderet, incorruptamque doctrinam morum, eoſque erudiret qui ad excipiendas confeſsiones delecti, Dei legem, quam de ore eorum Populi requirunt, præ cæteris profundius callere debent: Hinc ut Sacramenti pœnitentiæ dignitatem oſtenderet, & Sacerdotibus ad tam arduum, ſanctumque miniſterium obeundum viam pararet, *Commentarium* de ſacramento pœnitentiæ, ejuſque miniſtro, qui in Theologia Chriſtiana perlegitur, etiam ſeparatim, vulgavit hoc titulo — de Sacramento Pœnitentiæ, *ejuſque miniſtro* Comentarius Dogmatico-moralis — Romæ 1750. Verum quia quorumdam peccandi frequentiam ex nimia Sacerdotum abſolvendi facilitate exoriri videbat, idcirco ut huic quoque malo ocurreret, edidit aliud opuſculum, cui titulum prætulit — de Sacramentali abſolutione impertienda, aut differenda recidivis, & conſuetudinariis diſputatio Theologica — Romæ 1751. Quo de argumento denuo diſſeruit in opuſculo cui titulum indidit — Inſtruzione de' Confeſſori, è de i Penitenti per amminiſtrare, è frequentare degnamente il SS. Sacramento della Penitenza — Venezia appreſſo Simone Occhi 1753. Ejuſmodi zeli pro animarum ſalute datis munimentis, ulteriora, atque ampliora præbere nunquam deſtitit. Jam pridem ſecum animo perpenderat Theatralia ſpectacula ſpectantium mores fœdare, vitiorumque omnium, ac ſcelerum eſſe gymnaſia. Quo circa ut hanc perniciem, quantum ipſe valebat, eliminaret, opus confecit, cui titulus — de Spectaculis Theatralibus Chriſtiano cuique tum Laico, tum Clerico vetitis diſputationes duæ. Accedit diſſertatio tertia de Presbyteris Perſonatis — 4. Romæ ex Typographia Apoſtlinæa 1752. apud Hæredes Joannis Laurentii Barbiellini. Quod opus inſcripſit Andreæ Majoralio Valentino Archiepiſcopo, qui ceu novus Chryſoſtomus, quem ab Arcadio obtinuiſſe, ut celebre Theatrum *Majuma* dictum deſtrueretur, narrat Baronius ad A. 399. velis omnibus, ut ajunt, remiſque apud Hiſpaniarum Regem egit, atque contendit, ut Valentinun ſcenarum Theatrum fatis amplum ſolo æquaretur; ac locus ille, quo antea Chriſtianorum vitiis fovendis humani generis hoſtis utebatur, piis deinde uſibus deſerviret. Cui Præſuli quam grati extiterint Concinæ labores, luculentum teſtimonium eſt Epiſtola ad ipſum data Quintodecimo Kal. Januarii A. 1752. cujus aliquot verba hic placet exſcribere — Adhuc multo majori gaudio cummulamur, præſagientes, quod ſicut in hac noſtra Civitate, Ferdinando Piiſsimo Hiſpaniarum Rege favente, ac opem ferente, omnibuſque adverſantium contradictionibus ſuperatis, Theatrum vere ſuperbum evertimus, ſoloque æquavimus, ac ipſa Theatralia ſpectacula in perpetuum toto in Valentino Regno de medio tolli curavimus: ſic etiam efficacia tuorum hortatuum in cæteris Hiſpaniarum Diœceſibus idem continget; præſertim quum jam antea in Diœceſibus Hiſpalenſi, Cordubenſi, Conchenſi, & nuperrime in Burgenſi, Palentina, Calaguritana, Placentina, & Illerdenſi (cujus rei notitiam libenti animo tibi futuram eſſe con-

conjicio) Theatralia ſpectacula omnino expuncta ſint, & repulſa — De Theatris lucubrationem edidit Concina, toties memorato Benedicto XIV. ſuadente; quo etiam Auctore, incredulorum inſaniam profligare ſategit ſequenti opere — della Religione rivelata contro gli Ateiſti, Materialiſti, Indifferentiſti, che negano la verità de' Miſteri. Libri cinque. 4. Vol. 2. In Venezia appreſſo Simone Occhi 1754. Alla Maeſtà di Carlo Emmanuele Re di Sardegna.

Conciniana de Theatralibus ſpectaculis opinio haud arriſit Scipioni Maffejo, cujus opera, & ſtudio Veronenſe Theatrum reſtauratum fuerat. Igitur ingenium ſuum in Concinam iterum experiri voluit, editoque libro de i *Theatri Antichi, è Moderni*, ſuadere connatus eſt, Theatra quæ hodiernis diebus frequentantur, utpote veteribus caſtigatiora, Chriſtianorum moribus non officere, ad eaque quemque tuto convenire poſſe. Celeberrimi antiquitatum ſcrutatoris doctrinam propulſavit noſter Theologus, ſui operis edita apologia, cujus Epigraphe — de i Theatri Moderni contrari alla Profeſsione Chriſtiana libri due del P. Daniello Concina, in conferma delle ſue Diſſertazioni — De ſpectaculis Theatralibus — alla Santità di N. S. Benedetto XIV. — 4. Roma 1755. preſſo gli Eredi Barbiellini. Diſputationem porro ita ſolide, ſubtiliterque tractavit, ut controverſiam extra diſputationis aleam poſuiſſe quorumdam opinio ſit.

Reliquum eſt ut de poſtremis ingenii Auctoris noſtri fœtibus diſſeramus, quod paucis abſolvimus. Nam hoc eodem anno 1755. complexus eſt tribus libris Cardinalis Thomæ *Ferrarii* geſta, ut Benedicto XIV. gratificaretur, qui eodem Cardinali præceptore gloriabatur, cujuſque ſæpius familiariter Concinam alloquens non ſine laude merita celebrabat. Prodiit opuſculum hoc titulo — De vita, & rebus geſtis P. Thomæ Mariæ Ferrarii Ord. Præd. S. R. E. C. Titul. S. Clementis libri tres. — 4. Romæ 1741. apud Hæredes Joannis Laurentii Barbiellini. Quorumdam tamen ſtudis detruncatum prodiſſe, fama non incerta nuntiavit. Scripſit deinde nonnullas Epiſtolas adverſus Carolum Nocetium, qui Theologiam Chriſtianam maculare contenderat, ac Concinæ fidem elevare in judicandis, deſcribendiſque Caſuiſtarum locis. Has vulgavit cum hoc titulo — Ad R. P. Carolum Nocetium Epiſtolæ octo de ſingularibus argumentis, in ejuſdem libro inſcripto — Veritas vindicata — contentis. Accedunt opiniones laxæ quamplurimæ ex variis Caſuiſtis collectæ. Item cenſura R. P. Euſebii Amort Canonici Lateranenſis in Theologiam moralem R.P.C.L.C. Item epiſtola nona ad eumdem P. Carolum Nocetium de nonnullis ejuſdem antithetis in epiſtolam ſecundam P. M. Dinelli — 4. Venetii 1755. apud Simonem Occhi.

Quæ hactenus ſcripta memoravimus, Concina ſuperſtite edita ſunt. Poſt ejus obitum lucem vidit Venetiis 1760. apud Simonem Occhi Theologiæ Chriſtianæ Compendium ab ipſo elaboratum; quod poſt repetiras editiones aliena opera magis contractum hoc anno 1763. typis ejuſdem prodiit: cui titulus — Manuale Concinæ, ſeu Theologia Chriſtiana Dogmatico-Moralis *à* P. Daniele Concina O. P. elucubrata, priore contractior. *Opus Confeſſariis omnibus perutile, Sacerdotibus vero ad excipiendas Confeſsiones examinandis, nec non Eccleſiaſticis Seminariorum Alumnis perneceſſarium.* Adjectis ad calcem definitionibus ad examen ſubeundum neceſſariis atque opportunis. — Quæ de Danielis Concinæ ſtudiis literarum conſignavimus monumentis, ſatis luculenter evincunt, Concinam incomparabili adeo præſtitiſſe zelo ad ſaniorem doctrinam vindicandam, ut nil aliud præ oculis habuiſſe viſus fuerit, quam ut nimis benignæ doctrinæ magiſtros coerceret, eorum ſententias à mentibus hominum depelleret, lenocinia blanditias palam faceret, corruptoſque hominum mores tot Caſuiſtarum libris, charitatis ſtudio incenſus ad ſanitatem revocaret. Eo ſpectabant vigiliæ, eo ſermones, ac conciones omnes, eo denique tot volumina zelo plane mirabili exarata, & cæleſti quadam unctione perfuſa, qua vel duriora corda emollit, & quæ carni, & ſanguini aſperiora ſunt, ſolidè ſuadet. Pro veritate tuenda ubique firmiſsime aſſerta ſemper ſtetit infractus; ac ſtilo modo acri, modo mitiori, modo leporibus aſperſo, pro ut efficacius veritati aſſerendæ, & deridendæ falſitati conducere opportunum ducebat, nunquam á propoſito receſsit oppugnandi evulgatores opinionum moribus non utilium. Nec ejus pectoris conſtantiam dimovere, fortitudinem animi turbare, vultus, mentiſque ſerenitatem minuere potuere minæ, calumniæ, & contumeliæ, quibus illius nomen obſcurare nonnulli tentarunt, cum nec benedictione, nec maledictione moveretur. Ut enim laudes, reſque proſperas averſabatur, ita adverſos fortunæ caſus, ac inimicorum tentamina, atque conatus invicto animo tolerabat. Et quod ejus animi fortitudinem magis demonſtrat, vix ea novit, nedum perſenſit quibus homines maxime commoveri ſolent, ac dejici. Quod accidiſſe notum eſt, quum famoſis inſolenter libellis truculenter ſane, ac veluti virum atrociorum criminum reum repræſentare, ac exprimere viliori plebi, irrito conatu contenderunt. Hæc enim ludibria multo ante præviderat, ſeque ad ea fortiter ſubeunda comparaverat ſingularis patientiæ munimento. Hinc eos pios animi ſenſus idemidem promebat, quorum ſpecimen in

Alia-

Alloquio ad Christum Jesum (cap. XIV. præf. ad Theologiam Christianam) scriptum reliquit. — In hoc præsertim certamine (ajebat §. XI.) Tu, Christe Jesu, insigne exemplar nobis fuisti. Quæ non sustinuisti veritatis asserendæ causa? Quæ non pertulerunt omnes servi tui? *Inimicus vobis factus sum, verum dicens vobis* (ad Galat. IV.) Quid itaque mirum, si in me quoque, miserum hominculum, doctrinæ tuæ assertorem, maledicta, dicteria, scommata, calumnias atrocissimas intorqueant? Quid mirum, si ciere turbas, si commovere procellas, si concitare turbines, & tempestates incredibili versutia satagant mundi homines? Propterea ne verendum mihi, desistendumque ab inceptis? Deficerem tum continuo abs te Duce, & exemplari certandi in hoc agone. Irruant in me turmatim adversarii mei, clamentque *durum* esse sermonem meum, sicut *durum* dixerunt sermonem tuum: *Durus est hic sermo*: non trepidabo à facie eorum. Quoniam tu Domine Deus dixisti: *Scuto circumdabit te veritas ejus*: *non timebis à timore nocturno*, &c. — Quam certe fortitudinem animi brevibus lineis expressam ad extremum usque vitæ terminum servavit; hujusque haud obscura præbuit experimenta.

Par constantiæ fuit humilitas, qua despici, & contemni ab omnibus vehementer optabat, & licet sapientiæ, omnisque laude eruditionis eatenus processisset, ut magnam Europæ partem doctrinæ suæ admiratione complecteretur, nunquam tamen quemquam ludibrio habuit, nec ullum spiritus arrogantis indicium prodidit, sed eandem semper animi demissionem, modestiamque retinens, quam cum Dominicani Instituti vestibus induit, inclyta religiosi animi virtute, suspiciundaque moderatione, ipsa sua fama visus est major. Honoribus nunquam animum admovit, nec fulgentioribus quidem, qui per ignem, ut ita dicam, ferrumque peti solent; quod hi perspectum habebant, quibus Concinæ agendi ratio cognita erat. Qui proinde uno ore dicebant, plurimos quidem in spe fructus arare, Concinam vero omni abjecta spe militare. Amicis laborum præmium exoptantibus, aliis etiam calide, versuteque animum pertentantibus, subiratus respondebat. „ Malle se ad abjectissimum vitæ statum detrudi, quam aliqua dignitate, vel ecclesiastico munere onerari. " Quod non verbis solum, sed facto quoque testatum voluit. Nam supremam Congregationis suæ Præfecturam à P. Thoma Ripollio totius Ordin. Præd. Generali Magistro oblatam, modeste recusavit.

De ingenii sui lucubrationibus, quas exterorum etiam linguæ nonnullas redditas videbat, ac non semel typographiorum præla fatigare, non ita sibi blandiebatur, ut alienas respuetet; sed christianæ Reipublicæ utilitatem unice spectans, quasi non satis morum doctrinæ cultoribus propriis operibus consuluisset, alienis quoque locupletavit: ipsi enim debentur editiones operum Joannis *Pontasii*, Jacobi *Besombes*, & Pauli Gabrielis *Antoine*, aliorumque, quibus, & præfationes, & monita addidisse scimus.

Charitate in proximum maxima affectus erat. Rudibus catholicæ Religionis arcanis imbuendis plures annos præclaram impendit operam; eosque ita studiose, amanterque diligebat, ut oblato in celeberrimo templo concionum habendarum honore, si ab illo demisisset, uti reputabant, ministerio cessaret, maluerit nuncium remittere, quam ab humili charitatis officio desistere. Atque ut doctrinæ suæ fontes in eos etiam qui futuri erant, effunderet, christianam Cathechesim exaravit, quæ tamen nondum publici juris facta est.

Summa erat erga Deum pietate, & devotione. Familiaris ipsi sermo erat de ejus implenda voluntate, de formidandis ejusdem judiciis, ac denique de terrenarum rerum contemptu. Quam loquendi rationem, ultimis præcipue vitæ suæ mensibus, ita ardentius instituebat, ut & suos, & externos ad lacrymas compelleret. Quod quidem evenit, ubi post expertas Lucenses aquas, ut dicemus, Florentiæ aliquandiu commoratus, cum præter alios viros generis nobilitate, & honoribus claros, ad eum invisendum Principes *Corsini* advenissent, tanta animi vi, tantaque facundia de præsentium rerum caducitate, deque futurorum honorum præstantia disseruit, ut ipse lacrymaretur, ab eisque etiam lacrymas eliceret, qui differentem audiebant; ut nobis humanissime significavit doctrina, & eruditione celeberrimus Petrus Franciscus *Fogginius*, qui hæc non audita, sed cognita prædicavit.

Post sacrum quotidie incredibili religione peractum, flexis genibus supra horæ dimidium Evangelium perlegebat, & pia animi meditatione contemplabatur; quo constat cassioris doctrinæ zelum, qui mirifice in ipso enituit, non fervidæ mentis viribus tribuendum, sed sincero cordi de luce evangelica depromenti assignandum.

Sed magnam summis tanti viri virtutibus injuriam facere videremur, si cunctas ex latissimo in quo vagantur campo, in exiguum sane gyrum conaremur includere. Quamobrem satius esse censemus silentio præterire. Hoc unum vere affirmantes, eum pietatem, & incorruptos mores, qui-

quibus ab ineuntis adolescentiæ annis excelluisse diximus, ad extremum usque diem excoluisse, & ad eam vitæ rationem, quam & scriptis, & voce gentibus manifestavit, se suosque mores conformasse; ut non tam proinde facienda scripsisse constet, quam scribenda fecisse; quos viros beatissimos à veteribus legimus appellatos. Nam vitæ, morumque magistri, si secus vivant quam docent, si legibus, quas aliis indicunt, continentiæ, virtutumque omnium, ipsi non obtemperent, magna ex parte doctrinæ commendationem videntur evertere. Hanc igitur amplissimam omnium artium bene vivendi disciplinam non solum litteris, verum etiam moribus est Concina prosecutus.

Quas percensuimus virtutes, Christianam perfectionem constituunt, ac hominem quemque informare debent. In iis proinde Concina non solum se exercere studuit, sed eas quoque coluit quæ in viro sacris addicto elucere debent. Quare disciplinæ regularis integerrimus custos fuit, cujus nec apices negligebat; ut nonnullis superstitiosior visus sit: si tamen in iis, quibus æternam nostram salutem operamur, nimia cura esse potest. Fratres suos ad amplexari instituti leges conservandas, custodiendasque jugiter excitabat. Hinc ejus exhortationibus, vel librorum lectione nonnulli ad religiosorum hominum Conventus convolarunt; alii etiam ut secularis vitæ institutum amplecterentur, vel ex ipsa Lusitania ad Italorum austeriora Cœnobia se contulerunt. Ipse præibat exemplo. Consueta Dominicani Ordinis septem anni mensium jejunia, perpetuamque à carnibus abstinentiam inviolate custodivit, immo postremos ferme viginti dierum suorum annos rigido jejunio peregit. Vir cibi minimi semel in die tantum viliori esca utebatur, neglectoque omni alio cibo, & potu, medicam tantum aquam sumebat. Durior proinde parcissimæ mensæ disciplina, jugesque lucubrationum vigiliæ adeo vires imminuerant corpusque afflixerant, ut musculorum dorsi, dextræque manus paralysi correptus fuerit, seroque nimis medicæ artis levamina, quæ per annum neglexerat, adscisere tentaverit. Primo Sestulas concessit, ut salubriori illius regionis cœlo frueretur; deindè Lucam Thermalium aquarum beneficium experturus contendit. Qua in urbe nova sese obtulit Concinæ occasio, ut invictæ patientiæ daret documentum. Concinæ adventu vix evulgato, ejus adversarii, ut eum Lucensibus invisum redderent, *famosum Libellum*, cujus sæpius verba fecimus, luce utique indignum, in diem prodidere, ac in symposio non infimæ nobilitatis hominum coronæ perlegerunt. Quam agendi rationem, quæ vel mensæ assidentibus stomachum moverat, Concina patientissime tulit.

Igitur fere nullo ex Sestulano aere, & Lucensibus aquis levamento percepto, Florentiam se contulit; ubi à nobilissimæ Urbis viris Principibus gratissime exceptus est, qui ut ejus infirmæ valetudini prospicerent, ultro ipsi cuncta exhibuerunt, quæ ad morbi vim auferendam quoquo modo facere videbantur. Quam Florentinorum comitatem in sui commodum transferre noluit Concina, maluitque Venetias iter accelerare, ut quod sibi superesset vitæ spatium, inter suos transigeret. Et mense Septembris exeunte ann. 1755. reducem eum exceperunt Veneti Patres; sed non multo post vitioso rheumatis ad pectus affluxu conspexere afflictum. Quo tamen solerti cura, & peritissimi Archiatri studio, & diligentia ita levatus videbatur, ut tardius quam à natura vitam hauserat, morte commutaturum sperarent; sed dies Februarii vigesima sequentis anni, breviorem ipsi atriulit lucis usuram; ea namque novus accessus rheumatis aggressus est Concinam, qui quum ipsi spiritum elideret, brevi moriturum universi timuerunt. Vitæ discrimen imperterritus sensit; & exomologesim fecit integerrimo, doctissimoque viro, ut solebat, Fulgentio *Cuniliato*, mediaque subsequente nocte Christi corpus ad æternitatem viaticum religiosissime sumpsit, ac primo sole sacro exeuntium Oleo inunctus est. Tum à gravi viro interrogatus, num tot ingenii opem altercandi prurigine actus, animoque malevolentia suffusus conscripsisset, Crucifixi complexus imaginem, eamque sancte testatus ad solius Catholicæ Ecclesiæ utilitatem, animarumque Christi Sanguine redemptarum salutem se edidisse pronunciavit. Sic igitur comparatus enixe postulavit, ut preces pro se dicerentur, quas Ecclesia in agone constitutis recitari præcipit: quibus clara voce, promptoque spiritu respondit. Reliquum vero tempus, quo semper integris sensibus, lucidaque mente à Deo donatus fuerat, à quo gratiam hanc quotidianis orationibus exposcebat, in ferventioribus virtutum actibus eliciendis insumpsit. Diem illam felicem, faustamque sibi appellabat; cito ad Deum rapi expetebat: Dirum agonis cruciatum levem nimis fatebatur, majoresque dolores pati exoptabat, ut Christo, & Martyribus conformior inveniretur. Fratres denique circunstantes, ubertimque flentes admonuit, ut consuetum ad Deiparam *Salve Regina* nuncupatum hymnum inciperent; ad cujus finem erectis in cœlum luminibus, dulci, atraque quiete, placido veluti simillima somno oppressus est X. Kal. Martias, hora XVI. ann. MDCCLVI. annos natus LXVIII. menses IV.

Jam

Jam omnibus patet, quibus animi dotibus effulserit Auctor noster; emicuit enim in Concina perspicacitas ingenii summa, judicium acre, ac solidum, absitusioribus disciplinis meditandis vere comparatum: tenacissima memoria, ampla, singularisque Theologorum, Ecclesiæ PP. eruditio, pertinaci fere quotidiano duodecim horarum studio, ac labore parta: mira dicendi, scribendique facilitas, qua incorruptam doctrinam semper exposuit. Erat animo æquo, & sincero, ab assentatione maxime alieno, nec ea veritatem usquam adumbravit; hinc factum ut omnes magni facerent, non omnes diligerent. Vir denique fuit Dominicanæ Familiæ lumen splendidissimum, doctrinæ morum acerrimus assertor, ac vindex: Ecclesiæ fidelis minister; vero zelo Dei domus succensus, iis denique virtutibus se ornatum ostendit, ut quicumque scripta ejus, & actiones paulo attentius considerarunt, redivivam in ipso priscorum Patrum imitationem agnoscerent.

Quod si habitum quoque ejus Posteri noscere velint, sciant naturam quam in tot animi virtutibus tribuendis fautricem habuit, beneficam quoque in corpore expertum esse. Statura enim justa fuit: æquali, & apta dispositione membrorum: facie hilari, ac tranquilla, ut serena quadam comitate accurrentium animos alliceret: pleniore vultu, venusto colore: micantibus oculis, visu paulo hebetiore: rutilo ore, subrubido crine qui latiorem frontem decenter ornabat, valetudinem studia, & castigatio corporis, ut diximus, mature infirmarunt.

Ea dum in humanis ageret, ejus doctrinæ opinio fuit, ut nulla res tam ardua, tam consilii egens in quæstionem deduceretur, quæ non ejus judicio committenda videretur; ac tam multæ ad eum deferebantur causæ difficiles, atque contortæ, in quibus Theologorum opera desiderabatur, ut nulla ipsi quietis pars relinqueretur: quas ille causas singulari doctrina, prudentia, & mirifica illa sua in animi sensibus explicandis perspicacia ex incertis certas, ex dubiis exploratas, ex impliciis explicatas facile reddebat. Hæc Benedictum XIV. acerrimi in expendendis clarorum hominum meritis judicii, impulere ut Cardinalium Congregationi Theologum, & Consultorem adjungeret; in perarduis disciplinæ quæstionibus, quid Concina opinaretur avidissime scisciaretur, peramanter audiret, libentissime probaret; ac denique privatis Epistolis non solum se ejus doctrinæ propugnatorem, ac vindicem profiteretur, verum & publicis litterarum monumentis commendaret, famamque viri honorificentissimi *famoso libello* in summo discrimine constitutam, summa justitia, & suprema auctoritate tutaretur, ac vindicaret.

Magni quoque habitus est ab eximiis pene totius Europæ viris, quorum aliqui *virum incomparabilem* appellarunt, *Gentiumque Apostolum*; alii *Christianæ Moralis Redemptorem*; omnes denique veritatis amatores effusis laudibus prosecuti sunt. Ex purpuratorum Patrum numero in sui admirationem, ac benevolentiam pertraxit Tamburinum, Passionеum, Quirinum, Corsinium Albanum, Spinellum, Amedeum à Lanceis, Thomam Ruffum, aliosque, & doctrina, & dignitate Eminentissimos. Charus quoque extitit Regibus, & Principibus, ac Ordinis sui moderatoribus. Sed eorum amicitia, & consuetudine præcipue lætabatur, qui moribus, & litteris præstabant. Inter quos amicitiæ, epistolarumque fœdere conjunctos habuit Joannem *Lamium*, Petrum Franciscum *Fogginium*, Joannem *Bottarium*, Ludovicum Antonium *Muratorium*, Scipionem *Maffeium*, Apostolum *Zenum*, Augustinum *Spinulam* Savonensium Antistitem, Joannem *Cadonicum*, Constantinum *Rotigni*, P. *Luciardum* ex Clericis Regularibus Barnabitis; FF. Ballerinios, PP. Ægidium *Giulium*, & *Orlandium* recti exempli, probatissimæque vitæ viros ex Societate Jesu, ac plures alios eruditionis, & probitatis fama conspicuos.

Hæc sunt, quæ nobis raptim scribentibus occurrunt. Quæ vero à multis cl. nominis viris de illo, & pro illo scripta, vulgataque fuere, notiora sunt, quam ut egeant huic opellæ censeri, iterumque vulgari. Si qui vero minus amice de homine senserunt, facile licet eos præterire; se ipse enim aliquando partim tutatum est, partim celebres viri defenderunt. Eos autem, qui se illi, ejusque scriptis quibuscumque inimicos esse aperte professi sunt, ac vel ipsis Concinæ manibus insultare non erubuerunt, quum ille vivens contempserit, & nos contemnendos esse censemus.

INDEX

LIBRORUM, DISSERTATIONUM, CAPITUM, PARAGRAPHORUM, & Quæstionum, qui in hoc Tomo continentur.

LIBER I.

APPARATUS AD THEOLOGIAM CHRISTIANAM DOGMATICO-MORALEM.

CAP. I. *De iis quæ primum omnium scire moderator animarum debet*, pag. 1.
Quæst. 1. *Animarum medicus scire ne in primis debet humanæ naturæ vulnera?* ibid.
Quæst. 2 *Quodnam fuit primum peccatum Adæ?* ib.
Quæst. 3. *Peccatum Adæ pertinet aliquo modo ad ejus posteros?* ibid.
Quæst. 4. *Quinam sunt peccati originalis effectus?* ib.
Cap. II. *De Scriptura sancta*, 2.
Quæst. 1. *Quid sit sacra Scriptura?* ibid.
Quæst. 2. *Quotuplex est Scripturæ divinæ sensus?* 3.
Quæst. 3. *Quænam est Scriptura authentica?* ibid.
Quæst. 4. *Pervia ne est omnibus Scripturæ sanctæ intelligentia?* ibid.
Quæst. 5. *Quæ via tenenda, ut germanum Scripturæ sanctæ sensum assequamur?* 4.
Cap. III. *Necessitas summa quæ Theologi omnes, sed præcipuè qui christianorum conscientias dirigunt, ad Scripturæ Sanctæ studium adstringuntur?* ibid.
Cap. IV. *Christianæ professionis spiritum & præcipuas ejusdem regulas, & lucalentissima principia callere imprimis Pastores, & Christianorum moderatores exactè debent*, 7.
Quæst. 1. *Quas servare regulas debeant Pastores animarum in sanandis ægrotis?* ibid.
Quæst. 2. *In quo potissimum situs est christianæ perfectionis spiritus?* ibid.
Quæst. 3. *Humilitas est ne potissima christianæ perfectionis virtus*, 8.
§. unic. *Corollarium meditandum*, 9.
Cap. V. *De paucitate electorum, & multitudine reproborum*, 10.
Cap. VI. *Episcopi sacris ordinibus initiandos examinare potissimum debent super Evangeliorum notitia*, 14.
Cap. VII. *De traditionibus*, 15.
Cap. VIII. *De Ecclesia*, 16.
Cap. IX. *De Conciliis*, 18.
Cap. X. *De Summorum Pontificum, SS. Patrum, & Theologorum tum Scholasticorum, tum Moralistarum auctoritate*, 19.
Cap. XI. *Nonnullæ objectiones diluuntur, & monita quædam assignantur*, 21.

LIBER II.

APPARATUS AD THEOLOGIAM CHRISTIANAM DOGMATICO-MORALEM.

DISSERTATIO I.

De Conscientia.

Cap. I. *De conscientia, ejusque partitione*, 25.
Quæst. 1. *Quid sit conscientia?* ibid.
Quæst. 2. *Quotuplex sit conscientia?* ibid.
Quæst. 3. *Peccat ne qui conscientiam rectam non sequitur?* ibid.
Quæst. 4. *Obstringitur ne homo sequi conscientiam propriam, sive rectam, sive errantem?* 26.
Quæst. 5. *Peccat ne qui non agit secundum conscientiam vincibiliter erroneam?* ibid.
Quæst. 6. *Quomodo se gerere debeat qui ex conscientia erronea utrumque contradictionis extremum peccatum esse judicat?* ibid.
Quæst. 7. *Quomodo deponenda est conscientia erronea, & quæ diligentia adhibenda?* ibid.
Quæst. 8. *Ex quibus indiciis colligi potest conscientiam errantem esse vincibilem, aut invincibilem?* 27.
Cap. II. *De obligatione qua tenentur Confessarii illuminare pœnitentes invincibili conscientia erronea laborantes. Laxæ opiniones refelluntur*, ibid.
Cap. III. *Opera ex conscientia invincibiliter erronea peracta, licèt careant malitia formali, nulla tamen prædita sunt bonitate, aut merito*, 28.
Quæst. unic. *Quid sit conscientia perplexa?* 30.
Cap. IV. *De conscientia dubitante*, ibid.
Quæst. 1. *Quotuplex sit dubium?* ibid.
Quæst. 2. *Utrum operari cum conscientia dubia de peccato, peccatum sit?* ibid.
Quæst. 3. *Quid dicendum de discrimine quod à nonnullis constituitur inter dubium facti, & juris?* ib.
Cap. V. *Exponuntur illæ duæ regulæ*: In dubiis tutior pars est eligenda: In dubiis melior est conditio possidentis: *& quæ diligentia requiratur ad dubium deponendum*, 31.
Cap. VI. *De conscientia scrupulosa*, ibid.
Quæst. 1. *Quænam scrupulorum remedia?* 32.
Quæst. 2. *Quomodo se gerere Confessarius cum scrupulosis debeat?* ibid.
Quæst. 3. *Licitum ne est contra scrupulos agere?* ib.

DISSERTATIO II.

De Probabilismo, ejusque consectariis.

Cap. I. *Opiniones à S. Sede damnatæ in controversia Probabilismi*, 33.

recitare? ibid.
Quæſt. 4. *Epiſcopi, & Cardinales aſtringuntur ne ad recitandas canonicas horas?*
Quæſt. 5. *Coadjutores beneficiorum tenentur ne ad horas canonicas?* ibid.
Quæſt. 6. *Qui habet beneficium ſine fructibus, tenetur ne ad horas canonicas?* ibid.
Quæſt. 7. *Qui dubius eſt de tenuitate beneficii, tenetur ne ſolvere horarum canonicarum penſum?* 108.
Cap. VII. *De reſtitutione Beneficiariorum ob omiſſionem divini officii,* ibid.
Quæſt. 1. *Peccatne mortaliter cum onere reſtitutionis Beneficiarius qui primis ſex menſibus divinum officium omittit?* ibid.
Quæſt. 2. *Beneficiarius qui elapſis ſex menſibus omittit recitare officium abſque culpa, tenetur ne ad reſtitutionem?* 109.
Quæſt. 3. *Beneficiarius qui partem levem in ſingulis horis omitteret, eſſet ne reſtitutioni obnoxius?* ibid.
Quæſt. 4. *Qui hodiè omittit officium, & cras duplex officium recitat, tenetur ne ad reſtitutionem?* ibid.
Quæſt. 5. *Præfata reſtitutio facienda ne eſt ante judicis ſententiam?* ibid.
Quæſt. 6. *Beneficiarius abſque ulla attentione recitans officium, tenetur ne reſtituere?* ibid.
Quæſt. 7. *Beneficiarius curatus omittens horas canonicas, tenetur ne reſtituere omnes beneficii fructus, an ſolum fructus correſpondentes recitationi omiſſæ?* ib.
Quæſt. 8. *Qui unum officium pro alio recitat, tenetur ne ad reſtitutionem?* 110.
Quæſt. 9. *Cuinam reſtitutio fieri debet, fabricæ, an pauperibus?* ibid.
Quæſt. 10. *Fructuum reſtitutio ſuppleri ne poteſt eleemoſynis factis à Beneficiario antequam omitteret preces canonicas?* ibid.
Quæſt. 11. *Penſionarius tenetur ne fructus penſionis reſtituere pro rata ſi officium recitare omittat?* ibid.
Cap. VIII. *De attentione, intentione, voce, tempore, & loco ſervando in recitandis canonicis horis,* ibid.
Quæſt. 1. *Quæ attentio requiratur ad recitationem divini officii?* ibid.
Quæſt. 2. *Sufficit ne ad implendum præceptum attentio habitualis?* 112.
Quæſt. 3. *Satis ne eſt ad implendum præceptum, meditari myſteria paſſionis Chriſti, aut Sanctorum, vel B. Virginis acta?* ibid.
Quæſt. 4. *Peccant ne Chriſtiani qui animo diſtracto preces recitant?* ibid.
Quæſt. 5. *Quæ ſunt actiones externæ quæ in recitante horas canonicas attentionem interiorem impediunt?* ibid.
Quæſt. 6. *Licitum ne eſt inter manuum labores preces recitare?* ibid.
Quæſt. 7. *Satisfacit ne præcepto recitandi horas canonicas qui ſimul Miſſam de præcepto audit?* ibid.
Quæſt. 8. *Quid de eo dicendum qui in choro ſomno vexatur?* ibid.
Quæſt. 9. *Neceſſaria ne intentio eſt recitandi horas canonicas?* 113.
Quæſt. 10. *Satis ne ſit ſola mente, abſque exteriore voce, canonicas horas recitare: & an Regulares fruantur privilegio recitandi officium divinum mentaliter, dum privatim extra chorum illud perſolvunt?* ibid.
Quæſt. 11. *Peccat ne lethaliter qui unicam ex minimis horis omittit?* ibid.
Quæſt. 12. *Peccant ne mortaliter qui brevius, loco longioris, officium recitant?* ibid.
Quæſt. 13. *Quæ continuatio, & ordo ſervari debet in recitandis canonicis horis?* ibid.
Quæſt. 14. *Quo tempore recitandæ ſunt horæ canonicæ,* 114.
Quæſt. 15. *Qui celebrat Miſſam ante recitatum Matutinum peccat ne mortaliter?* ibid.
Cap. IX. *De cauſis excuſantibus à recitandis horis canonicis,* 115.
Quæſt. 1. *Qui ſolus nequit, cum ſocio verò poteſt, tenetur ne ſocium adhibere ut perſolvere horas queat?* ibid.
Quæſt. 2. *Quæ infirmitas excuſat à recitandis horis?* ibid.
Quæſt. 3. *Quæ occupatio eximit ab officio recitando?* ib
Quæſt. 4. *Qui non poteſt majorem, tenetur ne recitare minorem officii partem?* ibid.
Quæſt. 5. *Quis diſpenſare ab officio recitando valet?* 116.
Cap. X. *De obligatione Canonicorum frequentandi chorum, ut quotidianas diſtributiones lucrentur, & de cauſis excuſantibus eos à chori frequentia,* ib.
Quæſt. 1. *Peccat ne læthaliter Canonicus, ſive Præbendatus, qui legitima ſublata cauſa à choro abeſt?* ibid.
Quæſt. 2. *Tenentur ne Canonici pſallere, & cantare in choro, ita ut non ſatisfaciant ſola præſentia, vel ſubmiſſa voce privatim recitantes?* ibid.
Quæſt. 3. *Qui legitima cauſa à choro abſunt, acquirunt ne diſtributiones, non modò propriæ præſentiæ debitas, ſed eas etiam quæ ab aliis abſque cauſa abſentibus accreſcunt?* 118.
Quæſt. 4. *Præbendati præſentes jure ne valent abſentibus abſque cauſa diſtributiones donare?* ibid.
Quæſt. 5. *Quænam ſunt cauſæ excuſantes Canonicos à chori frequentia?* ibid.

DISSERTATIO VII.

De Adoratione, & cultu Dei, & Sanctorum.

Cap. I. *De adoratione, ejuſque partitione, & præcepto,* 119.
Quæſt. 1. *Quid, & quotuplex ſit adoratio?* ibid.
Quæſt. 2. *Datur ne præceptum divinum Deum adorandi actibus tum internis, tum externis?* 120.
Quæſt. 3. *Chriſtus Dominus adorandus ne eſt ut homo cultu latriæ?* ibid.
Quæſt. 4. *Crux Chriſti adoranda ne eſt latriæ cultu?* ibid.
Cap. II. *De cultu debito B. Virgini, Angelis, Sanctis, ſacris imaginibus, & reliquiis Sanctorum?* ibid.
Quæſt. 1. *Utrum B. Virgini, Angelis, & Sanctis cultus debeatur?* ibid.
Quæſt. 2. *Licitus ne eſt & pius ſacrarum imaginum uſus* 121.
Quæſt. 3. *Adorari ne ſacræ imagines poſſunt?* ibid.
Quæſt. 4. *Datur ne præceptum habendi, & adorandi ſacras imagines?* ibid.
Quæſt. 5. *Adorandæ ne ſunt ſacræ reliquiæ,* ibid.

DISSERTATIO VIII.

De Superſtitione, ejuſque ſpeciebus.

Cap. I. *Definitio, & diviſio ſuperſtitionis. Varii caſus in quibus ſerpit ſuperſtitio, explicantur,* ibid.
Quæſt. 1. *Quid, & quotuplex ſit ſuperſtitio?* ibid.
Quæſt. 2. *Quid ſit idololatria, & quot modis perpetretur?* 122.
Quæſt. 3. *Quid, & quotuplex ſit adivinatio?* ibid.
Quæſt. 4. *Quid eſt aſtrologia judiciaria?* 123.
Quæſt. 5. *Licitum ne eſt futura libera per ſomnia divinare?* ibid.
Quæſt. 6. *Licet ne ex cantu, volatu, motuque avium futura prædicere?* ibid.
Quæſt. 7. *Licitus ne eſt ſortium uſus in electione ad eccleſiaſtica beneficia, vel ſæculares dignitates?* 124.
Quæſt. 8. *Licita ne eſt ſortio conſultoria?* ibid.
Quæſt. 9. *Quid, & quotuplex ſit vana obſervantia?* ibid.
Cap. II. *De magia naturali, ſuperſtitioſa, lamiis, & ſtrigibus,* ibid.
Quæſt. 1. *Quid, & quotuplex magia ſit?* ibid.
Quæſt. 2. *Quid decendum de iis qui ſalutatores vocantur?* ibid.
Quæſt. 3. *Datur ne ars magica ſuperſtitioſa?* ibid.
Quæſt. 4. *Quid de lamiis, & ſtrigibus dicendum?* 125.
Quæſt. 5. *Transferuntur ne ſtriges de loco ad locum?* ib.
Cap. III. *De tentatione Dei, & ſacrilegio,* ibid.
Quæſt. 1. *Quid ſit tentatio Dei?* ibid.
Quæſt. 2. *Tentat ne Deum ille qui probatione ferri candentis, aut aquæ ferventis ſuam manifeſtare innocentiam contendit?* ibid.
Quæſt. 3. *Quid ſit ſacrilegium, & quotuplex?*

DISSERTATIO IX.

De Voto.

Cap. I. *Recenſentur propoſitiones damnatæ, &* la-

xæ, 126.
Cap. II. *Voti notio, ejuſque conditiones,* 127.
Quæſt. 1. *Quid ſit votum, ejuſque conditiones?* ibid.
Quæſt. 2. *Quid ſignificat altera particula* de meliori bono? ibid.
Quæſt. 3. *Res indifferentes, inutiles, vitioſæ ſunt ne materia voti,* ibid.
Quæſt. 4. *An qui non poteſt implere totum votum, teneatur implere partem?* 128.
Quæſt. 5. *Votum non ludendi validum ne eſt?* ibid.
Quæſt. 6. *Validum ne votum eſt numquam peccandi?* ibid.
Cap. III. *De votorum diſtinctione,* ibid.
Cap. IV. *De votorum obligatione, variiſque votorum quæſtionibus,* ibid.
Quæſt. 1. *An detur parvitas materiæ in voto?* 129.
Quæſt. 2. *An qui violat plura vota in materia levi eodem die, graviter peccet?* ibid.
Quæſt. 3. *An vota parentum filii implere debeant?* ibid.
Quæſt. 4. *Hæredes tenentur ne vota teſtatorum implere?* ibid.
Quæſt. 5. *Quo tempore implenda vota ſunt?* ibid.
Quæſt. 6. *Quid de voto dubio dicendum?* ibid.
Quæſt. 7. *Qui vovit abſtinere à vino, tenetur ne abſtinere à cerviſia, aliiſque liquoribus è vino expreſſis?* 130.
Quæſt. 8. *An error circa ſubſtantiam voti reddat votum invalidum?* ibid.
Quæſt. 9. *An votum metu extortum ſit validum?* 131.
Quæſt. 10. *Quid de voto conditionali dicendum?* ibid.
Quæſt. 11. *Quid ſit votum conditionatum pœnale?* ibid.
Quæſt. 12. *Quid dicendum de voto aſſumendi ſtatum religioſum?* ibid.
Cap. V. *De votorum ceſſatione, irritatione, diſpenſatione, & commutatione,* ibid.
Quæſt. 1. *Qui valeant vota edere?* ibid.
Quæſt. 2. *Vota Religioſorum emiſſa, abſque prælati licentia de re honeſta, quæ nec juriſdictionem, nec diſciplinam perturbant, ſunt ne valida?* ibid.
Quæſt. 3. *An Eccleſia valeat leges ferre quæ aliquas perſonas ad vovendum inhabiles declarent?* 132.
Quæſt. 4. *An ceſſante cauſa movente ceſſet votum?* ibid.
Quæſt. 5. *An notabilis materiæ mutatio ſatis ſit ad votum irritandum?* ibid.
Quæſt. 6. *An pro irritatione votorum cauſa aliqua requiratur?* ibid.
Quæſt. 7. *An facultas irritandi vota juris ſit naturalis, vel poſitivi?* ibid.
Quæſt. 8. *Quibus competat poteſtas irritandi vota?* ibid.
Quæſt. 9. *An vota filiorum impuberum irritare parentes queant?* 133.
Quæſt. 10. *Vota realia filiorum puberum ſubjician-*

Quæst. 4. *Licitum ne divitibus est retinere superflua statui præsenti ut ad altiorem ascendant?* ibid.
Quæst. 5. *In communi necessitate subveniendum ne pauperibus est ex superfluis?* 79.
Quæst. 6. *Licitum ne pauperi est in gravi constituto necessitate furari ea quæ sibi necessaria sunt?* 80.
Cap. VIII. *Qui facere eleemosynas, de quibus bonis, & quibus pauperibus astringuntur?* ibid.
Quæst. 1. *Quinam erogare eleemosynas possunt, & debent?* ibid.
Quæst. 2. *Filiifamilias, & uxores facere ne eleemosynas queunt?* ibid.
Quæst. 3. *Tenentur ne Regulares eleemosynas facere?* ibid.
Quæst. 4. *Quibus pauperibus eroganda eleemosyna est?* ibid.
Cap. IX. *Monitum ad Confessarios*, ibid.
Cap. X. *De correctione fraterna.* 81.
Quæst. 1. *Divinum ne est correctionis fraternæ præceptum?* ibid.
Quæst. 2. *Peccata ex ignorantia commissa, sunt ne vi præcepti corrigenda?* 82.
Quæst. 3. *Quæ sunt personæ quibus onus incumbit correctionis?* ibid.
Quæst. 4. *Concionatores gravi culpa polluti peccant ne mortaliter verbum Dei è publico suggestu prædicantes?* ibid.
Quæst. 5. *Obstringuntur ne subditi Superiores corrigere?* 83.
Quæst. 6. *Qui sunt Superiores qui peculiari jure obstringuntur ad correctionem?* ibid.
Quæst. 7. *Quæ spes profectus concipi debet ut fraternæ correctionis præceptum obliget?* ibid.
Quæst. 8. *Differri ne correctio debet, ut tempore opportuno peragatur?* 84.
Quæst. 9. *Quis ordo in correctione servandus?* ibid.
Quæst. 10. *Obligat ne servandi ordinis præceptum, cum existimatur securius Prælatum correcturum fore delinquentem?* ibid.
Quæst. 11. *Quæ peccata deferri ad Superiorem neglecto correctionis Ordine debent?* 85.

DISSERTATIO IV.

De Vitiis Charitati oppositis, & præsertim de Scandalo.

Cap. I. *Recensentur primò propositiones damnatæ, deindè quæ laxæ videntur.* 86.
Cap. II. *Quid sit odium Dei, & proximi. De discordia, contentione, schismate, & seditione.* 87.
Quæst. 1. *Est ne peccatum proximo maledicere?* 88.
Quæst. 2. *Quid sit discordia?* ibid.
Quæst. 3. *Quid sit contentio?* ibid.
Quæst. 4. *Quid sit schisma?* ibid.
Quæst. 5. *Quid sit seditio?* ibid.
Cap. III. *De scandalo*, ibid.
Quæst. 1. *Quid, & quotuplex sit scandalum?* ibid.
Quæst. 2. *Utrum scandalum sit speciale peccatum?* 89.
Quæst. 3. *Quam grave sit declinandi scandali debitum?* ibid.
Quæst. 4. *Reticendane est veritas vitæ, ut scandalum vitetur?* ibid.
Quæst. 5. *Est ne doctrinæ veritas reticenda, ut scandalum vitetur?* ibid.
Quæst. 6. *Dimittenda ne est justitiæ veritas propter scandalum vitandum?* 90.
Quæst. 7. *Sunt ne temporalia propter scandalum dimittenda?* ibid.
Quæst. 8. *Opera spiritualia sunt ne propter scandalum aut occultanda, aut differenda?* ibid.
Quæst. 9. *Quid de scandalo Naamani Syri dicendum?* ibid.
Quæst. 10. *Licitum ne est idola, & thus ethnicis vendere, fana, & synagogas construere, & cætera hujusmodi, quorum malus prævidetur usus?* ibid.
Quæst. 11. *Graviter ne peccant Christiani qui in Turcarum triremibus remigant adversus Christianos?* ibid.
Quæst. 12. *Licitum ne est pecunias mutuo accipere à fœneratore parato ad fœnora?* 91.
Quæst. 13. *Licitum ne est suadere illi qui certo peccaturus est levius, ut omittat gravius crimen?* ibid.
Quæst. 14. *Licitum ne est invitare ad cœnam eum qui solvere jejunium paratus est?* ibid.
Cap. IV. *De vano mulierum ornatu*, ibid.
Quæst. 1. *Ornare ne mulieres se licite valent?* ibid.
Quæst. 2. *Immoderatus mulierum ornatus improbatur ne à Scriptura Sancta?* 92.
Quæst. 3. *SS. Patres detestantur ne multebres pompas?* ibid.
Quæst. 4. *Peccant ne mulieres fucis, & stibio vultum adulterantes?* ibid.
Quæst. 5. *Quid de hoc argumento doceant nonnulli?* ibid.
Quæst. 6. *Quandonam mulierum ornatus censendus sit superfluus, & mortiferus?* ibid.
Quæst. 7. *Peccant ne mortaliter fœminæ nudato pectore incedentes?* 94.
Quæst. 8. *Peccant ne fœminæ quæ se conspiciendas præbent viris à quibus se turpiter amandas prævident?* ibid.
Quæst. 9. *Peccant ne mortaliter fœminæ quæ pollitulos suos sibi inservire permittunt, & illorum familiari colloquio fruuntur, dum ex pluribus indiciis probabiliter colligunt, illos erga se veneris amore flagrare?* 95.
Quæst. 10. *Licitum ne est nautis, & aurigis herum deferre in domum concubinæ, vel concubinam in domum heri?* ibid.
Quæst. 11. *Possunt ne deferri litteræ amatoriæ ad amasium amici?* ibid.
Quæst. 12. *Licitum ne est meretricibus inservire, eas ad domum amasii comitari, januam amasio aperire, lectum sternere?* ibid.
Quæst. 13. *Licitum ne est locare domum meretricibus?* 96.
Quæst. 14. *Licitum ne est commodare alicui cubiculum ad fornicandum?* ibid.
Quæst. 15. *Pingens concubinæ imaginem dandam amasio, perpetrat ne peccatum scandali?* ibid.
Quæst. 16. *Licitè ne pictores imagines turpes depingunt?* ibid.
Quæst. 17. *Quid de illis dicendum qui obscœnas imagines palam in domibus expositas tenent?* ibid.
Quæst. 18. *Licitum ne est petere solutionem maleficii à maleficio, vel saga?* 97.
Quæst. 19. *Quid de frequentatione comœdiarum, & promiscua virorum, & mulierum conversatione dicendum?* ibid.
Quæst. 20. *Quid agere illi debent qui falsa doctrina, aut fraude alios in peccatum impulerunt, aut à bono, ab ingressu in Religionem retraxerunt?* ibid.

DISSERTATIO V.

De Religione.

Cap. I. *Natura, & actus Religionis quam præscribit primum decalogi mandatum*, ibid.
Quæst. 1. *Quid sit Religio?* ibid.
Quæst. 2. *Quot sunt Religionis actus?* ibid.
Quæst. 3. *Quid sit devotio?* ibid.
Quæst. 4. *Quinam sit devotionis effectus?*
Cap. II. *De oratione, ejusque necessitate*, 98.
Quæst. 1. *Est ne oratio necessaria necessitate medii?* ibid.
Quæst. 2. *Datur ne orandi præceptum?* ibid.
Quæst. 3. *Quo tempore determinato urgeat orationis præceptum?* ibid.
Quæst. 4. *Peccat ne contra Religionis virtutem qui gravi tentatione pulsatus Deum orare negligit?* 99.
Cap. III. *De orationis conditionibus. Num solus Deus orandus? Sint ne Sancti invocandi? Et pro quibus orandum?* 100.
Quæst. 1. *Quæ, & quot sint orationis conditiones?* ibid.
Quæst. 2. *Quinam sint orationis effectus?* ibid.
Quæst. 3. *Utrum solus Deus orandus sit?* ibid.
Quæst. 4. *Invocandi ne Sancti sunt?* ibid.
Quæst. 5. *Orandum ne est pro omnibus viatoribus, etiam pro animabus in Purgatorio detentis?* 101.
Quæst. 6. *Certa ne suffragia prosunt Purgatorii animabus, quibus applicantur?* ibid.
Quæst. 7. *Utrum peccatores orare debeant, & exaudiantur à Deo?* ibid.

DISSERTATIO VI.

De Horis Canonicis.

Cap. I. *Recensentur propositiones damnatæ*, ibid.
Cap. II. *Propositiones laxæ quorumdam auctorum*, 102.
Cap. III. *De horarum canonicarum numero, & finitione*, ibid.
Quæst. 1. *Quot sunt horæ canonicæ?* ibid.
Quæst. 2. *Quænam sit horarum canonicarum notio?* ibid.
Quæst. 3. *Quænam sunt partes majores, & minores divini officii, & quo tempore olim celebratæ fuere?* ibid.
Quæst. 4. *Est ne peccatum separare Matutinum à Laudibus?* 103.
Quæst. 5. *Vetustane est consuetudo recitandi horas canonicas in choro?* ibid.
Quæst. 6. *Adhibenda ne sunt instrumenta musicalia in cantu ecclesiastico?* ibid.
Cap. IV. *De obligatione recitandi horas canonicas in choro, & de tempore, ordine, & loco quibus recitari debent*, 104.
Quæst. 1. *Tenentur ne omnes Ecclesiæ cathedrales, collegiatæ, parochiales, & regulares sub gravi culpa recitare in choro horas canonicas?* ibid.
Quæst. 2. *Quot Religiosi requiruntur ut præceptum recitandi horas canonicas in choro impleatur?* ibid.
Quæst. 3. *Novitii soli valent ne chori præceptum implere?* ibid.
Quæst. 4. *Quo tempore recitandæ sunt horæ canonicæ in choro?* ibid.
Quæst. 5. *Est ne gravis obligatio recitandi divinas laudes statis, diffinitisque horis?* 105.
Quæst. 6. *Est ne peccatum grave omittere in choro officium defunctorum, & officium parvum B. Virginis?* ibid.
Quæst. 7. *Quem ritum servare tenentur recitantes Breviarium*, ibid.
Cap. V. *De illis qui privatim recitare horas canonicas astringuntur*, 106
Quæst. 1. *Clerici in minoribus constituti astringuntur ne horas canonicas, vel aliquas preces recitare*, ibid.
Quæst. 2. *An Religiosi nondum in sacris constituti, & Moniales emissa professione teneantur sub gravi culpa horas privatim extra chorum recitare*, ibid.
Cap. VI. *De obligatione recitandi horas canonicas qua astringuntur Beneficarii*, ibid.
Quæst. 1. *Qui habet beneficium, sive simplex, sive curatum, astringitur ne sub gravi culpa horas canonicas recitare*, ibid.
Quæst. 2. *Qui percipit præstimonia, tenetur ne ad canonicas horas*, 107.
Quæst. 3. *Pensionarii tenentur ne canonicas horas*

Cap. II. *Quid, & quotuplex sit opinio probabilis, probabilior, tuta, & tutior. Germanus sensus quæstionis proponitur*, ibid.
Cap. III. *Argumento evidenti, & ineluctabili evincitur, doctrinam de licito usu opinionis minus probabilis in conspectu probabilioris esse falsam, & antievangelicam*, 34.
§. 1. *Brevis explicatio primæ propositionis*, 35.
§. 2. *Brevis explicatio secundæ propositionis*, ibid.
§. 3. *Probabilistæ simplex & perspicuum responsum præbere huic demonstrationi non possunt*, ibid.
Cap. IV. *Summi Pontificis Alexandri VII. auctoritate evincitur systema probabilisticum pugnare cum lege evangelica*, 37.
Cap. V. *Ven Innocentii XI. Pontificis summi auctoritate Probabilismus evincitur improbatus*, 38.
Cap. VI. *Aliis rationum momentis Probabilismus profligatur*, 40.
Cap. VII. *Expenduntur paradoxa Probabilistarum*, 41.
§. 1. *Paradoxon primum*: Melior est conditio possidentis, ibid.
§. 2. *Paradoxon secundum*: Lex dubia non est lex, ibid.
Cap. VIII. *Absurda gravissima quæ necessario consequuntur Probabilismum*, 43.
§. 1. *De ignorantia, ejusque divisione*, ibid.
§. 2. *Datur ne ignorantia invincibilis cujuscumque juris naturalis?* ibid.
§. 3. *Paradoxon primum ignorantiæ probabilisticæ, nullum nempè dari peccatum absque actuali advertentia*, 43.
§. 4. *Alterum paradoxon ignorantiæ probabilisticæ, peccatum philosophicum*, 44.
§. 5. *Paradoxon tertium ignorantiæ Probabilistæ, summoperè mirificum, & universæ antiquitati inauditum*, ibid.
Cap. IX. *Auctoritate Theologorum Probabilismus improbatur*, 45.
Cap. X. *Licitum est amplecti opinionem evidenter probabiliorem pro libertate, relicta minus probabili tutiore pro lege*, 47.
Cap. XI. *Adhortatio ad Confessarios*, ibid.

THEOLOGIA CHRITIANA
DOGMATICO - MORALIS.

LIBER III.
IN PRIMUM DECALOGI MANDATUM.

DISSERTATIO I.
De Fide, & Spe.

Cap. I. *Recensentur propositiones damnatæ ab Ecclesia in materia fidei*, 48.
Cap. II. *Census propositionum quæ videntur laxæ, ex Casuistis decerptarum*, 49.
Cap. III. *De fide, & ejus divisione*, 50.
Quæst. 1. *Quid sit fides?* ibid.
Quæst. 2. *Quotuplex sit fides?* ibid.
Quæst. 3. *Quodnam sit, & quotuplex objectum fidei*, ibid.
Quæst. 4. *Fiducia qua quis certo credit sibi esse peccata remissa, est ne fides theologica ad salutem necessaria?* ibid.
Quæst. 5. *Quæ ab Ecclesia credenda proponuntur ut à Deo revelata, sunt ne evidenter credibilia?* ib.
Quæst. 6. *Pia voluntatis affectio præcedere ne fidem debet?* ibid.
Quæst. 7. *Quinam sunt homines apti ad fidem theologicam*, ibid.
Cap. IV. *De necessitate credendorum*, 51.
Quæst. 1. *Utrum necessaria fides sit ad salutem?* ib.
Quæst. 2. *Quinam articuli credendi sunt necessitate medii?* ibid.
Quæst. 3. *Ignoranti mysteria Trinitatis, & Incarnationis neganda ne absolutio est?* ibid.
Quæst. 4. *Quænam sunt fidei capita quæ vi præcepti credere adulti obstringuntur?* ibid.
Cap. V. *Quænam scire fideles debeant eorum quæ mores instituunt, & Christianorum vitam conformant ad exemplar Magistri nostri Jesu-Christi*, 52.
Quæst. 1. *Quænam sunt præcepta & media quæ Deus jubet pro formandis moribus, quæ scire Christiani astringuntur?* ibid.
Quæst. 2. *Excusari ne fideles aliqui rudes possunt ob ingenii hebetudinem à notitia quorumdam articulorum*, 53.
Quæst. 3. *Satisfaciunt ne fidei præcepto fideles qui Symbolum, decem Decalogi præcepta, orationem dominicam, & angelicam salutationem latinè discunt, quandò sunt linguæ latinæ prorsus ignari?* ibid.
Quæst. 4. *Quandonam fideles elicere actus internos fidei astringuntur?* ibid.
Cap. VI. *De præcepto divino, & ecclesiastico confitendi doctrinam christianam tum fidei, tum morum?* 54.
Quæst. 1. *Datur ne præceptum confitendi exterius fidem christianam?* ibid.
Quæst. 2. *Qui interrogatur de fide catholica, peccat ne, si taceat?* ibid.
Quæst. 3. *Licitum ne est aliquandò tyrannum fugere, ut coactio ad fidem confitendam evitetur?* ibid.
Quæst. 4. *Qui curam animarum habent, teneutur ne fidei professionem palam edere?* ibid.
Quæst. 5. *Negaret ne fidem qui negaret se esse Christianum?* ibid.
Quæst. 6. *Peccant ne contra præceptum confitendæ fidei qui erubescunt publicam confessionem doctrinæ quæ mores regit*, 55.
Quæst. 7. *Licet ne aliquando falsam simulare religionem verbis, aut factis?* ibid.
Cap. VII. *De infidelitate, ejusque variis speciebus virtuti fidei oppositis*, 56.
Quæst. 1. *Tolerari ne infideles licitè queunt inter Catholicos?* ibid.
Quæst. 2. *Potest ne Ecclesia aut seipsa immediatè, aut Principum ope infideles non subditos ad fidem suscipiendam cogere?* ibid.
Cap. VIII. *De communicatione fidelium cum infidelibus*, ibid.
Cap. IX. *de hæresi, & apostasia à fide, & pœnis in hæreticos latis*, 57.
Quæst. 1. *Utrum dubius in fide, hæreticus habendus sit?* ibid.
Quæst. 2. *Quid sit apostasia?* 58.
Quæst. 3. *Quænam sunt pœnæ in hæreticos latæ?* ib.
Quæst. 4. *Quinam subjacent pœnis latis in hæreticos?* ibid.
Quæst. 5. *Lata ne excommunicatio est in credentes, fautores, receptatores, & defensores hæreticorum?* ibid.
Quæst. 6. *Permissum ne Catholicis est disputare cum hæreticis?* ibid.
Cap. X. *De libris prohibitis*, ibid.
Cap. XI. *Virtutis spei theologicæ notio, objectum, subjectum, præceptum, & tempus quo urget obligatio*, 59.
Quæst. 1. *Quid sit spes theologica?* ibid.
Quæst. 2. *Datur ne spei præceptum?* 60.
Quæst. 3. *Datur ne timoris præceptum?* ibid.
Quæst. 4. *Quænam sunt vitia spei opposita?* ibid.

DISSERTATIO II.
De Charitate erga Deum.

Cap. I. *Census propositionum proscriptarum*, ibid.
Cap. II. *Inventarium propositionum quæ laxæ videntur*, 61.
Cap. III. *Charitatis theologicæ notio, objectum, prærogativæ, & præceptum*, 62.
Quæst. 1. *Quid sit charitas ejusque objectum?* ibid.
Quæst. 2. *Urget ne præceptum amandi Deum?* ibid.
Quæst. 3. *Amor quem præceptum hoc imperat, debet ne esse appretiativus, vel etiam intensivus?* 63.
Cap. IV. *Tempora designantur in quibus hoc præceptum amandi Deum urget*, ibid.
Quæst. 1. *Obligat ne præceptum istud aliquo determinato tempore?* ibid.
Quæst. 2. *Satis ne est semel in vita actum amoris Dei elicere?* ibid
Quæst. 3. *Obligat ne hoc præceptum singulis dumtaxat quinquenniis?* 64.
Quæst. 4. *Obligat ne præceptum istud per se in primo usus rationis instanti?* ibid.
Quæst. 5. *Frequenter ne ad actus amoris Dei obligat charitatis præceptum?* ibid.
Quæst. 6. *An satis sit semel in anno actus charitatis elicere?* 65.
Quæst. 7. *Utrum ex præcepto charitatis omnes adstringantur dirigere opera sua in Deum?* 66.
Cap. V. *Consectaria quæ theologicarum virtutum Tom. I.*
exercitia, & officia suadent, ibid.
§. 1. *Qua ratione fidei excellentia, & exercitium suadeddum*, ibid.
§. 2. *Spei christianæ exercendæ rationes*, 67.
§. 3. *Charitatis exercendæ regulæ*. 68.

DISSERTATIO III.
De Charitate erga proximum.

Cap. I. *Recensentur propositiones damnatæ adversus charitatem proximi*, 69.
Cap. II. *Propositiones laxæ Casuistarum*, ibid.
Cap. III. *De præcepto divino, quo jubemur actu interno charitatis proximum diligere*, 70.
Quæst. 1. *Datur ne præceptum diligendi proximum?* ibid.
Quæst. 2. *Præceptum istud obligat ne ut peculiaribus internis actibus proximum diligamus?* ibid.
Quæst. 3. *Actus quo diligere proximum jubemur, debet ne esse distinctus ab actu amoris quo Deum diligimus?* ibid.
Quæst. 4. *Obligat ne per se hoc præceptum ad proximi dilectionem?* 71.
Quæst. 5. *Quomodo diligere debes proximum sicut teipsum?* ibid.
Quæst. 6. *Quis ordo in charitate servandus?* ibid.
Quæst. 7. *Qui sunt in dilectione præferendi?* 72.
Cap. IV. *De inimicorum dilectione*, ibid.
Quæst. 1. *In lege veteri urgebat ne præceptum diligendi inimicos?* ibid.
Quæst. 2. *Quænam benevolentiæ signa inimicis exhibenda?* ibid.
Quæst. 3. *Offensori petenti pacem tenetur ne offensus signa dilectionis exhibere?* 73.
Quæst. 4. *Astringitur ne offensus non solùm odium deponere, sed etiam satisfactionem remittere, & compensationem?* ibid.
Quæst. 5. *Licitum ne est de malo proximi gaudere ob bonum quod indè nobis obvenit?* ibid.
Cap. V. *De eleemosyna corporali*, ibid.
Quæst. 1. *Quid sit eleemosyna?* ibid.
Quæst. 2. *An jure naturali & divino eleemosyna imperetur?* ibid.
Cap. VI. *Selecta Patrum testimonia, quibus ad eleemosynam divites urgentur, & ilsorum excusationes vanæ refelluntur*, ibid.
Cap. VII. *De tempore quo eleemosynæ præceptum urget. Variæ quæstiones resolvuntur*, 77.
Quæst. 1. *Extrema necessitate laboranti astringuntur ne divites succurrere non modò ex superfluis, sed etiam ex necessariis statui?* ibid.
Quæst. 2. *Tenentur ne divites captivos apud Turcas, aliosque infideles redimere?* ibid.
Quæst. 3. *Dives qui extrema penuria laboranti dat mutuo pecuniam, satisfacitne præcepto eleemosynæ?* 78.

tur ne paternæ irritationi? ibid.
Quæst. 11. *Tutores, & curatores possunt ne vota impuberum, & minorum irritare?* ibid.
Quæst. 12. *Valeine mater filiorum impuberum, & filiarum vota irritare?* ibid.
Quæst. 13. *An maritus uxoris vota post matrimonium edita irritare queat?* ibid.
Quæst. 14. *Irritare ne domini valent servorum vota?* 134.
Quæst. 15. *Viget ne in Ecclesia facultas dispensandi ab obligatione votorum?* ibid.
Quæst. 16. *Quibus jure ordinario competit facultas dispensandi in votis?* ibid.
Quæst. 17. *Qui in aliis dispensationem à voto impertiunt, possunt ne sibi ipsis idem privilegium applicare?* ibid.
Quæst. 18. *An Prælati regulares valeant dispensare cum suis subditis in votis editis cum licentia majorum Prælatorum?* ibid.
Quæst. 19. *An Confessarii regulares dispensare in votis hominum sæcularium valeant?* ibid.
Quæst. 20. *Quid dicendum de votis reservatis summo Pontifici?* ibid.
Quæst. 21. *Quomodo intelliguntur reservata vota triplicis peregrinationis?* 135.
Quæst. 22. *An ad validam, licitamque dispensationem causa rationabilis requiratur?* ibid.
Quæst. 23. *Quænam sunt legitimæ dispensationis causæ?* ibid.
Quæst. 24. *Quid sit voti commutatio, & quis commutare vota queat?* 136.
Quæst. 25. *An in votorum commutatione servanda sit æqualitas materiæ?* ibid.
Quæst. 26. *Quæ causa requiritur ad licitam, validamque commutationem?* ibid.
Quæst. 27. *Quid dicendum de commutatione votorum vi Jubilæi, aut Bullæ Cruciatæ?* ibid.
Quæst. 28. *An votum erogandi eleemosynam tali Ecclesiæ, vel tali pauperi, possit illius post acceptationem commutari virtute Jubilæi, aut Bullæ Cruciatæ?* ibid.
Quæst. 29. *Licitus ne regressus est ad priorem materiam post factam legitimam commutationem?* 137.

LIBER IV.

In II. et IV. Decalogi mandatum.

DISSERTATIO I.

De Blasphemia, & juramento.

Cap. I. *Recensentur propositiones ab Ecclesia proscriptæ in materia juramenti*, ibid.
Cap. II. *Recensentur propositiones laxæ quas non pauci docent in materia blasphemiæ, & juramenti*, ibid.
Cap. III. *De blasphemia*, 140.
Quæst. 1. *Quid, & quotuplex sit blasphemia?* ibid.
Quæst. 2. *Est ne blasphemia genere suo peccatum mortale?* ibid.
Quæst. 3. *Variæ ne sunt blasphemandi formulæ?* ibid.
Quæst. 4. *Quæ sunt pœnæ in blasphemos constitutæ?* ibid.
Quæst. 5. *Qui blasphemos audit, debet ne eos ad judicem deferre?* ibid.
Quæst. 6. *Quomodo se gerere cum blasphemis Confessarii debeant?* ibid.
Cap. IV. *De juramento, variisque jurandi formulis. Laxa P. Tamburini doctrina rejicitur*, 141.
Quæst. 1. *Quid sit juramentum, & quænam jurandi formulæ?* ibid.
Quæst. 2. *An jurent homines passim ajentes*, Par Dios, *ut Hispani*; Per Dio, *ut Itali*; Par Dio, *ut Siculi, seu per Deum ita est?* ibid.
Quæst. 3. *An qui passim nomen Dei assumunt in vanum, licet nihil affirment, aut negent, peccent moraliter?* 142.
Cap. V. *Juramentorum divisiones, & conditiones explicantur*, ibid.
Quæst. 1. *Quot sunt juramenti conditiones?* ibid.
Quæst. 2. *An qui in re levissima falsum jurat, peccet mortaliter?* 143.
Quæst. 3. *Licitum ne est rem quam probabilem tantum esse judicas, jurare ut veram?* ibid.
Quæst. 4. *Quæ certitudo requiratur ad juramentum?* ibid.
Quæst. 5. *An defectus justitiæ in juramento assertorio sit peccatum mortale?* ibid.
Cap. VI. *De juramento promissorio*, ibid.
Quæst. 1. *An defectus veritatis de præsenti, vel de futuro in juramento promissorio semper sit peccatum mortale?* ibid.
Quæst. 2. *An mortaliter peccet contra Religionem qui jurat se aliquod grave peccatum patraturum?* 144.
Cap. VII. *De juramento doloso, æquivoco, & amphibologico, & de restrictionibus mentalibus*, ibid.
§. 1. *Quid senserint posteriores Theologi post damnatas theses ab Innoc. XI.* 146.
§. 2. *Vera doctrina proponitur, & paucis refellitur doctrina plurium recentiorum*, 147.
Cap. VIII. *De perjurio, & juramenti interpretatione, & dispensatione*, 148.
Quæst. 1. *Quid, & quotuplex sit perjurium?* ibid.
Quæst. 2. *Quot modis juramentum cessat?* 149.
Cap. IX. *De adjuratione, & exorcismo*, ibid.

DISSERTATIO II.

De Honorandis parentibus.

Cap. I. *Propositiones damnatæ, & laxæ*, 150.

Cap. II. *De pietate filiorum in parentes*, ibid.
Quæst. 1. *Peccant ne filii contra hoc præceptum, si parentibus grave malum desiderant?* ibid.
Quæst. 2. *Quid dicendum de opinione Leandri, & plurium aliorum Casuistarum inquientium, posse filium ob finem adeundi hæreditatem mortem exoptare parentibus?* 151.
Cap. III. *De obedientia filiorum parentibus debita*, 152.
Quæst. 1. *Quæ sunt præcipua officia quæ præcipere parentes filiis valent, & in quibus obedire filiis parentibus debent?* ibid.
Quæst. 2. *Possunt ne filii, invitis parentibus, licitè matrimonium inire?* ibid.
Quæst. 3. *Peccant ne filii qui parentes abducunt ne testamentum condant?* ibid.
Quæst. 4. *Quid in necessitate corporali parentibus præstare filii debeant?* ibid.
Cap. IV. *De officiis parentum in filios*, ibid.
Quæst. 1. *Quid nomine alimentorum, quæ præbere filiis parentes debent, intelligitur?* 153.
Quæst. 2. *Peccant ne parentes, si filios suos alendos in hospitali exponant?* ibid.
Quæst. 3. *Tenetur ne pater alimenta dare filio naturali?* ibid.
Quæst. 4. *Tenentur ne matres proprio lacte filios alere?* ibid.
Quæst. 5. *Occurrunt ne causæ cur pater denegare filiis alimenta queat?* 154.
Cap. V. *De obligatione mariti erga uxorem, & uxoris erga maritum; & de mutuo fratrum, & sororum debito*, ibid.
Quæst. un. *Tenetur ne maritus alimenta uxori præbere?* ibid.
Cap. VI. *De officiis Ecclesiasticorum, & Principum erga subditos: & de istorum erga hos Superiores cultu & obsequio; item de servorum debito erga dominos, & istorum in servos & famulos*, 155.
Quæst. un. *Servi tenentur ne comitari dominos ad fornicandum?* ibid.

LIBER V.

In V. VI. et IX. Decalogi præceptum.

DISSERTATIO I.

De Homicidio, duello, & bello.

Cap. I. *Recensentur propositiones damnatæ ab Alexand. VII. & Ven. Innoc. XI.* 156.
Cap. II. *Propositiones quædam laxæ*, ibid.
Cap. III. *Quid prohibeat quintum Decalogi mandatum* Non occides. *Quam grave sit homicidii scelus. De potestate Principum in facinorosos*, 158.
Quæst. 1. *Unde habeant supremæ potestates facultatem occidendi facinorosos?* ibid.
Quæst. 2. *Possunt ne Principes conferre cuilibet privato potestatem occidendi bannitos, proposito præmio?* ibid.
Quæst. 3. *Utrum judex damnare possit ad mortem eum quem testes evincunt reum, si ipse privatim novit innocentem?* ibid.
Cap. IV. *De homicidio privata auctoritate perpetrato*, 159.
Quæst. 1. *Licitum ne sit marito uxorem in adulterio deprehensam occidere?* ibid.
Quæst. 2. *Licitum ne est homicidium ob propriæ vitæ defensionem?* ibid.
Quæst. 3. *Licita ne sit calumniatoris occisio?* ibid.
Quæst. 4. *Occidendus ne sit calumniator ob defensionem honoris magni momenti, cum moderamine inculpatæ tutelæ?* ibid.
Quæst. 5. *Licita ne est hominis invasoris occisio ob conservationem bonorum temporalium?* 160.
Quæst. 6. *Licita ne est occisio invadentis pudicitiam?* 162.
Quæst. 7. *Licitum ne erit se ipsum occidere?* ibid.
Quæst. 8. *Licita ne est alicujus membri mutilatio?* ibid.
Quæst. 9. *Quid de homicidio casuali dicendum sit?* ibid.
Cap. V. *De Duello*, ibid.
§. 1. *Recensentur propositiones damnatæ in materia duelli a Benedicto XIV.* ibid.
§. 2. *Quid sit duellum*, 163.
§. 3. *Animadversiones in primam propositionem damnatam a Benedicto XIV.* ibid.
§. 4. *Animadversiones in secundam damnatam thesim*, 165.
§. 5. *Animadversiones in tertiam thesim*, ibid.
§. 6. *Animadversiones in quartam proscriptam thesim. Idea status naturalis quam perhibet P. Daniel Stadler, arbitraria, & commentitia*, ibid.
§. 7. *Animadversiones in quintam proscriptam thesim*, 166.
Cap. VI. *De bello*, 167.
Quæst. 1. *Quid, & quotuplex sit bellum?* ibid.
Quæst. 2. *An utrumque bellum licitum sit?* ibid.
Quæst. 3. *Quæ sint conditiones ad belli justitiam necessariæ, & qui possint illud indicere?* ibid.
Quæst. 4. *Utrum Princeps habens opinionem probabilem quod sibi aliquod regnum, vel civitas debeatur, possit bellum indicere Principi possessori?* ibid.
Quæst. 5. *Utrum Rex catholicus in bello justo contra alios catholicos vocare in auxilium queat gentiles, & infideles?* 168.
Quæst. 6. *Licitum ne est Clericis, & Religiosis in bello justo propria manu pugnare?* ibid.
Quæst. 7. *Licitum ne est Christianis captivis timore mortis percussis pro infidelibus pugnare adversus Christianos?* ibid.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Quæſt. 8. *Qui modus ſervandus in bello peragendo ſit?* ibid.
Quæſt. 9. *Quænam ſunt peccata quæ patrari in bello ſolent?* ibid.
Quæſt. 10. *Licitum ne eſt in bello juſto innocentes ſontibus permixtos occidere?* ibid.
Quæſt. 11. *Licitæ ne ſunt repræſſaliæ?* 169.

DISSERTATIO II.

De Luxuria, ejuſque ſpeciebus.

Cap. I. *Propoſitiones damnatæ ab Alexandro VII. & Innocentio XI.* ibid.
Cap. II. *Propoſitiones laxæ Caſuiſtarum quorumdam,* ibid.
Cap. III. *De luxuria, & ejuſdem ſpeciebus, atque de caſtitate oppoſita, quæ hoc mandato jubetur,* 173.
Quæſt. 1. *Quid prohibet hoc præceptum,* Non mœchaberis, ibid.
Quæſt. 2. *Quid ſit luxuria,* ibid.
Quæſt. 3. *Quæ ſunt luxuriæ filiæ, & ſpecies,* ibid.
Quæſt. 4. *Utrum ſextum præceptum præcipiat caſtitatem,* ibid.
Quæſt. 5. *In quo ſita ſit virginitatis notio,* ibid.
Quæſt. 6. *Qua ratione virginitas amittitur,* ibid.
Cap. IV. *De fornicatione, & concubinatu,* ibid.
Quæſt. 1. *Quid ſit fornicatio, & quo jure prohibita,* ibid.
Quæſt. 2. *In quo differt concubinatus à fornicatione,* 174.
Quæſt. 3. *Abſolvendus ne eſt concubinarius antequam concubinam dimittat,* ibid.
Quæſt. 4. *Peccatum ne grave eſt aſpectus membrorum turpium ſive viri, ſive mulieris,* ibid.
Cap. V. *De choreis virorum, & mulierum, & de theatrorum, ſeu comœdiarum frequentia. De converſatione hodierna promiſcua, de oſculis, tactibus, & amplexibus,* ibid.
Quæſt. 1. *Sunt ne choreæ hodiernæ occaſiones peccandi adeo propinquæ, ut chriſtiani communiter loquendo, & aliquo caſu excepto, ſeu gravi culpa abſtinere ab iiſdem debeant,* ibid.
Quæſt. 2. *Licitum ne eſt adeſſe theatris, & comœdiis noſtri temporis,* 176.
Quæſt. 3. *Quid de hodierna converſatione virorum, & fœminarum dicendum,* 178.
Quæſt. 4. *Quandonam verba turpia, oſcula, amplexus, tactus ſunt peccata mortalia,* ibid.
Quæſt. 5. *Quid ſit delectatio moroſa, & an ſit peccatum mortale,* ibid.
Quæſt. 6. *Utrum vellicare genas, & tangere mamillas mulierum ſit peccatum mortale,* 179.
Cap. VI. *De ſtupro, raptu, adulterio, inceſtu, & ſacrilegio,* ibid.
Quæſt. 1. *Quid ſit ſtuprum,* ibid.
Quæſt. 2. *Quæ pœnæ conſtitutæ ſunt in ſtuprarores,* ibid.
Quæſt. 3. *Quid ſit raptus,* ibid.
Quæſt. 4. *Quid ſit adulterium,* ibid.
Quæſt. 5. *Quid ſit inceſtus,* ibid.
Quæſt. 6. *Quid ſit ſacrilegium,* 180.
Cap. VII. *De flagitiis contra naturam,* ibid.
Quæſt. 1. *Differunt ne ſpecie hæc flagitia,* ibid.
Quæſt. 2. *Quid ſit pollutio,* ibid.
Quæſt. 3. *Pollutio volita in cauſa peccatum ne mortale eſt,* ibid.
Quæſt. 4. *Quid ſit ſodomia,* 182.
Quæſt. 5. *Quid ſit beſtialitas,* ibid.
§. unic. *De remediis luxuriæ,* ibid.

LIBER VI.

IN VII. VIII. ET X. DECALOGI MANDATUM.

DISSERTATIO I.

De Furto.

Cap. I. *Propoſitiones damnatæ ab Innocentio XI.* 183.
Cap. II. *Propoſitiones laxæ Caſuiſtarum,* ibid.
Cap. III. *De furti notione, & diviſione, de rapina, de quantitate ad furtum grave requiſita, & de furtis munitis,* 185.
Quæſt. 1. *Quid, & quotuplex ſit furtum,* ibid.
Quæſt. 2. *Quænam ſit quantitas neceſſaria ad furtum mortale,* ibid.
Quæſt. 3. *Quid de furtis minutis dicendum,* 186.
Quæſt. 4. *Plures ab eodem modica furripiunt: peccant ne ſinguli mortaliter,* ibid.
Quæſt. 5. *Quando plures ſeorſim modica furantur, quorum quilibet ſcit, & adverit ab aliis modica furripi, abſque tamen communi conſilio, peccant ne ſinguli mortaliter?* ibid.
Quæſt. 6. *Licitum ne eſt in extrema neceſſitate furari,* ibid.
Quæſt. 7. *Licitum ne eſt in neceſſitate gravi furari?* ibid.
Cap. IV. *De occulta compenſatione,* 187.
Quæſt. 1. *Quid ſit compenſatio,* ibid.
Quæſt. 2. *Licita ne eſt occulta compenſatio, & quæ ſint ejuſdem conditiones,* ibid.
Cap. V. *De furtis domeſticorum,* 188.
Quæſt. 1. *Peccant ne filii qui bona furantur parentibus,* ibid.
Quæſt. 2. *Furtum ne perpetrant uxores quæ bona mariti furripiunt,* ibid.
Quæſt. 3. *Quid de furtis Religioſorum,* 189.

DIS-

DISSERTATIO II.

De Falſo teſtimonio.

Cap. I. *Propoſitiones laxæ Caſuiſtarum,* ibid.
Cap. II. *De falſo teſtimonio, octavo præcepto vetito, & de mendacio,* 190.
Quæſt. 1. *Quid ſit falſum teſtimonium?* ibid.
Quæſt. 2. *Quid ſit mendacium?* ibid.
Quæſt. 3. *Sit ne ſemper mendacium, etiam ob finem bonum prolatum, malitia infectum?* ibid.
Cap. III. *De contumelia, ſuſurratione, deriſione, maledictione, & detractione,* ibid.
Quæſt. 1. *Quid ſit contumelia?* ibid.
Quæſt. 2. *Quid ſit ſuſurratio?* 191.
Quæſt. 3. *Quid ſit deriſio?* ibid.
Quæſt. 4. *Quid ſit maledictio?* ibid.
Quæſt. 5. *Quid ſit detractio?* ibid.
Quæſt. 6. *Eſt ne peccatum grave conficere libellos famoſos?* ibid.
Quæſt. 7. *Qui crimen publicum in uno loco ſcit, peccat ne, ſi narret illud in alio loco ubi non eſt publicum?* 192.
Quæſt. 8. *Eſt ne peccatum detractionis traducere Theologos ut Rigoriſtas, vel Laxones?* ibid.
Quæſt. 9. *Peccat ne qui detractores audit?* ibid.
Quæſt. 10. *Quid de ſecreti revelatione dicendum?* ibid.
Cap. IV. *De judicio temerario ſuſpicione, & dubitatione,* 193.
Quæſt. 1. *Quid ſit judicium temerarium?* ibid.
Quæſt. 2. *Quid ſit ſuſpicio?* ibid.
Quæſt. 3. *Quomodo dubia in meliorem partem ſunt interpretanda?* ibid.
Cap. V. *De reſtitutione famæ denigratæ per detractionem,* 194.
Quæſt. 1. *Neceſſaria ne eſt famæ læſæ reſtitutio ad ſalutem æternam obtinendam?* ibid.
Quæſt. 2. *Mortuo detractore tranſit ne ad hæredes debitum reſtitutionis?* ibid.
Quæſt. 3. *Quinam ſit modus reſtituendæ famæ?* ibid.
Quæſt. 4. *Occurrunt ne cauſæ quæ à reſtitutione famæ excuſent?* ibid.
Cap. VI. *Pauca perſtringuntur de nono, & decimo mandato,* 195.

LIBER VII.

IN QUINQUE ECCLESIÆ PRÆCEPTA.

DISSERTATIO I.

De Feſtorum ſanctificatione.

Cap. I. *Recenſentur propoſitiones damnatæ,* ibid.
Cap. II. *Propoſitiones laxæ plurium Caſuiſtarum,* ib.
Cap. III. *De obligatione ſervandi feſtos dies.* 197.
Quæſt. 1. *Obſervatio feſtorum obligat ne ſub mortali?* ibid.
Quæſt. 2. *Quinam teneantur dies feſtos obſervare?* ibid.
Cap. IV. *De operibus ſervilibus vetitis diebus feſtis?* 198.
Quæſt. 1. *Quænam ſunt opera ſervilia vetita diebus feſtis,* ibid.
Quæſt. 2. *An qui peccant mortaliter diebus feſtis, graviter violent præceptum ſanctificandi feſta?* ibid.
Quæſt. 3. *Quænam ſunt opera mechanica ſervilia diebus feſtis vetita?* ibid.
Quæſt. 4. *Quid de operibus naturalibus, Religionis, & pietatis dicendum?* 199.
Quæſt. 5. *Licitum ne eſt mercatus, & judicia forentia diebus feſtis exercere?* 200.
Cap. V. *De cauſis excuſantibus ab obſervantia præcepti prohibentis opera ſervilia die feſto.* ibid.
Quæſt. 1. *Quæ temporis parvitas excuſat à tranſgreſſione præcepti vetantis opera ſervilia?* ibid.
Quæſt. 2. *Quæ neceſſitas excuſat laborantes die feſto?* ibid.
Cap. VI. *De Miſſa audienda diebus feſtis, aliiſque pietatis operibus peragendis.* 201.
Quæſt. 1. *Qui notabilem Miſſæ partem audire negligeret, graviter ne peccaret?* ibid.
Quæſt. 2. *Quæ præſentia requiritur ad Miſſam audiendam?* ibid.
Quæſt. 3. *Quæ attentio, & intentio requiratur ut impleatur præceptum Miſſæ audiendæ?* ibid.
Quæſt. 4. *An Chriſtiani diebus dominicis præter Miſſæ auditionem teneantur intereſſe veſperis, conciones audire, aliaque pia opera exercere?* ibid.

DISSERTATIO II.

De Jejunio.

Cap. I. *Propoſitiones damnatæ ab Alex. VII.* 202.
Cap. II. *Propoſitiones laxæ Caſuiſtarum,* ibid.
Cap. III. *De præcepto jejunii eccleſiaſtici,* 206.
Quæſt. 1. *Quid ſit jejunium eccleſiaſticum, & quænam ejus partes?* ibid.
Quæſt. 2. *Quos cibos ſub carnium nomine Eccleſia prohibeat?* ibid.
Quæſt. 3. *Quandonam licitum eſt tempore jejunii carnes comedere?* ibid.
Quæſt. 4. *Quid de hodiernis diſpenſationibus ad eſum carnium dicendum?* ibid.
Quæſt. 5. *Diſpenſatio abſtinentiæ à carnibus infert ne diſpenſationem à jejunio?* ibid.
Quæſt. 6. *Quot peccata committit qui diebus jejunii carnes comedit?* ibid.
Cap. IV. *De abſtinentia à lacticiniis, unica comeſtura,*

ra, & collatiuncula ſerotina, 207.
Quæſt. 1. *Obligat ne ſub gravi culpa abſtinentia à lacticiniis?* ibid.
Quæſt. 2. *Neceſſaria ne eſt obſervantia unicæ comeſturæ in jejunio eccleſiaſtico, & qua hora peragenda?* ibid.
Quæſt. 3. *Licitane eſt collatiuncula ſerotina?* ibid.
Quæſt. 4. *An potus chocolatis licitus ſit tempore jejunii?* ibid.
Cap. V. *De perſonis ſubjectis jejunio, & de cauſis excuſantibus*, 209.
Quæſt. 1. *Quo ætatis anno juvenes ſubjecti ſunt jejunii præcepto?* ibid.
Quæſt. 2. *Senes expleto anno ſexageſimo aſtringuntur ne præcepto jejunii, ſi firmæ ſint valetudinis?* ibid.
Quæſt. 3. *Qui non poteſt totum jejunium implere, tenetur ne ad partem: & utrum ſæpius modica comedentes graviter peccent?* ibid.
Quæſt. 4. *Quænam ſunt cauſæ à jejunio excuſantes?* 210.
Quæſt. 5. *An conjugati liberi ſint à jejunio, ut ſolvant debitum conjugale?* ibid.
Quæſt. 6. *Quiſnam labor à jejunio excuſet?* ibid.
Quæſt. 7. *Utrum Concionatores excuſentur à jejunio?* ibid.
Quæſt. 8. *Quænam opera comitari jejunia Chriſtianorum debent?* ibid.

DISSERTATIO III.

De tertio, & quarto præcepto Eccleſiæ, nempe, annuæ confeſsionis, & paſchalis communionis.

Cap. I. *Recenſentur propoſitiones damnatæ*, 211.
Cap. II. *Eccleſia præceptum edidit quod per ſe obligat omnes fideles ad peccatorum confeſsionem ſingulis annis*, ibid.
Quæſt. 1. *Qua anni parte obligat hoc præceptum?* ibid.
Quæſt. 2. *An præceptum impleatur per confeſsionem invalidam?* ibid.
Cap. III. *De illis qui huic præcepto ſubjecti ſunt, & de cauſis excuſantibus?* ibid.
Quæſt. 1. *Quo ætatis anno tenentur pueri confiteri*, ibid.
Quæſt. 2. *Quænam ſunt cauſæ ab hoc præcepto excuſantes?* 212.
Quæſt. 3. *Fidelis qui ignorat idioma Confeſſarii, tenetur ne confiteri per interpretem?* ibid.
Quæſt. 4. *Quæ pœnæ impoſitæ ſunt omittentibus implere præceptum annuæ confeſsionis?* ibid.
Cap. IV. *De communione paſchali*, ibid.
Quæſt. 1. *Datur ne præceptum communionis paſchalis?* ibid.
Quæſt. 2. *Qua anni parte urget hoc præceptum?* ibid.
Quæſt. 3. *An qui prævidet ſe non poſſe infra intervallum paſchale communionem ſuſcipere, teneatur illam anticipare?* ibid.
Quæſt. 4. *An qui indignè communicant, hoc præceptum impleant?* 213.

DISSERTATIO IV.

De Decimis quinto Eccleſiæ præcepto impoſitis.

Cap. I. *Decimarum notio, origo, & ſolvendarum obligatio*, ibid.
Quæſt. 1. *Quid ſint decimæ, & quænam earum origo?* ibid.
Quæſt. 2. *Quot ſunt decimarum genera?* ibid.
Quæſt. 3. *An jure tantum eccleſiaſtico decimæ in lege gratiæ ſolvantur?* ibid.
Quæſt. 4. *Quinam ſolvere decimas debent?* ibid.
Cap. II. *De quibus rebus decimæ tam perſonales quam prædiales, quove tempore ſolvi debeant*, 214.
Quæſt. 1. *De quibus lucris ſolvendæ decimæ perſonales ſint?* ibid.
Quæſt. 2. *De quibus rebus decimæ prædiales ſolvendæ ſunt?* ibid.
Quæſt. 3. *An peccent qui decimas non ſolvunt?* ibid.
Quæſt. 4. *Latæ ne ſunt aliquæ pœnæ contra defraudantes decimas?* ibid.
Quæſt. 5. *Quibus Eccleſiis, & perſonis ſolvendæ decimæ ſunt?* ibid.
Cap. III. *De primitiis*, 215.

LIBER VIII.

DE OFFICIIS HOMINUM, SEU DE ACTIBUS humanis, atque de lege, tum naturali, tum poſitiva: item de vitiis, & peccatis.

DISSERTATIO I.

De Officiis hominum.

Cap. I. *De officiis voluntariis, & liberis*, ibid.
Quæſt. 1. *Quid ſit officium voluntarium?* ibid.
Quæſt. 2. *Quotuplex voluntarium?* ibid.
Quæſt. 3. *Quot ſint involuntarii cauſæ?* ibid.
Quæſt. 4. *Quomodo ea quæ fiunt ex metu, ſint involuntaria?* 216.
Quæſt. 5. *Quæ fiunt ex concupiſcentia, ſunt ne involuntaria?* ibid.
Quæſt. 6. *Quid requiritur ut voluntas libere agat?* ibid.

Quæſt.

Quæſt. 7. *Utrum ex parte ſolius objecti proficiſcatur voluntatis neceſsitas?* ibid.
Quæſt. 8. *In quo ſita eſt harmonia, & ordo actuum humanorum?* 217.
Cap. II. *De actuum humanorum moralitate*, ibid.
Quæſt. 1. *Sita ne eſt actuum humanarum moralitas in libertate, an in denominatione extrinſeca?* ibid.
Quæſt. 2. *Unde actus morales ſpeciem capiant?* ibid.
Quæſt. 3. *Utrum dentur actus indifferentes in individuo?* 218.

DISSERTATIO II.

De lege tum naturali, tum poſitiva.

Cap. I. *De lege in communi. Unde ſuam repetat originem. Ejuſdem notio, & diviſio*, ibid.
Quæſt. un. *Sit ne in Deo lex æterna, & quid ſit lex iſta?* 219.
Cap. II. *De lege naturali, & præceptis in eadem contentis. De ejuſdem immutabilitate, & diſpenſatione*, ibid.
Quæſt. 1. *Quid ſit lex naturalis?* ibid.
Quæſt. 2. *Utrum detur homo exlex, & an bonitas, & turpitudo inſit rebus ante omnem legem formalem?* ibid.
Quæſt. 3. *Quæ præcepta contineantur in lege naturali?* 220.
Quæſt. 4. *Lex naturalis eſt ne immutabilis?* ibid.
Quæſt. 5. *Quæ ſunt naturæ juris, poſſunt ne aliqua poteſtate diſpenſari?* ibid.
Quæſt. 6. *Poteſt ne Deus ſua abſoluta poteſtate, diſpenſare in aliquibus juris naturæ præceptis?* ibid.
Quæſt. 7. *Quid ſit jus gentium?* 221.
Cap. III. *De lege poſitiva divina*, ibid.
Cap. IV. *De lege poſitiva humana*, 222.
§. 1. *Legum humanarum fundamentum humana ſocietas*, ibid.
§. 2. *De jure civili, publico, & privato*, ibid.
§. 3. *De jure canonico, ſeu eccleſiaſtico*, ibid.
Cap. V. *De poteſtate leges condendi, & de perſonis eidem ſubjectis*, ibid.
Quæſt. 1. *Utrum Princeps ſupremi, æquè ac ſubditi, ſubjecti legibus à ſe latis ſint?* 223.
Quæſt. 2. *Puer ſeptennes, infideles, amentes, ebrii, ſubjecti ne legibus ſunt?* ibid.
Quæſt. 3. *Quomodo Clerici, peregrini, & advenæ ſubjecti ſint legibus ſuæ patriæ, & locorum per quæ tranſeunt?* ibid.
Cap. VI. *De legum humanarum effectibus, & vi obligandi*, ibid.
Quæſt. 1. *Qui ſunt legis effectus?* ibid.
Quæſt. 2. *Quænam ſit legis humanæ materia?* ibid.
Quæſt. 3. *Valent ne legislatores humani, ſive eccleſiaſtici, ſive civiles, actus internos directè, & abſolutè præcipere?* ibid.
Quæſt. 4. *Obligat ne ſub gravi lex humana?* 224.
Quæſt. 5. *Leges injuſtæ pariunt ne obligationem?* ibid.
Quæſt. 6. *Unde colligenda ſit gravis obligatio legis?* ib.
Quæſt. 7. *Quid de lege pœnali dicendum eſt?* ibid.
Quæſt. 8. *Unde nam argui poteſt legem pœnalem mixtam obligare ſub gravi culpa?* ibid.
Quæſt. 9. *An leges in præſumptione fundatæ obligent in conſcientia?* 225.
Cap. VII. *De lege tributorum*, ibid.
Quæſt. un. *Lex tributorum obligat ne in conſcientia?* ibid.
Cap. VIII. *De lege irritante, & lege dubia*, ibid.
Quæſt. 1. *Lex irritans obligat ne in conſcientia?* ibid.
Quæſt. 2. *Qui dubitat exiſtat ne lex, an ſecus, liber ne à lege eſt?* ibid.
Quæſt. 3. *Qui certus de lege, dubitat vero an in hoc particulari caſus ſubjectus legi ſit, exemptus ne à lege eſt?* 226.
Quæſt. 4. *An homines cum mortis, vel gravis damni periculo teneantur leges ſervare?* ibid.
Cap. IX. *De neceſſaria intentione legis implendæ, & de obſervantia plurium præceptorum unico actu*, ibid.
Quæſt. 1. *Neceſſaria ne eſt aliqua intentio vel expreſſa, vel virtualis adimplendi præceptum; aut ſufficit intentio ponendi rem præceptam?* ibid.
Quæſt. 2. *Ut quis legem impleat, debet ne finem legis intendere?* ibid.
Quæſt. 3. *Impleri ne uno actu plura præcepta valent?* ibid.
Quæſt. 4. *Satisfieri ne poteſt eodem tempore diverſis præceptis?* 227.
Quæſt. 5. *Qui non poteſt totum implere opus præceptum, aſtringitur ne partem quam poteſt exequi?* ib.
Cap. X. *De legis ceſſatione, interpretatione diſpenſatione, & conſuetudine*, ibid.
Quæſt. 1. *Utrum ceſſante fine legis in particulari teneat lex?* ibid.
Quæſt. 2. *An ceſſante negativè fine adæquato legis in particulari ceſſet lex?* ibid.
Quæſt. 3. *Quid ſit abrogatio legis, & quis abrogare eam valeat?* ibid.
Quæſt. 4. *Quid ſit legis interpretatio?* 228.
Quæſt. 5. *Quæ regulæ in interpretatione ſervandæ?* ibid.
Quæſt. 6. *Quid ſit epikeja, & ubi nam locum habeat?* ibid.
Quæſt. 7. *Quid ſit diſpenſatio à lege?* ibid.
Quæſt. 8. *Unde colligi poſſit Prælatum velle diſpenſare?* ibid.
Quæſt. 9. *Quibus competat diſpenſatio à legibus humanis?* ibid.
Quæſt. 10. *Utrum licita, & valida ſit diſpenſatio abſque juſta cauſa data?* ibid.
Quæſt. 11. *Quænam ſunt cauſæ juſtæ diſpenſationis?* 229.

Quæſt.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Quæst. 12. *Quid de dispensatione subreptitia, obreptitia, & per metum extorta dicendum?* ibid.
Quæst. 13. *Quibus de causis dispensatio cesset?* ibid.
Quæst. 14. *Cessat ne dispensatio ob mortem dispensatoris?* ibid.
Quæst. 15. *Quid sit consuetudo, & quotuplex?* 230.
Quæst. 16. *Quinam invehere consuetudinem queant, & quænam conditiones necessariæ sint?* ibid.
Quæst. 17. *Quot sunt conditiones ad veram consuetudinem necessariæ?* ibid.
Quæst. 18. *Quantum temporis requiritur ad introducendam consuetudinem?* ibid.
Quæst. 19. *Quinam sint effectus consuetudinis, & quibus modis cesset?* 231.
Cap. XI. *De privilegiis*, ibid.
Quæst. 1. *Quid sit privilegium, & quomodo à dispensatione differat?* ibid.
Quæst. 2. *Quis impertiri privilegium valet?* ibid.
Quæst. 3. *Uti ne privilegiatus potest extra ditionem concedentis privilegio sibi concessio?* ibid.
Quæst. 4. *Quomodo interpretanda privilegia sint?* ib.
Quæst. 5. *Quot modis privilegia amittuntur?* 232.
Quæst. 6. *Quid de communicatione privilegiorum inter Mendicantes?* ibid.
Quæst. 7. *Quid de privilegiis in particulari dicendum?* ibid.

DISSERTATIO III.

De peccatis universe, & sigillatim.

Cap. I. *Vitii & peccati notiones, & divisiones*, ibid.
Quæst. 1. *Quænam sit peccati finitio?* ibid.
Quæst. 2. *Quid, & quotuplex sit peccati macula*, ibid.
Cap. II. *De distinctione peccati mortalis à veniali. Quorumdam Probabilistarum, & plurium scitulorum axiomata refelluntur*, 233.
Quæst. 1. *Quomodo peccatum mortale possit desinere in veniale?* ibid.
Quæst. 2. *Quomodo veniale fieri mortale possit?* 234.
Quæst. 3. *Quæ advertentia sufficit ut peccatum sit mortale, & quæ ignorantia excuset?* 235.
Cap. III. *De peccatis originali, comissionis, & omissionis*, 236.
Quæst. 1. *Peccatum comissionis consistit ne in aliquo positivo, vel privativo?* ibid.
Quæst. 2 *In quo situm est peccatum omissionis?* ibid.
Cap. IV. *De distinctione specifica, & numerica peccatorum*, 237.
Quæst. 1. *unde specifica peccatorum distinctio repetatur?* ibid.
Quæst. 2. *An diversitas specifica peccatorum sumatur etiam ex circumstantiis?* ibid.
Quæst. 3. *Unde sumatur distinctio numerica peccatorum?* ibid.
Quæst. 4. *Qui à venialibus abstinere non satagit, est ne in periculo labendi in mortalia?* 238.
Cap. V. *De septem vitiis capitalibus*, ibid.
§. 1. *De superbia omnium vitiorum fonte*, ibid.
Quæst. un. *Quid sit superbia?* ibid.
§. 2. *De filiabus superbiæ, & inanis gloriæ*, 239.
§. 3. *Admoneantur Confessarii, frequentem esse superbiæ culpam, cujus remedium est christiana humilitas.* ibid.
§. 4. *De avaritia*, 240.
§. 5. *De luxuria, & gula*, 241.
§. 6. *Malitia iræ, ejusque sex filiæ exponuntur*, 242.
§. 7. *De invidiæ iniquitate, & quæ sint illius filiæ.* ibid.
Quæst. unic. *Quid sit invidia?* ibid.
§. 8. *De acedia, ejusque filiabus*, 243.
Quæst. unic. *Quid sit acedia?* ibid.

THEOLOGIA CHRISTIANA
DOGMATICO-MORALIS.

LIBER PRIMUS.

APPARATUS AD HANC THEOLOGIAM.

CAPUT I.

De iis, quæ primum omnium scire moderator animarum debet.

QUÆST. I. *Animarum medicus scire ne imprimis debet humanæ naturæ vulnera?* RESP. affirmativè. Natura humana pro libero arbitrio hic accipitur, intellectu nempè, & voluntate, non exclusis phantasia, appetitu sensitivo, aliisque affectionibus, quibus homo utitur ad suas exercendas operationes. Accipitur etiam pro corpore ipso, ex cujus diverso temperamento, & varia dispositione, ætatisque, & sexus differentia, & affectus animi, & motus diversi manant.

II. Primum itaque omnium animarum curator descriptæ naturæ vires, infirmitates, vulnera, inclinationes pravas calleat apprimè necessum est. Hoc patet in medico, qui ut infirmo curando opportuna remedia aplicet, ejusdem vires temperamentum, & morbi gravitatem explorare serio studet.

III. QUÆST. II. *Quodnam fuit primum peccatum Adæ?* RESP. Primum Adæ peccatum superbia fuit, unde cætera crimina tanquam à radice profecta sunt, ut habetur Eccl. x. *Initium superbiæ hominis, apostatare à Deo: quoniam ab eo, qui fecit illum, recessit cor ejus: quoniam initium omnis peccati est superbia.* Sanct. Thomas evincit 2. 2. q. 163. ad 1. primum Adæ peccatum non potuisse esse nisi superbiam: „ Non potuit esse prima „ inordinatio appetitus humani ex hoc quod ap„ petierit aliquod sensibile bonum, in quod carnis „ concupiscentia tendit præter ordinem rationis. „ Relinquitur igitur quod prima inordinatio ap„ petitus humani fuit ex hoc quod aliquod bonum „ spirituale inordinatè appetiit..... Unde manifes„ tum est quod primum peccatum primi hominis „ fuit superbia. " Hujusce superbiæ objectum fuit quædam Dei similitudo, regula contempta quam Deus præscripsit; seu fuit appetitus propriæ excellentiæ, subjectione ad Deum rejecta. Peccavit enim tunc nimia erga uxorem Hevam complacentia, & indulgentia, tum inobedientia divini mandati, tum inordinata appetitione comedendi fructum, & visu pulchertimum, & gustu suavem.

IV. QUÆST. III. *Peccatum Adæ pertinet aliquo modo ad ejus posteros?* RESP. De fide est omnes homines in Adam peccasse, primumque peccatum in Adæ posteros transfusum esse, quod peccatum *originale* idcirco appellatur. Quarè hæresis reus damnatus Pelagius cum suis discipulis fuit, quod peccatum originale negasset contractum à filiis Adam. In aliud extremum lapsi sunt Lutherus, & Calvinus, qui peccatum originale contra Pelagianos confitentes, effutierunt, ejusmodi peccato extinctum in genere moris penitus esse liberum hominis arbitrium. Quem errorem anathemate confixit Tridentinum Concilium, *sess. 6. can. 5.* Non ergo extinctum, sed pluribus & quidem gravibus morbis læsum per peccatum originale est liberum hominis arbitrium.

V. QUÆST. IV. *Quinam sunt peccati originalis effectus?* RESP. Primus peccati originalis effectus, seu pœna, est privatio justitiæ originalis, qua ornata anima Deo obediebat, & in omnes facultates inferiores dominabatur. Hac perturbata harmonia, & excusso jugo, intestino appetionum tumultu obsessa remansit anima.

VI. Secundus effectus, seu vulnus, est mentis ignorantia: quam gravissimam plagam, ut explicat S. Augustinus, eam tribuit in partes quatuor. Et primum ipsarum rerum quę vitæ conservandæ necessariæ sunt, ignoratione obducta mens nostra est, inquit Doctor S. *lib. 1. de Peccat. merit. & remiss. cap. 38.* Alterum ignorantiæ vulnus est mentis hebetudo, & fatuitas, quę aliquibus ita à nativitate hæret, ut vix discernere, quid sibi prosit, quidve obsit, valeant. Difficultas illa maxima scientias comparandi, tertio loco mentem nostram torquet. Quot in tenebris ignorantię torpent, & volutantur, ne acquirendarum scientiarum molestiam, tędiumque perferant? Quid quod illi ipsi qui acumine ingenii præstant, excutiunt in pluribus quæ aut honestatem, aut turpitudinem actionum spectant? Undique mens nostra tenebris offusa est. Hcinc illa opinionum multitudo, & varietas, heinc tanta disputationum pugna: quæ mihi vera, tibi falsa videntur; cum tamen sola veritas via sit quæ ducit ad vitam.

VII. Tertius peccati originalis effectus est inordinatus voluntatis amor, quo proprium bonum perversè appetit. Ex hoc perverso amore omnia mala proficiscuntur, ut fusè exponit S. Augustinus. *lib. 22. de Civit. Dei cap. 22.*

VIII. Quartus effectus est inordinatio in parte sensitiva. Hæc est profunda plaga ex peccato originali relicta, quæ totum naturæ ordinem invertit, & perturbat, & ultimos humani cordis recessus penetrat. Præstitutus naturæ ordo postulat ut inferiora superioribus pareant, sensus, & appetitiones rationi, ratio Deo. Extirbata de solio ratione per primum Adæ peccatum, sensuum, & appetitionum factio tyrannidem usurpavit. Hæc sensitiva pars in concupiscibilem, & irascibilem dividitur. Hi sunt duo hostes intimi, & domestici, quorum insidias, molestias, insultus, rebelliones, dolos, & molimina perferre, usque dum peregrinamur à Domino, cogimur. E domo cordis nostri istos pellere minimè possumus; sed con-

Quæst. 12. *Quid de dispensatione subreptitia, obreptitia, & per metum extorta dicendum?* ibid.
Quæst. 13. *Quibus de causis dispensatio cesset?* ibid.
Quæst. 14. *Cessat ne dispensatio ob mortem dispensatoris?* ibid.
Quæst. 15. *Quid sit consuetudo, & quotuplex?* 230.
Quæst. 16. *Quinam invehere consuetudinem queant, & quænam conditiones necessariæ sint?* ibid.
Quæst. 17. *Quot sunt conditiones ad veram consuetudinem necessariæ?* ibid.
Quæst. 18. *Quantum temporis requiritur ad introducendam consuetudinem?* ibid.
Quæst. 19. *Quinam sint effectus consuetudinis, & quibus modis cesset?* 231.
Cap. XI. *De privilegiis*, ibid.
Quæst. 1. *Quid sit privilegium, & quomodo à dispensatione differat?* ibid.
Quæst. 2. *Quis impertiri privilegium valet?* ibid.
Quæst. 3. *Uti ne privilegiatus potest extra ditionem concedentis privilegio sibi concessio?* ibid.
Quæst. 4. *Quomodo interpretanda privilegia sint?* ib.
Quæst. 5. *Quot modis privilegia amittuntur?* 232.
Quæst. 6. *Quid de communicatione privilegiorum inter Mendicantes?* ibid.
Quæst. 7. *Quid de privilegiis in particulari dicendum?* ibid.

DISSERTATIO III.

De peccatis universe, & sigillatim.

Cap. I. *Vitii & peccati notiones, & divisiones*, ibid.
Quæst. 1. *Quænam sit peccati finitio?* ibid.
Quæst. 2. *Quid, & quotuplex sit peccati macula*, ibid.
Cap. II. *De distinctione peccati mortalis à veniali. Quorumdam Probabilistarum, & plurium scitulorum axiomata refelluntur*, 233.
Quæst. 1. *Quomodo peccatum mortale possit desinere in veniale?* ibid.
Quæst. 2. *Quomodo veniale fieri mortale possit?* 234.
Quæst. 3. *Quæ advertentia sufficit ut peccatum sit mortale, & quæ ignorantia excuset?* 235.
Cap. III. *De peccatis originali, comissionis, & omissionis*, 236.
Quæst. 1. *Peccatum comissionis consistit ne in aliquo positivo, vel privativo?* ibid.
Quæst. 2 *In quo situm est peccatum omissionis?* ibid.
Cap. IV. *De distinctione specifica, & numerica peccatorum*, 237.
Quæst. 1. *unde specifica peccatorum distinctio repetatur?* ibid.
Quæst. 2. *An diversitas specifica peccatorum sumatur etiam ex circumstantiis?* ibid.
Quæst. 3. *Unde sumatur distinctio numerica peccatorum?* ibid.
Quæst. 4. *Qui à venialibus abstinere non satagit, est ne in periculo labendi in mortalia?* 238.
Cap. V. *De septem vitiis capitalibus*, ibid.
§. 1. *De superbia omnium vitiorum fonte*, ibid.
Quæst. un. *Quid sit superbia?* ibid.
§. 2. *De filiabus superbiæ, & inanis gloriæ*, 239.
§. 3. *Admoneantur Confessarii, frequentem esse superbiæ culpam, cujus remedium est christiana humilitas.* ibid.
§. 4. *De avaritia*, 240.
§. 5. *De luxuria, & gula*, 241.
§. 6. *Malitia iræ, ejusque sex filiæ exponuntur*, 242.
§. 7. *De invidiæ iniquitate, & quæ sint illius filiæ.* ibid.
Quæst. unic. *Quid sit invidia?* ibid.
§. 8. *De acedia, ejusque filiabus*, 243.
Quæst. unic. *Quid sit acedia?* ibid.

THEOLOGIA CHRISTIANA
DOGMATICO-MORALIS.

LIBER PRIMUS.

APPARATUS AD HANC THEOLOGIAM.

CAPUT I.

De iis, quæ primum omnium scire moderator animarum debet.

QUÆST. I. *Animarum medicus scire ne imprimis debet humanæ naturæ vulnera?* RESP. affirmativè. Natura humana pro libero arbitrio hic accipitur, intellectu nempè, & voluntate, non exclusis phantasia, appetitu sensitivo, aliisque affectionibus, quibus homo utitur ad suas exercendas operationes. Accipitur etiam pro corpore ipso, ex cujus diverso temperamento, & varia dispositione, ætatisque, & sexus differentia, & affectus animi, & motus diversi manant.

II. Primum itaque omnium animarum curator descriptæ naturæ vires, infirmitates, vulnera, inclinationes pravas calleat apprimè necessum est. Hoc patet in medico, qui ut infirmo curando opportuna remedia aplicet, ejusdem vires temperamentum, & morbi gravitatem explorare serio studet.

III. QUÆST. II. *Quodnam fuit primum peccatum Adæ?* RESP. Primum Adæ peccatum superbia fuit, unde cætera crimina tanquam à radice profecta sunt, ut habetur Eccl. x. *Initium superbiæ hominis, apostatare à Deo: quoniam ab eo, qui fecit illum, recessit cor ejus: quoniam initium omnis peccati est superbia.* Sanct. Thomas evincit 2. 2. q. 163. ad 1. primum Adæ peccatum non potuisse esse nisi superbiam: „ Non potuit esse prima „ inordinatio appetitus humani ex hoc quod ap„ petierit aliquod sensibile bonum, in quod carnis „ concupiscentia tendit præter ordinem rationis. „ Relinquitur igitur quod prima inordinatio ap„ petitus humani fuit ex hoc quod aliquod bonum „ spirituale inordinatè appetiit..... Unde manifes„ tum est quod primum peccatum primi hominis „ fuit superbia. " Hujusce superbiæ objectum fuit quædam Dei similitudo, regula contempta quam Deus præscripsit; seu fuit appetitus propriæ excellentiæ, subjectione ad Deum rejecta. Peccavit enim tunc nimia erga uxorem Hevam complacentia, & indulgentia, tum inobedientia divini mandati, tum inordinata appetitione comedendi fructum, & visu pulchertimum, & gustu suavem.

IV. QUÆST. III. *Peccatum Adæ pertinet aliquo modo ad ejus posteros?* RESP. De fide est omnes homines in Adam peccasse, primumque peccatum in Adæ posteros transfusum esse, quod peccatum *originale* idcirco appellatur. Quarè hæresis reus damnatus Pelagius cum suis discipulis fuit, quod peccatum originale negasset contractum à filiis Adam. In aliud extremum lapsi sunt Lutherus, & Calvinus, qui peccatum originale contra Pelagianos confitentes, effutierunt, ejusmodi peccato extinctum in genere moris penitus esse liberum hominis arbitrium. Quem errorem anathemate confixit Tridentinum Concilium, *sess. 6. can. 5.* Non ergo extinctum, sed pluribus & quidem gravibus morbis læsum per peccatum originale est liberum hominis arbitrium.

V. QUÆST. IV. *Quinam sunt peccati originalis effectus?* RESP. Primus peccati originalis effectus, seu pœna, est privatio justitiæ originalis, qua ornata anima Deo obediebat, & in omnes facultates inferiores dominabatur. Hac perturbata harmonia, & excusso jugo, intestino appetionum tumultu obsessa remansit anima.

VI. Secundus effectus, seu vulnus, est mentis ignorantia: quam gravissimam plagam, ut explicat S. Augustinus, eam tribuit in partes quatuor. Et primum ipsarum rerum quę vitæ conservandæ necessariæ sunt, ignoratione obducta mens nostra est, inquit Doctor S. *lib. 1. de Peccat. merit. & remiss. cap. 38.* Alterum ignorantiæ vulnus est mentis hebetudo, & fatuitas, quę aliquibus ita à nativitate hæret, ut vix discernere, quid sibi prosit, quidve obsit, valeant. Difficultas illa maxima scientias comparandi, tertio loco mentem nostram torquet. Quot in tenebris ignorantię torpent, & volutantur, ne acquirendarum scientiarum molestiam, tędiumque perferant? Quid quod illi ipsi qui acumine ingenii præstant, excutiunt in pluribus quæ aut honestatem, aut turpitudinem actionum spectant? Undique mens nostra tenebris offusa est. Hcinc illa opinionum multitudo, & varietas, heinc tanta disputationum pugna: quæ mihi vera, tibi falsa videntur; cum tamen sola veritas via sit quæ ducit ad vitam.

VII. Tertius peccati originalis effectus est inordinatus voluntatis amor, quo proprium bonum perversè appetit. Ex hoc perverso amore omnia mala proficiscuntur, ut fusè exponit S. Augustinus. *lib. 22. de Civit. Dei cap. 22.*

VIII. Quartus effectus est inordinatio in parte sensitiva. Hæc est profunda plaga ex peccato originali relicta, quæ totum naturæ ordinem invertit, & perturbat, & ultimos humani cordis recessus penetrat. Præstitutus naturæ ordo postulat ut inferiora superioribus pareant, sensus, & appetitiones rationi, ratio Deo. Extirbata de solio ratione per primum Adæ peccatum, sensuum, & appetitionum factio tyrannidem usurpavit. Hæc sensitiva pars in concupiscibilem, & irascibilem dividitur. Hi sunt duo hostes intimi, & domestici, quorum insidias, molestias, insultus, rebelliones, dolos, & molimina perferre, usque dum peregrinamur à Domino, cogimur. E domo cordis nostri istos pellere minimè possumus; sed con-

distinctiunculis vanis scateant, docearntque non moratè vivere, sed acutè cavillari. Excipio semper illos qui reipsa doctrinam evangelicam docent.

IX. QUÆST. v. *Quæ via teuenda, ut germanum Scripturæ sanctæ sensum assequamur?* RESP. Profunda animi demissio, ferventes preces, & divini luminis petitiones præcedere Scripturarum lectionem debent. Abjicienda præjudicia sunt, & anticipationes, solaque Dei gloria præ oculis habenda, spreto mundi plausu, omnique humano abscisso respectu. Non enim minus depravat Scripturę sinceritatem interpretatio falsa, quam stylus, seu calamus, quo quis verba, aut detrahit, aut addit divinis Scripturis, inquit *lib. de Præscript. cap.* 17. Tertullianus. *Tantum veritati, divinæque Scripturæ obtexit adulter sensus, quantum corruptor stylus.* Oppones hæreticos quidem esse Scripturæ sanctæ corruptores, secùs Catholicos. Hæretici, respondeo, sunt obstinati Scripturarum depravatores, quod Ecclesiæ catholicæ definitiones contemnant; Catholici autem suas interpretationes definitioni Ecclesiæ subjiciunt. Cæterùm & isti falli singuli in privatis interpretationibus queunt. In tanta opinionum contrarietate in genere morum plus una vera esse nequit. Plures contrarias interpretationes Ecclesia tolerat. At tolerantia hæc minimè impedit quominus adulteratio sit adulteratio, & falsitas sit falsitas. An qui falluntur, falsèque interpretantur, immunes à crimine vel negligentiæ, vel occultissimę superbiæ sint, Deo soli compertum est. Quando dubitationes occurrunt, consulendi Ecclesiæ Patres, & Conciliorum; & Romanæ Ecclesię definitiones, & Episcopi, quos Deus posuit regere Ecclesiam suam.

X. S. Paulus 2. *Cor. cap.* 2. inquit: *Non sumus sicut plurimi adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate.* Non pauci, sed *plurimi*, vel ipso Apostolorum tempore verbum Dei adulterabant. Si tunc *plurimi*, hodie ne *pauci* erunt? In hunc locum *Estr.* 3. hæc habet S. Thomas. *Adulterantes verbum Dei, idest prædicantes vel propter quæstum, vel propter favorem laudis . . . Si ergo finis tuus est quæstus; si intentio tua est favor; gloria propria adulteras verbum Dei.* Tum concionatores, tum Theologi qui ut suas præjudicatas sententias promoveant, ut populorum plausus captent, eminentiusque fulgeant, divinas Scripturas distinctionum artificio ad se perrahere student, adulteratores verbi Dei evadunt. Isti judices, non factores legis dicuntur ab Apostolo Jacobo *cap.* 4. inquiente; *Si autem judicas legem, non es factor legis, sed judex.* Nemo se judicem divinæ legis jactat, quamvis plurimi proprio judicio legem sanctam subjiciant. Audiamus S. Augustinum, qui *lib. de Vera Relig. cap.* 31. sapienter distinguit hæc duo, cognoscere, & judicare legem. *Æternam igitur legem mundis animis fas est cognoscere, judicare non fas est. Hoc autem interest, quod ad cognoscendum satis est, ut videamus ita esse aliquid, vel non ita; ad judicandum verò addimus aliquid, quo significamus posse esse, & aliter: velut cum dicimus: ita esse debet, aut ita esse debuit, aut ita esse debebit, ut in suis operibus artifices faciunt; sed multiformis humana delectatio est.* Pauci itaque sunt qui mundis animis, qui humilitate, docilique animo præditi, & proprio amore spoliati agnoscere Scripturarum veritatem studeant; plurimi contra, qui propriis affectibus præeuntibus judicent legem. Totiès enim judicant, inquit Augustinus, quotiès perversè decidunt, has opiniones esse, vel debere esse probabiles; hoc non esse, vel debere non esse peccatum: & ut has præconceptas opinionet confirment, Scripturarum testimonia aucupantur, eaque ad proprios sensus inflectunt. Præclarissimus Jesuita P. Michael Ellzalde *lib.* 6. *q.* 14. §. 7. hanc thesim pro titulo paragraphi constituit. *Probabilissę verò maximè omnium judicet sunt, & leges omnes rectè interpretandi Scripturas sanctas disquirunt.* Testimonium hoc verum est, quod plurimis rationum momentis evincit ille, (a) confirmatque tum ratione, tum Patrum auctoritate. Quoniam via Scripturarum arcta est, & sollus veritatis; via Probabilissmi lata est, & spatiosa, cum sit via tum falsitatis, tum veritatis, de quibus alt *hom.* 18. *in cap.* 7. *Matth.* S. Joannes Chrysostomus: *Voluntas eorum lex est ipsorum: & non ipsi sub lege sunt, sed lex est sub illis. Via autem vitę est omnis justitia. Dicitur autem arcta esse, quia intra regulam veritatis, & disciplinæ est inclusa.* Sola via veritatis, via Domini est: & soli qui hanc viam ambulant, beati à David vocantur. *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.* Psalm. 118.

CAPUT III.

Necessitas summa, qua Theologi omnes, sed præcipuè qui Christianorum conscientias dirigunt, ad Scripturę Sanctę studium obstringuntur.

I. DEsunt mihi verba, quibus extremam propositi studii necessitatem pro dignitate patefaciam. Si hanc unicam veritatem altius animo tuo imprimerem, animarum moderator, illamque tibi plenè persuaderem, fructum quem mihi in suscepto labore proposui, assequerer. Verba hominum mores non reformant, sed sola lex Domini convertit animas. Socrates, Plato, Aristoteles, Cicero, & innumeri alii optimas plerumque morum institutiones tradidere; neminem tamen ad meliorem frugem revocarunt. Hiac collige, quem fructum patere apti sint tot libri sive veteres, sive recentes, qui solis hominum opinationibus scatent. Ea est hominis indoles, & natura, ut nolit aliorum hominum judiciis fasces submittere. Divina auctoritas illa est quæ hominum ingenia in sui obsequium captivat, moresque intra virtutis semitas coercet. Hinc est quod Theologia illa quæ ex Scrip-

(a) *Vide tom* 1. *Ap. lib.* 1. *disp.* 2. *cap.* 4.

Scripturis sanctis suas non haurit conclusiones, non Theologia, sed Batologia vocanda merito est, inepta prorsus ad mores honestandos.

II. Divina ipsa Scriptura sui meditationem præcipit sexcentis in locis. *Deuter. cap.* 6. hæc habentur: *Audi Israel, & observa, ut faciat, quę præcepit tibi Dominus, & bene sit tibi . . . . Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Eruntque verba hæc quę præcipio tibi hodie, in corde tuo, & narrabis ea filiis tuis, & meditaberis in eis sedens in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens, atque consurgens: & ligabis ea quasi signum in manu tua: eruntque, & movebuntur ante oculos tuos: scribesque ea in limine, & postis domus tuæ . . . Cave diligenter ne obliviscaris Domini.*

III. Oro te, obtestorque, animarum moderator, ut in hoc divinum testimonium serias meditationes tuas paulisper intendas. Duo hic præscribuntur: unum divini amoris exercitium; alterum divinæ legis studium. Poterat divini amoris mandatum clarioribus verbis, & luculentiori phrasi exprimi? Die fodes, in mentem ne tuam venire poterat repetiendos fore Theologos qui tam gravissimum mandatum fermè in nihilum redigere pertentassent? Et tamen, ut omnibus patet, plurimi primum hoc gravissimumque præceptum vanis extenuare commentis studere. Nam alii præceptum istud numquam per se in toto vitę curiu; alii dumtaxat in mortis articulo; alii per accidens aliquando; alii semel intra quinquennium; & alii semel intra biennium obligare, & urgere cavillantur. Heinc collige, si mandatum adeò luculentum, & tanta perspicuitate expressum; mandatum quod est universæ legis basis, & fundamentum, atque christianæ legis vinculum, quod Christus in suo Evangelio renovavit, & fortius impoluit Christianis; ii, inquam, multi auctores cavillare, & eludere præceptum istud ausi sunt, quibus commentis non obscurabunt cætera præcepta quæ non adeò perspicua sunt, sed ambigua, & veluti remotæ conclusiones? Quis Christianorum, sublatis Casuistarum quorumdam præjudiciis, legem descriptam legem in discrimen adduceret ejusdem continuam moraliter obligationem? Comptebendisti nunc quam sit necessaria divinæ legis meditatio, quoniam secundùm hanc, non secundum Casuistarum placita judicandus eris. Et eo gravius est onus, quo obstringuntur Theologi, præsertim animarum curatores, & moderatores, ad operam Scripturarum studio navandam, quo Christiani idiotę, linguæ latinæ ignari, nequeunt Scripturam sanctam legere. Ecclesia ideo sapienter istis hanc lectionem vetuit, ut Pastores cæleste, divinumque hoc pabulum purum, & ab omni errore noxio defæcatum iisdem porrigant. Nec est quod reponas omnes etiam Casuistas Scripturis divinis studere. Esto. At ex eorum commentis in desctiptam legem clarè patet, eos præjudiciis, & anticipationibus onustos, atque in varias affectiones distractos, Scripturas sanctas legere; si tamen reipsa legunt, & non potius quæ anteriores Casuistæ docuerunt, transcribunt.

IV. Missis innumeris veteris Testamenti Scripturis, quæ lectionem, & seriam meditationem legis sanctæ inculcant, aliqua novi Fœderis testimonia referam. Christus Dominus redarguit Phariseos, quod Scripturas sanctas ignorent, *Matth.* 22. inquiens: *Respondens autem Jesus ait illis: Erratis nescientes Scripturas, neque virtutem Dei.* Rursus interrogatus à Pharisæis de alia quæstione, illos non ad Casuistas Judæos, & Rabbinos, sed ad Scripturas remittit: *Scrutamini Scripturas: quia vos putatis in ipsis vitam æternam habere: illæ sunt quæ testimonium perhibent de me.* Joan. 6. S. Paulus *ad Roman.* 15. indefessum Scripturarum studium jubet: *Quæcumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt, ut per patientiam, & consolationem Scripturarum spem habeamus.* Rursus ad Timotheum scribens, primum ob oculos *cap.* 3. ponit mala, & calamitates futuri temporis, deindè, ut sibi à tantis malis caveat, lectionem Scripturarum magnoperè ei imperat. „ Tu autem assecutus es meam doctri-„ nam, institutionem, propositum, fidem, longa-„ nimitatem, dilectionem, patientiam .... Tu vero „ permane in iis quæ didicisti, & credita sunt tibi, „ sciens à quo didiceris. Et quia ab infantia sacras „ litteras nosti, quę te possunt instruere ad salutem „ per fidem, quæ est in Christo Jesu. Omnis Scrip-„ tura divinitus inspirata utilis est ad docendum, „ ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum „ in justitia, ut perfectus sis homo Dei ad omne „ opus bonum instructus." Verùm quæ continuò subdit *cap.* 4. Apostolus, altius animo imprimenda sunt, & seriò meditanda. „ Prædica verbum, insta „ opportunè, importunè argue, obsecra, increpa „ in omni patientia, & doctrina. Erit enim tempus „ cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua „ desideria coacervabunt sibi magistros prurientes „ auribus: & à veritate quidem auditum avertent, „ ad fabulas autem convertentur. Tu verò vigila, „ in omnibus labora: opus fac Evangelistæ, mi-„ nisterium tuum imple." Tempus advenier, inquit Paulus, quo *sanam doctrinam* non sustinebunt. Quænam est doctrina *sana*? Quæ sola constat veritate, inquiunt Patres omnes. Corrumpitur doctrina admixtione falsitatis. Illa igitur doctrina certè corrupta est quę usum docet contrariarum opinionum, quarum si una vera est, altera falsa sit oporter. Omnium suppliciorum tremendissimum, quod Deus minatur, est neglectus Scripturarum, earumque molesta lectio, & fastidiosa. Tempus jam advenisse videtur quod *cap.* 8. prædixit Amos: *Mittam famem in terram: non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Domini . . . . Circuibunt quærentes verbum Domini, & non invenient.* Subtrahit & lectionem, & intelligentiam Scripturarum Dominus illis qui aut easdem negligunt, aut arbitrariis commentis deludere student. Revolve innumeros plurium Casuistarum libros, qui à Parochis, & Confessariis leguntur tamquam magistri in regimine animarum. vix ullæ in iisdem divinę Scripturæ adhortationes, rarissimæ ex eisdem argumentationes. Si aliquod allegatur testimonium, illud frequenter ad laxas opi-

contra eorum machinationes, & aggressus vigilandum, præliandum, vincendumque est, si assequi bravium volumus. Militia quippè perpetua est in hac ærumnosa lacrymarum valle vita nostra. Luctam hanc, bellumque intestinum Sancti omnes experti sunt, seclusо speciali privilegio. Ex his duobus hostibus concupiscibilis prævalet, & infestior nobis est irascibili. Innumeræ demùm sunt calamitates aliæ quæ peccatum originale consequuntur. Illud nunc seriò perpendendum, peccatum actuale mortiferum animam interimere delinquentis, atque vulnera iis similia, quibus peccatum originale universam sauciavit naturam, menti, & voluntati infligere: concupiscentiam quippè rebellem inflammat, voluntatis vires extenuat, libertatis captivitatem novis vinculis obstringit.

IX. Consectarium I. Lutherus, Calvinus, Jansenius penitus extinctum volunt in genere meris libertatis arbitrium. Catholici omnes læsum gravissimis plagis illud fatentur, secùs extinctum. Omnes defendunt, voluntatem humanam aliquod opus morale ex officio, seu objecto bonum efficere suis viribus posse. Disputant verò num præceptum urgeat referendi semper hoc opus in Deum ut in finem supernaturalem. Affirmant non pauci; negat contra communior, & mihi verisimilior sententia. Urget utique præceptum divinum ab Apostolo declaratum, omnia referendi in Dei gloriam; at cum præceptum istud adfirmans sit, non urget semper, & pro semper: quarè dum infidelis eleemosynam erogat, sistens in actionis honestate, quin eam in propriam gloriam deroqueat; opus bonum efficit, quod suapte natura tendit in honestum finem. Rarò tamen id contingere fatentur omnes. Hanc Bajì propositionem, *Omnia opera infidelium sunt peccata, & Philosophorum virtutes sunt vitia*, damnavit S. Pius V. Aliqua ergo opera infidelium non sunt peccata. Disidium tamen hoc levis momenti est. Nam penès omnes convenit, communiter infideles peccare, quod in pravum finem omnia opera sua dirigant.

X. Consectarium II. Animarum itaque rectorem semper tragicam humanæ infirmitatis picturam habeat ante oculos oportet, ut præscribere ægroto curando queat, quæ cavere pericula, quę adhibere remedia debeat. Agnoscit illum ardere & libidinis, & pecuniarum siti. Interdicet ergo illi & mulierum familiarem conversationem, & chorearum, & comœdiarum frequentiam, & contractus fenoris suspectos. Circumfusus est ignorantiæ tenebris, gravesque dæmonis, carnis, & mundi tentationes devincere suis viribus nequit. Præscribet ergo illi sacrorum librorum lectionem, ferventes, & assiduas preces, quibus lumen divinum imploret, quo videat veritatem, & auxilia, quibus erecta voluntas devitare malum, & exequi bonum queat. (a)

CAPUT II.

De Scriptura sancta.

I. Descriptæ humanę infirmitati duo remedium, quibus sanetur, genera providit Deus. Internum unum, externum alterum. Illud divina gratia nuncupatur, quę vi sua mentis tenebras dissipat, voluntatem erigit, movet, applicat, & ex nolente volentem efficit, animæ maculas delet, curatque vulnera, & à solo Deo infunditur. Hoc externum est, nempè doctrina divinitus revelata, quæ mentem extrinsecùs illustrat, dirigit, mores informat, viamque pandit, qua pergendum ad Patriam est. Doctrina hæc divinis concluditur libris, quibus Scriptura sancta constat.

II. Quæst. I. *Quid sit sacra Scriptura?* Resp. Est verbum Dei scriptum, seu epistola Dei ad homines, ut Patres docent. Multifariam locutus Deus ad homines est. 1. Librum naturæ edidit, inquit Paulus Apostolus *ad Rom. cap. 1.* ubi ait: *Invisibilia enim ipsius à creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur.* 2. Per seipsum legem scripsit in cordium tabulis intus homines imbuendo. 3. Duas Decalogi tabulas proprio digito scriptas Moysi consignavit, ut habetur Exod. cap. 34. Non per semetipsum tantum scripsit, sed etiam per suos Prophetas, Apostolos, aliosque scriptores sacros, quibus universam sacram Scripturam dictavit. Hæc Scriptura sacra modò appellatur *Dei verbum*, quia à Deo dictatum: modò *Testamentum Dei*, quia in eodem infinitam hæreditatem nobis spondet, suamque declarat voluntatem: modò *Scriptura divina*, quod per Dei Spiritum inspirata sit: modò *Scriptura sancta*, quia omnia in ea contenta ad sanctificationem ordinata sunt: dicitur quoquè *Lex divina*, quia Legem Judæis, & Christianis datam exponit: *Biblia* tandem nuncupatur, nempe libri per *excellentiam* à voce græca *Biblion*.

III. Divina hæc Scriptura constat ex definitione Ecclesiæ libris LXXIV., quorum XLVII. constituunt vetus Testamentum, cæteri XXVII. novum Fœdus componunt. Tribuuntur pesores in legales, historiales, sapientiales, & prophetales. In prima classe ponitur Moysis Pentateuchus. Ad secundam attinent libri Josuæ, Judicum, Ruth, quatuor Regum, duo Paralipomenon, duo Esdræ, unus Tobiæ, Judith, Esther, Job, duo Machabęorum. Ad tertiam pertinent Psalterium, Proverbia, Cantica, Ecclesiastes, Sapientia, Ecclesiasticus. In quarta collocantur Isaias, Jeremias, Baruch, Ezechiel, Daniel, & duodecim Prophetæ minores. Simili partitione dividitur novum Testamentum: siquidem ad legales quatuor Evangelia; ad historiales acta Apostolorum; ad sapientiales quatuordecim S. Pauli epistolæ, S. Petri duæ, S. Joannis tres, S. Jacobi Apostoli una, S. Judæ Apostoli una, ad prophetalęs Apocalypsis S. Joannis Apostoli revo-

(a) *Vide tom. 1. Appar. lib. 1. diss. 1.*

vocantur. Libros istos canonicos esse definitum est in Concilio Tridentino Sess. IV. *integros cum omnibus suis partibus, prout in Ecclesia legi consuevêrunt, & in vetere Vulgata latina editione habentur.*

IV. Quæst. II. *Quotuplex est Scripturę divinę sensus?* Resp. Duplex, litteralis, & spiritualis, seu mysticus. Spiritualis dividitur in allegoricum, tropologicum, seu moralem, & anagogicum: Sensus *litteralis* est qui immediatè per ipsa verba significatur. *Spiritualis*, seu *mysticus* is est quem efferunt res significatæ per verba. *Allegoricus* est juxta quem gesta aliqua veteris Testamenti quidpiam significant faciendum in novo, ut exaltatio serpentis in deserto, Christum protendebat in cruce exaltandum. *Tropologicus*, seu moralis morum integritatem respicit. *Anagogicus* ea significat quæ æternam gloriam spectant. Sensus litteralis alius est grammaticalis, ut hic, *Littera occidit*, qui interdum falsus est, quia non intentus à Spiritu Sancto: alter theologicus, quem ut intentum à Spiritu Sancto, Theologi considerant, quique nunquam falsus esse potest. Sensus metaphoricus, seu figuratus continetur sub litterali improprio. Sensus litteralis, proprius est, quem verba presè accepta significant, ut sunt hæc: *Diliges Dominum Deum tuum.* Improprius, seu metaphoricus est, cujus verba à sua propria ad impropriam significationem transferuntur; ut hęc: *oves meæ vocem meam audiunt. Oves* metaphoricè populum fidelem perhibent. Rursus allegoria altera vocum, altera rerum est. Recensiti quatuor sensus his duobus versibus comprehenduntur.

Littera gesta docet: quid credas allegoria:
Moralis quid agas: quid speres anagogia.

Hæc vox *Jerusalem* quadrupliceem præfatum sensum exprimit. *Litteraliter* Palestinæ urbem; *allegoricè* Ecclesiam; *tropologicè* animam; *anagogicè* æternam patriam exprimit.

V. Quæst. III. *Quænam est Scripturæ authentica?* Resp. Nulla hodiè reperiuntur sacræ Scripturæ *autographa*, sed omnia sunt apographa, diversa lingua edita, Hebraica, Græca, Latina, & vernacula. Sola Vulgata ab Ecclesia declarata authentica est: & ab hac eruere Theologus suas conclusiones debet: quamquam primigenium etiam textum cum facilioris intelligentiæ, tum eorum qui Vulgatæ auctoritatem non admittunt, revincendorum causa adire, & expendere nullatenùs prohibeatur.

IV. Quæst. IV. *Pervia ne omnibus est Scripturę sanctæ intelligentia?* Resp. Lutherani, & Calvinistæ omnibus, & singulis privatis, etiam femellis evidentem, & perspicuam esse contendunt Scripturæ sanctæ intelligentiam in iis quæ fidei dogmata, & morum præcepta spectant. Delirium hoc est cum omnium sæculorum manifesta experientia pugnans. Nonne quælibet ex innumeris christianis sectis pro se stare Scripturas sanctas jactavit? Voluit enim Deus plura ex divinis Scripturis obscura esse, & profunda, ut in eisdem scrutandis, meditandisque exerceret humana ingenia, hominumque reprimeret audaciam, & superbiam, utque divinis Scripturis veneration conciliaret, & majestatem. Hoc primo devitato extremo, alterum illorum declinandum est, qui obscuritatis prætextu, divinarum Scripturarum studium cum propriæ salutis dispendio negligunt. Quamquam aliqua Scripturarum oracula obscura sint, tamen in iis quæ ad morum, & fidei regulas pertinent, communiter obviæ sunt, & perspicuæ Scripturę divinæ. Nonne vel ipsi legum latores humani suas leges verbis perspicuis, & luculenta phrasi exprimere satagunt, ut dissidiæ interpretationum, quoad fieri potest, auferant? Nonne in hunc finem eruditiores, doctioresque viros seligunt, qui leges scriptis consignent tali oratione, & verborum delectu, quo intelligi vel ab ipso populo, pro cujus regimine conduntur, queant? Potrò hunc in finem suas leges Deus tulit, ut à fidelibus qui exequi illas debent, percipiantur. Cur Apostolus Paulus, cum cæteris sacris Scriptoribus, suas Epistolas scripsit ad Romanos, ad Corinthios, cæterosque populos, nisi ut illos instrueret? Ea ergo perspicuitate scripsit, quæ opportuna erat populorum intelligentiæ, licet aliqua altiora sint.

VII. Contrarietas interpretationum, & opinionum, frequenter, non Scripturarum obscuritatem, sed opinantium, & interpretum contrarias cupiditates, affectusque declarant, qui mentes in contraria sensa detorquent. Et sanè quam putas esse causam cur libri quos *spirituales* vocant, adeo inter sese consentiant? Percurre enim *Granatensem, Taulerum, Scupoli, Kempis, Rodriguez*, cæterosque omnes sive Italos, sive Gallos, sive Hispanos, Germanosque, eamdem omnino in omnibus doctrinam reperies: nullum in his libris dissidium, pugna nulla: sed eadem scita, eędem regulæ, præceptiones, adhortationes: eadem effata, præcepta, & consilia. Ratio unica est, quod eorum auctores animo ab affectibus vacuo veritates exquisierunt, & ferventi oratione eorum cognitionem petierunt, & cælesti quadam unctione easdem tradiderunt. Hinc tanta in illis consensio: quippè qui omnes doctrinam revera evangelicam explicant, omnes Evangelia sincerè & semotis disputationibus interpretantur. Quare eorum doctrina omnibus Christianis accommodata est. Errant enim qui putant, quod illa infervîat animabus dumtaxat illis quæ ad singularem, sublimemque perfectionem, & sanctitatem aspirant. Nonquin enim Evangelium omnes Christianos non comprehendit, non obstringit? Cum igitur evangelica sit ejusmodi librorum doctrina, omnes quadantenus obligat. Et quidem Christiani omnes ex præcepto gravissimo inhiare evangelicæ perfectioni debere, infra fusiùs exponam.

VIII. At verò undè Casuistarum voluminum tanta sæpè dissidia, pugnæ, & disputationes interminatę? Quia istorum plurimi, missa Scripturarum doctrina, humanam rationem affectuum diversorum caligine obscuratam consulunt. Non quid Evangelia, sed quid anteriores Casuistæ doceant, plerumque scrutantur. Hæc est vera causa, cur libri isti litibus, triciis, pugnis,

opiniones confirmandas detorquetur, ut patet in hoc textu: *Jugum meum suave est*: quo utuntur communiter Probabilistæ, ut christianam Moralem humanis appetitionibus accommodent. Vix unus illorum germano in sensu exponit evangelicum oraculum, quod nempè jugum Christi suave est, quia jugum est divini amoris, quia charitatis unctione delibutum, quia lex christiana lex amoris divini est. Amor autem divinus cum amore carnis, & mundi pugnat.

V. Concilia, & Patres omnes lectionem Scripturarum Sacerdotibus altius inculcant. Tridentinum *sess.* 5. *cap.* 1. jubet ut Episcopi, & Archiepiscopi, & Primates, aut per se ipsos, ut sunt divino jure, cum possint, obstricti, aut per substitutum sacram Scripturam populo interpretentur. Reditus constitui præscribit, quibus alendi sint viri huic muneri destinati. Deinde, multis prætermissis, subdit: *In Monasteriis quoque Monachorum, ubi commodè fieri queat, etiam lectio sacræ Scripturæ habeatur . . . . In Conventibus verò aliorum, in quibus studia commodè vigere possunt, sacræ Scripturæ lectio similiter habeatur.* Concilium Toletanum IV. hæc statuit, quæ habentur in *Decret. dist.* 37. *cap.* 1. *Ignorantia mater cunctorum vitiorum, maximè in Sacerdotibus Dei vitanda est, qui docendi officium in populis susceperunt: Sacerdotes enim legere sanctas Scripturas frequenter admonet Paulus Apostolus dicens ad Timotheum: Attende, &c. Sciant igitur Sacerdotes scripturas sanctas, & canones, ut inde ejus eorum in prædicatione confidat.* Præcipua ergo, & ferè unica occupatio Sacerdotum, & maximè Pastorum, est sanctæ Scripturæ studium. Quid si Pastores majorem vitæ partem in negotiis, in redditibus supputandis, in litibus dirimendis, in curis domesticis, & œconomicis occuparent, & quibusdam Religiosis fabulum Scripturæ sanctæ administrandum gregi sibi, non aliis, commisso, demandarent? Isti sanè non Pastores, sed mercenarii, & proprii ministerii prævaricatores essent. Pastores ex se ipsis pascere gregem obstricti sunt: adhibere ministros, & adjutores queunt in iis quæ præstare ipsi nequeunt. Falluntur summopere & turpiter sibi illudunt dùm credunt aliorum ope suum implere ministerium posse. Impendere isti debent vires omnes, studia, vigilias, curasque proprio obeundo ministerio: & cum soli nequeunt partes omnes explere, tum in adjutorium ministros accipiant. Rerum temporalium regimen aliis committant, ut Deo, & gregi custodiendo, & formando vacare toti ipsi queant. Damnationis viam percurrunt Pastores illi, qui spiritualia ministris committunt, sibi tei terrenæ curis reservatis.

VI. Quinam præcipui sunt libri sacri, quos legere, & meditari sacri Pastores, & animarum moderatores debent? Sunt libri *Psalmorum*, *Proverbiorum*, *Ecclesiastes*, *Sapientiæ*, *Ecclesiastici*, & *Prophetarum* ex veteri Testamento. Uberior erit fructus quem ex novi Testamenti lectione matura colliges. Quæstiunculas, casus, disputationes ibi non offendes, quia sanctè vivere, non subtiliter disputare Evangelia docent. Legumlatorum nemo controversias, quæstiunculas quas excogitare hominum ingenia valent, suis inseruit legibus. Sancti Ecclesiæ Patres, qui sunt Magistri nostri, Justinus Martyr, Cyprianus, Athanasius, Basilius, Gregorius Nazianzenus, Chrysostomus, Hieronymus, Ambrosius, Augustinus, Gregorius Magnus, aliique innumeri Scripturis sanctis, divinisque traditionibus morum quæstiones definiere, populosque sibi commissos moderati sunt. Altius animo insculptum habebant isti oraculum Christi Domini, *Joann.* 14. inquientis: *Paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia.* In quem textum hæc *lect.* 6. scribit S. Thomas. *Ille vos docebit omnia: quia quæcumque bona docetur extra, nisi Spiritus sanctus interius det intelligentiam, frustrà laborat: quia nisi prius adsit cordi audientis, otiosus erit sermo Doctoris.*

VII. Audio obstrepentes plures, theoretica hæc esse, secus practica. Qui confessiones non audiunt, qui in cubiculo scribunt, & humanæ societatis negotia non tractant, facillimè regulas speciosas evulgant, quæ practicæ executioni, & directioni nihil interviunt. *Bona, & solida practica opus est.* Edissere nobis, ubinam in Scripturis sanctis doctrinæ reperiantur, quibus resolvi queant ingentia illa quæstionum volumina, quæ edidere Caramuel, Diana, Sanchez, Escobar, Castropalaus, Candidus, Zanardi, Sporer, Tamburinus, Gobatus, & cæteri Doctores recentes?

VIII. Respondeo, paucis Scripturæ sanctæ oraculis elidi, & in nihilum redigi maximam quæstionum partem quas luxuriantia ingenia suscitarunt: de quibus hæc *serm.* 143. *de Temp.* scribit S. Augustinus. *Sunt ista, fratres mei, magna magnorum deliramenta Doctorum.* Neque is ego sum, qui improbem omnes controversias quas novi Casuistæ agitant, sed dico, multas nullius esse momenti, & plures solis divinis Scripturis, traditionibus, & Patrum doctrina resolvi posse. Et quia non pauci ad praxim appellant, parere illis volo. Controversiæ quas novi Casuistæ invexerunt adversus primum charitatis erga Deum, & proximum mandatum, nonne solis verbis quibus Deus illud expressit, diluuntur? Innumeræ illæ quæstiones quas vellant de tactibus impudicis, de re uxoria, de sodomia, aliisque turpissimis actibus, de choreis, de comœdiis, de promiscua virorum, & mulierum conversatione, his solis divinis oraculis labefactantur. *Qui amat periculum, in illo peribit.* Eccl. 3. *Averte faciem tuam à muliere compta.* Eccl. 10. *Si sculpit tuus scandalizat te, erue eum. . . . . Si manus tua scandalizat te, abscinde eam, &c.* Matth. 5. *Ab omni specie mala abstinete vos*, ad Thessalonic. 1. c. 5. Si hæc & sexcenta alia similia oracula divina, positis præjudiciis, & studio detorquendi ejusmodi mandata ad hominum desideria, & appetitiones, consulterentur, in fumum abirent inanissimæ illæ quæstiunculæ, & distinctiunculæ nostra ætate ad obscurandam evangelicam veritatem tanta contentione actitatæ. Disputationes quas de homicidio, de duello honoris vindice, de mendacio materiali, de amphibologiis, de furtis, de compensationibus, de fenore, aliisque suscitarunt auctores novissimi; quæque implent ingentia illa Casuistarum volumina, luculentissimis divinæ Scripturæ testimoniis definiri possunt, si sola evangelica veritas spectetur, & studium illud hominibus placendi, humanique favoris aucupandi penitus evellatur.

IX. Similiter Ecclesiæ mandata clara sunt, & manifesta, & sanctorum hominum exempla patent omnibus. Lubet audire quæ *epist.* 119. scribit S. Augustinus. „ Sed hoc nimis doleo, quia „ multa quę in divinis libris salubertimè præcepta „ sunt, minus curantèr, & tam multis præsumptionibus sic plena sunt omnia, ut gravius corri„ piantur qui per octavas suas terram nudo pede „ tetigerit, quam qui mentem vino sepelierit. Omnia itaque talia quæ neque sanctarum Scripturarum auctoritatibus continentur, nec in Conci„ liis Episcoporum statuta inveniuntur, nec consuetudine universæ Ecclesiæ roborata sunt, sed „ diversorum locorum diversis moribus innumera„ biliter variantur, ita ut vix, aut omninò nunquam „ inveniri possent causæ quas in eis instituendis „ homines secuti sunt, ubi facultas tribuitur, sine „ ulla dubitatione retexenda existimo. " Prætereo multa quæ ibidem S. Doctor scribit, & pauca exhibeo eorum quæ sub epistolæ finem adjicit. " Et „ miror quia hoc te later, quod non solum in aliis „ innumerabilibus rebus multa me lateant, sed „ etiam in ipsis sanctis Scripturis multò nescium „ plura quam sciam. Et ideò spem in nomine „ Christi non infructuosam gero, quia non solùm „ credidi Deo meo in illis duobus præceptis TOTAM „ Legem, Prophetasque pendere, sed etiam ex„ pertus sum, experiorque quotidiè. Quandoquidem nullum mihi Sacramentum, aut aliquis ser„ mo admodum obscurior de factis litteris aperitur, „ ubi non eadem præcepta reperiam. Finis præcep„ ti est charitas de corde puro, & conscientia „ bona, & fide non ficta: & plenitudo legis cha„ ritas. Itaque & tu Christiane, sive ista, sive „ alia, sic lege, sic disce, ut meminеris verissimè „ dictum: *Scientia inflat, charitas ædificat.* Charitas „ autem non amaluatur, non inflat. Sic itaque ad„ hibeatur scientia tanquam machina quædam, „ per quam structura charitatis assurgat, quæ ma„ net in æternum, etiam cum scientia destruetur. "

X. Non solùm, inquit Augustinus, credidi Deo meo revelanti, sed etiam quotidiè expertus sum, universam legem, & Prophetas in illis duobus charitatis præceptis contineri. Si Christiani hæc duo mandata sola seriò meditarentur, dederent, contemnerentque innumeras quorumdam Casuistarum quæstiones, & vanissimas tricas. Tantùm verò abest ut istorum plures ad hæc duo præcepta insurgentes quæstiones revocent, ut contra hæc duo mandata extenuent, vim obligationis coerceant, & limitent, ut delinite cæteras leges valeant.

CAPUT IV.

Christianæ professionis spiritum, & præcipuas ejusdem regulas, & luculentissima principia callere imprimis Pastores, & Christianorum moderatores exactè debent.

I. CHristianæ professionis spiritus terrenum hominem in cælestem transformat, ut 1. *Cor. cap.* 15. inquit Apostolus Paulus. *Sicut portavimus imaginem terreni, portemus & imaginem cælestis.* Imaginem terreni hominis exuit Christianus in ipsa Baptismatis professione, qua renuntiat Satanæ, pompis, & operibus ejus. Hæc renuntiatio fidei professionem antecedit, inquit, *lib.* 6. *de Gubernat. Dei* Salvianus: *Quæ enim in Baptismo salutari prima Christianorum confessio? Quæ scilicet, nisi ut renuntiare se diabolo, ac pompis ejus, atque spectaculis, & operibus protestentur? . . . . Et quid plura? Credo, inquit, in Deum Patrem Omnipotentem, & in Jesum Christum, Filium ejus. Ergo primum renuntiatur Diabolo, ut credatur Deo. Quia qui non renuntiat Diabolo, non credit Deo.* Genuinum, & præcisum hujusce professionis sensum, cum de Baptismate sermo erit, explicabo; palamque faciam, Pastores frequentèr peccare, propterea quod negligant patefacere juvenibus baptizatis istius professionis ab eisdem emissæ onera.

II. QUÆST. 1. *Quas servare regulas debent Pastores animarum in sanandis ægrotis?* RESP. Spirituales isti medici primum omnium perspectam habeant oportet infirmitatis gravitatem, ut dictum est; deindè quænam sint sanitatis regulæ, scire debent. Si corporum medici ignorent, quandonam ordinatus, & rectus sit arteriarum pulsus, quomodò infirmum à sano distinguere valent? Quis sit ergo Christianus sanus compertum esse debet animarum moderatoribus. Porro Christiani illi sani habentur qui Christo Jesu conformes sunt, ut S. Paulus *ad Roman.* 8. testatur. *Quos præscivit, & prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus.* Imaginem ergo vitæ Christi Jesu quam in terris degit, sistere sibi ob oculos debent animarum medici, ut curare eadem, & ad firmam restituere sanitatem valeant.

III. Hæc autem sunt istius divinæ imaginis lineamenta, inquit *epist.* 1. *cap.* 2. S. Petrus: *Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis.* Imago hæc quoquoversum sanctitatis radios effundit, subdit 1. *Thessal. cap.* 4. Paulus Apostolus: *Hæc est voluntas Dei sanctificatio vestra*: & 2. Cor. cap. 7. *Salutate omnes sanctos*: & alibi; *Empti enim estis pretio magno: glorificate, & portate Deum in corpore vestro.* Quin corpora nostra membra esse Christi, iterùm 1. *Cor.* 6. testatur: *Corpora vestra membra sunt Christi.* Et tandem Eph. 4. *Crescamus in illo per omnia qui est caput Christus.* At qui fieri potest ut christianus homo similis Deo evadat? Paucis ostendam.

IV. QUEST. 11. *In quo potissimum situs est christianæ perfectionis spiritus?* RESP. In charitate, & humilitate. De prima nunc, de posteriore infra. Ignis divini amoris, consumpto mundano-

tum,

rum, carnallumque affectuum bitumine cælestem flammam succendit, atque similes Deo, & universæ legis suæ cultores nos efficit, ut Christus ipse *Matth.* 22. docet : *Diliges Dominum Deum tuum, &c. Diliges proximum tuum sicut te ipsum. In his duobus mandatis universa lex pendet, & Prophetæ.* Quem amas, non lædis, non afficis injuriis; quæ illius sunt, non furaris, ejusdem nomen non blasphemas, nec dolis, nec fraudibus illum circumvenis; quæ eidem placent, exequeris, lites eidem temerè non intentas; ab iis abstines quæ ei displicent. En quam verum sit effatum Apostoli : *Plenitudo legis dilectio.*

V. Hic est homo Dei octo beatitudinibus ornatus, inquit cap. 5. Evangelista Matthæus, qui Deum imitatur, ejusque mandata sequentia implet. *Diligite inimicos vestros, benefacite iis qui oderunt vos : orate pro persequentibus, & calumniantibus vos..... Vade prius reconciliari fratri tuo.* Hæc fieri mandat, non ut hominibus, sed ut Deo placeamus. Evenire non posse admonet ut Deo, & mundo serviamus; alterutrum enim odio habeamus necesse est : à divitiis avidè congregandis, & à rerum sollicitudine temperandum nobis esse, frequenter Evangelia inculcant. *Attendite ne justitiam vestram faciatis coram hominibus..... Nolite thesaurizare in terra..... Nemo potest duobus dominis servire..... Ne solliciti sitis..... Si dimiseritis hominibus, dimittet & vobis Pater vester.* Legenda sunt quæ idem *Matth. cap.* 7. præscribit, ubi à via lata coercendum pedem, & per viam arctam, angustamque ingrediendum, clamat : *Intrate per angustam portam : quia lata, & spatiosa porta est quæ ducit ad perditionem : & multi sunt qui intrant per eam. Quam angusta porta, & arcta via est, quæ ducit ad vitam : & pauci sunt qui inveniunt eam!* Per hanc angustam portam, & arctam viam ingressus est Christus exemplar nostrum in regnum cælorum & eandem ambularunt omnes ejusdem veri discipuli, quos certò scimus Dei regnum ingressus esse. Promptos, paratosque nos esse vult ad omnium quæ in hoc mundo possidemus, abdicationem. *Qui non renuntiat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus.*

VI. S. Paulus Apostolus à Christo Jesu edoctus personam quam sustinere in hujus mundi theatro Christiani debent, vividis depingit coloribus. Et primò nos in stadio currentibus ad consequendum pallium 1. *Cor.* 9. comparati. *Omnis autem qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet : & illi quidem, ut corruptibilem coronam accipiant.* Altius hanc meditare veritatem. Suos sensus coercent, omnes vires, & studia in stadio currentes eo unicè collineant, ut pallium assequantur. Nunquid curtiores isti, dum currunt, oculos divertunt ad spectandos ludos, comœdias, choreas, spectacula, aliaque delirantis mundi præstigia? Absit. Nil prorsus aliud in mente animoque habent, nisi affectionem coronæ, & quidem corruptibilis. Nos omnes in stadio currimus, ut incorruptibilem, infinitam, æternamque coronam obtineamus. Et tanta laboramus fatuitate, ut hac æterna corona spreta, veluti puerî ratione carentes, animum intendamus ad mundi auram captandam, ad vana spectacula, ad fabulas, ad ineptias? Ore jactamus, nos consequi hanc coronam velle; sed interim reipsa tempus, vitamque totam impendimus in ludis, in fœminarum colloquiis, in conviviis, in solatiis, quæ cum affectione coronæ hostiliter pugnant. Si consulas Casuistarum quorumdam volumina, levem, non mortiferam, hanc tibi pugnam referunt; reque & coronam assequi, & recensitis mundi blanditiis, & deliciis frui posse, plures affirmant variis distinctiunculis adjectis. Contra clamat 1. *Cor.* 7. Apostolus : *Hoc itaque dico, Fratres : tempus breve est : reliquum est ut & qui habent uxores, tanquam non habentes sint; & qui flent, tanquam non flentes; & qui gaudent, tanquam non gaudentes; & qui emunt, tanquam non possidentes; & qui utuntur hoc mundo, tanquam non utantur : præterit enim figura hujus mundi.* En tibi statum hujus mortalis vitæ depictum. Sed fulgentiora superfunt lineamenta. Quænam hæc? Conflictare sensus, torquere carnem, coercere appetitiones, & quotidiè exemplaris magistri nostri Christi crucem defer. *Si quis vult post me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam* QUOTIDIE, *& sequatur me. Qui sunt Christi, carnem suam crucifixerunt cum vitiis, & concupiscentiis.*

VII. Accedit quod omnes qui in hac lacrymarum valle Christi imaginem, & personam sustinere velint, mundi odium, irrisiones, contemptiones, persecutiones patienter, & animo constanti ferre debeant. Lamentabantur discipuli, quod mundus illos odio haberet. Reposuit *Joann.* 15. Christus Dominus : *Si mundus vos odit, scitote quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuisset, mundus quod suum erat, diligeret : quia verò de mundo non estis, sed ego elegi vos de mundo, propterea odit vos mundus.* Et rursus ore Pauli intonat : *Si hominibus placerem, servus Christi non essem* : & iterum : *Omnes qui pie volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur.*

VIII. Hæc sunt christianæ professionis ornamenta, definitiones, effata, axiomata, & principia, quæ semper & animo insculpa, & in ore sonantia habere animarum Pastores debent. Hæc ipsi secum seria, & humili meditatione recogitent opus est, ut tanquam alimentum optimè dispositum, & paratum porrigere cum profectu gregi suo queant.

IX. Quæst. 111. *Humilitas estne potissima christianæ perfectionis virtus?* Resp. Unus ex præcipuis peccati originalis, quo homines inquinati, & vulnerati nascuntur, effectibus superbia est, cujus antidotum humilitas nuncupatur. Ethnicorum sapientes, & peccatum originale, & veram humilitatem ignoraunt. Præclarissimè post Patres S. Thomas 2. 2. *quæst.* 161. *art.* 5. *ad* 2. declarat sublime, excelsumque ædificium, quod Filius Dei excitavit, duobus potissimum constare, nempè humilitate, quæ fundamenti locum occupat, & charitate, quæ universi ædificii forma est, quæ valorem, pulchritudinem, firmitatem præbens, omnes fabricæ partes mirabili fœdere copulat, atque consolidat. Hæc sunt

sunt Angelici verba : *Sicut ordinata virtutum congregatio per quamdam similitudinem ædificio comparatur; ita etiam illud quod est primum in acquisitione virtutum, fundamento comparatur, quod primum in ædificio facitur. Virtutes autem verè infunduntur à Deo. Unde primum in acquisitione virtutum potest accipi dupliciter : uno modo per modum removentis prohibens, & sic humilitas primum locum tenet, inquantum scilicet expellit superbiam, cui Deus resistit, & præbet hominem subditum, & patulum ad suscipiendum influxum divinæ gratiæ, in quantum evacuat inflationem superbiæ. Unde dicitur Jacobi* 4. *quod* Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam : *& secundum hoc humilitas dicitur spiritualis ædificii fundamentum.* Quamobrem sicut nulla consistere fabrica absque fundamento potest, ita nulla refulgere virtus sine humilitate valet.

X. Quo magis est istius humilitatis antidotum necessarium ad expellendam superbiam, eo est ejusdem executio, & praxis difficilior. Nisi Dei Filius & verbo, & exemplo hanc docuisset virtutem, vix resplenderet in hominibus superbiæ veneno tumentibus, inflatis, supercilliosis. Exinanivit semetipsum Verbum divinum, formam induens servi, & peccatoris, ut homines ad tantæ virtutis studium, & exercitium induceret. Sapienter *lib. de Sanct. Virg. cap.* 45. exponit S. Augustinus hæc verba : *Discite à me, quia mitis sum, & humilis corde* : quæ sic interpretatur : *Ille cui omnia Pater tradidit, & quem nemo agnoscit nisi Pater, & qui Patrem solus agnoscit, & cui voluerit revelare, non dicit : Discite à me mundum fabricare, aut mortuos suscitare; sed, quia mitis sum, & humilis corde. O doctrinam salutarem! O Magistrum, Dominumque mortalium, quibus mors poculo superbiæ propinata, atque transfusa est! Noluit docere quod ipse non esset, voluit jubere quod ipse non faceret.* Verum plurimis missis, quæ hic in humilitatis commendationem scribit, pauca ex iis, quæ *epist.* 56. ad Dioscorum habet, ob oculos revocabo : *Huc te*, inquit, *mi Dioscore, ut tuta pietate subtrahi velim, nec aliam tibi ad capessendam, & obtinendam veritatem viam munias, quam quæ munita est ab illo qui gressuum nostrorum, tanquam Deus, videt infirmitatem. Ea autem est prima humilitas, secunda humilitas, tertia humilitas; & quoties interrogas, toties hoc dicerem, non quod alia non sint præcepta quæ dicantur, sed nisi humilitas omnia quæcumque bene facimus, & præcedat, & comitetur, & consecuta fuerit, & proposita, quam intueamur, & opposita, cui adhæreamus, & imposita, qua reprimamur, jam nobis de aliquo bono facto gaudentibus, tutum extorquet de manu superbia. Vitia quippè cætera in peccatis, superbia verò etiam in recte factis timenda est, ne illa quæ laudabiliter facta sunt, ipsius laudis cupiditate amittantur. Itaque sicut Rhetor ille nobilissimus, cum interrogatus esset, quid ei primum videretur in eloquentiæ præceptis observari oportere, pronuntiatione dicitur respondisse : cum quæreretur, quid secundò, eandem pronuntiationem : quid tertiò, nihil aliud nisi pronuntiationem dixisse; si interrogares, & quoties interrogares de præceptis Christianæ Religionis, nihil aliud responderem nisi humilitatem, ipsa fortè alia dicere necessitas cogeret, &c.*

§. UNICUS.

Consectarium meditandum.

I. Duo hactenùs delibavi : infirmitatem, & mortiferam humanæ naturæ vulnera, quod est primum; alterum, remedia sanandæ naturæ opportuna. Vos nunc judices desidero animarum pastores. Nonne summoperè necessaria est tum infirmitatis humanæ, tum remediorum, quibus curanda est, explorata notitia, & quidem in antecessum? Colloquamur nunc mutuò, positis præjudiciis. Quotus enim quisque est, qui hac institutione imbutus ad curandas animas accedat? Quis peccati originalis, superbiæ, & quæ indè proficiscuntur mala in primis exponit? Quis gravissimi præcepti humilitatis, quæ est superbiæ antidotum, vim, & necessitatem inculcat? Vix virtutis hujus, quæ basis, & fundamentum est universi ædificii evangelici, mentionem faciunt plurimi, quorum libri pro regimine animarum manibus teruntur. Quis horum axiomata, & regulas sanctitatis christianæ, nempè quotidianam crucis delationem, carnis conflictationem, animum paratum ad sustinendum mundi odium, persecutiones, derisiones, contumelias, calumnias, in medium producit, & clamat, hæc esse veluti præludia christianæ vitæ, & charitatem formam illam quæ animat, & vivificat spiritum evangelicæ professionis? Si medicus curaturus ægrotum accederet, quin perfectas haberet sanitatis regulas, & explorare curaret infirmi naturam, & morbi gravitatem, nonne manifestæ stultitiæ argueretur? Et tamen quot sunt medici animarum, qui professionis baptismalis vim, qui regulas quas Christus ipsemet pro vita christiana instituenda præscripsit, & nos indicavimus, compertas habeant, easque servandas peccatoribus imponant?

II. Cum mundani homines aspiciunt Christianos, Sacerdotes, Religiososque viros in luxurie, avaritiæ, gulæ, & similia flagitia prolapsos, obmurmurant, stupent, admirantur : contra, eos qui ab his vitiis sunt immunes, extollunt. Plurimos damnati ob luxuriam, & avaritiam Scriptura sancta edocet. At pauci sunt qui ad superbiam, horum, aliorumque criminum radicem, animum intendant. Et tamen certum est homines majori ex parte propter occultissimum superbiæ crimen æternum perire. Superbia Lucifer cum tertia Angelorum parte cecidit : superbia corruit Adam humani generis caput. Morbus universum genus humanum inficiens superbia est : hæc est febris prævalens, & dominans, omniumque morborum infestissima, quæ omnes humani cordis latebras, & recessus penetrat : hæc est pestifera lues, quæ ex insidiis, & veluti per cuniculos animarum stragem parit. A carnalibus vitiis, quæ sensus hominum

num percellunt, & infamiam pariunt, sin virtutis amore, saltem ignominiæ subeundæ formidine abstinemus. Frequenter vitium vitio obtegimus, & ut mundi favorem, plausum, existimationem, & obsequium captemus, sordida, & vilia peccata detestamur. At fulgidum est superbiæ crimen, quod supremi Angeli, & primi hominis mentem fascinavit. Vel ipsum bonorum operum meritum sæpè vel surripit, vel arrodit, aut insidias eidem struit. Undique nos obsidet, & circumvenit, ut de ipsa gloriemur sanctitate. Illo ipso tempore quo humilitatis virtutem extollimus, & exaggeramus necessitatem, superbia, splendida induta veste, in Angelum lucis, se se transformat, & intra nos machinatur, suscitatque dulcis, & insensibilis complacentiæ auram. *Superbia*, inquit Augustinus, *bonis etiam operibus insidiatur.* Plura, cum de superbia, & humilitate sermo erit, manifestabo.

III. Ex his quæ obiter delibavi, colligite animarum Pastores, quam sit verendum, timendumque illo ipso tempore quo nobis blandimur de castitate, de paupertate, de æquitate. Vafrissima philautia intra nos serpit, rodit, elationem excitat quin advertamus, tumentesque efficit animos nostros. Ad scopulos istos occultissimos animas allidimus nos ipsi Theologi Dei ministri, Confessarii, qui ut emineamus, & refulgeamus supra alios, ut mundanos potestates nobis conciliemus, placentia sæpè loquimur, & opinationes fuco benignitatis novæ illitas, quę carni, & sanguini indulgent, quæ divitum, & magnatum clientelas nobis comparant, pugnacissimè defendimus.

IV. Omnes ergo libri illi qui præfatam evangelicam doctrinam, & regulas quas Christus ipse Servator noster pro morbis nostris curandis statuit, negligunt, qui easdem non inculcant, qui definitionibus, distinctiunculis, quæstiunculis, & disputationibus hominum ingenio excogitatis scatent, inepti sunt ad imbuendos in animarum regimine Pastores. Vos ergo Christi Ministri, si aliorum salus, & vestra cordi est, primum omnium in Jesu Christi Evangelia, in Epistolas Paulinas animum, vires, & studia intendite. Nisi vobis explorata sit Christi doctrina, quomodo humanarum opinionum falsitatem deprehendere valeris? Doctrina evangelica simplex est, quæ non cavillari, nec jurgari, nec disputare, sed humili, docilique animo exequi divinam legem docet, cor inflammat, & divini amoris ignem succendit, mundi, & rerum tertenarum contemptionem parit.

V. Quæ hactenus dicta sunt, concionatoribus, virisque mysticis inserviunt, secus Theologiæ moralis cultoribus. Ita garriunt illi qui arte cavillandi præventi, novas, & inauditas morum regulas invexere. Verùm ut istos ad incitas reducam, quæro: quæ ex Evangeliis hactenùs delibavimus, vera ne sunt, an falsa? Si falsa esse effutiunt, ipsi Christiani non sunt. Si vera: ergo hæc imprimis exponenda, inculcanda, urgendaque sunt. Ergo libri illi qui præfatis præceptionibus vacui sunt, qui solas hominum opiniunculas pro morum regulis constituunt, inepti sunt ad curandas Christianorum infirmitates. Omnium sæculorum Patres sanctissimi hanc quam describimus methodum, servarunt. Temetipsum consule, lector optime. Nonne, dum recitata evangelica effata legis, & meditaris, te commotum experiris? Nonne plurium humanarum opinionum, quibus scatent non pauca catalistica volumina, futilitatem sentis? Tumet judex fede. Quandonam ex lectione quorumdam Casuistarum te inflammatum erga Deum; quandonam ad humilitatem colendam, ad divitias, hominum plausus, gloriamque mundanam proculcandam; ad ferendam quotidiè crucem, ad carnem, & appetitiones jejuniorum, & vigiliarum severitate, crucifigendas cum suis concupiscentiis te animatum, & compulsum expertus es? Quandonam in ejusmodi libris legisti validè inculcari hujusce evangelici oraculi observantiam: *Estote perfecti, sicut & Pater vester cælestis perfectus est*? De humilitatis præcepto, quod est, ut diximus, & dicendum continenter occurrit, primum christiani ædificii fundamentum: de altero gravissimo mandato inhiandi evangelicæ perfectioni in charitate sitę, aut nullus, aut aridus sermo in non paucis casuisticis libris reperitur. Si itaque primę, & potissimæ christianæ professionis, & reformandorum morum regulæ negliguntur; quid mirum, si Christiani majori ex parte Sacramenta Christi profanant, vitamque vitiis perpetuis corruptam ducunt? Verùm de hoc plura in loco. Tu interim animarum Pastor semper ob oculos habe, quod Christiani salvandi conformes esse debent divino exemplari Christo Jesu. Hæc sola certissima regula plura te docebit, quam plurium quorumdam auctorum volumina.

CAPUT V.

De paucitate electorum, & multitudine reproborum.

I. SI ii soli salvantur qui conformes sunt Christo Domino, quique carnem cum suis concupiscentiis crucifigunt, ad oculum patet, parvum esse istorum numerum. Noli ergo commoveri, si ex multis qui ad te accedunt, absolutionem á peccatis implorantes, pauci sint revera contriti, quoniam pauci electi sunt.

II. Sermo est de Catholicis adultis. Innumerabilem esse electorum multitudinem omnes fatentur absolutè spectatam. Disputatur de numero electorum in conspectu reproborum. Hac facta comparatione, paucos illos, plurimos istos esse adfirmant Scripturæ, & Patres omnes tum antiqui, tum nobis proximi.

III. Oracula Christi *Matth.* 7. luculenta sunt. *Intrate per angustam portam: quia lata porta, & spatiosa via est, quę ducit ad perditionem; & multi sunt qui intrant per eam.* Et continuò ferè in admirationem actus exclamat? *Quam angusta porta, & arcta via est, quę ducit ad vitam, & pauci sunt qui intrant per eam!* Quid postea? *At-*

tendite à falsis prophetis, nempè à falsis magistris, qui blanda, & placentia loquuntur, qui sub benignitatis larva, Christi testimonium adulterant: nam in isto effato solos comprehendi infideles, & hæreticos perperam effutiunt nonnulli repugnante universa Patrum traditione.

IV. Confirmat Christus Dominus hanc suam veritatem *Luc. cap.* 13. ubi interroganti, num pauci sint qui salvantur, respondit: *Contendite intrare per angustam portam: quia multi, dico vobis, quærent intrare, & non poterunt.* Quis non expavescit ad hæc verba, inquit S. Augustinus. *Quærent intrare, & non poterunt?* Quærunt mundani homines dissolutionibus, & viæ spatiosæ addicti semel, bis, terque quotannis arctam castitatis, justitiæ, pœnitentiæ viam intrare, sed frustra. Hodie confitentur, & post paucos dies relabuntur in viam spatiosam, & latam vitiorum. Hi omnes quærunt intrare, sed revera non intrant. Sed parabolam quam ibidem protinùs Evangelista subdit, luculentius explicat veritatem hanc: sic enim persequitur S. Lucas. *Cum intraverit Paterfamilias, & clauserit ostium, incipietis foris stare, & pulsare ostium, dicentes: Domine aperi nobis: & respondens dicet vobis: Nescio vos, unde sitis? Tunc incipietis dicere: Manducavimus coram te, & bibimus, & in plateis nostris docuisti: & dicet vobis: Nescio vos, discedite à me omnes operarii iniquitatis.*

V. Qui sunt qui manducant, & bibunt sanctissimum Corpus, & Sanguinem Domini, nisi Sacerdotes, & Christiani? Non ergo sermo est de infidelibus, & hæreticis, sed de domesticis catholicis, iniquitatis operariis. Altera *Matth.* 3. parabola huc recidit. *Ecce exiit qui seminat, seminare. Et dum seminat, quædam ceciderunt secus viam... alia autem ceciderunt in petrosa... alia autem ceciderunt in spinas... alia autem in terram bonam.... Qui habet aures audiendi, audiat.* Semen est verbum Dei. Quarta dumtaxat pars cecidit in terram bonam, reliquæ tres secus viam, inter petras, & spinas. Explicatio hæc est ipsius Christi Domini *Luc.* 8. inquientis: *Semen est verbum Dei. Qui autem secus viam, hi sunt qui audiunt: deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salvi fiant.* De ea hic fide sermo est, non qua fideles evadamus, sed qua salutem assequamur. Dum Concionatores, animarumque Moderatores dictas parabolas Christi fidelibus interpretantur, illisque suadent ut abstineant á chorels, á ludis, á comœdiis, aliisque insanientis mundi præstigiis, quot inveniunt credentes? Quot illidem fidem adhibent? Aut illos deridenti, sibilant, & traducunt ut Rigoristas, Jansenistas, & phanaticos; aut illis contemptis adeunt Casuistas benignos, á quibus blanda linimenta suscipiant, & celeriùs per viam latam, & spatiosam currant. Sed rescribamus alteram parabolæ partem. *Nam qui supra petram, qui cum audierint, cum gaudio suscipiunt verbum: & hi radices non habent: quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedunt. Quod autem in spinas cecidit, hi sunt qui auditerunt, & á sollicitudinibus, & divitiis, & voluptatibus vitæ euntes suffocantur, & non referunt fructum. Quod autem in bonam terram, hi sunt qui in corde bono, & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia.* Hactenùs Christus Dominus. Poterant ne luculentiùs describi Christiani, qui sæpè accedentes tum ad conciones, tum ad sacramenta, divitiarum spinis, vitæ præsentis sollicitudinibus, & voluptatibus præstigiis seducti, verbum Dei sterile reddunt? Nonne manifesta experientia patet, hos plurimos esse, paucos verò *qui in corde bono, & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia*? Perpendenda apprimè sunt hæc ultima verba, quæ declarant satis haud esse abstinere à vitiis, ut multi faciunt, aut ob timorem, respectumque mundanum, aut ob naturalem indolem; sed producendum insuper esse fructum bonotum operum in patientia, & humilitate. Non solùm reproba, & maledicta terra est quæ spinas, tribulos, & zizaniam germinat, verùm etiam ea quæ frumentum sparso semini congruum non parit, ut alia parabola Christus Dominus *Matth.* 25. evidentiùs exponit.

VI. Decem virgines, quarum quinque fatuæ erant, quæ dicta sunt, clariùs manifestant. Quinque reprobæ, non meretrices, non impudicæ, sed virgines erant. Non accusantur de meretricio, nec de furto, nec de negotiatione. Illarum crimen juxta S. Gregorium fuit elatio interior, & juxta Chrysostomum negligentia, & quædam avaritię species. Gratis á sociis oleum volebant, & tum solùm ad vendentes accesserunt, cum tempus emendi defuit. Quis nunc benigna probabilitate easdem á crimine non excusaret, & inter electas non collocaret? In Christi tamen tribunali elatio, superbia, omissio bonorum operum crimina sunt, ob quæ fatuę virgines, & fatui Christiani reprobantur. Non minùs tremenda est parabola alia *Luc.* 18. ubi Deus reprobos depingit his verbis: *Deus, gratias ago tibi, quia non sum sicut cæteri hominum, raptores, injusti, adulteri, velut etiam hic publicanus. Jejuno bis in sabbato: decimas do omnium quę possideo.* Non propriis viribus bona opera adscribit, cum Deo gratias agat. Bona erant opera, si reipsa in se spectentur, quia mendacii non arguitur. Quod ergo ejusdem crimen? Occultissima philaucia, elatio, & complacentia de suis bonis operibus, & contemptio aliorum hominum peccatorum. In libris plurium Casuistarum vix hæc vitia repetiuntur; at in libris Evangeliorum hæc sunt crimina ob quæ homines plurimi damnantur.

VII. Finem imponat his sacris oraculis S. Paulus Apostolus, qui 1. *Cor. cap.* 9. inquit: *Omnes quidem currunt, sed unus accipit bravium.* Deinde *cap.* 10. hæc adjicit: *Nolo enim vos ignorare, fratres, quoniam patres nostri sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube, & in mari, & omnes eandem escam spiritalem manducaverunt, & omnes eundem potum spiritalem biberunt (bibebant autem de spirituali consequente eos petra:* pe-

petra autem erat Christus) SED NON IN PLURIBUS EORUM BENEPLACITUM EST DEO: nam prostrati sunt in deserto. Hæc autem in figura facta sunt NOSTRI, ut non simus concupiscentes malorum, sicut & illi concupierunt .... Neque fornicemur, sicut quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt una die viginti tria millia: neque tentemus Christum, sicut quidam eorum tentaverunt, & à serpentibus perierunt. Neque murmuraveritis, sicut quidam eorum murmuraverunt, & perierunt ab exterminatore. Hæc autem omnia in figura contingebant illis. Scripta sunt autem ad CORREPTIONEM NOSTRAM, in quos fines sæculorum devenerunt. Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat.

VIII. Omnes baptizati fuere, omnes eandem escam comederunt, omnes eundem potum biberunt. *Sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo.* Garriet ne quis, de infidelibus Paulum loqui? Omnes catholici baptizati sunt: omnes eandem sacratissimam escam manducant, eumdemque potum bibunt; omnes communiter eadem sacramenta frequentant. *At non in pluribus eorum*, inquit Apostolus, *beneplacitum est Deo*, ut eorundem mores patefaciunt. Plura in hoc Pauli testimonium S. Thomas *lect.* 1. & 2. scribit: *Non in pluribus*, inquit, *eorum beneplacitum est Deo, in illis scilicet qui Deum offenderunt; sed tantum in duobus, scilicet Caleb, & Josue, quibus solis concessum est terram promissionis obtinere .... Et notandum, quod sicut in bonis longè melius est quod figuratur, quam ipsa figura, ut regnum cœlorum, quam terra promissionis; ita in malis longè pejus est quod figuratur, quam ipsa figura significans. Secundùm autem Augustinum illa supplicia quæ sustinuerunt, figura gehennæ fuerunt, quæ omni pœna major est.*

IX. Omnes Patres, cujuscumque sæculi paucitatem electorum, in comparatione reproborum defendunt. Pauca delibabo. S. Augustinus *in Psalm.* 47. hæc scribit: *Nunc populus Dei consentur omnes qui participant sacramenta ejus; sed non omnes pertinent ad misericordiam Dei. Omnes quippè sacramentum Baptismi accipientes, Christiani vocantur; sed non omnes dignè illo sacramento vivunt. Sunt enim quidam de quibus dicit Apostolus*: Habentes formam pietatis, virtutem autem ejus abnegantes: *tamen propter ipsam speciem pietatis in populo Dei numerantur, quousque ad aream, quamdiu triturantur, non solum granum, sed etiam palea pertinet, nunquid & ad horreum pertinebit?* (Evidens est hic de Catholicis Augustinum loqui.) *Nam & spinæ ipsæ non ad populum Dei pertinent. Vis audire? Ita posita est ipsa similitudo.* Sicut illum, *inquit*, inter medium spinarum, ita proxima mea in medio filiarum. *Nunquid dixit in medio alienarum? Non, sed in medio filiarum .... sunt ergo filiæ malæ: & inter illas est lilium in medio spinarum. Itaque illi qui sacramenta habent, & mores bonos non habent, & Dei dicuntur, & non Dei, & ejus dicuntur, & alieni. Ejus propter ipsius sacramentum, alieni propter proprium vitium. Ita filia, & aliena. Filia propter formam pietatis, aliena propter amissionem virtutis. Sit ibi lilium: suscipiat misericordiam Dei: teneat radicem boni fœtûs: non sit ingratum pluviæ de cœlo venienti: ingratæ sint spinæ: crescant de imbribus: ad ignem crescunt, non ad horreum .... Jam hic incœperit cuique cogitanti, & quid? ipse populus qui in medio populi Dei suscipit misericordiam Dei, quantum numerum habet? Quam pauci sunt? Vix inveniuntur aliqui. Illi ne contentus Deus erit? Et perdet tantam multitudinem? Dicunt hoc qui tibi promittunt hoc quod à Deo promissum non audierunt. Et verè si malè vivamus si mundi hujus deliciis perfruamur, si nostris libidinibus serviamus, perituros est nos Deus. Quot enim sunt illi qui videntur servare præcepta Dei? Vix invenitur unus, vel duo, vel paucissimi. Ipsos solos Deus liberaturus est, & cæteros damnaturus? Absit, inquiunt. Cum venerit, & videbit tantam multitudinem ad siniſtram, misereitur, & dabit indulgentiam. Hoc sanè etiam* SERPENS *ille promisit primo homini. Nam minatus erat Deus mortem, si gustaret: ille autem: Absit, inquit*, non morte moriemini. *Crediderunt serpenti, inventerunt verum esse quod minatus est Deus, falsum quod promiserat Diabolus.* ITA ET NUNC *fratres, ponite* coBIT ECCLESIAM *ante oculos ad instar, similitudinemque Paradisi. Non cessat serpens suggerere quod* TUNC *suggessit. Sed casus primi hominis ad experimentum cavendi debet nobis valere, non ad imitationem peccandi. Ideò ille cecidit, ut non surgamus. Respondeamus talibus suggestionibus, quod respondit. Nam & ipsum per fœminam tanquam per Evam tentavit, & vicit, in stercore victus in Paradiso. Ergo non audiamus tales voces, nec putemus paucos esse judos. Multi sunt, sed inter plures latent. Non possumus etiam negare plures esse malos, & tam plures, ut inter eos boni prorsùs non appareant, quemodò non apparent grana in area. Nam quisquis aream videt, potest putare quod palea sola sit. Da hominem inexpertum, & putat inaniter fieri quod boves mittuntur, quod ibi homines sub æstu defudant, ut conterant; sed ibi est massa ventilatione purganda. Tunc procedit copia frumenti, quæ latebat in copia palearum.*

X. Qui opiniunculam cum laxiore Ethice natam de pluralitate electorum, & paucitate reproborum propugnare audent, Evangelio, Augustino, & universæ Patrum traditioni adversantur. S. Augustinus de Catholicis in Ecclesiæ sinu degentibus sermonem habet. Istorum electos paucos, & reprobos plures esse docet. Ecclesiam cum area comparat, electos cum frumento, reprobos cum palea. Plura sunt tritici grana, at paleæ ita superant, ut vix grana appareant. Opponit sibi divinæ misericordiæ magnitudinem. *Suscepimus, Deus, misericordiam tuam in medio templi tui.* In hunc Davidicum textum suum sermonem instituit, evincitque, infinitam esse Dei misericordiam, sed Christianos majori ex parte eadem abuti. Illos qui electos multiplicant, non quod isti vitam benè moratam ducant, sed quod misericordiæ Dei magna sit, serpenti assimilat primis parentibus suadenti: *Non morte moriemini.* Crediderunt illi, & mortem oppetiere. Credunt plurimi ex Christianis, Benignitatis ingressum in Paradisum sponden-

dentibus, & experiuntur damnationem, quam minatur Deus, & falsum esse quod spondent Benignitatem. Quemadmodum *tunc* accidit, *ita & nunc fratres*, concludit Augustinus. Similia scribit Doctor S. *serm.* 18. *de Verb. Domini, cap.* 19. item *lib.* 10. *cont. Faustum, cap.* 16. & tursus *in Psalm.* 25. *serm.* 32. *de Verb. Dom. lib.* 1. *cont. Donat. cap.* & alibi. Augustini doctrinam defendunt cæteri Patres. S. Gregorius Nazianzen. *orat.* 33. S. Ambrosius *lib. de Noe, cap.* 2. S. Joan. Chrysostom. *hom.* 11. *ad pop. Antioch.* S. Gregorius M. *hom.* 29. *in Evangel.* S. Hieronymus sive Auctor. *Epist. ad Celant.* S. Thomas 1. *part. q.* 23. *art.* 7. Lege V. Cl. Fogginum in opere non ita pridem hac de re emisso. (a)

XI. Instítunt blandiloqui, & benigni homines, divinamque misericordiam exaggerantes, & Christum Dominum mortuum pro omnibus esse, inclamantes. Quid heinc? Argutatio hæc aut nihil, aut neminem perire evincit. Aures obtundunt, Patres, dum parvum afferunt electorum numerum, universum genus humanum comprehendere. Qui talia blaterant, Patres non legerunt. Augustinus istorum commentum jam supra profligavit. Verum ut istorum ora penitus obstruam, iterum in medium veniat Augustinus, qui *Psalm.* 73. hoc pacto increpat, atque redarguit hos Benignistas, qui comsumunt pulvillos sub omni cubito manus. *Nondum erat exemplum casus humani, quando dictum est Adam: Morte morieris, si tetigeris. Et venit de transverso serpens, & dixit: Non morte moreris. Creditus est serpens; contemptus est Deus. Factum est victrium; inventus est homo. Numne impletum est potius quod minatus est Deus, quam quod promiserat inimicus? Sic est certe: agnoscimus hoc: ideo omnes in monte jam vel experti eruti sumus. Non enim cessat & modo serpens insusurrare, & dicere*: Nunquid vere damnaturus est Deus tantas turbas? liberaturus est paucos? *Quid est aliud, quam facite contra præceptum, non morte morieminí? sed quomodo tunc, sic & nunc. Si feceris quod suggerit diabolus, & contempseris quæ præcepit Deus, veniet judicii dies, & invenies verum quod minatus est Deus, & falsum quod pollicitus est diabolus. Exurge Domine, judica causam meam: mortuus es, & contemptus es.*

XII. Pauca rationum momenta delibabo. Via arcta est. Hanc calcant vel innocentes, vel pœnitentes. Rara innocentia, rara pœnitentia. Regnum cœlorum vim patitur. Status violentus carni, & sanguini paucorum est. Quæ enim difficilia sunt, locum in paucioribus habent, ut compertum experientia est. Difficillima autem est regni æterni consecutio. Ergo pauci illuc perveniunt. Electi Christo conformes sint necesse est: *Quos præscivit, & prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui.* At pauci sunt qui hanc conformitatem, & similitudinem præferant. Quoniam, ut inquit Apostolus ad Philip. 2. *omnes quæ sua sunt, quærunt, non quæ Jesu Christi.*

XIII. Magnam quoque Sacerdotum partem æternum perire docent Patres. Chrysostomus *hom.* 3. *in Act. Apost.* inquit: *Non arbitror inter Sacerdotes multos esse qui salvi fiant, sed multo plures esse qui pereunt.* S. Hieronymus *epist. ad Damas.* hæc scribit: *Ecce mundus ubique fervet Sacerdotibus; & tamen sunt rarissimi Sacerdotes boni, quod è centum bonos reperiatur unus.* Rationum momenta pervia sunt. Pauci sacerdotio initiantur, Deo vocante, sed plurimi lucri, & dignitatis spe lenocinante. Scriptura sancta frequentius increpat, objurgarque Sacerdotes quam populum. Sacerdotes *cap.* 13. *Exech.* Deus redarguit: *Decepterunt populum meum dicentes, Pax, & non est pax.* In Sacerdotes invehitur: *Væ qui consunt pulvillos sub omni cubito manus, & faciunt cervicalia sub capite universæ ætatis ad capiendas animas. Et cum caperent animas populi mei, vivificabant animas eorum. Et violabant me ad populum meum propter pugillum hordei, & fragmen panis, ut interficerent animas quæ non moriuntur.* Denique Christus Dominus Doctores, Sacerdotes, & Theologos severissimè redarguit *Matth.* 15. inquiens: *Sinite illos: cæci sunt, & duces cæcorum. Cæcus autem si cæco ducatum præstet, ambo in foveam cadunt.*

XIV. Si Religiosorum claustralium cœtum spectemus, fortasse non major electorum numerus apparet. Parabolæ de servo pigro, & oscitante, de arbore sterili fructus non edente, Religiosorum oscitantiam, & damnationem præferunt. Claustra sunt evangelicæ perfectionis gymnasia, sunt ubertimæ messis electæ vineæ, selectorum fructuum florida viridaria. Tu in Claustrales oculos intendito, ut colligere ipse valeas, num floreant, an arescant vineæ istę. Bono animo esto, si fervens perfectionis monasticæ studium, si exactam à mundi illecebris separationem, si splendidum evangelicæ paupertatis cultum deprehendas. Interim S. Bernardum *epist.* 254. audiamus: *Ubi ergo sunt qui dicere solent: Sufficit nobis, nolumus meliores esse quam patres nostri? O Monache, non vis proficere? Non. Vis ergo deficere? Nequaquam. Quid ergo? Sic mihi, inquis, vivere volo, & manere qui perveni, nec prosse fieri patior, nec melior cupio. Hoc ergo vis quod esse non potest. Quid enim stat in hoc spatio? Et certe de homine dictum est*: Fugit velut umbra, & nunquam in eodem statu permanet. *Ipse denique hominis spiritalis auctor, quandiu in terris visus est, & cum hominibus conversatus est, nunquid stetit? Et quidem, teste Scriptura*, pertransiit benefaciendo, & sanando omnes. *Pertransiit ergo sicut non infructuose, ita non remisse, non pigre, non lento gressu; sed quemadmodum item de eo scriptum est*: Exultavit ut gigas ad currendam viam. *Porrò currentem non apprehendit qui & ipse pariter non currit. Et quid prodest Christum sequi si non contingat consequi? Ideo Paulus ajebat*: Sic currite ut comprehendatis. *Ibi tu, Christiane, fige tui cursus, professusque metum, ubi Christus posuit suum.* Factus est, *inquit*, obediens usque ad mortem. *Quantumlibet*

(a) *Vide tom.* 1. *Appar. lib.* 1. *disc.* 2. *cap.* 7.

bet ergo cucurreris, si usque ad mortem non perveneris, bravium non apprehendes. Bravium Christus est. Quod si ille currente tu gradum sistis, non Christo appropias, sed te magis elongas: timendumque tibi est quod ait David: Ecce qui elongant se à te, Domine, peribunt. Itaque si proficere currere est: ubi proficere, ibi & currere desinis; ubi verò non currere, ibi & deficere incipit. Hinc planè colligitur, quia nulle proficere non nisi deficere est. Hæc meditare, & continuo evanescent vanę illę, & ineptissimæ quorumdam distinctiunculæ, & opiniunculę ad excusandas excusationes in peccatis excogitatæ.

CAPUT VI.

Episcopi sacris Ordinibus initiandos examinare potissimùm debent super Evangeliorum notitia.

I. UNum ex præcipuis Sacerdotum officii est sanctarum Scripturarum studium, ut 2. *Paralip. cap.* 19. divina ipsa Scriptura declarat: *In Jerusalem quoque constituit Josaphat Levitas, & Sacerdotes ... præcepitque eis dicens ... Ubicumque quæstio est de lege, de mandato, de cæremoniis, de justificationibus, ostendite eis, ut non peccent in Dominum.* Ecclesia statuit ne ad sacros Ordines clerici admittantur, nisi titulum, aut patrimonium, undè vivere possint, habeant. Quorsum hoc? Ut à sæculi negotiis expediti, vacare impensiùs divinæ Scripturæ studio, rebusque sacris queant, ut *loco cit. cap.* 31. Ipsa divina Scriptura præscribit. *Præcepit etiam populo habitantium Jerusalem, ut darent partes Sacerdotibus, & Levitis, ut possint vacare legi Domini.*

II. Quid plura? Episcopi antequam ad Sacerdotium Clericos promoveant, hanc pronuntiant orationem, Deumque precantur, *ut in lege tua die, ac nocte meditantes, quod legerint, credant, quod crediderint, doceant.* Omnes artifices super regulis propriæ artis examinantur. Professio Sacerdotum adjunctum habet studium Scripturæ sanctæ: ergo periculum faciendum est, num versati in hoc studio sint. Quomodò enim die, noctuque meditari Scripturas sanctas queunt, si easdem ignorent? Hæc nostra ætate urgentiùs obstricti sunt sacerdotes divinarum Scripturarum studio: quoniam cum vernaculæ versiones interdictæ laicis sint, Sacerdotum est explanare populo Scripturas divinas. Eodem quippè tempore quo Ecclesia abstulit idiotis lectiones vulgares, decrevit ut Sacerdotes impensiùs Scripturis sanctis operam navarent, ut aptiores essent ad easdem interpretandas, & exponendas.

III. Nonnulli Sacerdotes, dum pro confessionibus excipiendis subire examen debent, volvunt, revolvunt ingentia volumina Dianæ, Bonacinę, Tamburini, Lacroix, Salmanticensium: memoriæ mandare student farraginem casuum, distinctionum, disputationum. Tota mentis indagine scrutantur medullas recentes, & vetustas, alphabetaria, promptuaria, examina ordinandorum. Ecquid? Improbabis ne istorum studium. Non improbo. Sed ajo, Sacerdotes, animarumque Pastores, & directores, priùs divinas Scripturas callere, meditari, & altiùs menti commendare debere. Cedo. Nonne ad divinæ legis notmam instruendi, formandique sunt Christianorum mores? Si leges istæ ignorantur quomodò ad earumdem amussim revocanda est Christianorum vita?

IV. Præfati Casuistæ, inquiens, legem sanctam, & divinas Scripturas interpretantur. Ita ne verò? vix in ilsdem aliquis tecurrit divinus textus: & si quæ testimonia sacra interdùm allegantur, non rarò distinctiunculis, arbitratis interpretamentis, & æquo benignioribus opinionibus eluduntur. Porrò si Sacerdotes ipsi legis evangelicæ præcepta, & regulas compertas non habent, qua via deprehendere valent num prælati auctores rectè, an secus easdem interpretentur? Approbati sunt, reponis, ejusmodi libri. Verum haber. Propterea ne ab errotibus immunes? Ex libris approbatis decerptę sunt damnatæ theses. Quid quod ipsa Ecclesia decrevit, non ideò aliquam doctrinam esse veram, probatamque, propterea quod sit alicujus approbati auctoris. Magnopetè falluntur animarum Pastores, si credant, auctoritate hujus, aut illius Casuistæ excusari posse, cum doctrinas divinis Scripturis adversas docuerint. An ignorant Sacerdotes supremum judicem Christum Dominum judicaturum animas fore non ad Casuistarum, sed ad Evangeliorum tribunal?

V. Non omnium, repones, est Evangelia interpretari. Deindè, dilcere ne Parochi, Confessarii, & Theologi memoriter Evangelia debent? Opus haud est ut omnia memoriæ commendent; sed satis est illos spiritum legis, & mandata perspecta habere, & cum difficultates occurunt, sacros codices consulere, & graviores adhibere interpretes; & imprimis SS. Ecclesiæ Patres. Spissa, & ingentia volumina Dianæ, Bonacinæ, Tamburini, Laymani, Lacroix, Salmanticensium, Castropalai revolvunt Parochi, & Confessarii: controversias, vitilitigationes, distinctiones, subdistinctiones, definitiones, divisiones improbo labore memoriæ mandant. Facilius sanè addiscuntur divinæ præceptiones quæ in codice sancto novi Testamenti, Proverbiorum, Sapientiæ, Ecclesiastici continentur, quam interminatæ disputationes dictorum voluminum. Quid quod istorum rixosæ disputationes implexæ non raro sunt, obscuræ, ambagibus plenę, tricis, & cavillis circumseptæ, quę omne aliud sæpè præter fervorem divini amoris, & evangelicæ perfectionis studium excitant? Contra evangelicæ præceptiones splendidæ, perspicuę, faciles, & rectè vivere, non futiliter tricari docent. Accedit quod Deus lumen ad intelligendas Scripturas sanctas infundit illis qui humili, docilique corde ad eas meditandas accedunt. Divina illa documenta Proverbiorum, Ecclesiastici, Parabolę evangelicę, ac Pauli, aliorumque Apostolorum epistolę, & singulis Scripturæ sanctæ versus plus illuminant, quam innumerę hominum disputationes. Hac sanctorum Scripturarum notitia imbuti Sacerdotes legere quoquè morales Theologos possunt, quia tunc discernere optimè valent,

lent, num istorum opiniones, & sententię conformes sint evangelicæ doctrinæ.

VI. Quid? Tu ne audes improbare consuetudinem à tot annis invectam examinandi Confessarios, & Parochos super opinionibus quas Casuistæ in utramque partem disputant? Absit ut consuetudines quę bonæ sunt, improbare ipse velim. Humili dumtaxat obsequio suggero quod mihi videtur optimum, & quidem necessarium. Sed hoc ipsum meum consilium superiorum, & sapientum judicio subjicio. Si neglecto more qui nunc obtinet, nova introducenda consuetudo esset, improbus subeundus labor foret, & magna perturbatio, & confusio contingeret. Falsa hæc omnia sunt. Nunquid sanctarum Scripturarum lectio, & meditatio confusionem parit? Imò hæc jurgia, & intestina dissidia tollit, & loco disputationum, legum observantiam inducit. Verùm ut fortiùs urgeam argumentationem, iterùm quæro: necessarium ne est Sacerdotibus, Pastoribus, & animarum moderatoribus Scripturarum studium, an secus? Si negas, Scripturas divinas inficiaris. Si affirmas: ergo corrigenda consuetudo, & Pastorum, Confessariorumque peritia etiam in Scripturis sanctis exploranda est. Sola istius subeundi examinis notitia urgeret omnes, qui aut Sacerdotio initiari, aut animarum curam, aut onus excipiendi confessiones subire avent, ut vires omnes in Scripturarum studium intenderent. Quis inficias ivetit sapientiores, moratioresque evasuros Sacerdotes, si bonam illius temporis partem quod terunt in legendis, & perdiscendis libris Dianæ, Bonacinæ, Tamburini, Lacroix, Salmanticensium, impenderent in libris sanctis meditandis? Et si loco medullarum sive antiquarum, sive recentium epistolas Paulinas continenter versarent?

VII. Et qua ratione, inquis, peragi hoc examen debet? Summa moderatione, & prudentia. Clerici interrogentur quot sint vetetis Testamenti libri, quot novi fœderis, quot epistolæ Pauli: illi super aliqua Evangelii parabola, isti super epistola ad Timotheum. Sacerdotes interrogari debent, qui sit evangelicæ legis spiritus, qualis christianæ vitæ imago: num Christiani præcepto urgeantur inhiandi evangelicæ perfectioni; quid significent hęc verba: *Estote perfecti sicut & Pater vester cęlestis perfectus est.* Quid hæc alia: *Si oculus tuus, &c. si manus tua scandalizat te, erue, abscinde, &c. Qui non renunciaverit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Mutuum date nihil inde sperantes. Facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in Regnum cælorum.* Interrogentur quomodo SS. Augustinus, Chrysostomus, & alii Patres laudata, & similia testimonia interpretentur: quoniam isti sunt magistri, & veri Scripturarum interpretes.

VIII. De iis verò quæ spectant institutiones ecclesiasticas, legendus est Catechismus Tridentinus, seu Romanus, & super eodem, & Concilio Tridentino severius examinandi sunt. Quando tali doctrina instructi sunt, legere valent etiam morales auctores præsertim de præceptis ecclesiasticis, aliisque, quæ cęremonias, & disciplinam spectant.

CONSECTARIUM.

Ad te nunc, Christe Jesu, humillem orationem meam converto. Tremendissimam vindictam tuam super filios hominum pavidus, & confusus suspicio. Spiritum soporis, & cæcitatis, quo correpti homines viam perditionis inambulant, tremens perhorresco, quod sciam hoc esse omnium supplicium funestissimum, quod à tot seculis prædixit *cap.* 8. Propheta Amos, *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & mittam famem in terram, non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Domini ... Circuibunt quærentes verbum Domini, & non invenient.* Eo malorum nunc res devenit, ut plures nec quærant, nec inveniant verbum tuum, Domine. Quærunt verbum hominum in libris hominum; at non quærunt verbum Dei in libris Dei. Si ad nos Principes, Reges, Imperatores scriberent, & quidem familiari stilo: si præmia proponerent, si ad regia sua palatia, ad sua solia cum ilsdem regnaturos invitarent; qua diligentia, qua attentione ejusmodi epistolæ à nobis legerentur? Et Scripturas tuas divinas, quæ epistolę sunt ad nos missæ, & nobis præsertim Sacerdotibus custodiendę, legendæ, explicandæque traditæ sunt, negligimus, fastidimus; immò his rejectis, glandibus, & quisquiliis hominum delectamur? Tenebrosior est cæcitas, & funestior pœna, quam exprimi congrua oratione à me queat. Expergiscimini, quæso Sacerdotes Dei, animarumque Pastores & moderatores, & in spiritu contritionis, & humilitatis verbum Dei quærite in libris Dei.

CAPUT VII.

De Traditionibus.

I. TRaditio generatim accepta, doctrina est quæ alteri sive voce, sive scripto communicatur, ut S. Paulus 2. *Thessal.* 2. ait: *Tenete traditiones, quas didicistis, sive per sermonem, sive per epistolam nostram.* Præsitus accepta traditio est doctrina viva voce communicata. Si auctorem spectemus, divina una, humana altera. Si materiam, alia fidem, & mores, alia disciplinam, ritus, & cæremonias comprehendit. Rursùs alia necessaria, alia libera: alia immutabilis, & perpetua? alia mutabilis, & temporaria: alia denique universalis, alia particularis.

II. Traditio divina, doctrina Dei est, non scripta, sed à Deo majoribus nostris revelata, & successoribus de aure in aurem communicata. Hęc traditio vocari *Dominica* soler, quod à Christo Domino Apostolis, & ab his successoribus communicata sit. Ejusmodi est traditio de numero Sacramentorum, de perpetua B. Mariæ Virginitate. Alia est *Apostolica*, quam Apostoli dictante Spiritu Sancto acceperunt, & Ecclesiæ communicarunt sine scripto, ut docet Tridentinum *sess.* 4.

III. Divinas, & apostolicas traditiones cujuscumque sæculi hæretici ferè omnes negarunt, ut libertius suos evulgare errores possent. Ulti-

bet ergo cucurreris, si usque ad mortem non perveneris, bravium non apprehendes. Bravium Christus est. Quod si ille currente tu gradum sistis, non Christo appropias, sed te magis elongas: timendumque tibi est quod ait David: Ecce qui elongant se à te, Domine, peribunt. Itaque si proficere currere est: ubi proficere, ibi & currere desinis; ubi verò non currere, ibi & deficere incipit. Hinc planè colligitur, quia nulle proficere non nisi deficere est. Hæc meditare, & continuo evanescent vanę illę, & ineptissimæ quorumdam distinctiunculæ, & opiniunculę ad excusandas excusationes in peccatis excogitatæ.

CAPUT VI.

Episcopi sacris Ordinibus initiandos examinare potissimùm debent super Evangeliorum notitia.

I. UNum ex præcipuis Sacerdotum officii est sanctarum Scripturarum studium, ut 2. *Paralip. cap.* 19. divina ipsa Scriptura declarat: *In Jerusalem quoque constituit Josaphat Levitas, & Sacerdotes ... præcepitque eis dicens ... Ubicumque quæstio est de lege, de mandato, de cæremoniis, de justificationibus, ostendite eis, ut non peccent in Dominum.* Ecclesia statuit ne ad sacros Ordines clerici admittantur, nisi titulum, aut patrimonium, undè vivere possint, habeant. Quorsum hoc? Ut à sæculi negotiis expediti, vacare impensiùs divinæ Scripturæ studio, rebusque sacris queant, ut *loco cit. cap.* 31. Ipsa divina Scriptura præscribit. *Præcepit etiam populo habitantium Jerusalem, ut darent partes Sacerdotibus, & Levitis, ut possint vacare legi Domini.*

II. Quid plura? Episcopi antequam ad Sacerdotium Clericos promoveant, hanc pronuntiant orationem, Deumque precantur, *ut in lege tua die, ac nocte meditantes, quod legerint, credant, quod crediderint, doceant.* Omnes artifices super regulis propriæ artis examinantur. Professio Sacerdotum adjunctum habet studium Scripturæ sanctæ: ergo periculum faciendum est, num versati in hoc studio sint. Quomodò enim die, noctuque meditari Scripturas sanctas queunt, si easdem ignorent? Hæc nostra ætate urgentiùs obstricti sunt sacerdotes divinarum Scripturarum studio: quoniam cum vernaculæ versiones interdictæ laicis sint, Sacerdotum est explanare populo Scripturas divinas. Eodem quippè tempore quo Ecclesia abstulit idiotis lectiones vulgares, decrevit ut Sacerdotes impensiùs Scripturis sanctis operam navarent, ut aptiores essent ad easdem interpretandas, & exponendas.

III. Nonnulli Sacerdotes, dum pro confessionibus excipiendis subire examen debent, volvunt, revolvunt ingentia volumina Dianæ, Bonacinę, Tamburini, Lacroix, Salmanticensium: memoriæ mandare student farraginem casuum, distinctionum, disputationum. Tota mentis indagine scrutantur medullas recentes, & vetustas, alphabetaria, promptuaria, examina ordinandorum. Ecquid? Improbabis ne istorum studium. Non improbo. Sed ajo, Sacerdotes, animarumque Pastores, & directores, priùs divinas Scripturas callere, meditari, & altiùs menti commendare debere. Cedo. Nonne ad divinæ legis notmam instruendi, formandique sunt Christianorum mores? Si leges istæ ignorantur quomodò ad earumdem amussim revocanda est Christianorum vita?

IV. Præfati Casuistæ, inquiens, legem sanctam, & divinas Scripturas interpretantur. Ita ne verò? vix in ilsdem aliquis tecurrit divinus textus: & si quæ testimonia sacra interdùm allegantur, non rarò distinctiunculis, arbitratis interpretamentis, & æquo benignioribus opinionibus eluduntur. Porrò si Sacerdotes ipsi legis evangelicæ præcepta, & regulas compertas non habent, qua via deprehendere valent num prælati auctores rectè, an secus easdem interpretentur? Approbati sunt, reponis, ejusmodi libri. Verum haber. Propterea ne ab errotibus immunes? Ex libris approbatis decerptę sunt damnatæ theses. Quid quod ipsa Ecclesia decrevit, non ideò aliquam doctrinam esse veram, probatamque, propterea quod sit alicujus approbati auctoris. Magnopetè falluntur animarum Pastores, si credant, auctoritate hujus, aut illius Casuistæ excusari posse, cum doctrinas divinis Scripturis adversas docuerint. An ignorant Sacerdotes supremum judicem Christum Dominum judicaturum animas fore non ad Casuistarum, sed ad Evangeliorum tribunal?

V. Non omnium, repones, est Evangelia interpretari. Deindè, dilcere ne Parochi, Confessarii, & Theologi memoriter Evangelia debent? Opus haud est ut omnia memoriæ commendent; sed satis est illos spiritum legis, & mandata perspecta habere, & cum difficultates occurunt, sacros codices consulere, & graviores adhibere interpretes; & imprimis SS. Ecclesiæ Patres. Spissa, & ingentia volumina Dianæ, Bonacinæ, Tamburini, Laymani, Lacroix, Salmanticensium, Castropalai revolvunt Parochi, & Confessarii: controversias, vitilitigationes, distinctiones, subdistinctiones, definitiones, divisiones improbo labore memoriæ mandant. Facilius sanè addiscuntur divinæ præceptiones quæ in codice sancto novi Testamenti, Proverbiorum, Sapientiæ, Ecclesiastici continentur, quam interminatæ disputationes dictorum voluminum. Quid quod istorum rixosæ disputationes implexæ non raro sunt, obscuræ, ambagibus plenę, tricis, & cavillis circumseptæ, quę omne aliud sæpè præter fervorem divini amoris, & evangelicæ perfectionis studium excitant? Contra evangelicæ præceptiones splendidæ, perspicuę, faciles, & rectè vivere, non futiliter tricari docent. Accedit quod Deus lumen ad intelligendas Scripturas sanctas infundit illis qui humili, docilique corde ad eas meditandas accedunt. Divina illa documenta Proverbiorum, Ecclesiastici, Parabolę evangelicę, ac Pauli, aliorumque Apostolorum epistolę, & singulis Scripturæ sanctæ versus plus illuminant, quam innumerę hominum disputationes. Hac sanctorum Scripturarum notitia imbuti Sacerdotes legere quoquè morales Theologos possunt, quia tunc discernere optimè valent,

lent, num istorum opiniones, & sententię conformes sint evangelicæ doctrinæ.

VI. Quid? Tu ne audes improbare consuetudinem à tot annis invectam examinandi Confessarios, & Parochos super opinionibus quas Casuistæ in utramque partem disputant? Absit ut consuetudines quę bonæ sunt, improbare ipse velim. Humili dumtaxat obsequio suggero quod mihi videtur optimum, & quidem necessarium. Sed hoc ipsum meum consilium superiorum, & sapientum judicio subjicio. Si neglecto more qui nunc obtinet, nova introducenda consuetudo esset, improbus subeundus labor foret, & magna perturbatio, & confusio contingeret. Falsa hæc omnia sunt. Nunquid sanctarum Scripturarum lectio, & meditatio confusionem parit? Imò hæc jurgia, & intestina dissidia tollit, & loco disputationum, legum observantiam inducit. Verùm ut fortiùs urgeam argumentationem, iterùm quæro: necessarium ne est Sacerdotibus, Pastoribus, & animarum moderatoribus Scripturarum studium, an secus? Si negas, Scripturas divinas inficiaris. Si affirmas: ergo corrigenda consuetudo, & Pastorum, Confessariorumque peritia etiam in Scripturis sanctis exploranda est. Sola istius subeundi examinis notitia urgeret omnes, qui aut Sacerdotio initiari, aut animarum curam, aut onus excipiendi confessiones subire avent, ut vires omnes in Scripturarum studium intenderent. Quis inficias ivetit sapientiores, moratioresque evasuros Sacerdotes, si bonam illius temporis partem quod terunt in legendis, & perdiscendis libris Dianæ, Bonacinæ, Tamburini, Lacroix, Salmanticensium, impenderent in libris sanctis meditandis? Et si loco medullarum sive antiquarum, sive recentium epistolas Paulinas continenter versarent?

VII. Et qua ratione, inquis, peragi hoc examen debet? Summa moderatione, & prudentia. Clerici interrogentur quot sint vetetis Testamenti libri, quot novi fœderis, quot epistolæ Pauli: illi super aliqua Evangelii parabola, isti super epistola ad Timotheum. Sacerdotes interrogari debent, qui sit evangelicæ legis spiritus, qualis christianæ vitæ imago: num Christiani præcepto urgeantur inhiandi evangelicæ perfectioni; quid significent hęc verba: *Estote perfecti sicut & Pater vester cęlestis perfectus est.* Quid hæc alia: *Si oculus tuus, &c. si manus tua scandalizat te, erue, abscinde, &c. Qui non renunciaverit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Mutuum date nihil inde sperantes. Facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in Regnum cælorum.* Interrogentur quomodo SS. Augustinus, Chrysostomus, & alii Patres laudata, & similia testimonia interpretentur: quoniam isti sunt magistri, & veri Scripturarum interpretes.

VIII. De iis verò quæ spectant institutiones ecclesiasticas, legendus est Catechismus Tridentinus, seu Romanus, & super eodem, & Concilio Tridentino severius examinandi sunt. Quando tali doctrina instructi sunt, legere valent etiam morales auctores præsertim de præceptis ecclesiasticis, aliisque, quæ cęremonias, & disciplinam spectant.

CONSECTARIUM.

Ad te nunc, Christe Jesu, humillem orationem meam converto. Tremendissimam vindictam tuam super filios hominum pavidus, & confusus suspicio. Spiritum soporis, & cæcitatis, quo correpti homines viam perditionis inambulant, tremens perhorresco, quod sciam hoc esse omnium supplicium funestissimum, quod à tot seculis prædixit *cap.* 8. Propheta Amos, *Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & mittam famem in terram, non famem panis, neque sitim aquæ, sed audiendi verbum Domini ... Circuibunt quærentes verbum Domini, & non invenient.* Eo malorum nunc res devenit, ut plures nec quærant, nec inveniant verbum tuum, Domine. Quærunt verbum hominum in libris hominum; at non quærunt verbum Dei in libris Dei. Si ad nos Principes, Reges, Imperatores scriberent, & quidem familiari stilo: si præmia proponerent, si ad regia sua palatia, ad sua solia cum ilsdem regnaturos invitarent; qua diligentia, qua attentione ejusmodi epistolæ à nobis legerentur? Et Scripturas tuas divinas, quæ epistolę sunt ad nos missæ, & nobis præsertim Sacerdotibus custodiendę, legendæ, explicandæque traditæ sunt, negligimus, fastidimus; immò his rejectis, glandibus, & quisquiliis hominum delectamur? Tenebrosior est cæcitas, & funestior pœna, quam exprimi congrua oratione à me queat. Expergiscimini, quæso Sacerdotes Dei, animarumque Pastores & moderatores, & in spiritu contritionis, & humilitatis verbum Dei quærite in libris Dei.

CAPUT VII.

De Traditionibus.

I. TRaditio generatim accepta, doctrina est quæ alteri sive voce, sive scripto communicatur, ut S. Paulus 2. *Thessal.* 2. ait: *Tenete traditiones, quas didicistis, sive per sermonem, sive per epistolam nostram.* Præsitus accepta traditio est doctrina viva voce communicata. Si auctorem spectemus, divina una, humana altera. Si materiam, alia fidem, & mores, alia disciplinam, ritus, & cæremonias comprehendit. Rursùs alia necessaria, alia libera: alia immutabilis, & perpetua? alia mutabilis, & temporaria: alia denique universalis, alia particularis.

II. Traditio divina, doctrina Dei est, non scripta, sed à Deo majoribus nostris revelata, & successoribus de aure in aurem communicata. Hęc traditio vocari *Dominica* soler, quod à Christo Domino Apostolis, & ab his successoribus communicata sit. Ejusmodi est traditio de numero Sacramentorum, de perpetua B. Mariæ Virginitate. Alia est *Apostolica*, quam Apostoli dictante Spiritu Sancto acceperunt, & Ecclesiæ communicarunt sine scripto, ut docet Tridentinum *sess.* 4.

III. Divinas, & apostolicas traditiones cujuscumque sæculi hæretici ferè omnes negarunt, ut libertius suos evulgare errores possent. Ulti-

mæ ætatis hæretici Lutherani, & Calviniani præ cæteris in traditiones debacchati sunt, utpotè quæ illos jugulant. Catholici omnes docent præter verbum scriptum dari traditiones apostolico divinas, idque evincunt, & divinarum Scripturarum, & Patrum testimoniis. Divinæ Scripturæ obviæ sunt. *Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi.* Deut. 3. Rursùs Eccles. cap. 8. *Non te prætereat narratio seniorum, ipsi enim didicerunt à patribus suis.* S. Paulus *ad Thessal. cap.* 2. inquit: *Itaque fratres state, & tenete traditiones, quas didicistis sive per sermonem, sive per epistolam nostram.*

IV. In omni Ecclesiæ statu obtinuerunt divinæ traditiones. Ab Adamo usque ad Moysem nulla lex scripta. Undè sancti Patriarchæ, Adam, Abel, Seth, Enos, Noe, Abraham, Isaac, Jacob, & alii cultum Dei, sacrificiorum ritus, & Religionis mysteria didicere? Undè de mundi creatione, de Messiæ adventu, de remedio peccati originalis, de futuro statu doctrinam hauserunt? Ex verbo scripto? Nullum tunc erat. Ergo ex verbo de ore in os, de aure in aurem tradito. Post mosaicam legem similiter divinæ obtinuerunt traditiones, ut ex ad ductis testimoniis pater. An Judæi libros sanctos in canone recensitos divina traditione non crediderunt? Christus Dominus sola sua voce instructos Apostolos per universum mundum prædicare suam divinam legem misit. Plurium annorum spatio hanc novam legem promulgarunt; sine verbo scripto Litteris consignavit Matthæus suum Evangelium, cum ad gentes prædicaturus ire destinaverat, & post habitam ad Hebræos prædicationem. Edisserant nobis Lutherani, & Calvinistæ, qua doctrina regebatur Ecclesia Christi, antequam Evangelistæ scriptis traderent Evangelia, & Paulus scriberet cum cæteris Apostolis suas epistolas? Non sanè doctrina scripta. Ergo doctrina tradita (*a*) Patrum testimonia brevitatis gratia prætereo.

CAPUT VIII.

De Ecclesia.

I. Ecclesia vox græca est, quæ laticè *convocationem* significat; quę sub statu gratię sic describi solet. *Est hominum societas ad Christi fidem vocata, quæ interiùs vivificatur fide, spe, & charitate; exteriùs verò regitur ejusdem christianę fidei professione, Sacramentorum communione, divini verbi prædicatione à legitimis Pastoribus sub uno visibili capite in terris Christi Vicario, & S. Petri successore.* Ecclesia etiam sumitur pro ipsa materiali domo Deo dicata, quo fideles conveniunt, de qua *Matth.* 21. inquit: *Domus mea domus orationis vocabitur.* Sed communiter accipitur pro societate fidelium. Et hoc in sensu Paulus ad *Galat. cap.* 1. loquitur: *Supra modum persequebatur Ecclesiam Dei.*

II. Quemadmodum in corpore physico humano quædam membra anima vivicantur: quædam verò corpori hærent, anima tamen non informantur, ita contingit in morali Ecclesię corpore. Christianorum alii, cum in externa sacramentorum participatione, aliisque ritibus, tum in fide, spe, & charitate communicant cum societate, & anima vivificantur, suntque viva Ecclesiæ membra: alii extrinsecus tantùm cum aliis fidelibus fidem profitentur, & Sacramenta frequentant. Isti dicuntur de corpore Ecclesiæ, sed extra ejusdem animam sunt. Ecclesiam comprehendere bonos, & malos patet ex *Matth. cap.* 3. ubi illa comparatur cum area triticum, & palcam continente, & cum sagena omne piscium genus congregante. Quarè turpiter errarunt Charari, & Donatistæ, qui omnes culpa inquinatos ab Ecclesia excludebant.

III. Hæretici schismatici, excommunicati sunt extra Ecclesiam. Pueri ex hæreticis baptizati sunt intra Ecclesiam usque ad rationis usum, quem cum fuerint assecuti, si criminosè hæreticorum synagogæ adhærent; hæretici extra Ecclesiam evadunt; si ab eadem recedunt, & in catholicę Ecclesię sinum se recipiunt, catholici, & membra verę Ecclesię fiunt.

IV. Ecclesiæ dotes quatuor. *Una, sancta, catholica, & apostolica.* Est una unitate corporis, quia fideles unum corpus morale, seu societatem confluunt. Unum corpus: ergo unum caput. Est una unitate spiritus, qui universum corpus animat. Est una unitate *fidei, & doctrinæ*, unitate *spei*, unitate *charitatis*, unitate Domini invisibilis Dei, & Jesu Christi, & ejusdem visibilis Vicarii Romani Pontificis. Unitatem negare nec ipsi hæretici audent. Unum corpus, unum spiritum, unam fidem, unam spem, unum baptisma, unam charitatem, unum caput ultrò admittunt. Sed caput istud invisibile dumtaxat esse, nempè Christum Jesum contendunt. At turpiter errant. Visibile est Ecclesiæ corpus: ergo visibile caput. Reipsa Christus Dominus Petrum instituit Ecclesiæ suę caput, & Petri successores. Quemadmodùm enim perpetuum voluit Ecclesiæ corpus, sic & caput. Quam veritatem perennis Ecclesiæ traditio confirmat. (*b*)

V. Altera Ecclesiæ nota est *Sanctitas*, quod Deo sit consecrata, & ob sanctitatem quę in præcipuis ejusdem membris refulget, & ob doctrinæ puritatem quam profitetur *Catholica*, seu universalis triplici titulo nuncupatur. 1. ratione doctrinæ, quæ omnes errores excludit, & execratur. 2. ratione temporis, quia usque ad finem mundi non interrupta serie durabit. 3. ratione loci. *Euntes in mundum universum, prædicate Evangelium omni creaturæ*: Marc. 16. Nec requiritur ut eodem tempore ad omnia loca se extendat: quin Christus ipse prædixit Religionem suam de regno in regnum ob fidelium scelera transituram. Ab Oriente in Occidentem, & ab Occi-

(*a*) *Vide tom.* 1. *Appar. lib.* 1. *diss.* 3. *cap.* 2.
(*b*) *Vide tom.* 1. *Ap. lib.* 1. *diss.* 3. *cap.* 4.

Occidente in alias mundi partes transmigravit.

VI. Plura adversus hanc universalitatem objiciebant Donatistę, exaggerabantque Arianę hęresis amplificationem. Donatistas imitati sunt Lutherani, & Calviniani. Istorum omnium ora obturat S. Augustinus *de Unit. Eccles. cap.* 13. & 19. & rursùs *epist.* 103. Hęc sola epistola conterit Lutheranorum, & Calvinistarum audaciam. (*a*)

VII. *Apostolica* appellatur Ecclesia, tum quia à Christo per Apostolos fundata, & propagata est: tum quia in ea est Episcoporum perennis, & nunquam interrupta successio ab Apostolis derivata: tum denique quia istorum ministerio Apostolorum doctrina immaculata custoditur.

VIII. Ecclesiam visibilem esse fatetur vel ipse Calvinus *lib.* 4. *Inst. c.* 5. 2. cui subscribit Lutheranus Melanchthon *tit. de Eccles.* Discipuli Lutheri, & Calvini magistris dementiores, Catholicorum argumentis pressi commenti sunt Ecclesiam invisibilem. Et revera invisibilis, & commentitia est illorum Ecclesia, non à Christo, non ab Apostolis, sed à Luthero, à Calvino, à Zuinglio, aliisque ejusdem furfuris hominibus instituta. Idcircò illorum Ecclesiæ *Lutherana, Calviniana, Protestantica*, non Catholica, non Apostolica, non Christiana nuncupatur. Adeò explorata sunt divinæ Scripturæ testimonia, quæ visibilem demonstrant Ecclesiam, ut supervacaneum sit illa transcribere.

IX. Spiritum sanctum assistere Ecclesiæ suæ, ne in rebus fidei, morumque erret, dogma est ineluctabile. Illud innumeri præclarissimi Theologi Melchior Cano, Petrus Soto, Bellarminus, Bossuetus, quibus accedunt Arnaldus, & Nicolius, omni argumentorum genere confirmarunt, penitùs labefactatis Protestantium deliriis. Adeò luculenta est promissio, qua Christus Dominus, *Matth.* 28. testatur, se præservaturum fore Ecclesiam suam ab omni errore, ut nulla eludi tergiversatione valeat. *Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, docentes eos servare omnia quæcumque mandavi vobis. Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi.*

X. Adeò invicta Catholicorum argumenta, quibus evincitur, Ecclesiam falli nescium, & à Spiritu sancto dirigi, ne erret, experti sunt Calvini discipuli, & adeò inepta esse sophismata olim ad hanc veritatem obscurandam excogitata, ut novum chimericum systema fabricare coacti sint. Effutiunt cum ministro *Jurieu* Ecclesiam esse visibilem, perpetuam, indefectibilem, comprehendentem omnes sectas schismaticas, & hæreticas, quæ admittunt *articulos fundamentales*; & hoc latè explicat *Jurieu* in suo libro inscripto *Verum Ecclesiæ systema*, ubi pag. 51. redarguit Augustinum, eumque deceptum blaterat, quod ab Ecclesia catholica excluserit *communiones schismaticas, quæ fundamentum non destruunt.* Error iste crassissimus seipso corruit. Semper enim Ecclesia catholica à suo sinu præcidit communiones schismaticas, & hæreticas. Edisserat nobis Calvinista minister, quis definivit hos articulos esse fundamentales, secus alios? Ubinam invenitur Ecclesia hęc, variis sectis, quæ mutuò sese censuris dilacerent, composita? Ecclesia hæc *Lutherana* est, & *Calviniana*: *Protestantica*, secus Catholica, & Apostolica. Scriptura divina, Patres, & Concilia semper sectas schismaticas, & hæreticas à communione, & ab apostolica successione, tanquam puttida membra recidernt. Ecclesia anathema dixit in Origenistas, in Novatianos, in Donatistas, in Quartadecimanos, in Sabbatianos. Istorum errores erant ne fundamentales? Nec ipse Jurieu hoc asserere audebit. Ruit itaque seipso suum novum systema, idcircò excogitatum, quod viderit, & cognoverit alia Lutheranæ, & Calvinianæ, & Protestanticæ synagogæ systemata prorsùs inepta.

XI. *Sola divina Scriptura dirimi de Religione controversia nequeunt, sed necessaria est Ecclesiæ definitio.* Hæc est veritas fundamentalis, undè omnes controversiæ hæreticos inter & Catholicos pendent. Fuso calamo alibi (*b*) hanc controversiam tractavi. Paucis nunc eam perstringo. Scriptura duplicem habet sensum, litteralem unum, spiritualem alterum. *Littera occidit, & spiritus vivificat*, inquit Paulus Apostolus. Littera occidit Judæos, qui Scripturarum oracula de Christi adventu in sensu alieno explicarunt. Littera occidit omnes hæreticos. *Sabelliani* unam solam divinam personam admittebant, quam tribus nominibus Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum appellabant propter diversa officia. *Ariani* Christum Deo inferiorem esse absolutè blasphemabant. *Manichæi* vetus Testamentum pugnare cum novo effutiebant. *Pelagiani* peccatum originale negabant. Omnes isti, & plurimi alii hæretici littera occidente perierunt. Omnes isti à se stare Scripturas sanctas contendebant: & alii adversus alios divinarum Scripturarum armis pugnabant.

XII. Non adeo miror Protestantes, Lutheranos, & Calvinistas dissidere à Catholicis in articulis de reali Christi præsentia, de justificatione, de imaginum cultu, de Sacrificio, aliisque punctis: qui enim in ejusmodi punctis discutiendis acumine, & eruditione præstant, possunt errores ipsos quibusdam colorare fucis. Verùm in hac capitali controversia, à qua cæterę omnes pendent, se mentis sanitate carere, & manifesta fatuitate laborare produnt. Contendunt Lutherani, & Calvinistæ solam Scripturam esse judicem controversiarum; & eodem tempore acerrimè disputant de horum verborum sensu:

(*a*) *Vide tom.* 1. *Appar. lib.* 1. *diss.* 3. *cap.* 4. & 5.
(*b*) *Vid. tom.* 1. *Appar. lib.* 1. *dissert.* 3. *cap.* 5.

Hoc est corpus meum. In sensu litterali hæc verba accipienda esse defendunt Lutherani, & Calviniani in sensu spirituali. Prolatis his verbis verè & realiter sub sacris symbolis existere Christi corpus sustinent Lutherani; contra Calviniani tantum in figura ibidem Christi corpus reperiri docent. Lutherani ibi reperiri realiter corpus Christi, extare substantiam panis, & Christi corpus in usu tantùm esse asserunt, negantque ibidem permanere usu sublato. Contra Catholici sustinent, ipsam panis substantiam converti in Christi corpus, & hoc sub sacris symbolis permanere usu etiam præsente. Calviniani hæc omnia pernegant. Articulus iste fundamentalis est, ut pater. Nam si ibi Christi corpus non existit, idolatræ Catholici sunt, quia panem adorant; si realiter extat, impii sunt Calviniani, qui illud contemnunt. Si Scriptura sancta seipsa, non secus ac Sol, ut inquit Calvinus, splendida, & perspicua est, cæci sunt Lutherani, & Calvinistæ, qui à duobus sæculis super præfato verborum sensu disputant, & lucem splendidissimam non vident. Si sensus in varias distrahi partes valet ab hominum ingeniis; ergo prorsus fatui in hac controversia sunt Lutherani, & Calviniani negantes necessitatem judicis, qui hanc controversiam, & sexcentas alias definiat. Ab Ecclesia christiana condita semper hæreses, & quidem plurimæ grassatæ sunt, & in dies grassantur. Quælibet secta pro se Scripturas sanctas jactat. Et nihilo secius Protestantes blaterare non pudet, haud requiri judicem qui has dirimat controversias. Lege quæ ex Joanne Lokio adduxi, *tom. 1. Appar. lib. 1. dissert. 3. cap. 5. §. 4.*

XIII. Circulus vitiosus, quem objiciunt Protestantes, puerile crepitaculum est, & pusillissimæ calumniæ fœtus. Calumniantur Catholicos docere, Ecclesiam tribuere divinis Scripturis auctoritatem, &, ut ajunt, infallibilitatem; & simul Ecclesiam ab ipsis Scripturis accipere auctoritatem. Catholici docent, Scripturam sanctam à Deo suam habere auctoritatem, & infallibilitatem. Verùm quia ob hominum ingenia vana, hæc divina Scriptura excipere varios sensus potest, Deus Ecclesiam instituit judicem, qui declaret, quis sit germanus sensus à Deo intentus: qui sensus à Deo auctoritatem habet, & ab Ecclesia declarationem tantùm, quod sensus talis à Deo sit. Et ne in hoc Ecclesia erret, Deus suum auxilium promisit. Et hanc promissionem suis divinis Scripturis consignavit. Ecclesia ipsa subjecta divinis Scripturis est, & sensum, quem judicat à Deo intentum, amplecti tenetur. Ubinam hic vitiosi circuli umbra? Vide plura *loco citato.*

CAPUT IX.

De Conciliis.

I. COmmunis Conciliorum descriptio hæc est: *Congregatio Prælatorum Ecclesiæ ad fidei, morumque controversias finiendas à legitimo Superiore convocata.* Concilium aliud generale est, ad quod Episcopi universi catholici orbis accedunt, Romano Pontifice per se, vel per Legatos suos præsidente; nationale aliud, quo Episcopi regni, vel nationis conveniunt sub Patriarchæ, aut Primatis moderamine. Provinciale coalescit ex Episcopis, quibus Archiepiscopus, vel Metropolitanus præest. Concilium diœcesanum constat Presbyteris, seu Parochis unius diœcesis, Episcopo præsidente, qui solus jus habet suffragii; quamobrem non est Concilium proprie dictum.

II. Conciliorum origo à divino jure manat: nam in ipso veteri Testamento Concilia Deus ordinavit, ut *cap. 11. Num.* habetur: *Congrega mihi septuaginta viros de senibus Israel*, &c. & tursus Deuter. cap. 17. *Si difficile, & ambiguum apud te judicium esse perspexeris..... venies ad Sacerdotes*, &c. Et Matth. c. 18. *Ubi sunt duo, vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorum.*

III. Concilia generalia, quæ à Romano Pontifice nec congregata, nec confirmata sunt, ulla firma auctoritate prædita sunt, ut patet in Concilio Arimineusi in causa Arii, & in Conciliabulo Ephesino in causa Dioscori. Quæ verò Romani Pontificis auctoritate confirmata sunt, & accedente Ecclesiæ consensu recepta, juxta omnes Catholicos infallibilis sunt auctoritatis in fidei, morumque controversiis. Hæc Conciliorum infallibilitas non ab Episcoporum multitudine, sed à Spiritus Sancti præsidio manat; quod præsidium, & assistum Christus ipse in Scripturis sanctis luculenter spondet. Concilia hæc non novos fidei articulos, aut novas morum veritates constituunt; sed articulos, & veritates à Deo revelatas declarant, & ne in ejusmodi definitionibus errent, Spiritus Sanctus assistit.

IV. Concilia nationalia, provincialia, diœcesana licet privilegio infallibilitatis prædita non sint, nihilominùs tantæ sunt auctoritatis, ut gravissimæ temeritatis fontes forent qui eorumdem canonibus non acquiescerent. Quamquam enim absolutè falli queant ejusmodi Concilia, rarissimè tamen reipsa falluntur. Vix unum, aut alterum, præter Carthaginense sub S. Cypriano de rebaptizandis hæreticis, occurrit quod in fidei, morumque articulis erraverit. Quamobrem Synodus VII. generalis hæc de diœcesanis Synodis statuit *act.* 3. in litteris synodicis Theodori Patriarchæ Hierosolymitani. *Locales autem Synodos non aversamur, sed magis amamus, amplectimur, & recipimus; earum etiam divinitus inspiratas canonicas constitutiones, correctiones, & utiles earum legislationes summa observantia colimus.*

V. Hinc proficiscitur Theologos debere has sacras Synodos consulere, eorumque decreta, magno obsequio suscipere in iis quæ fidei, & morum regulas spectant. Quæ ad peculiarem nationum disciplinam attinent, & cœremonias, serventur juxta probatas regionum, & nationum consuetudines. Quamobrem quis deplorare satis valet non paucos Moralistas, qui dum sibi opponi Synodorum decreta audiunt continuò reponunt, Synodos esse aut nationales, aut provinciales, aut diœcesanas infallibilitatis privilegio destitutas? Quid quod universæ Ecclesiæ Gallicanæ in suis generalibus Comitiis congregatæ decreta novi Casuistæ, aut Casuistarum fautores quidam deridenter, & convicliis sugillant? Neque nos defendimus, Synodos istas ab errandi periculo esse immunes, quemadmodum non fuerunt nec Augustinus, nec Chrysostomus, nec Thomas, nec quisquam Ecclesiæ Doctorum. Idcircò ne parvi faciendi Patres sunt? Præterea nunquid infallibilitatis dono prædicti sunt Caramuel, Bonacina, Machadus, Escobarius, Castropalaus, Tamburinus, Gobatus, Lacroixius, & cæteri Casuistæ? Plures novæ benignitatis assertores faciunt censum quendam etiam non valdè numerosum Casuistarum, quorum volumina, & proscriptis, & laxis opinionibus scatent, quam decreta Synodi aut diœcesanæ, aut provincialis, aut etiam nationalis. Recogitare isti deberent Spiritum Sanctum Episcopos constituisse, non Casuistas, regere Ecclesiam suam. Episcopi, & Parochi pastores sunt populi christiani, secus Casuistæ. Pastorum voces audire oves debent. Synodis peculiari ratione assistit Spiritus Sanctus, utpotè congregatis in fidelium utilitatem, & instructionem. Omnes Synodi à duobus sæculis habitæ legantur: vix una occurret, quæ laxam aliquam opinionem contineat: omnes decreta salubertima & optimas christianæ disciplinæ regulas præferunt. Undè patet quam graviter hallucinentur Confessarii illi qui legentes Genetum, Pontasium, Natalem Alexandrum, Merbesium, aliosque similes qui morales controversias Synodorum decretis resolvunt, flocci faciunt, inquientes: Quid ad nos Synodi Gallicanæ, Hispanæ, Italicæ? Synodi non decidunt casus practicos, non afferunt rationum momenta, non distinguunt *materialiter, & formaliter*, ut Moralistæ nostri. His prætigiis non pauci fascinantur. Adeò invaluit mox rixandi, cavillandi, vitilitigandi, distinguendi, subdistinguendi, in simplicissima, & sanctissima Morali evangelica tradenda, ut qui hac inveterata consuetudine præventi sunt, vix revocari ad meliorem frugem valeant. Nos tamen haud prætermittimus orare istos, enixèque obtestari ut sanctum Dei verbum in suo divino fonte legant: & si dubitationes occurrunt, sacra Concilia, & sanctos Patres pro legitima interpretatione adeant.

CAPUT X.

De summorum Pontificum, SS. Patrum, & Theologorum tum scholasticorum, tum moralistarum auctoritate.

I. SUpremam Romanorum Pontificum auctoritatem in dirimendis morum, & fidei controversiis sapientes Theologi fatentis voluminibus illustrarunt. Catholici omnes eandem suscipiunt, & venerantur. In hoc compendio fusius hoc argumentum illustrare brevitatis causa non est permissum.

II. Doctores, & Patres Ecclesiæ distinguendi sunt à Doctoribus qui sunt in Ecclesia. Probabilistæ, & Casuistæ sese mutuò Doctoris titulo appellant. Nihil in istorum libris frequentius hac phrasi: *ita Doctores, ita communiter Doctores.* Quinam Doctores isti? Caramuel, Diana, Gobat, Escobat, Tamburinus, La-Cruz, Vera-Cruz, Sporer, Candidus, Lacroix, & sexcenti similes. Si isti in aliqua Universitate Doctoratus lauream acceperunt, sicuti accipi facillimè solet, Doctores in Ecclesia commorantes apellari possunt; secus Doctores, & Patres Ecclesiæ. Tres dotes requiruntur ut quis inter Ecclesiæ Patres, & Doctores recenseatur. 1. Doctrina eminens. 2. Sanctitas insignis. 3. Ecclesiæ testimonium. Sal terræ, & mundi lux Ecclesiæ Doctores, *Matth. cap. 5.* nuncupantur. *Vos estis sal terræ.... Vos estis lux mundi..... sic luceat lux vestra coram hominibus, ut videant opera vestra bona.* Sapientia tenebras dissipat, mentesque illuminat; morum sanctitas ad virtutis studium alios inflammat. Ecclesiæ testimonium & sapientiam, & sanctitatem approbat.

III. Primi Ecclesiæ Patres, & simul divini scriptores eminent Evangelistæ, & Apostoli, succeduntque discipuli Domini, qui omnes gradatim sunt Patres Patrum, ut S. Augustinus explicans versiculum *Psalm. 44. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii*; idest inquit, *Patres missi sunt Apostoli. Pro Apostolis nati sunt tibi filii, constituti sunt Episcopi.* Gradus episcopalis singularis prærogativa est, quę conjuncta cum doctrina eminenti, & sanctitate insigni præstantiorem constituit Ecclesiæ Patrem: siquidem Episcopatus est traditionis præcipuus canalis, per quem incorrupta Apostolorum doctrina ad nos pervenit.

IV. In ætates tres tribui Patres solent. Ætas prima tria prima sæcula; altera tria sequentia comprehendit; tertia ab initio septimi usque ad tertiumdecimum extenditur. Primæ ætatis Patres eo majore digni veneratione sunt, quo propinquiores fuerunt primevæ apostolicarum traditionum origini, & fonti. Non idcò tamen secundæ ætatis Patres minori auctoritate præstant, si doctrinæ uberioris, & heroicarum virtutum splendore copiosius Ecclesiam illustrarunt. Tertiæ ætatis Patres tametsi antiquitate, eruditione, & eloquentia inferiores anteceffortibus sint; nihilosecius cum eandem quam primi docuerint doctrinam, & interdum præsidis, & enucleatius tradant, summo & ipsi in pretio habendi sunt.

V. Latinorum Patrum præcipui sunt *Cyprianus, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, Hilarius, Leo Magnus, Prosper, Fulgentius, Gregorius Magnus,* Græcorum celebriores sunt *Ignatius, Justinus, Irenæus, Clemens, Basilius, Athanasius, Gregorius Nazianzenus, Gregorius Nyssenus, Epiphanius, Chrysostomus, Cyrillus Hierosolymitanus, Cyrillus Alexandrinus, Theodoretus, Damascenus.*

VI. *S. Bernardus, S. Thomas, S. Bonaventura* Doctores, & Patres Ecclesiæ sunt ob eminentem scientiam, sanctitatem insignem, & Ecclesiæ testimonium. Antiquis Ecclesiæ Patribus non accensentur Tertullianus, Origenes, Eusebius Cæsariensis, Rufinus: quoniam licèt eminens sit illorum eruditio & scientia, illos tamen in suos Doctores non adoptavit Ecclesia. Magna nihilominùs est eorumdem auctoritas in iis in quibus ab Ecclesiæ doctrina non discrepant. Paucis perstringam quæ de Patrum auctoritate communia sunt.

VII. *Regula 1.* Plura in Theologia disputantur quæ

quæ neque ad fidem, neque ad mores pertinent: atque adeo nec revelata, nec tradita sunt. In similibus quæstiunculis nemo astringitur Patrum auctoritatem amplecti. *Regula* II. In iis quæ ad fidem, & mores attinent, unanimis sanctorum Patrum consensus sententiam efficit certissimam, quam in diserimen adducere Catholicorum nemo potest. Quoniam si omnes sancti Patres unanimi consensu in aliquem errorem inciderent, Ecclesia ipsa erraret, quod evenire non posse supra ostensum est; & hæc regula communis est, & auctoritate Concilii Tridentini firmata. *Regula* III. Quando in iis quæ fidei sunt, pauci SS. Patrum dissident, id amplectendum est quod reliqui unanimi consensu docent. *Regula* IV. Auctoritas unius, aut alterius Doctoris Ecclesiæ tanto majori in pretio haberi debet, quanto clarius constat peculiari providentia datos eos à Deo esse in hac, aut illa gravi controversia ad defendendam doctrinam Ecclesiæ, præditosque fuisse excellentiori sanctitate. His dotibus inter antiquos refulget S. Augustinus, qui post S. Paulum à Deo datus est, ut doctrinam de gratia, & prædestinatione contra Pelagianos, & Semipelagianos propugnaret: & sinceritatem christianæ linguæ adversus mendacia, & restrictiones mentales assereret. Quid dicam de stupendo illo, & à seculis inaudito christianæ fortitudinis portento, magno Athanasio, qui medio fere seculo adversus Arianos impavidè, strenuèque dimicavit? Aquinatis doctrinam clypeum, & antidotum adversus omnes hæreses Pontifices jure appellant.

VIII. De Theologia scholastica, & auctoritate Theologorum plura dissecui, *tom. 1. Appar. lib. 1. diss. 3. cap. 12. & 13.* Pauca nunc delibabo. Theologiæ scholasticæ officium est doctrinam in Scripturis, in Conciliis, in Patribus dispersam in unum colligere, in tractatus distribuere, & distributam via, & ratione, rectaque methodo explicare; fidei, morumque dogmata rationum momentis firmare. Primus omnium dispersam Theologiam in unum corpus collegit, digessitque S. Joannes Damascenus natione Græcus, qui vixit sæculo 8. S. Anselmus in Occidente sæculo 9. corpus Theologiæ scholasticę edidit. Damasceni, & Anselmi vestigia pressit sæculo 21. Petrus Lombardus Episcopus Parisiensis *Magister Sententiarum* nuncupatus, qui ex Scriptura sancta, Conciliis, & Patribus potissimùm ex S. Augustino, præcipuos Theologiæ tractatus edidit. Sæculo 13. plures Theologi scholastici floruerunt, quos inter eminent Alexander de Ales, B. Albertus Magnus, S. Thomas Aquinas, S. Bonaventura, aliique non pauci.

IX. Concordi omnium scholasticorum sententiæ in rebus fidei, & morum resistere, si hæresis non est, hæresi proximum est, inquit Melchior Cano. Is subdit, multitudinem scholasticorum obruere Theologum non debere. Spectanda tamen est Theologorum diversitas: nam communi graviorum Theologorum doctrinæ obsistere temerarie non vacat. Adversus vero Theologos qui neque sanctitate, neque doctrina eminent, licèt plurimi sint, licitum cuique est pugnare, dummodo & solidæ rationes, & graviores Theologi, licet numero pauciores, suppetias ferant.

X. Sæculo 16. labente, & 17. ineunte maximum detrimentum passa est Theologia scholastica. Idque ut perspicias, scias oportet unam esse christianam Theologiam, quæ hæc duo complectitur, *credenda*, & *agenda*. Varias excipit appellationes ex diverso respectu. *Dogmatica* dicitur, & *Positiva* cum articulos fidei interpretatur: *Polemica*, cum ejusmodi articulos ab hæreticum vetustis commentis vindicat: *Scholastica*, cum via, & ratione digerit, & ad certam ratiocinandi formam cuncta revocat. *Moralis* comprehendit tum *credenda*, tum *agenda*. Hæc fidei articulos explicat, & præcipuas hæreses à quibus sibi Christiani caveant, breviter quidem, sobrièque indicat. Theologus moralis absolutus esse nequit, nisi simul dogmaticus sit, & polemicus, & scholasticus. Ejusmodi Theologus nunc pro tribunali sedens judicia pronuntiat, non de stillicidio, non de agrorum terminis, sed de æterna, aut beatitudine aut miseria: modo magister & orator docet, suadet, increpat: modo contra hostes tum domesticos, tum externos arma stringit. Theologus sive dogmaticus, sive polemicus in suis dissertationibus semel constituto argumento insistensa via percurrit. Contrà Theologus moralis continenter scopulos, syrtes, & obstacula offendit: nunc una adversatur circunstantia, nunc altera: undique insidiæ, & fraudes. Quamobrem in Theologo Morali præter scientiam & polemicam, & dogmaticam, & moralem, exquisitum judicium, & acre ingenium, matura & cumulata prudentia, animi puritas, appetitionum moderamen, & terrenarum rerum contemptio requiruntur.

XI. Hæc porrò nobilissima Theologorum natio, indicato tempore, tributa fuit in partes duas, in *Scholasticorum*, & *Moralistarum*. Illi quasi in eminentiori subsellio constituti ingenii acumen, dilpurandique artem sibi vindicantes, veluti de alta specula *Moralistas* in infima statione jacentes respectant, eosque ferè ut truncos, & bordos despicantur. Veritas hæc facti est. In quolibet cœtu qui ingenii acumine præstant, ad cathedras scholasticorum moderandas deputantur, laureis, & gradibus insigniuntur. Scientiæ verò morum excolendæ, confessionibus audiendis, concionibus habendis illi nonnunquam destinantur qui sublimioti scholasticæ scientiæ inepti sunt. Quemadmodum autem Theologi scholastici plures eo majorem famam sibi compararunt, quo subtiliores, futilioresque quæstiones excitavere; ita Theologi morales plurimi scholasticorum gloriam æmulantes vanissimas subtilitates, & ineptissimas distinctiunculas in christianam Theologiam intruserunt, & congeriem male digestam, & arbitrarias decisiones, veluti centones confuerunt.

XII. Hinc evenit ut præclari Theologi sæculi abusibus præventi, non benè propriæ gloriæ, suæque litteraturæ consultum iri existimarent, si ad illustrandam Theologiam, *Casuisticam* appellatam, studium, operamque conferrent. Hoc pri-

primum absurdum aliud consequutum est. Ad hanc quippè exornandam spartam non pauci accesserunt, qui neque ingenio, neque eruditione, neque prudentia satis valebant. Quarè mirandum haud est, si in dies despicatior, si squalidior jaceat scientiarum princeps; si tricis, si captionibus, si vanissimis commentis ab evangelica simplicitate alienis scateat illâ, redunderque. Hanc hodiedum *gravula annus, hanc delirus senex, hanc sophista verbosus, hanc universi profitentur, lacerant, docent, antequam discant*, inquit S. Hieronymus de tractatoribus alterius similis argumenti.

XIII. Quis lugere satis valeat, eò malorum christianam disciplinam pluribus in locis deveniſſe, ut supremum illud, sanctissimumque munus apostolicum divini verbi explicandi, animarumque regendarum viris minus experrectis, minus doctis, minus ingenio, eruditione, dexteritate, atque adeò prudentia instructis committatur; contra ad cathedras disputandi, vitilitigandi, cavillandi in rebus nullius fere momenti evehantur viri perspicaces, eruditi, acuti, & docti? Malè profectò consultum foret Reipublicæ christianæ, si ministeria excellentiora, sublimiora, sanctiora, quæ peregit Christus ipse, quæ Ecclesiæ Doctores tot sæculis obiere, nunc viris minus peritis, minus doctis (quid, si minus sanctis?) consignarentur exercenda.

XIV. Auctoritas illorum qui neglectis Scripturis, Conciliis, & Patribus velut oves, & aves, inquiunt Navarrus, & Cardenas, post alios vadunt, non plus roboris habet quam rationum momenta quæ afferunt, si tamen afferant. Longus ille citationum census nullius ponderis est, quandò Scripturæ sanctæ, Patrum, Conciliorum, graviorumque Theologorum testimonia desunt.

XV. Jutis canonici notitia necessaria Theologo est. Summoperè autem utilis est historiæ ecclesiasticæ, quæ Martyrum, & Confessorum acta præsertim narrat, peritia, & frequens lectio. Plus enim, ut communi circumfertur proverbio, exempla movent quam verba. Non parvo quoque adjumento historiam profanam esse Theologo, Melchior Cano fusè docet. Usus autem naturalis rationis non Theologo modo, verùm etiam cuique homini sinæ mentis necessarius est. In Theologia tamen servire divinæ auctoritati debet. Iuiis quippè quæ fidei & morum sunt, plurimum obscurata est humana ratio, & appetitionum tyrannide in errorem detorqueatur, nisi interiori gratia adjuvetur, & exteriori lege dirigatur.

CAPUT XI.

Nonnulla objectiones diluuntur, & innuita quædam assignantur.

I. PAucis perstrinxi quæ fusiùs de locis theologicis, tom. 1. Appar. disserui. Non deerunt tamen qui vel hæc pauca sint vellicaturi quid, inquient, vel in ipsum Theologiæ Compendium intrusa sunt quę ad conciones magis attinent, quam ad Theologiam moralem? Hæc enim presiis interrogationibus, & responsis constat: casuum qui occurrunt, vel ocurrere possunt, resolutiones exhibet. Hoc quippè pacto Confessarii protinùs inveniunt resolutiones opportunas solvendis difficultatibus, quibus, dum confessiones audiunt, torqueri solent. Isti stylum oratorium, & concionatorium, salibusque aspersunt fastidiunt. Paucis instrui volunt, cum tempore careant, quo Scripturis, Patribus, vel ipsis libris theologicis fusa oratione exaratis navare operam possint. Accedit quòd nec divinæ Scripturæ, nec sancti Ecclesiæ Patres contineant casuum decisiones, quæ extant in Casuistis. Hęc sunt præter propter objectiunculę quę obtrudi à non paucis solent. Ut recensitas objectiones dispellam, simulque Lectorem meum instruam, monita quædam dabo.

II. MONITUM I. Qui in corrigendis moribus, & refellendis pravis opinionibus improbant stylum vehementem, recedere videntur à divinarum Scripturarum institutore. Divini enim Scriptores tum veteris, tum novi Fœderis, forti, valido, & pro tempore acri stylo infectati sunt opiniones pravas. Sic Deus Isaiam *cap.* 48. alloquitur: *Clama, ne cesses: quasi tuba exalta vocem tuam.* Jeremiam urget cap. 2. *Vade, & clama in auribus Jerusalem.* Luget divinus Vates *Thren. cap.* 2. quod falsi doctores benignitatis beneficio delinirent divinę legis severitatem. *Prophetæ tui viderunt tibi falsa, & stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, ut te ad pœnitentiam provocarent. Viderunt autem assumptiones falsas.* Pauca ex iis quæ in hunc textum scribit S. Hieronymus, ob oculos revoco. *Difficile*, inquit, *hoc maledicto carere quis possit, cum & malis frequenter adulemur propter* POTENTIAM, *& bonis despicimus propter* INOPIAM. Altiùs Deus per Ezechielem *cap.* 3. objurgat benignos, & blandiloquos Doctores. *Quasi vulpes in desertis Prophetæ tui Israel erant: non ostendistis ex adverso, neque opposuistis murum pro domo Israel.* Flagella minatur Doctoribus istis, qui blandis opiniunculis fovent populi flagitia. *Et erit manus mea super Prophetas qui vident vana, & divinant mendacium . . . . eo quod decipiant populum meum . . . Væ qui consuunt pulvillos sub omni cubito manus!* Qua orationis vi, quo acri, & vehementi stylo non est invectus Christus Dominus in Pharisæos hypocritas, Decalogi adulteratores, Matth. cap. 15. *Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ . . . Væ vobis duces cæci . . . Stulti & cæci . . . Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ . . . Duces cæci excolantes culicem, camelum autem glutientes. Væ vobis Scribæ, & Pharisæi hypocritæ, qui mundatis quod de foris est calicis . . . . Pharisæe cæce, munda prius quod intus est calicis . . . . . serpentes, genimina viperarum . . . . generatio mala & adultera . . . . vos ex patre diabolo estis.* Christus Dominus infinita mansuetudine, & clementia complexus est peccatores. In pseudoprophetas, in magistros assentatores, & adulatores populorum tremendissima maledicta frequentissimè contorsit. Ferè semper adversus istos illa terribilia *Væ, Væ, Væ*, tum in veteri, tum in novo Testamento Deus intonuit. Sanctus Paulus Apostolus Elymam subvertentem Proconsulem his verbis *Act.* 13. objur-

jurgavit : *O plenè omni dolo, & omni fallacia, fili Diaboli, inimice omnis justitiæ, non desinis subvertere vias Domini rectas. Et nunc ecce manus Domini super te, & eris cæcus, & non videns Solem.* Rursùs idem Apostolus ad Galat. *cap.* 3. clamat: *O insensati Galatæ, quis vos fascinavit non obedire veritati? Sic stulti estis, ut cum spiritu cœperitis, nunc carne consummemini.*

III. Illud perpendendum, quod nunquam Deus reprehendit Prophetas, & Doctores, quod nimia severitate interpretati sint suam legem : semel redarguit Pharisæos, quod neglecta divina lege, suis arbitrariis cæremoniis, devotiunculis, & precatiunculis populum gravarent. Illos semper objurgat, quod blandiantur, verificentur, & indulgeant populorum desideriis. *Populus meus, qui te beatum dicunt, ipsi te decipiunt, & viam gressuum tuorum dissipant*: Isai. cap. 3. Hinc colligunt Patres sancti, nullum occurrere luculentius signum distinguendi, & cognoscendi falsos Doctores, & conscientiarum ineptos directores, quam sermonum blandimenta, & opiniones sensibus, & auribus prurientes. *Singulariè* (inquit Chrysostomus) *pseudoprophetarum nota est, si ab omnibus hominibus benedicantur. Quoniam pseudoprophetæ semper dulcia pollicentur.* Mitto aliorum Patrum testimonia, quæ hoc idem testantur.

IV. MONITUM II. Qui opponunt, methodum nostram concionatorsam potiùs esse quam theologicam, non satis tanguntur corruptelis in christianam Theologiam in rectis. Latior utique est, cultiorque oratorum, & concionatorum dictio; presior verò, atque exactior Theologorum stylus, re absolutè spectata. At distinguant censores nostri oportet Theologum dogmaticum, polemicum, & theoreticum, qui sola *credenda* proponit, & explanat, à Theologo morali, qui præter credenda, *agenda* potissimum imponit, persuadetque. Istius Theologi est non docere modo, sed reprehendere etiam, increpare, movere, urgere, licèt parcius, sobriùsque quam oratores. Verum ut qui dicere solent, exclamationibus non revinci hominum ingenia, nobis adversari non pergant, edisserant nobis, cur Christus Dominus tam frequenter parabolis, increpationibus, & persuasionibus suam legem aspersit? Cur tam frequenter increpaverit, obtestatusque fuerit? Sciant non mentem dumtaxat subigendam esse in Theologia morali, sed sensus quoque devincendos, coercendas appetitiones, crucifigendam carnem cum suis concupiscentiis. Victoria hæc minimè obtinetur solis argutationibus, & metaphysicis speculationibus; sed artis studio huic fini opportunissimo opus est. Operum, & quidem difficilium executio cum carne, & appetitu hostiliter pugnat. Ideò erigendæ vires sunt, concitandus, inflammandus spiritus est, ut obstacula removeantur. Hanc methodum observarunt Evangelistæ, Apostoli, & Patres omnes per decem & amplius sæcula.

V. Lubet hæc omnia confirmare auctoritate P. Michaelis Elizalde doctissimi Jesuitæ, qui multas passus adversitates est, propterea quod corruptam ethicem labefactare, & evangelicam morum doctrinam à novo opinandi modo, & perniciosa benignitate purgare conatus est. „ Neque enim (inquit ille *p.* 2. *q.* 6. §. 6. *p.* 188.) quisquam in „ primis tempore, alia ipsi concionibus dabant; „ & alii deindè Theologi, ex quorum dictis esset „ vivendum, supererant: aut alia ipsi tanquam „ ministri sermonum, & verbi Dei annuntiabant; „ & alia deindè tanquam Theologi epistolis suis, „ aut verbo edocebant. Neque Martyrum tempore, nec *ætate Doctorum* fuit ista sacrorum Oratorum, Theologorumque divisio, ut alii quidem „ Theologi essent, & alii deindè verbi Dei annuntiatores, & alia, & alia utrique docerent; „ & Theologorum esset doctrinam tradere. Concionatorum verò *nescio quid aliud*: & hi quidem „ ex Scripturis, illi autem aliundè differerent, causque terminarent, atque ad hos ex illis appellaretur. Etenim, ut *loquar clarè*, atque omnes, „ si velint, intelligant, nequaquam *Augustini, Chrysostomi, Ambrosii, Gregorii*, ac similes viri Dei, „ ex alto, quidem, & in templis dicebant; supererant autem dein alii quasi Theologi, ad quos „ appellaretur; & quorum Theologia vita instituereturque. Nulli usquam hoc genus hominum „ erant. Neque rursus illi summi viri quasi unam „ facultatem, homilias suas, & conciones, sermonesque tradebant; ac deindè quasi rem prorsus aliam morum disciplinam, moralemque „ Theologiam, ex qua viveretur, consignabant: „ sed conciones, homiliæ, sermones, & Theologia moralis, morum disciplina, & hoc genus; „ alii verò prorsus alii, qui Theologi morales vocarentur; & opera etiam illa quæ de concionibus non sunt; talia existunt quæ ex concione „ dari possent, ejusdem planè naturæ, unicæ „ doctrinæ, ex eisdem libris compactæ, atque „ verbis Dei confertæ. At modò utraque illa facultas differt adeò, & distat, ut nullæ vix aliæ „ discrepent magis. Et concionatores nihil sibi „ opus esse doctrina censere videntur, & *nescio „ quid aliud agunt*: ac cum Theologia reliqua „ prætermittunt etiam, velut minimè suam, primam secundæ, & secundam secundæ, quæ de „ vitiis, & virtutibus in genere, & in specie tam „ copiosè instituunt. Quam planè inconsideratione Augustinus *à cap.* 16. *lib.* 4. *de Doct. Chr.* „ repellit: & qui potens non est exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt, arguere, „ & falsi dicti convincere, *fallit in Ecclesia Dei „ Doctoris personam, & munus sint doctrina necessaria „ suscipit.* Utinam ergo conciones eas habeamus „ quæ in scholis quoque valeant: utinam Theologiam eam quæ in templis etiam ædificet: utraque ista facultas in unum conspirans, sese „ vicissim juvet, ne altera disipet quæ altera „ plantavit, rigavitque. Certè prolixierem digressionem claudam, atque citra metum dicam, vitam christianam nusquam vel in templis, vel in foris addiscendam, ubi omnium „ caput non sit Jesus Christus, & hic crucifixus." Hunc continenter prædicabat cum cæteris Apostolis, & Doctoribus Apostolus Paulus.

VI. MONITUM III. Postrema objectio, quod in divinis Scripturis non occurrant casuum decisiones, quæ extant in Casuistis, omnium est inepissima. Quarè summopere admonere interest omnes animarum pastores, & moderatores ut à gravissima, & perniciosissima hallucinatione sibi caveant: alioquin, & seipsos, & gregem æternum perdent. Quænam hæc? Attentas præbere aures. Si quotidiè casuum volumina ederentur, & resolverentur, ineptissima essent ad optimam, & evangelicam Pastorum, & Confessariorum institutionem. Siquidem posita quacumque innumerabilium casuum multiplicatione, semper circunstantiæ ratione, aut personarum, aut temporis, aut eventuum, aut aliorum accidentium, variant. Quare ejusmodi casuum centones malè consarcinati non aliud sæpè pariunt quam mentis confusionem, & legum neglectum.

VII. Quarumque artium professores, ut rectè exercere opera artis queant, principia, & certas regulas ejusdem artis apprimè calleant opus est. Requiritur præterea ut eo ingenio, & prudentia artifices præstent, ut sciant pro operum diversitate regulas applicare. Regulæ conscientiarum, & morum sunt divinæ Scripturæ, sunt præcepta quæ Deus servanda præscribit. Si hæc perspecta habeant animarum moderatores, continuò apti sunt ad ministerium peragendum. Hæc est clavis cælestis januæ, hæc norma conscientiarum. Rursùs itaque in memoriam revoco, inculco, urgeoque quod jam supra indicavi, & repetendum sæpenumero est, licet nunquam satis, videlicet animarum pastores, & moderatores imprimis scire debere quid sit spiritus christianæ vitæ, quis finis, quæ media tali fini comparando opportuna. Finis vitæ christianæ est: *Esse perfecti sicut & Pater vester cœlestis perfectus est*: est conformatio vitæ nostræ ad vitam Christi Jesu. *Quos præscivit, & prædestinavit conformes fieri imagini Filii sui.* Via quæ isthuc conducit, arcta, & angusta est, quæ vim patitur. Media sunt humilitas, tanquam universi ædificii basis, & charitas, tanquam forma vivificans. Sunt jejunia, carnis conflictationes, sensuum moderamina, castitas, æquitas, justitia, animi candor, linguæ sinceritas, pomparum, luxus, fastus, ambitionis contemptio, & abdicatio. Clarius rem expono. Tres sunt veluti viæ quæ ducunt homines ad perditionem. Concupiscentia carnis, cupiditas divitiarum, superbia vitæ. Amor carnalis extinguit amorem cælestem charitatis. Cupiditas divitiarum justitiæ violandæ viam aperit, cor humanum huic mundo agglutinat, separatque à Deo. Superbia vitæ cum Deo dimicat, & primæ christianæ professionis fundamentum diruit.

VIII. Da mihi Christianum humilem, castum, justum, & charitate divina præditum; & ego eum Paradisi possessorem futurum spondeo. Annuis & ipse, nonne? Percuntor nunc abs te. Quis sapientius, quis enucleatius servandæ charitatis regulas exponit quam S. Paulus inquiens: *Charitas patiens est, benigna est, non quærit quæ sua sunt?* &c. Quis doctius ipso Christo Jesu in suis Evangeliis, & humilitatis excitandæ, & castitatis custodiendæ præceptiones præscribit? Quis divitiarum, luxus, pomparum, voluptatum contemptionem verbo, & exemplo efficacius docet? Cedo. Omnes Casuistæ simul clariùs ne, efficacius ne, eloquentius ne dictarum virtutum cultum, & exercitium in quo Spiritus christianæ vitæ situs est, docent? Puderet te vel id suspicari. Cur ergo lectionem sanctorum Evangeliorum, in quibus, te fatente, hæc sapientias docentur, negligis, & in lectitandis Casuistis tempus omne teris, & mentem torques?

IX. Aperi mihi arcanum istud. Non vales? Aperiam ego. Spiritus christianæ sanctitatis in Evangelio vividis coloribus depictus est. Virtutum præcepta clara, perspicua, luculenta, simplicia: regulæ declinandi à vitiis, & excolendi, atque custodiendi virtutes evidentissimæ nulli subjacent tergiversationi, aut effugio. Sermo autem iste adeò clarus, & manifestus tibi *durus est*. Quid heinc? Ad Casuistarum volumina accedis, ut ibi linimenta, & blandimenta reperias, quibus rigore divinæ legis evidentissime delineas, & temperes. Et reipsa in non paucis facultatem tibi concessam invenis gustandi poculum voluptatis subimpudicæ, & castitatem custodiendi: invenis potestatem celebrandi contractus funebres, & servandi justitiam: mentiendi, & dicendi veritatem: calumniandi, & amandi proximum: serviendi Deo, & mundo, & componendi tenebras cum luce. Denique horum librorum lectione non observator legis, sed cavillator, & judex evadis. Audi prudens judicium quod de simílibus libris protulit doctissimus, & probissimus Jesuita P. Michael Elizalde 3. *part. lib.* 8. *quæst.* 7. §. 2. *pag.* 137. ubi hæc scribit. *Nuper percurri summam moralem multorum voluminum . . . quæsivi Christum, & NON erat. Quæsivi summam Prophetarum, & legis, scilicet charitatem, dilectionem Dei & proximi; & NON erat. Quæsivi Evangelium, & NON erat. Quæsivi humilitatem, sine qua salvatur nemo; & NON erat. Etsi Paulum, aliumve Apostolum, Sanctumve percurrens, contraria omnino invenies, & refecta cuncta Christo, charitate, humilitate, & sanctitate. Ergo hæ doctrinæ nullum successionis, nullum consanguinitatis, affinitatisve gradum inter sese habere videntur . . . Evangelium ergo simplex est, & omni duplicitati repugnat, & habet* EST EST, NON NON. *Moderni contra Moralistæ* DUPLEX EST, & BILINGUI *illa probabilitate utitur, & habet* EST, *simul & NON; cum sua regula sit probabilitas contrariarum, & contradictoriarum propositionum.*

X. Rursùs insistis, contineri in Evangeliis regulas generales virtutum, secus peculiares, & practicas, sicut in Casuistis. Confessarii autem, & Pastores communiter ignorant applicare regulas evangelicas universales casibus practicis, & particularibus. Hoc præstant Casuistæ: idcircò istorum lectio necessaria magis est. Peregregiè. Ineptè ergo Christus Jesus docuit discipulos: ignoranter Evangelistæ, Petrus, Paulus, Jacobus, cæterique scriptores divini informarunt Christianos. Superflua sunt Evangelia, utpotè continentia regulas dumtaxat abstractas, universa-

fales, & nimis ab executione remotas! O miseri osto & amplius sæculorum Christiani, qui casuisticis libris caruere. Infelices, & ignorantes SS. Ecclesiæ Patres, qui eo unice conatus, & studia sua contulere ut executionem, & observantiam suaderent, inculcarent, urgerent evangelicæ legis, rejectis disputationibus, controversiis, distinctiunculis, & casuum centonibus, & opinationibus, quas postremæ ætatis Casuistæ excogitarunt! Cæterum ultrò concedo, quod plurimi Confessarii, & Pastores ignorent applicare regulas evangelicas practicis casibus, & reformandis moribus. Sed cur hoc? Quia respondent Ven. Magister *Avila*, & S. *Franciscus Salesius*, vix ex mille decem inveniuntur tanto muneri obeundo pares: quoniam pauci Deo vocante tantum onus suscipiunt, sed vel ambitione, vel cupiditate impellente. Sed ilti tum Evangelio, tum Pastribus, tum Casuistis abuntuntur.

XI. Quid ergo, inquies, de tanta moralium voluminum multitudine agendum? Si quid ipse sentio tibi patefacerem, ingentem mihi crearem invidiam. Adeò invetetatam præjudicatæ opiniones, ut veritatem manifestare haud valeamus, quin iram, & indignationem in nos concitemus illorum qui pro novo opinandi modo veluti pro aris, & focis dimicant, bellygerantque. Sed divina providentia factum, dispositumque est ut responsum jam ferè à sæculo præbuerit sapientissimus Jesuita P. Michael Elizalde 3. *par. lib.* 8. *quæst.* 8. §. 8. *pag.* 150. his verbis. „ Hæc sit „ nostra brevissima, & æquissima sanè responsio: cum his scilicet libris id faciendum esse „ quod per ipsos, eorumque auctores cum SS. „ Patribus, Doctoribusque Ecclesiæ factum est: „ quod item factum est cum Prophetis, cum „ Evangelio, cum Apostolis: & sicut hi omnes „ pene derelicti sunt, tantisper illi derelinquantur, & ad usum, praximque doctrina sacra, „ sanctorumque restituatur; atque sic eis vicem „ justissimè rependimus.

„ Nimirum hoc loco offendi, commoverique „ jure, vel injuria multi possunt, jure non possunt. Jacuit diù *Augustinus* in foro conscientiarum regendarum. Quis, quæso, ab institutis christianis tam longe positus est qui non censuitius arbitretur ut tantundem saltem juceat *Diana*, & ad forum ejus loco redeat „ *Augustinus*? Si vel *Ambrosium*, vel *Caramuelem* vivere oportet, quis non *Ambrosium* „ præhabeat? Si populi vel ex *Chrysostomo*, & *Gregorio*, vel ex *Tamburino*, & *Escobario* regendi sint; si vita fidelibus ex alterutris instituenda: quis eos non præferat quos Doctores vitæ nostræ Ecclesia sancta mater, & magistra nostra nobis peperit? *Hæc clara sunt; aliis injuriam facimus; & si perfectionem propter justitiam patiemur, beati à Domino habebimur.*

„ Sed dicis, utrosque simul vivere, regnareque posse. Respondeo. Primò oraculo pontificio (Alex. VII.) sæpius commemorato constat nobis, *quibus* (*N. B.*) *Sedes Apostolica in suo loco est*, irrepsisse modum de rebus conscientiæ opinandi, omnino alienum à simplicitate evangelica, & doctrina SS. Patrum. Hic porrò modus, & hæ opiniones *alicubi sanè sunt, & in libris aliquibus sunt*. Hi ergo libri cum Evangelio, & doctrina Sanctorum simul vivere, regnarequo non possunt. *Si qui verò erunt, qui oracula pontificia pro se lata maximè faciant*, (N. B.) contra se verò nihili pendant, hoc sanè bonum non est. Secundò ex constitutis hoc opere..... constat doctrinam sacram, & Sanctorum conciliari non posse cum opinionibus multorum, non modo in particularibus quibusdam, & quasi conclusionibus, sed in ipsis quidem principiis universalibus philosophandi. Utrique ergo simul vivere, & reguare, nequeunt. Tertio apertis multis libris Moralistarum notorìè constat penè nullum usum in eis esse doctrinæ sacræ, & sanctorum. Tantundem ergo cum ipsis tantisper fiat. Quarò hi libri contrarietate, & contradictione pleni sunt: ex quo proindè dimidia saltem pars falsa sit: sed nulla falsitas cum sacra doctrina, & rara vel nulla cum doctrina sanctorum Patrum de fide, & moribus conciliari potest. Hi igitur libri, quamdiù saltem falsa hæc omnia expungantur, una cum doctrina Scripturarum, Sanctorumque vivere non possunt.

„ Dices iterùm, In libro Dei, & Doctrina Sanctorum deesse doctrinam necessariam salutis ad regendos populos, dirigendas conscientias. Verùm ostensum est, hanc doctrinam nunquam magis quam fidem in Ecclesia defuisse, *& monstrum monstrorum esse, si existimet se nunc venisse ad dandam scientiam salutis plebi ejus. Ad hoc quippè ille venit qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, qui Ecclesiam ædificavit firmamentum, & columnam veritatis, cuique depositum custodiendum credidit, quod haud dubiè illa servavit. Non hic doctrina, sed considerationem, & minimo saltem gradu humilitatis opus est. Illud itaque faciendum incunctanter asserimus cum his libris quod cum libris sanctis Dei, & Sanctorum per eos factum est, ut hi vivant, & regnent: & ad opinatores illud Apostoli dicere possumus: *Jam fine nobis regnatis: utinam regnetis, ut & nos vobiscum regnemus.* Utinam, inquam, regnetis, qui scilicet unà cum illis regnare possunt. Sin minus, si alterutri exulare deberent, quemque christianum judicem compello, quos judicet regnare oportere.

XII. Quæ hic paucis pertrinxit vir Dei, & servus, soclusque *Jesu Christi*, fuso calamo evincit in suo opere auro, cedroque digno. Exemplum subjiciam in confirmationem eorum quæ obiter dicta sunt. Pater Thomas Tamburinus liberat à gravi culpa filios qui inconsultis parentibus nubunt etiam indignis. Ad divinas Scripturas, ad Patres Ecclesiæ oppositum docentes, quos judicet regnare oportere.

XII. Quæ hic paucis pertrinxit vir Dei, & servus, soclusque *Jesu Christi*, fuso calamo evincit in suo opere auro, cedroque digno. Exemplum subjiciam in confirmationem eorum quæ obiter dicta sunt. Pater Thomas Tamburinus liberat à gravi culpa filios qui inconsultis parentibus nubunt etiam indignis. Ad divinas Scripturas, ad Patres Ecclesiæ oppositum docentes, quos judicet responsi præbet? Audi illud *lib.* 3. *in Decalog. cap.* 2. §. 3. *n.* 6. sic fantem. *Si statuit Evaristus Papa ut pro nupta nequaquam haberetur puella quam pater ipse non desponsat: si* Leo *Pontifex, si* Ambrosius *ajunt, non esse virginalis puderis maritum eligere, sed judicium parentum expectandum: si in factis litteris parentibus tradidit hoc munus Sanctitas cap.* 7. Da filiam tuam viro prudenti: *si* S. Paulus 1. *Corinth.* 7. *expressè docet à parentibus tradendas esse filias nuptiis: si multa sacrarum litterarum exempla quæ affert Bellarminus, id manifestè demonstrant*: quid tum agendum est? Audi, & expavesce. Resp. *cum* Sanchez, *hæc & similia probare quidem esse valdè honestum ejusmodi consilium à patre conquirere, dirum peccati mortalis necessitatem non probare.*

XIII. Mirificam & prodigiosam sanè vim continent hæc tria verba, *Respondeo cum Sanchez*, adversus sacras litteras, adversus Paulum Apostolum, adversus Evaristum Papam, adversus Leonem, Ambrosium, Bellarminum, cæterosque. Cessat tamen admirationis tatio, si P. Sanchez systema consideretur. Primum gravissimumque primæ tabulæ mandatum de Deo amando in nihilum fere redegit, illud per se ad mortis articulum restringendo. Quid ergo mirandum, si primum secundæ tabulæ præceptum de honorandis parentibus ad merum honestatis consilium revocet in re omnium gravissima, qualis est de matrimonio ineundo? In hujus operis decursu centena alterum exempla, quibus non pauci Casuistæ eludunt divinæ Scripturæ, & SS. Patrum doctrinam.

XIV. Monitum IV. Ideò inculco, & omni studio totoque virium conatu suadeo sanctæ Scripturæ lectionem, & humilem meditationem, quia homines nolunt se aliorum hominum judiciis, & opinionibus subjicere. Heinc proficiscitur interminata illa Casuistarum voluminum multitudo: dum enim homines legunt ejusmodi citationes: ita docent *Diana, Bonacina, Caramuel, Tamburinus, Sanchez, Vasquez, Escobar, Zanardi, Candidus, Leander, Gobat, Lacroix, Pichler, Spee*r, &c. continuo inferunt: Si hi auctores ita docent; alii oppositum defendunt, imò in citatis Moralistis inveniunt citatos alios Casuistas oppositum docentes. Et en Ethicen christianam ad Septicilmum, & Pyrrhonismum redactam. Homines illi sunt, inquiunt, ergo errori obnoxii. Heinc est quod tametsi Philotophi pagani optima morum documenta docuerint, mores non reformarunt. Quoniam documenta illa ut ab hominibus data habebantur: & cæteri homines noluerunt illidem parere. Sola Suprema Dei auctoritas hominum ingenia, & voluntates sibi submittit. Quando ego legens Scripturam sanctam, recogito Deum esse qui ad me loquitur. Deum esse qui mihi præcipit, continuò tremens, & paveis missis argumentationibus, & cavillationibus infero parendum esse, non disputandum cum Deo. Dum post divinas Scripturas SS. Patrum volumina revolvo, similiter ratiocinior: hi sunt quos sancta Mater Ecclesia mihi in Magistros dedit: illorum ergo interpretationes Scripturarum amplecti debeo: illorum methodo in-

sistendum mihi est in christiana Theologia exponenda. Hi autem toti sunt in persuadenda qua uberrima eloquentia, qua vividis figuris, qua invictis argumentationibus legis observantiam. Si hos sequi obstringor, utpotè mihi ab Ecclesia in Magistros datos; ergo non omninò fidendum est illis auctoribus qui volumina implent tricis, disputationibus, effugiis: qui omnia in discrimen adducunt, & vix unquam lectorum animos ad legis executionem inflammant. Adeò arida, tricosa, & sterilis est plurium istorum oratio, ut extinguat potiùs quam accendat christianæ professionis spiritum. Non dubito quin lectores omnes hunc ipsum experti sint fructum. Absit tamen ut improbem graviorum Theologorum lectionem, & præcipuè dum leges ecclesiasticæ explicandæ sunt.

LIBER II.

Apparatus ad Theologiam Christianam Dogmatico-Moralem.

DISSERTATIO I.

De Conscientia.

CAPUT I.

De Conscientia, ejusque partitione.

Quæst. I. *Quid sit conscientia?* Resp. Est dictamen rationis nostræ ex principiis generalibus synderesis concludens, quid hic & nunc, spectatis omnibus circumstantiis, amplectendum sit ut bonum, fugiendumque ut malum. Dicitur *dictamen*, seu judicium intellectus practici, non speculativi: quia in contemplatione non sistit, sed ad operis executionem dirigit. Discrepat à *synderesi*, quod hæc in primis illis dictatis veluti naturæ insitis consistat, quibus judicamus: *bonum est faciendum, malum fugiendum: quod tibi non vis fieri alteri ne feceris*: & id genus similia. Quare conscientia non est habitus, neque potentia; sed actus, non voluntatis, ut Durandus contendit, sed intellectus practici, ut dictum est.

II. Quæst. II. *Quotuplex sit conscientia?* Resp. Altera est antecedens, quæ operationem dirigit; altera consequens, quæ de bono opere lætatur, de pravo angitur. Rursùs altera præcipit, altera consulit: illa ex præcepto, hæc ex consilio operationem præscribit. Præterea ex parte objecti dividitur in veram, seu rectam & bonam; & in falsam, seu malam, & non rectam. Ex parte assensus tribuitur in certam, probabilem, dubiam, scrupulosam, & erroneam.

III Quæst. III. *Peccat ne qui conscientiam rectam non sequitur?* Resp. Conscientia vocatur rectus practici. S. Thomas 1. 2. *quæst.* 19. *art.* 5. cui subscribunt communiter Theologi, docet, peccare eum qui refragatur conscientiæ proponenti aliquid sub præcepto imperatum. Id pers-

fales, & nimis ab executione remotas! O miseri osto & amplius sæculorum Christiani, qui casuisticis libris caruere. Infelices, & ignorantes SS. Ecclesiæ Patres, qui eo unice conatus, & studia sua contulere ut executionem, & observantiam suaderent, inculcarent, urgerent evangelicæ legis, rejectis disputationibus, controversiis, distinctiunculis, & casuum centonibus, & opinationibus, quas postremæ ætatis Casuistæ excogitarunt! Cæterum ultrò concedo, quod plurimi Confessarii, & Pastores ignorent applicare regulas evangelicas practicis casibus, & reformandis moribus. Sed cur hoc? Quia respondent Ven. Magister *Avila*, & S. *Franciscus Salesius*, vix ex mille decem inveniuntur tanto muneri obeundo pares: quoniam pauci Deo vocante tantum onus suscipiunt, sed vel ambitione, vel cupiditate impellente. Sed ilti tum Evangelio, tum Pastribus, tum Casuistis abuntuntur.

XI. Quid ergo, inquies, de tanta moralium voluminum multitudine agendum? Si quid ipse sentio tibi patefacerem, ingentem mihi crearem invidiam. Adeò invetetatam præjudicatæ opiniones, ut veritatem manifestare haud valeamus, quin iram, & indignationem in nos concitemus illorum qui pro novo opinandi modo veluti pro aris, & focis dimicant, bellygerantque. Sed divina providentia factum, dispositumque est ut responsum jam ferè à sæculo præbuerit sapientissimus Jesuita P. Michael Elizalde 3. *par. lib.* 8. *quæst.* 8. §. 8. *pag.* 150. his verbis. „ Hæc sit „ nostra brevissima, & æquissima sanè responsio: cum his scilicet libris id faciendum esse „ quod per ipsos, eorumque auctores cum SS. „ Patribus, Doctoribusque Ecclesiæ factum est: „ quod item factum est cum Prophetis, cum „ Evangelio, cum Apostolis: & sicut hi omnes „ pene derelicti sunt, tantisper illi derelinquantur, & ad usum, praximque doctrina sacra, „ sanctorumque restituatur; atque sic eis vicem „ justissimè rependimus.

„ Nimirum hoc loco offendi, commoverique „ jure, vel injuria multi possunt, jure non possunt. Jacuit diù *Augustinus* in foro conscientiarum regendarum. Quis, quæso, ab institutis christianis tam longe positus est qui non censuitius arbitretur ut tantundem saltem juceat *Diana*, & ad forum ejus loco redeat „ *Augustinus*? Si vel *Ambrosium*, vel *Caramuelem* vivere oportet, quis non *Ambrosium* „ præhabeat? Si populi vel ex *Chrysostomo*, & *Gregorio*, vel ex *Tamburino*, & *Escobario* regendi sint; si vita fidelibus ex alterutris instituenda: quis eos non præferat quos Doctores vitæ nostræ Ecclesia sancta mater, & magistra nostra nobis peperit? *Hæc clara sunt; aliis injuriam facimus; & si perfectionem propter justitiam patiemur, beati à Domino habebimur.*

„ Sed dicis, utrosque simul vivere, regnareque posse. Respondeo. Primò oraculo pontificio (Alex. VII.) sæpius commemorato constat nobis, *quibus* (*N. B.*) *Sedes Apostolica in suo loco est*, irrepsisse modum de rebus conscientiæ opinandi, omnino alienum à simplicitate evangelica, & doctrina SS. Patrum. Hic porrò modus, & hæ opiniones *alicubi sanè sunt, & in libris aliquibus sunt*. Hi ergo libri cum Evangelio, & doctrina Sanctorum simul vivere, regnarequo non possunt. *Si qui verò erunt, qui oracula pontificia pro se lata maximè faciant*, (N. B.) contra se verò nihili pendant, hoc sanè bonum non est. Secundò ex constitutis hoc opere..... constat doctrinam sacram, & Sanctorum conciliari non posse cum opinionibus multorum, non modo in particularibus quibusdam, & quasi conclusionibus, sed in ipsis quidem principiis universalibus philosophandi. Utrique ergo simul vivere, & reguare, nequeunt. Tertio apertis multis libris Moralistarum notorìè constat penè nullum usum in eis esse doctrinæ sacræ, & sanctorum. Tantundem ergo cum ipsis tantisper fiat. Quarò hi libri contrarietate, & contradictione pleni sunt: ex quo proindè dimidia saltem pars falsa sit: sed nulla falsitas cum sacra doctrina, & rara vel nulla cum doctrina sanctorum Patrum de fide, & moribus conciliari potest. Hi igitur libri, quamdiù saltem falsa hæc omnia expungantur, una cum doctrina Scripturarum, Sanctorumque vivere non possunt.

„ Dices iterùm, In libro Dei, & Doctrina Sanctorum deesse doctrinam necessariam salutis ad regendos populos, dirigendas conscientias. Verùm ostensum est, hanc doctrinam nunquam magis quam fidem in Ecclesia defuisse, *& monstrum monstrorum esse, si existimet se nunc venisse ad dandam scientiam salutis plebi ejus. Ad hoc quippè ille venit qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*, qui Ecclesiam ædificavit firmamentum, & columnam veritatis, cuique depositum custodiendum credidit, quod haud dubiè illa servavit. Non hic doctrina, sed considerationem, & minimo saltem gradu humilitatis opus est. Illud itaque faciendum incunctanter asserimus cum his libris quod cum libris sanctis Dei, & Sanctorum per eos factum est, ut hi vivant, & regnent: & ad opinatores illud Apostoli dicere possumus: *Jam fine nobis regnatis: utinam regnetis, ut & nos vobiscum regnemus.* Utinam, inquam, regnetis, qui scilicet unà cum illis regnare possunt. Sin minus, si alterutri exulare deberent, quemque christianum judicem compello, quos judicet regnare oportere.

XII. Quæ hic paucis pertrinxit vir Dei, & servus, soclusque *Jesu Christi*, fuso calamo evincit in suo opere auro, cedroque digno. Exemplum subjiciam in confirmationem eorum quæ obiter dicta sunt. Pater Thomas Tamburinus liberat à gravi culpa filios qui inconsultis parentibus nubunt etiam indignis. Ad divinas Scripturas, ad Patres Ecclesiæ oppositum docentes, quos judicet regnare oportere.

XII. Quæ hic paucis pertrinxit vir Dei, & servus, soclusque *Jesu Christi*, fuso calamo evincit in suo opere auro, cedroque digno. Exemplum subjiciam in confirmationem eorum quæ obiter dicta sunt. Pater Thomas Tamburinus liberat à gravi culpa filios qui inconsultis parentibus nubunt etiam indignis. Ad divinas Scripturas, ad Patres Ecclesiæ oppositum docentes, quos judicet responsi præbet? Audi illud *lib.* 3. *in Decalog. cap.* 2. §. 3. *n.* 6. sic fantem. *Si statuit Evaristus Papa ut pro nupta nequaquam haberetur puella quam pater ipse non desponsat: si* Leo *Pontifex, si* Ambrosius *ajunt, non esse virginalis puderis maritum eligere, sed judicium parentum expectandum: si in factis litteris parentibus tradidit hoc munus Sanctitas cap.* 7. Da filiam tuam viro prudenti: *si* S. Paulus 1. *Corinth.* 7. *expressè docet à parentibus tradendas esse filias nuptiis: si multa sacrarum litterarum exempla quæ affert Bellarminus, id manifestè demonstrant*: quid tum agendum est? Audi, & expavesce. Resp. *cum* Sanchez, *hæc & similia probare quidem esse valdè honestum ejusmodi consilium à patre conquirere, dirum peccati mortalis necessitatem non probare.*

XIII. Mirificam & prodigiosam sanè vim continent hæc tria verba, *Respondeo cum Sanchez*, adversus sacras litteras, adversus Paulum Apostolum, adversus Evaristum Papam, adversus Leonem, Ambrosium, Bellarminum, cæterosque. Cessat tamen admirationis tatio, si P. Sanchez systema consideretur. Primum gravissimumque primæ tabulæ mandatum de Deo amando in nihilum fere redegit, illud per se ad mortis articulum restringendo. Quid ergo mirandum, si primum secundæ tabulæ præceptum de honorandis parentibus ad merum honestatis consilium revocet in re omnium gravissima, qualis est de matrimonio ineundo? In hujus operis decursu centena alterum exempla, quibus non pauci Casuistæ eludunt divinæ Scripturæ, & SS. Patrum doctrinam.

XIV. Monitum IV. Ideò inculco, & omni studio totoque virium conatu suadeo sanctæ Scripturæ lectionem, & humilem meditationem, quia homines nolunt se aliorum hominum judiciis, & opinionibus subjicere. Heinc proficiscitur interminata illa Casuistarum voluminum multitudo: dum enim homines legunt ejusmodi citationes: ita docent *Diana, Bonacina, Caramuel, Tamburinus, Sanchez, Vasquez, Escobar, Zanardi, Candidus, Leander, Gobat, Lacroix, Pichler, Spee*r, &c. continuo inferunt: Si hi auctores ita docent; alii oppositum defendunt, imò in citatis Moralistis inveniunt citatos alios Casuistas oppositum docentes. Et en Ethicen christianam ad Septicilmum, & Pyrrhonismum redactam. Homines illi sunt, inquiunt, ergo errori obnoxii. Heinc est quod tametsi Philotophi pagani optima morum documenta docuerint, mores non reformarunt. Quoniam documenta illa ut ab hominibus data habebantur: & cæteri homines noluerunt illidem parere. Sola Suprema Dei auctoritas hominum ingenia, & voluntates sibi submittit. Quando ego legens Scripturam sanctam, recogito Deum esse qui ad me loquitur. Deum esse qui mihi præcipit, continuò tremens, & paveis missis argumentationibus, & cavillationibus infero parendum esse, non disputandum cum Deo. Dum post divinas Scripturas SS. Patrum volumina revolvo, similiter ratiocinior: hi sunt quos sancta Mater Ecclesia mihi in Magistros dedit: illorum ergo interpretationes Scripturarum amplecti debeo: illorum methodo in-

sistendum mihi est in christiana Theologia exponenda. Hi autem toti sunt in persuadenda qua uberrima eloquentia, qua vividis figuris, qua invictis argumentationibus legis observantiam. Si hos sequi obstringor, utpotè mihi ab Ecclesia in Magistros datos; ergo non omninò fidendum est illis auctoribus qui volumina implent tricis, disputationibus, effugiis: qui omnia in discrimen adducunt, & vix unquam lectorum animos ad legis executionem inflammant. Adeò arida, tricosa, & sterilis est plurium istorum oratio, ut extinguat potiùs quam accendat christianæ professionis spiritum. Non dubito quin lectores omnes hunc ipsum experti sint fructum. Absit tamen ut improbem graviorum Theologorum lectionem, & præcipuè dum leges ecclesiasticæ explicandæ sunt.

LIBER II.

Apparatus ad Theologiam Christianam Dogmatico-Moralem.

DISSERTATIO I.

De Conscientia.

CAPUT I.

De Conscientia, ejusque partitione.

Quæst. I. *Quid sit conscientia?* Resp. Est dictamen rationis nostræ ex principiis generalibus synderesis concludens, quid hic & nunc, spectatis omnibus circumstantiis, amplectendum sit ut bonum, fugiendumque ut malum. Dicitur *dictamen*, seu judicium intellectus practici, non speculativi: quia in contemplatione non sistit, sed ad operis executionem dirigit. Discrepat à *synderesi*, quod hæc in primis illis dictatis veluti naturæ insitis consistat, quibus judicamus: *bonum est faciendum, malum fugiendum: quod tibi non vis fieri alteri ne feceris*: & id genus similia. Quare conscientia non est habitus, neque potentia; sed actus, non voluntatis, ut Durandus contendit, sed intellectus practici, ut dictum est.

II. Quæst. II. *Quotuplex sit conscientia?* Resp. Altera est antecedens, quæ operationem dirigit; altera consequens, quæ de bono opere lætatur, de pravo angitur. Rursùs altera præcipit, altera consulit: illa ex præcepto, hæc ex consilio operationem præscribit. Præterea ex parte objecti dividitur in veram, seu rectam & bonam; & in falsam, seu malam, & non rectam. Ex parte assensus tribuitur in certam, probabilem, dubiam, scrupulosam, & erroneam.

III Quæst. III. *Peccat ne qui conscientiam rectam non sequitur?* Resp. Conscientia vocatur rectus practici. S. Thomas 1. 2. *quæst.* 19. *art.* 5. cui subscribunt communiter Theologi, docet, peccare eum qui refragatur conscientiæ proponenti aliquid sub præcepto imperatum. Id pers-

picuè constat ex Scriptura sancta: *Omne quod non est ex fide*, (ideſt ex conſcientia) *peccatum eſt*: ad Rom. 14. Si conſcientia quidquam proponit ut prohibitum ſub peccato mortali, peccat mortaliter qui eidem reſragatur: peccatum erit veniale, ſi quod conſcientia proponit ut veniale, veniale eſt. Diſputant, peccet ne mortaliter qui reſiſtit conſcientiæ proponenti quidquam ut peccatum, quia definat peccati gravitatem. Miſsis diſtinctiunculis, dico, gravitet eum peccare qui operatur contra conſcientiam iſtam. Ratio evidens eſt. Qui deliberato animo exponit ſe manifeſto periculo peccandi mortaliter, peccat mortaliter, Scriptura ipſa teſtante: *Qui amat periculum, peribit in illo.* Huic periculo ſe exponit qui agit contra præfatam conſcientiam: ſquidem in illa malitia abſolutè propoſita æquè continentur malitia gravis, ac levis. Ergo niſi prius debita diligentia deprehendatur malitiæ gravitas, aut levitas, periculum grave eſt delinquendi moraliter.

IV. QUÆST. IV. *Obſtringitur ne homo ſequi conſcientiam propriam ſive veſtam, ſive erroneam?* RESP. Aſſirmant omnes. Eadem enim ratio quæ evincit debitum ſequendi conſcientiam rectam, probat quoque neminem poſſe operari contra conſcientiam erroneam. Quoniam tam conſcientia recta, quam conſcientia erronea proponit quid agendum ut à lege divina imperatum. Utraque præſcribit parendum eſſe divinæ legi. Quæ de re lege S. Thom. 1. 2. *quæſt.* 19. *art.* 5. *ad* 2. In conſcientia erronea duplex diſtingui judicium debet: alterum quo judicatur aliquid à Deo prohiberi quod non eſt prohibitum; alterum quo judicatur obediendum eſſe legi divinæ. Primum falſum, ſecundum verum eſt.

V. QUÆST. V. *Peccatne qui non agit ſecundum conſcientiam vincibiliter erroneam?* RESP. Duobus modis conſcientia erronea eſſe poteſt. 1. Invincibiliter, quando error, omni adhibita diligentia, ſuperari nequit; & hoc in caſu conſcientia inculpata eſt. 2. Vincibiliter quando error, diligentia adhibita, ſuperari poteſt. Utraque hæc conſcientia obligat, cum hoc diſcrimine quod conſcientia vincibilis deponi poteſt, & debet, invincibilis verò deponi nequit. Hæc autem duo, nempe debitum deponendi conſcientiam vincibiliter erroneam, & obligatio ſequendi minimè repugnant, quia ex diverſis principiis manant. Primum ex principio oritur adhibendi diligentiam neceſſariam ad inveniendam veritatem, & ad expellendum errorem; alterum verò, nempè debitum ſequendi conſcientiam erroneam, oritur ex ipſius conſcientiæ dictamine, quo proponitur obligatio obediendi legi divinæ. Lege S. Thom. *quæſt.* 17. *de Verit. art.* 4.

VI. QUÆST. VI. *Quomodò ſe gerere debeat qui ex conſcientia erronea utrumque contradictionis extremum peccatum eſſe judicat?* RESP. Si conſcientia erronea vincibilis ſit deponenda eſt. Niſi eam deponas, peccas, ſive eam ſequaris, ſive eidem contradicas, ut S. Thomas *quæſt.* 17. *de Verit. art.* 4. *ad* 8. docet. *Sicut in ſyllogiſticis, uno inconvenienti dato, neceſſe eſt alia ſequi; ita in moralibus, uno inconvenienti poſito: ex conſequentia alia ſequuntur: ſicut ſuppoſito quod aliquis quærat inanem gloriam, ſive propter inanem gloriam faciat quod facere tenetur, ſive dimittat, ſemper peccabit: nec tamen eſt perplexus quia poteſt intentionem malam dimittere.* Et ſimiliter ſuppoſito errore rationis, vel conſcientiæ, qui procedit ex ignorantia excuſante, neceſſe eſt quod ſequatur malum in voluntate: nec tamen eſt homo perplexus, quia poteſt ab errore recedere; cum ignorantia ſit vincibilis, & voluntaria.

VII. Quid ſi conſcientia erronea ſit invincibilis, & judicet utramque contradictionis partem peccatum eſſe? Hanc hypotheſim vix probabilem reputo. Ea verò admiſſa, nullum peccatum patratur, quia nullum peccatum ſine libertate: ignorantia invincibilis aufert libertatem: ergo, poſitione facta quod conſcientia ſit invincibiliter erronea, dici nequit quod homo peccet, quamcumque ſequatur partem. Opponunt adverſarii, hominem etiam hac in hypotheſi liberum eſſe ad omittendum, vel efficiendum actum ſuum, eſt liber libertate phyſica, ſecus libertate moralis. Ad peccatum autem, cum ſit in genere moris, neceſſaria eſt libertas moralis, quam omnes catholici contra Janſenium tolli per ignorantiam invincibilem fatentur. Paſtor aſsiſtens gregi in die feſto invincibiliter reputat ſe peccare: ſi ſacrum omittat, & ſimiliter peccare, ſi gregem deſerat ſuporum ſuccuſſionibus. Hic liber moraliter non eſt: idcircò quodcumque extremum eligat, non peccabit. Licèt phyſicè liber ſit ad eligendum alterutrum ex duobus his extremis, non eſt tamen liber moraliter, quia non eſt libet ad non agendum contra conſcientiam, cum in utroque extremo peccatum apprehendat.

VIII. Diſputare auctores ſolent, ſit ne gravius agere contra conſcientiam vincibiliter erroneam, vel eam ſequi. Sed regula aſsignari certa nequit. Interdum gravius eſt eam ſequi, interdum levius eſt contra eam agere. Abſolutè tamen gravius eſt contra eam agere: quoniam qui contra agit, ſcienter peccat: qui eam ſequitur, peccat ex ignorantia: ignorantia autem tametſi vincibilis, minuit peccati malitiam. Qui clauſus in carcere habet conſcientiam erroneam ſe peccare mortaliter, niſi ſacrum audiat, juxta communem ſententiam non peccat ob defectum libertatis: quoniam dictamen illud erroneum non eſt cauſa omiſsionis.

IX. QUÆST. VII. *Quomodò deponenda eſt conſcientia erronea, & quæ diligentia adhibenda?* RESP. Si conſcientia erronea temerè, & imprudenter formata ſit, tunc ad libitum deponi poteſt; ſatisque eſt advertere ad falſitatem judicii erronei, illudque deponere formando contrarium judicium ſuper honeſtate operationis. Si contra formata ſit conſcientia ex probabili ratione, tunc neceſſaria eſt ratio contraria probabilior, quæ vincat priorem falſam perſuaſionem. Diligentia ordinaria, ſecus extraordinaria, neceſſaria eſt ad deponendam conſcientiam vincibiliter errantem. Prior oritur mediis conſuetis, puta ſtudio, conſilio, precibus, operibus piis, quibus à Deo lumen neceſſarium imploratur. Poſterior adhibet media extraordinaria: puta poſt conſilium Doctorum propriæ civitatis, ad alias provincias quis pergit, ut doctiores conſulat. Diligentia adhibenda ex negotiorum magnitudine, & diverſitate colligi debet. In negotiis inſolitis, & extremi, ſummique momenti, diligentia quoque inſolita, exacta, & ſumma adhiberi debet: contra in negotiis ordinariis ſufficit diligentia ordinaria, qua uti prudentes, & diligentes viri probi ſolent. Extrema vitanda ſunt negligentiæ, & diligentiæ extraordinariæ. Hæc quippè ſcrupulis, anxietate, & turbatione animum replet. Omiſio diligentiæ ordinariæ, & exactæ, quam probi, & vigilantes viri adhibere ſolent, in negotiis gravis momenti grave peccatum eſt.

X. QUÆST. VIII. *Ex quibus indiciis colligi poſsit conſcientiam errantem eſſe vincibilem, aut invincibilem?* RESP. Prudenter præſumere potes invincibilem eſſe ignorantiam. 1. Si res ignorata ſit humani juris, vel poſitivi. 2. Si res ſit difficillima vel inter ipſos doctos. 3. Si nunquam præceſſit ſcrupulus ullus, dubitatio vel aliqua confuſa notitia. 4. Si homo advertens ſe deceptum, & ex ignorantia violaſſe legem, dolet, triſtatur. 5. Si homo ſit probus, & integræ, moratæque conſcientiæ. 6. Si falſo ſiſtemate, & pravo opinandi modo non ſit præventus. Ex his, ſimilibuſque circunſtantiis, & ſignis colligere Confeſſarius poteſt ignorantiam, ſeu inadvertentiam fuiſſe invincibilem. Contra ſi res ſit juris naturalis, ſi aliqua præceſſit dubitatio, ſi homo delinquere ſolitus ſit, & conſcientiæ flagitiis implexæ: ſi facilis ſit in adoptandis opinionibus quæ libertati, & appetitionibus favent. Cæterum hęc deprehenſio difficilis eſt: ideo orandus cum Propheta David Deus: *Ignorantias meas ne memineris.*

CAPUT II.

De obligatione qua tenentur Confeſſarii illuminare pœnitentes invincibili conſcientia erronea laborantes. Laxę opiniones refelluntur.

I. THeologi omnes docent, inſtruendos eſſe pœnitentes ignorantia vincibili laborantes. Diſputatur de ſola ignorantia invincibili. Diſtinguendum eſt præceptum fraternæ correctionis à præcepto inſtructionis faciendæ pœnitenti, qui ſuſcipere Sacramentum pœnitentiæ debet. Illud, quando deeſt ſpes profectus, non urget; hoc verò obſtringit etiam ſublata emendationis ſpe, ob reverentiam debitam Sacramento. Docent quoque omnes, illuminandos eſſe pœnitentes qui laborant ignorantia Trinitatis, Incarnationis, Euchariſtiæ, doloris ſupernaturalis ad confeſsionem ſacramentalem neceſſarii.

II. Sanchez, Lugo, Tamburino, Salmaticenſes, Sporer defendunt, Confeſſarios non obſtringi, immò non debere illuminare pœnitentes laborantes ignorantia invincibili myſteriorum quæ non ſunt neceſſaria neceſsitate medii, & aliarum veritatum juris ſive poſitivi, ſive naturalis.

III. Hæc ſententia falſa mihi videtur. Omnes Chriſtiani præcepto obſtringuntur graviſſimo addiſcendi veritates moribus noſtris formandis neceſſarias. Ergo Confeſſarii manifeſtare ejuſmodi veritates debent pœnitentibus qui eaſdem ignorant. Qua, quæſo, ratione diſſimulare harum veritatum manifeſtationem valent Confeſſarii? Fortè quod imparatos ſuos pœnitentes prævideant ad eam ſuſcipiendam? Ergo pœnitentes iſti violatores præcepti addiſcendæ, & inveniendæ veritatis ſunt: adeoque imparati ſunt ad Sacramentum ſuſcipiendum. Perſpicuè rem expono. Quemadmodum Confeſſarius in tribunali perſonam ſuſtinet judicis, ut abſolvat, aut liget; medici, ut vulnera curet; doctoris, ut illuminet, inſtruat, doceat: ſic pœnitentes ad hoc tribunal accedunt ut rei abſolvendi, ut infirmi curandi, ut ignorantes illuminandi, inſtruendi, & corrigendi. Si Confeſſarius eos prævideat ita indociles, & pravis cupiditatibus addictos, ut nullum ex veritatis manifeſtatione profectum ſpetet; qua ratione præſumere illos valet diſpoſitos, paratoſque ad Sacramentum? Prævidet illos indociles, rebelles lumini, & in ſua ignorantia obſtinatos: & ſimul eoſdem judicabit pœnitentiæ Sacramento ſuſcipiendo dignos?

IV. Preſsiùs urgentur adverſarii. Docent illi omnes, parateſque eſſe veritatem dum pœnitentes laborant conſcientia erronea vincibili; atqui dum pœnitentes imparati prævidentur, & rebelles ad veritatis manifeſtationem ſuſcipiendam, continuo illorum ignorancia, quæ hactenus invincibilis, fuit vincibilis, & craſſa evadit: ergo juxta vel ipſorum principia Confeſſarius graviter peccat, ſi veritatem non manifeſtet, & pœnitentes ſuſcipientes Sacramentum, ſacrilegi ſunt. Probo minorem. Tunc ignorantia vincibilis eſt juxta omnes, quando Chriſtianis via patet addiſcendi veritatem ignoratam: in noſtro caſu hęc via patet: ergo ſi Chriſtiani renuunt diſcere à Confeſſario hanc veritatem, illorum ignorantia vincibilis & craſſa evadit. Hæc omnia luculentiſsima ſunt. (a)

V. Laudati ſcriptores docent, non admonendos à Confeſſariis pœnitentes, qui bona fide poſſident aliena, qui contractus uſurarios ineunt, qui pollutiones exercent fide bona, quoties prævidetur manifeſtatio veritatis nocitura, non profutura pœnitenti: immò aliqui addunt, inter quos Tamburinus, non eſſe manifeſtandam veritatem, etiamſi pœnitentes rectè uſuri cognitione eſſent, quandò remedium eſt difficillimum, & infamia,

(a) *Vide tom.* 2. *Appar. diſſert.* 1. *cap.* 4.

vel scandalum timeatur. Si moribundus, inquiunt, ignorat se magnam pecuniæ summam usuris, & injustis contractibus cumulasse, & admonitus à Confessario, prævidetur non restituturus, tum relinquendus est in sua ignorantia. Hanc doctrinam apprimè necessariam esse, ait Tamburinus, præsertim Confessariis *Principum, & mercatorum*: at tanquam falsa respuenda est.

VI. Objiciunt 1. Quando manifestatio veritatis nocitura prævidetur, non profutura, nullus occurrit revelandæ veritatis finis justus: immo inquiunt Salmanticenses, *tract. 20. cap. 3. punct. 3. num. 27.* tunc Confessarii *venenum propinant dum medicinam applicare videntur.* Resp. Christus Dominus prævidit paucos suscepturos legem suam, plurimosque rebelles eidem fore, propterea ne ab ea promulganda abstinuit? Nullus est revelandæ veritatis finis justus? An non finis justus Sacramentorum custodia, ne profanentur ab indignis, & obcæcatis, qui aperire oculos lumini ultro se offerenti recusant?

VII. Objiciunt 2. auctoritatem S. Augustini, quæ habetur *cap. Si quis, de Pœnit. dist. 7.* inquientis: *Si scirem non tibi prodesse, non te admonerem, non te terrerem.* Resp. S. Augustinum loqui de correctione fraterna, inquiunt aliqui. Sed Doctor sanctus ibi sermonem habet de moribundo, cui suadet pœnitentiam. Et subdit se ignorare num profutura eidem sit. Si enim sciret non profuturam, eam non suaderet. Ignoranter ergo hæc auctoritas opponitur. (*a*)

VIII. Opponunt 3. Innocentius 3. *cap. Quia circa, de Consang. & affinit.* inquit: *Dissimulare potest ut remaneat in copula sic contracta, cum ex separatione, sicut asseris, grave valeat scandalum imminere.* Resp. Aliqui ajunt, Pontificem loqui de Episcopo, vel Parocho, secus de Confessario. Hac responsione relicta, vera exhibetur. Textus integer Pontificis, *loc. cit.* hic est. *Porro de viro N. pro cujus dispensatione, indulgentia scilicet remanendi cum ea quæ ipsum quinto consanguinitatis gradu contingit, à Sede apostolica obtinenda, falsa tibi causa fuerit allegata, prolem videlicet; cum tamen ante dispensationem obtentam, unica filia quam habebat, viam fuerit universæ carnis ingressa, prout tua consultatio continebat, dissimulare poteris ut remaneat in copula sic contracta, cum ex separatione (sicut asseris) grave videas scandalum immutare.* Evidens est Pontificem approbare dispensationem, quæ alioquin ob causam falsò expositam nulla erat, ut caveat scandalum, quod ex separatione conjugum oriturum prævidebat. Vide quæ ibidem Glossa docet. (*b*) Ineptè Navarrus cavillatur ejusmodi dispensationem, ut demonstratum *loc. cit.* luculentissimis rationibus est. Quare tum Augustini, tum Innocentii testimonia laudati Casuistæ perperam opponunt.

IX. Paucis rem perstringo. Confessarii, ut absolvere pœnitentes valeant, hoc judicium ferre necessum est; videlicet quod sincero corde, animoque contrito ad illud tribunal accedant: quod sincerè velint observare omnia legis mandata: quod parati sint recipere institutionem omnium veritatum, quas divina lex sciendas, servandasque jubet. His ornatos dispositionibus præsumant oportet Confessarii pœnitentes suos. Ergo nullo modo præsumere illos possunt adversos, & rebelles ad suscipiendam notitiam divinæ legis, & præceptorum, quorum ignorantia laborant. Quod si tales præsumunt, consequitur necessariò ut illos quoque indignissimos receptione Sacramentorum judicent. Vide plura *loc. cit.*

X. Berta bona fide nupsit. Illius matrimonium ob occultum impedimentum nullum est. Si admoneatur impedimenti, in proxima occasione fornicandi constituitur. Si reddere debitum nolit, vel interficitur à marito, vel mutuæ inter parentes inimicitiæ, & infamiæ oriuntur.

XI. Non pauci casus excogitant, aut nunquam, aut rarissimè occurrentes, ut decisionem aliquam extorqueant, quam casibus postea parum evenientibus applicent. Confessarius pro tribunali sedens, antequam Bertam absolvat, monere illam debet. Constituetur, inquis, in occasione proxima fornicandi, quia separari nequit sine scandalo. Occasio hæc necessaria, non libera erit: & opportunis remediis observari continentia potest, usque dum impetretur dispensatio. (*c*)

CAPUT III.

Opera ex conscientia invincibiliter erronea præsta, licet careant malitia formali, nulla tamen prædita sunt bonitate, aut merito.

I. PRobabilistæ communiter omnes defendunt, præfata opera bona esse, & meritoria. P. Lacroix *lib. 1. q. 5. n. 14. & seq.* auctoritate Terilli deceptus citat pro hac sententia S. Thomam; sed hæc est apertissima falsitas. Quia S. Thomas hanc sententiam validissimè profligat, ut ex ejusdem sequenti doctrina constat. En ejus doctrina 1. 2. quæst. 19. art. 6. *Bonum*, inquit, *causatur ex integra causa, malum autem ex singularibus defectibus. Et ideò ad hoc ut dicatur malum id in quod fertur voluntas, sufficit sive quod secundum suam naturam sit malum, sive quod apprehendatur ut malum. Sed ad hoc quod sit bonum, requiritur quod* utroque *modo sit bonum.* Quid luculentius? Quid quod communi fertur proverbio: *Bonum ex integra causa, malum ex quocumque defectu?*

II. Doctrina Angelici Doctoris illustratur. Voluntas recta esse nequit, nisi conformetur cum lege æterna Dei, quæ est fons universæ bonitatis. Hæc est prima regula, primum exemplar cujuscumque voluntatis creatæ bonæ, & rectæ. Sed voluntas creata directa à ratione errante invincibiliter, quæ proponit mendacium, furtum, perjurium, & alia scelera ut bona, revocari in voluntatem divinam, suamque legem æternam nequit, nisi in Deum scelera refundere velimus.

III. Respondet P. Claudius Lacroix *lib. 1. num. 24.* Voluntas mentiendi non revocatur in Deum, nec approbatur à Deo *per se concedo; per accidens, nego.* Audistin? Mendacium ergo à Deo approbatur *per accidens.* Deus confert præmium *per accidens* mentientibus. Ut clarius horrorem hujus doctrinæ percipias, in mentem revoca doctrinam invincibilis ignorantiæ juris naturalis, quam defendunt Probabilistæ: qui consequenter potiori jure propugnant ignorantiam invincibilem juris positivi divini, & humani, & veræ Religionis. Quo certo facto posito, voluntates infidelitatis, Ethnicismi, Mahumetismi, voluntates sectatorum Arianismi, Nestorianismi, Lutheranismi, Calvinismi: hæ, inquam, voluntates tot populorum invincibili ignorantia directæ, à Deo sunt approbatæ *per accidens.* Quid plura? In Deum revocandus est Atheismus ipse. Nam Deus ipse secundum Molinam, Arriagam, & Platellium, peccati philosophici propugnatores, ignorari invincibiliter potest. Secundum istos Auctores dari potest conscientia invincibiliter erronea, quæ reputat licitam fornicationem, pollutionem, mendacium, & similia flagitia. Ergo hæc horrenda scelera æterno præmio coronabuntur.

IV. Confirmantur hæc omnia. Nulla actio meritoria vitæ æternæ sine divinæ gratiæ beneficio. Si fornicatio, si mollities, si mendacium, si alia similia crimina ignorantia invincibili reputata honesta, meritoria forent; jam gratia divina in hæc scelera influeret. Perhorrescis hæc inaudiens? At evadere heinc Probabilistæ nequeunt. Aut fateantur necessum est, opera æterna gloria digna sine gratia divina; & est hæresis manifesta: aut concedere coguntur gratia divina adjuvari hominem ad fornicandum, adulterandum, mentiendum, pejerandumque, quotiès homo conscientia invincibiliter erronea judicat bonum esse mentiri, fornicari, pejerare, adulterari, &c.

V. Respondet P. Lacroix loc. cit. num. 29, *Omnis voluntas* (inquit) *per se bona, est à Deo auctore; concedo.* Per accidens *bona, nego* plusquam egregiè. *Voluntas per accidens bona non est à Deo?* Voluntas *per accidens bona* significat quod voluntas bona est non absolutè, sed ob ignorantiam invincibilem: iste enim est significatus ly *per accidens.* Cæterùm hæc voluntas verè & realiter bona est: quoniam hæc bonitas meretur, ut adversarii fatentur, præmium vitæ æternæ. Ergo datur bonitas moralis, & præmium vitæ æternæ, quod à Deo non est. Sed audi P. Carolum Casnedi, qui *tom. 1. disp. 6. sect. 1. §. 3. n. 25. pag. 167.* hæc scribit. „ Quotiès ignorantiæ moraliter „ invincibili prohibitionis, & malitiæ jungatur „ error invincibilis de honestate objecti, aut de „ præcepto actionis, totiès opus sub ea ignoran„ tia, & errore elicitum, est honestum, & me„ ritorium. " *Et paretur ibidem pag. 192. subdit*: „ Ita quoquè nullumque absurdum, quod „ Christus Dominus dicat: Veni, benedicte, „ accipere regnum, quia mentitus es, invincibi„ liter putans me in tali casu præcepisse menda„ cium." Nonnè hæc vel solùm proposita quemdam horrorem ingerunt?

VI. Alio pacto urgentur adversarii. Si error hac prodigiosa efficacitate polleret ut posset vitiis, atque sceleribus virtutis formam affingere, & meriti lauream circumducere; ejusdem dignitatis essent opera honesta veritatis lumine directa, ac opera flagitiosa errorum tenebris obtecta. Si erronea persuasio in operationem pravam refunderet bonitatem, quemadmodum veræ cognitio in opus honestum; superflua foret illuminatio, superfluæ conciones, adhortationesque. Tandem nullum opus bonum est quod à prudentiæ virtute directum non sit. Hoc autem inter conscientiam, & prudentiam discrimen est, quod conscientia, cum virtus non sit, modò vera, modo falsa est, modò recta, modò criminosa. Contra prudentia, cum natura sua virtus sit intellectualis practica, aut vera est, aut prudentia non est; sed larva, & spectrum prudentiæ. Prudentia hæc nunquam falli potest, tamensi fallantur interdùm prudentes: nam si falleretur, ipsa virtus non esset.

VII. Opponunt 1. Qui erratus existimat pauperem fictum, esse verum pauperem, eique succurrit, verè exercet actum misericordiæ bonum, & meritorium. Ergo opus ex ignorantia invincibili proficiscens bonum est. Petrus reputans hunc esse suum patrem, tenetur illum honorare; fideles Missam audientes tenentur adorare hostiam, quamvis confecrata non esset. Hæc, & similia exempla opponunt Probabilistæ, ut imperitis fucum faciant, cum tamen sint nugæ Siculis vaniores.

VIII. Ut sophisma continuò deprehendas, distingue voluntatem succurrendi pauperi à voluntate mentiendi, pejerandi, &c. Quid judicii tamen profers in utramque? Nonnè istud? Prima potest esse bona, secus secunda. Homo, sive pauper sit, sive dives, nihil natura sua secum defert quod impediat eleemosynæ bonitatem, & meritum. Quoniam & dives, & quicumque ob bonum finem petere eleemosynam valet, & propter Christum se pauperem efficere. Quemadmodùm in objecto indifferenti, ita multò minus in eleemosyna nulla est malitia quæ impediat actus bonitatem, & meritum. In mendacio è contrario, in perjurio, & in qualibet actione natura sua prava, malitia intrinsecus residet, quæ hostiliter pugnat cum bonitate, & merito. Judicium autem in præfato casu dirigens voluntatem est dictamen illud quod præscribit succurrendum esse pauperi; quod judicium verum est. Præterea actus beneficentiæ erga hominem, quicumque ille sit, imperatus à charitate, semper bonus, & meritorius est: judicium verò, quo hic homo judicatur pauper, qui revera dives est, falsum est. At hoc judicium non dirigit voluntatem eleemosynæ. Sicut in voluntate sæpè sunt mala mixta bonis, non quod idem actus bonus sit, & malus: id enim chymæricum est, sed quia reperiuntur actus boni, & mali, invicem tamen disparati: & ita in intellectu falsa immiscentur veris; at nunquam judicium falsum dirigere vo-

(*a*) *Vide tom. 2. Appar. diss. 1. cap. 4.* (*b*) *Vid. tom. 2. Appar. diss. 1. c. 4. n. 28. & seq.*
(*c*) *Vide tom. 2. Appar. dissert. 1. cap. 4. num. 48.*

luntatem rectam, vel virtutis actum potest. Insistunt argutantes. Materia eleemosynæ pauperras est. Hæc sublata corruit virtus eleemosynæ. Resp. Falleris. Objectum eleemosynæ est homo sublevandus, seu eleemosyna eo spectat ut homini succurrat. Si homo hic verè pauper est, eleemosyna omninò perfecta est. Si homo iste fingit se pauperem, tum eleemosyna caret hac prærogativa sublevandi pauperem. Propterèáne definit esse actus bonus à charitate imperatus? Qui honorat patrem fictum, non exercet honorationem filialem, quia deficit objectum, nempè paternitas; at exercet actum bonum, nempè honorat proximum, & seniorem. Qui adorat hostiam non consecratam, committit actum idolatriæ materialis, quæ non imputatur ad culpam ob ignorantiam invincibilem. Intentio autem adorandi Deum bona est, nec inficitur ab electione materialiter prava, sola quippe malitia formalis inficit intentionis actum.

IX. Opponunt 2. Quando ratio mihi quidquam proponit ut præceptum, teneor illud exequi. Ratio mihi hoc in casu proponit mentiendum, vel pejerandum ob proximi salutem. Ergo teneor hoc implere. Resp. Vera hæc omnia sunt, quando ratio, seu conscientia est invincibiliter errans. At unde infertur ejusmodi actus esse bonos? Actus isti pravi reipsa sunt; at non imputantur ad culpam ob invincibilem ignorantiam.

X. Insistunt. Mendacium in hac hypothesi non est bonum. Atqui neque malum est. Ergo est opus indifferens. Actus in individuo indifferentes non dantur: ergo aut mali, aut boni sunt. Resp. Mendacium illud, perjurium, furtum, & cætera opera natura sua prava, semper mala sunt, etiam dum repræsentantur ut bona; at ad culpam non imputantur, ut dictum est sæpius, in hypothesi quod ignorantia sit invincibilis. Non dantur opera indifferentia in individuo quæ ex deliberata ratione manant; sunt verò indifferentia quæ ex necessitate proficiscuntur.

XI. Mitto plura alia sophismata, quia omnia inepta sunt & vana. Legesis *tom. 2. Appar. diss. 1. cap. 5. §. 2. &c.* ubi omnes Terilli argutationes profligatas reperies.

XII. QUÆST. UNIC. *Quid sit conscientia perplexa?* RESP. Est judicium quo judicas te peccare, sive hanc, sive alteram partem eligas. Si ignorantia vincibilis sit, peccas quamcumque partem elegeris; & ut peccatum evitetur, deponi judicium debet, cum sit erroneum. Si autem ignorantia sit invincibilis, & deponi judicium nequeat, tunc eligendum quod minus malum videtur, & quod minus propriæ favet libertati, & appetitionibus. Verum hæc rara sunt, & vix unquam eveniunt: idcircò latius discutienda non sunt.

CAPUT IV.

De Conscientia dubitante.

I. COnscientia dictamen practicum est: dictamen autem seu judicium in se dubium non est cum dubitatio sit judicii suspensio. Dicitur itaque conscientia dubitans *objectivè*, seu *terminativè*, quatenùs circa ipsam rem dubiam habet homo varia judicia practica in utramque partem, quæ sententiam super eadem re suspendunt.

II. Plures dividunt dubium in *positivum*, & *negativum*. Dubium *positivum* vocant quando pro utraque parte æquales dubitandi rationes occurrunt; *negativum* dum nulla se offert dubitandi ratio. Hæc divisio chimærica est. Quando nulla occurrit dubitandi ratio, non dubium, sed *nescientia*, & ignorantia est, & vocatur. Neque enim ego dubito sintne astra paria, vel imparia; sed nescio. Vana quoque est aliorum divisio qua dicunt, dubium negativum versari inter rationes leves, positivum inter rationes graves. Rationes leves non dubium, sed scrupulum inducunt, vel suspicionem; & spernendæ sunt. Prudens nemo ex levibus indiciis ad dubitandum movetur, sed illa contemnit.

III. Dubium itaque positivum, quod verum dubium est, de quo in præsens disputatur, tunc est quando utrinque æqualia, aut ferè æqualia rationum momenta intellectui sese offerunt. Tunc enim mens æqualibus pressa ponderibus suspensa, & anceps hæret, suumque retinet judicium. Dubium itaque propriè dictum suspensionem assensus includit in utramque partem ob rationum æqualitatem.

IV. QUÆST. I. *Quotuplex sit dubium?* RESP. Duplex, juris, & facti. Dubium *juris* est, cum quis dubitat de lege, de præcepto, de voto, seu de obligatione quacumque. Obligatio enim respectu illius rei ad quam obligat, legis rationem habet. Dubium *facti* tunc est cum dubitatur utrum aliquid sit factum, puta utrum heri jejunaveris, audieris Sacrum, recitaveris Breviarium. Eadem res potest esse materia dubii juris, & facti sub ratione diversa. Dividitur insuper dubium in *speculativum*, & *practicum*: illud honestatem actionis absolutè spectat, istud exercitium operis. Dubitas sitne licitum pingere in die festo, an hæc vestis tua sit? Hæc dubia speculativa sunt. His perseverantibus dubitas utrum hic, & nunc pingere tibi liceat hoc die festo, & retinere vestem quam possides? Hæc sunt dubia practica. Dubitas incorreris ne censuram, aut irregularitatem? Hoc dubium speculativum est. Hoc dubio persistente dubitas utrum tibi nunc liceat celebrare? Dubium hoc practicum est.

V. QUÆST. II. *Utrùm operari cum conscientia dubia de peccato, peccatum sit?* RESP. Affirmant omnes, te peccare. Dubitas licitus ne sit contractus iste; & dubitatione manente contractum celebras? Certum est hoc in casu te peccare. Quoniam usque dum dubium non deponis de justitia, aut injustitia contractus, anceps intellectus manet; & si voluntas opus aggreditur, ita parata est ut illud exequi velit, sive sit, sive non sit contra legem Dei. Qui enim dubitans operatur, proximo periculo se exponit peccandi mortaliter, cum æquè probabile sit peccatum, ac non peccatum.

VI. QUÆST. III. *Quid dicendum de discrimine quod*

quod à nonnullis constituitur inter dubium facti, & juris? RESP. Pater Cardenas in *Crisi. theol. 1. dec. 6. cap. 6. art. 1.* docet in quæstione facti paria testium momenta rem indecisam relinquere; ita ut judex nequeat in alterutram partem sententiam ferre; oppositum verò in quæstione juris evenire contendit. Priorem partem invictis rationum momentis evincit; & in confirmationem plura utriusque, & canonici, & civilis juris testimonia adducit. Verùm hæc argumenta idem dicendum esse evincunt in quæstione juris, ut fusè probavi, *tom. 2. Appar. diss. 1. cap. 6. §. unic.*

CAPUT V.

Exponuntur illæ duæ regulæ: In dubiis tutior pars est eligenda: In dubiis melior est conditio possidentis: & quæ diligentia requiratur ad dubium deponendum.

TUTIUS 1. sumitur *comparatè* ad oppositam partem tutam. Status religiosus tutior est laicali, & matrimoniali; uterque tamen status, laicalis, & matrimonialis, tutus est. 2. *Adversativè* ad partem non tutam, sed dubiam: quo in sensu sola pars tutior in dubiis tuta est: idcircò tutior præcipitur eligenda. Pars *tutior* dicitur per recessum à peccato. Pars probabilior per conformitatem ad legem, & veritatem. Pars tutior in dubio positivo semper est eligenda, ut infrà demonstrabitur.

II. Altera regula est: *In dubio melior est conditio possidentis.* Hæc regula abundantur Probabilistæ. Hæc regula locum habet in materia justitiæ. Bona fide agrum possides, titulum possessionis, & dominii in controversiam vocat adversarius litte intentata. Jura omninò æqualia apparent post diligens examen. Tunc possessio tollit æqualitatem, & ager adjudicatur possessori. Hæc itaque secunda regula optimè conciliatur cum prima: *In dubiis tutior pars est eligenda.* Siquidem illa pars quæ ultra juris equalitatem affert etiam possessionem, tutior evadit. Hac ratione vera quoque est regula altera: *In dubiis tutius est favere eo.* Quoniam dum dubium versatur inter reum & actorem, tutius est dubium reum absolvere quam damnare. De duobus enim malis necessariis tutius est minus eligere. Minus autem malum est reum absolvere, quam innocentem damnare. Præfata regula extra justitiæ confinia locum non habet, ut infra demonstrabimus contra Probabilistas, quos non pudet jactare professionem libertatis adversus ipsum Deum, seu ejus æternam legem.

III. Omnes affirmant, diligentiam adhibendam esse in investigatione veritatis necessaria ad dubium deponendum. Qualis verò diligentiæ gradus necessarius sit, difficile est præscribere; sequentes tamen regulas prudentum judicio submitto.

IV. REGULA 1. Spectanda sunt, & materiæ gravitas, & consectaria quæ indè manant. Conditio personæ dubitantis præ oculis habenda est. Si hæc scrupulis angatur, si sit conscientiæ bene moratæ, non parum deservit ad judicium formandum de dubii depositione. Non omnes ad eundem diligentiæ gradum tenentur. Homo doctus consulat aut doctiores, aut æquales. Non adstringitur adire omnes, sed quos in gravi negotio consuleret. REGULA 11. Christiano ignaro sat erit consulere Parochum, vel Confessarium, quandò nulla solida ratio occurrit de ejus probitate, & doctrina dubitandi. REGULA III. Spectanda est temporis circumstantia. Nam interdùm negotium moram non patitur: & tunc divino implorato auxilio quod prudentia suggerit, decernendum est. REGULA IV. Requiritur animi sinceritas, desiderium, & studium inquirendæ, & comparandæ veritatis. Tunc autem hanc adesse sinceritatem, & comparandæ veritatis studium præsumitur, cum non in proprium commodum, & utilitatem animo indulgendi propriis appetitionibus res quæruntur, sed omnia in gloriam Dei, proximique salutem ordinantur. Contra illi sincerè veritatem non inquirunt qui opiniones propriæ libertati, & commodo faventes venantur, illosque Doctores consulere student quos blandiloquos, & indulgentes cognoscunt. REGULA V. Ferventes, & humiles præces Deo, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, fundendæ sunt. Clama, necesse: *Illumina tenebras meas. Da mihi intellectum, & vivam.* Qui sincero, humilique corde ad Patrem luminum accedit, lucem assequetur: quia sicut non permittit ultra vires nos tentari, ita nec sinit mentem nostram obcœcari, quandò ferventer ejusdem lumen petimus, & rogamus.

CAPUT VI.

De Conscientia scrupulosa.

I. COnscientiæ scrupulosæ, seu scrupuli hæc est notio: *Est levibus quidam suspicio peccati cum nimia operandi anxietate.* Distinguitur scrupulus à dubio, quod istud in judicii suspensione situm sit, ab opinione, quę nititur gravi fundamento. Ultimę particulę *cum nimia anxietate operandi* constituunt verum scrupuloſi hominis characterem qui continuis anguſtiis premitur.

II. Ex hac scrupuli finitione, quam sit erronea vulgi opinio, patet. Mundani homines, & corruptelis addicti loco scrupulosorum habent christianos viros æternæ salutis studiosos, & solicitos: qui summa vigilantia & peccata, & peccati pericula declinare student; qui illecebras insanientis mundi, choreas nempè, ludos, comœdias, & spectacula quæque detestantur, & gravissimis præceptis humilitatis, & inhiandi evangelicę perfectioni operam sedulam navant. Verum ęęi sunt, qui præfatos Christianos scrupulosorum numero accensent.

III. Plures assignari scrupulorum causæ solent. Primo naturæ dispositio. Temperamentum quod frigido, & melancholico humore abundet, ad suspiciones, & pavores declinat. Suspicio tetro penicillo res depingit, & spectra fabricat; hęc phantasiam accendunt, & timorem excitant.

tant. 2. Capitis infirmitas, & imaginativæ læsio, nimia corporis macératio, & diuturnæ vigiliæ. Hę causæ ut expellantur, medicorum arte opus est.

IV. Aliæ causę aut à dæmone, aut à propriis vitiis oriuntur. 1. Dæmones permovent humores melancholicos & tetros, unde scrupuli manare solent. 2. Societas, & familiaritas cum scrupulosis. 3. Ignorantia, quę impedit distinctionem boni à malo. 4. Superbia, qua quis nimium proprio judicio fidit. 5. Deus etiam permittit interdùm aliquas animas scrupulis vexari, aut in criminum pœnitentiam, aut ad majorem perfectionem.

V. Duplex scrupulosorum genus. Alterùm eorum qui reipsa probi, & optimè morati sunt, & nimia anxietudine declinandi vel ipsam peccati umbram torquentur scrupulis. Alterum eorum qui scrupulos sibi movent in rebus nullius momenti. Scrupulis se torqueri ajunt, quod mente distracta oraverint, quod temerè de proximo judicium tulerint, quod internis suggestionibus prompte non restiterint. Cæterùm nullum sibi scrupulum movent, quod præceptum eleemosynæ non impleverint, quod lautè vivant, suisque appetitionibus indulgere studeant, quod debita suę professionis implere negligant : loco proverbii ferter, quod scrupulosi sunt gulosi, duræ cervicis, & commodorum amatores.

VI. QUÆST. I. *Quænam sceleris eorum remedia?* RESP. Plura assignant auctores. P. Hermanus Busembaum inter regulas quas pro scrupulis pellendis exhibet, unam assignat *cap.* 3. quæ illius *medulla* dulcedinem præfacit, & est *num.* 4. posita, hisque verbis concepta apud P. Lacroix *pag.* 51. Assuefacere *se ad sequendas sententias mitiores, & minus etiam tutas.* Fill. num. 181. *To assuefacere* emphasim præfert, & latissimè divagatur per viam latam, & spatiosam. Non est opus persuasione ut homines assuefaciant se opinionibus mitioribus, & minus tutis. Natura quippè sua proni sunt ad mitiora, & laxiora, & minus tuta. Hanc regulam ut falsam, & perniciosam rejicio.

VII. REGULA. I. Scrupulosi ingrediantur viam arctam, & angustam quam Christus præscribit, & caveant à via lata, & spatiosa, quę ducit ad perditionem : id enim non ad scrupulos fovendos, sed potiùs abigendos perutile est. 2. Assuefiant humilitati, precibus, & pietatis operibus. 3. Exerceant se in virtutibus theologicis fidei, spei, & charitatis. 4. Sollicitè caveant tum mortalia, tum venialia. 5. Sanctorum vitam imitentur. 6. Seligant directorem doctum, & pium, & sanæ doctrinæ assertorem. 7. Ejusdem consiliis pareant ad nutum, & ejusdem decisiones suscipiant ut Dei. Acceptis semel regulis directionis, non debent importunè directorem adire, & molestissimis interrogationibus vexare, & tædio summo afficere; sed regularum quas acceperunt, beneficio abigere scrupulos, & spectra debent.

VIII. QUÆST. II. *Quomodò se gerere Confessarius cum scrupulosis debeat?* RESP. 1. Denuntiet scrupulosis se nolle eorundem regimen suscipere, nisi exactam, & cæcam obedientiam omninò spondeant. 2. Iisdem suadeat sanitatem eorum in obedientia præsertim sitam esse. 3. Scrupulorum causas exploret. 4. Si præterita vita vitiorum, & sacrilegiorum plena causa sit scrupulorum, confessionem generalem, methodumque tenendam in eadem faciendą præscribat. Hæc peracta, severè iisdem vetet ne imposterum de præteritis vitiis recogitent. Ad summum ter, aut quatèr audiat aliquod præteritæ vitæ peccatum. Deindè ostium elapsæ vitæ omninò claudat. 5. Exerceat eos in virtutum officiis. Diabolus versutus & vafer est. Cum non potest animum scelerum repræsentatione tecta aggredi, & subigere, conatur jugum Christi exasperare, & virtutis viam spinis, & tribulis aspergere : continuis spectris mentem replet, & cæli iter impervium, atque humanis viribus impar deplngere conatur, ut animus tandem desperatione oppressus in vetera flagitia relabatur. Curet igitur Confessarius scrupulosorum vires erigere, spem in divinam misericordiam fovere; & præreritę vitæ recordationem, quæ animum turbat, penitus ab eis dem aboleat.

IX. Sit benignus, & misericors Confessarius in animando, inflammandoque spiritu hominis scrupulosi; severus verò in admittenda confessionum elapsæ vitæ repetitione. Manifestet quam gravia mala scrupuli pariant. 1. Professionem virtutis odiosam efficiunt. 2. Desperationem inducunt. 3. Consolationem, & gaudium moratæ vitæ impediunt. 4. Animam afflictionibus replent : tempotis jacturam in vanis cogitationibus, & innumera alia mala pariunt.

X. QUÆST. III. *Licitum ne est contra scrupules agere?* RESP. Non licitum, sed debitum est scrupulos contemnere, & iis spretis contra eosdem agere. Quando aliqui scrupulosi dubitant aut de attentione necessaria in precibus recitandis, aut de omissione alicujus psalmi, vel horæ, aliqui Casuistæ suggerunt petendi juramentum à scrupuloso : Jurares ne te omisisse horam, non fuisse attentum, te consensisse tentationi, &c.? Hanc juramenti petitionem ineptam, & vanam reputo. Aut scrupulosus omninò contemnat ejusmodi suspiciones; aut Confessarius jubeat ut flexis genibus repetat horas, psalmos, quos omisisse dubitat. Fortè hæc vexatio intellectum dabit. Spectanda tamen est scrupulosorum diversitas. Commune, & generale remedium est hæc omnia contemnere, & urgere scrupulosum ut imposterum vigilantiorem, & devotiorem se habeat in suis obeundis officiis. Repetitio precum inepta est, & elapsa negligentia melius non deletur quam si magis attente, devotè, & fervenţer propria officia impleantur.

DISSERTATIO II.

De Probabilismo ejusque confessariis.

PRobabilismus per universam Theologiam excurrit. Fermentum est quod universam doctrinæ massam inficit. Utrùm eam corrumpat, aut animabus utiliorem efficiat, in disputationem vocatur. Imbecillitati meæ adeo evidens apparet Probabilismum universam morum doctrinam corrumpere, & omnes christianæ doctrinæ regulas pervertere, & ab imis fundamentis suffodere, ut verba desint quibus exprimere id pro dignitate valeam. Ne vero hanc meam sinceram, & ingenuam scribendi rationem carpere ullo modo possint Probabilistæ, in eorundem memoriam revoco quod in *Præfat. ad Reg. Mor.* §. 12. scribit doctissimus Jesuita P. Ignatius de Camargo. *Nemo*, inquit, *jure reprehendat, quod disputans in sententiam benignam deduxerim ex ea sequelas plurimas, quas affirmet, aut probet esse longe* horrendissimas, *vel* Hæreticas, *aut blasphemas.... Aliquin argumentum absurdo, quod ajunt, vel ab impossibili, quo nullum in Theologia, frequentius est, uncrebit de medio tollere.* Subdit verò ibidem celeberrimus hic Jesuita. *At video plures esse Probabilistas* sanè delicatissimos, *qui cum ipsi* audacissimè *non modò de nostra sententia, verùm etiam de* Patronis *ipsius quidvis loquantur, & scribant, benignam tamen suam opinionem vel* leviter *tangi non ferunt.* At velint, nolint, sustineant patienterque ferant necesse est ut nos pro modulo nostro, omni humano respectu contempto, evangelicam morum doctrinam à vanis commentis, & perniciosis opinionibus vindicemus.

CAPUT I.

Opiniones à S. Sede damnatæ in controversia Probabilismi.

I. IN universo hoc opere primùm omnium damnatas ab Ecclesia theses ob oculos lectorum revocabo, ut in antecessum cavere sibi ab errandi periculo queant : Sequentes autem in Probabilismi controversia proscripsit Romana Sedes sub Alexand. VII. & Ven. Innoc. XI. Pontifice O. M.

1. *Si liber sit alicujus junioris, & moderni, debet opinio censeri probabilis, dum non constet rejectam esse à Sede Apostolica tanquam improbabilem.* 27. Alex. VII.

2. *Non est illicitum in Sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relicta tutiore, nisi id vetet lex, conventio, aut periculum gravis damni incurrendi. Hinc sententia probabili tenùm utendum non est in collatione Baptismi, Ordinis sacerdotalis, aut episcopalis.* 1. Innocenc. XI.

3. *Probabiliter existimo, judicem posse judicare juxta opinionem etiam minus probabilem.* 2. ejusdem.

4. *Generatim dum probabilitate sive intrinseca, sive extrinseca, quantumvis tenui, modo à probabilitatis finibus non excedatur, confixi aliquid agimus, semper prudenter agimus.* 3. ejusdem.

5. *Ab infidelitate excusabitur infidelis, non credens dictus opinione minus probabili.* 4. ejusdem.

6. *Probabile est ne singulis quidem rigoroè quinquennii per se obligare præceptum charitatis erga Deum.* 6. ejusdem.

CAPUT II.

Quid, & quotuplex sit opinio probabilis, probabilior, tuta, & tutior? Germanus sensus quæstionis proponitur.

I. VERA opinionis probabilis finitio hæc est : *Assensus intellectus ad unam partem cum formidine partis oppositæ propter motivum probabile*, ut S. Thomas cum cæteris Theologis docet 1. *part. quæst.* 79. *art.* 9. *ad* 4. Probabile accipitur per ordinem ad veritatem. Quæ veritas, si rationibus evidentibus, & certis menti pateat, tunc mens elicit assensum certum, & evidentem, habetque de tali veritate certitudinem omnis formidinis de opposita parte expertem. Si hæc veritas solis rationibus probabilibus se menti offert, tunc mens format assensum opinantibus, seu opinionem probabilem. Quare idem valet *probabilitas*, ac *verisimilitudo*.

II. Una opinio *verisimilior*, seu *probabilior* altera dicitur, quandò occurrunt solidiora momenta pro illa quam pro hac. Quarè probabilior est quæ magis accedit veritati. Opinio *minus probabilis* nuncupatur quæ minus accedit veritati, & ab eadem magis distat quam *probabilior*. Ante ortum Probabilismi sola *opinio probabilior* pro opinione probabili habebatur. Nam opinio *minus probabilis* in conspectu *probabilioris* antiquis omnibus probabilis non fuit, & reipsa non est, ut infrà palam fiet. Utcumque tamen res se habeat, ab hoc discrimine nostra sententia non pendet.

III. Opinio probabilis dividitur in *speculativam*, & *practicam*. Hæc partitio absolutè accepta vera est. Nam scientiæ aliæ *speculativæ* sunt quæ in sola speculatione, & meditatione sistunt; aliæ ad opus se extendunt, & dicuntur *practicæ*. Hac distinctione plures abuntuntur, qui opinionem *speculativè* probabilem vocant quæ spectat actionem à suis peculiaribus circumstantiis præcisam, & *practicam*, quæ considerat objectum, seu actionem suis circumstantiis vestitam. Hełnc colligunt opinionem quæ erat probabilis *speculativè*, evadere practicè improbabilem propter variationem circumstantiarum. Hanc divisionem hoc pacto explicatam merito impugnat P. Vazquez *tom.* 1. *in* 1. 2. *disp.* 62. *cap.* 4. *& disp.* 65. *cap.* 1. Nam quando variantur circumstantiæ in genere moris, opinio non remanet eadem, sed altera evadit. Eadem enim opinio dicitur speculativa, quatenus meditatur objectum cum omnibus suis circumstantiis, & sistit in sola speculatione; evadit autem practica prout dirigit, & imperat executionem operis. A probabilitate quippè speculativa oritur practica; seu ipsa probabilitas speculativa extensione fit practica absque ullius circumstantiæ variatione, & diversitate.

IV. Rursùs opinio est probabilis ab *intrinseco*, quę nititur solido, & gravi fundamento rationis; & est probabilis ab *extrinseco*, quando nititur auctoritate Theologorum. Hæc auctoritas

tant. 2. Capitis infirmitas, & imaginativæ læsio, nimia corporis macératio, & diuturnæ vigiliæ. Hę causæ ut expellantur, medicorum arte opus est.

IV. Aliæ causę aut à dæmone, aut à propriis vitiis oriuntur. 1. Dæmones permovent humores melancholicos & tetros, unde scrupuli manare solent. 2. Societas, & familiaritas cum scrupulosis. 3. Ignorantia, quę impedit distinctionem boni à malo. 4. Superbia, qua quis nimium proprio judicio fidit. 5. Deus etiam permittit interdùm aliquas animas scrupulis vexari, aut in criminum pœnitentiam, aut ad majorem perfectionem.

V. Duplex scrupulosorum genus. Alterùm eorum qui reipsa probi, & optimè morati sunt, & nimia anxietudine declinandi vel ipsam peccati umbram torquentur scrupulis. Alterum eorum qui scrupulos sibi movent in rebus nullius momenti. Scrupulis se torqueri ajunt, quod mente distracta oraverint, quod temerè de proximo judicium tulerint, quod internis suggestionibus prompte non restiterint. Cæterùm nullum sibi scrupulum movent, quod præceptum eleemosynæ non impleverint, quod lautè vivant, suisque appetitionibus indulgere studeant, quod debita suę professionis implere negligant : loco proverbii ferter, quod scrupulosi sunt gulosi, duræ cervicis, & commodorum amatores.

VI. QUÆST. I. *Quænam sceleris eorum remedia?* RESP. Plura assignant auctores. P. Hermanus Busembaum inter regulas quas pro scrupulis pellendis exhibet, unam assignat *cap.* 3. quæ illius *medulla* dulcedinem præfacit, & est *num.* 4. posita, hisque verbis concepta apud P. Lacroix *pag.* 51. Assuefacere *se ad sequendas sententias mitiores, & minus etiam tutas.* Fill. num. 181. *To assuefacere* emphasim præfert, & latissimè divagatur per viam latam, & spatiosam. Non est opus persuasione ut homines assuefaciant se opinionibus mitioribus, & minus tutis. Natura quippè sua proni sunt ad mitiora, & laxiora, & minus tuta. Hanc regulam ut falsam, & perniciosam rejicio.

VII. REGULA. I. Scrupulosi ingrediantur viam arctam, & angustam quam Christus præscribit, & caveant à via lata, & spatiosa, quę ducit ad perditionem : id enim non ad scrupulos fovendos, sed potiùs abigendos perutile est. 2. Assuefiant humilitati, precibus, & pietatis operibus. 3. Exerceant se in virtutibus theologicis fidei, spei, & charitatis. 4. Sollicitè caveant tum mortalia, tum venialia. 5. Sanctorum vitam imitentur. 6. Seligant directorem doctum, & pium, & sanæ doctrinæ assertorem. 7. Ejusdem consiliis pareant ad nutum, & ejusdem decisiones suscipiant ut Dei. Acceptis semel regulis directionis, non debent importunè directorem adire, & molestissimis interrogationibus vexare, & tædio summo afficere; sed regularum quas acceperunt, beneficio abigere scrupulos, & spectra debent.

VIII. QUÆST. II. *Quomodò se gerere Confessarius cum scrupulosis debeat?* RESP. 1. Denuntiet scrupulosis se nolle eorundem regimen suscipere, nisi exactam, & cæcam obedientiam omninò spondeant. 2. Iisdem suadeat sanitatem eorum in obedientia præsertim sitam esse. 3. Scrupulorum causas exploret. 4. Si præterita vita vitiorum, & sacrilegiorum plena causa sit scrupulorum, confessionem generalem, methodumque tenendam in eadem faciendą præscribat. Hæc peracta, severè iisdem vetet ne imposterum de præteritis vitiis recogitent. Ad summum ter, aut quatèr audiat aliquod præteritæ vitæ peccatum. Deindè ostium elapsæ vitæ omninò claudat. 5. Exerceat eos in virtutum officiis. Diabolus versutus & vafer est. Cum non potest animum scelerum repræsentatione tecta aggredi, & subigere, conatur jugum Christi exasperare, & virtutis viam spinis, & tribulis aspergere : continuis spectris mentem replet, & cæli iter impervium, atque humanis viribus impar deplngere conatur, ut animus tandem desperatione oppressus in vetera flagitia relabatur. Curet igitur Confessarius scrupulosorum vires erigere, spem in divinam misericordiam fovere; & præreritę vitæ recordationem, quæ animum turbat, penitus ab eis dem aboleat.

IX. Sit benignus, & misericors Confessarius in animando, inflammandoque spiritu hominis scrupulosi; severus verò in admittenda confessionum elapsæ vitæ repetitione. Manifestet quam gravia mala scrupuli pariant. 1. Professionem virtutis odiosam efficiunt. 2. Desperationem inducunt. 3. Consolationem, & gaudium moratæ vitæ impediunt. 4. Animam afflictionibus replent : tempotis jacturam in vanis cogitationibus, & innumera alia mala pariunt.

X. QUÆST. III. *Licitum ne est contra scrupules agere?* RESP. Non licitum, sed debitum est scrupulos contemnere, & iis spretis contra eosdem agere. Quando aliqui scrupulosi dubitant aut de attentione necessaria in precibus recitandis, aut de omissione alicujus psalmi, vel horæ, aliqui Casuistæ suggerunt petendi juramentum à scrupuloso : Jurares ne te omisisse horam, non fuisse attentum, te consensisse tentationi, &c.? Hanc juramenti petitionem ineptam, & vanam reputo. Aut scrupulosus omninò contemnat ejusmodi suspiciones; aut Confessarius jubeat ut flexis genibus repetat horas, psalmos, quos omisisse dubitat. Fortè hæc vexatio intellectum dabit. Spectanda tamen est scrupulosorum diversitas. Commune, & generale remedium est hæc omnia contemnere, & urgere scrupulosum ut imposterum vigilantiorem, & devotiorem se habeat in suis obeundis officiis. Repetitio precum inepta est, & elapsa negligentia melius non deletur quam si magis attente, devotè, & fervenţer propria officia impleantur.

DISSERTATIO II.

De Probabilismo ejusque confessariis.

PRobabilismus per universam Theologiam excurrit. Fermentum est quod universam doctrinæ massam inficit. Utrùm eam corrumpat, aut animabus utiliorem efficiat, in disputationem vocatur. Imbecillitati meæ adeo evidens apparet Probabilismum universam morum doctrinam corrumpere, & omnes christianæ doctrinæ regulas pervertere, & ab imis fundamentis suffodere, ut verba desint quibus exprimere id pro dignitate valeam. Ne vero hanc meam sinceram, & ingenuam scribendi rationem carpere ullo modo possint Probabilistæ, in eorundem memoriam revoco quod in *Præfat. ad Reg. Mor.* §. 12. scribit doctissimus Jesuita P. Ignatius de Camargo. *Nemo*, inquit, *jure reprehendat, quod disputans in sententiam benignam deduxerim ex ea sequelas plurimas, quas affirmet, aut probet esse longe* horrendissimas, *vel* Hæreticas, *aut blasphemas.... Aliquin argumentum absurdo, quod ajunt, vel ab impossibili, quo nullum in Theologia, frequentius est, uncrebit de medio tollere.* Subdit verò ibidem celeberrimus hic Jesuita. *At video plures esse Probabilistas* sanè delicatissimos, *qui cum ipsi* audacissimè *non modò de nostra sententia, verùm etiam de* Patronis *ipsius quidvis loquantur, & scribant, benignam tamen suam opinionem vel* leviter *tangi non ferunt.* At velint, nolint, sustineant patienterque ferant necesse est ut nos pro modulo nostro, omni humano respectu contempto, evangelicam morum doctrinam à vanis commentis, & perniciosis opinionibus vindicemus.

CAPUT I.

Opiniones à S. Sede damnatæ in controversia Probabilismi.

I. IN universo hoc opere primùm omnium damnatas ab Ecclesia theses ob oculos lectorum revocabo, ut in antecessum cavere sibi ab errandi periculo queant : Sequentes autem in Probabilismi controversia proscripsit Romana Sedes sub Alexand. VII. & Ven. Innoc. XI. Pontifice O. M.

1. *Si liber sit alicujus junioris, & moderni, debet opinio censeri probabilis, dum non constet rejectam esse à Sede Apostolica tanquam improbabilem.* 27. Alex. VII.

2. *Non est illicitum in Sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relicta tutiore, nisi id vetet lex, conventio, aut periculum gravis damni incurrendi. Hinc sententia probabili tenùm utendum non est in collatione Baptismi, Ordinis sacerdotalis, aut episcopalis.* 1. Innocenc. XI.

3. *Probabiliter existimo, judicem posse judicare juxta opinionem etiam minus probabilem.* 2. ejusdem.

4. *Generatim dum probabilitate sive intrinseca, sive extrinseca, quantumvis tenui, modo à probabilitatis finibus non excedatur, confixi aliquid agimus, semper prudenter agimus.* 3. ejusdem.

5. *Ab infidelitate excusabitur infidelis, non credens dictus opinione minus probabili.* 4. ejusdem.

6. *Probabile est ne singulis quidem rigoroè quinquennii per se obligare præceptum charitatis erga Deum.* 6. ejusdem.

CAPUT II.

Quid, & quotuplex sit opinio probabilis, probabilior, tuta, & tutior? Germanus sensus quæstionis proponitur.

I. VERA opinionis probabilis finitio hæc est : *Assensus intellectus ad unam partem cum formidine partis oppositæ propter motivum probabile*, ut S. Thomas cum cæteris Theologis docet 1. *part. quæst.* 79. *art.* 9. *ad* 4. Probabile accipitur per ordinem ad veritatem. Quæ veritas, si rationibus evidentibus, & certis menti pateat, tunc mens elicit assensum certum, & evidentem, habetque de tali veritate certitudinem omnis formidinis de opposita parte expertem. Si hæc veritas solis rationibus probabilibus se menti offert, tunc mens format assensum opinantibus, seu opinionem probabilem. Quare idem valet *probabilitas*, ac *verisimilitudo*.

II. Una opinio *verisimilior*, seu *probabilior* altera dicitur, quandò occurrunt solidiora momenta pro illa quam pro hac. Quarè probabilior est quæ magis accedit veritati. Opinio *minus probabilis* nuncupatur quæ minus accedit veritati, & ab eadem magis distat quam *probabilior*. Ante ortum Probabilismi sola *opinio probabilior* pro opinione probabili habebatur. Nam opinio *minus probabilis* in conspectu *probabilioris* antiquis omnibus probabilis non fuit, & reipsa non est, ut infrà palam fiet. Utcumque tamen res se habeat, ab hoc discrimine nostra sententia non pendet.

III. Opinio probabilis dividitur in *speculativam*, & *practicam*. Hæc partitio absolutè accepta vera est. Nam scientiæ aliæ *speculativæ* sunt quæ in sola speculatione, & meditatione sistunt; aliæ ad opus se extendunt, & dicuntur *practicæ*. Hac distinctione plures abuntuntur, qui opinionem *speculativè* probabilem vocant quæ spectat actionem à suis peculiaribus circumstantiis præcisam, & *practicam*, quæ considerat objectum, seu actionem suis circumstantiis vestitam. Hełnc colligunt opinionem quæ erat probabilis *speculativè*, evadere practicè improbabilem propter variationem circumstantiarum. Hanc divisionem hoc pacto explicatam merito impugnat P. Vazquez *tom.* 1. *in* 1. 2. *disp.* 62. *cap.* 4. *& disp.* 65. *cap.* 1. Nam quando variantur circumstantiæ in genere moris, opinio non remanet eadem, sed altera evadit. Eadem enim opinio dicitur speculativa, quatenus meditatur objectum cum omnibus suis circumstantiis, & sistit in sola speculatione; evadit autem practica prout dirigit, & imperat executionem operis. A probabilitate quippè speculativa oritur practica; seu ipsa probabilitas speculativa extensione fit practica absque ullius circumstantiæ variatione, & diversitate.

IV. Rursùs opinio est probabilis ab *intrinseco*, quę nititur solido, & gravi fundamento rationis; & est probabilis ab *extrinseco*, quando nititur auctoritate Theologorum. Hæc auctoritas

minùm : Psalm. 11. Quænam verò major diminutio veritatis, quam si rejiciatur quod magis accedit veritati, & eligatur quod plus distat à veritate, seu quod judicatur minus verum ; cum Deus contra imperet ? *Mandasti mandata tua custodiri nimis* : Psalm. 118. Tandem Deus *Eccli.* 37. hæc præcipit : *Ante omnia opera, verbum* VERAX *præcedat te, & ante omnem actum consilium stabile*, non *minus* vetax, nec *minus* stabile.

IX. Hinc itaque conficitur argumentum. Articulus fidei est evangelicam legem, quam pro conscientiæ nostræ regula certa, tuta, & indefectibili Christus Jesus nobis dedit, puram & solam veritatem continere, & omnem falsitatem rejicere, & detestari. Hæc, ut dixi veritas fidei est. Probabilistæ defendunt, & quidem pugnacissimè, licitum esse usum contradictoriarum opinionum, in quarum alterutra contineri falsitatem antievangelicam, certò, & evidenter sciunt. Ergo Probabilistæ certo, & evidenter docent falsitatem *cognitam* vi systematis esse regulam rectæ conscientiæ. Ergo Probabilistæ propugnant doctrinam antievangelicam.

X. Secunda propositio est evidentissima, cum sit argumentum disputationi subjectum. Negant ne Probabilistæ licitum usum opinionis probabilioris ? Negant ne licitum usum minus probabilis contrariæ de eadem prorsùs actione, & respectu ejusdem personæ ? Utinàm hoc negarent, quia repudiarent Probabilismum, & eundem dictis devoverent. Non tantùm id haud negant; quin potiùs disertissimè affirmant, & omnium ore ita alloquitur Christum P. Antonius *Casnedi tom.* 2. in ipsa dedicatione operis. *Cum Magister veritatis sis, adeò humanæ conditionis imperitiæ, ut in* tuo *veritatis* tribunali error *inculpatus ipsum* corquet veritatem. *Eum enim non accusas, sed excusas ; non plectis, sed* præmiaris, *ipsam tuam legem habendo pro non lege, & tuam non legem habendo pro lege, si lex ut non lex, & non lex ut lex invincibiliter ignoretur.*

XI. Hanc doctrinam, ut vidimus *supra cap.* 3. admittunt, & defendunt communiter omnes Probabilistæ. Ergo evidentissima est secunda demonstrationis nostræ propositio, videlicèt Probabilistas docere licitum esse usum falsitatis Probabilismi pallio indutæ : & hanc falsitatem, & errorem ipsum ignorantiæ nube obtectum ingredi Paradisi januam, & æterno gloriæ præmio à Patre veritatis coronari. Hæc autem doctrina imbecillitati meæ, & salvo meliori judicio evidenter falsa, antievangelica, & scandali plena apparet.

XII. Lubet quæ dixi, sensibili exemplo confirmare. Sunt duo pocula vini, in quorum altero venenum latitat, at ignoro in quorum determinatè residеat. Si duobus hominibus ambo pocula bibenda traderem homicidii sanè reus forem : quoniam scio certè in alterutra venenum mortale contineri. Sunt duæ opiniones contradictoriæ, in quarum altera continetur transgressio divinæ legis, adeòque reatus æternæ damnationis. Ignoras utique quænam determinatè vera sit ; at certissimè scis in alterutra contineri falsitatem. Ambas sequendas proponis, Petro unam, Paulo alteram. Hæc propositio continet statum quæstionis, quam omnes Probabilistæ defendunt. Unum præ omnibus audiamus P. Paulum Laymanum, omnium Probabilistarum moderatissimum, qui *lib.* 1. *tract.* 1. *cap.* 5. hæc scribit : *Arbitror nihil à ratione alienum fore, si Doctor consultus significet consulenti, opinionem à quibusdam viris doctis tamquam probabilem defendi, quam proindè sequi ipsi liceat. Quamvis idem* Doctor *ejusmodi sententiam speculativè* falsam certo sibi *persuadeat, ut proindè ipsemet in praxi sequi non possit. Cum enim consulens in re dubia, jus habeat se conformandi opinioni quæ à quibusdam viris doctis defenditur, nihil obstante quod aliqui alii contradicant, & speculativè sententiam im probabilem judicent, hoc ipsum jus consulenti Doctor indicare non prohibetur : atque hinc existit quod vir doctus* Diversis *secundum* Oppositas Sententias, Oppositа Consilia *dare possit, servata tamen discretione, ac prudentia.* Paucis hic habes totum Probabilismi arcanum expositum. Tu judices propositionem quę tractat de peccato morali, certo falsam speculativè, idest absolutè in se. Si falsam *certo* judicas, *certo* quoquè judicas esse *antievangelicam*, atque adeò à Deo proscriptam ; cum omnis falsitas improbata sit à Deo. Tibi eam sequi non licet, inquit P. Laymanus ; licet tamen tibi aliis eam suadere. Quid ? Aliis suadere potes quod tibi non licet ? Ubi ergo Christi oraculum : *Quod tibi non vis fieri, alteri ne facias* ? Ubi veritatis amor, quam sequi præciperis, & alios edocere?

XIII. Ad ultimam nunc propositionem á me propositam devenio. *Vir doctus diversis secundum oppositas sententias oppositа consilia dare potest.* Vir doctus evidenter scit, ut diximus, & absolutè cognoscit in alterutra sententiarum contineri venenum falsitatis ; utrasque tamen diversis hominibus illas sequendas præbet, & suadet. Ergo sciens, & volens veneno falsitatis unum consulentium occidit. Falleris, inquiunt. Venenum falsitatis fuco Probabilismi illitum vim amittit occidendi. Ita ne verò ? Quod falsitas ignorantia invincibili tecta innoxia evadat, & ipse fateor. At quod falsitas evidenter cognita sit vitiosa, nemo negare valet. P. Layman, & cum eo omnes ad unum Probabilistæ docent duo hæc paradoxa, mihi sanè monstrosa. Primum, quod tu suadere queas sententiam quam certè falsam in se cognoscis. Alterùm, quod tu secundùm oppositas sententias oppositа consilia diversis hominibus præbere valeas ; cum certissimè scias in alterutra sententia falsitatis venenum latitare. Uni enim istorum hominum doctrinam in se antievangelicam, qualis est omnis doctrina falsa, suades. Doctrina autem antievangelica non in cælum extollit, sed ad infernum detrudit. Quis hinc evidentissimè non colligit, Probabilismum hunc Evangelium Christi ad putrum, putumque Scepticismum, Pyrrhonismum & Academicismum reducere ?

CAPUT IV.

Summi Pontificis Alexandri VII. auctoritate evincitur systema probabilisticum pugnare cum lege evangelica.

I. QUÆ hactenùs dicta sunt, satis superque sufficerent profligando, exterminandoque Probabilismo. Verùm quò luculentior veritas est, eò pluribus indigent cavillationibus, effugiis, latebris, & sophisticis distinctionibus qui obscurare, & opugnare illam enituntur. Quamobrèm & nos cogimur sermonem protrahere, & quæ diximus, summorum Pontificum auctoritate confirmare.

II. Alexander VII. an. 1665. die 24. Septembris hoc evulgavit Decretum. „ Sanctissimus „ D. N. audivit non sine magno animi sui mœ„ rore *complures opiniones* christianæ disciplinæ „ relaxativas, & animarum perniciem inferentes „ partim antiquatas iterum suscitari, partim no„ viter prodire ; & summam illam *luxuriantium* „ *ingeniorum* licentiam in dies magis excrescere, „ per quam in rebus ad conscientiam pertinen„ tibus *modus opinandi irrepsit* alienus *omninò ab* „ *evangelica simplicitate*, sanctorumque Patrum „ doctrina ; *& quem si pro recta regula fideles in* „ *praxi sequerentur, ingens eruptura esset christianæ* „ *vitæ corruptela*. Quarè nullo umquam tempore „ viam salutis, quam suprema veritas Deus, cu„ jus verba in æternum permanent, arctam esse „ definivit, in animarum perniciem dilatari, seu „ *vitias pervertì* contingeret : idem sanctissimus „ D. N. ut oves sibi creditas ab *ejusmodi spatiosa,* „ *lataque*, per quam itur ad *perditionem*, *via* pro „ pastorali sollicitudine in rectam semitam evo„ caret, earundem opinionum examen pluribus, „ &c. “

III. Conferatur hoc decretum cum demonstratione antecedenti, & continuò apparebit Probabilismum non minus cum evangelica doctrina pugnare, quam tenebras cum luce. Tria perpendenda in decreto Alexandrino. Propositiones damnatæ, de quibus nunc disputatio nulla. Alterum, *Modus opinandi irrepsit* in morum Theologia, seu *in rebus ad conscientiam pertinentibus*. Hunc modum intrusit summa *luxuriantium ingeniorum* licentia. Modus iste opinandi seu *probabilizandi* alienus *omninò* est ab evangelica simplicitate, idest *à spiritu, & sinceritate evangelicæ legis, sanctorumque Patrum doctrinæ*. Quid hèinc consequitur ? Si fideles, si pastores, & animarum moderatores *hunc modum* sequerentur, *ingens* in christianam vitam *eruptura esset corruptela*. Tertium est, modum hunc probabilisticè opinandi animas christianas in viam latam, & spatiosam, quæ ducit ad perditionem, detrudere. Quare SS. Pontifex ut eâdem in semitam salutis, quam arctam esse Deus definivit, revocaret, opiniones plures damnavit. Plantam probabilisticam venenificam, seu ab evangelica lege, & Patrum doctrina alienam declaravit ; fructus verò plures indè proficiscentes reprobavit.

IV. Heinc luce meridiana clariùs patet in hoc decreto Pontificem sermonem habere, non de opinionibus dumtaxat particularibus (nam has opiniones sigillatim damnat) sed de ipso probabilistico systemate. Modus opinandi irrepsit, quem si pro *regula* sequerentur fideles, in viam perditionis prolaberentur. *Regula* autem formandi conscientiam est Probabilismus, at latè probat Terillus in suo *tract. de Reg. mor.* Regula est, ipsis fatentibus Probabilistis, *benigna*. Pontifex verò declarat hanc regulam pugnare cum Evangelio, Patrumque doctrinam. Ediffèrant nobis Probabilistæ, quinam alius *modus*, quænam alia *regula* aliena ab Evangelio, & Patrum doctrina irrepsit in morum Theologiam, præter Probabilismum ? Designent nobis alium modum, aliud systema, aliam regulam.

V. Hæc omnia in obvio decreti sensu evidentia sunt. Accedit quod omnibus historicis fatentibus Probabilismus denuntiatus Pontifici summo fuit. Præterea *Stephanus Gradius* Vaticanæ Bibliothecæ Præfectus, & Alexandro VII. suppar, testatur tum in *vota* sacræ Congreg. jussu edito, tum in *disputatione* anno 1670. Romæ edita adversus *P. Honoratum Fabrum*, Pontificem illis verbis *modus opinandi*, &c. notasse *Probabilismum*. Siquidem Pontifex acceptis tot epistolis adversus Probabilismum ab Episcopis Galliarum, & Belgii, *ceperat* (inquit *Gradius*) *impetum egregius Dei relator, gravis omninò, ac severa in hac re tota* (de Probabilismo) *& malum, ut ajebat, in sua fonte, & radice funditus excindendi, diserta edita constitutione..... Nec verò quidquam propriùs fuit quam ut id faceret : feciſſetque sine dubio, nisi intervenisset ejus consilio Cardinalis Pallavicinus, cui accuratiorem deliberationem ea visa res est postulare, quam ut celeriter, quod apparebat futurum, explicari posset ; ac multo fore consultius, si dilata tantisper pleniori cognitura, ipsa in præsentia opiniones nominatim configerentur, ut factum est .... adjectaque præfatio, quæ licet sub invincro verborum, verè manifestum facit decernentis animum, ab hac philosophandi de moribus ratione alienum, quam propterea, ut vides*, appellavit *modum opinandi contrarium evangelicæ simplicitati, sanctorumque Patrum doctrinæ.*

VI. Alexandrum VII. his verbis (*modus opinandi* &c.) notasse Probabilismum testatur etiam universa Ecclesia Gallicana in Comitiis generalibus congregata anno 1700. his verbis : „ Nunc „ ut ad aliud fidei caput veniamus, ad moralem „ scilicèt Theologiam, his postremis tempori„ bus, prava ingeniorum licentia, ac subtilita„ te corruptam, præmittenda putamus verba fe„ licis mem. Alexandri VII. .....*Modus opinan„ di irrepsit*, &c. qua sententia non modò erro„ res increvisse quæritur, *verum etiam, quod ca„ put est, advertari voluit, ipsam rei tractandæ* „ *rationem* esse introductam, undè videremus „ corruptelam morum non modò secuturam, „ verùm etiam, facto veluti impetu, irruptu„ ram, quam vix cohibere possemus.

„ Neque verò satis fuit sanctissimo Pontifici „ (perpendant hæc verba Probabilistæ) novam

tas non tam ex eorum numero quam ex eorum merito, doctrina, & sanctitate metienda est. Præterea altera est opinio probabilis *objectivè*, quę in se talis est, quatenus pro se habet gravia rationum momenta, sive à ratione, sive ab auctoritate accersita; & altera opinio probabilis *subjectivè* dicitur, quæ viro serio, & maturè consideranti rationes, & fundamenta ejusdem illi talis apparet. Si hæ rationes revera solidę, & graves sint, tunc opinio est probabilis, & *objectivè*, & *subjectivè*.

V. Tandem opinio alia tuta, alia tutior. Status laicalis, & matrimonialis tutus est: tutior est status religiosus: uterque tamen status tutus est. Et quia hoc exemplo utitur P. Medina 1. 2. q. 19. *art.* 6. in explicatione probabilis, & probabilioris, idcircò excusari à multis solet à *Probabilismo* recentiorum. Usus igitur istius distinctionis locum habet tum solum cum ambę sententiæ certæ sunt, sed una remotior est à peccandi periculo etiam materialiter. Contritio charitate imperfecta formata sufficit in omnium sententia ad Sacramentum pœnitentiæ. Hæc sententia tuta est. At si charitas perfecta sit, tutior sanè sententia evadit.

VI. Imperitorum plurimi confundunt sententiam tutiorem cum probabiliore, & tutam cum minus probabili. Hinc *Probabilioristæ* vocantur ab imperito vulgo *Tutioristæ* & *Rigoristæ*. Sed hæc putida calumnia est ex ignorantia, & quidem supina parta. Opinio stans pro lege *tutior* est, at non propterea *probabilior*. Quoniam opinio tutior dicitur quæ magis removet hominem à periculo peccandi. Si tamen interdùm asseratur talem opinionem obstringere hominem ad ejusdem executionem, falsa, & improbabilis erit. Tutius sanè quis servabit castitatem, si nunquam mulieres aspiciat, aut alloquatur, & tutius abstinebit ab usura, si nullos ineat contractus. At si obstringere absolutè velis homines ut ab omnium mulierum colloquio, & ab omni contractu abstineant, opinio penitùs improbabilis, & falsa est. Opinio quippè tutior, & opinio probabilior á diversis principiis manant: hæc à majori accessu ad veritatem, & à gravioribus rationum momentis; illa à majori recessu à periculo peccandi.

VII. Ultimò dividitur probabilitas in probabilitatem *conscientię*, & in probabilitatem *impunitatis*. Probabilitas conscientię ea est de qua hactenùs. Probabilitas impunitatis ea est qua gaudent libri editi cum approbatione Revisorum, seu Censorum: quæ probabilitas minimè sufficit ad formandam conscientiam probabilem. Quarè proscripta est ab Alexandro VII. sequens opinio: *Si liber sit alicujus junioris & moderni, debet opinio censeri probabilis, dum non constet esse rejectam à Sede Apostolica tanquam improbabilem.* Hinc patet quanta laborent ignorantia illi qui effutiunt: Liber approbatus est: ergo opinio sua fruitur probabilitate. Hac sola probabilitate *iniquitatis* gaudent plures Ordinum Regularium constitutiones, quę approbatæ sunt *in forma communi*, secus *in forma specifica*. Hac approbatione ritu solemni omnes sententiæ, & leges in libro contentæ sigillatim discutiuntur, & approbantur. An hac approbatione in forma *specifica*, ut ajunt, aliquæ Ordinum constitutiones sint approbatæ, me latet. Communiter approbatæ sunt in *forma communi*; & tunc sola gaudent probabilitate *impunitatis*. Quamobrèm sicut in aliis libris approbatis in forma communi, sic & in his constitutionibus occurrere opiniones possunt improbabiles. Et tunc ineptæ allegantur approbationes pontificię, ut tales improbabiles opiniones propugnentur ut probabiles probabilitate *conscientię*, cum sint dumtaxàt probabiles probabilitate *impunitatis*.

STATUS QUÆSTIONIS *exponitur.*

VIII. Argumentum de quo disputatio instituitur, & quod per universam Theologiam excurrit, ejusmodi est. „ Quis dubitat sit ne aliqua actio mala moraliter, seu divina lege prohibita? Is agnoscit in utramque partem Theologos graves, & pios invicem pugnare, sibique contradicere. Omnibus maturè expensis, tum à ratione, tum ab auctoritate probationibus deprehendit, & judicat verosimiliùs talem actionem esse vitiosam: videt fundamenta quę evincunt malitiam, & prohibitionem actionis esse graviora, & superare fundamenta opinionis oppositę, quæ stat pro honestate ejusdem actionis. Quæritur posit ne is, rejecta probabiliore, sententiam amplecti minus probabilem, & prefatam actionem liberè exequi?

IX. Negant *Antiprobabilistæ*. Affirmant è contrario *Probabilistæ*, atque defendunt, licitum esse usum utriusque opinionis, ita ut possit Christianus quam maluerit eligere. Probabiliorem quidem ex consilio majoris perfectionis, minus verò probabilem ex libertate electionis; cum nullum præceptum urget ad priorem.

CAPUT III.

Argumento evidenti, & ineluctabili evincitur, doctrinam de licito usu opinionis minus probabilis in cospectu probabilioris esse falsam & antievangelicam.

PRIMA PROPOSITIO.

I. Articulus fidei est evangelium Christi continere solam & puram veritatem cum exclusione cujuscumque falsitatis, atque hoc Evangelium esse regulam certam & tutam, quam pro nostra conscientia dirigenda Deus nobis assignavit.

Hæc prima propositio articulus fidei est, & extra cujuscumque disputationis, & cavillationis aleam constituta.

SECUNDA PROPOSITIO.

II. Probabilistę docent licitum usum utriusque propositionis contradictoriæ, quarum una si vera est, altera falsa sit necessum est. Utraque enim esse vera nequit, ut omnes fatentur.

Hæc

Hęc secunda propositio est ipse status quæstionis. Est veritas facti luculentissima, quæ revocari in controversiam à nemine potest, nisi quæstionis status destruatur.

TERTIA PROPOSITIO.

III. Ergo doctrina Probabilismi est antievangelica, cum doceat licitum usum falsitatis, quæ in alterutra opinionum continetur, quæque hostiliter cum Evangelio pugnat. Consequentia hæc legitima est, & necessario manat ex duabus primis propositionibus.

§. I.

Brevis explicatio primæ propositionis.

IV. Utique lex evangelica est regula extrinseca & remota operationum moralium; & regula intima & proxima est mentis ratio, qua ipsa lex evangelica proponitur. At cum lex ista sit lex veritatis, uti de fide est, qui statuunt regulam conscientiæ esse falsitatem, ut *cognitam*, docent errorem antievangelicum. Quis hoc inficiabitur? Hoc docent Probabilistę vi sui sistematis; quod evinco explicando secundam propositionem.

§. II.

Brevis explicatio secundę propositionis.

V. Fateor certo nobis non constare, quænam ex duabus opinionibus vera sit. Nam evenire, licèt perraro, potest ut opinio quæ nobis probabilior videtur, falsa sit, & minus probabilis, vera. Quid heinc? Illud sanè quod si post maturam diligentiam Antiprobabilista erret in eligenda falsitate veritatis loco, dignus excusatione error sit. Siquidem Antiprobabilista veritatem ut regulam certam, & evangelicam venerantur, & propugnat solam veritatem esse normam conscientiæ nostræ. Huic autem principio non contradicit, si ob suam imbecillitatem in seligenda sententia quam veritati propinquiorem certò judicat, decipiatur.

VI. Probabilista è contrario loco systematis & principii constituit sciens & volens, licitum esse usum opinionum contradictoriarum, quarum si una vera est, altera falsa sit oportet. Certò, & evidenter scit Probabilista, quemadmodum sciunt omnes, alterutram contradictoriarum esse falsam. Ergo dum Probabilista loco principii constituit licitum usum contradictoriarum opinionum, *dogmatizat* errat: quia pro regula conscientiæ statuit falsitatem *cognitam*, quam scilicet in alterutra opinionum contradictoriarum contineri certo scit. Quamvis enim ignoret quænam ex duabus vera sit; evidenter tamen scit, in alterutra contineri falsitatem. Ergo loco sistematis constituendo licitum usum utriusque opinionis contradictoriæ, sistematice docet licitum usum falsitatis etiam *cognitæ*. Nihil autem hostilius pugnat cum evangelica veritate, quam falsitas. Dupliciter ergo errat Probabilista. Primo *dogmatice*, ut ostensum est, quia pro sistemate constituit licitum usum falsitatis *cognitę* contentæ in alterutra contradictoriarum propositionum: secundò *moraliter*, contra prudentiam, & debitum inveniendæ veritatis, dum opinionem minus probabilem, seu minus propinquam veritati, & magis vicinam falsitati seligit in conspectu verisimilioris pro suæ conscientiæ regula. Sed de hoc secundo infra. Nunc enim de solo errore, qui dogmaticus dici potest, sermo est.

§. III.

Probabilistę simplex & perspicuum responsum præbere huic demonstrationi non possunt.

VII. Torquere ingenia sua Probabilistæ, & distinctionum centones infarcire possunt; at nunquam simplex, & perspicuum præfatæ demonstrationi dabunt responsum. *Propositio prima* articulus fidei est, millies in Scripturis repetitus. *Lex tua veritas. Lex veritatis in ore ejus*, Psalm. 118. *Omnia mandata tua veritas. Mandasti justitiam testimonia tua, & veritatem tuam nimis.* Subdit Zacharias c. 8. *Veritatem tantum, & pacem diligite.* Deus veritatem custodiendam tradidit populo tuo. *Gens justa custodiens veritatem*: inquit Isai. c. 26. Populus Dei hanc veritatem manifestat, repetit c. 28. Isai. *Notam faciet veritatem.* Et per hanc veritatis semitam Filii Dei ambulant. 3. Reg. 3. *Ambulantes in veritate.* Hanc elegit David Psalm. 118. *Viam veritatis elegi*, minimè viam probabilitatis. Hac veritate sancti evadimus. *Sanctificati in veritate.* Isti parati sunt ad veritatem propugnandam, inquit Paulus 2. Cor. 13. *Non enim possumus aliquid adversus veritatem, sed pro veritate.* Hæc est sanctitatis regula. *In sanctitate veritatis*, subdit idem Paulus *Epbes.* 4. In mundum Christus venit ut hanc nos doceret veritatem, pergit Paulus 1. ad Timot. 2. *Qui vult omnes homines salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.* Electos suos filios veritatis appellat, Jac. c. 1. *Genuit nos verbo veritatis.* Quoniam *Deus veritas est.* Veritas est quæ nos à peccato liberat, subditur Joann. c. 8. *Cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos.*

VIII. Privatio veritatis nota est reproborum, ut habetur 1. Mach. *Non est veritas in eis. Sunt isti*, inquit 1. ad Timoth. 6. Paulus *veritate privati*: additque 2. ad Thess. c. 2. *Non credidерunt veritati*: immò *à veritate auditum avertent*: 2. Tim. 4. *Avertentes se à veritate*: ad Timoth. 1. *Resistunt veritati*: 2. ad Tim. 2. Istius veritatis amore destituti sunt: *Charitatem veritatis non receperunt*: 2. Thess. 2. *Non acquieverunt veritati*: Rom. c. 2. *Veritatem non loquuntur*: Jer. c. 9. *Qui veritatem in injustitia detinent*: Baruch. 4. atque opinionum pravitate in mendacium transformant: *Commutaverunt veritatem Dei in mendacium*: Rom. c. 1. Veritatis oblivio terram replevit, ait Isai. c. 59. *Facta est veritas in oblivionem.* Ita est, clamat Oseas c. 4. *Non est veritas in terra.* Hanc obscurare & extenuare tentat ut homines: *Diminuta sunt veritates à filiis hominum*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

„ hanc methodum *indifferendæ conscientiæ, & invenien-*
„ *dæ veritatis*, hoc est est ipsum mali de-
„ texisse fontem, sed exitialis doctrinæ rivulos
„ infectatus &c. "

VII. Tandem post multa hoc solemne edictum adversus Probabilismum omnium laxitatum fontem edidit.

DE OPINIONUM PROBABILIUM USU.

„ Absit verò ut probemus eorum errorem qui
„ negant, licere sequi vel inter probabiles pro-
„ babilissimam. Sed ad rectum usum probabi-
„ lium has regulas à jure præscriptas cognoscei-
„ mus.

„ Primum est ut in dubiis de salutis negotio,
„ ubi æqualia utrimque animo se offerunt ratio-
„ num momenta, sequamur id quod tutius, sive
„ id quod est in eo *casu* (N. B.) *unicè tutum*:
„ nec id *consilii* (ut ajunt Probabilistæ) sed *præ-*
„ *cepti* loco *habeamus*, dicente Scriptura: *Qui*
„ *amat periculum, in illo peribit. Hæc est prima*
„ *regula.*

„ *Altera.* Ut circa probabiles de christiana
„ doctrina sententias sequamur id quod *Vincen-*
„ *tius Concilium œcumenicum* circa infusas tam par-
„ vulis, quam adultis in baptismate virtutes de-
„ crevit his verbis: *Non hanc opinionem tanquam*
„ probabiliorem *& dilitr Sanctorum, ac Doctorum*
„ *modernarum Theologiæ magis consonam, & concor-*
„ *dem duximus eligendam.* Quod Concilii judi-
„ cium eo magis ad dirigendos mores pertinere
„ constat, quo magis ex ipsis fidelium sanctitas,
„ ac salus pendet, &c.

„ Quod ergo in praxi *eam nobis liceat sequi*
„ *sententiam quam nec* ipsi ut probabiliorem eli-
„ *gendam judicamus*, hoc novum inauditum, *hoc*
„ *certis, aut datis auctoribus repugnans* (N. B.) *de-*
„ *mum sæculo prodiitum, & ab eisdem pro mortuæ*
„ *regulæ positum*, repugnat huic effato Vincentii
„ Lirinensis, &c.

„ *Hoc initium malorum esse, atque omnium an-*
„ *tedictarum corruptelarum caput. Hoc in censuris*
„ *Apologia Casuistarum ab antecessoribus nostris, vi-*
„ *risque fortibus, & religiosis censorib notatum.* " Vide *tom. 2. Ap. lib. 3. diss. 2.*

CAPUT V.

Ven. Innocentii XI. Pontificis summi auctoritate Probabilismus evincitur improbatus.

I. DUO edidit Decreta summus hic Pontifex, quibus Probabilismus everitur: alterum 1679. ad universalem Ecclesiam directum; alterum 1680. ad Generalem Societatis Jesu datum, in quo perspicuè declarat, se Probabilismum detestari. *Vide tom 2. Ap. lib. 3. diss. 3. cap. 2.*

II. In priori decreto quatuor propositiones damnatæ sunt, quæ sunt veluti quatuor Probabilismi cardines. Paucis eadem expendam. 3. hæc est: *Generatim dum probabilitate sive intrinseca, sive extrinseca, quantumvis tenui, modò à probabilitatis finibus non exeatur, confisi aliquid agimus, semper prudenter agimus.*

III. Respondent Probabilistæ, damnatam thesim esse ob illas duas particulas *generatim*, & *semper*, quia, inquiunt, judices, & Confessarii nequeunt uti opinione minus probabili. Responsio futilis. Quoniam Pontifex sigillatim damnavit usum opinionis minus probabilis in judicibus, & administratione Sacramentorum. Cavillantur alii *probabilitatem tenuem* non esse veram probabilitatem. Effugium vanum. Nam in thesi proscripta dicitur: *Modò à probabilitatis finibus non exeatur.* Ergo usus veræ probabilitatis damnatus est.

IV. Altera propositio damnata hæc est: *Probabiliter existimo, judicem posse judicare juxta opinionem etiam minus probabilem.* Ante Probabilismi nativitatem Theologorum nemo, quod sciam, hanc thesim docuit. Est legitimus Probabilismi fœtus. Iam ante decretum Pontificis communiter Probabilistæ defendebant, ut testantur Salmanticenses *tract. 29. c. 5. p. 4.* & P. Camargo septuaginta circiter Probabilistas propugnasse testatur ante decretum quòd judicem posse uti opinione minus probabili, ac cæteros omnes. Ergo testimonio 70. Probabilistarum usus opinionis minus probabilis non minus damnatus absolutè est respectu omnium, quam respectu judicum. Et meritò quidem id asserebant. Nam hoc est unicum Probabilismi fundamentum: *Qui probabiliter operatur, prudenter operatur. Ergo licite operatur.* Ergo hoc principium aut ubique, nullibi consistit. Reponunt, eum prudenter operari qui opinionem *practicè* probabilem, secus qui opinionem *speculative* probabilem sequitur. Opinio minus probabilis in tribunali *speculativè* tantum, non autem *practicè* probabilis est. Cur? Quia probabilitas *practica* spectat licitum, aut illicitum: *speculativa jura, & leges meditatur.* Opinio quæ decidit culpam fundi, feuda, & arva debeantur, non est practica? Lepidissimum commentum. Judex ergo adjudicans Petro fundum secundum opinionem *probabiliorem*, judicat secundum opinionem *speculativè*, non *practicè* probabilem?

V. Respondet Terillus, Probabilismi reflexi facile princeps, judicem obstringi sententiam dicere juxta id quod sibi verius apparet, omni humano effectu excluso. At cur & judices animarum id præstare non tenentur? Nequaquam, reponit P. Terillus *de Consc. q. 24. n. 26. pag. 476.* his verbis. RESP. *Disparitatem esse, quia Confessarius format dictamen sug conscientiæ* dependenter *à dictamine conscientiæ* pœnitentis. *Pœnitens enim non peccat, nec excusatur à peccato per judicia Confessarii, sed solùm per propria judicia. Ergo Confessarius, qui judicare debet de peccato pœnitentis, respicere debet ad sententiam quam pœnitens bona fide secutus est. Quæ etsi directè minus probabilis, excusat pœnitentem à peccato, adeòque* determinat *Confessarium ad dicendum, quod ita, licèt directè minus probabili, bona fide eam sequentem à peccato liberet. At judex suum judicium per judicium litigantium non regulat: alioquin in utriusque favorem deberet sententiam pronuntiare. Itaque judex suum judicium, suamque sententiam regulat per*

per ea quæ sibi, non quæ aliis probabiliora videntur: idèoque sequi debet quæ ipse omnibus pensatis judicat esse probabiliora.

VI. Conqueruntur Probabilistarum plures cum nos elata voce clamamus hæc esse inaudita, & portentosa paradoxa. Sed humillimè illos deprecor, enixèque rogo, ut, positis præjudiciis, expendere illi serio velint, num doctrina hæc conjungi non dico cum Evangelio, sed cum sensu communi queat. Confessarius formet dictamen suæ conscientiæ *dependenter* à dictamine pœnitentis? Quis audire hæc valet? Confessarius sedens in tribunali aut est, aut non est judex? Judicis personam agere quis negaverit? Ergo, qua judex, pendere non potest à judicio pœnitentis. Si à pœnitentium judicio penderent Confessarii, non à legibus Ecclesiæ, jureque divino, semper absolvendi, & nunquàm ligandi pœnitentes essent. Nam Catholicorum nemo ad tribunal accedit qui non habeat dictamen, quo se absolvendum esse judicet. Nam si indignos se absolutione judicarent, ad illud profectò non accederent.

VII. Alteram disparitatem inter judicem & Confessarium assignant communiter Probabilistæ. Ideo, inquiunt, nequit judex sequi opinionem minus probabilem, quia si hæc falsa sit, non evitatur malum quod indè evenit Cajo causa cadenti. Contra si opinio minus probabilis, quam sequitur Theologus, sit falsa, nullum conjungitur malum: violatio enim legis materialis tunc est: & aliundè Deus non patitur aliquod damnum. Sic docet *de Conf. q. 24. num. 53.* Terillus. *Deus est incapax omnis damni, & solùm detrimenti potest pertimescere offensam. Omnis autem offensa per bonam fidem operantis rationabiliter consistatur manifestè vitatur. Atque bono in casu objectionis non tenetur judicare in favorem Dei; licèt judex teneatur pro parte probabiliorem sententiam ferre.* Terillum sequuntur Lacroix, Viva, Segneri in suis epistolis, & cæteri Probabilistæ.

VIII. Cogor contra præstituæ brevitatis finem transferibere ipsa principalia Probabilistarum verba: quia lectores nullo modo crederent hæc paradoxa excogitari à Theologis potuisse. *Deus incapax est omnis damni.* Verum habet. Ergo non est adhibenda tanta diligentia ut illius vitetur offensa, quanta adhibenda est ut damna temporalia unius hominis declinentur? Quid, quæso, christianis auribus indignius? Hæc responsio, quò communior inter Probabilistas, eò ineptior est, & scandali plenior. Nam hac data, bibenda, sicut aqua, iniquitas foret, quod nullum indè Deus damnum patitur. Quod quam sit horrendum, nemo non videt. Refellitur responsum istud duplici ex capite. 1. Violatio legis quantumvis materialis, grave malum in se est. Quod tibi ad culpam non imputetur, ut contendunt Probabilistæ, per accidens est, ob ignorantiam invincibilem, si tamen adsit: cæterum reapse transgressio realis est divinæ legis. Hæc autem longè gravius damnum est, quam malum illatum Cajo prædii privatione. Ergo si peccat judex, gravius peccat Theologus utens minori probabilitate. 2. Evidenter falluntur Probabilistæ inquientes, transgressionem hanc materialem esse in Theologo, secùs in judice. Cedo. Cur formalis est legis transgressio in judice? Quia judex non adhibet omnem diligentiam, & industriam, ut vitet legis transgressionem. Benè & rectè. At non est forsitan necessaria absolutè, & præcisa quacumque circumstantia, omnis diligentia, & industria moraliter possibilis, ut vitetur offensa Dei? Si minori probabilitate uteris, præfatam diligentiam non adhibes: quia non modò negligis, sed positivè repudias omnem probabilitatem tibi obviam. Ergo peccas, quemadmodum, apostolica Sede definiente, judex peccat. Ergo usus opinionis minus probabilis eque criminotum efficit Theologum quemque qui negligit vitare periculum divinæ offensæ, ac judicem qui negligit declinare periculum lædendi jus Caji. Quid hiscis? Major requiritur in judice rerum temporalium diligentia inveniendæ veritatis, quam in judice salutis æternæ? Hæc ne est prudentia Probabilismi, pluris facere detrimentum temporale, quam æternæ salutis jacturam! Nonnè monstrosa prudentia est quæ in rebus minimis, quales terrenæ sunt, diligentiam summam, & in rebus summis, quales sunt æternæ, sollicitudinem minorem exigit? Severus nimium Deus esset, si in controversiis super ista lege dirimendis usum imperaret majoris probabilitatis suis judicibus: severi verò non sunt, nec Rigoristæ, sed benigni, Principes qui suis judicibus jubent ut in controversiis desilli cidio, de tigno, de prædio amplectantur magis probabilem doctrinam? Universa Scriptura sancta præcipit ut divinam legem serutemur, & diligamus *super aurum, & topazion.* Probabilistæ contra volunt ut legem civilem, quæ declarat jura contractuum, prædiorum, venditionum, plusquam legem Dei diligamus, & ut majorem probabilitatem in his causis amplectamur. Hæc est benigna Theologia probabilistica. Quamvis verosimilius tibi sit actionem tuam legem Dei violare, Deum ipsum offendere; dummodò probabile sit te non violaturum fore legem, prudenter, & sanctè agis, exercendo actionem quam probabilius judicas legem violare, & Deum contemnere. Contra injustus, sceleratus judex civilis esset, si hanc regulam adhiberet.

IX. Ultima tandem disparitas excogitata à Probabilistis hæc est. *Pactum* intercedit judices inter & Rempublicam, ut judicia ferantur secundum probabiliorem sententiam. Hoc autem *pactum* non astringuntur Theologi, & Confessarii. At undè evincunt hoc pactum Probabilistæ? Respondet eorum princeps *q. 24. de Consc. n. 15.* Terillus *Hæc enim voluntas præsumpta, ex ipsa naturæ constitutione, equivalet pacto, & habet vim pacti.* Hoc pactum obtrudunt cæteri Probabilistæ, præsertim P. Paulus Segneri: obtrudunt, inquam, hoc pactum tamquam ultimam anchoram, cui alligant naufragantem Probabilismum.

X. Anchora hæc fatiscens est, & chimærica. Pactum istud solis judicibus civilibus limitatum, fictitium est. Ajo verò, *pactum* istud ab auctore naturæ omnibus hominibus insitum esse. *Pactum*

istud fructus est divini luminis signati super vultum animarum omnium. Respublica civilis suos eligit judices. Respublica ecclesiastica suos eligit judices, Episcopos, Parochos, Confessarios, Theologos. Undè, quæso, Probabilistæ habent, Rempublicam civilem, secus sacram, inire *pactum* ut judicia serantur secundum probabiliorem sententiam? Undè tanti arcani scientia illis affulget? Quodnam fundamentum urget ut in laica, seu in sacra Republica hoc pactum instituatur? Respublica quatenus sacra & ecclesiastica, minoris ne facit veritatem, & justitiam, quam Respublica laica, & ethica? Primis Ecclesiæ sæculis Episcopi, & Parochi judices eligebantur civilium causarum inter Christianos. Idem hodiedum sæpe evenit. Num judices isti extra confessionem judicant secundum opiniones probabiliores; in sacro vero tribunali secundum sententias minus probabiles? Nunquid ineligantem quem in tribunali laico restitutioni obnoxium, aut fœnoris reum judicarunt secundum probabiliorem opinionem, in sacro pœnitentiæ foro à restitutione, à fœnore, à simonia liberabunt? Si civiles Principatus, & Respublicæ electis judicibus onus imponunt amplectendi in controversiis rerum temporalium majorem probabilitatem? Ecclesia catholica suos judices rerum æternarum ab isto ne absolvit onere? Si respublica civilis eligit judices doctiores, & peritiores; nunquid Ecclesia eligit minus doctos, minus peritos, minus probos? Scriptura sancta, *Exod. cap.* 18. clamat: *Provide autem de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus sit veritas*: non ait probabilitas. Item Eccl. cap. 7. *Væ vobis in æternum, & ultra, quia non est vobis veritas!*

CAPUT VI.

Aliis rationum momentis Probabilismus profligatur.

I. PRima & universalis morum regula extrinseca est lex æterna Dei. Secunda regula proxima, & formalis intrinseca est ratio, seu dictamen practicum nostræ conscientiæ, ut supra ostensum est. De hac prima propositione disputatio nulla. Ut actio honesta sit, utrique legi consona sit oportet, ut perspicuè 1. 2. *q.* 21. *art.* 1. docet S. Thomas. *In his verò quæ aguntur per voluntatem, regula proxima est ratio humana, regula autem suprema est lex æterna. Quandocumque ergo actus humanus procedit in finem secundum ordinem rationis, & legis æternæ, tunc actus est rectus; quando autem ab hac rectitudine obliquatur, tunc dicitur peccatum. Manifestum est autem ex præmissis quòd omnis actus voluntarius est malus per hoc quod recedit ab ordine rationis, & legis æternæ; & omnis actus bonus concordat rationi, & legi æternæ.*

II. Lex æterna Dei est lex veritatis: *Lex tua veritas; omnia mandata tua veritas*: sola veritas est unica regula conscientiæ honestæ: sola, inquam, veritas aut evidenter & certò, aut probabiliter & obscurè cognita. Dum falsitas sub ratione veri nobis apparet; regula falsa est, & operatio non honesta, sed vitiosa est. Si falsitas invincibilis sit, actio vitiosa non imputatur ad culpam; sed numquam evadit bona, & meritoria, ut supra ostensum est.

III. Tertium principium ineluctabile est in ipsis Scripturis sanctis expressum, mandatum scilicèt gravissimum inquirendæ, & investigandæ veritatis. Nihil frequentius in Scriptura hoc gravissimo præcepto, quo omnes obstringuntur addiscere, & meditari legem. Dicitur Deut. 6. *Eruntque verba hæc quæ ego præcipio tibi hodiè, in corde tuo; narrabis ea filiis tuis, & meditaberis in eis sedens in domo, & ambulans in itinere.* David contenciter orat, & spondet se legem investigaturum. *Legem pone mihi, Domine, viam justificationum tuarum, & exquiram eam semper. Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam.* Matth. 28. *Docentes eos servare quæcumque mandavi vobis.* S. Paulus Ephes. 4. *Nolite fieri imprudentes, sed intelligentes quæ sit voluntas Dei.* Ne multa, millies hoc gravissimum præceptum addiscendi, meditandi, scrutandi, non obliviscendi legem veritatis nobis repetitur. Quibus positis tamquam certis, sic urgeo Probabilistas.

IV. Si veritatem legis evidenter tenes, nonnè implere illam astringeris? Ajunt. Ergo idem dicas oportet, dum probabilius illam existere judicas. Clara legis notitia implendæ legis debitum imponit, omnibus fatentibus. Ergo pro gradu notitiæ gradus erit obligationis. Ergo dum probabilius lex obligat, servandæ legis onus urget.

V. Qui operatur secundum minorem probabilitatem, repulsa majori, evidenter violat gravissimum præceptum investigandæ, addiscendæ, & meditandæ legis. Qui enim operatur secundum opinionem minus probabilem, cognoscit, existimatque operationem suam magis esse contrariam, quam conformem legi: cognoscit se magis recedere, quam accedere ad legem. Ergo ex animi sinceritate legem non inquirit. Sincerè ne, & animo deliberato thesaurum inquireres, si viam relinqueres quæ probabilius te adduceret ad inventionem ejusdem, & oppositam eligeres quæ minus te adduceret, & magis abduceret ab inventione?

VI. Si infirmus eligeret medicinam quam probabilius scit esse venenosam, quam salubrem, immunis ne à peccato esset? Respondent, hæc exempla inepta esse: quoniam si medicina venefica sit, mortem infert, nulla suffragante bona mentis intentione; opinio verò de honestate actionis, etiamsi falsa sit, à mortali excusat, beneficio ignorantiæ invincibilis. Infra ostendam, hanc ignorantiam probabilisticam invincibilem esse portentum summoperè monstrosum. Missa itaque chimærica disparitate, quæ inter recensita exempla, & opinionem minus probabilem assignari à Casuistis solet, sic urgeo Probabilistas.

VII. Edisserant nobis Probabilistæ. Audent ne ipsi adfirmare hunc ægrotum sincero, & efficaci animo suam cupere, & amare sanitatem? Stultos se perhiberent, si id adfirmarent. Sed cur ægrotus iste sincero animo sanitatem non amat, neque cupit? Quoniam repudiat medicinam, quam probabilius judicat comparandæ sanitati magis idoneam. Ergo eadem ratione Probabilistæ sincero animo non quærunt observantiam legis Dei, si repudiata majore, minorem seligunt probabilitatem. Quidquid ergo sit de discrimine inter medicinam & opinionem, modò urgemus Probabilistas ut respondeant, num sincero & efficaci animo implere præceptum gravissimum inveniendæ, & addiscendæ veritatis ille studeat qui in rebus obscuris rejicit quod verisimilius est, & amplectitur quod est minus verisimile. Ex alio latere eosdem urgeo.

VIII. Qui suam operationem conformat ad regulam quam judicat magis distortam, & primæ regulæ oppositam, peccat. Ita se getunt Probabilistæ. Isti judicio suo directo judicant opinionem minus probabilem magis oppositam, quam conformem primæ regulæ. Ergo illam magis distortam, quam rectam judicant. Quod de judicio reflexo subdunt, puerilis cavillatio est. Nam judicium directum est objectum judicii reflexi. Si illud, etiam istud distortum est. Rursus, qui legem æternam contemnit, peccat. Probabilistæ usu opinionis minus probabilis æternam legem contemnunt. Ergo &c. Evinco. Qui pro viribus æternam legem non investigat, eam negligit, teque ipsa contemnit. Probabilistæ sequentes minorem probabilitatem, pro viribus æternam legem non inquiunt, cum repudient majorem probabilitatem, seu majorem propinquitatem ad legem. Ergo eandem negligunt, & contemnunt. Quo autè adfirmare Probabilistæ queunt, se satis diligentiæ in inquirenda lege veritatis adhibere, si quod propinquius judicant veritati legis, rejicinnt, & data opera seligunt quod minus veritati accedere putant, immo quod magis à veritate recedere noscunt? Tandem, objectum intellectus est verum. At intellectus nequit apprehendere objectum ut verum, quando rationes probabiles evincunt esse potiùs falsum.

CAPUT VII.

Expenduntur Paradoxa Probabilistarum.

§. I.

Paradoxon Primum: Melior est conditio possidentis.

I. IN dubio de honestate actionis, *melior est conditio possidentis.* Lex tollit jus libertatis, inquiunt Probabilistæ. Cum de legis obligatione Theologi disputant, lex dubia evadit: ergo auferre jus libertatis nequit. Quandoquidem *in dubio melior est conditio possidentis.*

II. Ostensum supra est, hanc regulam valere in materia dumtaxat justitiæ pro foro exteriori: nunc in quacumque materia eam admitto, ut evincam hanc ipsam regulam penitùs labefactare Probabilismum. Ad tribunal itaque probabilisticum se sistunt voluntas æterna Dei, & voluntas humana. Utraque jura sua exponit, quæ æqualia apparent, aut controversa. Tribunal probabilisticum causam definit in hominis favorem contra Deum, quis in pari causa melior est conditio possidentis. Ne terreare, inquit princeps Probabilistarum P. Terillus inaudiens hominem Deo litem intentare, quia & Deus homini litem movet. Audi quæ tract. *de Conse. q.* 23. *n.* 48. *pag.* 426. scribit Terillus. *Respondeo, eandem regulam æquè favere Deo contra nos, ac nobis* contra Deum. *Favet nobis, quandiù sumus in possessione libertatis; favet Deo, quandiù lex est in possessione. Undè si lex certò existat, & dubium sit an solverim dubium, æquè tuto in illo dubio ad solvendum, ac si certò non solvissem debitum. Cum ergo regula hæc favet Deo, quando possessio stat pro lege; ita favet nobis, quando possessio stat pro libertate, & dubium est de lege.*

III. Adest ergo titulus, qui æquè homini favet contra Deum, ac Deo contra hominem? Quidni reponit Terillus. *Eadem regula æquè favet Deo contra nos, ac nobis contra Deum.* De libertate non physica, sed morali loquuntur Probabilistæ. Quandò disputatur, sit ne usurarius contractus, disputatur, nunc ego liber sim ad contractum celebrandum. Dum itaque disputatur, licitus ne, an illicitus contractus sit, disputatur, num ego liber sim, an secus ad contractum perficiendum. Ergo dum Probabilistæ allegant in rebus controversis dictam regulam, *Melior est*, &c. perridiculam committunt principii petitionem. Ut in tribunali hanc allegare regulam valeas, opus est possessionem fundi certam esse, alioquin frustrà opponeretur. Quis porrò Christianorum certam libertatis possessionem ostentare contra Deum potest, qua celebret contractum illum de quo in utramque partem Theologi disputant? Nemo sanè. Dum enim disputatur sit ne fenebris contractus, disputatur, sit ne liber homo ad eumdem ineundum. Ergo controversa est libertatis possessio, non certa respectu talis contractus.

IV. Liberum dominium hominis in suas actiones nonne subjectum est supremo Dei dominio? Ais. Ergo quoties dubitatur, concesserit ne Deus tale dominium in hunc, aut illum contractum, aut opus, citata regula. *Melior est* &c. Deo, non homini favet. Quoniam possessio Dei certissima est, hominis verò dubia. Ergo si regula valet, Deo certo, supremo, absolutoque possessori, non homini Deo subjecto & possessori dubio favet. Igitur jus possessionis, quod in rebus controversis libertati humanæ adscribunt Probabilistæ, falsum, atque omninò chimæricum est: lædit supremum dominium divinum, tremendæ majestati injuriam irrogat, subjectionem hominum ad Deum perturbat, hominem Deo æquat.

§. II.

Paradoxon secundum: Lex dubia non est lex.

V. De medio tollunt Probabilistæ omnes leges naturales, divinas, & humanas, de quibus in utramque partem Theologi disputant. Etiam hoc paradoxon incredibile apparet, ideò rescribenda sunt eorum verba. P. Terillus *de rest. mor.* 1. *pag.* 2. *n.* 45. *p.* 19. hæc scribit: „ Nulla lex obli-

„ gat nisi sufficienter promulgetur. At quotiès „ adsunt rationes probabiliter fundantes partem „ minus tutam esse licitam, lex præcipiens par„ tem tutiorem, non est sufficienter promulgata. „ Ergo illa lex neminem obligat, quandiu certò „ probabile est partem minus tutam non esse pro„ hibitam. " Tertullum sequuntur Lacroix, Viva, Paulus Segneri, & communiter Probabilistæ omnes.

VI. Nulla lex sine promulgatione. Nullum peccatum, ne materiale quidem, sine lege. Hæc duo certa sunt apud omnes. Dum amplecteris opinionem sive minus, sive magis probabilem, peccas saltem *materialiter*, posito quod opinio falsa sit. Quę culpa tibi non imputatur ob ignorantiam invincibilem, ut omnes Probabilistæ docent. At si lex ob probabilitatem majorem & minorem in utramque partem non esset lex, quia non esset promulgata, nullum esset nec materiale peccatum: quia, ut dixi, nullum sine lege peccatum.

VII. Super eadem lege dantur duæ opiniones contrariæ probabiles, quarum altera firmat, negat altera actionem esse licitam, ut omnes testantur Probabilistæ. Atqui si verum esset legem controversam non esse sufficienter promulgatam, atque adeò non esse legem, falsa esset prima propositio. Immò admisso hoc principio, quod lex probabiliter controversa in utramque partem non esset lex, nulla daretur opinio probabilis. Nam opinio sive affirmans, sive negans actionem esse licitam, nullà extante lege, non probabilis, sed falsa & chimęrica esset, utpotè de subjecto non supponente, ut dicitur. Ergo &c.

VIII. Mandat *Deut.* 17. Deus: *Si difficile, & ambiguum apud te judicium esse perspexeris .... surge ..... veniesque ad Sacerdotes levitici generis ... & facient quod docuerint.* Si lex controversa inter Doctores, non esset lex, & inane, & de re impossibili esset divinum mandatum. Et tamen hoc est principium quod altius exagerant Probabilistæ. *Perchè legge dubbia non fa mai legge: quoniam lex dubia nunquàm lex fuit*: inquit *epist.* 3. P. Paulus Segneri. Contra clamant omnes graves Theologi cum S. Thoma, qui 1. 2. q. 106. *art* 6. *ad* 2. definit: *Si enim dubium sit, debet vel secundum verba legis agere, vel superiorem consulere.*

IX. Datur opinio minus probabilis adversus legem civilem, aut canonicam, quæ vetat contractum fœnebrem, in conspectu probabilioris. In hac positione lex est controversa: Ergo dubia. Ergo nulla. Litigantes defrunt litem ad tribunal. Quid judex? Si sententiam dicit in favorem partis defendentis opinionem probabiliorem, peccat, quia fœnebrem contractum judicat vi legis quę non extat in rerum natura juxta Probabilistas. Si judicat secundum minus probabilem, peccat, quia ex præcepto Ecclesię debet judicare secundum probabiliorem opinionem.

X. Aut Probabilistę ajunt leges naturales, divinas, & humanas esse veras leges, & habero vim completam legum ante subditorum disputationes, & controversias; aut negant. Si secundum turpissimè errant, & se omnibus Theologis, & Jurisconsultis deridendos propinant. Si primum eorum Probabilissimus in fumum occidit.

XI. Vix in Decalogo est mandatum à disputationibus immune. Admisso principio probabilistico, quod lex controversa non sit lex, universum fere Decalogum corruit. Nec est quod opponas, controversias probabilisticas, non legum existentiam, sed legum extensionem spectare. Si quidem non minus turpiter aberrant, negando legum extensionem, ut ex scriptura sancta *Deut.* 17. constat, ubi jubet ut consulantur judices, sit necne opus à lege vetitum. Sed ut doctrinę probabilisticę horrorem plenius teneas, audi Terillum de *Conf. q.* 23. *n.* 19. *pag.* 413. sic fantem: „ Legislator humanus, si sit prudens, benè novit „ sensum suarum legum esse in multis dubium, „ multosque se doctiores prudenter existimare „ talem expressionem ad talia objecta non ex„ tendi. Undè manifesta præsumptio est, eum „ nolle sub lege sua talia sub obligatione com„ prehendere. Si enim voluisset ea comprehen„ dere, id expressisset: ergo censendi sunt pro „ non inclusis in lege. Maximè verò id valet, „ quia favores sunt ampliandi, & odia restrin„ genda. Idem valet de lege æterna, qua Deus „ leges humanas corroborat.... immò idem de „ *Lege Divina*, quam Deus ipse signis talibus pro„ mulgat, quorum sensum homines perfectè non „ intelligunt. Hinc enim evidens præsumptio „ oritur, Deum nolle nos ad ea obligare de qui„ bus habemus motiva prudentia ad existiman„ dum, ea ab ipso non fuisse per legem inten„ ta. Deus enim, qui omnia comprehendit, si „ *aliter voluisset, idipsum expressisset*, cum hoc „ ipsum equè facilè ipsi fuisset ac oppositum. *At* „ *Deus hoc non expressit. Ergo & sub obligatione ca„ dere noluit.* Hoc est totum, quod intendimus, „ illudque manifestissimè sequitur ex defectu „ promulgationis sufficientis. " Deindè addit n. 25. pag. 416. *In hit ergo tribuant sibi legislatores, si sua imperia aliquando videri videant, cum sufficienter non explicarint voluntatem suam.*

XII. Sufficienter legumlatores explicarunt voluntates suas, legesque perspicuæ sunt; sed cavillationes sępè illas obscurant, & perturbant, immò de medio tollunt. Si leges probabiliter controversæ in utramque partem, leges non sunt, exulent ab orbe catholico tribunalia omnia. Admissa hac probabilistica doctrina, Christiani Maximam legum naturalium, divinarum, & civilium partem abolere continuò valent. Accipiant libros Dianæ, Zanardi, Candidi, Tamburini, Escobarii, Gobat, Lacroix, Viva. Colligant elenchum numerosissimum opinionum quę de jure naturali, divino, & humano in utramque partem probabiliter disputantur. Heinc hanc eruant conclusionem: *Jura controversa jura non sunt: lex dubia lex non est.* Ergo liberi sumus ab omnibus legibus de quibus probabiliter disputant in utramque partem Theologi. Hæc sunt paradoxa quibus sustentatur Probabilismus. Vide plura *tom.* 2. *Appar. lib.* 3. *differt.* 8. *cap* 3.

CA-

CAPUT VIII.

Absurda gravissima quę necessario consequuntur Probabilismum.

I. BRevissimè perstrinxi rationes quæ evincunt manifestam falsitatem Probabilismi. Illorum cavillationes, & inaudita, quæ excogitarunt, paradoxa, ut tenebras splendidissimæ veritati opponerent, indicavi. Nunc aliqua absurda quæ novum opinandi modum consequuntur, patefaciam. Nonnulla præmittuntur.

§. I.

De ignorantia, ejusque divisione.

II. De fide est dari peccata ignorantiæ, ut *Levit.* 5. habetur: *Anima si peccaverit per ignorantiam..... offert arietem immaculatum.* Rursus Joan. cap. 16. *Venit hora ut omnis qui interficit vos, arbitretur obsequium se præstare Deo.* S. Paulus: *Blasphemus fui, & persecutor, & contumeliosus; sed misericordiam Dei consecutus sum, quia ignorans feci*: 1. ad Tim. 1. Mitto innumera alia Scripturæ sanctæ testimonia. Hæresiarcha *Pelagius* omnium primus errorem oppositum sustinuit, quem damnavit Synodus Palęstina.

III. Ignorantia est scientiæ privatio. Error est approbatio falsitatis. Ignorantia alia *juris*, quę admittit legis cognitionem, sed factum ignorat. Alia est *vincibilis*, seu voluntaria, consequens, & culpabilis. Hæc diligentia, & studio vinci potest, & ob negligentiam non vincitur. Alia *invincibilis*, quæ nullo studio superari potest. Hæc caret omni culpa. *Vincibilis* alia est *affectata*, quę scientiam repellit. *Nolunt intelligere, ut bene agerent.* Alia *crassa, & supina*, quę nullam omnino diligentiam adhibet, ut sciat ea quæ potest, & debet scire.

IV. Error *Jansenii* oppositus errori Pelagii est: Jansenius ipsam ignorantiam invincibilem, antecedentem, peccatum esse contendit, quem errorem proscripsit Ecclesia.

§. II.

Daturne ignorantia invincibilis cujuscumque juris naturalis?

V. Difficillimam quæstionem fuso calamo tractavi *tom.* 2. *Appar. lib.* 2. *diss.* 2. *cap.* 3. Præstituta compendii brevitas non sinit ut rursus eamdem ad incudem revocem: aliquas tantum animadversiones subjiciam.

VI. *Animadversio* 1. Plura sunt Scripturæ oracula quæ ignorantiæ peccata hominibus imporperant. *Est via quæ videtur homini recta: novissima autem ejus deducunt ad mortem*: Prov. 16. S. Jacobus, *cap.* 1. inquit: *Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat; & dabitur ei. Postulet autem in fide nihil hæsitans. Qui autem hęsitat, similis est fluctui maris, qui à vento movetur; & circumfertur.*

VII. *Animadversio* 11. Antiqui Patres, nulla facta distinctione juris naturalis in principia universalia, propinqua, & remotas conclusiones, negant juris naturalis invincibilem ignorantiam.

VIII. *Animadversio* 111. Præceptum inquirendę veritatis luculentissimum est. Oracula Scripturarum quæ gratiam inveniendę veritatis promittunt sedulis investigationibus, comperta sunt, & frequentia. Relicti sumus in hac tenebrarum valle, ut continuis precibus lumen veritatis imploremus. Gratiam Deus non denegat, nisi culpa in nobis præcedat.

IX. *Animadversio* 1v. Ignorantia vincibilis frequentissima est, invincibilis rara. Dari ne possit in aliquo raro casu ignorantia invincibilis alicujus remotæ conclusionis juris naturalis, non audeo definire. Quę raro occurrunt, anxios nos tenere non debent. Adversus ea quę frequenter eveniunt, ut sunt peccata ignorantiæ vincibilis, vigilandum incessanter est.

X. *Animadversio* v. Meditentur Theologi, & Confessarii qua vigilantia, quo studio conentur assequi intelligentiam divinæ legis. Recogitent an cum David *Psal.* 1. dicere queant: *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum.... Sed in lege Domini voluntas ejus, & in lege ejus meditabitur die ac nocte.* Primum omnium ergo in lege divina cognoscenda, & ejusdem spiritu comprehendendo, & degustando sese occupent Sacerdotes Domini, ut discernere queant, quænam doctrina huic divinæ legi conformis sit.

XI. *Animadversio* v1. Missa igitur controversia utrum in aliquo perraro casu dari possit ignorantia invincibilis juris naturalis, summoperè perpendendum est, & exequendum quod *lib.* 22. *de Civit. Dei*, *cap.* 23. scribit S. Augustinus. *Vigilis continuò excubamus, ne opinio verisimilis fallat, ne decipiat sermo versutus, ne se tenebræ alicujus erroris offundant, ne quod bonum est, malum, aut quod malum est, bonum esse credatur.* Paveamus & tremamus cum Paulo: *Nihil mihi conscius sum; sed non in hoc justificatus sum.*

XII. *Animadversio* v11. Turpiter errat, & falsum imponit lectoribus P. Lacroix, qui *lib. de Leg. n.* 726. narrat an. 1685. damnatam fuisse sententiam omnium antiquorum, & recentiorum plurium, & quidem gravissimorum Theologorum negantem ignorantiam invincibilem cujuscumque juris naturalis. Vetitus quidem illo anno est liber in quo errores continebantur; at non omnia quæ in eo docentur, sicut nec omnia quæ in Lutheri, & Calvini libris continentur, proscripta sunt.

§. III.

Paradoxon primum ignorantiæ probabilisticę, nullum nempè dari peccatum absque actuali advertentia.

XIII. Communius Probabilistæ docent, nunquam peccari absque actuali consideratione clara, vel obscura malitiæ actionis. Hæc opinio, ut imbecillitati meæ videtur, eadem est ac error Pela-

lagianorum negantium ignorantiæ peccata, ut testantur Hieronymus, & Augustinus, cæterique Patres. Nullum, inquiebant Pelagiani, sine libertate crimen: nulla sine cognitione libertas: ergo nullum sine cognitione peccatum. Probabilistæ negant peccari sine aliqua cognitione actuali malitiæ actionis posse: ergo eadem est & Pelagianorum, & Probabilistarum doctrina, quatenus ex vi rationis inii apparet. Quod sic evinco.

XIV. Catholica veritas est peccare homines peccata ignorantiæ. Admissa actuali advertentia evanescunt ignorantiæ tenebræ. Probabilistæ docent, necessariam esse actualem cognitionem, seu advertentiam ut ignorantia vincibilis sit, & criminosa. Ergo eadem est utriusque partis doctrina. Cedo. Quid ignorantiæ adversatur? Cognitio. Ergo fieri nequit ut ignoranter peccet qui scit, & considerat & quidem actualiter se peccare.

XV. Sublata actuali consideratione nullum est peccatum? Dum ergo homines inconsiderate perjuria, blasphemias, convicia, & maledicta in Deum, & homines evomunt, nullo modo peccant, quia actualiter non advertunt se peccare. Qui ira, furoreque perciti sanguinem effundunt humanum, qui concupiscentiæ lenociniis obcæcati aliorum thalamos violant, qui virginum castitatem deturpant, nullius flagitii sontes sunt, quia passione abrepti minime reapse advertunt se Deum offendere. Quid de hæresum, & infidelitatis criminibus dicam? Tantum abest ut infideles plurimi existimaverint se veram Religionem contemnere, ut potius judicarent se Deum sacrificiis colere. Nunquid Circumcelliones se peccare credebant, dum se præcipites è rupibus agebant? Nunquid se peccare Nestorius considerabat, dum Patriarchatu Constantinopolitano se abdicare potius quam suum ejurare errorem voluit?

XVI. Respondet nomine Probabilistarum P. Lacroix *lib. 5. n. 16. & n. 21.* his verbis: *Quamvis ignorantia vel inadvertentia sit culpabilis, opus ex ea sequens non habet malitiam specialem, nisi* præcise *illius negligentiæ, vel neglectus in cognoscenda, vel advertenda illa malitia.* En blandientis benignitatis suavissimum jugum. Infideles, Ariani, Iconoclastæ, Wiclephistæ, Hussitæ, Lutherani, Calviniani, Sociniani suarum opinionum perversitate obcæcati peccarunt quidem peccatum negligentiæ in addiscenda catholica doctrina; cæterum dum furore abrepti Filium Dei creaturam effutiebant, imagines sacras lacerabant, Christi corpus conculcabant, cœnobia Monachorum solo æquabant, virgines Deo dicatas polluebant, hæc & alia scelera *non habent specialem malitiam, nisi* præcise *illius negligentiæ, vel neglectus in addiscenda, vel advertenda malitia.* Nullus dubito quin lectores perhorrescant hæc inaudientes.

XVII. Sophisma Pelagianorum, quod hodie obtrudunt, à libertate arcessitum, futile est, & inane. Nihil quippe frequentius à Patribus, & Theologis, quam duplex voluntarium, & liberum: aliud directum, aliud indirectum. Liberum directum requirit cognitionem, & advertentiam actualem & formalem. Liberum indirectum postulat cognitionem, & advertentiam implicitam, virtualem, indirectam, seu in causa. Hæc obvia sunt vel ipsis tyronibus.

§. IV.

Alterum paradoxon ignorantiæ probabilisticæ peccatum philosophicum.

XVIII. Peccatum philosophicum ab Ecclesia damnatum ejusmodi est: „ Peccatum philoso-„ phicum, seu morale est actus humanus discon-„ veniens naturæ rationali, & rectæ rationi. „ Theologicum verò, & mortale est transgressio „ libera divinæ legis. Philosophicum, quantum-„ vis grave, in illo qui vel Deum ignorat, vel „ de Deo actu non cogitat, est grave peccatum, „ sed non est offensa Dei, neque peccatum „ mortale dissolvens amicitiam Dei, neq ue æter-„ na pœna dignum.

XIX. Qua ratione hic damnatus error separari possit à descripta ignorantia, sane non percipio, nec ullus præjudiciis non prævenius percipiet. Hæc enim admissa hypothesi, quod sublata actuali advertentia, nunquam peccetur, neque offendatur Deus, necessario consequitur peccatum philosophicum. In hac quippe hypothesi fornicantes, adulterantes, mentientes, pejerantes, quin actu advertant se peccare, peccata patrabunt philosophica, non theologica. Idque confirmare luculentissimè auctoritate inclytæ Soc. Jesu Theologi P. Ignatii de Camargo, *lib. 2. contr. 4. n. 6. n. 530.* inquientis: *Hic ego* ignorantissimus, *dixit doctrina de ignorantia peccatis apud recentes Probabilistas, Probabilismi nefcias an partus, an abortivus, an filius, an comes, an germanus frater.* Ignorantissimus, Probabilismus, & Philosophismus ita mutuo connexi sunt, ut vix dehinc valeas quis sit parens, & qui filii. Vide *tom. 2. Ap. lib. 2. diss. 2. c. 4.*

§. V.

Paradoxon tertium ignorantiæ probabilisticæ fummopere mirificum, & universæ antiquitati inauditum.

XX. Hoc paradoxon cæteris præstat. Docent Probabilistæ, ignorantiam esse invincibilem, quoties opinio minus probabilis in conspectu probabilioris est falsa: quo nihil in universa Theologia, & Philosophia monstrosius excogitari, & proferri posse videtur.

XXI. ignorantia invincibilis ea est, ut vel ipsa vox præferat, quę vinci, & superari nequit. Sola dubitatio rei quæ ignoratur, vincibilem, & criminosam ignorantiam efficit. Cum dubitas, utrum actio talis prava sit, omnibus fatentibus, peccas, quia periculo peccandi te exponis. Et cum judicas probabilius esse actionem in malitia sordescere, & hanc probabiliorem opinionem repudias, & oppositam minus probabilem seligis, si hæc falsa sit, ignorantia tua invincibilis erit? Splendidus lumen refugis, eidem claudis oculos, ut opinionem minus probabilem, quæ tuæ favet

vet libertati, & adversatur legi, seligas, & in hoc casu error tuus erit insuperabilis? Quis, amabo te, sensu communi præditus tantum defendere paradoxon valet? Hoc est autem paradoxon quod omnes propugnant Probabilistæ. Sed communi sensui hoc repugnat. Invincibile enim dicitur quod vinci, & superari nequit. Qua autem fronte asserunt Probabilistæ superari, & vinci hunc errorem non posse, illo ipso tempore quo oculos avertunt à majori lumine refulgenti, quo nollunt intelligere, ut benè agant, & veritati saltem proximius accedant?

CAPUT IX.

Auctoritate Theologorum Probabilismus improbatur.

I. PRobabilistæ prolixum Casuistarum censum pro se allegant; sed paucissimis exceptis, nullius sunt auctoritatis. Nolo verbis meis fidem adhibeas, sed audi Probabilistarum facile principem P. Antonium Terillum, qui in *Prolog. ad tract. de Conse.* hæc scribit: „ *Innumerabiles* sunt „ qui à 30. annis summis casuum, rerum mora-„ lium tractatibus bibliothecas impleverunt. „ Quid autem facerent ut ad famam, quam au-„ cupabantur, pervenirent? . . . Ad nova pro-„ menda animosiores effecti in *opiniones laxiores* „ oculos, animumque conjecerunt, *gnari eas pra* „ *imatibus* rudiori legentium *vulgo mirum placi-„ turas.* Verum ne propter apertam *ab unanimi* „ *antiquorum opinione* defectionem temeritatis ar-„ guerentur, cœperunt rationes aliquas excogi-„ tare, quibus & suum a majoribus recessum „ honestarent, & apud imperitum vulgus de suę „ sententiæ veritate plaulum aliquem obtine-„ rent . . . . Vidi ego ex his recentiotibus non-„ nullos viros, *catervatim egregios*, qui, cum in „ rebus summi momenti ad Dei legem, & cons-„ cientiæ obligationem pertinentibus ab *unanimi* „ omnium sententia ad intolerabilem opinandi „ laxitatem declinassent, aliud tamen, quo move-„ rentur, quam argumentum à simili ductum, non „ habebant. *Vidi, & exhorrui.* Quis enim non „ horreret Dei præceptum ab omnibus prius ag-„ nitum, solidisque argumentis comprobatum, „ tam frivolo argumento à legis divinæ, & ec-„ clesiasticæ tabulis *non minus impudenter, quam* „ *imprudenter* erasi? Neque hic stetit *quorumdam* „ *audacia.* Plurimi enim etsi doctrina longè in-„ feriores similem quoquè agendi modum sibi „ licitum existimantes ex *laxis resolutionibus ad* „ *alias laxiores* iter sibi, rectius dixerim, *& sibi* „ *& aliis præcipitium aperuerunt* . . . . Undè fac-„ tum est ut qualcumque opiniones, expresè ab „ Ecclesia non condemnatas, apud quemcumque „ reperissent, eas pro verè probabilibus & ipsi „ haberent, & aliis pro regula ad conscientię „ tranquillitatem opportuna traderent: immo „ *incredibile non est eos subtili satanæ insinua-„ tione deceptos* sub humanitatis cujusdam „ lenocinio, *mutuique honoris specie*, quibusvis „ aliorum dictis probabilitatem ideò attri-„ buisse, ut quam ipsi prærogativam prioribus „ ultro dedissent, eam ipsis posteriores non invi-„ derent. Hæc arte dolosus iniquus postquam „ doctiores, qui & sibi invigilare, & aliis pros-„ picere debuerant, prægustato *plausu ampliotis* „ *famę pro laxarum opinionum evulgatarum sibi* „ *certò sequirende fascinasset, pro tot nimis incau-„ tos in campo moralis Theologiæ optimo severarum* „ *opinionum tritico abunde sato, detestanda laxitatis* „ *zizania superseminavit, & abiit*, &c.

II. Unum, & alterum expendo. *Innumerabiles* Doctores Casuistæ laxis opinionibus libros repleverunt. Immò non defuerunt qui *Satanæ insinuatione decepti* prægustato plausu ampliotis famæ detestanda *laxitatis zizania* in campo moralis Theologiæ superseminarunt. Hi omnes Terillo ipso teste sunt Probabilistę, ut ostendi *tom. 2. Ap. lib. 3. disp. 4. c. 7.* Si ego hoc Terilliano stilo carperem Casuistas, clamoribus cælum replerent. Absit tamen à me hęc scribendi ratio à P. Terillo benignissimo Probabilista adhibita. Num pia intentione, an dæmonis insinuatione, & prægustato ampliotis famæ plausu incensi (ut Terillus ait) scripserint, Deus solus judex est. In solas ego laxas doctrinas calamum acuo, officio erga auctores servato. Alterum quod perpendendum occurrit, est quod *innumerabiles* isti laxitatum auctores, omnes illi qui dæmonis & propriæ ambitionis suggestione evangelicam doctrinam teste *P. Terillo* deturparunt, sunt Probabilistę. Omnes quippe istos P. Terillus laudat in Probabilismi patrocinium, ut fusè demonstravi *tom. 2. Ap. lib. 3. disp. 4. cap. 7.* adeòque eorum auctoritas aut nihili, aut parvipendenda est. His desipatis, auctores, qui detestantur Probabilismum, ex plutimis paucos recenseo.

Theologi Dominicani Antiprobabilistæ

post natum probabilismum.

III. Ven. Seraphinus à Porrecta, Julius Mercorus, Petrus Passerinus, Petrus Labat, Vincentius Contensonius, Joan. Baptista Gonettus, Vincentius Baronius, Ludovicus Bancellus, Seraphinus Piciuardus, Jacobus à S. Domingo, Majolus, Natalis ab Alexandro, Franciscus Sanchez, Franciscus Texeda, Martinus Vvigandt, Joan. Martinez de Prado, Thomas Lucionius, Marius Diana, Joannes Conradus, Ludovicus Minutulus, Petrus Martyr Petrucci, Dominicus de Marinis, Cardinalis Capisucchi, Cardinalis Gotti, Antonius Irribaren, Oliverius Richeceur, Marcellus M. Rona, Josephus Bono, Hyacinthus Amat de Graveson, Antonius Bordonius, Ildephonsus à S. Thoma, Norbertus del Becque, Franciscus Vanraft, Vincentius Ferrerius, Hyacinthus Serry, Vincentius Bosius, Thomas Milante, Joseph Augustinus Orsi Sac. Palat. Magister, Joan. Baptista Molinari. Ne multa, omnes universi O.P. Theologi Probabilismo bellum implacabile indicunt.

Theo-

Theologi Benedictini Antiprobabilistæ.

IV. Cardinalis de Aguirre, Cardinalis Sfondrati, Gabriel Gerberon, Joannes Mabillon, Abbas Gardius, Facundus Torres, Anselmus Gomez, Baptista Lardittus, Petit-Didier. Verbo dicam, universi Benedictini Ordinis Theologi præclari Probabilismo non secus ac Molinismo adversantur.

Theologi Franciscani Antiprobabilistæ.

V. Antonius Cordubensis, Joannes Trovamala, Cardinalis Laurea, Philippus Faber, Antonius Matteuci, Bartholomæus Durant, Franciscus Henno, Cyrillus Rubeus, Benardinus Clasioni, Bonaventura Recanati, Paulus à Lugduno, Cajetanus à Bergomo, Palbuncius Donadoni, Cardinalis Casinus.

Theologi Augustiniani Antiprobabilistæ.

VI. Lambertus Le Drou, Ignatius Lacerda, Henricus Noris Cardinalis, Franciscus Farvacque, Christianus Lupus, Joan. Schervierzerus, Bartholomæus Riccius, Fredericus Gavardi, Leonardus Vanroy, Nicolaus Giechen, Aurelius Piette, Joannes Libente, Fulgentius Belleli, Antonius Guerretus, Joannes Laurentius Berti.

Theologi Carmelitæ, Trinitarii, & Minimi Antiprobabilistæ.

VII. Ex Carmelitis Carolus ab Assumptione, Henricus à S. Ignatio, Marinarius, Brocardus, Christophorus à S. Joseph, qui contra Probabilismum laudat S. Matrem Teresiam, & S. Joannem a Cruce.

VIII. Ex Trinitariis Michael à S. Joseph librum edidit inscriptum *Estudio de la verdad* an. 1715.

IX. Ex Minimis Maignanus, & sapientissimus Palanco, qui integro tomo in folio Probabilismum labefactavit.

Theologi Jesuitæ Antiprobabilistæ.

X. P. Claudius Lacroix *lib. 1. num. 169.* scribit *Auctores fere* omnes è Societate Jesu Probabilismum defendere. Similia docent Terillus, Caussedi, Fibus, & alii: isti sunt qui inclytæ Societatis splendori tenebras offundunt, & detrimentum inferunt magnum. Alii Theologi Jesuitæ calumniatorum loco habent qui præstantissimæ Societati Probabilismum affingunt. *P. Stephanus de Champs* librum edidit scriptum *Quæstio Facti*, quo à nota defendendi Probabilismum ut proprium Societatem liberat. Idem præstitere *Fabri, Daniel, Moja, Gonzalez, Camargo.* Si Probabilismus esset doctrina benigna solvendis animabus opportuna, cur hi Theologi calumniatorum loco haberent qui Probabilismum Societati adscribunt?

XI. Sapientiores Theologi Jesuitæ Probabilismum labefactarunt; & imprimis tres Cardinales *Bellarminus, Toletus, Pallavicinus.* P. Christophorus *Rasler* Jesuita *disp. 3. quæst. 9. art. 2. n. 499.* de Bellarmino scribit: *Contrarius quippe est benigniori in hac quæstione sententiæ, statque pro rigidiore. Meritò tamen dubitari potest, an non & ipse deflexerit in nimium rigorem.* Dubitari ergo potest num Bellarminus *Rigoristа* sit? P. Jacobus Sanvitale absolutè *Tutiorista*m, asserit Bellarminum.

XII. Alii celebriores Theologi Jesuitæ qui Probabilismum profligarunt, sunt Ferdinandus Rebellus, Paulus Comitolus, Matius Vitelleschi, Andreas Blanchus; Ludovicus Scildere, Michael Elizalde, Tyrsus Gonzalez, Thomas Munièssa, Ægidius Estrix, Edmundus Simonet, Adamus Entrentreuch, Gilbertus, Gabriel Antoine.

XIII. P. Lacroix *lib. 1. num. 327.* hæc scribit. *Comitolus Theologiam non docuit, unde & minoris auctoritatis est, nec docuit Philaletus, à superioribus prohibitus sumum, aut Societ. nomen libro suo præfigere.* Unus Comitolus, sive elegantiam scribendi, sive doctrinam, & eruditionem spectes, prævalet sexcentis Probabilistis. Nec Ambrosius, nec Chrysostomus, nec Augustinus Theologiam sive scholasticam, sive casuisticam docuere. Quid inde?

XIV. Constitutiones Societ. Jesu Probabilismum improbant *p. 4. cap. 5. n. 4.* his verbis: *Sequantur in quavis facultate securiorem, & magis approbatam doctrinam, & eos auctores qui eam docent.* Ergo qui docent opiniones minus probabiles, huic constitutioni adversantur.

XV. Ordo Carmelitarum *p. 2. c. 15. §. 7. const.* hæc sanxit: *Prælector casuum conscientiæ dubia dissolvat, & omnes opiniones in tutiorem partem incumbentes semper sequatur.*

XVI. Cardinalis Laurea *in 3. disp. 12.* narrat, Religionem seraphicam probabiliores opiniones complecti. In *Directorio* trium Ordinum Franciscanorum Romæ edito an. 1688. hæc habentur: *Omnibus nostri Ordinis, ac aliis sub nostra directione seu obedientia degentibus personis in Domino suademus, ac mandamus ut doctrinas tuticres, ac probabiliores semper doceant, & amplectantur.*

XVII. Ordo Prædicatorum in Comitiis generalibus an. 1656. Probabilismum exterminavit: & Alexander VII. hujusce Ordinis Theologos animavit ut adversus hanc doctrinam calamum acuerent, testibus historicis tum domesticis, tum extraneis, præsertim Elizalde, & Cardinali Aguirre iquiente: *Sed laudandus est maximè inter Regulares Clarissimus Ordo S. Dominici, qui bortatu laudati Alex. VII. vexillum extulit adversus Monstrum laxum per doctissimos alumnos suos Joannem Martinez de Prado, Julium Mercurum, Vincentium Baronium, Vincentium Contensonium, Vicinardum, Gonettum, aliosque similes amplissimo fructu.* Ne multa, nec unum reperire licet Scriptorem in universo Prædicatorum Ordine Theologum, qui Probabilismum in præsens non detestetur.

Alii

Alii Theologi non Regulares Antiprobabilistæ.

XVIII. Fagnanus, Joannes Andræas, Fortunatus Garcia, Antonius de Butrio. Abbas Alexander, Baldus, Marenda, Episcopus Petrocoricensis, Genet, Armandus, Bordosius, La Verdure, Bondurt, Cabassutius, Merbesius, Stejartius, Huigens, Florentius, Coque, Habert, Chartas, Pontas, Sinnichius, Le Hermenier, Pontasius, Vanvianen, Huigens, Neessen, Ballerinus, aliique plurimi.

XIX. Universa Ecclesia Gallicana Probabilismum damnavit. Integri Ordines eundem eliminarunt. Lutherani & Calviniani exprobrant, tametsi injuria summa, Catholicis, ut alibi patefeci, *Probabilismum* tanquam corruptissimam doctrinam. Legantur Heineccius, Phasius, Budæus, Jurieu, Le Placette, & communiter alii. Catholicorum verò universæ Europæ eruditissimi, doctissimi, & antiquę Ecclesię disciplinæ, Patrumque, & Evangeliorum doctrinę callentissimi viri commentum probabilisticum improbant, & profligant. Quare tum rationum, tum auctoritatum momentis Probabilismus confossus jacet.

CAPUT X.

Licitum est amplecti opinionem evidenter probabiliorem pro libertate, relicta minus probabili tutiore pro lege.

I. HÆC vox *tutior* significare potest majorem securitatem à periculo peccandi etiam *materiali ter*: & hoc in sensu non semper tenemur ad tutiora. Rursus iste terminus *tutior* significare potest securitatem à falsitate: & hoc in sensu opinio propabilior est etiam tutior. Sola veritas est legitima regula conscientiæ honestæ: & ideo opinio quę magis accedit veritati, probabilior, & tutior est. Opinio quæ magis removet à periculo peccandi, tutior utique est; at si dixeris semper urgere præceptum amplectendi talem opinionem, tum hæc tententia falsa est. Tutior est religiosus status quàm laicalis, quia magis removet hominem à peccandi occasione; at si dixeris, obstringi christianos ad hunc statum suscipiendum, hæc opinio tutior falsa est.

II. Porrò ut licitum sit amplecti opinionem probabiliorem, relicta minus probabili tutiore, requiritur ut hæc major probabilitas sit notabilis, & utatur rationum momentis quæ valdè præstent rationibus opinionis minus probabilis tutioris. His deliberatis, evincitur proposita tententia.

III. Licitum est exequi id quod omnibus seriò expensis apparet prudenter verum, & honestum. At dum tententia adfirmans talem actionem esse honestam, mihi post adhibitam omnem diligentiam necessariam, verosimilior opponita ex rationibus graviter præponderantibus apparet, prudenter judico talem actionem esse honestam, & veram talem opinionem. Licet enim ob imbecillitatem mentis humanæ interdum falsa verosimiliora appareant, communitèr tamen & plerumque quod probabilius est, verum est. In nostro casu opposita opinio est minus probabilis, & quidem valdè; ergo judicare prudenter nequeo esse veram. Veritas autem est, ut dixi, conscientiæ rectæ regula.

IV. Confirmatur auctoritate Alexandri VIII. damnantis hanc thesim: *Non licet sequi opinionem vel inter probabiles probabilissimam.* Sensos obvius damnatæ thesis est quod non licet sequi opinionem minus tutam, tametsi probabilissimam. Ergo licitum est sequi opinionem minus tutam, dummodò valdè probabilior sit opposita tutiore minus probabili. Lege *tom. 2. Appar. lib. 3. disp. 10. c. 1.*

CAPUT XI.

Adhortatio ad Confessarios.

I. MUltis opus non est, ò Christi ministri, ut recessum à Probabilismi regno vobis suadeam, in quo non Deus, ut Episcopus *Palanco*, vir non doctrina modò, sed morum sanctitate etiam celebertimus ait, regnat, sed hominum inventiones, & vanæ eorumdem cogitationes. Christus autem Magister vester, *Matth. 15.* clamat: *Sine causa colunt me, docentes doctrinas, & mandata hominum.* Doctrinæ autem hominum, non Dei sunt, quas hactenus refellere studui.

II. Sciò quæso perpendite securitatem, & tranquillitatem quam vobis Probabilistæ spondent, illo ipso tempore quo lucem splendidiorem repellitis, vi reflexionis humanę, quam homines excogitarunt. Contra clamant Scripturæ divinæ. Audite Paulum 1. Cor. 4. *Nil mihi conscius sum; sed non in hoc justificatus sum.* Reposuissens ne Apostolo Probabilistæ, ut formaret sibi syllogismum reflexum, quo excuteret timorem suum? At subdit continuo Paulus: *Qui autem judicat me, Dominus est.* Judicat autem non secundum doctrinas *reflexas*, quas excogitarunt homines, sed secundum legem suam æternam, immutabilem, & veram. Quare hortatur Paulus ad Phil. c. 2. *ut cum tactu, & tremore salutem vestram operemini.* Hunc sanctum timorem, & pavorem continenter suadent, & jubent Scripturæ divinæ. *Servite Domino in timore, & exultate ei cum tremore,* Psal. 2. *Delicta quis intelligit? Ab occultis meis munda me.* Psal. 18.

III. Quibus autem auscultandum? Divinis Scripturis, an Probabilistis? Scripturæ clamant: *Est via quæ videtur homini recta, novissima autem illius deducunt ad mortem.* Probabilissimus contra contendit rectum evadere quod distortum, & erroneum apparet, unius *reflexæ* propositionis ope. Sed quid ultra protraho manifestissimam oppositionem inter Scripturas sanctas, & probabilistica axiomata? Vos ipsi, Christi ministri, jam advertitis, nihil esse æternę salutis negotio perficiendo tàm infestum quàm est securitas invecta ab hoc novo opinandi modo, qui *errorem* ipsum subtilium reflexionum artificio, & igno-

ran-

rantiq; tenebris obtectum, veritati coęquat. Sed Ecclesiast. c. 2. inquit: *Error, & tenebræ peccatoribus concreata sunt*: & David adjicit: *Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt*: Psal. 93.

IV. Illud autem animis vestris altius infixum hęreat, ò Dei ministri, quod S. Paulus vobis commendat: *Prædica verbum, insta opportunè, importunè: argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina*: 2. ad Tim. 4. Verbum, non hominum, sed Dei prædicandum vobis est, non è suggestu tantùm, sed ex ipso potissimum pœnitentiæ tribunali. Duplicem doctrinam, alteram pro cathedra, alteram pro tribunali solvendi, & ligandi excogitarunt Scribæ & Pharisæi. Una est & quidem simplex Christi doctrina, quam, addit S. Paulus, homines sustinere refugiunt, quia inimicam carni, & appetitionibus: idcircò eam cavillationibus, paradoxis, commentis inauditis corrumpere satagunt. *Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros, prurientes auribus; & à veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur.*

V. Illa doctrina corrupta est, inquit cum omnibus Patribus S. Thomas in hunc locum, *quę habet admixtam falsitatem*. Probabilissimus habet admixtam falsitatem, cùm defendat licitum usum contrarium de eadem actione opinionum. Num fabulæ sint quę hactenus refellimus, vos ipsi judicate. Doctrinæ quas confutavi, pruriunt auribus, indulgent desideriis hominum, favent libertati humanæ contra legem Dei. Quid clarius expectatis? Quam opponere excusationem potestis, si decipi vos sinatis? Immò ut omnem ad effugium rimam occluderet Apostolus, prędixit hanc doctrinæ corruptionem, has fabulas, hos magistros prurientes auribus futuros esse in diebus novissimis. *Hoc autem scito, quod in novissimis diebus instabunt tempora periculosa.* Hominum istorum dotes describit, ut cavere possimus. *Erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi .... habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes .... qui penetrant domos, & captivas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis desideriis, semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis pervenientes.* Semper confitentur, semper, aut frequentèr manducant Christi corpus: adsunt concionibus, & sermonibus; frequentia & familiaria alloquia cum Dei ministris habent: numquam tamen pompas, luxum, & ambitionem sęculi dimittunt; sed peccatorum sarcinis onustæ, & varis desideriis inflatæ veritatis scientiam refugiunt & rejiciunt.

VI. Hoc autem scitote vos minimè posse hanc divinæ veritatis doctrinam annuntiare, & exerte inculcare opportunè, & importunè, quin improperia, derisiones, & persecutiones, & quidem graves sustineatis. Quoniam addit ibidem c. 3. Paulus: *Omnes qui piè volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur.*

THEOLOGIA CHRISTIANA
DOGMATICO-MORALIS.
LIBER TERTIUS.
IN PRIMUM DECALOGI MANDATUM, SEU DE FIDE, Spe, & Charitate, quibus Deus colitur.
DISSERTATIO PRIMA.
De Fide, & Spe.

CAPUT I.

Recensentur propositiones damnatæ ab Ecclesia in materia fidei.

1. *Ab infidelitate excusabitur infidelis non credens, ductus opinione minus probabili.*

2. *Fides non censetur cadere sub præceptum speciale & secundum se.*

3. *Satis est actum fidei semel in vita elicere.*

4. *Si à potestate publica quis interrogetur, fidem interiùs confiteri, ut Deo, & fidei gloriosum consulo; tacere, ut peccaminosum per se non damno.*

5. *Voluntas non potest facere ut assensus fidei in se ipso sit magis firmus, quàm merentur pondus rationum ad assensum impellentium.*

6. *Hinc potest quis prudenter repudiare assensum quem habet supernaturalem.*

7. *Assensus fidei supernaturalis, & utilis ad salutem fiat cum notitia solùm probabili revelationis; immò cum formidine quâ quis formidet ne non sit locutus Deus.*

8. *Nonnisi fides unius Dei necessaria videtur necessitate medii, non autem explicita remuneratoris.*

9. *Fides latè dicta ex testimonio creaturarum similivè motivo ad justificationem sufficit.*

10. *Absolutionis capax est homo, quantumvis laboret ignorantia mysteriorum fidei, & etiam si per negligentiam, etiam culpabilem nesciat mysterium sanctissimæ Trinitatis, & Incarnationis Domini nostri Jesu-Christi.*

11. *Sufficit illa mysteria semèl credidisse.*

12. Duas alias propositiones proscripsit in hac materia Clerus Gallicanus an. 1730. Prima hæc est: *Religio christiana est evidenter credibilis nam evidens est prudentem esse quemquis tam amplexatur; non evidenter vera, nam aut obscurè docet, aut quę docet, obscura sunt. Immò qui ajunt, Religionem christianam esse evidenter veram, fateantur necesse est falsam evidenter esse. Infer hinc evidens non esse.*

2. *Quòd existat nunc in terris aliqua vera Religio. Unde enim habes non omnem carnem corrupisse viam suam? 2. Quòd omnium quæ in terra sunt, verisimilima sit christiana. An enim omnes terras peragrasti, aut peragratas ab aliis esse noti? 3. Quòd ab Apostolis, & dæmonibus manifestata fuerit Divinitas Christi: id enim si docet, docere te oportet, Christum manifestè Deum esse. 4. Quòd affluente Deo fusa sint Prophetarum miracula: quid enim mihi opponas, vel si negem illa fuisse vera vaticinia, vel affirmem confecturas? 5. Quòd vera fuerint quę à Christo edita fuisse commemorantur miracula; quamquàm negare hæc nemo prudenter potest.*

Censura quam Clerus Gallicanus tulit in propositionem præfatam, hæc est: *Doctrina hæc propositione contenta, impia est, blasphema, erronea, & inimicis christianæ religionis favet.*

13. Altera hæc est: *Evidens non est evidentia morali proprie dicta, & physica Religionem christianam veram esse.*

Censura: *Hæc propositio, doctrinam superiori propositioni consentaneam continens, temeraria est, & in errorem inducens.*

14. *Infidelitas purè negativa in his quibus Christus non est prædicatus, peccatum est.* Damnata fuit à Pio V. & Gregorio VIII.

15. *Nihil credendum est quòd excedat nostri intellectus virtutem.* Concilium Rhemense hanc Petri Abaelardi propositionem damnavit an. 1148.

16. *Quandò in magnis peccatoribus deficit omnis amor, deficit etiam fides: & etiamsi videantur credere, non est fides divina, sed humana.* Similis est 51. Pascha sii Quesnelli.

CAPUT II.

Census propositionum quę videntur laxæ, ex Casuistis deceptarum.

1. „ ET quidem in praxi existimo, numquam: „ aut rarissimè denegandam absolutionem ob doctrinæ christianæ ignorantiam: quia „ rustici ignorantes non habent commodè Doctorem, & Confessor potest illos instruere: nec „ ipsi majorem addiscendi capacitatem habent, „ *immò* (ut n. 23. dicemus) *hæc perfecta instructio non est necessaria* ad eos absolvendos. " Thomas Sanchez *lib. 2. Sum. c. 3. n. 21.*

Perpendant nunc religiosi censores, quàm imeritò mendum typographicum *nec* loco & carpserint, cum doctrina reipsa laxa sit. Illud enim, & continùo retractatur à P. Sanchez, & substituit: *Immò hæc perfecta instructio non est necessaria.*

II. „ Dum infidelis sibi persuasum habet suam „ sectam esse probabilem, quamvis contraria sit „ probabilior, teneretur utique in articulo mor„ tis constitutus veram fidem, quam probabilio„ rem judicat, amplecti, utpotè qui in eo arti„ culo est constitutus in quo de extrema salute „ agitur, ac proindè partem quam tutiorem, & „ probabiliorem judicat, amplecti tenetur, at „ extra cum articulum non tenetur, quòd adhuc „ prudenter existimet se posse in sua secta perse„ verare, tempusque rei melius examinandæ su„ persit. Adde, mysteria fidei tam sublimia esse, „ ac christianos mores adeò carnis & sanguinis „ legibus repugnare, ut non quęvis major pro„ babilitas sufficiens reputetur ad inducendam „ credendi obligationem. " Thomas Sanchez *l. 11. Decal. c. 1. n. 6.* Moya *par. 1. 1. ad tr. 6. Disp. disp. 5. quæst. 2.* Hæc doctrina Pyrrhonismum invehit in Religionis negotium.

III. „ Eo assensu semèl habito, præceptum „ hoc affirmativum fidei *per se directè amplius* „ non obligat: quia ex una parte nullum potest „ assignari tempus certum & determinatum ne„ que Christi, neque Ecclesiæ lege, quo per se „ directè obliget præceptum fidei quoad actum „ internum. . . ideò Christus Dominus pruden„ ter creditur non voluisse imponere præceptum „ per se distinctum fidei. " Patritius Sporer *tr. 2. in Decal. c. 2. sect. 3. §. 3.*

IV. " Puto per se & directè numquàm obliga„ ri fideles ad credenda mysteria nec implicitè, „ nec explicitè ex vi necessitatis præcepti fidei. Tamburinus *lib. 2. in Decal. c. 1. §. 1. n. 9.*

V. „ An obliget *per se* præceptum fidei ad ac„ tu credendum semèl in singulis annis? ..... „ Probabilius certè respondeo, non obligare: „ quia non est undè talis obligatio colligatur. " Leander à SS. Sacram. *tr. 2. de Fide, disp. 2. q. 37.*

VI. „ Probabilius respondeo, hoc divinum „ præceptum *nullo modo obligare per se*, aut ex „ vi ipsius præcepti ad eliciendos actus fidei in „ articulo mortis: quia nec ratio, nec textus „ aliquis cogit ad oppositum asserendum. " Idem Leander *tr. 2. in Decal. c. 2. sect. 3. §. 3. n. 19.* & alii.

VII. " Immò existimo satis probabile, ex „ magna causa, v. g. ad evitandam mortem, „ victoriam ab hostibus reportandam, posse „ christianos uti veste instituta ad profitendam „ falsam sectam, v. g. veste sacerdotali Turca„ rum, vexillo ubi depictus sit Mahometus. " Antonius à Spiritu Sancto *tr. 1. disp. 1. sect. 6. n. 26. pag. 4.*

VIII. " Rustici, aliique homines simpliciores „ in Germania, qui hæretici habentur, & ta„ men pertinaces non sunt, possunt absolvi à „ suis Parochis. Ratio est, quia non sunt hæ„ retici formales, habentque fidem catholicam „ in baptismo acceptam, quę non perditur nisi „ errando pertinaciter. " Busembaum apud *Lacroix lib. 2. cap. 4. dub. 3. n. 5.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

rantiq; tenebris obtectum, veritati coęquat. Sed Ecclesiast. c. 2. inquit: *Error, & tenebræ peccatoribus concreata sunt*: & David adjicit: *Dominus scit cogitationes hominum, quoniam vanæ sunt*: Psal. 93.

IV. Illud autem animis vestris altius infixum hęreat, ò Dei ministri, quod S. Paulus vobis commendat: *Prædica verbum, insta opportunè, importunè: argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina*: 2. ad Tim. 4. Verbum, non hominum, sed Dei prædicandum vobis est, non è suggestu tantùm, sed ex ipso potissimum pœnitentiæ tribunali. Duplicem doctrinam, alteram pro cathedra, alteram pro tribunali solvendi, & ligandi excogitarunt Scribæ & Pharisæi. Una est & quidem simplex Christi doctrina, quam, addit S. Paulus, homines sustinere refugiunt, quia inimicam carni, & appetitionibus: idcircò eam cavillationibus, paradoxis, commentis inauditis corrumpere satagunt. *Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacervabunt sibi magistros, prurientes auribus; & à veritate quidem auditum avertent, ad fabulas autem convertentur.*

V. Illa doctrina corrupta est, inquit cum omnibus Patribus S. Thomas in hunc locum, *quę habet admixtam falsitatem*. Probabilissimus habet admixtam falsitatem, cùm defendat licitum usum contrarium de eadem actione opinionum. Num fabulæ sint quę hactenus refellimus, vos ipsi judicate. Doctrinæ quas confutavi, pruriunt auribus, indulgent desideriis hominum, favent libertati humanæ contra legem Dei. Quid clarius expectatis? Quam opponere excusationem potestis, si decipi vos sinatis? Immò ut omnem ad effugium rimam occluderet Apostolus, prędixit hanc doctrinæ corruptionem, has fabulas, hos magistros prurientes auribus futuros esse in diebus novissimis. *Hoc autem scito, quod in novissimis diebus instabunt tempora periculosa.* Hominum istorum dotes describit, ut cavere possimus. *Erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi .... habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes .... qui penetrant domos, & captivas ducunt mulierculas oneratas peccatis, quæ ducuntur variis desideriis, semper discentes, & nunquam ad scientiam veritatis pervenientes.* Semper confitentur, semper, aut frequentèr manducant Christi corpus: adsunt concionibus, & sermonibus; frequentia & familiaria alloquia cum Dei ministris habent: numquam tamen pompas, luxum, & ambitionem sęculi dimittunt; sed peccatorum sarcinis onustæ, & varis desideriis inflatæ veritatis scientiam refugiunt & rejiciunt.

VI. Hoc autem scitote vos minimè posse hanc divinæ veritatis doctrinam annuntiare, & exerte inculcare opportunè, & importunè, quin improperia, derisiones, & persecutiones, & quidem graves sustineatis. Quoniam addit ibidem c. 3. Paulus: *Omnes qui piè volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur.*

THEOLOGIA CHRISTIANA
DOGMATICO-MORALIS.
LIBER TERTIUS.
IN PRIMUM DECALOGI MANDATUM, SEU DE FIDE, Spe, & Charitate, quibus Deus colitur.
DISSERTATIO PRIMA.
De Fide, & Spe.

CAPUT I.

Recensentur propositiones damnatæ ab Ecclesia in materia fidei.

1. *Ab infidelitate excusabitur infidelis non credens, ductus opinione minus probabili.*

2. *Fides non censetur cadere sub præceptum speciale & secundum se.*

3. *Satis est actum fidei semel in vita elicere.*

4. *Si à potestate publica quis interrogetur, fidem interiùs confiteri, ut Deo, & fidei gloriosum consulo; tacere, ut peccaminosum per se non damno.*

5. *Voluntas non potest facere ut assensus fidei in se ipso sit magis firmus, quàm merentur pondus rationum ad assensum impellentium.*

6. *Hinc potest quis prudenter repudiare assensum quem habet supernaturalem.*

7. *Assensus fidei supernaturalis, & utilis ad salutem fiat cum notitia solùm probabili revelationis; immò cum formidine quâ quis formidet ne non sit locutus Deus.*

8. *Nonnisi fides unius Dei necessaria videtur necessitate medii, non autem explicita remuneratoris.*

9. *Fides latè dicta ex testimonio creaturarum similivè motivo ad justificationem sufficit.*

10. *Absolutionis capax est homo, quantumvis laboret ignorantia mysteriorum fidei, & etiam si per negligentiam, etiam culpabilem nesciat mysterium sanctissimæ Trinitatis, & Incarnationis Domini nostri Jesu-Christi.*

11. *Sufficit illa mysteria semèl credidisse.*

12. Duas alias propositiones proscripsit in hac materia Clerus Gallicanus an. 1730. Prima hæc est: *Religio christiana est evidenter credibilis nam evidens est prudentem esse quemquis tam amplexatur; non evidenter vera, nam aut obscurè docet, aut quę docet, obscura sunt. Immò qui ajunt, Religionem christianam esse evidenter veram, fateantur necesse est falsam evidenter esse. Infer hinc evidens non esse.*

2. *Quòd existat nunc in terris aliqua vera Religio. Unde enim habes non omnem carnem corrupisse viam suam? 2. Quòd omnium quæ in terra sunt, verisimilima sit christiana. An enim omnes terras peragrasti, aut peragratas ab aliis esse noti? 3. Quòd ab Apostolis, & dæmonibus manifestata fuerit Divinitas Christi: id enim si docet, docere te oportet, Christum manifestè Deum esse. 4. Quòd affluente Deo fusa sint Prophetarum miracula: quid enim mihi opponas, vel si negem illa fuisse vera vaticinia, vel affirmem confecturas? 5. Quòd vera fuerint quę à Christo edita fuisse commemorantur miracula; quamquàm negare hæc nemo prudenter potest.*

Censura quam Clerus Gallicanus tulit in propositionem præfatam, hæc est: *Doctrina hæc propositione contenta, impia est, blasphema, erronea, & inimicis christianæ religionis favet.*

13. Altera hæc est: *Evidens non est evidentia morali proprie dicta, & physica Religionem christianam veram esse.*

Censura: *Hæc propositio, doctrinam superiori propositioni consentaneam continens, temeraria est, & in errorem inducens.*

14. *Infidelitas purè negativa in his quibus Christus non est prædicatus, peccatum est.* Damnata fuit à Pio V. & Gregorio VIII.

15. *Nihil credendum est quòd excedat nostri intellectus virtutem.* Concilium Rhemense hanc Petri Abaelardi propositionem damnavit an. 1148.

16. *Quandò in magnis peccatoribus deficit omnis amor, deficit etiam fides: & etiamsi videantur credere, non est fides divina, sed humana.* Similis est 51. Pascha sii Quesnelli.

CAPUT II.

Census propositionum quę videntur laxæ, ex Casuistis deceptarum.

1. „ ET quidem in praxi existimo, numquam: „ aut rarissimè denegandam absolutionem ob doctrinæ christianæ ignorantiam: quia „ rustici ignorantes non habent commodè Doctorem, & Confessor potest illos instruere: nec „ ipsi majorem addiscendi capacitatem habent, „ *immò* (ut n. 23. dicemus) *hæc perfecta instructio non est necessaria* ad eos absolvendos. " Thomas Sanchez *lib. 2. Sum. c. 3. n. 21.*

Perpendant nunc religiosi censores, quàm imeritò mendum typographicum *nec* loco & carpserint, cum doctrina reipsa laxa sit. Illud enim, & continùo retractatur à P. Sanchez, & substituit: *Immò hæc perfecta instructio non est necessaria.*

II. „ Dum infidelis sibi persuasum habet suam „ sectam esse probabilem, quamvis contraria sit „ probabilior, teneretur utique in articulo mor„ tis constitutus veram fidem, quam probabilio„ rem judicat, amplecti, utpotè qui in eo arti„ culo est constitutus in quo de extrema salute „ agitur, ac proindè partem quam tutiorem, & „ probabiliorem judicat, amplecti tenetur, at „ extra cum articulum non tenetur, quòd adhuc „ prudenter existimet se posse in sua secta perse„ verare, tempusque rei melius examinandæ su„ persit. Adde, mysteria fidei tam sublimia esse, „ ac christianos mores adeò carnis & sanguinis „ legibus repugnare, ut non quęvis major pro„ babilitas sufficiens reputetur ad inducendam „ credendi obligationem. " Thomas Sanchez *l. 11. Decal. c. 1. n. 6.* Moya *par. 1. 1. ad tr. 6. Disp. disp. 5. quæst. 2.* Hæc doctrina Pyrrhonismum invehit in Religionis negotium.

III. „ Eo assensu semèl habito, præceptum „ hoc affirmativum fidei *per se directè amplius* „ non obligat: quia ex una parte nullum potest „ assignari tempus certum & determinatum ne„ que Christi, neque Ecclesiæ lege, quo per se „ directè obliget præceptum fidei quoad actum „ internum. . . ideò Christus Dominus pruden„ ter creditur non voluisse imponere præceptum „ per se distinctum fidei. " Patritius Sporer *tr. 2. in Decal. c. 2. sect. 3. §. 3.*

IV. " Puto per se & directè numquàm obliga„ ri fideles ad credenda mysteria nec implicitè, „ nec explicitè ex vi necessitatis præcepti fidei. Tamburinus *lib. 2. in Decal. c. 1. §. 1. n. 9.*

V. „ An obliget *per se* præceptum fidei ad ac„ tu credendum semèl in singulis annis? ..... „ Probabilius certè respondeo, non obligare: „ quia non est undè talis obligatio colligatur. " Leander à SS. Sacram. *tr. 2. de Fide, disp. 2. q. 37.*

VI. „ Probabilius respondeo, hoc divinum „ præceptum *nullo modo obligare per se*, aut ex „ vi ipsius præcepti ad eliciendos actus fidei in „ articulo mortis: quia nec ratio, nec textus „ aliquis cogit ad oppositum asserendum. " Idem Leander *tr. 2. in Decal. c. 2. sect. 3. §. 3. n. 19.* & alii.

VII. " Immò existimo satis probabile, ex „ magna causa, v. g. ad evitandam mortem, „ victoriam ab hostibus reportandam, posse „ christianos uti veste instituta ad profitendam „ falsam sectam, v. g. veste sacerdotali Turca„ rum, vexillo ubi depictus sit Mahometus. " Antonius à Spiritu Sancto *tr. 1. disp. 1. sect. 6. n. 26. pag. 4.*

VIII. " Rustici, aliique homines simpliciores „ in Germania, qui hæretici habentur, & ta„ men pertinaces non sunt, possunt absolvi à „ suis Parochis. Ratio est, quia non sunt hæ„ retici formales, habentque fidem catholicam „ in baptismo acceptam, quę non perditur nisi „ errando pertinaciter. " Busembaum apud *Lacroix lib. 2. cap. 4. dub. 3. n. 5.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tus sanctì, & ex Virgine Maria natus: item quòd passus, & mortuus sit: nec requiritur explicita fides passionis sub *Poncio Pilato*. Tenentur pariter credere quòd descenderit ad inferos secundùm animam: quod tertia die resurrexerit à mortuis: & tandem quòd ascenderit in cælum ad Patris dexteram; & venturus sit judicare vivos & mortuos in extrema judicii die. Communio insuper sanctorum expresè credenda est, quamvis articulum distinctum non constituat à nono, qui est: *Credo sanctam Ecclesiam catholicam.* Et hujus articuli expressa fides summopere necessaria est. Vix autem credere possunt Ecclesiam esse unum cœtum, unum corpus unitate doctrinæ, & sacramentorum sub uno capite invisibili Christo, & visibili Romano Pontifice, ejusdem Christi Vicario in terris congregatum, nisi simul percipiant, fideles, qui sunt ipsius mystici corporis membra, invicem juvari, & bona spiritualia omnia esse communia, quorum singuli participant.

XI. Implicitè verò credere fideles debent ea omnia quę Deus in Scripturis sanctis, & in verbo traditio revelavit, & quæ Ecclesia catholica credenda proponit.

CAPUT V.

Quatenus sciri fideles debeant eorum quę mores instituunt, & Christianorum vitam conformant ad exemplar Magistri nostri Christi Jesu.

I. SOlliciti, & diligentes communiter & Theologi, & Cathechistę, & Parochi, & Confessarii sunt in explicandis fidei articulis qui mentem illuminant, & in mente ferè sistunt. Fideles quoquè facilè ejusmodi articulos memoriæ commendent, cum isti grave incommodum carni, & appetitionibus non inferant. Contra & ministri in morum doctrina explicanda, & fideles in addiscenda negligentia quandoque laborant. Religio christiana, ut *lib.* 1. dictum, & dicendum sæpiùs est, duobus constat, credendis nempè, & agendis, quæ mutuò adjuvantur, & seperata vita cælesti destituuntur.

II. Si fides sine operibus mortua est, institutio quoquè fidei absque institutione morum languida similiter est, & mortua. Accedit quòd præcepta morum, cum hostiliter inimica sint carni, sanguini, & appetitionibus, difficile additcuntur, & difficilius animo imprimuntur. Idcirco majori diligentia, & ferventiori studio evangelici gregis ministri imbuere, & docere fideles debent divina, & ecclesiastica præcepta.

III. Primum quod baptizandus spondet, est: *Abrenuntio Satanæ, & omnibus pompis, & operibus ejus.* Hæc renuntiatio præcedit fidei professionem, tanquàm præambulum, ut dicitur necessarium. Cum infantes baptizari adulti fiunt, & ad Catechismum, seu doctrinam christianam addiscendam accedunt, Catechistæ primum omnium explicare exactissimè astringuntur sensa legitima hujusce sponsionis, & renuntiationis. Docere illos debent, quid significent ejusmodi *pompæ, & opera*, quibus nuntium remiserunt. *Pompa* istæ sunt indumenta vana, immodesta: sunt luxus, fastus, comœdiæ, spectacula theatralia, quę diabolus excogitavit ad seducendos homines. *Opera* ista sunt ea omnia, quæ referri in gloriam Dei nequeunt.

IV. Post explicationem istius renuntiationis, quid sit *vita christiana* exponendum est. Hæc autem est imago vitæ Christi Jesu, cujus præcipua lineamenta sunt humilitas, charitas, justitia, castitas. Harum virtutum specimen delineandum illis est explicandumque, vi professionis baptismalis fideles consecratæ tum animam, tum corpus Deo; corpus ipsum, ut Paulus ait, templum est Spiritus sancti, adeòque castum, pudicum, incontaminatumque custodiendum. Edisserant Catechistæ Christianos constitutos unicè in hoc mundo esse tanquam milites, qui continenter pugnare necessario debent adversus mundum, carnem, & diabolum. Sicuti tres isti hostes diù, noctuque evigilant ut æternum animas perdant; sic Christiani excubias agere astringuntur, ut seductionem evitent, ut victoriam assequantur. Altiùs inculcent assequi Regnum cælorum illos non posse sine perpetuo conflictu adversus tres indicatos hostes, & omnes qui pie vivere volunt in Christo Jesu, persecutionem pati debere, sicut Christus Magister noster passus est usque ad mortem.

V. Hæ sunt præceptiones veluti generales, & alia plura, quæ *lib.* 1. recensita sunt, distinctè, & perspicuè explicanda, & continenter repetenda: quia, ut in duro marmore difficilè effigies insculpitur, sic difficillimè hæc axiomata contraria appetitionibus hominum eorum animis inhærescunt. Hodiè addiscuntur, & cras evanescunt. Et tamen nisi his præceptionibus purgati, & informati animi sint difficilè ipsa mysteria fide viva creduntur. Reluceant ergo Christi ministri, intelligantque se gravissimè proprium ministerium prodere, nisi juvenes, & puellas adultas exactè doceant doctrinam, qua instituenda ad exemplum Christi, & Sanctorum sit christiana vita. Præmissa hac generali institutione, quæ est veluti basis, & fundamentum christiani ædificii, explicandæ sunt regulæ & præcepta quæ Christus præscripsit veluti media ad hunc finem comparandum.

VI. QUÆST. I. *Quænam sunt præcepta & media quę Deus jubet pro formandis moribus, quę scire Christiani astringuntur?* RESP. Sunt decem Decalogi mandata: de quibus singulis sermo erit. Ministri Dei diligentes & ferventes sint in explicandis his duobus mandatis: *Diliges Dominum Deum tuum . . . . & proximum tuum sicut te ipsum.* Scire ergo fideles decem Decalogi mandata debent, & Sacramenta septem. Baptismi, Pœnitentiæ, & Eucharistiæ notitia præsertim necessaria est, quod tria hæc Sacramenta omnibus adultis necessaria sint. Aliorum tamen quatuor ignorantia innoxia non est, cum numerus iste septenarius prærogativa sit Ecclesiæ catholicæ. Sciant autem oportet horum Sacramentorum dignitatem, & efficaciam ad animas purgandas, & sanctitate ornandas: & præterea dispositiones quę ad eorumdem dignam susceptionem præcedere in suscipientibus debent, alioquin frustranea esset eorum scientia: ideò enim

enim nosci debent, ut animabus prosint.

VII. Præceptum orandi grave est. Oratio autem quam nobis Christus imposuit, est dominicalis. Sic enim *Matth.* 6. inquit: *Sic ergo vos orabitis: Pater noster* &c. & sancta Mater Ecclesia ait: *Præceptis salutaribus moniti, & divina institutione formati audemus dicere: Pater* &c. Hanc Christi orationem sapienter interpretatur Catechismus Tridentinus: ideò Parochi hanc interpretationem lingua vernacula explicare fidelibus debent. Necessaria insuper est notitia præceptorum S. Matris Ecclesiæ, & salutationis angelicę. Diligenter ergo Parochi curent ut adulti pueri discant Decalogum, orationem dominicam, symbolum, & etiam salutationem angelicam.

VIII. Illud addendum, quemquam scire debere, præter fidei articulos, & morum præcepta omnibus communia, illa quoque præcepta, & obligationes quæ afficiunt proprium statum, & officium, seu dignitatem, & professionem, ut divinæ Scripturæ, Patres, & Theologi docent cum S. Thoma 1. 2. q. 76. a. 2. inquiente: *Omnes tenentur scire communiter ea quæ sunt fidei, & universalia juris præcepta. Singuli autem ea quæ ad eorum statum, vel officium spectant.* Heinc uxorati sciant necessum est ea quæ suum statum spectant: istorum est docere filios, famulos, & domesticos, si sint patres familias.

IX. Ecclesiastici omnes vi proprii status ad majorem quam laici cognitionem astricti sunt. Ecclesiasticorum verò alii clerici sunt, alii Sacerdotes, alii Parochi, Episcopi &c. Parochorum, & Confessariorum scientia refulgere singulariter debet. Siquidem jure naturali, & divino cœlestis doctrinę pabulo alere gregem pastores debent. Iti adeò exactè callere doctrinam fidei, & morum tenentur, ut eam aptare rudis populi captui queant. Istorum enim est panem frangere parvulis, & nutricem imitari, quę panem in lac transmutat, ut cibus congruus infantibus evadat. Prælati, Episcopi, Pontifices summi ad ampliorem cælestium . . . arcanorum scientiam astricti sunt.

X. QUÆST. II. *Excusarine fideles aliqui rudes possint ob ingenii hebetudinem à notitia quorumdam articulorum?* RESP. Fuerunt aliqui qui docuerunt, salvari aliquos rudes posse, tametsi nihil sigillatim credant, dummodo implicitè credant quidquid credendum proponit S. Mater Ecclesia. Sed hæc opinio penitus falsa est. Alii dicunt, fat esse si unum aliquem articulum explicitè rudes isti credant. Sed hæc quoquè opinatio improbabilis, & falsa est. Quarè dicendum est, nullam in istis, dummodo compotes rationis sint, dari posse ignorantiam invincibilem articulorum quorum fides necessaria est necessitate medii. Articulorum verò quorum fides necessaria est necessitate præcepti, an occurrere ignorantia invincibilis in aliquo raro casu possit, nec negare, nec affirmare certè audeo. Fortè affirmans sententia probabilis est. Facultas percipiendi veritates fidei non ex solis humanis viribus, sed potissimum repetenda est ex gratia Dei, qui *illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.*

XI. QUÆST. III. *Satisfaciuntne fideli præcepto fideles qui Symbolum, decem Decalogi præcepta, orationem dominicam, & angelicam salutationem latinè discunt, quandò sunt linguæ latinæ prorsus ignari?* RESP. Hæc omnia vi præcepti ecclesiastici diuturna consuetudine firmati memoriter fideles scire saltem quantum ad substantiam, ut dicitur, debent, ut dictum est. Si nihil prorsus intelligerent eorum quæ memoriter didicerunt, quid illidem prodesset notitia? Verborum isti, non veritatum cognitionem haberent, & perindè esset ac si cognitione carerent.

XII. Præceptum sciendi articulos fidei in Symbolo contentos, & præcepta Decalogi, divinum est. Ecclesiasticum verò est illud quo jubetur ut hæc omnia memoriæ consignentur, & memoriter recitentur.

XIII. QUÆST. IV. *Quandonam fideles eliceresactus internos fidei astringuntur?* RESP. Duplicem obligationem Theologi distinguunt, unam *per se*, aliam *per accidens*. Prima ex ipso præcepto, præciso quocumque alio respectu, manat. Secunda oritur ex altero præcepto, quod impleri nequi absque fidei actu; ut si elicere actum charitatis velis, fides prærequiritur: neque enim diligere Deum potest, nisi illud credas. Per se igitur obligantur pueri, comparato rationis lumine, elicere actum fidei, sicut etiam juxta graviores Theologos, & præsertim S. Thomam tenentur Deum diligere amore charitatis. De alio tempore quo adulti astringuntur elicere fidei actus, disputant Casuistæ, & Probabiliùs beneficio, olim maximè, ab hac obligatione eximebant fideles. Quarè Innoc. XI. damnavit hanc propositionem: *Fides non censetur cadere sub præceptum speciale, & secundum se.* Hanc etiam alteram damnavit: *Satis est actum fidei semel in vita elicere.* Similis est altera damnata ab eodem Pontifice: *Sufficit illa mysteria semel credidisse.* Heinc apparet præceptum fidei per se obligare, & quod non sufficiat semel in vita, aut infra quinquennium actum fidei elicere. Casuistę qui scripserunt post damnatas propositiones, disputant, num satis sit semel infra biennium, alii infra annum actum fidei elicere. Disputationes istę non fovent, sed debilitant fidei exercitium, & ut mihi videtur, etiam vanæ sunt. Christiani justi, non semel, sed plurès in diem fidei actus eliciunt. Nam quotidiè Symbolum recitant, aliasque preces fundunt quæ vix, ac ne vix quidem absque fidei exercitio peragi valent. Peccatores quoquè christiani, nisi sint sceleratissimi, symbolum, & alias preces recitant, Ecclesias frequentant, Missam audiunt, sacrum Christi Corpus adorant. Quarè pauci fideles reperiuntur qui frequenter actus fidei non edant. Vix Christianum reputarem qui infra annum semel tantum actum fidei eliceret. Hanc actuum frequentiam definire non audeo, sed quisque meliori quo valet modo præceptum impleat. Vita Christianorum vita fidei, spei, & charitatis est. Vita corporea quotidiano indiget alimento: & vita spiritualis & divina semel tantùm in anno actus patiet? *Justus ex fide vivit.* Si vivit, frequentet vitæ officia peragit. Dum Sacramenta suscipiuntur, actus fidei necessarii sunt. Tempore

IX. „ Etiam facta promulgatione Evangelii, „ non est necessaria necessitate medii notitia explicita Trinitatis, aut mysterii Incarnationis, „ sed solum præcepti: atque adeo contingere „ alicui potest salus, quin explicitè cognoscat „ Filium Dei incarnatum fuisse, & pro nobis „ passum. " Castropalaus *tom. 2. tract. 4. disp. 1. punct. 9. num. 7.*

X. „ Dubius in fide dubio voluntario, sed „ meè suspensivo, hæreticus non est. " Torrecilla, *tom. 1. Sum. tract. 3. disp. 1. cap. 1. sect. 10. num. 144.*

XI. „ Ut quis tanquam hæreticus habeatur „ in foro interno, opus est ut cognoscat, & advertat in opinione sua procedere contra quod „ definitum est ab Ecclesia, ejus auctoritatem „ contemnens. " Torrecilla, *tom. 1. Sum. tr. 3. disp. 1. cap. 1.*

CAPUT III.

De Fide, & ejus divisione.

I. QUÆST. I. *Quid sit fides?* RESP. Fides theologica ab aliis virtutibus distincta describitur ab Apostolo ad *Hebr. 11.* his verbis: *Fides est substantia sperandarum rerum, argumentum non apparentium.* Communis inter Theologos notio hæc est: *Fides est habitus infusus, quo firmiter assentimur veritatibus à Deo revelatis, & ab Ecclesia propositis.* Fides itaque theologica divinæ auctoritati nititur: quę revelatio nobis per divinas Scripturas constat propositione Ecclesiæ accedente.

II. QUÆST. II. *Quotuplex sit fides?* RESP. Dividitur fides in actualem, & habitualem. *Actualis* est assensus supernaturalis firmus, & certus omnem excludens dubitationem, datus rebus à Deo revelatis propter auctoritatem ejusdem divinæ revelationis. *Habitualis* est virtus infusa, quæ nos habiles permanenter reddit ad eliciendos actus fidei cum auxilio gratiæ actualis. Rursus tribuitur *informatam*, seu vivam, quæ gratia habituali, & charitate alitur, quæque per dilectionem operatur, editque fructus vitæ æterna dignos; & *informem*, seu mortuam, quæ gratia habituali, & charitate caret. Illa in justis, hęc in peccatoribus reperitur. Tandem fides alia est *explicita*, qua articulus à Deo revelatus expresè creditur; alia *implicita* qua creditur articulus in altero revelato. Credis mysterium resurrectionis, & in eodem implicitè credis justorum resurrectionem.

III. QUÆST. III. *Quodnam sit, & quotuplex objectum fidei?* RESP. Objectum fidei est quod menti credendum proponitur. Duplex est. Aliud *materiale*, quod etiam appellatur *formale quod*, & sunt res omnes quę creduntur, quarum Deus est objectum primarium, & cætera omnia sunt objectum secundarium. Aliud est objectum *formale quo*, seu ratio cur credimus; & est prima veritas obscurè revelans. Hæc formalis ratio, seu divina veritas revelans, quæ nos ad credendum inducit, postulat tanquam conditionem necessariam Ecclesiæ propositionem. Altera conditio est firmitudo assensus. Tertia est obscuritas. Triplex fidei actus distingui solet, nempè credere Deo revelanti, credere Deum tanquam veritatem revelatam, & credere in Deum, quatenus in ipsum tendimus tanquam in ultimum finem.

IV. QUÆST. IV. *Fiducia qua quis certò credit sibi esse peccata remissa, est ne fides theologica ad salutem necessaria?* RESP. Affirmant Protestantes Lutherani, & Calvinistæ, quorum errorem damnavit Tridentinum Concilium *sess. 6. c. 9.* Fides enim theologica est assensus præstitus articulis à Deo revelatis, ut dictum est. Fiducia verò de divina misericordia, qua sibi quisque promissiones divinas de peccatorum remissione applicat, est actus spei, ad justificationem necessarius, minimè vero justificationem efficiens, ut Lutherani fabulantur.

V. QUÆST. V. *Quæ ab Ecclesia credenda proponuntur ut à Deo revelata, sunt ne evidenter credibilia?* RESP. Aliud est evidenter verum, aliud evidenter credibile. Veritas evidens se ipsa mentis offertur. Illud dicitur evidenter credibile quod argumenta luculenta, & gravia proponunt tanquam dignum cui assensus præbeatur. Articuli fidei sunt evidenter credibiles, inquit *Psalm. 92.* Regius Propheta: *Testimonia tua credibilia facta sunt nimis.* Perstringuntur istius evidentis credibilitatis argumenta.

VI. 1. Prophetarum vaticinia. 2. Fidei propagatio per universum orbem, non armorum strepitu, non divitiarum copia, non eloquentiæ lenociniis, non voluptatum illecebris; sed duodecim piscatorum imperitia, paupertate, & humilitate. 3. Religionis christianę sanctitas. 4. Immensa miraculorum multitudo. 5. Martyrum innumera copia. 6. Testium dignitas omni exceptione majorum. Hęc & alia credibilitatis argumenta, quę explicui *tom. 1. in Decalog. lib. 1. diff. 1. c. 3.* exponere Parochi populo debent, ut rationabile sit ejusdem obsequium. Hæc quippè credibilitatis argumenta mentem præparant ad firmiorem fidei assensum.

VII. QUÆST. VI. *Pia voluntatis affectio præcedere ne fidem debet?* RESP. Affirmatur, ut fides prudens sit, argumenta is qui credit habeat oportet quæ evincant digna credita esse ea quibus præbere assensum debet. At quia hæc credibilitatis argumenta rei credendæ obscuritatem non tollunt, idcircò intellectus assentiri fidei objecto nequit, nisi interno voluntatis motu adjuvetur. Objectum enim obscurum flectere mentem nequit. Hunc objecti defectum supplere pia voluntatis affectio debet.

VIII. QUÆST. VII. *Quinam sunt homines, aptiad fidem theologicam?* RESP. Sunt homines viatores. Quare neque in damnatis, neque in dæmonibus fides reperitur, cum sint omni supernaturali dono privati. Credunt utique, & contremiscunt, sed fide naturali, non theologica. Neque in beatis fides reperitur, quia quæ crediderunt, vident. In animabus verò purgatorii remanet fides, quia quę credunt, nondum vident, sicut in eisdem spes perseverat. Peccatores non infideles retinent fidem, tametsi languidam, & ut dicitur, mortuam. In hæreticis verò nulla fides: dum enim unum articulum negant, rationem formalem credendi, nempè divinam revelationem ab Ecclesia propositam, rejiciunt. Asserunt utique se credere propter revelationem; sed hæc divina revelatio ab ipsis singulis, non ab Ecclesia proponitur.

CAPUT IV.

De necessitate credendorum.

I. QUÆST. I. *Utrùm necessaria fides sit ad salutem?* RESP. Duplex necessitas: una *medii*, altera *præcepti*. Illud est necessarium necessitate medii, sine quo salus haberi nequit, etiamsi ejusdem omissio culpa careret. Sic infantes decentes sine baptismo, non consequuntur gloriam æternam, etiamsi omissio baptismatis inculpata iisdem sit. Illud verò est necessarium necessitate præcepti, cujus inculpata omissio non impedit affectionem finis, culpabilis verò neglectus impedit. Quod est necessarium necessitate medii, est simul necessarium necessitate præcepti; sed non è contrario. Præcepti necessitas adultos dumtaxàt ligat. Necessitas medii duplex. Alia semper in re, ut necessitas gratiæ habitualis, fidei, spei, & charitatis; alia in voto, ut necessitas baptismatis respectu adultorum, qui gratia habituali ornati cum solo voto baptismatis salutem assequi queunt.

II. Fidem necessariam esse necessitate medii tùm in parvulis, tùm in adultis, nemo in disputationem vocat. De fide actuali sermo nunc est.

III. Omnibus adultis ratione prædictis necessaria est necessitate medii fides interna actualis, explicita, & supernaturalis, tùm ad justificationem, tùm ad gloriam. Quare adulti ratione utentes, & in infantia baptizati nequeunt sine fide actuali salutem æternam assequi.

IV. QUÆST. II. *Quinam articuli credendi sunt necessitate medii?* RESP. Omni tempore omnibus necessaria semper fuit fides explicita. Dei auctoris supernaturalis, & remuneratoris necessitate medii, ut docet *ad Hebr. 11.* S. Paulus. *Sine fide impossibile est placere Deo. Credere enim oportet accedentem ad Deum, quia est, & inquirentibus se remunerator sit.*

V. Post lapsum humani generis in peccatum, tùm sub lege naturę, tùm sub lege Moysis fides actualis in Christum Redemptorem salutem implicita, omnibus adultis necessaria semper fuit necessitate medii, ut communiter Theologi docent.

VI. Adultis omnibus post promulgationem Evangelii necessaria est explicita fides Trinitatis, & Incarnationis necessitate medii ad æternam salutem consequendam. Veritas hæc expresè traditur in Evangelio. S. Matthęus cap. 28. *Docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* S. Joannes cap. 16. *Prædicate Evangelium omni creaturæ: qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur.* Opinio contraria quam defendit P. *Sporer*, qui pro eadem citat Layman, Tanerum, aliosque juniores falsa est, & luculentis Dei testimoniis adversa.

VII. Salmanticenses *tr. 21. cap. 2. punct. 2. n. 18.* Roncaglia *tr. 6. c. 2. q. 3.* aliique Casuistæ defendunt contingere *per accidens* posse ut aliquis fide Christi tantùm implicita justificetur. Quoniam, inquiunt, evenire potest ut cathecumeno proponatur Deus ut auctor, & finis supernaturalis, nulla expressa mentione facta Christi, & Trinitatis. Verum habet. Sed contingere etiam potest, quòd neque mentio fiat Dei auctoris supernaturalis. Quid indè? Arbitraria & penitus commentitia est distinctio data *per se* & *per accidens* in hac causa. Divinę enim Scripturæ apertæ sunt. Experientia quam adducunt Salmanticenses, nimis lepida est, cùm justificatio impii experientię nostrę limites transiliat. Ineptè pro hac opinione allegatur S. Thomas.

VIII. QUÆST. III. *Ignorantia mysteria Incarnationis, & Trinitatis negandæ ne absolutio sit?* RESP. Sententia affirmans communis est, & contraria penitùs falsa. Quare meritò damnata est hæc thesis ab Innoc. XI. *Absolutionis capax est homo, quantumvis laboret ignorantia mysteriorum fidei, & etiamsi per negligentiam culpabilem nesciat mysterium sanctissimæ Trinitatis & Incarnationis D. N. Jesu-Christi.* P. Viva in hanc thesim *com. n. 7.* distinguit absolutionem licitam ab invalida, & plura ibi involvit quæ meo judicio falsa sunt. Quamobrem adulti qui hac ignorantia obducti sacramenta frequentarunt, repetere Confessiones, utpotè nullas, debent.

IX. QUÆST. IV. *Quænam sunt fidei capita quę vi præcepti credere adulti obstringuntur?* RESP. Omnes adulti ratione præditi scire, & credere tenentur explicitè omnes articulos contentos in Symbolo. Nam Symbolum istud summam continet christianæ professionis, inquit *lib. de fid. & Symb. cap. 1.* S. Augustinus. *Est autem fides catholica in Symbolo nota fidelibus, memoriæ mandata, quantum res passa est, brevitate sermonis, ut incipientibus, atque lallentibus, eis qui in Christo renati sunt, nondum Scripturarum divinarum diligentissima, & spirituali tractatione, atque cognitione roboratis, paucis verbis credendum constitueretur.* Omnes itaque adulti præfata Symboli mysteria memoria tenere debent ita ut de iisdem interrogati respondere sciant. Debent igitur credere, & scire expresè, Deum esse unum, omnipotentem, creatorem universi, omnium visibilium, & invisibilium, salvatorem generis humani, omnis sanctitatis, & gratiarum datorem, qui peccata dimittit, glorię largitorem: & hunc Deum unicum esse, trinum in personis tribus distinctis, quarum una non est alia & omnes tres unum sunt.

X. De articulis qui humanitatem Christi spectant, scire & credere omnes debent quòd secunda persona, nempè Filius Dei factus homo sit, qui appellatur Christus, estque Deus homo. Non requiritur ut expresè sciant unionem naturę humanæ cum divina factam esse in persona, & alias difficultates &c. Scire quoque & credere debent quòd Christus conceptus sit virtute Spiri-

mortis per se urget præceptum, non solùm quia tum dæmon suos aggressus redintegrat : *Cui resistite fortes in fide*, inquit S. Petrus *ep. 1. cap. 5.* verùm etiam quia illo potissimum tempore perhibere professionis suæ testimonium Christiani obstringuntur. Et ut paucis omnia complectar, cum Christianorum vita militia sit super terram, S. Paulus hortatur omnes ut *sumentes scutum fidei* strenuè adversùs potestates tenebrarum pugnent, revera assequi bravium aveut.

CAPUT VI.

De præcepto divino, & Ecclesiastico confitendi doctrinam christianam cum fidei, tum morum.

I. QUÆST. I. *Datuene præceptum confitendi exterius fidem christianam?* RESP. Affirmant omnes. Hoc divinum præceptum duplex est, adfirmans, & negans. Nunc de primo sermo est. Exterior fidei manifestatio fieri potest verbis, signis, nutibus, gestibus, & actionibus ex peculiari institutione, aut communi acceptione fidem exprimentibus.

II. Præceptum divinum fidei exterius confitendæ frequenter inculcat Christus *Matth.* 10. inquiens : *Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo.* Urget præceptum istud 1. cum populo periculum instat defciscendi à fide, vel in eadem vacillandi. 2. Cum is indiget in ea confirmari. 3. Quandò cogimur alios Religionem catholicam docere. 4. Quando ex silentio nostro suspicio oritur, aut oriri potest nos à fide recedere. In his & similibus casibus urget præceptum exteriotis confessionis.

III. QUÆST. II. *Qui interrogatur de fide catholica, peccatne, si taceat?* RESP. Distinguere Theologi solent interrogationem factam à potestate publica, ab interrogatione facta à potestate privata. Convenit penes omnes peccare contra præceptum fidei confitendæ Christianos, qui interrogati de rebus fidei à publica potestate sedente pro tribunali, silent, palamque fidem profiteri omittunt. Quarè damnata jure est sequens thesis: *Si à potestate publica quis interrogetur, fidem ingenuè confiteri, ut Deo, & fidei gloriosum, consulo tacere ut peccaminosum per se non damno.* Si interrogatio fiat à persona privata, tum spectandæ sunt circumstantiæ personarum, temporis, & loci. Si enim circumstantes ex silentio periculum subirent, si Dei honor detrimentum pateretur, tunc præceptum confessionis urgeret, etiamsi interrogatio facta à persona privata esset. Tenentur quoque respondere fideles superiori catholico interroganti de fide. Quod verum habet, etiamsi princeps laicus sit : quia licèt ad istos non attineat interrogare de rebus fidei, accidere tamen potest quod eorum sit scire, utrum propriè subditi sint Catholici. Dum Catholicus videt sacras imagines conculcari, profiteri fidem suam astringitur, ut quoad fieri potest, injuriam Deo, & sacris imaginibus irrogatam propulset.

IV. QUÆST. III. *Licitumne est aliquandò tyrannum fugere, ut coactio ad fidem constendam evitetur?* RESP. Negavit Tertullianus in libro *de Fuga in persecutione*; ejusque errorem amplexi sunt Montanistæ. Errorem Tertuliani confutarunt Patres manifestis Evangelii testimoniis. S. Matth. *cap. 10.* inquit : *Cum vos persecuti fuerint in civitate ista, fugite in aliam* : & rursùs c. 15. *Qui in Judæa sunt, fugiant ad montes.*

V. Episcopi, Parochi, aliique Pastores fugere licitè possunt, & interdùm debent cum tyranni in ipsos sæviunt, & alii ministri adsunt qui ministrare spiritualia subsidia queant gregi, ut exemplo invictissimi Athanasii constat; docetque Angelicus *test. 3.* in Joannem. Contra, quando nulli ministri adsunt, & oves gravi premuntur necessitate, & sunt in gravi periculo fidei amittendæ, tunc fugere Pastores nequeunt, sed vitam exponere pro gregis salute debent, ut c. 10. Joannes ait : *Nam bonus Pastor animam suam dat pro ovibus suis. Mercenarius autem..... dimittit oves, & fugit.* Qui non sunt Pastores, titulo charitatis, non justitiæ tenentur urgente gravissima necessitate fratribus succurrere.

VI. QUÆST. IV. *Qui curam animarum habent, tenenturne fidei professionem palam edere?* RESP. Adfirmant omnes, idque decrevit Concilium Tridentinum *sess. 24. cap. 1.* Decretum Tridentinum confirmavit, & amplificavit Pius IV. in suo *motu proprio*, cujus initium est *Injunctum nobis*. Et rursùs S. Pius V. in sua constitutione, quæ incipit *In sacrosancta* &c. jubet ut omnes Doctores, Magistri, Regentes, Lectores, Concionatores &c. fidei professionem emittant. Et hæc decreta sub gravi culpa obligant, ut communis sententia docet. Beneficiarii curam animarum habentes tenentur intra bimestre à die pacificæ possessionis fidei professionem emittere in manibus Episcopi, aut ejus vicarii, alioquin non faciunt fructus suos, & ad restitutionem tenentur, ut communiùs & probabiliùs docet sententia. Vide *t. 1. in decal. lib. 1. dis. 1. c. 13.* Præfatis constitutionibus subjecti sunt etiam Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, & Episcopi.

VII. QUÆST. V. *Negantne fidem qui negant se esse Christianum?* RESP. Adfirmat *tract. 103.* in Joannem S. Augustinus. Qui enim se Christianum negat, ipsum Christum pernegat, idem dicendum de eo qui negaret se esse *Papistam, Pontificium Romanensem*, quandò interrogatio fieret ab hæreticis religionis causa. Similiter fidem negaret qui interrogatus, utrum turca sit, an Lutheranus, adfirmaret, dummodo finis interrogantis esset, ut Religionem respondentis compertam haberet : secus si interrogatio alio spectaret. Qui negaret se esse Clericum, Sacerdotem, Religiosum, non negaret fidem ; reus tamen mendacii esset, quidquid contra asserant quidam Probabilistæ. Non est licitum vitandæ mortis causa adolere thus Idolo, eidemque genua flectere, vel alia religionis signa exhibere, quamvis interius fides illibata servetur. Quandò enim suapte natura actiones externæ religionem redolent, numquàm exerceri licitè valent ad testandam venerationem erga Idolum. Exemplum Naaman Syri, quod

quod opponi solet, vanum est, ut suo loco palam fiet. Non est licitus usus cæremoniarum, quæ sunt falsæ religionis veluti tesseræ, sapientque superstitionem.

VIII. Non licet Christianis infidelium vestibus per se institutis ad falsæ sectæ protestationem uti, quidquid in oppositum asserat Azorius cum quibusdam aliis. Quamquàm enim vestes absolutè ad corporis ornatum institutæ sint, & sub hoc aspectu licitus sit earum usus ; tamen cum determinatæ sint ad falsam sectam profitendam, tunc nullo modo usurpari licitè queunt. Vide *tom. 1. in Decal. lib. 1. dis. 1. c. 14.* Licitus est ingressus justis de causis in templa hæreticorum, in synagogas Judæorum, & infidelium : quoniam talis ingressus in communi hominum existimatione non reputatur religionis officium, seu professatio. Si tamen Princeps hæreticus juberet ut Catholici propriæ ditioni subjecti ingrederentur hæreticorum templa religionis causa, mortem potiùs oppetere Catholici deberent, quam simili parere decreto. Urgente extrema necessitate licitum est hæreticorum templa adire ad baptismum suscipiendum.

IX. Licitum quoquè est comedere idolothyta, seu cibos consecratos Idolis, dummodo superstitionis suspicio, scandalum & falsæ sectæ cultus ablit, ut ex S. Paulo 1. *Corinth.* 10. colligitur. *Omne quod in macello venit, manducate, nihil interrogantes propter conscientiam.* Catholici transeuntes per regiones hæreticorum nequeunt diebus vetitis carnes comedere, sublata necessitate. Servanda enim ubique sunt Ecclesiæ præcepta. Ad mortem tamen vitandam, aliudve grave incommodum licitus est carnium esus. Si tamen in contemptum religionis comestura carnis præcipereturr, subeunda potius mors esset, quam in contemptionem propriæ veræ religionis cibos vetitos comedere.

X. QUÆST. VI. *Peccantne contra præceptum confitendæ fidei, qui erubescunt publicam confessionem doctrinæ, quæ mores regit?* RESP. Religio christiana, ut dixi altàs, credendis, agendisque veluti duobus cardinibus vertitur individuis. Utraque ergo pars & credendorum, & agendorum publicè confitenda est. Primis Ecclesiæ sæculis credenda persequebantur ethnici tyranni, sed agenda venerabantur. Contra ultimis Ecclesiæ temporibus agenda infectantur nonnulli ipsius christianæ Religionis professores. *Qui me erubuerit* (inquit Christus Luc. 9.) *& sermones meos, hunc Filius hominis erubescet* &c. Christus non ait, qui erubuerit confiteri Divinitatem, Trinitatem, Deum Creatorem, & alia splendida arcana, quæ mentem dumtaxat illustrant ; sed ait qui *Me erubuerit* : id est me hominem humilem, opprobriis, contumeliis, derisionibus lacessitum, crucifixum, mortuumque : subdit : qui erubuerit *sermones meos*. Qui sunt Christi sermones ? sunt morum præcepta, quæ carnem crucifigunt, appetitiones coercent, animum inflatum deprimunt, pœnitentiam jubent, illecebras, tripudia, mundi pompas, luxum, libidinem, divitiarum amorem prohibent. *Qui me erubuerit coram hominibus.* Non sufficit hæc omnia corde confiteri, sed ea *coram hominibus* manifestanda, & defendenda sunt. Non sat est profiteri credenda utcumque, sed pura, & illibata, ut illa Christus revelavit, propugnanda sunt. Eadem ratione non sufficit quamcumque Moralem profiteri ; sed necessaria est confessio publica Moralis christianæ, quæ per arctam, & angustam viam ducit, quæ separat homines à mundi pompis, spectaculis, comœdiis, aliisque illecebris. Necessaria est professio Moralis puræ, & immaculatæ, quæ simplex est, & ingenua, quæ cavillationes, & bilingues distinctiones detestatur.

XI. QUÆST. VII. *Liceatne aliquandò falsam simulare regionem verbis, aut factis?* RESP. Ex iis quæ dicta sunt, patet numquam hoc licitum esse. Adversùs quæcumque simulationes constitutionem edidit Benedictus XIV. insertam *tom. 1. sui Bullarii, num. 89.* cujus initium est *inter omnigenas*. Ex qua pauca excerpo, & infra subjicio. (a)

CA-

(a) I. „ Ordientes itaque à negotiis fidei, sine qua impossibile est placere Deo, omnibus, & „ singulis istius Regni Fidelibus, qui Ecclesiæ catholicæ communionem retinere cupiunt, districtè „ præcipimus, & jubemus ut caveant, ne ad occultandam, quam licitum & necessè est aliquandò „ christianæ Religionis professionem, aliqua faciant, aut admittant, contra Evangelica præcepta, „ & instituta ; præsertim verò, quæ protestationem includunt Mahumeticæ sectæ ; ideòque si eis„ cumcisionem susceperint, sciant quod Christus ipsis, Apostolo attestante, nihil proderit. Nomina „ Turcica, quorum nec memores esse deberent, per labia sua assumere : abominanda infidelium „ templa, quæ Moscheas vocant, frequentare : ecclesiasticorum jejuniorum dies carnium esu pro„ fanare, & hæc eo fine, ut Mahumetani credantur, prorsùs devitent. Hæc enim omnia, etsi fides „ Christi in corde teneatur, fieri nequeunt, sine Mahumetis errorum simulatione, sinceritati christ„ianæ contraria, quæ mendacium in re gravissima continet, & virtualem fidei negationem, ma„ xima cum Dei injuria, proximique scandalo includit.

II. „ Multò verò magis quum à publica potestate interrogantur, illicitum sibi esse sciant Mahu„ meticæ sectæ se additos profiteri ; sed illud noverint esse tempus quo eos oportet, sumentes scu„ tum fidei, non solùm corde credere ad justitiam, sed etiam ore Christum confiteri ad salutem: „ alioquin si eum coram hominibus negare ausi fuerint, & ipse negabit eos coram Patre suo.

III. „ Impius pariter, & illicitus est illorum Servię Christianorum abusus qui, ex hac vita mi„ graturi, cadavera sua Turcarum sepulturis mandari eum istorum assistentia, & Mahumeticis adhi„ bitis ritibus permittunt, aut jubent. Etenim si Christum in vita erubescere minimè debent, quanto

ma-

CAPUT VII.

De infidelitate, ejusque variis speciebus virtuti fidei oppositis.

I. TRiplex infidelitas. *Negativa*, quæ est mera carentia, ut sic dicatur fidei in eo qui nullo modo fidem audivit. Hæc peccatum non est, sed peccati pœna. Quare damnata hæc thesis est: *Infidelitas pure negativa, in quibus Christus non est prædicatus: peccatum est.* Altera infidelitas est *privativa*. Hæc positivè resistit fidei prædicationi, recusatque fidem suscipere. Tertia est infidelitas *positiva contraria* in eo qui non modo fidei lumini, & prædicationi oculos claudit, verum etiam errores veræ fidei contrarios obstinatè defendit. Hæc infidelitas *contraria* triplex est; Paganismus, Judaismus, Hæreticismus. Dicitur autem *Paganismus* error voluntarius resistens fidei nondum susceptæ. Ad Paganismum reducitur Atheismus, Deismus, & Mahumetismus. *Judaismus* est error contra fidem susceptam in figura. *Hæreticismus* est error cum pertinacia resistens fidei in manifestatione veritatis susceptæ.

II. QUÆST. I. *Tolerarine infideles licitè queant inter Catholicos?* RESP. Absolutè, & præcilo omni respectu hæc tolerantia illicita videtur. Spes majoris boni, communis utilitatis, & majoris mali vitandi inducere Principes potest ut insuis dictionibus infideles tolerent, si nullum fidei præjudicium inferant. Hæreticorum tolerantia majorem postulat causam.

III. QUÆST. II. *Potest ne Ecclesia aut ipsa immediatè, aut Principum ope infideles non subditos ad fidem suscipiendam cogere?* RESP. Negat communis sententia cum S. Thoma 2. 2. q. 10. art. 8. & emitur ex D. Paulo 1. *Cor.* 5. ajente: *Quid enim mihi de his qui foris sunt judicare?* Quare infideles non subditos neque ad audiendam Evangelii prædicationem compellere Ecclesia potest: quia si nequit eosdem cogere ad fidem suscipiendam, neque potest illos compellere ad eam audiendam. Si verò de Judæis subditis sermo sit, potest illos compellere ad audiendum Evangelium, quia de Judæis peculiaris ratio viget. Hi enim in figura, & in promissionibus veteris legis, quam profitentur, Evangelium susceperunt. Et usus Ecclesiæ Romanę compellentis Judæos Romæ degentes ad audiendum Evangelium, sententiam nostram confirmat. Neque heinc sequitur coactio ad fidem: quia licèt auditio Evangelii præparet ad fidem, nullo tamen modo cogit. Auditores enim omninò liberi remanent. Infideles verò omnes, sive subditos, sive non subditos, qui prædicationem Evangelii impediunt, compescere Ecclesia valet. Prædicatores tamen non armis, aut militibus, sed patientia, humilitate, mansuetudine, pœnitentia, pace, & tranquillitate ornati annuntiare Christi Evangelium debent. Nequit verò Ecclesia privare Principes infideles sibi non subditos dominio, quo potiuntur in subditos, servosque christianos, ut ex ipso Evangelio habetur Matth. 22. *Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo.* Idemque docet S. Petrus *epist.* 1. c. 2. Infideles verò in catholicis regnis jurisdictionis in Catholicos capaces non sunt. Quare non est permittendum ut Judæi habeant servos, & ancillas christianas, ut constat ex cap. *Cum Judæi* 2. de Judæis.

CAPUT VIII.

De communicatione fidelium cum infidelibus.

I. DUplex communicatio. Altera religiosa, civilis altera. Prima vetita est. Quare omnis communicatio in precibus, ritibus, sacrificiis, aliisque Religionis exercitiis peccatum est contra fidem. Civilis absolutè licita est, nisi occurrat periculum subversionis.

II. Heinc non licet Christianis vendere ea quę eorum sacrificiis, & vanę religionis ritibus inserviunt. Quare peccarent Christiani qui Judæis fabricarent synagogas, & cæteris infidelibus templa, idola, altaria, vestes sacerdotales, delubra, & cætera id genus. Alia verò quæ adiaphora sunt, quibus malè vel benè uti infideles valent, vendi licitè possunt.

III. Decem sunt casus in quibus Ecclesiæ decreto prohibita est Christianis communicatio cum infidelibus. 1. Cohabitatio. 2. Interventus ad eorum convivia. 3. Eorum azymis vesci. 4. Cum iis-

isdem balneum ingredi. 5. Medicinas ab illis accipere. 6. Illorum medicis uti. 7. Judæorum filios à Christianis nutriri. 8. Famulatum illis exhibere. 9. Servitutis jugo se illis subdere. 10. Illos legatarios instituere.

IV. Ad primum casum quod attinet, ea habitatio prohibetur quæ veram familiaritatem præseferr. Servos habere Judęos, & Saracenos vetitum Christianis absolutè non est ad opera laboriosa, eosdem tamen domi retinere non expedit ob familiaritatis speciem. Accessus ad Judæorum convivia vetitus est, quòd Judæi cibos discernant, & plures ut immundos respuant. Azyma manducare ritu Judaico interdictum est, secùs necessitate impellente. Ingressus in balneum ex condicto vetitus est, secus si casu fortuito id eveniat. In quinto & sexto casu prohibetur accersiri Medicos Judæos ad Christianorum curam, necessitate urgente sublata. Quod dicitur de Medico, idem de Chirurgo Judæo dicendum est. Lactare Judæorum filios sive in domibus Judæorum, sive in domibus propriis, fœminis christianis prohibitum absolutè est: quoniam utrobique familiaritas intervenit. De famulatu in octavo, & nono casu dictum jam est. Terras tamen Judęorum colere non prodit famulatus rationem. Quare coloni, & alii opifices non comprehenduntur sub hac prohibitione. Institutio Judæorum in hæredes, vel legatarios vetita est, sive legatum, aut hæreditas relinquatur universitatibus, sive collegiis, sive personis. In gravi tamen necessitate constitutis potest aliquid legari titulo eleemosynæ. Catechumeni exempti sunt ab hac lege, quia pro Catholicis habentur.

CAPUT IX.

De hæresi, & apostasia à fide, & pœnis in hæreticos latis.

I. HÆresis est *error intellectus voluntarius, & pertinax contra aliquam veritatem fidei catholicæ, in eo qui fidem recepit.* Dicitur *error intellectus*, quia fides in intellectu residet, atque adeo in intellectu quoque error idem contrarius reperiri debet. *Voluntarius*, quia sine libertate peccatum nullum. *Pertinax*, quia cùm hæresis electionem significet, requirit obstinatam in errore deliberationem. Ut quis pertinax dicatur, oportet ut sciens, & advertens aliquem errorem deliberatè teneat contra definitionem Ecclesiæ catholicæ. Quare sicut ad veram fidem requiritur conditio Ecclesiæ proponentis, ita ad veram hæresim exigitur ejusdem Ecclesiæ contemptio. Non requiritur tamen ut quis directè contemnere Ecclesiam velit, sed sat est quod sciat se tenere errorem contra Ecclesiæ definitionem. Pertinacia hæc accipitur pro deliberata electione voluntatis, sive ex infirmitate, sive ex furoris impetu oriatur: nec necessaria est mora, sed temporis momento crimen hæresis; sicut & alia crimina, patrare quis potest. *In eo qui fidem recepit.* Error in eo qui ndem catholicam non recepit, infidelem, paganum, judæum, secus hęreticum constituere valet.

II. Duplex hæresis, alia *formalis*, alia *materialis*. Formalis illa est quam nunc definivi. *Materialis* est, cùm quis aliquid contra fidem credit, aut profert, ignorans illud ad fidem pertinere. Si ignorantia sit invincibilis, hæresis materialis est sine culpa; si vincibilis, cum culpa; dummodò tamen error non sit affectatus ob finem liberiùs obloquendi, & vivendi, aut contradicendi Ecclesiæ auctoritati: quoniam tunc est hæresis formalis. Hæresis quoque materialis est, cùm quis exteriùs errorem pronuntiat contra fidem, absque interno consensu. Rursùs dividitur hæresis in *mentalem*, seu *meræ internam*, atque in *internam* simul, & *externam*. Illa intra mentem, & animum sistit, & nullo exteriori signo manifestatur. Quando verò exteriùs prodit, tunc est interna simul & externa. Rursus hæresis formalis interna simul, & externa dividitur in eam, quæ est *manifesta per se*, quæ etiam *publica* dici soler, quæque non modò signis, verbisque prolata est, sed etiam coràm pluribus audientibus; & in eam quæ est *occulta per accidens*, quæ etiam *privata* appellatur, quæque licèt verbis, & signis, exteriùs prolata sit, id tamen evenit nemine audiente, aut vidente. Denique alia est *affirmativa*, dùm quis errorem contra fidem mente conceptum verbo, signove palam profitetur coràm omnibus: & alia *negativa*, cùm quis de hæresi juridicè convictus, hæresim suam fateri pertinaciter recusat.

III. QUÆST. I. *Utrum dubium in fide hæreticus habendus sit?* RESP. Disputant in utramque partem Theologi; sed dilsidium de voce potius est quàm de re. Convenit penès omnes dubium ex infirmitate ortum hæresim non sapere, neque hæreticum constituere. De solo dubio pertinaci quæstio est. Si dubium juxta metaphysicæ leges spectetur; juxta quas intellectus suspensus manens & anceps, nullum assensum, vel dissensum elicit, tunc non esse sic dubitantem hæreticum certum est. Verùm quia in praxi contingere vix, ac ne vix quidem potest aliquem pertinaciter dubitare quin aliquod judicium reflexum ferat, quo judicet res fidei dubias esse; idcirco in praxi hæretici communiter sunt qui pertinaci animo de rebus fidei dubitant. Heinc ortum est commune axioma: *Dubitas in fide infidelis est.* Qui dubitant ob difficultates quæ in fidei articulis insurgunt, atque harum difficultatum pondere pressi imperant suspensionem assensus, peccant adversus fidem: quoniam dùm deliberatè assensum cohibent, eo ipso, sin explicitè, reipsa tamen approbant difficultatum momenta contra fidem, contemnunt definitionem Ecclesiæ, quam sciunt talem articulum definisse, & proprio judicio res fidei metiri audent. Si verò ideò intellectum ab articulorum fidei contemplatione abstrahunt, ut defatigationem declinent, & laborem, & à periculo dubitandi se subducant, nullo modo peccant. Qui his angustiis se exagitatum sentit, actus fidei eliciat, & à conflictu desistat. Spectanda semper est dubitantis indoles, & status. Si qui du-

---

minus quum ejusdem tremendo judicio sistendi sunt; ne & ipse eosdem coram æterno suo Patre erubescat.

IV. „ Munus itaque Episcoporum, Parochorum, & Missionariorum erit, seriò Christianos illos „ qui supradicta, cum ingenti fidei injuria, nefarie præmunt, docere, & admonere, quod frustra „ sibi de christianæ legis custodia, & zelo, deque filiorum in eadem educatione blandiantur: quo- „ niam vel in uno istorum deficientes, facti sunt omnium rei. Itaque ipsis apertè denuntient, quod „ quisquis metu cujuslibet potestatis, vel temporalium amittendorum formidine, fidem suam pro- „ dit, iram Dei super se provocat, seque, nisi resipiscat, ab omni salutis spe extraneum reddit: „ quoniam magis timet hominem quam Deum, & momentanea retinere, quam æterna acquirere „ mavult. Si qui autem obstinati in hujusmodi via impiorum pergere velint, incapaces erunt Sacra- „ mentorum in vita, & si impœnitentes decesserint, suffragiorum post mortem; ad quæ nullus Ec- „ clesiæ minister illos admittere præsumat; alioquin à proprio Episcopo canonicis pœnis ad præscrip- „ tum etiam supradicti Albani Concilii, plectendus erit.

V. „ Arcendæ pariter à Sacramentis Ecclesiæ sunt illæ mulieres quæ nuptiarum nomine in Tur- „ carum contubernium admisse zelantes christianæ Religionis professionem, ibi vitam agunt ab om- „ ni Religionis exercitio remotam; eisque à Pastoribus denuntiandum est, ne salutis æternę fiduciam „ collocent in ea fide, quam sine operibus mortuam, in corde tantum utiliter conservare posse sibi „ persuadent. “

dubitat, scrupulis angatur, dubitationes flocci faciat, & alio mentem divertat. Qui deliberatè dubitat ob difficultates quæ sibi occurrunt, paratus corrigi, non ob auctoritatem Ecclesiæ, sed ob rationes, quibus fiat satis suis difficultatibus, tamquàm hæreticus habendus est. Quoniam is nec Deo, nec Ecclesiæ definienti talem articulum à Deo esse, fidem adhibet; sed unicè proprio cerebro fidit.

IV. QUÆST. II. *Quid sit apostasia?* RESP. Apostasia est recessio hominis baptizati à tota fide, ut ait S. Thomas 2.2. q. 12. art. 1. Apostata differt ab hæretico. Hic enim unam aliquam veritatem evangelicam sciens, & pervicax denegat, plures alias admittit, & Christum, atque ejus Religionem se profiteri jactat; Apostata verò Christo, & ejus universæ Religioni nuntium remittit, ut patet in Juliano Apostata. Apostatæ quoque vocantur qui ab aliquo, quem professi sunt, ordine recedunt. At isti eo ipso à christiana Religione non desciscunt.

V. QUÆST. III. *Quænam sunt pœnæ in hæreticos latæ?* RESP. Duo sunt pœnarum genera. Primum pœnarum genus spirituale est, nempè excommunicatio, irregularitas, privatio potestatis spiritualis in illis qui sacris sunt addicti. Quarta pœna est privatio dignitatum, & beneficiorum, ac inhabilitas ad ea in posterum obtinenda. Quinta est privatio sepulturæ.

VI. Quatuor sunt pœnæ temporales. Prima est bonorum omnium confiscatio. Altera est infamia, qua hæretici indigni quocumque honore, & dignitate evadunt. Tertia est pœna carceris. Ultima est capitis damnatio.

VII. QUÆST. IV. *Quinam subjacent pœnis latis in hæreticos?* RESP. Hæreticus qui hæresim merè internam concepit, recensitis pœnis non subjacet, quia, ut commune fert axioma, Ecclesia non judicat de internis. Similiter hæreticus merè externus ab his pœnis immunis est, quia hic non est verus hæreticus. Excommunicatio autem lata est in hæreticos veros. Hoc autem in foro interiori intelligitur: nam si hæreticus externus ad tribunal deferatur, judices illum ut hæreseon fontem judicant. Quilibet ergo Confessarius absolvere eum potest, qui aut merè internus, aut merè externus hæreticus est. Qui verò hæreticus est tum internus, tum externus, licèt occultissimus, qui in proprio cubiculo, nemine præsente, hæresim mente conceptam pronuntiat, excommunicationi obnoxius est, nec valet à quolibet Confessario absolvi. Tunc autem externa hæresis est quando verba, vel signa expresse, & completè conceptam hæresim produnt; ita ut adstantes verè concipere hæresim possent. Si actio externa levis sit, non sufficit ad hæresim manifestandam. Similiter verba æquivoca non sufficiunt in foro exteriori ad constituendam hæresim verè externam: hæreticus internus non fit externus, si dormiens in somno pronuntiet conceptam hæresim.

VIII. QUÆST. V. *Lata ne excommunicatio est in credentes, fautores, receptatores, & defensores hæreticorum?* RESP. Illi dicuntur *credentes*, qui erroribus hæreticorum fidem adhibent, & si hanc fidem signis, & verbis prodant, subjacent excommunicationi latæ in hæreticos. Illi dicuntur hæreticorum fautores, receptatores, & defensores qui in eorundem errores conspirant, aut opem ferunt ne comprehendatur à judicibus, aut in propaganda hæresi auxilium porrigunt: ideoque & *omissione*, ut si quis interrogatus à judicibus revelare hæreticum recusaret, si custodiæ proprie custodiæ, illum custodire negligeret: & *commissione* dum quis verbis laudat, aut auxilio juvat hæreticum, ut effugiat. Receptatores, & defensoret appellantur qui fugientem hæreticum, aut se occultatem hospitio recipiunt in propria domo, ditione, aut regno.

IX. QUÆST. VI. *Permissum ne Catholicis est disputare cum hæreticis?* RESP. Laicis, tametsi doctis, vetitum est sivè publicè, sivè privatim cum hæreticis de rebus fidei disputationem inire. Contendunt aliqui, laicos doctos non comprehendi in cap. *Quicumque*, §. *Inhibemus* de hæreticis in 6. quia, inquiunt, dum laici docti sunt, cessat finis legis. Contraria sententia mihi probabilior est. Si lex solos indoctos spectaret, frustranea esset, quia lege naturali indocti interdicti sunt disputare. Occurrere tamen casus possunt in quibus laici valeant, immò & debeant, si reipsa docti sint, cum hæreticis disputationem suscipere. Nam si hæretici concionibus, aut disputationibus tentarent Catholicos pervertere, & apti Clerici deessent; tum deberent in arenam descendere, & Catholicos defendere. Sub hoc decreto comprehenduntur etiam Religiosi laici, cùm sit eadem legis ratio.

CAPUT X.

De libris prohibitis.

I. Librorum prohibitio antiqua est, & habetur in Act. cap. 19. *Multi autem ex eis qui fuerant curiosa sectati, contulerunt libros, & combusserunt coràm omnibus.* Concilium Nicænum Arii libros comburi jussit, ut narrat Socrates, *lib. 1. cap. 6.*

II. Duplici ratione hæreticorum libri prohibentur, tum ut malum seductionis impediatur, tum ut hæretici confundantur. Libri hæretici proscripti sunt *in Bulla Cœnæ*. Sub hac prohibitione non comprehenduntur libri Judæorum, & Mahometanorum, vel Ethnicorum. Hæc prohibitio annexam habet excommunicationis pœnam quatuor occurrentibus conditionibus. 1. Ut libri sint hæreticorum. 2. Ut hæresim doceant, aut de Religione tractent. 3. Ut scienter legantur, retineantur, vel imprimantur. 4. Ut absque auctoritate summi Pontificis id fiat. Illi libri de Religione tractant qui exponunt Scripturam sacram, & Theologiam; qui res Monachorum, Clericorum, Sanctorum cultum, & ritus interpretantur; secus qui res philosophicas, historicas, aliasque inferiores attes versant.

III. Qui legit librum auctoris catholici in quo essent descripti errores hæreticorum, pœnis *Bullæ* non subjacet, quia liber non hæretici, sed catholici est. Idem dicendum de legente librum auctoris catholici in quo essent ob ignorantiam aliquæ hæreses scriptæ. Nec refert quod libri hæreticorum sint calamo exarati, aut typis editi. Qui legit concionem, orationem, epistolam, disputationem hæretici continentem hæresim, subjacet Bullæ pœnis, quidquid in oppositum docent Sanchez. Quarè non est admittenda opinio P. Sporer, qui cum Sanchez, Layman, & aliis docet, non incurrere excommunicationem illum qui legeret scripturam hæretici minorem decem foliis. Datur tamen parvitas materiæ in hac lectione. Quamam hæc? Azorius unum, vel alterum ve.siculum assignat; Suarez duas, aut tres lineas; Sanchez folii paginam; Fagundez paginam cum dimidia assignat; & quisque pro arbitrio loquitur. Designari certa regula nequit. Deliberata lectio culpa venialis non caret. Quarè unica & tuta via est omninò abstinere ab hac lectione. Spectandæ tamen sunt circumstantiæ personæ legentis, rei quæ legitur, & alia ejusmodi, ut definiri culpæ gravitas possit.

IV. Qui legit librum hæretici, qui nullo modo de Religione tractat, non subjacet pœnis latis in *Bulla Cœnæ*. Libri tamen Hæresiarcarum, Lutheri, Calvini, aliorumque omnes in quacumque materia vetiti sunt.

V. Ut quis pœnas in Bulla contentas incurrat, oportet ut *sciente* legat, seu requiritur notitia juris, & facti: scire nempè debet & lectionem libri hæretici esse vetitam & librum quem legit, esse hæreticum. Eisdem pœnis subjacet, qui librum hæreticum alteri legendum tradit, ut legentem audiat. Qui verò casu fortuito alium legentem audit, non subjacet pœnis in Bulla contentis, sed peccare plus, & minus potest pro diversitate circumstantiarum. Theologus, Concionator, Confessarius urgente gravi necessitate legere libros hæreticorum valent, ut vel hæreticos confundant, vel Catholicos confirment. Rarò tamen hoc accidit.

VI. Qui licentiam aut à summo Pontifice, aut à Congregatione S. Officii obtinuere legendi libros hæreticos, si periculum seductionis patiantur, sentiantque mentem gravibus concuti tentationibus, peccant mortaliter ejusmodi libros legentes. Quoniam à debito vitandę occasionis graviter alliciente liberare nulla pontificia licentia potest. Qui verò nullam tentationem patiuntur, graviter non peccant, etiamsi ex sola curiositate legant. Non modò graviter peccant, qui absque legitima facultate legunt libros hæreticos, & excommunicationem reservatam incurrunt, sed etiam qui eosdem retinent quacumque ex causa, sivè ad pompam, & ornatum, sivè ut bibliothecas impleant.

VII. Impressores librorum hæreticorum peccant mortaliter, & excommunicationem contrahunt, sicut omnes illi qui typographis manus adjutrices porrigunt, qui librum imprimendum tradunt, qui attramenta, vel caracteres exhibent: quia omnes influunt in impressionem, & hæreticis favent.

VIII. In Indice Tridentino, & Romano præter libros Hæresiarcharum prohibiti sunt plures libri Catholicorum. Illi *primæ*, isti *secundæ classis* nuncupantur. Prohibiti sunt Catholicorum libri qui errores continent doctrinæ fidei, aut morum infestos, aut suspicionem erroris ingerunt, piasque aures offendunt, aut scandalum prębent, vel opiniones laxas continent. Istius classis libri aliquandò prohibentur *donec corrigantur*. Quòd tunc accidit, quandò in libro absolutè sana doctrina continetur, sed aliqua propositio, quæ capitalis non est, calamo auctoris excidit præter intentionem, aut ex mentis subreptione, vel ob ignorantiam Ejusmodi libri prohibentur sub peccato mortali, & excommunicatione non reservata.

IX. Plura alia sunt librorum genera in præfato Indice prohibita. Primò omnes libri tractantes magiam. Secundò libri de Astrologia. Tertiò omnes libri obscœni sunt ipso jure prohibiti, nec pro istorum lectione facultas, seu licentia suffragatur: sunt enim natura sua pestiferi. Denique in quarta regula Indicis Romani vetita est lectio Bibliorum sacrorum in lingua vernacula absque superiorum licentia. Liber proscriptus in una lingua, proscriptus est in quacumque alia, nisi discrimen contingat, & correctio facta sit.

CAPUT XI.

Virtutis spei theologicæ notio, objectum, subjectum, præceptum, & tempus quo urget obligatio.

I. QUÆST. I. *Quid sit spes theologica?* RESP. Est *virtus supernaturalis, qua volumus ac humanam speramus æternam beatitudinem Dei auxilio obtinendam.* Dicitur *virtus supernaturalis*, quia vel accipitur pro habitu, qui à Deo infunditur, vel sumitur pro actu, qui ví divinæ gratiæ elicitur. Aliæ particulæ distingunt spem ab aliis virtutibus theologicis: proprium quippe spei est Deum attingere prout est beatitudo nostra æterna, quàm propriis viribus assequi non valemus: idcircò additur *Dei auxilio obtinendam.*

II. Objectum spei duplex, materiale, & formale. Illud est Deus possidendus, & dicitur objectum materiale primarium. Istud, seu formale est Deus ipse ut omnipotens, seu omnipotentia auxiliatrix. Objectum secundarium sunt auxilia divina, bona opera gratiarum ví parta, item bona temporalia, quatenus illarum usus per gratiam bonus ad æternam beatitudinem viam sternit. Fundamenta itaque spei christianę sunt Dei omnipotentia, ejusdem misericordia, & immensa Christi Domini merita. Frequenter itaque repetendum nobis est ex imo cordis nostri: *Ego autem in misericordia tua speravi*: Psalm. 12. *Deus meus, adjutor meus, & sperabo in eum*: Psalm. 17. illudque ante oculos habendum: *Ego protector tuus sum, & merces tua magna nimis*: Gen. 20. Macte igitur animo *in spem vitæ æternæ, quam promisit, qui non mentitur, Deus*: ad Tit. 3.

III. Subjectum spei non sunt neque beati, neque damnati, neque hæretici. De beatis damnatisque nullum dubium. In hæreticis sicut non est fides theologica, ita neque spes. In solis ita-

ltaque Catholicis, aut degentibus in via, aut commorantibus in Purgatorio reperitur spes theologica. Licèt enim securæ illæ animæ sint præmii obtinendi, absens tamen præmium est.

IV. QUÆST. II. *Daturne spei præceptum?* RESP. Affirmant omnes, & perspicuè illud Scripturæ sanctæ imponunt. *Sperate in Domino.* Immò, ut subdit Propheta, vita fidelium vita spei est. *Quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me:* Psal. 4. Quid enim est vita, seu potiùs peregrinatio nostra, nisi via ad Patriam? Illuc vota nostra conspirare omnia debent. Hanc vetitatem definivit Tridentinum *sess. 6. can. 6.* & Alexander VII. damnavit sequentem thesim: *Homo nullo unquam vitæ suæ tempore tenetur elicere actus fidei, spei, & charitatis ex vi præceptorum ad eas virtutes pertinentium.* Obligat hoc præceptum, cùm primùm refulget rationis lumen, & quidem per se, sicut & cum exeundum de hoc mundo est. Urget denique per se præceptum istud ad frequentandos hujusce virtutis actus. Plures docent, nullum esse tempus determinatum in quo ejusmodi præceptum urgeat. Qua ratione asseri à viris christianis tantùm paradoxon possit, sanè non percipio. Vix christiani recitare sincerè orationem dominicalem valent, quin eliciant actus spei. *Per accidens* urget præceptum istud quoties gravis tentatio animum pulsat contra spem; cum Sacramentum Pœnitentiæ peragendum est; quando urgent præcepta charitatis, & orationis, &c.

V. Spem comitatur timor, qui est fuga mali ardui, quod vitari facile nequit. Dividitur in filialem, initialem, servilem, & mundanum, qui turpis est. Servilis est bonus, quem Deus *Matth.* 20. suadet. *Timete eum qui potest corpus, & animam perdere in gehennam.* Timor iste à Spiritu sancto est, non tamen est donum Spiritus sancti. Timor verò filialis & castus donum est Spiritus sancti, sicut & timor initialis, qui non distinguitur à primo nisi tanquàm imperfectum à perfecto.

VI. QUÆST. III. *Daturne timoris præceptum?* RESP. Affirmant omnes. Patet ex Scriptura sancta. *Deut. cap.* 10. inquit Deus: *Et nunc, Israel, quid Dominus tuus petit à te, nisi ut timeas Dominum tuum?* Et David Ps. 33. *Timete Dominum omnes sancti ejus.* Præceptum istud peculiare est.

VII. QUÆST. IV. *Quænam sunt vitia spei opposita?* RESP. Sunt desperatio, & præsumptio. Desperatio describitur, quòd sit voluntas efficax abjiciendi salutem æternam ex divina misericordia consequendam. Gravissimum peccatum est: malè quippè sentit de divina misericordia.

VIII. Præsumptio est perversa, seu inordinata confidentia in divinam misericordiam. Grave peccatum est, & in illud frequentius quam in desperationem incidunt peccatores, qui confidunt gloriam æternam se assecuturos sine jejuniis, sine carnis conflictatione, & absque laboriosis operibus. Quare Christiani illi qui vitam ducunt in ludis, in convivis, in solatiis, in promiscuis virorum, & mulierum conversationibus, non sperant in Deum, sed Deum tentant; & quamvis non peccent peccatum præsumptionis propriè dictæ, quæ conjuncta cum hæresi est, sunt tamen in continuo peccato incuriæ propriæ salutis æternæ. Perseverant in peccatis ex nimia fiducia in divinam misericordiam. Hæc sola crassa negligentia, hæc stupida torpedo, & indolentia in gravissimo æternę salutis negotio, grave peccatum est. Diuturna perseverantia in peccatis ex spe divinæ misericordiæ supplicium est divinę vindictę, quæ spargit pœnales cæcitates super illicitas cupiditates.

DISSERTATIO II.

De Charitate erga Deum.

ULtimum inter virtutes Theologicas locum occupat charitas, quia earumdem finis, & meta est. Hæc est vinculum christianæ perfectionis, sine qua nihil prosunt cætera, & cum qua omnia prosunt ad vitam æternam. Sed quòd lugeri satis non potest, non pauci Casuistæ hanc præ cæteris virtutibus, suis laxis opinionibus quasi extinguere, & ejusdem exercitium ad nihilum ferè redigere pertentarunt, ut ex sequentibus thesibus palam fiet.

CAPUT I.

Census propositionum proscriptarum.

I. Alexander VII. quinque supra quadraginta propositiones proscripsit, quarum prima ejusmodi est. *Homo nullo unquam vitæ suæ tempore tenetur elicere actum fidei, spei, & charitatis ex vi præceptorum divinorum ad eas virtutes pertinentium.*

II. Innocentius XI. ex sexaginta propositionibus quas proscripsit, tres ad hanc materiam spectantes damnavit, suntque sequentes.

5. *An peccet mortaliter, qui actum dilectionis Dei semèl tantum in vita eliceret, condemnare non audemus.*

6. *Probabile est ne singulis quidem rigorosè quinquenniis per se obligare præceptum charitatis erga Deum.*

7. *Tum solum obligat quando tenemur justificari, & non habemus aliam viam qua justificari possimus.*

III. Alexander VIII. an. 1690. unam supra triginta damnavit propositiones, quarum sunt inter alias sequentes in ordine.

9. *Revera peccat qui odio habet peccatum meè ob ejus turpitudinem, & disconvenientiam cum natura sine ullo ad Deum offensum respectu.*

10. *Intentio qua quis detestatur malum, & prosequitur bonum, meritè ut ea bonum obtineat gloriam non est recta, nec Deo placens.*

12. *Omne quod non est ex fide christiana supernaturali quæ per dilectionem operatur, peccatum est.*

13. *Quisquis etiam æternæ mercedis intuitu Deo famulatur, charitate si careverit, vitio non caret, quoties licet intuitu beatitudinis operatur.*

16. *Attritio quæ gehennæ, & pœnarum metu concipitur sine dilectione Dei propter se, non est bonus motus supernaturalis.*

CAPUT II.

Inventarium propositionum quæ laxæ videntur.

I. P. Thomas Tamburinus *lib. 1. in Decal. c. 1. n. 9.* de fide scribens, doctrinam præmittit qua omnium trium theologicarum virtutum præcepta in nihilum redigit. „*Puto* (inquit) per se „ directè numquàm obligari fideles ad credenda „ prædicta mysteria nec implicitè, nec explicitè ex „ vi necessitatis præcepti fidei. Ratio prioris dici „ ti est, quia, ut diximus ... numquam præceptum „ aliquod obligat, nisi sit determinatum. Cùm „ enim non possit nisi ut determinatum exire in „ executionem, non censetur practicè esse com„ pletum.

Num. 10. Ultra progreditur ad destruendum speciale præceptum charitatis. „ Confirmatur primò „ nostra sententia ex Azorio, qui docet charitatis „ præceptum tunc solùm obligare quandò tenemur „ justificari, & non habemus aliam viam qua justi„ ficari possimus: quia hoc præceptum non videtur „ obligare nisi ut medium justificationis, vel ut dis„ positio ad illam. Hæc ex illo. Ex quibus colligo „ similiter dici posse de actu fidei, & consequen„ ter de actu spei, ut cum de spe, infra c. 2. §. 1. „ & cùm de charitate agam, huc me remittens „ rursùs innuam infra cap. 3. §. 2. num. 2.

II. Videndum nunc est quid de charitatis præcepto scribat loco à se citato. Refert *n.* 1. varia Doctorum placita his verbis. *Laborant Doctores in assignando tempore quo debet fidelis ex obligatione actum positivum amoris elicere circa Deum; variaque tempora, ut varia sunt ingenia hominum, assignant. Primum tempus, quod aliqui assignant, est initium usus rationis. Secundum finis vitæ. Tertium tota vita indeterminatè sumpta, ut saltùm semèl in ea ametur Deus. Quartum omnes dies festivi in quibus debemus Deo specialiter vacare. Quintum tempus quo adultus suscipit baptismum. Sextum tempus quo quis suscipit Eucharistiam. Septimum, quando fortè similitur martyrium. Octavum, quando à Deo magnum accipis beneficium. Nonum, quando audis aliquem contra Deum blasphemantem. Decimum, quando gravi urgeris tentatione, præsertim odii Dei, cum periculo consensus, nisi ad Deum per amorem te convertas.*

2. *Mihi placet doctrina Azorii, qui docet, hoc præceptum charitatis impositum fuisse ob justificationem impii: solum igitur tunc obligare, quandò impius, quia Sacramentum Pœnitentiæ non est in promptu, non habet aliam viam qua se justificet, nisi eliciat actum contritionis, quæ semper aliqua tandem modo actum amoris Dei super omnia dilecti involvit. Consequenter igitur, & indirectè, ratione suæ justificationis, ad actum charitatis fidelis obligatum. Vide supra c. 1. §. 1. n. 50. ubi idem loquendi modus mihi placuit de præcepto actus fidei, & spei: nam per ibidem dicta, & confirmabitur hæc Azorii doctrina, & impugnari poterunt tempora modo assignata num. præcedente.*

3. *Confirmatur:* „ quia licèt communis sententia „ doceat dari præceptum speciale de amando Deo „ in illis verbis, *Diliges Dominum Deum tuum*, & „ alibi; tamen non ignobiles Doctores docent hoc „ præceptum non esse speciale, & speciali tempore „ implendum, sed generale imbibitum in omni„ bus præceptis; sicut secundum præceptum de „ dilectione proximi non est speciale, sed in De„ calogi præceptis contentum: nam præterea di„ citur: *In his duobus præceptis*, idest dilectione „ Dei, & proximi, *universa lex pendet, & Prophe„ tæ*: & *qui habet præcepta mea, & servat ea, ille „ est qui diligit me*, & *plenitudo legis dilectio.* „ Si „ enim qui servat præcepta diligit, quique diligit, „ servat; jam unum ex his continetur in alio, „ & consequenter præceptum charitatis indirectè „ solùm, & ratione alterius obligabit.

4. „ Probabilis ergo, & tutissima sententia est „ illorum qui negant, fideles initio usus rationis „ (sic Castrop. cum Azor. Valent. Sanch. Suar. „ Coninch. ab eod. cit.) & sine vitæ (sic idem „ ibi n. 9. cum Azor. & Sanch. ab eodem cit.) „ obligari ad se convertendos ad Deum, illum „ amando: ponere enim hujusmodi obligatio„ nem, quæ certè solido fundamento non initi„ tur nihil aliud est nisi scrupulos ingerere, non „ quidem indoctis, quia hi ad eam obligationem „ minus advertunt, sed doctioribus, *&c.*

III. Patritius Sporer *tract. 11. in 1. præcept. Decal. c. 3. n. 31.* sui P. Tamburini, & Auctorum quos Tamburinus allegat, opinionem de more transcribit, ac fusiùs eam explicat, & quatenùs fieri potest, propugnat. „ Probabilis mihi (in„ quit) hactenùs semper visa fuit sententia præ„ ceptum illud numquàm obligare *per se*, quoad „ actum explicitum amoris Dei super omnia; sed „ ei satisfieri per voluntariam observantiam præ„ ceptorum, & exclusionem omnis peccati prop„ ter Deum, uti docent multi, & graves Doc„ tores apud Tamburinum. Ratio est: quia ex una „ parte volens propter Deum observare omnia „ præcepta ejus, & pro nulla re ipsum peccan„ do offendere, verè diligit Deum super omnia, „ saltem implicitè, & virtualiter, & ex toto „ corde negativè ... Ex altera autem parte non „ est adstruenda obligatio alicujus præcepti, & „ quidem gravis sub mortali, ablque certo fun„ damento. Nullum autem certum, & urgens „ adferri potest fundamentum, quod præceptum „ dilectionis obliget aliquando *per se* ad actum „ formalem, & explicitum amoris Dei, ut patebit „ expendendo fundamenta communiter allata.

„ Unum, & præcipuum fundamentum est „ ipsum magnum mandatum, & præceptum af„ firmativum charitatis: *Diliges Dominum Deum „ tuum ex toto corde tuo*, quod sanè debet obligare „ aliquando ad actum suum proprium, ne fruster „ sit. Agnoscimus, & veneramur divinissimum „ mandatum, ejusque exercitium, & frequen„ tissimum nobis in omnibus optamus. *Nulla „ tamen ratio, vel auctoritas convincit illud esse præ„ ceptum speciale, & speciali aliquo tempore per se „ obligatione implendum?* qui cum DD. relatis pro„ balissimè dici possit, esse præceptum generale „ imbibitum in omnibus præceptis, ut proindè illi „ abundè satisfiat actibus amoris Dei implicitis, „ contentis in observatione voluntaria præcep„ torum propter Deum, ut dictum est.

2. „ Eadem prorsùs ratione etiam alterum præ-

ltaque Catholicis, aut degentibus in via, aut commorantibus in Purgatorio reperitur spes theologica. Licèt enim securæ illæ animæ sint præmii obtinendi, absens tamen præmium est.

IV. QUÆST. II. *Daturne spei præceptum?* RESP. Affirmant omnes, & perspicuè illud Scripturæ sanctæ imponunt. *Sperate in Domino.* Immò, ut subdit Propheta, vita fidelium vita spei est. *Quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me:* Psal. 4. Quid enim est vita, seu potiùs peregrinatio nostra, nisi via ad Patriam? Illuc vota nostra conspirare omnia debent. Hanc vetitatem definivit Tridentinum *sess. 6. can. 6.* & Alexander VII. damnavit sequentem thesim: *Homo nullo unquam vitæ suæ tempore tenetur elicere actus fidei, spei, & charitatis ex vi præceptorum ad eas virtutes pertinentium.* Obligat hoc præceptum, cùm primùm refulget rationis lumen, & quidem per se, sicut & cum exeundum de hoc mundo est. Urget denique per se præceptum istud ad frequentandos hujusce virtutis actus. Plures docent, nullum esse tempus determinatum in quo ejusmodi præceptum urgeat. Qua ratione asseri à viris christianis tantùm paradoxon possit, sanè non percipio. Vix christiani recitare sincerè orationem dominicalem valent, quin eliciant actus spei. *Per accidens* urget præceptum istud quoties gravis tentatio animum pulsat contra spem; cum Sacramentum Pœnitentiæ peragendum est; quando urgent præcepta charitatis, & orationis, &c.

V. Spem comitatur timor, qui est fuga mali ardui, quod vitari facile nequit. Dividitur in filialem, initialem, servilem, & mundanum, qui turpis est. Servilis est bonus, quem Deus *Matth.* 20. suadet. *Timete eum qui potest corpus, & animam perdere in gehennam.* Timor iste à Spiritu sancto est, non tamen est donum Spiritus sancti. Timor verò filialis & castus donum est Spiritus sancti, sicut & timor initialis, qui non distinguitur à primo nisi tanquàm imperfectum à perfecto.

VI. QUÆST. III. *Daturne timoris præceptum?* RESP. Affirmant omnes. Patet ex Scriptura sancta. *Deut. cap.* 10. inquit Deus: *Et nunc, Israel, quid Dominus tuus petit à te, nisi ut timeas Dominum tuum?* Et David Ps. 33. *Timete Dominum omnes sancti ejus.* Præceptum istud peculiare est.

VII. QUÆST. IV. *Quænam sunt vitia spei opposita?* RESP. Sunt desperatio, & præsumptio. Desperatio describitur, quòd sit voluntas efficax abjiciendi salutem æternam ex divina misericordia consequendam. Gravissimum peccatum est: malè quippè sentit de divina misericordia.

VIII. Præsumptio est perversa, seu inordinata confidentia in divinam misericordiam. Grave peccatum est, & in illud frequentius quam in desperationem incidunt peccatores, qui confidunt gloriam æternam se assecuturos sine jejuniis, sine carnis conflictatione, & absque laboriosis operibus. Quare Christiani illi qui vitam ducunt in ludis, in convivis, in solatiis, in promiscuis virorum, & mulierum conversationibus, non sperant in Deum, sed Deum tentant; & quamvis non peccent peccatum præsumptionis propriè dictæ, quæ conjuncta cum hæresi est, sunt tamen in continuo peccato incuriæ propriæ salutis æternæ. Perseverant in peccatis ex nimia fiducia in divinam misericordiam. Hæc sola crassa negligentia, hæc stupida torpedo, & indolentia in gravissimo æternę salutis negotio, grave peccatum est. Diuturna perseverantia in peccatis ex spe divinæ misericordiæ supplicium est divinę vindictę, quæ spargit pœnales cæcitates super illicitas cupiditates.

DISSERTATIO II.

De Charitate erga Deum.

ULtimum inter virtutes Theologicas locum occupat charitas, quia earumdem finis, & meta est. Hæc est vinculum christianæ perfectionis, sine qua nihil prosunt cætera, & cum qua omnia prosunt ad vitam æternam. Sed quòd lugeri satis non potest, non pauci Casuistæ hanc præ cæteris virtutibus, suis laxis opinionibus quasi extinguere, & ejusdem exercitium ad nihilum ferè redigere pertentarunt, ut ex sequentibus thesibus palam fiet.

CAPUT I.

Census propositionum proscriptarum.

I. Alexander VII. quinque supra quadraginta propositiones proscripsit, quarum prima ejusmodi est. *Homo nullo unquam vitæ suæ tempore tenetur elicere actum fidei, spei, & charitatis ex vi præceptorum divinorum ad eas virtutes pertinentium.*

II. Innocentius XI. ex sexaginta propositionibus quas proscripsit, tres ad hanc materiam spectantes damnavit, suntque sequentes.

5. *An peccet mortaliter, qui actum dilectionis Dei semèl tantum in vita eliceret, condemnare non audemus.*

6. *Probabile est ne singulis quidem rigorosè quinquenniis per se obligare præceptum charitatis erga Deum.*

7. *Tum solum obligat quando tenemur justificari, & non habemus aliam viam qua justificari possimus.*

III. Alexander VIII. an. 1690. unam supra triginta damnavit propositiones, quarum sunt inter alias sequentes in ordine.

9. *Revera peccat qui odio habet peccatum meè ob ejus turpitudinem, & disconvenientiam cum natura sine ullo ad Deum offensum respectu.*

10. *Intentio qua quis detestatur malum, & prosequitur bonum, meritè ut ea bonum obtineat gloriam non est recta, nec Deo placens.*

12. *Omne quod non est ex fide christiana supernaturali quæ per dilectionem operatur, peccatum est.*

13. *Quisquis etiam æternæ mercedis intuitu Deo famulatur, charitate si careverit, vitio non caret, quoties licet intuitu beatitudinis operatur.*

16. *Attritio quæ gehennæ, & pœnarum metu concipitur sine dilectione Dei propter se, non est bonus motus supernaturalis.*

CAPUT II.

Inventarium propositionum quæ laxæ videntur.

I. P. Thomas Tamburinus *lib. 1. in Decal. c. 1. n. 9.* de fide scribens, doctrinam præmittit qua omnium trium theologicarum virtutum præcepta in nihilum redigit. „*Puto* (inquit) per se „ directè numquàm obligari fideles ad credenda „ prædicta mysteria nec implicitè, nec explicitè ex „ vi necessitatis præcepti fidei. Ratio prioris dici „ ti est, quia, ut diximus ... numquam præceptum „ aliquod obligat, nisi sit determinatum. Cùm „ enim non possit nisi ut determinatum exire in „ executionem, non censetur practicè esse com„ pletum.

Num. 10. Ultra progreditur ad destruendum speciale præceptum charitatis. „ Confirmatur primò „ nostra sententia ex Azorio, qui docet charitatis „ præceptum tunc solùm obligare quandò tenemur „ justificari, & non habemus aliam viam qua justi„ ficari possimus: quia hoc præceptum non videtur „ obligare nisi ut medium justificationis, vel ut dis„ positio ad illam. Hæc ex illo. Ex quibus colligo „ similiter dici posse de actu fidei, & consequen„ ter de actu spei, ut cum de spe, infra c. 2. §. 1. „ & cùm de charitate agam, huc me remittens „ rursùs innuam infra cap. 3. §. 2. num. 2.

II. Videndum nunc est quid de charitatis præcepto scribat loco à se citato. Refert *n.* 1. varia Doctorum placita his verbis. *Laborant Doctores in assignando tempore quo debet fidelis ex obligatione actum positivum amoris elicere circa Deum; variaque tempora, ut varia sunt ingenia hominum, assignant. Primum tempus, quod aliqui assignant, est initium usus rationis. Secundum finis vitæ. Tertium tota vita indeterminatè sumpta, ut saltùm semèl in ea ametur Deus. Quartum omnes dies festivi in quibus debemus Deo specialiter vacare. Quintum tempus quo adultus suscipit baptismum. Sextum tempus quo quis suscipit Eucharistiam. Septimum, quando fortè similitur martyrium. Octavum, quando à Deo magnum accipis beneficium. Nonum, quando audis aliquem contra Deum blasphemantem. Decimum, quando gravi urgeris tentatione, præsertim odii Dei, cum periculo consensus, nisi ad Deum per amorem te convertas.*

2. *Mihi placet doctrina Azorii, qui docet, hoc præceptum charitatis impositum fuisse ob justificationem impii: solum igitur tunc obligare, quandò impius, quia Sacramentum Pœnitentiæ non est in promptu, non habet aliam viam qua se justificet, nisi eliciat actum contritionis, quæ semper aliqua tandem modo actum amoris Dei super omnia dilecti involvit. Consequenter igitur, & indirectè, ratione suæ justificationis, ad actum charitatis fidelis obligatum. Vide supra c. 1. §. 1. n. 50. ubi idem loquendi modus mihi placuit de præcepto actus fidei, & spei: nam per ibidem dicta, & confirmabitur hæc Azorii doctrina, & impugnari poterunt tempora modo assignata num. præcedente.*

3. *Confirmatur:* „ quia licèt communis sententia „ doceat dari præceptum speciale de amando Deo „ in illis verbis, *Diliges Dominum Deum tuum*, & „ alibi; tamen non ignobiles Doctores docent hoc „ præceptum non esse speciale, & speciali tempore „ implendum, sed generale imbibitum in omni„ bus præceptis; sicut secundum præceptum de „ dilectione proximi non est speciale, sed in De„ calogi præceptis contentum: nam præterea di„ citur: *In his duobus præceptis*, idest dilectione „ Dei, & proximi, *universa lex pendet, & Prophe„ tæ*: & *qui habet præcepta mea, & servat ea, ille „ est qui diligit me*, & *plenitudo legis dilectio.* „ Si „ enim qui servat præcepta diligit, quique diligit, „ servat; jam unum ex his continetur in alio, „ & consequenter præceptum charitatis indirectè „ solùm, & ratione alterius obligabit.

4. „ Probabilis ergo, & tutissima sententia est „ illorum qui negant, fideles initio usus rationis „ (sic Castrop. cum Azor. Valent. Sanch. Suar. „ Coninch. ab eod. cit.) & sine vitæ (sic idem „ ibi n. 9. cum Azor. & Sanch. ab eodem cit.) „ obligari ad se convertendos ad Deum, illum „ amando: ponere enim hujusmodi obligatio„ nem, quæ certè solido fundamento non initi„ tur nihil aliud est nisi scrupulos ingerere, non „ quidem indoctis, quia hi ad eam obligationem „ minus advertunt, sed doctioribus, *&c.*

III. Patritius Sporer *tract. 11. in 1. præcept. Decal. c. 3. n. 31.* sui P. Tamburini, & Auctorum quos Tamburinus allegat, opinionem de more transcribit, ac fusiùs eam explicat, & quatenùs fieri potest, propugnat. „ Probabilis mihi (in„ quit) hactenùs semper visa fuit sententia præ„ ceptum illud numquàm obligare *per se*, quoad „ actum explicitum amoris Dei super omnia; sed „ ei satisfieri per voluntariam observantiam præ„ ceptorum, & exclusionem omnis peccati prop„ ter Deum, uti docent multi, & graves Doc„ tores apud Tamburinum. Ratio est: quia ex una „ parte volens propter Deum observare omnia „ præcepta ejus, & pro nulla re ipsum peccan„ do offendere, verè diligit Deum super omnia, „ saltem implicitè, & virtualiter, & ex toto „ corde negativè ... Ex altera autem parte non „ est adstruenda obligatio alicujus præcepti, & „ quidem gravis sub mortali, ablque certo fun„ damento. Nullum autem certum, & urgens „ adferri potest fundamentum, quod præceptum „ dilectionis obliget aliquando *per se* ad actum „ formalem, & explicitum amoris Dei, ut patebit „ expendendo fundamenta communiter allata.

„ Unum, & præcipuum fundamentum est „ ipsum magnum mandatum, & præceptum af„ firmativum charitatis: *Diliges Dominum Deum „ tuum ex toto corde tuo*, quod sanè debet obligare „ aliquando ad actum suum proprium, ne fruster „ sit. Agnoscimus, & veneramur divinissimum „ mandatum, ejusque exercitium, & frequen„ tissimum nobis in omnibus optamus. *Nulla „ tamen ratio, vel auctoritas convincit illud esse præ„ ceptum speciale, & speciali aliquo tempore per se „ obligatione implendum?* qui cum DD. relatis pro„ balissimè dici possit, esse præceptum generale „ imbibitum in omnibus præceptis, ut proindè illi „ abundè satisfiat actibus amoris Dei implicitis, „ contentis in observatione voluntaria præcep„ torum propter Deum, ut dictum est.

2. „ Eadem prorsùs ratione etiam alterum præ-

confœrationem meretur. Præceptum maximum, & primum, & tanta verborum severitate, & emphasi à Deo impositum; præceptum quod est vitæ christianæ anima, qua Deo unicè verè vivimus, semel tantum exercendi actus vitales debitum imponit?

III. QUÆST. III. *Obligatne hoc præceptum singulis diminutè quinquennii?* RESP. Opinionem affirmantem propugnârunt olim aliqui: sed hanc quoque damnavit Ven. Innocent. XI. *Probabile est ne singulis quidem eigorosè quinquennii per se obligare præceptum charitatis erga Deum.*

IV. QUÆST. IV. *Obligatne præceptum ipsum per se in primo usu rationis instanti?* RESP. Affirmant cum S. Thoma communiter graviores Theologi. Quandoquidem aliquo determinato vitæ tempore hoc præceptum per se obligat; ut definivit Ecclesia, ad amandum Deum: ergo hæc obligatio potissimum urget in primo usus rationis instanti moraliter accepto. Lux quippè rationis aperit puero ingressum in hunc mundum, ostenditque viam quæ ducit ad portum. Tum igitur deliberare de se ipso debet, & ultimum sibi præfinire finem. Finis hic ultimus Deus est: ergo amandus, præligendusque est. Et sanè dum prima illa rationis lux affulget, aliquid agere juvenis astringitur. Quid verò apertius, meliusque agere valet quam suum Creatorem, Redemptorem, & æternæ suæ felicitatis divinum Parentem salutare, diligere, & ad ejusdem amplexus anhelare? Nullum itaque tempus opportunius amandi Deum designari potest quam intervallum illud in quo deliberandum est de via ineunda, & de ultimo fine eligendo. Hoc autem est tempus illud in quo usus acquiritur rationis.

V. Oppositam opinionem communiter defendunt Probabilistæ, & inter plura quæ obtrudunt sophismata unum est, quod onus nimis grave imponitur pueris: Christus autem dicit: *Jugum meum suave est, & onus meum leve*: Matth. 11. Tunc autem suave jugum esse contendunt cum humanis appetitionibus, & libertati accommodatur. Quoties aliquod divinum mandatum onus imponit concupiscentiæ, cupiditati, & cæteris illecebris infestum, toties regerunt dictum oraculum: *Jugum meum suave est*, &c.

VI. Auctores isti fallo in sensu, præfato oraculo abutuntur. Omnes ad unum Patres testantur jugum Christi suave esse, quia est jugum amoris, charitatis, amicitiæ, & benevolentiæ. Dura est carnis conflictatio, tolerantia persecutionum, concupiscentiæ, & cupiditatis crucifixio, castitatis custodia, & plurima alia quæ Evangelium jubet. Durissima, & asperrima hæc sunt, nedum dura, & aspera. Verùm dulcia, & suavia tum solum evadunt omnia cum divina charitas, cum cælestis amor unctionem, suavitatem, & delicias divinæ amicitiæ effundit. Si muliercularum affectus dulcia, & suavia reddunt suis amatoribus gravissima incommoda quæ hi sustinent, ut eisdem placeant, qua suavitate, quibus delectis non replebit Deus amantes suos? Benigni Casuistæ durissimum, & aspertimum efficiunt jugum Christi; á quo frequens charitatis, quæ sola asperitatem, & duritiem tollit exercitium auferunt. Omnia divinæ legis mandata carni, & sanguini infesta, inimica, & onerosa sunt, Charitatem, amicitiam benevolentiam adde, & omnia dulcescunt amantibus. Hæc est omnium Patrum doctrina.

VII. Paucos ex multis S. Augustini textus adduco. In psalm. 47. *Quidquid enim difficile est in præceptis, leve est amanti. Nec ob aliud rectè intelligitur dictum Matth.* 11. 30. Onus meum leve est, *nisi quia dat Spiritum Sanctum, per quem diffunditur charitas in cordibus vestris.* Fusiùs loquitur serm. 66. cap. 1. *Durum videtur, & grave quod Dominus imperavit, ut si quis eum vult sequi, abneget semetipsum. Sed nec est durum, nec est grave quod ille imperat, qui adjuvat ut fiat quod imperat. Nam, & illud verum est quod ei dicitur in Psalm.* 16. Propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras: *& illud verum est quod ipse dixit Matth.* 11. v. 30. Jugum meum lene est, & onus meum leve. *Quidquid enim durum est in præceptis, ut fiat lene, charitas facit. Novimus quanta ipse amor fecerit . . . quanta homines perpessi sunt, quanta indigna, & intolerabilia pertulerunt ut pervenirent ad id quod amaverunt.* Item lib. de natur. & grat. contra Pelagianos cap. 69. *Valdè autem bona sunt præcepta, si legitimè his utamur. Eo quippè ipso quo fit mihi grave creditur, Deum justum, & bonum impossibilia non potuisse præcipere; hinc admonemur, & in facilibus quid agamus, & in difficilibus quid petamus. Omnia quippè sunt facilia charitati, cui Christi farcina levis est: aut ea una est farcina ipsa quæ levis est, secundùm hoc quod dictum est* 1. Joann. 5. v. 3. Et præcepta ejus gravia non sunt. *Et quod dicitur in Deuteronomio* 30. . . Prope te est verbum in ore tuo, & in corde tuo. . . . *Convertantur ergo quilibet, fiant illi præcipitur, ad Dominum Deum tuum ex toto corde suo, & ex tota anima sua, mandatum Dei non habet grave. Quomodò est enim grave, cum sit dilectionis mandatum? Aut nullus quisque non diligit, & ideo grave est; aut diligit, & gravis esse non potest. Diligit autem, si, quod illic admonetur, Ubi ad conversus fuerit ad Dominum Deum suum ex toto corde suo, & ex tota anima sua.* Mandatum, *inquit*, novum do vobis, ut vos invicem diligatis: *Joann.* 13. &: Qui diligit proximum, legem implevit: &: Plenitudo legis charitas. *Secundùm hoc, & illud dictum est: Si ambulavissent semitas bonas invenissent utique semitas justitiæ lenes. Quomodò ergo dicitur*: Propter verba labiorum tuorum ego custodivi vias duras? *Psalm.* 16. *Nisi quia utrumque verum est. Durè sunt timori, lenitè amori.*

VIII. Hactenus ostensum est 1. charitatis præceptum speciale esse, & actum expressum amoris imponere; 2. pluriès in vita obligare; 3. intra quinquennium illud per se urgere. Alia nunc tempora designanda sunt quibus hoc urget mandatum.

IX. QUÆST. V. *Frequenter ne ad actus amoris Dei obligat charitatis præceptum?* RESP. Si verba quibus Deus præcipit amorem hunc, spectentur, temeraria apparet proposita quæstio. Non frequentiam modò; verum etiam moralem continuationem divini amoris jubet divinum mandatum adeò perspicuè, ut nec revocari in disputationem possit. Legantur verba *Deutr.* 6. Joan. 6. inquit Christus: *Manete in dilectione mea.* Quæ verba constantem perseverantiam in divina dilectione produnt. Clarius hoc exprimit *epist.* 1. c. 4. S. Petrus: *Ante omnia autem mutuam in vobismetipsis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum.* Et profectò Christiani vi propriæ professionis vitam vivere christianam astringuntur. Quid est hæc vita christiana, nisi conjunctio animæ cum Deo, quemadmodum vita corporalis est in unione animę cum corpore?

X. QUÆST. VI. *An satis sit semel in anno actus charitatis elicere?* RESP. Has, similesque quæstiones, Patribus omnibus ignotas, dum propositas ab ultimę ætatis Theologis lego, non levi perfundor admiratione. Hæc quippè quæstio simillima huic mihi videtur: *Utrum homo vivens semel in anno actus vitæ edere astringatur?* vel *an satis sit ut semel in anno actus vitæ eliciat?* Nonne perridicula quæstio esset? Magis verò ridicula quæstio foret, si de homine mortuo disputatio institueretur.

XI. Proposita igitur quæstio aut est de homine justo, aut de homine peccatore. Si de homine justo, nimis vana apparet. Nam homo justus vitam vivit divinam: ergo moraliter continuat charitatis officia. Nullum enim opus deliberatè volitum est in homine justo, quod non sit aut meritorium, aut demeritorium, ut in 2. *dist.* 40. *quæst.* 1. *art.* 5. docet Angelicus. „ Nullus actus à voluntate deliberatè progrediens potest esse qui „ non sit bonus, vel malus, non tantùm secun„ dum Theologum, sed etiam secundùm mora„ lem Philosophum. Et voluntarius non potest esse „ aliquis actus à deliberata voluntate procedens „ in habente gratiam qui non sit meritorius. Sed „ in non habente gratiam potest esse aliquis actus „ deliberatus qui nec sit meritorius, nec demeri„ torius. *Et paulò infrà*: Sed ramen actus bonitate „ civili perfectus, non est susceptibilis efficaciæ „ meriti, nisi in eo qui gratiam habet: & ideò in „ eo qui caret gratia, indifferens est ad meritum, „ & demeritum; sed in illo qui gratiam habet, „ oportet vel meritorium, vel demeritorium esse, „ quia sicut malus erit demeritorius, sic & bonus „ erit meritorius. Quia cum charitas imperet om„ nibus virtutibus, sicut voluntas omnibus po„ tentiis, oportet ut quidquid ordinatur in finem „ alicujus virtutis, ordinetur in finem charitatis. „ Et cum omnis actus bonus ordinetur in finem „ charitatis, in finem charitatis ordinatus rema„ nebit; & ita meritorius erit. Et sic comedere, & „ bibere servato modo temperantiæ, & ludere ad „ recreationem servato modo eutrapeliæ, quæ „ medium tenet in ludis, ut dicitur 11. Ethico„ rum, meritorium erit in eo qui charitatem ha„ ber, per quam Deum ultimum finem vitæ suæ „ constituit. *Hoc idem docet pluribus aliis in locis.* „ *Quæst.* 11. *de malo art.* 5. *ad* 11. Ab hoc quod „ aliquis sit actus meritorius in habente charita„ tem, non requiritur quod actu referatur in „ Deum; sed sufficit quod actu referatur in ali„ quem finem convenientem, qui habitu referatur „ in Deum. Sicut si aliquis volens peregrinari „ propter Deum, emat equum, nihil actu de „ Deo cogitans, sed solùm de via quam jam in „ Deum ordinaverat; hoc est etiam meritorium. „ Sed constat quòd ille qui habet charitatem, se, „ & omnia sua ordinavit in Deum, cui inhæret „ ut ultimo fini. Ergo quidquid ordinaverit vel „ ad se, vel ad quocumque aliud sui, meritoriè „ agit, etiamsi actu de Deo non cogitet; nisi im„ pediatur per aliquam inordinationem actus, qui „ non sit referibilis in Deum. Hoc autem non po„ test esse, nisi sit peccatum saltem veniale. Ergo „ omnis actus habentis charitatem vel est meri„ torius, vel est peccatum. Eadem habet *quæst.* „ 14. *art.* 5. Dicendum, quod in habente chari„ tatem non potest esse aliquis actus virtutis, nisi „ charitate formatus: aut enim actus ille erit in „ debitum finem ordinatus; & hoc non potest esse „ nisi per charitatem in habente charitatem: aut „ non est ordinatus in debitum finem; & sic non „ erit actus virtutis.“

XII. Actus charitatis est amor efficax ultimi finis, nempè Dei: ergo omnia dirigit in Deum, & potissimum ipsum hominem justum, ejusque voluntatem, & arbitrium. Hoc est enim, Deum diligere toto corde, tota anima, & tota mente, nempè totam animæ hostiam Deo offerre. Si integram plantam donat: ergo, & fructus, nempe omnes actus, & officia, qui ab eadem voluntate proficiscuntur. Disputant Theologi quamdiù actus ille charitatis, quo justus se, suaque omnia in Deum dirigit, duret in impresione relicta in voluntate, cæterisque virtutibus? *Salmanticenses* respondent durare per totam vitam, nisi retractetur. Esto. At citò retractabitur, nisi frequenti actuum repetitione foveatur. Ex hac negligentia sæpè erumpendi in hos amoris actus proficiscuntur frequentissimi justorum relapsus in peccata. Quis dixerit fervere inter duos homines præsentes amicitiæ amorem, si semel in anno amoris officia mutuò ederent?

XIII. Accedit quòd charitatis amor in anima justa perpetuo carnalium appetitionum tumultum patitur. Continenter dæmon spectra immittit, & prestigia depingit, libidinem accendit, ut hunc amorem cælestem extinguat. Comparare non immerito possumus ignem divini amoris, qui in justi voluntate ardet in hoc corruptæ naturæ statu, cum ignis calore qui calefactæ aquæ hæret. Aqua calefacta citò frigescit, ob continuum conflictum, quo frigus aquæ pugnat adversus calorem sibi inimicum: & nisi calor iste in aqua receptus continuis flammis corroboretur, in nativam aqua recidit frigiditatem. Eadem ratione, proportione servata, calor amoris divini in voluntate justi ardens, paulatim tepescit, virescque in continua pugna adversus impurissimas concupiscentiæ flammas, & mundi, dæmonisque lenocinia, & præstigia, amittit, & penitus frigescit, nisi opportuno alimento instauretur, nisi frequenti actuum æstu inflammetur.

XIV. Heinc compertum, exploratumque est, vanam esse quæstionem illam, utrum semel in anno elicere actum amoris fideles debeant, aut singulis Dominicis. Si enim sermo de justis sit, isti

„ ceptum charitatis, *Diliges proximum tuum sicut*
„ *te ipsum*, non est speciale, *speciali aliquo tempo-*
„ *re per se obligatorie implendum per aliquem actum*
„ *internum* elicitum amoris erga proximum (quan-
„ do enim hoc?) sed est præceptum generale im-
„ bibitum in omnibus præceptis Dei erga pro-
„ ximum; eique abundanter satisfit, dum quis
„ vult servare præcepta Dei erga proximum, &
„ data occasione de facto servat abstinendo ab
„ omni odio, offensa, & injuria, & dum opus
„ est, exhibendo opera externa charitatis.

3. „ Aliud novum urgentius fundamentum
„ exhibet propositio omnino prima inter prohi-
„ bitas, ac damnatas sub Alexandro VII. anno
„ 1665. ita sonans: *Homo nullo unquam vitæ suæ*
„ *tempore tenetur elicere actum fidei, spei, & chari-*
„ *tatis ex vi præceptorum divinorum ad eas virtu-*
„ *tes pertinentium.* Sic propositio damnata. Verum
„ nulla hic fit mentio de actu formali explicito
„ amoris Dei super omnia; & omnino sufficere
„ videtur, præceptum charitatis sæpè obligare
„ per se, saltem quatenus est negativum, ut in ca-
„ sibus suprà positis, *etsi nunquam obliget ut affir-*
„ *mativum* . . . Ergo minus damnata censeri de-
„ bet nostra sententia.

4. „ Sed eccè novissimè anno 1679. funda-
„ mentum urgentissimum, meo judicio, posuit
„ Innocentius XI. Inter complures propositiones
„ damnatas tamquàm scandalosas, & in praxi
„ perniciosas etiam has tres ordine reposuit. *An*
„ *peccet mortaliter qui actum*, &c. Hic ego do vic-
„ tas manus ob reverentiam, & obedientiam sa-
„ cræ Sedi Apostolicæ.

IV. P. Castropalaus tr. 6. disp. 1. punct. 4. num. 9. *Quinto affirmant alii, instante periculo mortis, etiamsi peccati mortalis conscius non sit, imò etiamsi illius conscius sacramentaliter confiteatur, te obligatum esse Deum super omnia diligere . . . Fateor hanc obligationem esse satis probabilem, & in praxi semper consulendam; at non est omnino certa si peccati mortalis conscius non es: nam illam rejiciunt Azor. Sanch.* Per charitatem, inquit Angelicus, assequimur ultimum finem, Denique conjungimur. Instante separationis momento ab hoc mundo, & conjunctionis cum Deo, non jubemur actum elicere amoris, qui medium est quo reapse Deo copulemur?

V. Idem loc. cit. num. 9. *Septimo alii dicunt, obligare hoc præceptum primò, cùm martyrium subeundum, vel aliud egregium, difficilèque opus aggrediendum est: quia expedit tunc firmare animum Dei obsequio. Sed ego convenirituiam agnoscam, obligationem improbo.* Christianus ergo, tyranno mortem minante, ac morte ipsa imminente, actum charitatis qua, & Deum, & tyrannum amet, atque se ipsum confirmet, roboretque ad subeundum agonem, immaneque supplicium, edere non astringitur? Conveniens id erit, necessarium non erit?

VI. Idem loc. cit. num. 10. *Hac ergo obligatione existimo quemlibet adultum teneri non singulis annis, ut placuit Petro de Ledesma, quia hoc est nimis durum, & nullo firmo fundamento nititur; sed aliquoties in vita ... Reputavem autem dilationem trium annorum esse gravem.* Nimis durum est suavibus amicitiæ amplexibus singulis annis Deum patrem, provisorem, conservatorem, redemptorem, benefactorem nostrum amare?

CAPUT III.

Charitatis Theologicæ notio, objectum, prærogativæ, & præceptum.

I. QUÆST. I. *Quid sit charitas, ejusque objectum?* RESP. Charitas accepta pro habitu definitur: *Est virtus divinitùs infusa, qua Deus propter se, & proximus propter Deum diligitur.* Charitas Deum amat, ut est Deus, sive propter suam bonitatem, ac perfectionem. In ea particula *proximus* comprehenduntur omnes creaturæ rationales æternæ gloriæ capaces.

II. Objectum materiale, seu *quod* primarium charitatis est Deus, secundarium est proximus propter Deum. Objectum formale charitatis est infinita Dei bonitas propter se amabilis. Hac ratione charitas distinguitur á duabus aliis virtutibus theologicis.

III. Prima charitatis prærogativa est amicitia Deum inter, & homines. *Jam non dicam vos servos, sed amicos*: Joann. 13. Hæc amicitia reciprocam benevolentiam includit, & mutuam bonorum communionem, ut subdit idem Evangelista c. 14. *Qui diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum.* Filius Dei humanam naturam sibi copulavit, & ad Divinitatis fastigium evexit, ut cujusdam æqualitatis speciem adumbraret. *Secunda* prærogativa charitatis est quod sit animæ vita, sicut corporis vita anima est, inquit Augustinus. *Tertia* prærogativa charitatis est quod sit donum á Deo infusum nullis nostris meritis antecedentibus, nullaque nostra naturali capacitate spectata. *Quarta* prærogativa est valor quem charitas cæteris omnibus operibus tribuit. Habeut utique cæteræ virtutes ex proprio objecto suam honestatem, & bonitatem; verùm ut præmii corona redimitæ evadant, veste nuptiali charitatis ornatæ sint necessum est. *Quinta* prærogativa charitatis est quòd sit virtus omnium excellentissima, ut inquit 1. Cor. 13. S. Paulus. *Major autem horum est charitas.*

V. Charitatis actualis officia, & actus sunt benevolentia, affectus unionis, complacentia de perfectionibus divinis, amor infinitæ bonitatis, desiderium ejusdem gloriæ; velle Deo bona, tum intima, quæ sunt omnes infinitæ perfectiones, tum extrinseca sita in manifestatione divinarum perfectionum, nempè quod Deus colatur, adoretur, laudetur, & ametur ab omnibus creaturis.

V. QUÆST. II. *Urget ne præceptum amandi Deum?* RESP. Hoc est omnium mandatorum maximum, & primum inquit c. 22. Evangelista Matthæus: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc est maximum, & primum mandatum.* Conferas velim hæc Christi verba cum opinionibus quas ex Tamburino, Sancio, Sporer supra retuli c. 2. & cum thesibus proscriptis, quas aliqui recentes Probabilistæ docuerunt: & indè collige, quæ adhibenda fides sit similibus auctoribus in cæteris moralibus controversis obscuris, & implexis, si in explicando gravissimo, & in primo mandato tam luculenter à Christo Domino expresso, in tam laxas opiniones lapsi sunt.

VI. S. Thomas 2. 2. *quæst. 44. art. 1.* pluribus rationum momentis evincit hoc speciale præceptum. Qua enim ratione charitas virtus specialis est, eadem præceptum imperans ejusdem actus peculiare est. *Est autem* (inquit Angelicus) *aliquid debitum dupliciter: uno modo PER SE, alio modo propter aliud. Per se quidem debitum est in unoquoque negotio id quod est finis, quia habet rationem per se boni. Propter aliud autem est debitum id quod ordinatur ad finem . . . . Finis autem spiritualis vitæ est ut homo uniatur Deo, quod fit per charitatem: & ad hoc ordinantur sicut ad finem omnia quæ pertinent ad spiritualem vitam . . . . In quolibet autem genere id quod est per se, potius est eo quod est propter aliud: & ideò maximum præceptum est de charitate.*

VII. S. Augustinus *lib. 1. de mor. Eccl. c. 11.* explicans hoc mandatum inquit: *Si igitur diligentibus Deum omnia procedunt in bonum; & summum bonum, quod etiam optimum dicitur, non modò diligendum esse, sed ita* nemo ambigit, *sed ita diligendum ut nihil amplius diligere debeamus; idque significatur, & exprimitur quod dictum est:* Ex tota anima, & ex toto corde, & ex tota mente: *quis, quæso, dubitaverit, his omnibus constitutis, & firmissimè creditis, nihil nobis aliud esse optimum, ad quod adipiscendum, postpositis cæteris festinare oporteat, quàm Deum? Item si nulla res ab ejus charitate nos separat; quid esse nos felicius melius, sed etiam certius hoc homo potest? Sed singula breviter attendamus. Nemo nos indè separat minando mortem: idipsum enim quo diligimus Deum, mori non potest, nisi dum non diligit Deum, quod nihil est aliud quàm ei quidquam in diligendo, atque sequendo præponere. Nemo indè separat pollicendo vitam: nemo enim ab ipso fonte separat pollicendo aquam*, &c.

VIII. Itaque mandatum istud speciale est, quod per se amoris actum imperat. Falla ergo quorumdam opinio, qua asserebant mandatum istud generale esse in aliis præceptis inclusum. Quare merito Alexander VII. proscripsit sequentem thesim anno 1690. *Bonitas objectiva consistit in convenientia objecti cum natura rationali, formalis verò in conformitate actus cum regula morum. Ad hoc sufficit ut actus moralis tendat in finem ultimum interpretativè. Hinc homo non tenetur amare NEQUE IN PRINCIPIO, NEQUE IN DECURSU VITÆ SUÆ MORALIS.*

IX. QUÆST. III. *Amor quem præceptum hoc imperat, deberne esse appretiativus, vel etiam intensivus?* RESP. Duplicem distinguunt Theologi amorem charitatis: *appretiativum* unum, *intensivum* alterum: quæ distinctio non valdè antiqua est. Amore *appretiativo* Deum prosequimur, cum Deum omnibus rebus præferimus, & cum tali amore flagrantes, mala omnia pati, & sustinere, & bona quæcumque amittere parati sumus, ne Deum offendamus. Amor *intensivus* addit fervorem vehementiorem, conatum intensiorem, & sensibilem etiam quasi teneritudinem majorem, & minorem. Convenit penès omnes, præceptum istud non jubere amorem intensivum hoc modo explicatum, seu prout intensio ultrà præceptorum observantiam impellit animum ad opera consilii exequenda, & ad sublimiorem perfectionis viam percurrendam, & quæ in mutuis amplexibus delicias constituit. Præcipitur autem amor appretiativus, quo Deum præligimus, & præferimus omnibus aliis bonis; & hoc modo diligimus Deum ex toto corde, ex tota anima: quoniam solus Deus dominatur in corde nostro, & sibi omnes affectus nostros subjicit. Amor iste cum pugnet adversus amorem carnalem, & terrenam cupiditatem, non est sejunctus ab aliquo fervore, intensione, & conatu. Hæc tamen charitas augetur, & ejus fervor magis accenditur. Idcirco tres charitatis status cum Augustino, & Thoma distinguunt Theologi, nempè *incipientium, proficientium, & perfectorum.* Charitas incipiens hominem Deo subjicit, concupiscentiam, cupiditates, & appetitiones coercet, peccata omnia infectatur, & omnia amoris cælestis impedimenta removet. Charitas proficiens altiùs assurgit, flammas sursum extollit, grandia conatur, & tota in pietatis, & virtutum exercitia incumbit: non modò servare legem exactè studet, sed consilia etiam evangelicæ perfectionis exequi contendit. Charitas perfecta quasi triumphans de prostratis hostibus Deo fruitur, & tranquilla delicias cælestibus affluit. Verùm magis experientia, & exercitio divini amoris, quàm calamo hæc omnia exprimuntur.

X. Desiderium deliberatum perpetuò manendi in hac vita á peccato mortali non excusant auctores plures: quam sententiam veram judico, quandò animo deliberato revera quis cuperet perpetuò commorari in hoc mundo, quia is præponeret hujus vitæ statum Deo, atque adeo præceptum amandi Deum super omnia violaret. Nec est quod reponas, hunc non præferre hanc viram Deo, sed solùm desiderare ne hac vita privetur, & ne in infernum incidat: directè ergo cupit æternas pœnas declinare. Non, inquam, hoc oppones. Via siquidem declinandi infernum non est vitæ istius perpetuitas, sed fuga peccati, & virtutum exercitium. Qui permanere in hac vita perpetuò vellent, reipsa, quamvis id non exprimant, peccatorum voluptatibus frui cuperent, & una infernum vitare. Desiderium istud perennitatis hujusce vitæ ex perverso carnalium voluptatum amore proficiscitur; idcircò malum, & vitiosum est, atque charitati infestum.

CAPUT IV.

Tempora designantur in quibus hoc præceptum amandi Deum urget.

I. QUÆST. I. *Obligatne præceptum istud aliquo determinato tempore?* RESP. Negarunt nonnulli, qui contendebant præceptum hoc non esse speciale; sed opinio hæc jam proscripta ab Ecclesia est.

II. QUÆST. II. *Satisne est semel in vita actum amoris Dei elicere?* RESP. Opinionem affirmantem proscripsit Ven. Innocentius XI. in hac thesi: *An peccet mortaliter qui actum dilectionis Dei semel tantùm in vita eliceret, condemnare non audemus.* Hæc opinio detestatione potius quàm

cum vitam vivant divinam, singulis diebus charitas officia peragunt. Et si semel tantùm non dico in annum, vel in mensem, sed in hebdomadam actum amoris eliquerint paulatim tepidi, posteà frigidi, & tandem pecatores evadent. Quid? Inter tot tempestatum fluctus, adversus tot tentationum impetus victores evadent, nisi fervens sit, & æstuans divinus amor? Ad primum hostis aspectum, ad primum seducentis mulierculæ illicium corruent, nisi in cælesti amicitia fortes, & robusti fuerint. Si de peccatoribus sermo sit, isti implere divinum præceptum nequeunt, nisi Deo reconcilientur, & culpis obolitis, in gratiam sese restituant. Peccant vero isti, de die in diem suam conversionem diu deferendo. Quæstio ergo de peccatoribus non est, sed de justis. Porrò si dicamus justos pluries in hebdomada, aut mense debere actus charitatis elicere, quidquam ne oneris, & rigoris imponimus præter id quod reipsa in praxi justi petagunt? Quis namque justorum vel per unicum diem negliget suum salutare amantissimum Deum, & recitare precationem dominicam, quam pronuntiare sincero corde nequit, quin Deum Patrem suum amet? Si vero id negligant justi, in peccata, & quidem gravissima facilè relabentur. Hortandi ergo, urgendique fideles sunt ut continenter Deum ardenti amore prosequantur, secus disputandum num semel in anno, in mense, in hebdomada exercere hunc amorem debeant. Disputationes istæ ex hominum cerebro proficiscuntur, non ex Scripturis sanctis, quę continuatum, perennemque amorem imperant.

XV. QUÆST. VII. *Utrum ex præcepto charitatis omnes astringantur dirigere opera sua in Deum?* RESP. Disputatio est de directione virtuali, non actuali. Quod præceptum charitatis imperet hanc directionem omnium operum in Deum ultimum finem, constat ex ejusdem præcepti verbis. *Diliges Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua.* Si totum cor, totam animam Deus postulat, eodem jure omnes ejusdem partus, fructus, & opera requirit, ut interpretatur 1. 2. *q.* 100. *art.* 10. S. Thomas *Sub præcepto charitatis continetur ut diligatur Deus ex toto corde, ad quod pertinet ut omnia referantur in Deum.* Præceptum istud luculentius exprimit 1. *Cor.* 10. S. Paulus. *Sive ergo manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite.* Rursùs c. 14. subdit: *Omnia vestra in charitate fiant.* Huic doctrinæ subscribunt omnes Patres, quorum testimonia dedi *Tom.* 1. *in Dec. lib.* 1. *disc.* 4. *c.* 12.

XVI. In errorem extremum lapsi sunt Bajus, & Jansenius. Hanc propositionem, quæ est 25. Bajus docuit: *Infidelium opera sunt peccata: & Philosophorum virtutes sunt vitia.* Defendit Bajus omnia opera referenda esse in Deum vi charitatis theologicæ, & proprie dictæ, quæ sanè in infidelibus non reperitur. Hinc intulit omnia infidelium opera esse peccata: quem errorem omnes Catholici damnant. Catholicorum Theologi non pauci, præsertim Cardinalis Norisius, Franciscus Macedo, Vincentius Contensonius, plurefque alii docent, sine fide theologica, & charitate propriè dicta reperiri posse opera bona moralia; secùs verò sine auxilio actuali, speciali, seu charitate generatim, & communiter dicta. Docent, opera aliqua infidelium esse bona, & honesta ex officio, & objecto: at quotiès vi auxilii specialis divini non referuntur in Deum, peccatum omissionis contingit, quod non inficit operationem, dummodo operans sistat in honestate operationis suapte natura bonæ, eamque non detorqueat in pravum finem: quia tunc opus esse pravum omnes fatentur. Paucis rem habe. Omnes fatentur opera infidelium plerumque esse peccata, quia illa in praxi communiter referunt in finem pravum. Omnes similiter fatentur interdum infideles aliqua bona moralia operari, aut vi specialis auxilii, ut contendunt plures, aut viribus naturæ cum auxilio generali, ut alii communius propugnant. Auctores prioris sententiæ docent præceptum referendi omnia opera in Deum vel actu, vel virtualiter obligare solùm sub veniali. Totum ergo dissidium huc recidit num infideles aliquando perpetrent peccatum veniale omissionis, propterea quod negligant referre opus in Deum.

XVII. Quæ cùm ita se habeant, quis satis mirari nonnullos Theologos potest, qui adversus priorem opinionem, quam tota Augustinensium schola, aliique gravissimi Theologi defendunt, tam impotenti impetu abripiuntur? Opinio ex una parte levioris momenti est: ex altera sua fruitur magna probabilitate. Nihilosecius non verentur nonnulli Theologi benignioris Ethices patroni hæresis notam inurere dictæ opinioni, & in hæresis suspicionem abducere ejusdem auctores.

CAPUT V.

Confessaria, quę theologicarum virtutum exercitia, & officia suadent.

I. HUC conferre Pastores, & Confessarii sua studia debent, ut altius fidelium animis theologicarum virtutum imagines imprimant, & in earumdem praxi eosdem exerceant. Idque ut facilius præstent, sub finem tractatus ejusmodi trium virtutum, pauca in hunc finem perstringere constituì, ad SS. Patrum Ecclesiæ methodum sin in totum, saltem in partem accedere cupiens. Omnes namque Patres nullibi de morum doctrina tantummodo disputare docent, sed præsertim incumbunt in persuadenda ejusdem observantia.

§. I.

Quæ ratione fidei excellentia, & exercitium suadendum.

II. Expergiscimini ergo viri Dei, animarum Pastores, & Confessarii, & pro eo quo ardetis zelo, gregem vestrum in perpetuo fidei exercitio instruite. Fides Christi vera, & perfecta lumen in mente, amor in corde est. Ut in mente splendeat fidei lumen, oleum, quo lux ista foveatur, & alitur, in cordis lampade ardeat oportet. Sol terræ vaporibus obtenebratur, & fidei lux hebescit, dum ex corrupto corde impuræ exhalationes erumpunt. Vitia recta fidem non adoriuntur, sed viam parant ad impietatem. Docete ergo fideles ut corda, & animas à vitiis purgent, si illustrari mentes suas vivæ fidei splendore cupiunt. Si verborum apparatu, si eloquentię vi, si disputationum efficacitate hæreticorum mentes in fidei obsequium subigere non valent, vitæ innocentia, virtutum, ac operum sanctitate illorum emollire obstinationem, & propria humilitate eorumdem devincire supercilium studeant.

III. Inculcandum verò illis altiùs est, ut Filium Dei hominem factum, & hominum improperiis, irrisionibus, & maledictis subjectum præ oculis habeant: ut stantes, ambulantes, laborantes frequenter meditentur Crucem, & in eadem pendentem Dei Filium, qui adeo mori voluit, ut animas nostras à dæmonis servitute redimeret, & ad æternam felicitatem perduceret. Crux hæc fax est, hæc lucerna, quam manu mentis tenere debent, ut in hac tenebrarum valle dirigere iter ad cælestem Jerusalem queant.

IV. Incredibilem fidei excellentiam, & infinitam Dei misericordiam, quæ tantum beneficium nobis impertiit, vividè repræsentare studeant: & hoc vel simili pacto illos alloquantur. Soporem aliquantisper excutite Christiani, & recogitate fidem vestram annulum pretiosissimum esse, quo animarum vestrarum sponsalia cum Deo obsignanda sunt. Fides vestra secretiora Dei arcana reservat vobis, nunc sub nube communicata, at suo tempore pulsa nube, & dissipatis tenebris, videnda in seipsis, quod ultimum est intimæ amicitiæ argumentum. Fidem hanc Christi morte partam, Martyrum sanguine adultam, miraculorum testimoniis confirmatam, Doctorum sapientia defensam vobis Deus sola sua clementia motus impertiit. Mente percurrite tot mundi plagas, tot regna, provincias, imperia, & nationes, infidelitatis, & hæresis tenebrarum caligine obductas. Recogitate tot inter millia millium delectos vos esse in gentem sanctam, in regale sacerdotium, in filios & sponsos deificę Trinitatis. Verùm recordamini simul regna, imperia, nationesque illas, quę nunc infidelitatis, & hæresis tremenda supplicia luunt, olim non secùs ac nunc vos, fidei lumine perfusas fuisse. Respicite ad latera vestra fidei, & religionis sublatæ formidandam stragem. Qui quondam fratres vestri, Dei filii, & Paradysi hæredes erant, nunc eorum successores vestri hostes, divinæ vindictæ mancipia, dæmonum præcones, religionisproditores evasere. Æquata sunt solo templa, diruta altaria, antiquata sacrificia; & scelera, schismata, hæreses, impietas vexillum explicant ubi olim sanctior refulgebat, & dominabatur fides Christi. Quid est quòd præ millium millibus animas vestras fidei suæ annulo obsignaverit Deus? quòd ab universali naufragio servatas in suæ religionis arca reposuerit? Quòd tanta prędilectione eadem complexus sit? Hanc religionis vicissitudinem, & revolutionem, qua Deus furorem iræ suæ in ipsa misericordiæ vasa, & bonitatem in victimas vindictæ exercet, dum recogitabat Apostolus Paulus, pertetrefactus, & tremebundus exclamabat: *O altitudo divitiarum sapientię, & scientię Dei! Quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, & investigabiles viæ ejus!* Mentem ergo tantùm arcanum defigite, ut hinc colligatis immensas divinæ misericordiæ divitias super vos effusas.

V. Post explicatam tanti doni celsitudinem, & majestatem instruite illos, ut frequenter in dies singulos præsertim manè, meridiè, & vesperè actus fidei reperant. Crucifixi imago numquam à mente recedat, recogitantes ad ejusdem exemplum conformandos mores esse, & vitam. *Quos præscivit, & prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui.* Hic clavum tundant sacri Pastores: professionis in baptismate emissæ significatus exponant, doceant illos, ideò Crucis signo frontes obsignari suas, & sacro chrismate ungi, ut coram universo mundo, etiam cum vitæ dispendio, si opus esset, Christi Religionem intrepidè confiteantur. Solliciti Pastores sint & diligentes, & eo præcipuè collineent vota sua, ut hanc Christi, & Sanctorum imitationem suadeant fidelibus suis. Hanc morum doctrinam altiùs exaggerent, & commendent.

§. II.

Spei christianę exercendæ rationes.

VI. *Quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me:* inquiebat sanctus Propheta David *Psal.* 4. Spes in ardua, difficilia, & sublimia tendit. Serio recogitate, quæ obstacula aggreditur amplificandi imperia, & triumphandi de hostibus fiducia. Nihili pendet thesauros exhaurire, & patrimonia prodigere; nihili facit uxorum lactymas, filiorum sortem: læto animo sustinet diras tempestates, temporum vices, & adversantis fortunæ ictus, ut gloriam bello partam assequatur. Quæ non suscipit incommoda, & molestias fugacium mercium acquirendarum fiducia? Quæ maria, quas difficiles regiones non peragrat, quos fluctus, & quas tempestates non sustinet? Si spes hæc terrena tam dura, tam aspera, tam tetrica decoquit, ut vana, & inania comparet; qua animi fortitudine spes Theologica aggredi obstacula debet, quæ ingressum remorantur in cælestem Patriam? Qua pectoris fortitudine, carnis luctam, sensuum lenocinia, sirenum mulierculatum præstigia, & falcinia, mundi fraudes, hostium dolos, dæmonis insidias repellere cogitur? Omnia ista strenuè superarent homines, si certi forent se post victoriam assecuturos principatum aliquem, regnum, aut imperium. Fides autem quam profitentur, revelat illis æternum regnum, imperium infinitum possidendum post brevissimum istius vitæ cursum. Spes christiana possessionem sibi certam spondet, dummodò ea impleantur quæ Religio credenda, & agenda præscribit.

VII. Erigite animum, & viri christiani, vires exerite, atque conatus, ut Deum assequamini. Spes christiana fortitudine nititur, qua hostes prosil-

fligat, impedimenta repellit, & difficultates omnes superat. Perversa spes est, quæ impunitatem spondet in peccatis, quin à peccatis removeat. Radix pervertæ spei est defectus timoris. Spes christiana inter fortitudinem & timorem ambulat. Timor à periculis removet, audaciam deprimit, & divinæ justitiæ severitatem repræsentat. *In timore Domini fiducia fortitudinis*, inquit Salomon. Timor avertit animum ne liberè pericula subeat. Fortitudo animum erigit, ut pericula quæ vitare non valet, impavidè propulset.

VIII. Ac cuinam in mentem venire potest, ut rationibus opus sit ad suadendum Christianis timorem spei socium? Circumstant undique versum pericula. Pericula in tertiis, inquit Apostolus, pericula in mari, pericula in magistris, & directoribus, pericula in falsis fratribus: pericula in nobis ipsis, in cordibus, in sensibus, in cogitationibus nostris: & nos insensati in deliciis, & voluptatibus ducimus dies nostros? Undè quæso tanta dementia? Perpendite, Christiani, vos in carcere hujus mundi constitutos esse. Recogitate juventutis, & virilis ætatis delicta. Omnes in hoc exilio consticuti sumus sententiam aut æternæ mortis, aut æternæ vitæ expectantes. Hinc corona gloriæ, hinc gladius æterni supplicii impendet capiti nostro. Fidei oculos erigamus, ut coronam operibus bonis appensam, & supplicium operibus pravis destinatum meditemur. Decurrunt tempora, fluunt dies, horæ, & momenta elabuntur, momentum instar, imminetque aut coronam assequendi æternam, aut cervicem supponendi æterno, tremendoque supplicio. Et nos non concutimur, non trepidamus, non expavescimus?

IX. Evangelicus Pastor, ut animas sibi creditas in spe exerceat, immensitatem mercedis, & præmii assequendi, omnipotentiam, & infinitam misericordiam paratam auxilia & gratiam conferre, quibus præmium obtineatur, palam faciat. Illas doceat frequenter repetere filius fiduciæ actus quotidiè, quemadmodum exules, & peregrini continenter patriam anhelant, ut facile eosdem frequentare actus queant, dum irruunt adversantis fortunæ, & calamitatum fluctus.

§. III.

Charitatis exercendæ regulæ.

X. Fides theologica repræsentat Dei bonitatem, clementiam, misericordiam, & beneficia infinita creationis, & redemptionis nobis jam collata, & præmia æterna conferenda, quæ spes assequi cupit. Nisi ferreum, & saxeum sit cor humanum, continere se vix potest quin Deum adeò bonum, clementem, benefactorem, & liberalissimum largitorem amore prosequatur. Duo sunt amores, inquit Augustinus *lib. 11. de Gen. ad litt. cap. 15.* quorum alter sanctus, alter immundus. Amor charitatis cives efficit Jerusalem, amor iniquitatis servos constituit Babylonis. Pugnant invicem amores isti, & alter pellit alterum.

XI. Amandum Deum esse agnosco, inquis, sed quomodò diligendus sit, igonto. Verùs dixisses, verbis exprimere modo quo Deum diligit, te nescire. Amor motus est, quo voluntas in bonum cognitum fertur, aut illud desiderando, aut de eodem gaudendo, aut in eodem complacendo, eidemque bona desiderando. Si Deum amas, quia te creavit, redemit, conservat, protegit, alit, uno verbo, quia tibi beneficus est, amor appellatur castæ concupiscentiæ. Si illius amore flagras, quia bonus, quia dignus est, ut omnes ejus amore ardeant, ut illi bonum velint, ut ejusdem laudes pangant, ipsumque colant, amor est charitatis, & amicitiæ. Amor concupiscentiæ castæ imperfectior est, & naturæ nostræ intimior, ideò ab eodem initium capitur, deinde altior fit ascensus. Quid est quòd te ad amorem hominis accendit? Beneficia, reponis, quæ mihi contulit, & ejusdem in me prior effusus amor: & tandem ejusdem justitiæ, æquitatis, bonitatis, sinceritatis dotes, & plures aliæ prærogativæ. Excita in mente tua lumen fidei christianæ, quæ cum beneficia infinita tibi à Deo collata, tum bonitatem, æquitatem, majestatem, clementiam, misericordiam, sapientiam, benignitatem, & innumeras alias dotes tibi vividè ante oculos proponat. Charitatem fides præcedit. Quo splendidius est fidei lumen, eo ardentius est amoris flamma. Cum fuerit mens fidei luce perfusa, & voluntas spei robore erecta, continuò accenditur amoris flamma, quam vix comprimere anima præfatis duabus virtutibus ornata, & excitata potest.

XII. Fuerunt qui, ut purissimam istius amoris flammam accenderent, docuerunt, amandum esse Deum, præcisa quacumque spe eumdem possidendi. Dei possidendi fiduciam mercenariam effugere amore contendebant. Quarè, ut amorem hunc purum redderent, ab omni consequendi præmia desiderio vacuum volebant. Sed doctrinam hanc improbavit Innocentius XII. Deus noster est merces nostra, beatitudo nostra. *Diliges Dominum Deum tuum.* Homines sine Deo nihil sunt. Sui destructionem appeterent homines, quotiès separare se à Deo vellent. Ille impurus, & mercenarius amor est, qui alia præter Deum amat sine relatione ad Deum. Purus verò, perfectusque amor est, qui Deum amat, quia bonus est. Deum nobis volumus, quia ipse se coronam, & mercedem nostram constituit. Ille nos suos filios, suos hæredes delegit. *Si filii, & hæredes*; si hæredes, & possessores. Amamus Deum, ut summum bonum nostrum. Duo sunt respectus distincti; at unus alterum non excludit, sed unus alteri subjicitur. Anima charitatis igne succensa modò sub una, modò sub altera relatione Deum diligit, & tandem se, & omnia sua in Deum refert, & ibi quiescit veluti in suæ æternæ felicitatis centro.

XIII. Pastores animarum, & Dei ministri omnes, si gregem evangelicum à vitiis purgare, & in virtutis semita continere velint, in his theologicis virtutibus illum exerceant. Post auditam sacramentalem confessionem inter opera satisfactoria, quæ imponere pœnitentibus debent, prescribant harum trium virtutum pensum Deo offerendum. Ignorant, inquies, harum virtutum officia exercere. Ignorant? Non sunt ergo christiani. Non sunt ergo absolutionis capaces, cum harum virtutum exercitium præcedere, & comitari sacramentum debeat. Quis ergo adeò rudis, qui nequeat meditari flexis genibus Filium Dei hominem factum, & crucifixum? Instruite illos, ut mentem defigant in hac cruce, in hac Christi passione, recogitantes Christum Dominum hanc mortem obiisse ob hominum amorem, ob eorum redemptionem, & ut eos ad æternam felicitatem perduceret. Instruite, ut recitent symbolum singulos articulos parumper recogitando, & meditando. Monete illos, ut precationem dominicam recitent implorantes à Deo hanc vivam fidem, invictam spem, & ardentem amorem. Harum virtutum exercitatio est fundamentum, & anima religionis christianæ. Cæteræ devotiones ornatus sunt, & veluti adjecti flores: at si bases, & fundamenta ædificii christiani desint, omnia in summum occidunt. Sed præcipuè inculcent, illos in Deum credere, sperare, & diligere, qui mores, & vitam ad Jesu Christi exemplar conformant.

DISSERTATIO III.

De Charitate erga proximum.

CAPUT I.

Recensentur propositiones damnatæ adversus charitatem proximi.

Si nonnulli graviter extenuarunt, & ferè de medio sustulerunt præceptum charitatis erga Deum, mirùm non est quod laxas opiniones evulgarint adversus charitatem, qua proximum diligere astringimur. Propositiones ab Innocentio XI. proscriptæ in hac materia sunt sequentes.

10. *Non tenemur proximum diligere actu interno, & formali.*

11. *Præcepto proximum diligendi satisfacere possumus per solos actus externos.*

12. *Vix in seculoribus invenies, etiam in Regibus, superfluum statui; ita vix aliquis tenetur ad eleemosynam, quando tenetur tantum ex superfluo statui.*

13. *Si cum debita moderatione facias, potes absque peccato mortali de vita alicujus tristari, & de illius morte naturali gaudere illam inefficaci affectu petere, & desiderare, non quidem ex diffidentia personæ, sed ob aliquod temporale emolumentum.*

14. *Licitum est absoluto desiderio cupere mortem patris, non quidem ut malum patris, sed ut bonum cuiventis, quia nimirùm ei obventura est pinguis hæreditas.*

15. *Licitum est filio gaudere de parricidio parentis à se in obtinente patrato, propter ingentes divitias indè ex hæreditate consecutas.*

CAPUT II.

Propositiones laxæ Casuistarum.

I. Marcus Vidal in *Arca de præcepto charitatis inquis. 1. cap. 25. n. 56. & seqq.*, Licèt „ DD. communiter asserant, injuria affectum „ aliquando teneri particularia dilectionis signa „ inimico exhibere, tum ob evitandum scandalum, tum etiam quandò ex tali signo exhibendo sperareture probabiliter salus spiritualis inimici: quia si fraterm errantem corripere debemus, si spes adest illius emendationis, ut illum Domino lucremur; ergo ut inimicum „ Deo, & nobis reconciliemus, jure cogimur ad „ eum, v. g. salutandum, si quidem spes probabilis adest lucrandi illum salutatione nostra.

57. „ *Nihilominus ego ipse neutrum admitto, atque concedo.* Primò quoad scandalum grave, „ quod his temporibus ferè numquam intervenit, „ cum quasi apud omnes in praxi habetur non „ salutare inimicum, neque cum illo loqui, &c.

58. „ Quo verò ad secundum dico sicut ego „ ipse . . . . non teneor sub mortali providere „ saluti spirituali proximi, citrà extremam ejus „ necessitatem, cum meo gravi damno temporali . . . . *ita neque etiam teneor cedere honori „ meo, & famæ*, quæ sunt bona superioris ordinis quam sunt temporalia, sub mortali, ut proximi spirituali vitæ provideam extra necessitatem extremam . . . . sed si quis teneretur exhibere inimico signa dilectionis specialia, quandò „ his signis sperateretur ejus salus spiritualis, etiam „ teneretur cedere honori suo, & famæ citrà extremam necessitatem. "

Auctor iste duo imponit christianæ Religionis cultoribus, alterum quod effutit, quasi in omnibus obtinere morem denegandi salutationem inimicis; alterum quod fiat honoris, & famæ jactura dum his officiis inimicos amplectimur, ut illorum æternam salutem lucremur.

II. Tamburinus *lib. 5. in Decal. cap. 1. §. 3. n. 29.*, An filius possit mortem patris optare, vel „ de illa gaudere, non ut malum patris (hoc „ enim esset odium execrandum) sed ut ipse filius „ paterna hæreditate fruatur? An mater possit „ desiderare mortem filiæ, ne illam alere, vel „ dotare cogatur? An possit subditus mortem „ cupere sui Prælati, ut prælaturæ ipse succedat, vel ut ab eo Prælato sibi infenso liberetur? . . . . Si solùm desideres, vel cum gaudio „ excipias ejusmodi effectus, hæreditatem, molestiæ carentiam, prælaturam . . . . licitè hæc „ optas, vel amplecteris: quia non gaudes de „ alterius malo, sed de proprio bono. . . . Si desideres sub conditione, facilius item est responsio, licitè posse. Denique si absoluto desiderio „ desideres in hunc modum: cupio mortem patris non ut malum patris est, sed ut bonum „ meum, seu ut causam boni mei, nimirum „ quia ex illius morte ego ejus hæreditatem adhibo; vel sic: utinam moriatur mea filia, nam „ sic fexcentas sollicitudines excutiam, &c. si, inquam sic desideras, major est resolvendi difficul-

fligat, impedimenta repellit, & difficultates omnes superat. Perversa spes est, quæ impunitatem spondet in peccatis, quin à peccatis removeat. Radix pervertæ spei est defectus timoris. Spes christiana inter fortitudinem & timorem ambulat. Timor à periculis removet, audaciam deprimit, & divinæ justitiæ severitatem repræsentat. *In timore Domini fiducia fortitudinis*, inquit Salomon. Timor avertit animum ne liberè pericula subeat. Fortitudo animum erigit, ut pericula quæ vitare non valet, impavidè propulset.

VIII. Ac cuinam in mentem venire potest, ut rationibus opus sit ad suadendum Christianis timorem spei socium? Circumstant undique versum pericula. Pericula in tertiis, inquit Apostolus, pericula in mari, pericula in magistris, & directoribus, pericula in falsis fratribus: pericula in nobis ipsis, in cordibus, in sensibus, in cogitationibus nostris: & nos insensati in deliciis, & voluptatibus ducimus dies nostros? Undè quæso tanta dementia? Perpendite, Christiani, vos in carcere hujus mundi constitutos esse. Recogitate juventutis, & virilis ætatis delicta. Omnes in hoc exilio consticuti sumus sententiam aut æternæ mortis, aut æternæ vitæ expectantes. Hinc corona gloriæ, hinc gladius æterni supplicii impendet capiti nostro. Fidei oculos erigamus, ut coronam operibus bonis appensam, & supplicium operibus pravis destinatum meditemur. Decurrunt tempora, fluunt dies, horæ, & momenta elabuntur, momentum instar, imminetque aut coronam assequendi æternam, aut cervicem supponendi æterno, tremendoque supplicio. Et nos non concutimur, non trepidamus, non expavescimus?

IX. Evangelicus Pastor, ut animas sibi creditas in spe exerceat, immensitatem mercedis, & præmii assequendi, omnipotentiam, & infinitam misericordiam paratam auxilia & gratiam conferre, quibus præmium obtineatur, palam faciat. Illas doceat frequenter repetere filius fiduciæ actus quotidiè, quemadmodum exules, & peregrini continenter patriam anhelant, ut facile eosdem frequentare actus queant, dum irruunt adversantis fortunæ, & calamitatum fluctus.

§. III.

Charitatis exercendæ regulæ.

X. Fides theologica repræsentat Dei bonitatem, clementiam, misericordiam, & beneficia infinita creationis, & redemptionis nobis jam collata, & præmia æterna conferenda, quæ spes assequi cupit. Nisi ferreum, & saxeum sit cor humanum, continere se vix potest quin Deum adeò bonum, clementem, benefactorem, & liberalissimum largitorem amore prosequatur. Duo sunt amores, inquit Augustinus *lib. 11. de Gen. ad litt. cap. 15.* quorum alter sanctus, alter immundus. Amor charitatis cives efficit Jerusalem, amor iniquitatis servos constituit Babylonis. Pugnant invicem amores isti, & alter pellit alterum.

XI. Amandum Deum esse agnosco, inquis, sed quomodò diligendus sit, igonto. Verùs dixisses, verbis exprimere modo quo Deum diligit, te nescire. Amor motus est, quo voluntas in bonum cognitum fertur, aut illud desiderando, aut de eodem gaudendo, aut in eodem complacendo, eidemque bona desiderando. Si Deum amas, quia te creavit, redemit, conservat, protegit, alit, uno verbo, quia tibi beneficus est, amor appellatur castæ concupiscentiæ. Si illius amore flagras, quia bonus, quia dignus est, ut omnes ejus amore ardeant, ut illi bonum velint, ut ejusdem laudes pangant, ipsumque colant, amor est charitatis, & amicitiæ. Amor concupiscentiæ castæ imperfectior est, & naturæ nostræ intimior, ideò ab eodem initium capitur, deinde altior fit ascensus. Quid est quòd te ad amorem hominis accendit? Beneficia, reponis, quæ mihi contulit, & ejusdem in me prior effusus amor: & tandem ejusdem justitiæ, æquitatis, bonitatis, sinceritatis dotes, & plures aliæ prærogativæ. Excita in mente tua lumen fidei christianæ, quæ cum beneficia infinita tibi à Deo collata, tum bonitatem, æquitatem, majestatem, clementiam, misericordiam, sapientiam, benignitatem, & innumeras alias dotes tibi vividè ante oculos proponat. Charitatem fides præcedit. Quo splendidius est fidei lumen, eo ardentius est amoris flamma. Cum fuerit mens fidei luce perfusa, & voluntas spei robore erecta, continuò accenditur amoris flamma, quam vix comprimere anima præfatis duabus virtutibus ornata, & excitata potest.

XII. Fuerunt qui, ut purissimam istius amoris flammam accenderent, docuerunt, amandum esse Deum, præcisa quacumque spe eumdem possidendi. Dei possidendi fiduciam mercenariam effugere amore contendebant. Quarè, ut amorem hunc purum redderent, ab omni consequendi præmia desiderio vacuum volebant. Sed doctrinam hanc improbavit Innocentius XII. Deus noster est merces nostra, beatitudo nostra. *Diliges Dominum Deum tuum.* Homines sine Deo nihil sunt. Sui destructionem appeterent homines, quotiès separare se à Deo vellent. Ille impurus, & mercenarius amor est, qui alia præter Deum amat sine relatione ad Deum. Purus verò, perfectusque amor est, qui Deum amat, quia bonus est. Deum nobis volumus, quia ipse se coronam, & mercedem nostram constituit. Ille nos suos filios, suos hæredes delegit. *Si filii, & hæredes*; si hæredes, & possessores. Amamus Deum, ut summum bonum nostrum. Duo sunt respectus distincti; at unus alterum non excludit, sed unus alteri subjicitur. Anima charitatis igne succensa modò sub una, modò sub altera relatione Deum diligit, & tandem se, & omnia sua in Deum refert, & ibi quiescit veluti in suæ æternæ felicitatis centro.

XIII. Pastores animarum, & Dei ministri omnes, si gregem evangelicum à vitiis purgare, & in virtutis semita continere velint, in his theologicis virtutibus illum exerceant. Post auditam sacramentalem confessionem inter opera satisfactoria, quæ imponere pœnitentibus debent, prescribant harum trium virtutum pensum Deo offerendum. Ignorant, inquies, harum virtutum officia exercere. Ignorant? Non sunt ergo christiani. Non sunt ergo absolutionis capaces, cum harum virtutum exercitium præcedere, & comitari sacramentum debeat. Quis ergo adeò rudis, qui nequeat meditari flexis genibus Filium Dei hominem factum, & crucifixum? Instruite illos, ut mentem defigant in hac cruce, in hac Christi passione, recogitantes Christum Dominum hanc mortem obiisse ob hominum amorem, ob eorum redemptionem, & ut eos ad æternam felicitatem perduceret. Instruite, ut recitent symbolum singulos articulos parumper recogitando, & meditando. Monete illos, ut precationem dominicam recitent implorantes à Deo hanc vivam fidem, invictam spem, & ardentem amorem. Harum virtutum exercitatio est fundamentum, & anima religionis christianæ. Cæteræ devotiones ornatus sunt, & veluti adjecti flores: at si bases, & fundamenta ædificii christiani desint, omnia in summum occidunt. Sed præcipuè inculcent, illos in Deum credere, sperare, & diligere, qui mores, & vitam ad Jesu Christi exemplar conformant.

DISSERTATIO III.

De Charitate erga proximum.

CAPUT I.

Recensentur propositiones damnatæ adversus charitatem proximi.

Si nonnulli graviter extenuarunt, & ferè de medio sustulerunt præceptum charitatis erga Deum, mirùm non est quod laxas opiniones evulgarint adversus charitatem, qua proximum diligere astringimur. Propositiones ab Innocentio XI. proscriptæ in hac materia sunt sequentes.

10. *Non tenemur proximum diligere actu interno, & formali.*

11. *Præcepto proximum diligendi satisfacere possumus per solos actus externos.*

12. *Vix in seculoribus invenies, etiam in Regibus, superfluum statui; ita vix aliquis tenetur ad eleemosynam, quando tenetur tantum ex superfluo statui.*

13. *Si cum debita moderatione facias, potes absque peccato mortali de vita alicujus tristari, & de illius morte naturali gaudere illam inefficaci affectu petere, & desiderare, non quidem ex diffidentia personæ, sed ob aliquod temporale emolumentum.*

14. *Licitum est absoluto desiderio cupere mortem patris, non quidem ut malum patris, sed ut bonum cuiventis, quia nimirùm ei obventura est pinguis hæreditas.*

15. *Licitum est filio gaudere de parricidio parentis à se in obtinente patrato, propter ingentes divitias indè ex hæreditate consecutas.*

CAPUT II.

Propositiones laxæ Casuistarum.

I. Marcus Vidal in *Arca de præcepto charitatis inquis. 1. cap. 25. n. 56. & seqq.*, Licèt „ DD. communiter asserant, injuria affectum „ aliquando teneri particularia dilectionis signa „ inimico exhibere, tum ob evitandum scandalum, tum etiam quandò ex tali signo exhibendo sperareture probabiliter salus spiritualis inimici: quia si fraterm errantem corripere debemus, si spes adest illius emendationis, ut illum Domino lucremur; ergo ut inimicum „ Deo, & nobis reconciliemus, jure cogimur ad „ eum, v. g. salutandum, si quidem spes probabilis adest lucrandi illum salutatione nostra.

57. „ *Nihilominus ego ipse neutrum admitto, atque concedo.* Primò quoad scandalum grave, „ quod his temporibus ferè numquam intervenit, „ cum quasi apud omnes in praxi habetur non „ salutare inimicum, neque cum illo loqui, &c.

58. „ Quo verò ad secundum dico sicut ego „ ipse . . . . non teneor sub mortali providere „ saluti spirituali proximi, citrà extremam ejus „ necessitatem, cum meo gravi damno temporali . . . . *ita neque etiam teneor cedere honori „ meo, & famæ*, quæ sunt bona superioris ordinis quam sunt temporalia, sub mortali, ut proximi spirituali vitæ provideam extra necessitatem extremam . . . . sed si quis teneretur exhibere inimico signa dilectionis specialia, quandò „ his signis sperateretur ejus salus spiritualis, etiam „ teneretur cedere honori suo, & famæ citrà extremam necessitatem. "

Auctor iste duo imponit christianæ Religionis cultoribus, alterum quod effutit, quasi in omnibus obtinere morem denegandi salutationem inimicis; alterum quod fiat honoris, & famæ jactura dum his officiis inimicos amplectimur, ut illorum æternam salutem lucremur.

II. Tamburinus *lib. 5. in Decal. cap. 1. §. 3. n. 29.*, An filius possit mortem patris optare, vel „ de illa gaudere, non ut malum patris (hoc „ enim esset odium execrandum) sed ut ipse filius „ paterna hæreditate fruatur? An mater possit „ desiderare mortem filiæ, ne illam alere, vel „ dotare cogatur? An possit subditus mortem „ cupere sui Prælati, ut prælaturæ ipse succedat, vel ut ab eo Prælato sibi infenso liberetur? . . . . Si solùm desideres, vel cum gaudio „ excipias ejusmodi effectus, hæreditatem, molestiæ carentiam, prælaturam . . . . licitè hæc „ optas, vel amplecteris: quia non gaudes de „ alterius malo, sed de proprio bono. . . . Si desideres sub conditione, facilius item est responsio, licitè posse. Denique si absoluto desiderio „ desideres in hunc modum: cupio mortem patris non ut malum patris est, sed ut bonum „ meum, seu ut causam boni mei, nimirum „ quia ex illius morte ego ejus hæreditatem adhibo; vel sic: utinam moriatur mea filia, nam „ sic fexcentas sollicitudines excutiam, &c. si, inquam sic desideras, major est resolvendi difficul-

II. Septem autem sunt misericordiæ corporalis officia. 1. Visitare infirmos, & carcere detentos. 2. Potare sitientes. 3. Pascere esurientes. 4. Redimere captivos. 5. Vestire nudos. 6. Peregrinos hospitio suscipere. 7. Sepelire mortuos: quæ omnia hoc versu concluduntur:

Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, condo.

III. Septem quoquè sunt spiritualis misericordiæ officia, nempè. 1. Consilium dubitantibus præbere. 2. Ignorantes docere. 3. Corrigere delinquentes. 4. Consolari afflictos. 5. Remittere offensam. 6. Ferre patienter injurias illatas, & defectus proximi. 7. Pro omnibus orare: quæ omnia hoc alio versu comprehuntur:

Consule, carpe, doce, solare, remitte, fer, ora.

Hæc omnia fusius docet 2. 2. q. 31. art. 2. S. Thomas, & nos infra exponemus.

IV. QUÆST. II. *An jure naturali, & divino eleemosyna imperetur?* RESP. Affirmatur. Pauper, & dives duo sunt contraria, sed duo maximè necessaria. Si omnes iisdem affluerent divitiis, aut omnes egerent, nulla inter eos necessitudo, nulla societas, nemo alterius ope egeret, nec alter alteri subjectus foret: nemo servus, nemo dominus: charitatis, & misericordiæ exercendæ occasio deesset, & egestatis, paupertatisque patientia abesset. Quamobrem alii divites, alii pauperes sint oportet, ut omnes valido, perpetuoque amoris nexu devincti vivant. Qui igitur hunc ordinem abrumpunt, proculdubio naturæ legem infringunt. Nisi hic ordo institutus esset, improvidus pauperum pater Deus esset, & in filios divites nimis prodigus; quod blasphemiam redoleret. Patres pauperum instituti à Deo divites sunt & injustitiæ, ac perfidiæ fontes evadunt, dum pauperes illis à Deo commissos necessario præsidio defraudant.

V. Eleemosynam tributum esse jure divino impositum, ut pauperibus solvatur, Scripturæ sanctæ evincunt 1. *ad Tim. cap.* 6. S. Paulus inquit: *Divitibus hujus sæculi præcipe... facile tribuere.* Christus Dominus Matth. 25. *Discedite à me maledicti, &c. esurivi enim, & non dedistis mihi potum; hospes eram; & non collegistis me.*

VI. Multis privilegiis eleemosynam Deus ornavit. *Beatus qui intelligit super egenum, & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus*: Ps. 40. *Fœneratur Domino, qui miseretur pauperis*: Prov. 19. *Conclude eleemosynam in corde pauperis, & hæc pro te exorabit*: Eccli. 29. Si pauper ingratus esit, ipsa eleemosyna pro te clamabit ad Deum. *Peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordiis pauperum: forsitàn ignoscet tibi Deus*: Daniel. 4.

CAPUT VI.

Selecta Patrum testimonia, quibus ad eleemosynam divites urgentur, & iisdem excusationes vanæ refelluntur.

I. COncupiscentia carnis, & cupiditas divitiarum sunt duo frequentissimi, & funestissimi scopuli, ad quos divites præsertim allidunt animas suas. Aut enim divitias à Deo concessas, pensione gravatas erogandi quod superest in pauperes, prodigunt in concupiscentia saturanda, & libidine explenda, in faginandis scortis, luxuque, & pompis fovendis: aut eas in scrinio retinent, & accumulant, ut avaritiæ insatiabili indulgeant. Quarè quemadmodum Scripturæ sanctæ, & Patres; ita, & Pastores, atque Confessarii omni argumentorum genere, & eloquentiæ vi urgere divites debent ut hoc gravissimum præceptum impleant. Hinc vitio mihi vertendum minimè est, si vel in hoc compendio veritatem summi momenti latiùs inculcavero.

II. S. Basilius homil. 6. ex variis: *Eleemosyna, & fides ne te deserant. Item fraude esurienti panem tuum. Sed horrea multitudine fructuum gravata diruimpebantur; cur autem ejus parcum, ac tenax minimè exsaturatum est.... Quid faciam? inquit.... Agnosce, ô homo, cum qui dedit.... qua gratia tam inultis fit prælatus. Dei optimi minister es, tuorum dispensator conservorum. Ne putes omnia ventri tuo præparari: quæ in manibus habes, ut aliena existima: parvo te exhibiturum tempore, deinde diffluentia pegeturum; quorum ratio abs te acriter exigetur.... Plane imprudenti uteris consilio... Quid faciam? Parata tibi responsio fuerat; esurientium animas explebo, aperiam horrea, & omnes vocabo indigos, imitabor Josephum, &c.* Et paulò infra: *Imitare, ô homo, vel terram, ut illa, fructus proferto, ut ne illa conspiciaris esse deterior, quæ inanimis est. Sani illa non in suum usum, aut commodum, sed in tuum ministrare contenditi....* Pulchram deindè similitudinem adjicit. *Putei continuo exhauriti, & copiosiore, & pulchriore admodum fluunt aqua, dimissi verò & quieti facilè patent: sic, & opes conditæ, quiescentesque, inutiles; motæ autem, & translatæ publicum commodum, & fructum pariunt... Dixeris: Cui facio injuriam, si mea retineo? Quæ illa, dic mihi, tua? Unde accepta hæc ad traducendam præsentem hanc vitam invexisti?... Nonne nudus ex utero matris exiisti, nudusque rursus reverteris ad humum?... Cur tu dives es, ille pauper? Profectò non ob aliam causam, nisi ut tu benignitatis, ac fidelis administrationis mercedem accipias.... Esurientis est panis, quem tu retines; nudi est vestis, quam in arca custodi; discalceati calceus, qui apud te marcescit; egentis argentum, quod tu terræ infossum possides.* Item *homil.* 7. contra divites avaros sermonem habens de illo adolescente, qui audiens à Christo Domino Matth. 19. *Vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus*, tristis abiit, hæc scribit Basilius: *Mihi evenisse huic adolescenti, vel propinquis ipsius videtur quod illi solet evenire qui iter facit civitatis alicujus spectaculi videndi studio, properatque usque ad mœnia: ibi reperto diversorio requiescit, modicumque quod restat viæ, ob pigritiam, atque desidiam ire detrectat, simul, & toleratum itineris laborem inanem reddens, & spectaculo bonorum quæ videre poterat in urbe, excludens. Sic, & hujusmodi sunt homines, qui cætera quidem mandata observant, ad bonorum verò suorum erogationem claudicant. Vidi ego multos jejunantes, orantes, præteritorum pœnitentia suspirantes, omnem denique sine sumptu pietatem ostendentes, egentibus verò ne obolum quidem porrigentes. Quid hi cætera virtutum diligentia prodesse? Non propterea regnum Dei consequentur. Idcircò, inquit Dominus*, difficilius est divitem intrare in regnum cœlorum, quàm camelus per foramen acus.... *Quid miser judici respondebis? Parietes vestis, hominem non vestis? Equos phaleris ornas, fratrem tuum laceris amictum? Pannis asservandis? Frumentum retinendo perdit, esurientes non respicis?*

III. D. Joannes Chrysostomus præ cæteris Patribus debitum, vim, meritum, & mercedem eleemosynarum disertissimè exponit, & amplificat. *Hom.* 45. *in Gen.* hæc habet. *Pecuniarum abundantiam in animarum salutem expendamus, superfluaque indigentibus insumamus. Quarè enim, dic mihi, permittis filium aurum, & argentum prodigere, quæ oportebat in pauperum ventres evacuare, respondo in tantum promptuarium, ut tempore quo maximè opus habes eorum adjutorio, consolationem invenias: & qui à te hic pasti sunt, sibi fiduciæ fores tibi aperiant, & accipiant te in æternæ suæ tabernacula? Vestes quoquè non finamus à vermibus rodi, & absque usu in arculis putrescere, cum tot sint qui indigent, & ejulabundi nudi. Sed veneremur, honoremque demus nudo Christo potiùs quam tineis, & induamus eum, qui propter nostram salutem nudus ambulare voluit, ut cum ipsum induerimus, audiamus in die illa: Nudus eram, & vestistis me. Num enervata sunt præcepta? Ea quæ pereunt, inquit, quæ à vermibus arroduntur, quæ absque usu, & fructu consummuntur, hæc dispensa, ut tibi fiant utilia, & ut detrimenti damnum effugias, & ut ex ipsis lucrum maximum tibi paret.*

IV. Idem *homil.* 7. in Lucam: *Rapina est, pauperibus non impertiri de suis facultatibus. Ac fore sibi mirum videtur esse videtur quod dico. Verùm ne mirentur, testimonium vobis ex divinis Scripturis proferam. Itaque Dominus Judæos accusans per Prophetam dicit: Produxit terram proventum suum, & non intulistis decimas; sed rapina pauperis est in domibus vestris. Quoniam, inquit, oblationes solitas non dedistis; rapuistis ea, quæ sunt pauperis. Hoc autem dicit declarans, quod res pauperum possident, etiamsi paternæ hereditates obtenuerint.*

V. Idem *hom.* 4. in Gen. „ Videamus quantam „ abundantiæ vim possideat larga eleemosyna, ut „ cum didiceris lucrum quod indè nascitur, ala- „ criter eam facias. Fortè enim tanta ejus potes- „ tas est, ut non solùm peccata purgare, sed, & „ mortem fugare valeat. Et quis, dicet aliquis, „ eleemosynam faciens superior morte effectus est? „ Sanè omnes videmus sub mortis potestatem ve- „ nisse. Ne turberis, dilecte; sed disce, quomodò „ eleemosynæ vis, & mortis vicit tyrannidem. „ Tabitha vestiebat viduas, & alios sumptus eis „ præbebat. Factum est autem, ut infirmata mo- „ reretur. Sed quæ ab illa curabantur, & quas „ vestiebat, stabant circa Apostolum, & ostende- „ bant ei vestes, quas faciebat illis Dorcas, atque „ ad miserationem Apostolum provocabant: qui „ genibus flexis oratis dixit: *Tabitha surge.* Illa „ autem aperuit oculos suos, & viso Petro resedit: „ & dans ei manum evexit eam, & accersitis sane- „ tis viduis assignavit eam vivam. Vidisti, quanta „ retributio beneficentiæ in viduas etiam in præ- „ senti vita?"

VI. S. Augustinus *lib. 1. hom.* de exhortatione ad eleemosynas faciendas *hom.* 19. hæc inculcat: *Lectio ista, fratres, quam modò audivimus de sancto Evangelio, ad eleemosynas faciendas nos hortatur, & sic hortatur, ut in judicio suo Dominus has solas factas imputet dextris, has solas non factas imputet sinistris: non quo cætera facta hominum vel bona, vel mala non veniant in judicium: scriptum est enim, omnia venturа ad judicium: & tamen non elegit Dominus noster Jesus Christus, pronuntians nobis judicium sumum futurum, unde nos admoneret, nisi solas eleemosynas. Numquid dextris non erit dicendum, quia casta vixisti, quia res alienas non rapuisti, quia fidem meam usque ad sanguinem confessi esti? Omnia enim facta ista bona necesse est honorari in judicio Jesu-Christi. Rursus putavis non esse dicendum sinistris, quia fuisti impudici, quia fornicati estis, quia res alienas rapuisti, quia superbia vestra, & malis moribus nomen meum blasphemari fecisti? Et cætera quæque cumque enumerat; taceat autem Dominus noster pronuntians nobis judicium suum omnia cætera recta facta justorum, & solas eleemosynas commemorare dignatus est. Tacuit omnia mala inimicorum, & solam sterilitatem eleemosynæ increpandam esse judicavit, nunquid ad nos commendos. Quare hoc? Quia omnia crimina eleemosynis redimuntur. Ideò illam laudavit fœcunditatem, illam culpavit, & damnavit sterilitatem. Sed auditit, omnia malefacta eleemosynis redimi. Nolite sic intelligere, ut intelligunt quidam pervertit. Eleemosynæ enim possunt tibi prodesse ad delenda peccata præterita, si maneat mutaveris. Si autem in eisdem malis perseveraveris, eleemosynis tuis non corrumpes judicium Dei.* Item serm. 42. de Tempor. *Certè videtur quod in lectione evangelica nihil aliud Dominus nominaverit de universis virtutibus, nisi solam eleemosynam, quæ cum charitate operatur. De ramis tacuit, radicem tantummodo nominavit, ita dicens*: Venite benedicti, percipite regnum. Esurivi enim, &c. Item exposit. in Psalm. 44. *Nolite vobis condere thesauros in terra, ubi tinea, & rubigo exterminant, & ubi fures effodiunt, & furantur; sed thesaurizate vobis thesauros in cœlo. Venite cum muneribus, date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis. Venite cum muneribus ad eum qui dicit*: Misericordiam volo magis, quam sacrificium. Item serm. 62. de Temp. *Pro re tamen, quod non potest jejunare, amplius debet erogare pauperibus, ut peccata quæ non potest jejunando curare, possit eleemosynam dando redimere. Bonum est jejunare, fratres; sed melius est eleemosynam dare. Si possibilitas non fuerit jejunandi, eleemosyna sufficit tibi fiat jejunio; jejunium verò sine eleemosyna omnino non sufficit.*

VII. Tremenda sunt Patrum testimonia, sed tremendissima sunt Christi oracula, & minæ: *Væ vobis divitibus: væ vobis, quia habetis consolationem vestram: væ vobis, quia lugebitis, & flebitis. Quam difficilè* (Christus est, qui exclamat, non Rigorista, nec Jansenista) *qui pecuniæ habent in regnum Dei introibunt! Facilius est enim camelum per foramen acus transire, quam divitem introire in regnum Dei. Ite maledicti in ignem æternum:*

deat. Si vita propria, & vita proximi absolutè spectentur, præferenda est propria: si vita proximi utilior sit ad Dei gloriam, exponi propria valet, ex motivo virtutis, periculo mortis, ut salvetur vita proximi. Idem dicendum, si vitam tuam exponeres ad servandam vitam patris, domini, intimi amici, insignis benefactoris in testimonium christianæ gratitudinis. Pro fama tamen, honore, aliisque bonis proximi non licet vitam propriam exponere, quia ejusmodi bona inferioris, vita autem superioris ordinis est.

XII. Extremæ necessitati spirituali proximi astringimur succurrere cum vitæ, bonorumque temporalium jactura. Extrema spiritualis necessitas ea est, in qua proximus æternum damnatur, nisi illi opem feras. Hanc doctrinam docet *epist.* 1. c. 3. S. Joannes. *Sicut Christus animam suam posuit pro nobis, & nos debemus pro fratribus animam ponere.* Hinc tenemur baptizare puerum cum vitæ periculo inter peste infectos derelictum. Si tamen vita tua bono communi Ecclesiæ, vel Reipublicæ necessaria sit, tum salus communis ex charitatis ordine præferenda est saluti unius privati. Similiter si tu mortalis peccati reus esses, & difficilis tibi contritio foret, aut de ea dubitares, tunc salus tua præferenda est saluti proximi.

XIII. Damnatus ut fame pereat nequit respuere cibum clam oblatum: nec si id judex præciperet, parendum esset, quia horrendum, & inhumanum præceptum foret. Neque negligere defensionem vitæ tuæ astringeris, ne sequatur alterius occisio. Orandus tamen Deus est ne permittat in similes angustias incidere, quia leges inculpatæ tutelæ servare difficillimum existimo. Obstetrices, quæ invalide pueros baptizarunt, tenentur cum mortis periculo crimen manifestare, quidquid in oppositum dicat P. Layman.

XIV. Mater gravida ad partum impotens non tenetur pati lectionem mortiferam ventris, ut clausus in ventre puer baptizetur, quia non sunt facienda mala ut eveniant bona. Hanc sententiam docet *in 4. dist. 6. q. 2. art. 2. ad* 4. S. Thom. *Ideò homo debet potius dimittere perire infantem, quam ipse peream, homicidii crimen in matre committens.* Subscribunt Angelico graviores Theologi. Neque hoc opponitur priori sententiæ, qua dictum est, puerum baptizandum cum mortis periculo: quia puero in ventre matris extanti nullum jus inest ad baptismum sicuti inest puero in lucem edito. Ut spirituali saluti proximi consulas, non astringeris, immò non debes, probabili periculo peccandi te exponere, neque licet velle privationem gratiæ etiam ad tempus ob aliorum salutem.

XV. QUÆST. VII. *Qui sunt in dilectione præferendi?* RESP. Primùm omnium præferendi sunt pater, & mater; deindè uxores, & filii. Uxores præferendæ parentibus sunt solùm quantùm ad habitationem, & amorem teneriorem. Fratres anteponendi sunt cæteris consanguineis: & istorum illi præferri debent qui sunt propinquiores. Consanguinei anteponi affinibus debent, fideles infidelibus, amici inimicis, benefactores non benefactoribus, spirituales benefactores temporalibus benefactoribus, concives extraneis. Tunc autem urget solùm istius prælationis præceptum, quando urget extrema necessitas succurrendi alterutri proximorum. Hinc extraneo in extrema necessitate constituto prius succurrendum est quam patri, qui tali necessitate non laborat. Communitati gravi necessitate spirituali laboranti succurrere etiam cum vitæ periculo debes, quia in tali communitate semper aliquis reperitur in extrema necessitate constitutus.

CAPUT IV.

De Inimicorum dilectione.

I. QUÆST. I. *In lege veteri urgebatne præceptum diligendi inimicos?* RESP. Affirmat S. Thomas *in 3. dist. 31. q. 1. art. 1.* & ante S. Thom. S. Augustinus *lib. 18.* contra Faustum, *cap. 24.* Quare nimis inconsideratè Maldonatus effutit, sequentem interpretationem Angelici ex hæreticorum officina prodiisse. Inquit ergo Angelicus: *In veteri lege etiam homines tenebantur ad dilectionem inimicorum, sicut patet per auctoritatem. Unde quod dicitur*: Odio habebis inimicum tuum: *non ex lege sumptum, quia nusquam hoc in littera invenitur; sed est additum ex prava interpretatione Judæorum, qui ex eo quod præcipiebatur dilectio proximi, concludebant, quod inimici erant odiendi.* Ipsa naturæ lex, nedum divina positiva hanc mutuam dilectionem imperat.

II. Hoc præceptum luculentius exposuit Christus Dominus in Evangelio inquiens: *Ego autem dico vobis: diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos, orate pro persequentibus, & calumniantibus vos, ut sitis filii Patris vestri, qui in cœlis est*: Matth. 5. Hæ sunt rationes istius amoris. Necessitas societatis, quæ consistere sine amore mutuo nequit. Auctoritas Dei supremi Domini, Benefactoris, Creatoris, Conservatoris, Redemptoris, Patris, & Magistri præcipientis. Præmium remissionis culparum, filiationis divinæ hæreditatis æternæ.

III. Amandi inimici sunt amore tum affectivo, tum effectivo. *Benefacite his, qui oderunt vos.* Duplex præceptum est: negans prohibet odium, & vindictam, quod semper, & pro semper urget; affirmans jubet interiorem dilectionem, & exteriorem beneficentiam. Amor inimicorum includitur in amore universali quo diligere proximum propter Deum astringimur. Ab hoc quippè universali amore non licet excludere inimicum. Deindè necessaria est animi promptitudo ad diligendum inimicum in particulari, gravi urgente necessitate.

IV. QUÆST. II. *Quænam benevolentiæ signa inimicis exhibenda?* RESP. Duplicis generis. Alia generalia, quæ omnibus exhibentur, & hæc vi præcepti semper debentur. Alia specialia, quæ non semper, sed aliquando duntaxat cadunt sub præcepto. Salutare inimicum obvium, ubi viget mos salutationis, sub præcepto cadit. Quarè, si ante inimicitias, & dissidia intercedebat salutatio, post rixam, vel inimicitias communia benevolentiæ signa perseverare debent. Et quamquàm alicubi salutatio, & allocutio non sint communia benevolentiæ signa, ejusmodi tamen sunt inter amicos, cognatos, & consanguineos, sodales, sociosque ejusdem cœtus, collegii, & communitatis. Et tunc si inimicitia exoritur, dicta communia signa suspendenda non sunt. Non sunt tamen continuò gravis culpæ damnandi, qui hæc signa omittunt; sed circumstantiæ spectandæ sunt præsertim si indè scandalum oriatur, & si omissio signorum ex interno odio proficiscatur. Sæpè enim salutatio, & alia benevolentiæ signa omittuntur non odii causa, sed ob quamdam aut verecundiam, aut animi vilitatem. Interdum neuter ea animi fortitudine pollet, ut primus esse velit ad ejusmodi signa exhibenda. Hæc signa sub præcepto cadunt quandò opportuna sunt ad placandum inimicum, & animos odio æstuantes reconciliandos. Salutantem resalutare debitum est, quod negligi absque gravi culpa animo deliberato nequit. Quisque propriæ salutis cupidus in his præstandis signis liberalis esse debet. Nunquàm licita est, odii causa, omissio salutationis, & alloquii. Omitti verò posse à superiore punitionis causa, Theologi communiter docent, ejusmodi signa quandò talis omissio judicatur opportuna ad inimici emendationem, vel quando delictum publicum est, & valdè enorme in signum detestationis. Patres, superiores, domini in punitionem domesticorum delinquentium suspendere hæc signa jure valent, dummodo odium absit. Plures quoquè circumstantiæ excusant à gravi culpa omissionem ejusmodi signorum, puta inadvertentia, brevitas temporis, materiæ parvitas, doloris gravitas, & id genus similia. Hinc excusant nobilem matronam, si occiforem mariti salutantem non resalutat ob doloris acerbitatem. Circumstantiæ tamen spectandæ sunt.

V. QUÆST. III. *Offensori petenti pacem, tenetur ne offensus signa dilectionis exhibere?* RESP. Vir christianus nequit denegare signa dilectionis offensori veniam petenti, signa, inquam, communia; specialia autem benevolentiæ signa sicut nemo tenetur exhibere vel illis qui inimici non sunt, multo minus ea debet inimicis. Spectandæ tamen circumstantiæ sunt scandali vitandi, vel salutis spiritualis comparandæ, vel odii deponendi: nam si hæc benevolentiæ testimonia congrua media essent ad fratris animam lucrandam, tum exhibenda forent.

VI. Qui aliquem injustè læsit, titulo justitiæ astringitur veniam petere, & satisfactionem exhibere offenso. Modus tamen servandus est. Quandò accidit rixa, & dissidium inter duos æquales, qui prior læsit, prior petere veniam, & signa reconciliationis offerre debet. Si sunt disparis conditionis, prudentia opus est. Interdum differri reconciliatio potest, quandò nempè offensus ex nimio dolore perculsus, prævidetur minùs aptus ad veniam impertiendam. Interdum etiam differenda reconciliatio est, donec furor deferveat: interdum tandem sollicitanda, spectata personarum, & circumstantiarum diversitate.

VII. QUÆST. IV. *Astringiturne offensus non solùm odium deponere, sed etiam satisfactionem remittere, & compensationem?* RESP. Odium continuò deponendum, immò antequàm accendatur, comprimendum. Damnum verò temporaneum ab offensore illatum non tenetur offensus absque compensatione remittere. Res tamen periculi plena est. Sub justæ recompensationis titulo sæpè appetitus vindictæ latitat. Absolutè consultius est omnia remittere. Occurrere tamen casus possunt in quibus condonare satisfactionem minimè expediat; ut si offensus pauper sit, & detrimentum grave patiatur; si sit membrum communitatis, vel familiæ, cujus temporalia damna reparati nequeant, nisi reus satisfaciat; si offensor sit communitati infestus. Si offensor congruam satisfactionem sponte exhibet, nequit eam offensus rejicere, ut illam coram judice exigat, ut contendunt non pauci; quoniam reparata injuria, & compensato damno ab ipso offensore, omni justitiæ satisfactum plenè est. Ergo dum offensus ad tribunal appellat, non reparari jus læsum quærit, sed vindictæ, & odio indulgere.

VIII. QUÆST. V. *Licitumne est de malo proximi gaudere ob bonum quod inde nobis evenit?* RESP. Affirmant Castropalaus, Tamburinus, Moya, & alii, quorum sententia damnata est ab Ecclesia. P. Viva commentariis in thesim 13. Innoc. XI. æquo, ut mihi videtur, laxiùs extenuat proscriptionem damnationis. Lege *Tom. 1. in Dec. lib. 1. Disc. 5. cap. 8. num. 6.* Nunquam ergo licet neque gaudere, neque optare malum proximo, & multò minùs sibi. Quarè falsa est Joannis La-Crux, & Tamburini doctrina, qua docent, posse sibi quemquam optare mortem, ut hujus vitæ ærumnas declinet. Peccatoribus verò licitum est aliquod malum temporale appetere, ut à peccatis resipiscant, ut docet S. Thomas *in 3. dist. 30. art. 1. ad* 4. Quam doctrinam confirmant Scripturæ sanctæ. *Erubescant, & conturbentur vehementer omnes inimici mei: convertantur, & erubescant valdè velociter.* Psalm. 6. Cavendum tamen est ne odium lateat, & sub prætextu conversionis peccatorum vindicta foveatur.

CAPUT V.

De eleemosyna corporali.

I. QUÆST. I. *Quid sit eleemosyna?* RESP. Est opus quo datur aliquid indigenti ex compassione propter Deum; seu est alienæ miseriæ sublevatio propter Deum. Actus iste elicitur à virtute misericordiæ, & imperatur à charitate, ut docet 2. 2. *quæst.* 32. *art.* 1. S. Thomas. Duplex in eleemosyna respectus: alter ad Deum, alter ad proximum. Quatenùs Deum respicit, ad justitiam legalem pertinet, quia Deus in omnes divitias quas hominibus concedit, tributum imponit pauperibus solvendum. Secundùm quod proximi miseriam sublevandam spectat, opus misericordiæ est, imperatum, & directum à charitate, ut dictum est. Quod enim Latinis *misericordia*, Græcis *eleemosyna* est.

„ cultas, quia tunc eligis velle male illis, quamvis ut causam tui commodi; quod non videtur „ culpa vacare, & ita quidem putat Bonacina.... „ Nihilominus Castropalaus docet contrariam „ opinionem *satis probabilem.*"

III. Ferdinandus de Castropalao, *tract. 6. disp. 4. punct. 1. n. 11.* „ Nihilominus credo, si cum „ debita moderatione facias, te posse absque peccato mortali de vita alicujus tristari, & de illius morte naturali gaudere, illamque inefficaci „ affectu petere, & desiderare, non quidem ex „ displicentia personæ, sed ob aliquod temporale „ emolumentum inde secutum. Sic edocere videtur Emmanuel Sa, verb. *Charitas*, n. 8. ubi „ absolutè docet te posse proximo optare malum „ corporale ad salutem animæ, & mortem ob „ Reipublicæ bonum, & hosti tibi alioquin valdè nocivo mortem, non odio, sed ad vitandum „ damnum tuum, item de morte ejus gaudere „ ob bonum inde secutum. Azor. 1. *part. lib. 3. cap. 12. quæst. 2.* & Bonacina *disp. 3. quæst. 4. punct. ult. num. 7.* affirmant licere matri mortem optare filiarum, eo quod ob deformitatem, vel inopiam non possit eas juxta suum „ desiderium nuptui tradere; & idem esse dicunt, si ob illarum causam male tractaretur à marito, „ posset illarum mortem optare, ut ab illo damno „ liberaretur."

IV. Joannes Sanchez, *dis. 2. select. num. 9.* „ Hinc infertur, licere sibi, vel proximo optare „ mortem ob vitandam molestam infirmitatem, „ mendicitatem, vitam pœnalem à marito fœminæ inflictam, & alia hujus generis, dummodo desideretur mors, ut à Deo infligenda, non „ ab homine injustè, vel à dæmone. Non enim „ digna est salus tanto dolore, & mors prolongata dicitur vita miseriis repleta."

V. Marcus Vidal *in Anna de Charitatis præcepto, inquis. 1. num. 85.* „ Animadvertendum tamen, „ hoc præceptum adimpleri per hoc quod nullum „ malum proximo inferatur; & ideo non est „ præceptum obligans ad habendum actum internum de dilectione erga proximum, *cum per se non pateat proximo, sicut Deo.*"

VI. Idem *ibi n. 88.* „ Colligitur secundò, „ viventes simul in aliquo collegio, vel in aliqua „ religione posse absque labe culpæ mortalis „ denegare simul signa particularia amoris, „ nempè salutationem, allocutionem, & his „ similia.

VII. Idem *inquis. 11. n. 46.* „ Quinta conclusio. Licitum est, servato tamen ordine, & „ forma, optare alteri malum temporale ob honestum finem consequendi aliquod bonum „ temporale."

VIII. Idem *n. 65.* „ Colligitur quartò, posse „ licitè alteri imprecari malum temporale ex motivo tantùm propriæ, vel alienæ utilitatis, ut „ est optare alicui infirmitatem, ne ludo omnia „ dissipet, aut mortem ob vitandam inopiam, „ vel molestam infirmitatem, aut vitam pœnalem, & hujusmodi."

IX. Idem *n. 66.* „ Colligitur quinto, posse „ licitè optare mortem alicujus, & de illa gaudere ob hæreditatem habendam.... Nam ob„ jectum hujus actus non est malum, sed est com„ modum ex morte consequens, quod est bo„ num, & conforme rectæ rationi, ut suppo„ nitur. *Undè mors ipsa conducens*, ut medium ad „ tale commodum, & sequens ex causis naturalibus, erit quid bonum."

CAPUT III.

De Præcepto divino quo jubemur actu interno charitatis proximum diligere.

I. NOmine proximi intelliguntur omnes creaturæ rationales æternæ beatitudinis capaces, sive infideles homines sint, sive justi, sive injusti, sive amici, sive inimici, sive prædestinati, sive reprobi. Dæmones, & creaturæ irrationales non comprehenduntur absolutè sub proximo diligendo, sed solùm creaturas irrationales diligere possumus, quatenùs volumus eas permanere ad gloriam Dei, & utilitatem hominum, ut docet 2. 2. q. 25. *art. 2.* S. Thomas.

II. QUÆST. I. *Daturne præceptum diligendi proximum?* RESP. Affirmant omnes. *Diliges proximum tuum sicut te ipsum*: Matth. 22. & Joan. 13. *Hoc est præceptum meum, ut diligatis invicem.* Hanc dilectionem mutuam esse splendidissimum christianæ professionis characterem, subdit ibidem Christus Dominus. *In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ab invicem.* Et S. Petrus epist. 1. cap. 4. *Ante omnia mutuam in vosmetipsis charitatem continuam habentes, quia charitas operit multitudinem peccatorum.* S. Paulus ad Galat. cap. 5. *Omnis lex in uno sermone impletur: Diliges proximum tuum sicut te ipsum.* De fide ergo est dari præceptum diligendi proximum. Præceptum hoc naturale est, quatenùs amorem naturalem imperat; supernaturale verò prout proximum diligere jubemur, non modo secundum quod est nobis in natura cognatus, vicinus, alisque titulis: verùm etiam prout homo est à Deo redemptus, & æternæ beatitudinis capax.

III. QUÆST. II. *Præceptum istud obligatne ut peculiaribus internis actibus proximum diligamus?* RESP. Negarunt non pauci; sed illorum doctrina damnata est ab Innoc. XI. in his duabus thesibus: *Non tenemur proximum diligere actu interno. 2. Præcepto proximum diligendi satisfacere possumus pro solos actus externos.* Opera exteriora mortua ad vitam æternam sunt, nisi charitate vivificentur. *Si charitatem non habuero, nihil mihi prodest.* Ergo sublata interiore charitate, opera exteriora liberalitatis, beneficentiæ erga proximum inepta sunt ad implendum præceptum illud divinum quo jubemur proximum diligere.

IV. QUÆST. III. *Actus, quo diligere proximum jubemur, debetne esse distinctus ab actu amoris, quo Deum diligimus?* RESP. Negant aliqui benignioris ingenii auctores; sed istorum opinio falsa est. Quoniam duo sunt præcepta distincta, quorum alterum Dei, alterum proximi amorem jubet. Duobus ergo distinctis actibus duo præcepta implenda sunt? Utique. Divina bonitas est ratio *sub qua* proximus diligitur: & non est ratio *quæ* diligatur. Deus objectum primarium est charitatis, & proximus secundum. Qui Deum ex toto corde diligit super omnia, virtualiter diligit proximum. Ad hoc non sufficit. Immò damnata est doctrina in hac thesi contenta. *Non tenemur proximum diligere actu interno & formali.*

V. QUÆST. IV. *Obligamne per se hoc præceptum ad proximi dilectionem?* RESP. Si sermo sit de proximo in communi, certum est quemlibet teneri *per se* proximum diligere actu formali, præcisâ quacumque circumstantia. Contra si proximus in particulari spectetur, convenit inter Theologos, amandum eum esse vi præcepti, necessitate tantum urgente.

VI. *Per accidens* urget præceptum istud, dum gravis tentatio odii animum pulsat, & amor oppositus judicatur remedium opportunum ad expellendum odium. Secundo dum astringimur proximo periclitanti succurrere, aut quacumque gravi necessitate presso sive in spiritualibus, sive in temporalibus opem ferre, tum actu interno diligere proximum astringimur: quia lex charitatis sine actibus internis non impletur. Tertiò dum gravis injuria sive in bonis famæ, sive in bonis animæ, vel corporis proximo infertur, ob quam gravissimè turbatur, & affligitur. Quartò dum proximus in extrema necessitate positus nostro eget consilio, auxilio spirituali, vel temporali.

VII. Animum paratum habere debemus ad diligendum proximum in particulari, si necessitas occurreret. Quæ animi promptitudo in hoc est sita, ut animus noster charitate ardeat in communi. Hæc charitas neminem excludit ab ista communitate. Si autem scire cupis, num ardeat charitas in corde tuo erga proximum in communi, vide num occasione data, vel acceptæ injuriæ, vel illatæ promptus sis ad dilectionem. A fructibus enim planta dignoscitur.

VIII. QUÆST. V. *Quomodò diligere debes proximum sicut te ipsum?* RESP. Hanc particulam *sicut teipsum* exponit 2. 2. *quæst. 44. art. 7.* S. Thomas. *Modus autem dilectionis tangitur cum dicitur*, sicut te ipsum: *quod non est intelligendum quantum ad hoc quod aliquis proximum sibi æqualiter diligat, sed similiter sibi. Et hoc tripliciter. Primo quidem ex parte finis, ut scilicet aliquis diligat proximum propter Deum, sicut se ipsum propter Deum diligere debet; ut sic sit dilectio proximi sancta. Secundò ex parte regulæ dilectionis, ut scilicet aliquis non condescendat proximo in aliquo malo, sed solum in bono; sicut, & suæ voluntati satisfacere debet homo solùm in bonis, ut sic sit dilectio proximi justa. Tertiò ex parte rationis dilectionis, ut scilicet non diligat aliquis proximum propter propriam utilitatem, vel delectationem, sed ea ratione quòd velit proximo bonum; sicut vult bonum sibi ipsi; ut sic dilectio proximi sit vera.*

IX. Aliquæ regulæ præscribuntur proximi diligendi. 1. Amandus est proximus amore affectivo, & effectivo, qui scilicet ex corde, & conscientia non ficta proficiscens pro viribus, & circumstantiis proximo opem ferat. 2. Fraternæ dilectionis caracteres exponit 1. *Cor. 13.* S. Paulus. *Charitas patiens est, benigna est: charitas non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati: omnia sustinet, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet.* Deus est qui voce Pauli loquitur. Hæc seriò meditare lector, & doctor, ut charitatis executor evadas. In his verbis tota Theologia comprehenditur. *Benigna* est charitas in fratrum conversione, eorumque curanda salute. *Patiens* in perferendis proximi defectibus. *Non æmulatur* neque apertè, neque occultè, & per cuniculos, sive proximi merita silendo, sive ejus virtutibus detrahendo, & nubeculas offundendo. *Non agit perperam* fraudes eidem intentando, aut impedimenta injiciendo. *Non inflatur* ob quascumque dotes sive animi, sive corporis, sive divitias, sive nobilitatem, sive scientiam. *Non est ambitiosa*, ut in proximum arroganter dominetur, & emineat. *Non quærit quæ sua sunt*, ut proximo egenti succurrat, ut ejusdem levet necessitatem. *Non irritatur* injuriis lacessita, ut vindictam sumat, aut quidquam mali rependat. *Non cogitat malum*, sed omnia in bonam partem interpretatur, salva tamen veritate: idcircò subditur: *Non gaudet super iniquitate*: sed peccata detestatur, & deflet, indolentiam, & funestam negligentiam improbat, contra eamdem vocem extollit, quia *congaudet veritati.* Hanc veritatem omnibus præfert. *Omnia sustinet*, ut vitam assequatur æternam. *Omnia credit* propter auctoritatem Dei revelantis, & Ecclesiæ proponentis. *Omnia sustinet*, ut Deo placeat, ejusdem legem servet, felicitatem æternam assequatur. Subdit *c. 5. ad Gal.* S. Paulus: *Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi.* Hæc pauca luculentiùs te instruunt seriò recogitata, quam plura quorundam volumina. Dictata enim à Deo sunt, & ex his tota lex pendet, & prophetæ.

X. QUÆST. VI. *Quis ordo in charitate servandus?* RESP. Unicuique diligibili suus tribuendus locus est: si superioris subsellii sit, superior locus; si inferioris, inferior concedendus in corde est. Mensura dilectionis amantis est bonitas personæ amatæ. Duplex ordo: alter amandi, alter subveniendi. Ordo amandi ex personæ dignitate, & bonitate: ordo subveniendi ex egestate proximi ope nostra indigentis manat. Uterque ordo subveniendi ex egestate proximi ope nostra indigentis manat. Uterque ordo sub præcepto cadit, inquit 2. 2. q. 44. art. 8. S. Thomas. *Ordo autem charitatis pertinet ad ipsam rationem virtutis, cum accipiatur secundùm proportionem dilectionis ad diligibile. Undè manifestum est quòd ordo charitatis debet cadere sub præcepto.*

XI. Quisque sicut se ipsum, proximum diligere debet, ut ex ipso evangelico textu patet. *Diliges proximum tuum sicut te ipsum.* Amor itaque erga temetipsum regula est, & mensura amoris in proximum. *Qui sibi nequam est, cui alii bonus erit?* inquit *Eccli. cap. 14.* Propinquior enim sibi homo est, quàm cæteri omnes. Nequit ignis externam comburere materiam, nisi prius in se ardeat.

num : esurivi enim, & non dedisti, &c. Quis non tremit, quis non expavescit ad hæc formidanda Christi oracula?

VIII. Excusant se divites superfluis divitiis carere. Quem prætextum hoc pacto profligat *in Psalm.* 147. S. Augustinus. *Multa autem superflua habemus, si non nisi necessaria teneamus. Nam si insania quæramus, nihil sufficit. Fratres, quærite quod sufficit operi Dei, non quod sufficit cupiditati vestræ. Cupiditas vestra non est opus Dei . . . Quærite, quæ sufficiant, & videbitis quàm pauca sint. Viduæ sufficerunt duo minuti nummi ad faciendum misericordiam, sufficerunt duo nummi ad emendum regnum Dei . . . Quære quantum tibi dederit, & ex to tolle, quod sufficit. Cætera, quæ superflua jacent, aliorum sunt necessaria. Superflua divitum necessaria sunt pauperum. Res alienas possidentur, cum superflua possidentur.* Superfluum, quod se habere divites pernegant, ubi repositum habeant, ostendit D. Joannes Chrysostomus *homil.* 11. in epist. Pauli ad Rom. *Rapinæ, atque avaritiæ incumbis non paupertate pressus, non fame te ad id impellente : sed quo equi tui frenum, domus tectum, ex mancarum capita copiæ innanerent. Hoc ipsum verò quantam gehennam mereretur, cum tu fratrem tuum, qui videlicet bonorum arcanorum tecum particeps effectus, atque eo usque à Domino honoratus est suo, in inimitas calamitates præcipitem agis, ut lapides, & domus tuæ parietinarum, ut animantium ratione exentium corpora exornes? Te ne tam sollicitum alendi canes curam gerere, hominem autem, seu verius dicam Christum ipsum, propter eanem ad summum famem adigi? Quid hac confusione pestilentius? Quid hac iniquitate lethalius? Quod tandem ignei fluvii ad hujusmodi animam deputandam satis esse possunt? Ita qui ad Dei similitudinem expressus est, pannosus, indecorusque incedit per tuam inhumanitatem; multi autem uxorem tuam portantes, tum autem pelles, & ligna, quibus tectum illud texitur, multo auro splendidiorem; ac si sedile, ac scabellum conficiendum est, ubique aurum, ubique argentum. Christi autem membrum, is propter quem Deus de cœlo ad nos descendit, sanguinemque pretiosum effudit, avaritia tua ne necessarium quidem cibum habet? Et lectuli quidem argento undique cinctii, undique ornati sunt; sanctorum verò corpora vix necessario operculo carent; ac tibi minoris sit ipse Christus quam muli, quam lectus, quam sedile, quam scabellum.*

IX. Alter divitum prætextus est commentitia quædam voluntas largiendi pauperibus mortis tempore. Quam illusionem sic *homil.* 7. contra divites explodit S. Basilius. *Sed, inquis, ego quidem bonis, dum vivero, frui volo; post mortem verò in testamento hæredes facultatum mearum, ac dominos pauperes adscribam. Heu miser! Tunc beneficus, ac liberalis hominibus eris, cum amplius inter homines non ages? Cum te cadaver aspiciam, tunc fratris amantem appellabo? Scilicet magna digna tuæ liberalitatis laude, magnus tibi honor debebitur, aut gratia, si in sepulchro jacens, & in terram conversus, magnificus, ac sumptuosus apparebis. Dic, cujus mercedem temporis perfruimur exposcet, cujus ne, an mortis? Nam si tempore quod ad promerendum datur, in voluptatibus absumpto, pauperes nequaquàm respexisti, mortuus cujusnam actionis, aut operis mercedem petiturus es? . . . Attramento, & tabulis pulchra opera, & commendanda gerere studes? Quis exitus tui temporis nuntiabit? Quis de mortis genere sponsor? Quot videmus repentino, ac vi, casuque extingui, qui præ doloris, & spiritus angustia nec vocem quidem emittere poterunt? Quot etiam febris à sensu alienos fecit? Quid igitur tempus expectas, in quo sepè rationis tuæ compos non eris? Enimverò nox profunda, morbus gravis, nullus circa adjutor: immo qui hæreditati insidiatur, paratus aderit, omnia tantum, quæ ad ejus faciant usum, adhortans, ac tua irritare consilia quærens . . . Quod si aliquominùs contigerit ut & verbo, & scripto, res tuæ palam manentur, una tantum transposita littera, omnia non probè appositum signum, totam sententiam mutare, ac irritum facere valebit. Duo item, aut tres improbi testes totam hæreditatem in alios converterent.*

X. Tertia divitum excusatio est amor in filios in quorum commoda thesaurizare sibi licitum esse credunt. Quod inane commentum ita *lib. de Decem chordis, cap.* 12. improbat S. Augustinus. *Noli sub imagine pietatis augere pecuniam. Filius, inquis, meus servo. Magna excusatio, filius meus servo. Videamus. Servat tibi pater tuus; servas tu filio tuo; filii tui filius tuus, & sic per omnes, & nullus factum est præcepta Dei. Quarè non illi potius impendis omnia, qui te fecit ex nihilo? Qui te fecit, ille te pascit, & ex his, quæ fecit, ipse pascit, & filios tuos. Neque enim melius committis filio tuo patrimonium tuum, quam Creatori tuo. Et mentiuntur quidem homines. Mala est, inquiunt, avaritia. Palliare se volunt nomine pietatis, & dealbare, ut quasi propter filios videantur servare homines, quod propter avaritiam servant. Nam, ut noveritis, quia sic plerumque contingit, dicitur de quodam: quarè non facis eleemosynam? Quia servit filiis suis. Contingit ut amittat unum. Si propter filios servabat, mittat post illum partem suam. Quarè illam tenet sacculo, & illam relinquit ab anno? Redde illi, quod suum est, redde, quod illi servabas. Mortuus est, inquit. Sed præcessit ad Deum: pars ipsius debetur pauperibus: illi debetur ad quem perrexit, Christo debetur, ad ipsum enim pervenit: & ille dixit*: Qui unl ex minimis meis fecit, mihi fecit; & qui unl ex minimis istis non fecit, mihi non fecit. *Sed quid dicis? Servos fratribus ipsius. Si viveret ille non erat cum suis fratribus divisurus? O fides mortua! Mortuus est enim filius tuus. Quidquid dicas, mortuo debes, quod vivo servabat. Mortuus est filius meus; sed tamen partem filii mei servo fratribus ipsius. Si credis quia mortuus est; si pro illo Christus mortuus non est, mortuus ipse est. Si autem in te fides est, vivit filius tuus. Vivit prorsus; non decessit, sed præcessit. Qua fronte venturus es ad filium tuum, qui præcessit, cui præcedenti non mittis partem suam in cœlum? An non potest mitti in cœlum? Potest prorsus. Audi ipsum Dominum dicentem*: Thesaurizate vobis thesauros in cœlo. *Si ergo ille thesaurus meus est custoditus in cœlo, nunquid tunc mittendus est filio tuo, quando si missus fuerit, non per-*

peribit? Tenetur hic, ubi potest perire; non mittitur illuc, ubi Christus est custos.... Videtis, fratres, quia mendacium est: fratres mei, mendacium est: avari sunt homines... Quanta donatis venatoribus, quanta turpibus personis, quanta donatis est qui vos occidunt?

XI. Quarta divitum illusio est nimia cogitatio de crastino: quam deceptionem, *serm.* 43. *de divers.* refutat S. Augustin. „ Avaritia dicit: Consule in posterum, homini fortasis victuro, nec „ in crastinum. Sed ecce vivat quantum putat „ avaritia; non quantum ostendit, non quantum „ docet, non quantum fidit, sed quantum putat, „ vixerit, senuerit, finierit: adhuc senex, incurvus, „ baculo innixus, lucrum querit, & audit avari„ tiam dicentem: Consule in posterum. In quod „ posterum? Jam expirans loquitur: Propter filios „ tuos, inquit. Utinam vel illos senes habeamus „ non avaros, qui non habent filios. Etiam ipsis, „ etiam talibus, etiam iniquitatem suam nulla „ pietatis imagine excusantibus, non cessat ava„ titia dicere: Consule in posterum. " D. Hieronymus epist. 139. „ Nihil ita decipit humanum „ genus, quam quod, dum ignorant spatia vitæ „ longæ, longiorem sibi sæculi hujus possessio„ nem reptomittant. Undè & illud egregiè dic„ tum est, nullum tam senem esse, & sic decre„ pitę ætatis, ut non adhuc uno plus anno vi„ vere suspicetur.

XII. Opponere divites ultimò solent pauperum versutiam, fraudes, dolos, quibus vulnera, & insimitates effingunt. Hanc divitum crudelitatem his verbis profligat S. Joann. Chrysost. hom. 37. ad populum. „ Etenim si simulat ex inopia, „ & necessitate, simulat propter crudelitatem „ tuam, & inhumanitatem, hujusmodi personam„ rum simulationibus egentem, quę nulla com„ movetur misericordia. Itaque simulatio illius „ tuæ est inhumanitatis præco. Cum enim rogans „ & supplex, & miserabilibus verbis, & anxius, „ & lacrymans toto die circumeundo mendicans, „ ne necessitatium quidem victum comparat, for„ tasse hanc artem invenit, quæ non tantum illi, „ quantum tibi affert ignominiam, & culpam. „ Nam si facile moveremur, nunquam sanè ille „ ejusmodi sustinere eligeret. Et quid nuditatem, „ & teenierem memoro? Dicam quod longè hor„ ribilius est, quod nonnulli suos cęcare filios „ ætatis flores agentes coacti sunt.... Siquidem „ cum sensu visus fruentes, & nudis circummen„ dicantes, neque ætate, neque calamitate, inhu„ manos, atque immisericordes moverent, tantis „ malis aliam addiderunt calamitatem, & quidem „ majorem: & ut famem lenirent, levius fore ar„ bitrati sunt hoc communi lumine, & solatibus „ radiis, omni humano generi concessis, privari, „ quam perpetuo cum fame pugnare, & miserri„ ma morte perire... Alii quidem sine calceis in„ cedunt, alii capiti acutos clavos infigunt, alii „ per ipsum gelu nudo corpore mendicantes pe„ tunt, alii etiam his graviora ferentes, miserabile „ de se prębent spectaculum... Quomodo autem „ dicis: *Misereri mei Deus secundum magnam misericordiam tuam*: cum tu non secundum magnam misericordiam misereatis, fortasse nequs „ secundum parvam?

CAPUT VII.

De tempore quo est eleemosynæ præceptum urget. Variæ quæstiones resolvuntur.

I. EGestatis tempore eleemosynæ præceptum urget. Triplicem necessitatis gradum Theologi distinguunt, extremæ, gravis, communis. *Extrema* est, cum pauper in proximo, vel probabili vitæ periculo versatur: non est expectranda ultima penuria, quia tunc forsitan egens non excipit auxilium. Ad necessitatem extremam attinet periculum perpetui carceris, mutilationis, & incurabilis morbi. *Gravis* egestas est, cum gravo damnum imminet homini in honore, in vita, statu, aut re domestica. *Communis* est, qua premuntur pauperes ob istiatim stipem emendicantes. Triplici necessitati tria oponuntur bonorum genera. Bona alia necessaria sunt alendæ vitæ nostrę & eorum quorum nobis cura incumbit. Alia status, & conditionem spectant, quatenus absque ejusmodi bonis nequit homo propriæ conditionis, nobilitatis, & dignitatis gradum sustinere. Hæc bona duplicis sunt generis. Quædam ita necessaria sunt ut sine iisdem quisque à suo statu excideret; quædam ad decentiam, & decorem attinent. Postrema tandem bona superflua sunt vel vitæ, vel statui, vel utrique simul.

II. QUÆST. I. *Extrema necessitate laboranti adstringuntune divites succurrere, non modo ex superfluis, sed etiam ex necessariis sl status?* RESP. Extrema necessitate laborantibus succurrendum vi præcepti esse affirmant omnes ex superfluis status. Communis quoque sententia & vera est, cum aliquo detrimento proprii status levandam esse pauperis necessitatem. Non requiritur ut nobilis plebejus evadat ut pauperibus succurrat. Quoniam nunquam tanta divitiarum copia requiritur ad levandam extremam indigentiam pauperis, quæ non adeo frequens est ut divites & nobiles debeant pauperes evadere. Aliqua tamen status diminutio necessaria est. Adstringuntur divites extrema urgente penuria, famulorum, & equitum multitudinem, pomparum splendorem, & conviviorum lautitias, aliosque sumptus, quos impendere ad decorem, & ornatum proprii gradus consuescunt, restringere, Christiana prudentia opus est. Grave status detrimentum vix unquam occurrit, ut pauperes ab extrema miseria leventur.

III. QUÆST. II. *Tenenturne divites captivos apud Turcas, aliosque infideles redimere?* RESP. Regula præcisa designari vix potest. Captivitas suapte natura extremam necessitatem secum non affert. Grave tamen malum est, ad quod tollendum plus & minus divites adstringuntur. Si captivitati adjunctum sit grave malum fortuitum, ut periculum amittendæ vitæ, vel fidei, si captivus utilis Reipublicæ sit, tum gravior incumbit divitibus obligatio. Spectandæ circunstantiæ sunt, & charitas christiana consulenda.

IV. Ex necessariis propriæ vitæ non adstringuntur divites succurrere pauperibus extrema penuria laborantibus: quia in pari necessitate

num : esurivi enim, & non dedisti, &c. Quis non tremit, quis non expavescit ad hæc formidanda Christi oracula?

VIII. Excusant se divites superfluis divitiis carere. Quem prætextum hoc pacto profligat *in Psalm.* 147. S. Augustinus. *Multa autem superflua habemus, si non nisi necessaria teneamus. Nam si insania quæramus, nihil sufficit. Fratres, quærite quod sufficit operi Dei, non quod sufficit cupiditati vestræ. Cupiditas vestra non est opus Dei . . . Quærite, quæ sufficiant, & videbitis quàm pauca sint. Viduæ sufficerunt duo minuti nummi ad faciendum misericordiam, sufficerunt duo nummi ad emendum regnum Dei . . . Quære quantum tibi dederit, & ex to tolle, quod sufficit. Cætera, quæ superflua jacent, aliorum sunt necessaria. Superflua divitum necessaria sunt pauperum. Res alienas possidentur, cum superflua possidentur.* Superfluum, quod se habere divites pernegant, ubi repositum habeant, ostendit D. Joannes Chrysostomus *homil.* 11. in epist. Pauli ad Rom. *Rapinæ, atque avaritiæ incumbis non paupertate pressus, non fame te ad id impellente : sed quo equi tui frenum, domus tectum, ex mancarum capita copiæ innanerent. Hoc ipsum verò quantam gehennam mereretur, cum tu fratrem tuum, qui videlicet bonorum arcanorum tecum particeps effectus, atque eo usque à Domino honoratus est suo, in inimitas calamitates præcipitem agis, ut lapides, & domus tuæ parietinarum, ut animantium ratione exentium corpora exornes? Te ne tam sollicitum alendi canes curam gerere, hominem autem, seu verius dicam Christum ipsum, propter eanem ad summum famem adigi? Quid hac confusione pestilentius? Quid hac iniquitate lethalius? Quod tandem ignei fluvii ad hujusmodi animam deputandam satis esse possunt? Ita qui ad Dei similitudinem expressus est, pannosus, indecorusque incedit per tuam inhumanitatem; multi autem uxorem tuam portantes, tum autem pelles, & ligna, quibus tectum illud texitur, multo auro splendidiorem; ac si sedile, ac scabellum conficiendum est, ubique aurum, ubique argentum. Christi autem membrum, is propter quem Deus de cœlo ad nos descendit, sanguinemque pretiosum effudit, avaritia tua ne necessarium quidem cibum habet? Et lectuli quidem argento undique cinctii, undique ornati sunt; sanctorum verò corpora vix necessario operculo carent; ac tibi minoris sit ipse Christus quam muli, quam lectus, quam sedile, quam scabellum.*

IX. Alter divitum prætextus est commentitia quædam voluntas largiendi pauperibus mortis tempore. Quam illusionem sic *homil.* 7. contra divites explodit S. Basilius. *Sed, inquis, ego quidem bonis, dum vivero, frui volo; post mortem verò in testamento hæredes facultatum mearum, ac dominos pauperes adscribam. Heu miser! Tunc beneficus, ac liberalis hominibus eris, cum amplius inter homines non ages? Cum te cadaver aspiciam, tunc fratris amantem appellabo? Scilicet magna digna tuæ liberalitatis laude, magnus tibi honor debebitur, aut gratia, si in sepulchro jacens, & in terram conversus, magnificus, ac sumptuosus apparebis. Dic, cujus mercedem temporis perfruimur exposcet, cujus ne, an mortis? Nam si tempore quod ad promerendum datur, in voluptatibus absumpto, pauperes nequaquàm respexisti, mortuus cujusnam actionis, aut operis mercedem petiturus es? . . . Attramento, & tabulis pulchra opera, & commendanda gerere studes? Quis exitus tui temporis nuntiabit? Quis de mortis genere sponsor? Quot videmus repentino, ac vi, casuque extingui, qui præ doloris, & spiritus angustia nec vocem quidem emittere poterunt? Quot etiam febris à sensu alienos fecit? Quid igitur tempus expectas, in quo sepè rationis tuæ compos non eris? Enimverò nox profunda, morbus gravis, nullus circa adjutor: immo qui hæreditati insidiatur, paratus aderit, omnia tantum, quæ ad ejus faciant usum, adhortans, ac tua irritare consilia quærens . . . Quod si aliquominùs contigerit ut & verbo, & scripto, res tuæ palam manentur, una tantum transposita littera, omnia non probè appositum signum, totam sententiam mutare, ac irritum facere valebit. Duo item, aut tres improbi testes totam hæreditatem in alios converterent.*

X. Tertia divitum excusatio est amor in filios in quorum commoda thesaurizare sibi licitum esse credunt. Quod inane commentum ita *lib. de Decem chordis, cap.* 12. improbat S. Augustinus. *Noli sub imagine pietatis augere pecuniam. Filius, inquis, meus servo. Magna excusatio, filius meus servo. Videamus. Servat tibi pater tuus; servas tu filio tuo; filii tui filius tuus, & sic per omnes, & nullus factum est præcepta Dei. Quarè non illi potius impendis omnia, qui te fecit ex nihilo? Qui te fecit, ille te pascit, & ex his, quæ fecit, ipse pascit, & filios tuos. Neque enim melius committis filio tuo patrimonium tuum, quam Creatori tuo. Et mentiuntur quidem homines. Mala est, inquiunt, avaritia. Palliare se volunt nomine pietatis, & dealbare, ut quasi propter filios videantur servare homines, quod propter avaritiam servant. Nam, ut noveritis, quia sic plerumque contingit, dicitur de quodam: quarè non facis eleemosynam? Quia servit filiis suis. Contingit ut amittat unum. Si propter filios servabat, mittat post illum partem suam. Quarè illam tenet sacculo, & illam relinquit ab anno? Redde illi, quod suum est, redde, quod illi servabas. Mortuus est, inquit. Sed præcessit ad Deum: pars ipsius debetur pauperibus: illi debetur ad quem perrexit, Christo debetur, ad ipsum enim pervenit: & ille dixit*: Qui unl ex minimis meis fecit, mihi fecit; & qui unl ex minimis istis non fecit, mihi non fecit. *Sed quid dicis? Servos fratribus ipsius. Si viveret ille non erat cum suis fratribus divisurus? O fides mortua! Mortuus est enim filius tuus. Quidquid dicas, mortuo debes, quod vivo servabat. Mortuus est filius meus; sed tamen partem filii mei servo fratribus ipsius. Si credis quia mortuus est; si pro illo Christus mortuus non est, mortuus ipse est. Si autem in te fides est, vivit filius tuus. Vivit prorsus; non decessit, sed præcessit. Qua fronte venturus es ad filium tuum, qui præcessit, cui præcedenti non mittis partem suam in cœlum? An non potest mitti in cœlum? Potest prorsus. Audi ipsum Dominum dicentem*: Thesaurizate vobis thesauros in cœlo. *Si ergo ille thesaurus meus est custoditus in cœlo, nunquid tunc mittendus est filio tuo, quando si missus fuerit, non per-*

peribit? Tenetur hic, ubi potest perire; non mittitur illuc, ubi Christus est custos.... Videtis, fratres, quia mendacium est: fratres mei, mendacium est: avari sunt homines... Quanta donatis venatoribus, quanta turpibus personis, quanta donatis est qui vos occidunt?

XI. Quarta divitum illusio est nimia cogitatio de crastino: quam deceptionem, *serm.* 43. *de divers.* refutat S. Augustin. „ Avaritia dicit: Consule in posterum, homini fortasis victuro, nec „ in crastinum. Sed ecce vivat quantum putat „ avaritia; non quantum ostendit, non quantum „ docet, non quantum fidit, sed quantum putat, „ vixerit, senuerit, finierit: adhuc senex, incurvus, „ baculo innixus, lucrum querit, & audit avari„ tiam dicentem: Consule in posterum. In quod „ posterum? Jam expirans loquitur: Propter filios „ tuos, inquit. Utinam vel illos senes habeamus „ non avaros, qui non habent filios. Etiam ipsis, „ etiam talibus, etiam iniquitatem suam nulla „ pietatis imagine excusantibus, non cessat ava„ titia dicere: Consule in posterum. " D. Hieronymus epist. 139. „ Nihil ita decipit humanum „ genus, quam quod, dum ignorant spatia vitæ „ longæ, longiorem sibi sæculi hujus possessio„ nem reptomittant. Undè & illud egregiè dic„ tum est, nullum tam senem esse, & sic decre„ pitę ætatis, ut non adhuc uno plus anno vi„ vere suspicetur.

XII. Opponere divites ultimò solent pauperum versutiam, fraudes, dolos, quibus vulnera, & insimitates effingunt. Hanc divitum crudelitatem his verbis profligat S. Joann. Chrysost. hom. 37. ad populum. „ Etenim si simulat ex inopia, „ & necessitate, simulat propter crudelitatem „ tuam, & inhumanitatem, hujusmodi personam„ rum simulationibus egentem, quę nulla com„ movetur misericordia. Itaque simulatio illius „ tuæ est inhumanitatis præco. Cum enim rogans „ & supplex, & miserabilibus verbis, & anxius, „ & lacrymans toto die circumeundo mendicans, „ ne necessitatium quidem victum comparat, for„ tasse hanc artem invenit, quæ non tantum illi, „ quantum tibi affert ignominiam, & culpam. „ Nam si facile moveremur, nunquam sanè ille „ ejusmodi sustinere eligeret. Et quid nuditatem, „ & teenierem memoro? Dicam quod longè hor„ ribilius est, quod nonnulli suos cęcare filios „ ætatis flores agentes coacti sunt.... Siquidem „ cum sensu visus fruentes, & nudis circummen„ dicantes, neque ætate, neque calamitate, inhu„ manos, atque immisericordes moverent, tantis „ malis aliam addiderunt calamitatem, & quidem „ majorem: & ut famem lenirent, levius fore ar„ bitrati sunt hoc communi lumine, & solatibus „ radiis, omni humano generi concessis, privari, „ quam perpetuo cum fame pugnare, & miserri„ ma morte perire... Alii quidem sine calceis in„ cedunt, alii capiti acutos clavos infigunt, alii „ per ipsum gelu nudo corpore mendicantes pe„ tunt, alii etiam his graviora ferentes, miserabile „ de se prębent spectaculum... Quomodo autem „ dicis: *Misereri mei Deus secundum magnam misericordiam tuam*: cum tu non secundum magnam misericordiam misereatis, fortasse nequs „ secundum parvam?

CAPUT VII.

De tempore quo est eleemosynæ præceptum urget. Variæ quæstiones resolvuntur.

I. EGestatis tempore eleemosynæ præceptum urget. Triplicem necessitatis gradum Theologi distinguunt, extremæ, gravis, communis. *Extrema* est, cum pauper in proximo, vel probabili vitæ periculo versatur: non est expectranda ultima penuria, quia tunc forsitan egens non excipit auxilium. Ad necessitatem extremam attinet periculum perpetui carceris, mutilationis, & incurabilis morbi. *Gravis* egestas est, cum gravo damnum imminet homini in honore, in vita, statu, aut re domestica. *Communis* est, qua premuntur pauperes ob istiatim stipem emendicantes. Triplici necessitati tria oponuntur bonorum genera. Bona alia necessaria sunt alendæ vitæ nostrę & eorum quorum nobis cura incumbit. Alia status, & conditionem spectant, quatenus absque ejusmodi bonis nequit homo propriæ conditionis, nobilitatis, & dignitatis gradum sustinere. Hæc bona duplicis sunt generis. Quædam ita necessaria sunt ut sine iisdem quisque à suo statu excideret; quædam ad decentiam, & decorem attinent. Postrema tandem bona superflua sunt vel vitæ, vel statui, vel utrique simul.

II. QUÆST. I. *Extrema necessitate laboranti adstringuntune divites succurrere, non modo ex superfluis, sed etiam ex necessariis sl status?* RESP. Extrema necessitate laborantibus succurrendum vi præcepti esse affirmant omnes ex superfluis status. Communis quoque sententia & vera est, cum aliquo detrimento proprii status levandam esse pauperis necessitatem. Non requiritur ut nobilis plebejus evadat ut pauperibus succurrat. Quoniam nunquam tanta divitiarum copia requiritur ad levandam extremam indigentiam pauperis, quæ non adeo frequens est ut divites & nobiles debeant pauperes evadere. Aliqua tamen status diminutio necessaria est. Adstringuntur divites extrema urgente penuria, famulorum, & equitum multitudinem, pomparum splendorem, & conviviorum lautitias, aliosque sumptus, quos impendere ad decorem, & ornatum proprii gradus consuescunt, restringere, Christiana prudentia opus est. Grave status detrimentum vix unquam occurrit, ut pauperes ab extrema miseria leventur.

III. QUÆST. II. *Tenenturne divites captivos apud Turcas, aliosque infideles redimere?* RESP. Regula præcisa designari vix potest. Captivitas suapte natura extremam necessitatem secum non affert. Grave tamen malum est, ad quod tollendum plus & minus divites adstringuntur. Si captivitati adjunctum sit grave malum fortuitum, ut periculum amittendæ vitæ, vel fidei, si captivus utilis Reipublicæ sit, tum gravior incumbit divitibus obligatio. Spectandæ circunstantiæ sunt, & charitas christiana consulenda.

IV. Ex necessariis propriæ vitæ non adstringuntur divites succurrere pauperibus extrema penuria laborantibus: quia in pari necessitate

Ergo vi evidentis ratiocinii falsa est istorum Casuistarum opinio.

XV. Non modò ex superfluis, verùm etiam ex necessariis ad status decentiam, & decorem tenentur divites succurrere pauperibus gravi necessitate oppressis, ut communior, & mihi vera sententia docet. Leg. *Tom. 2. in Decal. Diss. 6. cap. 11.*

XVI. QUÆST. VI. *Licitumne pauperi est in gravi constituto necessitate furari ea quæ sibi necessaria sunt?* RESP. Opinionem affirmantem docuerunt Vazquez, Lugo, Castropalaus, Diana, & alii, quos citat Cardenas, qui eos secutus est; sed postea hanc ipse opinionem retractavit. *Diss. 23. cap. 1. art. 3. num. 34.* & merito: quia eam damnavit Ven. Innocent. XI. *Permissum est furari non solum in extrema necessitate, sed etiam in gravi.* Benigni Casuistæ non pauci nunc plus justo fivent pauperum capacitati, nunc laxius indulgent divitum avaritiæ.

CAPUT VIII.

Qui facere eleemosynas, de quibus bonis, & quibus pauperibus astringantur?

I. QUÆST. I. *Quinam erogare eleemosynas possint, & debeant?* RESP. Omnes qui absoluto rerum suarum dominio potiuntur. Quare servi, mancipia, cum rerum jure careant, quæ in eleemosynam erogent, non habent; secus dicendum, si peculium possiderent: adimere etiam valent eorum quæ sunt in propriam sustentationem determinatè data, & in pauperes distribuere. Minores, pupilli, & prodigi parvas tantùm facere eleemosynas; Tutores, & Curatores eas facere eleemosynas debent quas erogare astringerentur domini.

II. QUÆST. II. *Filii-familias, & uxores facerene eleemosynas queant?* RESP. Filii familias ex iis bonis quorum dominium est penes parentes, nequeunt eleemosynas facere; neque bonorum quæ adventitia dicuntur quorum usufructus est penès parentes. Possunt verò ex bonis castrensibus, & debent pauperibus succurrere: item ex iis bonis quæ á parentibus accipiunt ad honestam recreationem, & dùm parentum negotia agunt, possunt moderatas eleemosynas facere, quia consentientes Parentes præsumuntur. Immò parentes debent aliquas pecunias filiis tradere distribuendas pauperibus, ut assuescant præceptum implere.

III. Uxores de bonis maritorum absolutè eleemosynas facere nequeunt. Consuetudine tamen obtinente, & christianis maritis consentientibus possunt uxores congruas, moderatasque eleemosynas facere. Item ad avertendum aliquod temporale, vel spirituale damnum possunt eleemosynas erogare, præsertim si mariti negligentes sint in præcepto implendo. Rursùs extremè indigenti, etiam invitis maritis, possunt, & debent uxores succurrere. De bonis verò propriis donatione, hæreditate, aliove justo titulo obtentis, quæque paraphernalia vocantur, tenentur uxores eleemosynas congruas facere.

IV. QUÆST. III. *Tenenturne Regulares eleemosynas facere?* RESP. Si sermo sit de Regulatibus privatis, planum est nullas istos erogare eleemosynas posse, cum omni dominio careant. Extrema necessitate urgente, etiam invitis Prælatis, succurrere pauperibus debent. In aliis eventibus licentia Prælati necessaria est. Cœnobia verò Religiosorum ad eleemosynas adstringuntur, cum bonis abundant.

V. QUÆST. IV. *Quibus pauperibus erogandæ eleemosynæ sint?* RESP. Pauperes alii necessarii, alii voluntarii. Utrisque subveniendum est. In pari causa illis pauperibus subveniendum potius est, qui majori pietate, & sanctitate fulgent. Pauperes, qui simulant miseriam, & egestatem, ut eleemosynas extorqueant, peccant, & ad restitutionem tenentur. Qui revera pauperes sunt, & majorem quàm premuntur, miseriam effingunt, peccant, quia mendacia sivè in verbis, sivè in factis, semper sunt viciosa: ad restitutionem tamen non tenentur, cum reipsa pauperes sint. Quamobrem graviter peccant Concionatores, qui confictas necessitates exaggerant auditoribus, ut uberiores eleemosynas extorqueant. Eleemosynæ ficta paupertate collectæ pauperibus sunt restituendæ.

CAPUT IX.

Monitum ad Confessarios.

I. CUM Christi oracula, & omnium Patrum, gravissimorumque Theologorum doctrinam recogito, totis artubus super divitum salute contremisco: nec quorumdam benigna lenocinia dolorem, pavoremque liniunt. Extrema utique vitanda sunt. Cavendum ne Christi jugum plus justo gravetur in hac causa, quod difficile evenit. Cavendum ne plus justo relaxemus, quod ex proscriptis opinionibus, & aliis æquo benignioribus facillimè contingere compertum est. Divitum ergo Confessarii Evangelium Christi Jesu, & SS. Patrum doctrinam præ oculis habeant.

II. Cavere Confessarii debent ne divitibus adulentur. Christi doctrinam super eorum difficili salute altiùs inculcent. Caveant nè timor alienandi à se divites, illisque displicendi, efficiat ut evangelicæ doctrinæ severitatem nimia dulcedine deliniant, temperentque. Regula certa, & præcisa designari nequit sivè super altiore statu comparando, sivè super patrimonio augendo intra sphæram ejusdem status. Bonorum quoque superfluitas non est aliquo individuo puncto constituta. Plura in futurum servare divites valent ad dotandas filias, ad providendum liberis, ad onera civitatis, vel Reipublicæ sustinenda, & alia incommoda, quæ evenire probabiliter solent, reparanda. At sub his titulis avara cupiditas, ambitio, & proprius amor plurima effingit, quæ præceptum gravissimum in nihilum redigunt.

III. Illud est certum superfluis divites abundare, omnibus eorum oneribus, sivè præsentibus, sivè futuris pensatis. Vana ergo, & mendax est

est plurium divitum excusatio dicentium, se superfluis carere. In istos Confessarii intorqueant quæ *erat.* S. Gregorius Nazianzenus scribit. *Qui molliter & delicate vivere instituerunt, necessariò ad excitandos magnificos ædificiorum apparatus allicimur. In his construendis, & exornandis maxima vis pecuniarum profunditur. Ad hæc cœtus hominum libenter convocant, & invitant, splendidam, & variam supellectilem studiosè comparant, innumerabilia peculiorum genera, fœminas, mimos, cytharistas, cantores, cantatrices, saltatores, saltatrices, totum denique petulantiæ ludum. Atque dum hæc intus geruntur, assident ad vestibuli fores innumerabiles tecti, partim gravibus ulceribus pleni, partim oculis orbati, partim pedibus mutili, conclamant, nec tamen exaudiuntur. Si Deus hæc aspicit, ut profectò aspicit, quem exitum fore cogitatis, ò pauperum inimici? An nescitis horum causa in sacro Evangelio posi, & commemorari exempla omnia horrenda, & terribilia?*

IV. In quantitate eleemosynæ distribuendæ diffinienda aqua hæret. Omnia superflua distribuenda Christus jubet, & Patres inculcant. Sed hæc superflua cum nullo certo concludantur limite, non subjacent certæ, & præcisæ mensuræ. Theologorum aliqui assignant decimam reditum sivè ex latifundiis, sivè ex industria obvenientium, partem. Alii artiorem, alii ampliorem mensuram præscribunt.

V. Adrianus Relandus *de Religione Mahummetica* á pag. 99. narrat, Turcas *aurum, argentum, triticum, hordeum, dactylos, uvas, passas, camelos, boves, & oves, & plantas* certa eleemosynæ pensione gravare in annos singulos, multis adjectis conditionibus. Quæ pensio ferè ad quinque in centum accedit. Quod ideò in transcursu adnoto, ne divites christiani in eroganda eleemosyna difficiles se præbeant. Cum verò præcisam mensuram designare ipse nequeam, rescribam quæ Doctores sancti suggerunt.

VI. S. Thomas de Villanova *conc. 2. de S. Mart.* hoc præbet responsum. *Audi Joannem.* Qui habet duas tunicas, det unam non habenti; & qui habet escas, similiter faciat. *Dices forsitàn: Dare medietatem multum est. Sunt mihi uxor, & familia, quam nutriam. His omnibus medietas reliqua non sufficeret. Ad quod ego: Erant hæc omnia Zachæo; sed approbante Domino medietatem bonorum suorum pauperibus erogavit. Ob, inquit, Zachæus publicanus erat: quid mirum, si dedit omnia qui prius rapuerat? Da igitur omne quod superest. Sed dices: Si quidem filii non accrescerent, non ego quoque hæreditatem, & patrimonium meum augerem; sed accedentibus filiis patrimonium quoque augere necesse est. Bene sit ita: computa hæc omnia: da quod superest. Dices: libenter accepto: si omnia computo, multa desunt. Verè ita est: cupiditati tuæ deficient multa, & deessent etiam, si totum orbem solus sine socio possideres. Nolo ergo ad ratiocinium te adducere. Fac sicut filio suo consulit Tobias IV.* Quomodò potueris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundantèr tribue; si exiguum tibi uerit; etiam exiguum libentèr impertiri stude. *Non improbo, si certam portionem pecuniæ ad arbitrium boni viri juxta tuos reditus quotannis pauperibus erogandam signaveris.* Cum igitur certa, & præcisa eleemosynarum quantitas præscribi nequeat, ea saltèm dicamus quæ proximius accedere ad evangelicam doctrinam videntur. Et primò certum est divites illos eleemosynæ præceptum non servare qui ex amplis divitiis quasdam viles reliquias, paucosque obulos pauperibus impertiunt, nullo habito ad divitiarum copiam respectu: qui lautiùs canes quam pauperes alunt: qui in luxum, pompas, convivia, ludos, aliaque oblectamenta larga manu pecunias effundunt, modicè verò pauperibus subveniunt. Regula igitur sancti Tobiæ præ oculis habenda. Qui multa possidet, multa eroget, & quorum exigua sunt patrimonia, exigua sint pauperum subsidia, quæ desiderio plura tradendi, si supperterent, impertiantur. Christum in pauperibus spectent divites; se tamquam fratres pauperum reputent; non mensæ, divitiarumque viles quisquilias, sed justam portionem illis distribuant. Præter ergo mensæ micas, illosque obulos qui mendicis occurrentibus distribui solent, certam quamdam totam redituum portionem assignent divites, majorem minoremvè, juxta divitiarum redundantiam, pauperibus quotannis impertiendam.

VII. Filiorum numerum, filiarumque dotem opponere divites solent. Quibus Augustinus hoc præbet responsum, ser. de diver. 43. *Fac locum Christo cum filiis tuis, accedat familia Dominus tuus, accedat ad prolem Creator tuus, accedat ad numerum filiarum tuarum frater tuus... Duas filias habes, tertium illum computa: tres habes, quartus numeretur Christus: quintum habes, sextus dicatur: decem habes, undecimus sit. Nolo amplius dicere. Unius filii tui fervus locum Domino tuo. Quod enim dabis Domino tuo, & tibi proderit, & filiis tuis. Quod autem malè servas filiis tuis, & tibi oberit, & filiis. Dabis autem portionem unam, quam unius filii deputasti.*

CAPUT X.

De correctione fraterna.

I. CORrectio fraterna describitur á S. Thoma 2. 2. q. 33. a. 1. quod sit spiritualis eleemosyna á charitate manans, qua quis secreta admonitione malum proximi, quatenus illi noxium est, removere studet. Correctio duplex. Fraterna, quam describimus, & judicialis, quæ actus justitiæ est, bonumque justitiæ spectat. Correctio hæc ab illis solis prestari valet qui potestate publica præditi sunt.

II. QUÆST. I. *Decimumne est correctionis fraternæ præceptum?* RESP. Affirmant omnes. Inquit enim Matth. c. 18. *Si autem peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum.* Præceptum hoc obstringit tum fideles, tum infideles, quia divinum, & naturale est, inclusum in his verbis: *Quod tibi vis fieri, alteri feceris.*

III. Plures conditiones S. Thomas 2. 2. q. 33. a. 2. recenset, quæ revocari possunt ad quatuor, ut mandatum hoc obstringat. 1. est gravis

ordo charitatis postulat, ut quisque semeptipsum præferat extraneo. Quid si homo extrema pressus egestate sit maximè utilis Reipublicæ? Hæc de re prolixè Cicero disputat; sed raro hoc contingit ut homo extremè indigens adeò utilis reputetur Reipublicæ, ut pro ejusdem conservatione innocentis vita immolari debeat.

V. QUÆST. III. *Divesne, qui extrema penuria laboranti mutuo dat pecuniam, satisfacit ne præcepto eleemosynæ?* RESP. Sententia negans communis est, & vera, quia præceptum eleemosynæ distinctum est à præcepto mutuo dandi: & in extrema necessitate omnia sunt communia jure naturæ. Si tamen, qui extrema premitur necessitate in hoc loco, alibi bona haberet, tum non esset absolute pauper, & ideò impleretur præceptum, si mutuo à tali miseria liberaretur. Si absolute pauper extrema prematur egestate, & divites recusent opem ferre, tum potest aliena surripere, ut sibi consulat, & evadat extremam penuriam.

VI. QUÆST. IV. *Licitumne divitibus est retinere superflua statui præsenti, ut ad altiora ascendant?* RESP. Ut quæstio difficilis & implexa dissolvatur, pauca præmittenda sunt. Divites reperiuntur qui superflua habent, alioquin frustraneum esset præceptum: *Quod superest, date eleemosynam*: Luc. c. 11. Statuum quoque permutatio licita est. Nam hic est divinæ providentiæ ordo, ut qui hac ætate divites sunt, futura in paupertatem decidant. Non igitur divites semper divites, nec pauperes semper pauperes, nec artifices semper artifices, nec mercatores semper mercatores, nec nobiles semper nobiles, sed perpetua vicissitudine, & mutatione hæc divites, nec pauperes, nec artifices &c. unquam deerunt. Quapropter licitum est debita moderatione servata, altiorem statum appetere.

VII. Illud nunc discutiendum, quomodò & divites superflua distribuere pauperibus debeant simulque statum altiorem appetere licitè queant. Pecuniarum accumulatio ex sola libidine & ambitione occupandi altiorem gadum illicita est, & malitiæ plenissima. Ipsa quoque graduum appetitio, nullo præstituto limite, nullaque propriè virtutis consideratione habita, illicita est, & scelerum seminarium. Ut itaque ascensus iste honestus sit & licitus, finem honestum habere debet. Paucis rem comprehendo. Si divites omittant eleemosynam, & liberalitatem in pauperes, ut accumulent, & ad altiorem statum ascendant, peccant adversus præceptum eleemosynæ. Divites autem, quorum viscera super pauperum calamitate vehementer afficiuntur, iisdem suppetias ferunt: qui non modò extremam, & gravem miseriam, sed communem etiam levare, & auferre student: qui in congregandis divitiis modum sibi præstituunt, rationemque servant, justitiam, & cæteras virtutes excolere student: isti ad altiora ascendere licitè solent, quia ob virtutum cultum, & eleemosynarum liberalitatem *centuplum* à Domino recipiunt in hoc mundo. & vitam æternam in alio.

VIII. Jure Ecclesia damnavit sequentem thesim, quam docuerunt nonnulli: *Vix in secularibus invenies etiam in Regibus, superfluum statu.* Hæc doctrina antievangelica est, quia si in divitibus vix superfluum reperitur, vix eleemosynæ præceptum à Christo impositum locum habet, & in fumum occidit. Tria divitum genera distinguo. Alii sunt qui ampla prodigunt patrimonia in luxum, pompas, vanosque sumptus, quin pauperum recordentur. Isti præceptum eleemosynæ gravissimè violant. Alii sunt divites nobiles, qui non causa ascendendi ad altiorem statum, sed solius avaritiæ ardore thesauros congregant, neglecta eleemosyna. Tertii tandem sunt inferioris conditionis, qui multas divitias superfluas possident, sed omnia in crastinum congregant, ut ad altiorem statum ascendant. Divites tùm secundæ, tùm tertiæ classis similes sunt diviti evangelico, qui Luc. 12. dicebat: *Destruam horrea mea, & majora faciam, & illuc congregabo omnia quæ nata sunt mihi; & dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare.* Christus respondit: *Stulte, hac nocte animam tuam repetent à te. Quæ autem parasti, cujus erunt?*

IX. Lubet isthuc transcribere S. Basilii Magni eloquentissimam & acerrimam redargutionem in divites istos ex homil. in hunc text. *O verba stultissima! O demoniacam singularem! Nam si PORCINAM habuisses animam, quid aliud ipse annunciare potuisses? Ita ne pecainat tu, ita bonorum animæ ignarus, eam ut exceptes externalibus epulis, & quæcumque alvi fœcessus recipit, animæ destines? . . . Anali te dignam appellationem, quam tibi nullus hominum, sed ipse Dominus indixit: Stulte, hac nocte animam tuam abs te repetent. Supersat æternam pœnam irrisio stultitiæ. Qui namque paulò post arripiendus è vita, & ad supplicium adducendus, quale init tacitus consilium? Destruam horrea mea, & majora faciam. Isti ego sanè dicerem: Benefacis: nam iniquitatis horrea præcludubio digna sunt ut diruantur. Evertite miser tuis ipse manibus quod malè ædificasti. Solve horrea, undè nullus unquam solamen consecutus est. A fundamentis tradica avaritiæ cujusdem, divelle tectum, everte muros, ostende Soli frumentum quod carcere, frumque contraxit. Educ divitias illigatas hasce divitias, produc in publicum triumphum tenebris obsita domicilia mammonæ.* Destruam horrea mea, & majora faciam. *Ubi vero & ista frumento adimpleveris, quid, quæso, amplius cogitabis? An rursus destrues, & rursus ædificabis? Quid stultius quam laboribus nunquam finiendis se cruciare, ac summo cum studio ædificare, nec minore cura eamdem demoliri? Habes, si vis, apothecas, ventres pauperum. Thesaurize tibi thesauros in cœlo . . . Longa tibi vitæ tempora præfixisti. Vide ne te illud tempus quod certo, ac præfinito termino accelerare solet, forte corripiat. Et profectò vitam sibi hoc modo confidentius polliceri, non bonitatis, sed malitiæ est indicium.*

X. Plura alia congerit S. Pater in similes divites, deindè paulò infra diviriis orationem refert his verbis: *Dixerit: cui facio injuriam, si mea retineo, conservoque?* Audi responsionem Basilii: *Quæ illa, dic mihi, tua? Undè accepta hæc ad traducendam præsentem hanc vitam invexisti? Perindè enim facis ac si quis in theatro locum spectandi nactus ut antevertit aliis arripere, cæteros abarcat ingressu, suo unius usui id adjudicans quod ad omnium communem usum proponitur. Tales & divites existunt. Communia namque cum priores obtinuerint, propria sibi sunt occupando. Nam si tantùm quisque usurparet, quantum ad propriæ necessitatis solatium faceret, superfluumque egenti tribueret; nemo profectò esset dives, nemo item pauper. Nonne nudus ex utero matris excidisti, nudusque illuc reverteris ad humum? Hæc tibi bona præsentia undè? Si à casu dixeris, impius es, cum non agnoscas, qui te condidit; neque ei qui dedit, reverentiam gratiam. Quod si ex Deo te illa habere fateris, dic mihi, quam ob rem hæc fortitus es? Non enim injustus est Deus, qui ea, quæ sunt ad victum, inæquiliter nobis divisserit. Cur tu dives es, ille pauper? Profectò non eò aliam causam, nisi ut tu benignitatis, ac fidelis administrationis mercedem accipias; ille verò patientiæ maximis præmiis honoretur. Tu verò insatiabilis avaritiæ lacertis omnia circumplexus, & tot hominibus illis privans, nemini te ladere putas? Quis, quæso, est avarus? Ille, qui eo quod satis esse debet, non est contentus. Quis verò peculator? Ille qui ad se unum transfert quæ singulorum sunt. Tu ergo non avarus, tu non peculator; cum ea quæ ad dispensandum, distribuendumque receperis, tibi propria facis? Num qui vestem diripuerit, fur inde nominabitur; qui autem nudum non texerit, modò possit, alterius cujusdam nominis appellatione dignus erit?*

XI. QUÆST. V. *In communi necessitate subveniendum ne pauperibus sit ex superfluis?* RESP. Ut paucis convellam laxas quorumdam opinationes, doctrinam S. Thomæ transcribo. Docet ille in 4. dist. 15. q. 2. art. 1. q. 4. *Dare eleemosynam de superfluo, cadit in præcepto; similiter dare eleemosynam ei, qui est in extrema necessitate.* Hanc doctrinam edidserit 2. 2. q. 118. *art.* 4. *ad* 2. ubi explicans sententiam Basilii, inquit: *Basilius loquitur in illo casu in quo aliquis tenetur ex debito legali bona sua pauperibus erogare, vel propter periculum necessitatis, vel etiam propter superfluitatem habitorum.* Item quæst. 87. art. 1. ad 4. *Tertiæ verò decimæ, quas cum pauperibus comedere debebant, in nova lege augentur, per hoc quod Dominus, non solùm decimam partem, sed etiam omnia superflua pauperibus jubet exhiberi, secundum illud Luc.* 11. *Quod superest date eleemosynam.* Tandem quodl. 8. q. 16. art. 12. *Supposito enim quod aliquis habeat de superfluo & respectu individui, & respectu personæ, quod teneatur pauperibus erogare, aut videt in paupere petente evidentia signa extremæ necessitatis, aut non? Si videt, certum est quod tenetur dare, & peccat non dando. In hoc enim casu loquitur Ambrosius*: Pasce fame morientem: si non paveris, occidisti. *Si verò non apparent, tunc non tenetur dare paupert petenti: quia quamvis teneatur dare superfluum pauperibus, non tamen omnibus dare, nec huic dare, sed tenetur distribuere secundùm quod sibi visum fuerit opportunum; nec tenetur inquirere,*

quia hoc esset nimis grave de omnibus pauperibus inquirere.

XII. Duo principia constituit Angelicus, undè præceptum eleemosynæ proficiscitur. Alterum est extrema, vel gravis necessitas. Alterum superfluitas bonorum tum naturę, tum statui. Præceptum ergo urget & ratione superfluitatis, & ratione necessitatis extremæ, vel gravis & urgentis. Quandò occurrit extrema, vel gravis necessitas, tum danda est eleemosyna huic determinato pauperi egenti. Quandò divitibus non occurrunt paupetes tali necessitate pressi, tum illi distribuere superflua naturæ, & statui in usus pios, prout sibi benè in Domino visum fuerit, debent.

XIII. Heinc infert Angelicus, teneri divites superflua & naturæ, & statui erogare in pauperes communi necessitate pressos. Plures adduxi rationes *tom. 2. in Decal. Diss. 6. cap. 13.* Satis nunc sit indicare bonorum, quæ primum communia erant, partitionem jure gentium invectam esse. Quorsum? Numquid in Reipublicæ detrimentum, perturbationem, & humanæ societatis confusionem? Absit. Porrò qualis confusio, qualis recti ordinis perversio foret, si pauperum cœtu sublata esset bonorum partitio, divitibusque concessa, ut avaritiæ, aut pompis, illecebris, & vitiis indulgerent? Gentium jus, seu humani generis consensus in bonorum partitione æquissimus fuit, solumque pro fine habuit hominum commodum, & tranquillitatem. Atqui si egentes homines continenter cum fame, & siti luctari deberent, & divites superfluis abundare, & ad libitum superflua prodigere; qua ratione ab injustitiæ labe purgari hujusmodi partitio posset?

XIV. Opponit P. Diana cum pluribus aliis Probabilistis, heinc sequi, omnes divites eorumque Confessarios damnari. Respondeo, eos divites damnari, nisi resipiscant, qui præceptum eleemosynæ non implent, & eos Confessarios, qui absolvunt divites indignos, & violatores legis naturalis, & divinę. Plura paradoxa laxitatis plena docet cum nonnullis aliis P. Diana, quæ profligavi *loc. cit. c.* 11. Sed audiant omnes qui Dianę doctrinam propugnant, responsum quod *tract. 2. de Eleemos. c.* 6. præbet Cardinalis Cajetanus. *Quod si mihi illud objecerit, quod scilicet divitum confessiones audiri non possent, & Confessores damnationem incurrerent: audi Dominum Jesum Christum in Evangelio divitibus dicentem: Facilius est camelum transire per foramen acus, quàm divitem intrare in Regnum cœlorum. Confessoribus autem: Si cæcus cæco ducatum præbeat, ambo in foveam cadunt.* Frequentissimè mollioris Ethices patroni pro absurdo obtrudunt quod Christus Jesus severissimè minatur. Christus exclamat: *Quam difficile qui pecunias habent, in Regnum Dei intrabunt!* Et P. Diana cum cæteris hoc divinum oraculum pro absurdo opponit? Facilè damnarentur divites, & Confessarii, inquiunt isti novi Doctores, si superflua naturæ, & statui distribuere pauperibus deberent. Sed ipsa facilè damnari divites Christus asserit.

Ergo

vis peccati notitia. 2. ut spes habeatur emendationis. 3. ut sit personæ, & temporis opportunitas. 4. ut præstari commodè queat.

IV. Notitia peccati requisita moraliter certa esse debet, nec dubia sufficit, aut leviter probabilis, nisi periculum gravis damni immineret, aut cum peccatum in proximi detrimentum verteret, esseque emendationis spes: tunc enim sola probabilis dubitatio sufficeret ad delinquentis correctionem faciendam.

V. Peccatum correctione obnoxium mortale est, secus veniale; nisi venialia proximum periculum annexum habeant prolabendi in mortalia: tum enim obligare præceptum existimo. Si peccata venialia sint habitualia non ex infirmitate, sed ex malitia, præceptum obligat sub levi culpa.

VI. Superiores laici liberi sunt à corrigendis venialibus culpis subditorum, quoniam istorum est tranquillitatem, & pacem Reipublicæ, & communitatis custodire: peccata autem venialia hanc pacem non turbant. Illa isti peccata mortalia corrigere potissimum debent quæ sunt proximo perniciosa. Superiores verò ecclesiastici, & præsertim Regulares astringuntur peccata venialia deliberata, & quæ ex malitia proficiscuntur, corrigere: quia hæc perfectionis, ad quam incumbere Regulares tenentur speciali titulo, cursum intercipiunt. Immò obligati sunt, & quidem graviter corrigere frequentes constitutionum propriî Ordinis transgressiones, quæ grave Ordini detrimentum inferunt, & dispositunt ad disciplinæ regularis dissolutionem.

VII. Peccata præterita nondum emendata fraternæ correctioni obnoxia sunt, quidquid in oppositum dicant nonnulli: quoniam flagitium non modò patrandum, sed patratum, correctionis materia est: inquit enim evangelicus textus: *Si peccaverit* (non si peccabit) *in te frater tuus, corripe eum.*

VIII. QUÆST. II. *Peccata ex ignorantia commissa, sintne vi præcepti corrigendi?* RESP. Affirmant omnes, si ignorantia sit vincibilis. De ignorantia invincibili dissidium inter Theologos est. At communior, & mihi vera sententia est tum præsertim urgere præceptum, cum proximus duplici miseria laborat, & quod præceptum, licèt materiale patravit, & quod tenebrarum caligine obductus peccatum ignoret. Urget ergo manoperè tunc præceptum proximum illuminandi. Si ignorantia invincibilis sit juris tantùm ecclesiastici, etiam tunc urget peccatum: præsertim si jus istud universam spectet Ecclesiam, ut est illud quod præcipit quadragesimam, quatuor tempora, abstinentiam à carnibus die veneris, & id genus similia. Horum quippè ignorantia grave malum est, à quo cripiendus est proximus correctionis fraternæ beneficio.

IX. QUÆST. III. *Quæ sunt personæ quibus eum incumbit correctionis?* RESP. Omnes sunt huic præcepto obnoxii, ut supra dictum est. At de quibusdam, & præsertim de peccatoribus disputatur inter Theologos. Expediens est ut correctores sint justi; immò id requirere Scriptura sancta videtur: inquit enim *cap.* 7. S. Matthæus: *Hypocrita, ejice primùm trabem de oculo tuo, & tunc ejicies festucam de oculo fratris tui*: item *cap.* 4. S. Lucas: *Medice cura te ipsum*: & Rom. *cap.* 2. S. Paulus: *In quo alium judicas, te ipsum condemnas.* Quæ omnia in corripiente desiderant à crimine munditiem, atque adeò humilitatem, mansuetudinem, prudentiam, aliasque virtutes quæ in justis splendent. Peccatores ut plurimum odio, superbia, fastuque perciti aliorum criminum objurgatores fiunt.

X. Respondeo tamen, peccatores à præcepto correctionis immunes non esse, sed eodem devictos: *ut* 2. 2. *quæst.* 33. *art.* 5. docet S. Thomas. *Correctio delinquentis pertinet ad aliquem, inquantum in eo viget judicium rationis: & secundùm hoc potest sibi competere in subditis delictum arguere. Sed tamen per peccatum præcedens impedimentum quoddam affertur correctioni propter tria. Primò quidem quia ex peccato præcedenti indignus redditur ut alium corrigat; & præcipuè si majus peccatum commisit, unde non est dignus, ut alium corrigat de minori peccato.... Secundò redditur indebita correptio propter scandalum quod sequitur ex correctione, si peccatum corripientis sit manifestum: quia videtur quod ille qui corrigit, non corrigat ex charitate, sed magis ad ostentationem.... Tertiò modo propter superbiam corripientis, inquantum scilicet aliquis propria peccata parvipendens, se ipsum proximo præfert in eodem, peccata ejus austera severitate dijudicans, ac si ipse esset justus.... Ex his ergo patet quod si peccator cum humilitate corripiat delinquentem, non peccat, nec sibi novam condemnationem acquirit; licèt per hoc vel in conscientia fratris, vel saltem sua pro peccato præterito condemnabilem se esse ostendat.*

XI. Peccatorum est, antequam alios corripiant, propria detestari crimina, & magna animi humilitate aliena vitia increpare. Interdùm peccatores naturali prudentia, & bono sensu prediti plus energiæ, persuasionis, & efficaciæ habent ad excitandum peccati odium, quam justorum nonnulli, naturæ donis destituti, & nimium molesti. Peccatores ergo sicuti ad eleemosynam corporalem, ita ad spiritualem adstricti sunt. Probabilius est ipsos Prælatos Ecclesiasticos peccato inquinatos non peccare correctionem judicialem exercendo. Peccant tamen, & quidem graviter dum non se emendant, & in statu opportuno correctioni faciendæ non se constituunt. Aut enim à præfectura se abdicare debent, aut suos componere mores, & impedimenta removere, quæ obsunt rectæ, & utili administrationi propriæ præfecturæ.

XII. QUÆST. IV. *Concionatores gravi culpa polluti peccantne mortaliter verbum Dei è publico suggestu prædicantes?* RESP. Affirmant Cajetanus, Navarrus, Paludanus, Sylvester, & alii. Non audeo huic sententiæ subscribere: quia cum de peccato mortali agitur, periculosè definitur, nisi veritas expresè pateat. Porro si ministerii qualitas absolutè spectetur, non videtur tantam requirere sanctitatem, ut Concionator mortifera culpa maculatus nequeat illud obire quin sacri-

legium, seu mortale crimen perpetret. Hoc tamen tremens, & hærens dico, quoniam ministerium apostolicum est, & sublime. Quare ad praxim quod attinet, si Concionator ex infirmitate lapsus in aliquod crimen sit, & ex necessitate conciones habere debeat, non crederem, illum graviter peccare. Cæterum Concionatores illi, qui flagitiorum pleni apostolico ministerio funguntur, profanationem gravem patrare, sterile, quantùm per ipsos stat, verbum Dei efficere mihi probabilius apparet. Nec est quod opponas, sceleslosConcionatores interdùm inveteratos peccatores ad meliorem frugem revocare, quoniam iniquorum Concionatorum opera Deum uti posse ad pecantium conversionem, neminem latet. Propterea ne Concionatores scelesti non deturpant suum ministerium? Propterèa ne exempti à lege sunt eluendi proprîa crimina, ut impedimenta removeant sui officii, & ut apros sese reddant ad sancta sanctè tractanda? Concionatores publica corrigere peccata debent, tametsi nullum ferè fructum sperarent, quod raro præsumi potest, dum coram multitudine redargutio fit. Contemptio enim correptionis, argumentum est reprobationis. Quomodo autem præsumi prudenter potest omnes auditores reprobos esse? Tunc solùm omittere Concionatores licitè valent correctionem, quando ex ea prævident prudenter majus futurum malum.

XIII. QUÆST. V. *Obstringunturne subditi superiores corrigere?* RESP. Gravissimam, & summi momenti quæstionem discutiendam propono. Omnes ad unum Theologi adfirmantem sententiam propugnant, licèt eam obiter tractent, cum tamen digna sit discussione severa. Si displicendi timor, si rei mundanæ spes, si propius amor sæpè in causa sunt, cur fraternæ correctionis præceptum negligatur, potiori jure hæc, & alia longè plura nos ab ejusdem observatione removent, cum superiores nostri, sub quorum virga vivimus, corrigendi sunt.

XIV. S. Augustinus, *lib.* 1. *cap.* 9. *de Civit. Dei* animadvertit, vel ipsos viros sanctos pierumque istius præcepti observationem negligere, inquiens: „ Plerumque enim ab eis docendis, ad-„ monendis, aliquando etiam objurgandis, & „ corripiendis male dissimulatur: vel cum laboris piget, vel cum eorum os coram verecun-„ damur offendere: vel cum inimicitias devita-„ mus, ne impediant, & noceant (N. B.) in istis „ temporalibus rebus, sive quas adipisci adhuc „ appetit nostra cupiditas, sive quas amittere „ formidat infirmitas; ita ut quamvis bonis vita „ malorum displiceat, & ideo cum eis non inci-„ dant in illam damnationem, quæ post hanc vi-„ tam talibus præparatur; tamen quia propterea „ peccatis eorum damnabilius parent, dum eos „ in suis licet levibus, & venialibus metuunt, jure „ cum eis temporalibus flagellantur, quamvis in „ æternum minimè puniantur.... Illud est culpa-„ bile quod il qui dissimiliter vivunt, & à malo-„ rum factis abhorrent, parcunt tamen peccatis „ alienis, quæ dedocere, & objurgare deberent, „ dum eorum offensiones cavent, ne sibi noceant „ (N. B.) in his rebus, quibus licet boni, atque „ innocentes utuntur; sed cupidius, quam opor-„ tebat eos qui in hoc mundo peregrinantur, & „ spem supernę Patriæ præ se gerunt. Omittitur „ correptio, *subdit ibi paulo post*, quia delectat „ lingua blandiens, & humanus dies, & refor-„ midatur vulgi judicium, & carnis excruciatio, „ vel peremptio, hoc est propter quædam cupi-„ ditatis vincula, non propter officia charitatis.“ Tandem caput concludit improperans tum superioribus, tum subditis neglectæ correctionis crimen. „ Qua in re non utique patem, sed longe „ graviorem habent causam quibus per Prophe-„ tam dicitur: *Ille quidem in suo peccato morietur, „ sanguinem autem ejus de manu speculatoris requi-„ ram.* Ad hoc enim speculatores, hoc est popu-„ lorum præpositi constituti sunt in Ecclesiis, ut „ non parcant objurgando peccata. Nec idrò ta-„ men ab hujusmodi culpa penitùs alienus est, „ qui licet præpositus non sit, in eis tamen quibus „ vitæ hujus necessitate conjungitur, multa mo-„ nenda, vel arguenda novit, & negligit, devi-„ tans eorum offensiones, propter illa quibus in „ hac vita, non indebitis utitur, sed plusquam „ debuit delectatur.“ Tandem *lib.* 10. *c.* 29. animadvertit, superbos omnes correctionem contemnere. *An forte corrigi pudet? Et hoc vitium non nisi superborum est.*

XV. S. Thomas 2. 2. *q.* 33. *art.* 4. rationem assignat. Correctio, inquit, est actus charitatis. Ergo ad eos omnes quos charitate prosequi debemus, se extendit. Superiores autem ferventiori charitate diligendi qui quanto in loco sublimiori splendent, tanto in periculo majori versantur, inquit S. Augustinus. Ergo præ cæteris spirituali correctionis eleemosyna indigent. Si omnes mansuetudine, & humilitate, Superiores potissimum summa reverentia, & animi demissione corrigi debent, ut inquit ibidem S. Thomas. Pauci Superiores corriguntur, quia pauci ea humilitatis argumenta perhibent, unde præsumere, & sperare subditi queant emendationis fructum. Pauci subditi correctionis præceptum implent, quia pauci timoris, & spei expertes reperiuntur, pauci à culpis ita immunes, ut redargui à Superioribus nequeant. Recogitent Superiores, se de omnibus peccatis per subditos commiis ob eorum negligentiam in corrigendo, rationem Deo reddituros. Versent animo subditi, se minimè liberos esse à corrigendis in spiritu humilitatis suis Superioribus, si spes profectus affulgeat: quod præceptum illos præsertim urget qui Superiores adjuvant ex officio subditorum regimine.

XVI. QUÆST. VI. *Qui sunt Superiores qui peculiari jure obstringuntur ad correctionem?* RESP. Prælati subditos, parentes filios, domini famulos, mariti uxores, tutores pupillos, Parochi populum suum, Confessarii pœnitentes, curatores minores corrigere peculiari jure astringuntur. Isti non modo charitatis titulo, ut cæteri omnes, verum etiam justitiæ lege astringuntur corrigere inferiores. Superiores enim præter communis præcepti vinculum officii ligamini devincti sunt. Duplicem autem correctionem peragere Prælati debent, alteram judicialem, alteram fraternam.

XVII. QUÆST. VII. *Quæ spes profectus concipi*

cipi debet ut fraternæ correctionis præceptum obliget? RESP. Quatuor esse conditiones quæ præcedere correctionem fraternam debent, jam supra indicatum est. De earumdem nunc intelligentia breviter differendum. De correctione non judiciali, quæ fieri etiam sine profectus spe debet, sed fraterna nunc sermo est. Hujusce correctionis finis est delinquentis emendatio. Si istius emendationis spes desit, præceptum non obligat, ut 2. 2. q. 33. *art.* 2. docet Angelicus. *Alia vero est correctio fraterna, cujus finis est emendatio delinquentis, non habitus coactionem, sed simplicem admonitionem. Et ideò ubi probabiliter æstimatur quod peccator admonitionem non recipiat, sed ad pejora labatur, est ab hujusmodi correctione desistendum: quia ea quæ sunt ad finem, debent regulari secundùm quod exigit ratio finis.*

XVIII. Convenit penès omnes non requiri spem certam, sed sufficere probabilem. Frequenter homines violant correctionis præceptum, quia desperant de emendationis profectu. Mentitur iniquitas sibi. Modò homines dicunt benè judicandum de omnibus, omniumque sperandam esse salutem. Modò, cum implere correctionis præceptum debeant, temerè de omnibus judicant, ajuntque, se non obstringi tali præcepto, quia nulla profectus spes refulget. Non advertunt isti, superbos, reprobosque se judicare illos quos correptionem contempturos forè concipiunt. Rara est delinquentium emendatio, non tam ob illorum malitiam, quam ob corrigentium defectum. Non inficior plures esse peccatores pervicaces, obstinatosque qui nolunt intelligere ut benè agant. Sed verum etiam est deesse correctores, qui aut præceptum implere velint, aut sint charitate, prudentia, manfuetudine, veroque zelo præditi. Ad me quod attinet, plures invèni qui correctionem susceperint quam qui contempserint. Si prima correctio non prodest, repetenda totiès est, quotics concipitur spes emendationis. Ictus repetiti sæpe duritiem frangunt. Quandò dubitatur correctionem plus mali, quam boni pariturum forè, abstinendum ab eadem est. Si verò dubitatur non de majori malo, sed solùm de profectu, facienda correctio est. In ludo si non dubitas de jactura, sed solùm de lucro, aleam jacis. In extrema necessitate facienda correctio est, quamvis dubites nocitura ne sit, an profutura.

XIX. QUÆST. VIII. *Differine correctio debet, ut tempore opportuno peragatur?* RESP. Altera conditio quæ comitari correctionem debet, est temporis opportunitas. Accelerari, vel differri correctio debet, prout expensis circumstantiis judicatur correctio hoc, aut illo tempore magis profutura. Non liberamur à correctionis præcepto, propterea quod ab aliis faciendam prævidemus. Quoniam præceptum omnes, & singulos obstringit. *Et mandavit illis unicuique de proximo suo*: Eccli. 17.

XX. QUÆST. IX. *Quis ordo in correctione servandus?* RESP. Præscriptus hic ordo est c. 19. Evangelistæ Matthæi: *Si peccaverit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum. Si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc unum, vel duos, ut in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum. Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ. Si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus.*

XXI. Tria servanda præcipiuntur. 1. Ut secretò correctio fiat. 2. Ut si inutilis sit correctio, testes adhibeantur. 3. Ut superiori delictum deferatur, quandò prefata duo non profunt. Hic ordo non consilii, sed præcepti est, ut communiter Theologi cum S. Thoma 2. 2. q. 33. *art.* 7. docent. Ostendit enim Angelicus ordinem hunc esse legi naturæ consentaneum. Nam ordo ille primum salutem æternam, deindè famam proximi spectat. Servandus autem ordo est meliori modo. Non advocentur testes, si privata, secreta correctio prodest: si testis unus sufficiat, non advocentur duo. In ordine isto servando spectanda sunt criminum genera. Si peccatum publicum est, aut damnum proximo inferens, publicè arguendum est, ut 1. *ad Timoth.* 5. S. Paulus docet. *Peccantem coram omnibus argue, ut & cæteri timorem habeant.* Deferri etiam tunc ad Superiorem debet.

XXII. QUÆST. X. *Obligatne servandi ordinis præceptum, cum existimatur securius Prælatum correcturum fore delinquentem?* RESP. Disputant in utramque partem Theologi. Nonnulli deferendum ad superiorem, ut patrem, crimen defendunt, cum prævidetur melius ab eodem correctio facienda.

XXIII. Probabilior mihi sententia est servandum esse communiter ordinem hunc: quia præceptum ordinis servandi, & naturale est, & divinum: & quia rarò contingit, spectatis omnibus, melius fieri per Prælatum quam per privatam personam. Adversarii concedunt benè fieri per hominem privatum correctionem posse, ideoque ajunt, *melius* fieri per Prælatum. Peccator infamatur certè apud Prælatum, dum eidem crimen revelatur peccantis. Porrò hæc diffamatio conturbat delinquentem, eumque ad fructum correptionis ineptum reddit. Si comparetur hæc major Prælati aptitudo cum turbatione corrigendi, hæc illam communiter superat. Efficacitas correctionis plurimum pendet à dispositione illius qui suscipere correctionem debet. Quis autem est, qui non aveat corripi potiùs à fratre suo peccati conscio, quam à Prælato, qui delictum ignorat? Duo gravamina subit corrigendus. Unum quod suum peccatum notum dumtaxat homini privato, manifestetur alteri. Secundùm, quod hæc manifestatio fiat Prælato, cujus gratia communiter pluris fit quam multorum particularium. Ergo communiter desiderant homines corrigi potiùs à privatis fratribus quam à Prælatis. Ergo communiter aptiores sunt privati quam Prælati ut patres ad corrigendum, propterea quod efficacitas correctionis pendeat à majori dispositione corrigendorum: isti autem, ut dixi, libentiùs privatorum, quam Prelatorum correctionem suscipiunt. Quarè Christus Dominus absolutè, & absque limitatione ordinem hunc servandum præscripsit. Sen-

XXIV. Sententiam nostram luculenter S. Thom. 2. 2. q. 33. *art.* 7. *ad* 5. docet *Dicendum, quod Prælato non est obediendum contra præceptum Domini, secundùm illud Act.* 5. Obedire oportet Deo magis quam hominibus. *Et ideò quando Prælatus præcipit ut sibi dicatur, quod quis fecerit corrigendum, intelligendum est præceptum sanè, salvo ordine correctionis fraternæ; sive præceptum fiat communiter ad omnes, sive ad aliquem specialiter. Sed si Prælatus expressè præciperet contra hunc ordinem à Domino institutum, & ipse peccaret præcipiens, & ei obediens, quasi contra præceptum Domini agens. Unde non esset ei obediendum: quia Prælatus non est judex occultorum, sed solus Deus. Unde non habet potestatem præcipiendi aliquid super occultis, nisi in quantum per aliqua indicia manifestantur, puta per infamiam, vel per aliquas suspiciones: in quibus casibus potest Prælatus præcipere eodem modo, sicut, & judex secularis, vel Ecclesiasticus potest exigere juramentum de veritate dicenda.*

XXV. S. neque Prælato præcipienti delationem criminis occulti, prætermisso secretæ correctionis ordine, obediendum est, judice S. Thoma, qua ratione homo privatus sponte prætermittere nunc ordinem valet? Præceptum istius ordinis divinum est, ideirco nisi evidens, & manifesta necessitas ostendat melius per Prælatum exequendam fore correctionem, semper servandus ordo est. Rarò autem, immo rarissimè melius hæc per Prælatum correctio istiusmodi fit, quam per privatum. Verum rarò occurrunt emendationis argumenta solida eorum criminum quę vergunt in damnum, aut communitatis, aut in detrimentum tertii: idcirco peccata hæc deferri communiter ad Superiorem debent, ut innocentes præserventur. Interdum satis est innocentes, moneri, ut ab insidiis sibi caveant, non manifestato reo, quandò circumstantiæ id permittunt.

XXVI. QUÆST. XI. *Quæ peccata deferri ad Superiorem negotio correctionis ordine debent?* RESP. Peccata nota, & publica deferri ad Prælatum ut judicem debent. Peccata nota dicuntur aut *notorietate juris*, cum in tribunal delata sunt, aut *notorietate facti*, quandò factum nempè contingit coram pluribus. Si peccatum patratum sit coram duobus, aut tribus testibus, non potest dici publicum. Probari utique in judicio, & fieri publicum potest; sed antequam ad tribunal deferatur, publicum non est: ideò præmitti correctio debet, si spes adsit emendationis, dummodò peccatum non sit in damnum tertii. Lucrandus enim frater est cum minori ejusdem detrimento.

XXVII. Peccata publica deferenda ad judicem sunt, ut præcipit 1. *ad Timoth. c.* 5. S. Paulus: *Peccantem coram omnibus argue, ut cæteri timorem habeant.* Qui publicè peccat, in bonum commune delinquit. Si tamen quis ex fortuito impetu publicè peccaret, & probabilissima emendationis spes adesset, tunc corrigendus secretò esset, sublato scandalo. Tunc autem ex fortuito impetu peccare quis præsumitur, cum in publica existimatione est homo probus, & ex aliquo inopinato eventu labitur in aliquod peccatum, quod non vergit in damnum tertii, nec communitatis. Semper enim præ oculis habendum est præceptum ordinis à Christo præscripti.

XXVIII. Delicta hæresis, proditionis civitatis, & similia denuntianda sunt Superiori ut judici. Opposita opinio damnata est ab Alex. VII. in hac thesi: *Quamvis tibi constet Petrum esse hæreticum, non tenèris denuntiare, si probare non possis.* Quamvis crimen hæresis occultum sit, denuntiandum est judici, non ut puniat delinquentem, sed ut caveat bono publico, ut 2. 2. *quæst.* 33. *art.* 7. S. Thomas docet. *Quidam enim peccata occulta sunt quæ sunt in nocumentum proximorum vel corporale, vel spirituale; puta si aliquis occultè tradat quomodo civitas tradatur hostibus, vel si hæreticus privatim homines à fide avertat. Et quia ille qui in occulto peccat, non solùm in se peccat, sed etiam in alios, oportet statim procedere ad denuntiationem, ut hujusmodi nocumentum impediatur.*

XXIX. Accedit præceptum Alex. VII. qui in sua Bulla data an. 1660. cujus hoc est initium *Licet aliàs*, jubet ut crimen hæresis tametsi occultè deferatur ad sanctæ Inquisitionis Tribunal. De hæresis itaque denuntiandæ superiori obligatione adest præceptum ecclesiasticum. De manifestando proditionis crimine nullum extat præceptum Ecclesiæ. Quare si certa emendationis argumenta occurrerent, præmitti posset correctio secreta. Verum rarò occurrunt emendationis argumenta solida eorum criminum quę vergunt in damnum, aut communitatis, aut in detrimentum tertii: idcirco peccata hæc deferri communiter ad Superiorem debent, ut innocentes præserventur. Interdum satis est innocentes, moneri, ut ab insidiis sibi caveant, non manifestato reo, quandò circumstantiæ id permittunt.

XXX. De culpis carnalibus, quæ committi à Religiosis queunt, Theologi disputant, num neglecto fraternæ correctionis ordine, deferri ejusmodi crimina ad Superiorem debeant. Certa, & generalis regula designari nequit. Quandò concipi probabilis emendationis spes valet, semper est observandum præceptum divinum. In cauta ancipiti standum pro præcepto est. Qui spiritu charitatis succesi obedire Christo, & proximi famam servare student, securiorem amplectantur partem.

XXXI. Vellem ergo ut Christiani, & Religiosi animosiores essent in objurgandis peccatis publicis, in redarguenda modestè quidem, & reverenter Superiorum illorum funesta indolentia, qui grassati crimina permittunt. In deferendis ad Superiorem occultis fratrum culpis sæpè æmulatio, invidentia, & occultum odium habere locum possunt. Rarò verò peccatur in admonendis Superioribus illis qui palam, & coram omnibus regimini officia implere negligunt. Ab hac enim correctione omnes humani respectus, & politicæ rationes abducunt: quoniam communiter subdit omnes aut sperare, aut timere aliquid à Superioribus valent. Quomodò præsumi spiritus evangelicæ charitatis potest, si occulta privatorum crimina ad Superiorem de-

ferantur, Superiorum verò publicæ dissimulationes, indolentiæ, & negligentiæ, undè innumera mala, ruina, & dessolatio communitatis proficiscuntur, silentio tegantur?

DISSERTATIO IV.

De Vitiis charitati oppositis, & præsertim de scandalo.

CAPUT I.

Recensentur primò propositiones damnatæ, deindè quæ laxæ videntur.

I. INnocentius XI. damnavit sequentes theses.

13. *Si cum debita moderatione facias, potes absque peccato mortali de vita alicujus tristari, vel de illius morte gaudere; illam inefficaci affectu petere, & differentiam non quidem ex displicentia personæ, sed ob aliquod temporale emolumentum.*

14. *Licitum est absoluto desiderio cupere mortem patris, non quidem ut malum patris, sed ut bonum capientis, quia aliunde ei obventura est pinguis hæreditas.*

15. *Famulus qui submissis lumenibus scienter adjuvat herum suum ascendere per fenestram ad stupranda virginem, & omittendo eidem subservit deferendo scalam, aperiendo januam, aut quid similis cooperando, non peccat mortaliter, si id faciat metu notabilis detrimenti, puta ne à domino male tractetur, ne forsan oculis aspiciatur; ne domo expellatur.*

II. „ Conninchius credit ob nullum metum „ licere pingere idolum, vestem sacerdotalem „ facere ad petitionem infidelis.... At credo „ gravissimo metu excusari posse, si te non „ expostulentur fieri in contemptum religio„nis, neque scandalum adsit te ita contem„nere. Nam fabricatio idoli, & concubinæ „ pictura intrinsecè mala non est, sed sæpè ho„nestari potest. " Castropalaus *tract. 6. disp. 6. punct. 12. num. 7. pag. 434.*

III. „ De sculptura, aut pictura idoli est „ dubium: & quidem ea est licita, quandò „ nec quæritur, nec timetur idololatria; cum „ autem timetur, dico peccaturum contra re„ligionem qui eam præbet absque urgentissimo „ damno. Probatur tum ex lege charitatis, „ tum quia omnis virtus obligat ut vitentur „ omnes occasiones eam violandi. Si autem „ non possim ego non præbere *idolum* absque „ gravi damno proportionato, non peccо in „ eo dando. " Hurtado de Mendoza *in 2. 2. disp. 66. sect. 6. §. 181.* apud Dianam *coord. tom. 7. tract. 3. resol. 64.*

IV. P. Antoninus Diana *tom. 7. coord. res. 9. num. 6.* à scandali peccato liberat mulieres superfluum, maximumque adhibentes ornatum,, Sed „ ego (inquit) puto non peccare, etiamsi esset „ superfluus, & maximus ornatus, dummodò „ sit secundum morem patriæ. " Mos ergo patriæ prævalet Evangelio talem superfluitatem prohibenti?

V. Mulieres fucos, vultuum, atque capitum exquisitos ornatus mediam habere naturam tum ab honestate, tum à malitia secretam, scribit Lessius *lib. 4. de Justit. cap. 4. dub. 14. n. 114.* „ Denique pingere faciem, eique varios colores „ inducere non est per se malum, sed indiferens. At divinæ Scripturæ clamant adversus ejusmodi ornamenta, & lenocinia. Respondet: „ Scriptu„ræ illæ vel continent exhortationem, cum „ nullum verbum præceptivum habeant ... vel „ certè propter ædificationem ethnicorum expe„diebat illo tempore præcipi. " *loc. cit. num. 114.*

VII. Caramuel in sua Theologia præterintentionali *tom. 11. præcept. 6. quæst. 8. cas. 2. cas. 2.* sequentes scribit conclusiones. " *Prima.* „ Possunt famuli tuta conscientia meretricis, aut „ pellicis mensa ministrare cibos, non solum „ communes, sed & calidos, & provocantes ad „ venerem condire, & lectum privatum ster„nere. " *Num. 297.* laudat pro sua opinione Azorium, & Dianam, & addit: „ Consuitò non „ solum cibos communes dixi, quia scio esse „ omnino majorem difficultatem, si essent ta„les, qui excitarent venerem: tunc enim juxta aliquos Theologos deberent famuli à tali „ servitio desistere, ne in venerem illicitam „ cooperarentur indirectè. *At prudentiores credi„mus, etiamsi tales cibos posse sine culpa condire.* " Licitum ergo venerem incitare? Cibos eam accendentes coquere? Et prudentior tamen haberi Caramuel vult hæc docendo? Sed audi rationem quam affert. *Tales cibi possunt sine culpa coqui etiam à prævidente pollutionem futuram, modò consensum non præbere paratus sit: ergo poterunt cibi condiri, & ministrari.* Hæc sufficiat indicasse, ut detestentur.

„ *Secunda.* Possunt lectum domino, & amasig „ fiernere citra culpam venialem, consono Azo„rio, & Diana allegat. "

„ *Tertia.* Non est peccatum mortale domino, „ & pellici, alias rem habituris, aut lectum *præ„curare hospitio*, aut parare meliorem solito, „ aut floribus fulcire. "

„ *Quarta.* Non est peccatum conducere pelli„cem in domum sui domini, tametsi eam pec„caturam prævideas. "

VIII. P. Thomas Tamburinus *lib. 5. in Decal. cap. 1. §. 4.*,, An si amicus meus velit ut ego feram munuscula, & similia, turpis scilicet amoris incitamenta, quæ ipse mittit ad suam concubinam, possim ego sine peccato deferre? Resposio fuit absolutè negativa: quia ex una parte hæc actio, licèt alias indifferens, est conjuncta cum peccato amici, ejusque concubinæ; & ex alia parte non adest causa excusans, ducta ex famulatu (*hoc enim famulis concedit*) vel alio detrimento, ut supponimus. *Nec enim, si adest quidam modicus rubor, videtur esse regulariter tanti momenti, ut satis excuset. Fateor tamen, si tibi magni esset ejusmodi amicitia, ac verè timeres eam amittere, excusari te posse: quia tum notabilis detrimenti justus metus accedit.* "

Idem

Idem *num. 30.* „ Qui ex officio lectieas hu„meris portant, vel rhedas agunt, possuntne „ licitè pretio conducti puellam ad lasciviam „ adolescentem adducere? Resp. Ajo non posse. „ Id nec excusat ratio famulatus: hi enim fa„muli, seu subditi non sunt: nec amissio lucri, „ quia hoc est satis exiguum. *Habeo tamen unum „ apud Navarrum, ex quo aliquid benignius colligi „ probabiliter potest.* Ex his, inquit ille, videtur „ colligi ratio defendendi multos à peccato, sal„tem mortifero; modò, ut in casu proposito, „ non placeat eis peccatum, & faciant obsequia „ prædicta ob aliquem bonum finem, puta eo „ quod exhibeant ea quæ sunt officii sui, vel ob „ justam mercedem. Licèt enim hæc officia, & „ obsequia sint valdè conjuncta cum peccato; „ non tamen, sunt secundum se, & suaptè na„tura peccata: & ideo sejungi possunt à pec„cato per finem diversum, & sejunctum. Hæc „ ille. " Nota illud, *officii, vel ob mercedem.*

IX. P. Antoninus Diana, *tom. 7. coord. tr. 5. resol. 48.* „ An ex aliqua justa causa licitum sit „ commodare cubiculum alicui petenti ad formi„candum; vel locare domum meretrici, etiamsi „ ob loci circumstantiam aliquis peccatum ad„mitteret; vel si meretrix domum illam conduxit, cens plurimum fœminis honestis vicinis no„cereat? De hoc casu olim interrogatus fui: nam „ quidam vir nobilissimus instanter ab amico „ domum ejus ad meretricandum petebat. At „ si hoc illi denegasset, in gravissimum damnum „ incidebat. Consuluit an peccaret hoc faciен„do. Et respondi *negativè*, quia absque detri„mento proprio proportionato hoc dene„gare minimè poterat: & commodare cubicu„lum ex objecto non est intrinsecè malum, sed „ indifferens: & ex sola prava abutentis inten„tione ad malum ordinatur. Ergo, &c. Et „ ita hanc sententiam docet in terminis novissi„mè Merosius. "

„ Hinc *à fortiori* Infertur contra Navarrum „ cap. 17. licitum esse, ex justa tamen causa, „ locare domum meretrici; etiamsi ob loci „ circumstantiam aliquis peccatum admitteret, „ quod minimè pepetraret, eo loco sibi non „ concesso, ut ratione situs, &c. vel si meretrix „ domum illam conducens, plurimum fœminis „ honestis vicinis noceret. "

Idem Diana *resol. 50.* „ An sit licitum dona„re judicis concubinæ, ut intercedat apud il„lum, quia ipsa pergeret ad colloquendum ju„dicem, & est mortale tatione scandali, cum „ exponatse vehementissimo periculo peccandi? „ Negativè respondet novissimè Sanchez.... *„ sed ego non minus probabilem affirmativam sen„tentiam esse existimo*, si negotium grave sit, „ videatque judicem non tibi esse propitium; „ speres autem intercessione concubinæ gratum „ fore: neque alia via appareat, qua possis „ illum ad servandum tuum jus inflectere: quia „ non petis aliquid quod ipsa licitè præstare non „ possit. Nam licet illa intercessione judex, vel „ concubina foveant amorem turpem, hoc tu „ non intendis, neque ullius nocumenti es cau„si. Hæc omnia docet Castropalaus, *tom. 1. tract. 6. punct. 15. num. 2.*

Idem *resol. 42.* „ Adduxi Franciscum Merol„lam *in disp. Theolog. Moral. tom. 1. disp. 2.* „ ubi sic ait. Ex his colligitur, quid dicendum „ sit de aurigis deservientibus meretricem ab uno „ loco ad alium, quum sciunt illam illuc petere „ ad peccandum. Hi enim regulariter excusan„tur à peccato: *quia adest causa non amittendi „ lucrum*, quod ex eo ministerio comparant. " *Ita ille, & ego.*

X. P. Patritius Sporerius, *tract. 5. in 3. præcept. Decal. c. 1. sect. 3. num. 92.* „ Peccant „ sine dubio mortaliter regulariter loquendo „ pictores pingentes valdè turpia, & obscœna: „ & multo magis histriones ejusmodi valdè tur„pia repræsentantes.... Dico autem *regulariter loquendo*: nam in casu raro, si tanta esset „ pictoris, vel histrionis necessitas, ut eo lucro „ indigeret ad victum, vestitum, vel *ejusmodi „ quid necessarium*, semel aut iterum licare, *do„nec alia victus ratio occurrat*, permittunt ali„qui Doctores cum Tamburino, dummodò „ absit periculum mortale luxuriæ delectationis „ venereæ. " Hæc opinio est plusquam laxa, ut suo loco dicetur. Secundum enim istos Theologos *regulariter loquendo* scandalum *valdè turpe, & obscœnum* non est licitum. Cæterum si victus, aut vestitus, vel quid ejusmodi urgeat, tum scandalum valdè turpe honestum erit, *donec alia victus ratio occurrat.*

CAPUT II.

Quid sit odium Dei, & proximi. De discordia, contentione, scissurate, & seditione.

I. ODium Dei duplex: alterum, quod in omni peccato includitur; alterum peculiare, quod describitur *aversio à Deo, qua voluntas Dium detestatur, prout peccata prohibet, punasque infligit.* Hoc Dei odium omnium scelerum gravissimum est, cum opponatur præstantissimæ charitatis virtuti secundum primarium ejusdem actum, nempè dilectionis divinæ. Suo genere mortale est, nec parvitatem materiæ excipit, sed solum venale evadere potest ex imperfecta deliberatione.

II. Odium proximi est expressa malevolentia, qua illi malum optamus. Est genere suo mortiferum; fieri tamen venale potest tum materiæ parvitate, tum imperfecta deliberatione; ut si leve malum proximo optas, aut si imperfecta deliberatione illud eidem cupias.

III. Licitum est abominari peccatorem, ut peccatorem, juxta illud Prov. 19. *Abominatur justi virum impium.* Tunc enim odio habetur peccatum, non homo. Nunquam enim licet optare malum homini, quatenus ejus malum est, neque affectu inefficaci: neque licet de ejusdem bono tristari, vel de malo illius gaudere, ut patet ex recensita capite superiori thesi proscripta ab Innoc. XI.

ferantur, Superiorum verò publicæ dissimulationes, indolentiæ, & negligentiæ, undè innumera mala, ruina, & dessolatio communitatis proficiscuntur, silentio tegantur?

DISSERTATIO IV.

De Vitiis charitati oppositis, & præsertim de scandalo.

CAPUT I.

Recensentur primò propositiones damnatæ, deindè quæ laxæ videntur.

I. INnocentius XI. damnavit sequentes theses.

13. *Si cum debita moderatione facias, potes absque peccato mortali de vita alicujus tristari, vel de illius morte gaudere; illam inefficaci affectu petere, & differentiam non quidem ex displicentia personæ, sed ob aliquod temporale emolumentum.*

14. *Licitum est absoluto desiderio cupere mortem patris, non quidem ut malum patris, sed ut bonum capientis, quia aliunde ei obventura est pinguis hæreditas.*

15. *Famulus qui submissis lumenibus scienter adjuvat herum suum ascendere per fenestram ad stupranda virginem, & omittendo eidem subservit deferendo scalam, aperiendo januam, aut quid similis cooperando, non peccat mortaliter, si id faciat metu notabilis detrimenti, puta ne à domino male tractetur, ne forsan oculis aspiciatur; ne domo expellatur.*

II. „ Conninchius credit ob nullum metum „ licere pingere idolum, vestem sacerdotalem „ facere ad petitionem infidelis.... At credo „ gravissimo metu excusari posse, si te non „ expostulentur fieri in contemptum religio„nis, neque scandalum adsit te ita contem„nere. Nam fabricatio idoli, & concubinæ „ pictura intrinsecè mala non est, sed sæpè ho„nestari potest. " Castropalaus *tract. 6. disp. 6. punct. 12. num. 7. pag. 434.*

III. „ De sculptura, aut pictura idoli est „ dubium: & quidem ea est licita, quandò „ nec quæritur, nec timetur idololatria; cum „ autem timetur, dico peccaturum contra re„ligionem qui eam præbet absque urgentissimo „ damno. Probatur tum ex lege charitatis, „ tum quia omnis virtus obligat ut vitentur „ omnes occasiones eam violandi. Si autem „ non possim ego non præbere *idolum* absque „ gravi damno proportionato, non peccо in „ eo dando. " Hurtado de Mendoza *in 2. 2. disp. 66. sect. 6. §. 181.* apud Dianam *coord. tom. 7. tract. 3. resol. 64.*

IV. P. Antoninus Diana *tom. 7. coord. res. 9. num. 6.* à scandali peccato liberat mulieres superfluum, maximumque adhibentes ornatum,, Sed „ ego (inquit) puto non peccare, etiamsi esset „ superfluus, & maximus ornatus, dummodò „ sit secundum morem patriæ. " Mos ergo patriæ prævalet Evangelio talem superfluitatem prohibenti?

V. Mulieres fucos, vultuum, atque capitum exquisitos ornatus mediam habere naturam tum ab honestate, tum à malitia secretam, scribit Lessius *lib. 4. de Justit. cap. 4. dub. 14. n. 114.* „ Denique pingere faciem, eique varios colores „ inducere non est per se malum, sed indiferens. At divinæ Scripturæ clamant adversus ejusmodi ornamenta, & lenocinia. Respondet: „ Scriptu„ræ illæ vel continent exhortationem, cum „ nullum verbum præceptivum habeant ... vel „ certè propter ædificationem ethnicorum expe„diebat illo tempore præcipi. " *loc. cit. num. 114.*

VII. Caramuel in sua Theologia præterintentionali *tom. 11. præcept. 6. quæst. 8. cas. 2. cas. 2.* sequentes scribit conclusiones. " *Prima.* „ Possunt famuli tuta conscientia meretricis, aut „ pellicis mensa ministrare cibos, non solum „ communes, sed & calidos, & provocantes ad „ venerem condire, & lectum privatum ster„nere. " *Num. 297.* laudat pro sua opinione Azorium, & Dianam, & addit: „ Consuitò non „ solum cibos communes dixi, quia scio esse „ omnino majorem difficultatem, si essent ta„les, qui excitarent venerem: tunc enim juxta aliquos Theologos deberent famuli à tali „ servitio desistere, ne in venerem illicitam „ cooperarentur indirectè. *At prudentiores credi„mus, etiamsi tales cibos posse sine culpa condire.* " Licitum ergo venerem incitare? Cibos eam accendentes coquere? Et prudentior tamen haberi Caramuel vult hæc docendo? Sed audi rationem quam affert. *Tales cibi possunt sine culpa coqui etiam à prævidente pollutionem futuram, modò consensum non præbere paratus sit: ergo poterunt cibi condiri, & ministrari.* Hæc sufficiat indicasse, ut detestentur.

„ *Secunda.* Possunt lectum domino, & amasig „ fiernere citra culpam venialem, consono Azo„rio, & Diana allegat. "

„ *Tertia.* Non est peccatum mortale domino, „ & pellici, alias rem habituris, aut lectum *præ„curare hospitio*, aut parare meliorem solito, „ aut floribus fulcire. "

„ *Quarta.* Non est peccatum conducere pelli„cem in domum sui domini, tametsi eam pec„caturam prævideas. "

VIII. P. Thomas Tamburinus *lib. 5. in Decal. cap. 1. §. 4.*,, An si amicus meus velit ut ego feram munuscula, & similia, turpis scilicet amoris incitamenta, quæ ipse mittit ad suam concubinam, possim ego sine peccato deferre? Resposio fuit absolutè negativa: quia ex una parte hæc actio, licèt alias indifferens, est conjuncta cum peccato amici, ejusque concubinæ; & ex alia parte non adest causa excusans, ducta ex famulatu (*hoc enim famulis concedit*) vel alio detrimento, ut supponimus. *Nec enim, si adest quidam modicus rubor, videtur esse regulariter tanti momenti, ut satis excuset. Fateor tamen, si tibi magni esset ejusmodi amicitia, ac verè timeres eam amittere, excusari te posse: quia tum notabilis detrimenti justus metus accedit.* "

Idem

Idem *num. 30.* „ Qui ex officio lectieas hu„meris portant, vel rhedas agunt, possuntne „ licitè pretio conducti puellam ad lasciviam „ adolescentem adducere? Resp. Ajo non posse. „ Id nec excusat ratio famulatus: hi enim fa„muli, seu subditi non sunt: nec amissio lucri, „ quia hoc est satis exiguum. *Habeo tamen unum „ apud Navarrum, ex quo aliquid benignius colligi „ probabiliter potest.* Ex his, inquit ille, videtur „ colligi ratio defendendi multos à peccato, sal„tem mortifero; modò, ut in casu proposito, „ non placeat eis peccatum, & faciant obsequia „ prædicta ob aliquem bonum finem, puta eo „ quod exhibeant ea quæ sunt officii sui, vel ob „ justam mercedem. Licèt enim hæc officia, & „ obsequia sint valdè conjuncta cum peccato; „ non tamen, sunt secundum se, & suaptè na„tura peccata: & ideo sejungi possunt à pec„cato per finem diversum, & sejunctum. Hæc „ ille. " Nota illud, *officii, vel ob mercedem.*

IX. P. Antoninus Diana, *tom. 7. coord. tr. 5. resol. 48.* „ An ex aliqua justa causa licitum sit „ commodare cubiculum alicui petenti ad formi„candum; vel locare domum meretrici, etiamsi „ ob loci circumstantiam aliquis peccatum ad„mitteret; vel si meretrix domum illam conduxit, cens plurimum fœminis honestis vicinis no„cereat? De hoc casu olim interrogatus fui: nam „ quidam vir nobilissimus instanter ab amico „ domum ejus ad meretricandum petebat. At „ si hoc illi denegasset, in gravissimum damnum „ incidebat. Consuluit an peccaret hoc faciен„do. Et respondi *negativè*, quia absque detri„mento proprio proportionato hoc dene„gare minimè poterat: & commodare cubicu„lum ex objecto non est intrinsecè malum, sed „ indifferens: & ex sola prava abutentis inten„tione ad malum ordinatur. Ergo, &c. Et „ ita hanc sententiam docet in terminis novissi„mè Merosius. "

„ Hinc *à fortiori* Infertur contra Navarrum „ cap. 17. licitum esse, ex justa tamen causa, „ locare domum meretrici; etiamsi ob loci „ circumstantiam aliquis peccatum admitteret, „ quod minimè pepetraret, eo loco sibi non „ concesso, ut ratione situs, &c. vel si meretrix „ domum illam conducens, plurimum fœminis „ honestis vicinis noceret. "

Idem Diana *resol. 50.* „ An sit licitum dona„re judicis concubinæ, ut intercedat apud il„lum, quia ipsa pergeret ad colloquendum ju„dicem, & est mortale tatione scandali, cum „ exponatse vehementissimo periculo peccandi? „ Negativè respondet novissimè Sanchez.... *„ sed ego non minus probabilem affirmativam sen„tentiam esse existimo*, si negotium grave sit, „ videatque judicem non tibi esse propitium; „ speres autem intercessione concubinæ gratum „ fore: neque alia via appareat, qua possis „ illum ad servandum tuum jus inflectere: quia „ non petis aliquid quod ipsa licitè præstare non „ possit. Nam licet illa intercessione judex, vel „ concubina foveant amorem turpem, hoc tu „ non intendis, neque ullius nocumenti es cau„si. Hæc omnia docet Castropalaus, *tom. 1. tract. 6. punct. 15. num. 2.*

Idem *resol. 42.* „ Adduxi Franciscum Merol„lam *in disp. Theolog. Moral. tom. 1. disp. 2.* „ ubi sic ait. Ex his colligitur, quid dicendum „ sit de aurigis deservientibus meretricem ab uno „ loco ad alium, quum sciunt illam illuc petere „ ad peccandum. Hi enim regulariter excusan„tur à peccato: *quia adest causa non amittendi „ lucrum*, quod ex eo ministerio comparant. " *Ita ille, & ego.*

X. P. Patritius Sporerius, *tract. 5. in 3. præcept. Decal. c. 1. sect. 3. num. 92.* „ Peccant „ sine dubio mortaliter regulariter loquendo „ pictores pingentes valdè turpia, & obscœna: „ & multo magis histriones ejusmodi valdè tur„pia repræsentantes.... Dico autem *regulariter loquendo*: nam in casu raro, si tanta esset „ pictoris, vel histrionis necessitas, ut eo lucro „ indigeret ad victum, vestitum, vel *ejusmodi „ quid necessarium*, semel aut iterum licare, *do„nec alia victus ratio occurrat*, permittunt ali„qui Doctores cum Tamburino, dummodò „ absit periculum mortale luxuriæ delectationis „ venereæ. " Hæc opinio est plusquam laxa, ut suo loco dicetur. Secundum enim istos Theologos *regulariter loquendo* scandalum *valdè turpe, & obscœnum* non est licitum. Cæterum si victus, aut vestitus, vel quid ejusmodi urgeat, tum scandalum valdè turpe honestum erit, *donec alia victus ratio occurrat.*

CAPUT II.

Quid sit odium Dei, & proximi. De discordia, contentione, scissurate, & seditione.

I. ODium Dei duplex: alterum, quod in omni peccato includitur; alterum peculiare, quod describitur *aversio à Deo, qua voluntas Dium detestatur, prout peccata prohibet, punasque infligit.* Hoc Dei odium omnium scelerum gravissimum est, cum opponatur præstantissimæ charitatis virtuti secundum primarium ejusdem actum, nempè dilectionis divinæ. Suo genere mortale est, nec parvitatem materiæ excipit, sed solum venale evadere potest ex imperfecta deliberatione.

II. Odium proximi est expressa malevolentia, qua illi malum optamus. Est genere suo mortiferum; fieri tamen venale potest tum materiæ parvitate, tum imperfecta deliberatione; ut si leve malum proximo optas, aut si imperfecta deliberatione illud eidem cupias.

III. Licitum est abominari peccatorem, ut peccatorem, juxta illud Prov. 19. *Abominatur justi virum impium.* Tunc enim odio habetur peccatum, non homo. Nunquam enim licet optare malum homini, quatenus ejus malum est, neque affectu inefficaci: neque licet de ejusdem bono tristari, vel de malo illius gaudere, ut patet ex recensita capite superiori thesi proscripta ab Innoc. XI.

quendum, evangelicæ doctrinæ veritatem aut occultant, aut pigmentis, & lenociniis noxiæ benignitatis eamdem tempori, & genio accommodant. In hos Christus invehitur: *Qui me erubuerit, & meos sermones, hunc Filius hominis erubescet, cum venerit in majestate sua.* Luc. cap. 9. Non inficior prudentia opus esse, & dexteritate, atque interdum differenda, aut prætermittenda quædam ob varias circunstantias, dummodò id fiat charitate impellente, non cupiditate seducente.

IX. QUÆST. VI. *Dimittendane est justitiæ veritas propter scandalum vitandum?* RESP. Justitiæ veritas eas humanas actiones dirigit quæ proximum nostrum spectant, & quę jura cuique sua reddunt. Prælati, Superiores non raro altioris gradus, & dignitatis deliquentes corrigere negligunt ob futuri mali, & scandali timorem. Sed plerumque scandalum ipsum commentitium est. Frequenter populi scandalum gravissimum patiuntur, quod videant minutos delinquentes vel ob levia crimina severè plexos, & contra graviorum scelerum fontes impunitos, & indemnes á quacumque pœna, quia sunt alicujus gradus, & dignitatis.

X. QUÆST. VII. *Sunne temperalia propter scandalum dimittenda?* RESP. Vel sermo est de bonis alienis custodiæ nostræ commissis, aut de bonis propriis, ut sapienter 2. 2. *quæst.* 43. *art.* 8. Angelicus docet, resolvitque, bona aliena quorum nos custodes sumus, vel administratores, non esse propter scandala dimittenda. Contra, bona quorum nos domini sumus, sunt interdum propter scandalum pusillorum vitandum negligenda, aut alia via scandalum auferendum.

XI. QUÆST. VIII. *Opera spiritualia sunne propter scandalum, aut occultanda, aut differenda?* RESP. Opera quæ omnino ad salutem sunt necessaria, nunquam ob quodcumque scandalum sunt omittenda. Opera verò consilii, ut *pusillorum* scandalum vitetur, occultari interdum, & differri debent, nisi tamen inde majora sequantur mala. Quamobrem dum evangelicæ doctrinæ prædicatio multorum saluti necessaria est, dissimulari, vel negligi licite nequit, etiamsi inde aliqui pusilli scandalum patiantur. Scandalum autem *phariſæorum* contemnendum est.

XII. QUÆST. IX. *Quid de scandalo Naamani Syri dicendum?* RESP. Fuso calamo quæstionem hanc tractavi, *tom. 2. in Decal. Diſſ. 9. c. 7.* Paucis nunc illam perstringo. Textus sanctus hic est: „ Non enim faciet ultra servus tuus holocaustum, aut victimam diis alienis. Hoc „ autem solum est de quo deprecaberis Dominum „ pro servo tuo, quando ingredietur dominus meus templum Remon, & illo innitente super manum meam, si adoravero in „ templo, adorante eo in eodem loco, ut ignoscat mihi Dominus servo tuo pro hac re. „ Qui dicit ei: Vade in pace. “ Naaman spondet se nunquam in posterum sacrificaturum diis alienis. Verum quia adhuc erat regiæ addictus servituti, verebatur ne comitari Regem templum ingredientem deberet, illi ante idolum procumbenti manum porrigere, & cum illo procumbere, sicut antea solebat. Hoc factum timebat; ignorabat tamen, num id evenire deberet. Quemadmodum, qui in occasione proxima necessaria versantur, timent futurum lapsum, licèt verè contriti sint. Neque enim dixit Naaman *cum adoravero*, sed *si adoravero*. Cum Elisæus suum proselytum scrupulis, & angoribus agitarum spectaret, respondit: *Vade in pace*; ac si dixisset: Macte animo: nil tale eveniet. Esto robustus. Deus in cujus potestate sunt Regum corda, non permittet ut Regi procumbenti ante idolum inservias. Confide in Domino, *vade in pace*. Sic nos ipsi solari, & animare pœnitentes ab aliqua consuetudine prava conversos, & verentes relapsum ad aspectum amasię, vel alterius occasionis occursum, solemus. *Nolite timere filii: Dominum confidite, ipse qui incepit, perficiet opus suum.*

XIII. QUÆST. X. *Licitumne est idola, & thus ethnicis vendere, fana, & synagogas construere, & cætera ejusmodi, quorum malus prævidetur usus?* RESP. Affirmant plures, posse artificem gravissimo metu perculsum infideli petenti idolum construere. Hęc opinio falsa est. Constructio idoli, & ædificatio synagogæ, aut fani, opera sunt natura sua mala spectatis omnibus circunstantiis, cum nullum alium usum præter cultum superstitione pollutum habeant. Nullo itaque metu etiam amittendæ vitæ purgari á crimine valent. Similiter vetita est venditio idoli illi qui non ad domus ornatum, sed idololatriæ exercendæ causa illud emit. Peccant similiter qui ethnicis thus, Judęis agnum vendunt, dum certò, aut probabiliter prævidetur ejusmodi merces in superstitiosum usum adhibendas fore. Quæ hac de re docent plures, adversantur omnium antiquorum Patrum doctrinæ.

XIV. QUÆST. XI. *Graviterne peccant Christiani qui in Turcarum triremibus remigant adversus Christianos?* RESP. Disputant in utramque partem Theologi. Affirmantem sententiam probabiliorem judico, vero in sensu explicatam. Distinguenda sunt diversa remigandi tempora. Primum cum exploratum captivis Christianis est in pugna committenda victores Christianos futuros adversus Turcas. Secundum cum bellum est injustum, imminetque Christianis libertatis, bonorum, ac vitæ jactura. Tertium cum Christianis imminet dumtaxat bonorum externorum jactura, remigibus verò captivis vitæ amissio, aut membrorum mutilatio. In primo, & tertio casu licitè remigare captivos Christianos posse affirmant omnes. De secundo casu Theologi disputant: & sententia quæ gravis culpę reos captivos remigantes adversus innocentes Christianos damnat, mihi probabilior est. Quoniam nullo jure permissum est suppetias ferre alteri adversus innocentes, quos lædere crimen est. Peccant autem Turcæ bello injusto Christianos occidentes: peccant ergo, & Christiani auxilium Turcis prębentes in hac injusta actione. Nec video, qua ratione oppositæ opinio non

non contineatur in damnatione Innocentii XI. Si nequeunt famuli heros suos cymba pergentes ad constuprandas virgines adjuvare remigando, aut ascendentes per fenestras ad fornicandum, ad occidendum scalam tenere, vel humeris eos sustinere: qua ratione possunt captivi Christiani sua remigatione Turcarum classem impellere ad Christianorum perniciem? Remigatio indifferens est absolutè spectata, sicut tenere scalam, & humeris alium sustinere; at spectatis circunstantiis noxia est, ut innumeris patet exemplis.

XV. QUÆST. XII. *Licitumne est pecunias mutuo accipere á fœneratore parato ad furandum?* RESP. Respondeo 2. 2. *q.* 78. *art.* 4. S. Thomas his verbis. „ Inducere hominem ad peccandum nullo modo „ licet; uti tamen peccato alterius ad bonum, li„ citum est: quia & Deus utitur omnibus pec„ catis ad aliquod bonum, ut dicitur in Enchi„ ridio cap. XI. Et ideò Augustinus Publicolæ „ quærenti, utrum liceret uti juramento ejus „ qui per falsos deos jurat.... respondet, quod „ qui utitur fide illius, qui per falsos deos jurat, „ non ad malum, sed ad bonum, non peccato „ illius se sociat, quo per dæmonia juravit, sed „ pacto ejus bono, quo fidem servavit. Si tamen „ eum induceret ad jurandum per falsos deos, „ peccaret. Ita etiam in proposito dicendum est, „ quod nullo modo licet inducere aliquem ad „ mutuandum sub usuris; licet tamen ab eo, qui „ hoc paratus est facere, & usuras exerceat, mu„ tuum accipere sub usuris, propter aliquod „ bonum, quod est subventio suæ necessitatis, „ vel alterius. “ Homo necessitate pressus rem bonam, nempe mutuum petit: quod is nolit absque fœnore exercere sua culpa est, quæ in eo sistit, quæque actionem exteriorem accipientis non laedit. Remigatio á captivis Christianis peracta adversus innocentes Christianos, noxia est, quia spectat objectum exterius malum, nempè insontium Christianorum ruinam: ascensus per fenestras ad stuprandam virginem malus est, quia objectum pravum est. Mutuatio autem pecuniæ objectum bonum respicit, nempe indigentis proximi levamen. Hinc sublata necessitate, petere pecuniam etiam á fœneratore parato, peccatum est, ut probabilior sententia docet. Urgente, contra, gravi necessitate, licitum est mutuum petere á quocumque etiam non parato ad fœnera exercenda, tametsi pecuniam is credere nolit absque usura.

XVI. Mercator nequit pecunias fœnebres petere ad augendam, amplificandamque negotiationem: licitè verò eadem petere valet, premente necessitate gravi, á qua tollevetur, ut se, & familiam suam sustentet. Neque licet deponere pecunias apud fœneratorem, dum deponens prævidet eundem illas pecunias distracturum fore ad fœnerandum mutuatione usuraria. Similiter non licet vinum dare tabernario, dum certò prævidetur quod illud venditurus sit aqua mixtum. Si vinum alteri vendere nequeas sine gravi incommodo, te posse illud vendere prædicto tabernario, docent Sanchez, & Castropalaus. At in praxi vix occurrit ut venditor nequeat impedire ejusmodi injustas venditiones: quia tales tabernarios judici, vel communitati manifestare potest. Cæterum, si urgente necessitate pressus non posses aliis vinum vendere, tunc jure tuo uti posses, & permittere venditiones injustas.

XVII. QUÆST. XIII. *Licitumne est suadere illi, qui certo peccaturus est levius, ut omittat gravius crimen?* RESP. Negat probabilior, & mihi vera sententia: quoniam nunquam licet consulere malum, quantumvis minimum. Rogari delinquens potest, ut desistat á gravi scelere, permittendo minus, & leve; at hoc suaderi nullo modo potest. Quare non licet suadere parato ad furandum pauperi, ut furto furripiat pecuniam á divite, quidquid in oppositum dicant Molina, & Sanchez, ob rationem datam: quia nunquam permissum est consulere malum. Furtum autem divitis malum est, licèt gravius sit furtum factum pauperi.

XVIII. QUÆST. XIV. *Licitumne est invitare ad cœnam eum, qui solvere jejunium paratus est?* RESP. Negat communis sententia, quia invitatur ad actionem quæ attenta lege prohibente, & spectatis circunstantiis nequit á malitia separari. Peccatum autem est quempiam invitare ad actionem quæ omnibus inspectis objectivè noxia est. Quare nec famuli dominis, nec caupones hospitibus carnes ministrare licitè possunt jejunii tempore, nec bene pransis subministrare cænam valent, dum sciunt non esse aut dispensatione, aut necessitate exemptos á jejunio. In dubio favendum reo est, & præsumendum legitimè dispensatos esse.

XIX. Caupones excusantur vinum vendentes militibus ad ebrietatem abutentibus, cum denegare nequeunt sine vel vitæ, vel bonorum jactura: quia non tenentur cum tanto discrimine impedire peccata aliena. Hoc gravi periculo sublato, nequeunt caupones vinum vendere illis quos inebriandos prævident. Frequenter peccant venditores iiti, quoniam lucri causa vinum distrahere cupiunt. Parochus peccatori occulto publicè petenti Eucharistiam subministrare tenetur, ut scandalum publicum evitetur.

CAPUT IV.

De vano mulierum ornatu.

I. GRavissimam quæstionem discutiendam aggredior, cujus notitia apprimè Confessariis, & Concionatoribus necessaria est. Pauci quoad fieri potest eam perstringam.

II. QUÆST. I. *Ornarene mulieres se licitè malint?* RESP. S. Paulus 1. *ad Tim.* 2. inquit: *Mulieres in habitu ornato, cum verecundia, & sobrietate ornantes se.* S. Thomas 2. 2. *q.* 169. *art.* 2. *ad* 4. perspicuè hac de re differit. *Mulieres licitè se possunt ornare, vel ut conservent detentum sui status, vel aliquid superaddere, ut placeant viris.* Indumenta instituta sunt, non modo ad verenda tegenda, naturamque conservandam, tuendamque á frigore & æstu, sed etiam ad gradus distinguendos, & sexus. Quare viri nobiles, & magi-

IV. Quamvis nunquam licitum sit vel cupere, vel lętari de proximi malo, licet tamen affectu ineficaci aliquod malum temporale alteri optare, & de illo gaudere, quatenus malum hoc temporale conducit ad ejusdem bonum spirituale, puta ut à peccato desistat, ut ad meliorem frugem revocetur, ut *in* 3. *dist.* 30. *art.* 1. ad 4. S. Thomas docet. „ Quia charitas ordinem habet, & „ plus debet diligere quisque se quam alium, & „ propinquos quam extraneos, & amicos quam „ inimicos, & bonum commune multorum quam „ bonum privatum unius; potest aliquis salva charitate optare malum temporale alicui, & gaudere, si contingat, non inquantum est malum „ illius, sed inquantum est impedimentum bonorum alterius quem plus tenetur diligere, vel „ communitatis, aut Ecclesię. Similiter de malo „ temporali ejus, secundum quod per malum „ pœnæ impeditur frequenter malum culpæ. “ Hinc licitum est optare victoriam in bello justo, excidium Turcarum ob commune bonum Ecclesiæ, vel Principatus: licet optare malefactori pœnam infligendam à judice, ut desistat ab infligendo malo communitati, vel proximo. Summa tamen vigilantia opus est in ejusmodi desiderils, quantumvis inefficacibus, ne sub cummunis boni specie latitet vindictæ privatæ cupido. Similiter nunquam licet optare sibi, aut alii minus malum ad declinandum majus. Quamobrem graviter peccant, qui sibi mortem deliberatè cupiunt ad evitandas alias molestias.

V. QUÆST. I. *Estne peccatum proximo maledicere?* RESP. Qui deliberato animo grave malum proximo imprecatur peccat mortaliter. Mulierculæ, vilesque homines frequenter in has erumpunt imprecationes, & ut se excusent, iræ impetum allegant, quasi ira peccatum non esset. Quod interdum prævenire ira rationem queat, verum habet; verum frequenter ex prava consuetudine, & ex gravi negligentia cohibendi ram prorumpunt fœminæ, & homines in ejusmodi maledicta. Sępè dicunt, defervescente ira, sibi displicere, quod talia maledicta intorserint; sed hoc non est indicium ipsos non peccasse: Quoniam effusa ira mens deprehendit malum quod paravit, ideò tunc displicet. Parochi ergo, & Confessarii instruant ejusmodi homines, illisque ostendant necessitatem frenandi efferatam iræ belluam: quoniam eorum frequentia maledicta manant ex prava consuetudine irascendi; Hæc autem iniqua assuefactio eosdem non excusat, sed accusat. Ut deprehendere Confessarii queant graviter ne, an leviter deliquerint, expendant omnes circumstantias, animi deliberationem, scandalum, mali optati gravitatem, & cętera ejusmodi.

VI. QUÆST. II. *Quid sit discordia?* RESP. Est dissensio voluntatum à bono divino, & proximi, in quo convenire debent. Opponitur concordiæ, quæ corda, & voluntates unit. Genere suo peccatum mortale est. Deus enim *Proverb.* 6. detestatur eum, *qui seminat inter fratres discordias.* Requiritur tamen ut quis scienter dissentiat à bono Dei, vel proximi, *ut* 2. 2. *quæst.* 37. *art.* 1. docet S. Thomas. Quarè discordia non est quandò unus existimat fide bona hoc ad Dei honorem, & proximi utilitatem attinere, & alius secus judicat. Hoc enim contingit frequenter inter ipsos sanctiores viros.

VII. QUÆST. III. *Quid sit contentio?* RESP. Est verborum altercatio ad impugnandam veritatem; seu est *impugnatio veritatis cum confidentia clamoris*, ut inquit 2. 2. *quæst.* 38. *a.* 1. Angelicus, ubi opportunè ait: *Si autem contentio dicitur impugnatio falsitatis cum debito modo acrimoniæ, sic contentio est laudabilis.* Actimonia nunquam in personas, sed in solos errores debita parsimonia effundenda est. Actimonia hæc est veluti obsonium, quod magna prudentia, & moderatione adhibendum est præsertim in vocalibus disputationibus. Quandò enim homines mutuis disputant verbis, si immoderato vocum clamore perstrepant, si se salibus mutuò perfricant, facilè in criminosam contentionem desinit disputatio, quia personæ præsentes sunt. Dum autem scripto errores refelluntur, sępè auctores errorum, aut defuncti, aut absentes sunt; idcircò contentionis culpabilis periculum non est. Hinc est quod mitissimi patres, ut Augustinus, Bernardus, aliique, stilo salibus aspersо sæpè usi sunt. Tædet quippè lectorem frigidæ lectionis: ejusdem contra palatum acuit scriptum acrimoniæ moderatę pipere delibatum.

VIII. QUÆST. IV. *Quid sit schisma?* RESP. Est deliberata ab unitate Ecclesiæ separatio. Separatur autem quis ab Ecclesiа, dum aut communicare cum ejusdem membris, aut debitam præstare obedientiam Romano Pontifici illius visibili capiti refugit. Non omnis inobediens est schismaticus, quia deesse potest pertinacia. Omnis autem schismaticus est inobediens: sicut omnis hæreticus est schismaticus, non autem contra. Vix tamen in praxi hæc duo crimina, schisma, & hæresis, sejunguntur, ut 2. 2. *quæst.* 39. *art.* 1. *ad* 3. S. Thomas docet.

IX. QUÆST. V. *Quid sit seditio?* RESP. Est bellum aggressivum uulus partis Reipublicæ contra allam partem, vel contra proprium Principem. Peccatum mortale ex genere suo est, quia adversatur graviter paci, & unitati, atque communi bono. De bello, & duello agam in explicatione quinti præcepti.

CAPUT III.

De Scandalo.

I. QUÆST. I. *Quid, & quotuplex sit scandalum?* RESP. Est dictum, vel factum minus rectum prębens occasionem ruinæ spiritualis. Sub nomine dicti, vel facti omissio quoquè comprehenditur. Gravissima quippè scandala ingerunt qui in re gravi negligunt partes explere suas. Quæ heinc jacturæ, & spirituales ruinæ, incredibiles, & irreparabiles! Dicitur *minus rectum*, ut intelligamus non modò malum, verùm etiam speciem mali scandalum patere posse. *Prębent occasionem ruinæ.* Non requiritur ut ruina reipsa sequatur, sed sat est occasionem præberi spiritualis ruinæ, sive sequatur, sive non.

II. Scandalum duplex, activum, & passivum. Activum est illud quod describi, quodque committi tripliciter potest. 1. Directè, & formaliter, cum quis expresè spiritualem proximi ruinam intendit; hocque dęmonum scandalum appellatur. 2. Directè, sed non formaliter, dum quis alium ad peccandum inducit, non quod malitiam intendat, sed suam explere volens appetitionem. 3. Indirectè, quandò prævidetur, aut prævideri potest ex tali occasione proximum accepturum occasionem ruinæ spiritualis.

III. Scandalum passivum est ipsa ruina spiritualis illius qui scandalum patitur, accepta occasione ex dicto, vel facto alterius. Scandalum passivum cum activo sæpè conjungitur, ut cum quis dat, alter accipit peccandi occasionem. Interdum activum sine passivo est, ut cum quis præbet occasionem peccandi, alter verò tali occasione contempta, constans in virtute persistit. Scandalum passivum sine activo est, quandò quis ex occasione innocenti ansam peccandi, arripit, vel ex ignorantia, & infirmitate, & vocatur scandalum *pusillorum*; vel ex malitia, & dicitur scandalum *pharisaicum*.

IV. Ad scandalum in *dicto* situm revocantur cantilenæ, impudica colloquia verborum lenociniis, metaphoris, & allegoriis valdè significantibus tecta, verba contumeliosa, irridentia, seu quocumque modo injustè irritantia: item libri obscæni, vulgò *Romanzi*, *Novelae*. Poetę impudici, & similes, qui hodie dum vel ipsarum mulierecularum manibus teruntur. Picturæ lascivæ, & innumera alia facta quę proximo occasionem prębent spiritualis ruinæ, ad *facti* scandalum revocantur. Non requiritur ut peccans expressam intentionem habeat inducendi proximum ad pecandum; sed sat est ut actionem ponat; aut dictum proferat, quod suapte natura ad peccandum inducat. Hoc autem scandalum indirectum, & interpretativum nuncupatur.

V. QUÆST. II. *Utrum scandalum sit speciale peccatum?* RESP. Affirmant omnes esse peccatum peculiare distinctum ab ipso opere malo, & oppositum charitati. Quarè in confessione exprimenda est hæc duplex malitia, altera contra charitatem, altera contra virtutem cui opponitur factum, aut dictum pravum quod scandalum generat. Idque ex Scriptura Sancta patet. *Væ mundo à scandalis: necesse est enim ut veniant scandala: verumtamen væ homini illi per quem scandalum venit. Qui autem scandalizaverit unum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei ut suspendatur mola asinaria in collo ejus, & demergatur in profundum maris.* Matth. 18. Illa particula *væ* enormem scandali malitiam præfert. In altera particula, *væ mundo à scandalis*, Evangelista scandalorum multitudinem indicat. Maxima quippè Christianorum pars scandalorum causa damnatur. Mutuo sese homines, non secus ac leprosi, malitia inficiunt, & ad peccandum alliciunt. Quoquoversum grassatur, & ubique serpit scandalorum contagium. Blasphemiarum, & juramentorum clamositate terra resonat, & æther. Impudicitiæ virus verbis, vestitu, factisque sese effundit in oculos, in aures, ac intimos pervadit sensus. Inundant quoquoversum simoniæ, calumniarum, detractionum, oppressionum scelera, & sanę doctrinæ persecutiones, atque laxarum opinionum sensibus lenocinantium lues.

VI. QUÆST. III. *Quam grave sit declinandi scandali debitum?* RESP. Gravissimam obligationem, summamque vigilantiam adhibendam in scandalo vitando exprimit Christus Dominus *Matth. cap.* 5. his verbis: *Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & projice abs te*: & rursus *Marc.* 9. subdit: *Si scandalizaverit te manus tua, abscinde illam. Bonum est tibi debilem introire in vitam, quam duas manus habentem ire in gehennam.* Quid fortius, quid vehementius proferri à Christo poterat, ut exprimatur gravissimum vitandi scandali debitum? Heinc collige quam adversentur doctrinæ Christi opiniones quorumdam qui variis distinctiunculis, & ineptis commentis scandali remoti, & proximi frequenter Christianos fovent, & obstinant in peccandi occasionibus.

VII. QUÆST. IV. *Reticendane est veritas vitæ, ut scandalum vitetur?* RESP. Triplicem veritatem distinguit Angelicus 2. 2. *quæst.* 43. *art.* 7. *ad* 3. vitæ, doctrinæ, & justitiæ. *In veritate vitę, doctrinæ, & justitiæ non solum comprehenditur id quod est de necessitate salutis, sed etiam id per quod perfectius pervenitur ad salutem.* De his tribus sermo erit: nunc vitæ veritas explicatur, quæ sita est in humanarum actionum ad Christi vitam, suamque divinam legem conformitate. Hæc divina lex altera adfirmans, altera negans est. Numquam violare licet præceptum juris naturalis negativi propter scandalum vitandum. Præceptum juris adfirmantis dimitti interdum potest ob scandalum vitandum. Hac ratione omittitur præceptum correctionis fraternæ, cum prævidetur fratrem pejorem evasurum fore, quia tunc præceptum non urget. Nunquam omittenda sunt opera bona ob scandalum pharisaicum. Opera necessaria omninò ad salutem nunquam negligi queunt ob quodcumque scandalum etiam pusillorum. Opera verò bona sine quibus assequi æternam salutem possumus, occultari, vel differri interdum possunt, & debent, ut scandalum pusillorum vitetur, donec isti instruantur.

VIII. QUÆST. V. *Estne doctrinæ veritas reticenda, ut scandalum vitetur?* RESP. Doctrinæ veritas, aut voce, aut scripto prædicanda est, præsertim cum ex opinionum fallitate detrimentum imminet morum integritati. Præceptum confitendæ veritatis, & spiritualis eleemosynę tunc urget. Quarè graviter peccant Concionatores, Theologi, & Confessarii, qui vel vano timore correpti, vel captandæ popularis auræ spe allecti, vel ob mundi favorum conse-

gistratus cultoribus præ aliis utuntur vestibus. Mulieres quoquè nobiliores elegantius quam plebejæ ornare se licitè valent, vel ut maritis placeant, vel ut nuptias ineant.

III. QUÆST. II. *Immoderatus mulierum ornatus improbatur ne à Scriptura sanctâ?* RESP. Vehementes & accertimæ sunt Prophetarum declamationes adversus superfluum, & inverecundum mulierum ornatum. Isaias *cap.* 3. hæc habet: *Et dixit Dominus: Pro eo quod elevatæ sunt filiæ Sion, & ambulaverunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, ambulabant pedibus suis, & composito gradu incedebant; decalvabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crinem earum nudabit. In die illa auferet Dominus ornamentum calceamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, & mitras, & discriminalia, & periscelidas, & murenulas, & elisatheriola, & inaures, & anulos, & gemmas in fronte pendentes, & mutatoria, & palliola, & linteamina, & acus, & specula, & sindones, & vittas, & theristra. Et erit pro suavi odore fetor, & pro zona funiculus, & pro crispante crine calvitium, & pro fascia pectorali cilicium.*

IV. S. Petrus *cap.* 3. his verbis muliebrem ornatum coercet. *Quarum non sit extrinsecus capillatura, aut circumdatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus.* S. Paulus 1. *ad Tim.* 2. inquit: *Non in tortis crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veste pretiosâ, sed quod decet mulieres promittentes pietatem.* Plurima alia Scripturarum oracula contra vanas mulierum pompas prætereo.

V. QUÆST. III. *SS. Patres detestanturne muliebres pompas?* RESP. Integros libros ediderunt Tertullianus, Cyprianus, Chrysostomus, Augustinus, Hieronymus, cæterique Patres contra mulierum ornamenta. Numquid SS. Patres adeò vehementer invecti essent in muliebres pompas, nisi criminosæ istæ essent? Tertullianus *lib. de Cult. fœm. cap.* 11. inquit: *Propter ipsum etiam conventum, & mutuum videre, ac videri pompæ in publicum proferuntur, ut aut luxuria negotietur, aut gloria infelescat.* S. Cyprianus *lib. de Discipl. & hab. virg.* clamat: *Si te sumptuosius ornas, & per publicum notabiliter incedas, oculos in te juventutis illiciat, suspiria adolescentum possis trahas, concupiscendi libidinem nutrias, suspicandi fomenta suscendas, ut, etsi ipsa non pereas, alios tamen perdas, & velut gladium te, & venenum videntibus præbeas, excusari non potes, quasi mente casta sis, & pudica.* Brevitatis gratia mitto aliorum Patrum testimonia.

VI. QUÆST. IV. *Peccantne mulieres fucis, & flibio vultum adulterantes?* RESP. Affirmant omnes. Tertullianus *loc. cit. cap.* 5. acriter invehitur adversus tantam corruptelam. *In illum etiam delinquunt, quòd cutem medicaminibus ungunt, genas rubore maculant, oculos fuligine colliniunt. Displicet illis nimirum plastica Dei. In ipsis redarguunt, & reprehendunt artificem omnium. Reprehendunt enim cum emendant, cum adjiciunt, utique ab adversario artifice sumentes additamenta ista, idest diabolo... Vidi quasdam & capillum croco vertere. Pudet eas etiam nationis suæ, quod non Germanæ, aut Gallæ flat proteritu: ita patrium capillo transformat.* Etiam Tertulliani tempore mulieres Gallæ cæteris luxu, vanitate, fucis, stibiis, & cerussa præibant.

VII. Cyprianus *lib. de Hab. virg.* similia habet. *Dicit Deus: Faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram. Et audet quisquam mutare, & convertere quod Deus fecit? Manus Deo inferunt, quandò id quod ille formavit, reformare, & transfigurare contendunt, nescientes quod opus Dei est omne quod nascitur; diaboli quodcumque mutatur.*

VIII. Missis Ambrosii, Hieronymi, Augustini testimoniis, S. Thomas 2. 2. *q.* 169. *art.* 2. *ad* 2. hæc docet: *Mulierum fucatio... non potest esse sine peccato... Nisi semper tamen talis fucatio est cum peccato mortali; sed solùm quandò fit propter lasciviam, vel in Dei contemptum.* S. Bernardinus Senensis cum Alexandro Alensi *tom.* 1. *serm.* 47. *a.* 1. hæc scribit. *Mulieres se minio linientes, aut adulterinos crines portantes propter tria mortaliter peccant.... Quæritur enim Alexander de Ales in* 4. *dist. de Euch. Sacram. Utrùm fucatæ, aut adulterinos crines seu vivorum, seu mortuorum ad ornatum sibi usurpantes debeant accedere ad sacram Communionem? Et respondet, quod tales mortaliter peccant, & indignas se efficiunt sacræ Communioni. Et hoc esse dicit maximè propter tria, quæ indè sequuntur. Primò offensio Dei, secundò offensio proximi, tertio offensio sui.* Hæc pauca delibasse sufficiat ex plurimis quæ afferre ex Patribus debuissem.

IX. QUÆST. V. *Quid hoc de argumento docerent nonnulli?* RESP. P. Diana *tom.* 7. *coord. resol.* 9. *n.* 6. de Ornatu mulierum hæc scribit: *Sed ego puto non peccare, etiamsi essent superfluus, & maximus, dummodò sit secundum morem patriæ.* Patriæ ergo consuetudo derogare Scripturis sanctis, omnium Patrum doctrinæ, & ipsi naturæ, quæ á superfluis abhorret, potest.

X. P. Lessius ad Scripturarum, & Patrum testimonia *lib.* 4. *c.* 4. *dub.* 14. *n.* 114. respondet. *Scriptura illæ vel continent exhortationem, cum nullum verbum præceptivum habeant: vel si continent præceptum, agitur de illis, quæ se ornabant ut aliis placerent, ut notat D. Thomas in Gloss. vel certè propter ædificationem ethnicorum expediebat illo TEMPORE PRÆCIPI.* Admissa hac methodo interpretandi Scripturas, istæ in fumum occidunt. Expediebat *illo tempore* præcipi honestum, & pudicum mulierum ornatum, secus nostro? Quidni & ad alia pluta divinæ Scripturæ oracula simile venustum præberi responsum poterit? Temporaneæ ergo sunt divinæ præceptiones? Exortationes sunt, non præcepta? Clamat in oppositum universa Patrum traditio. Verum commentum istud adeò vanum est ut seipso corruat.

XI. QUÆST. VI. *Quandonam mulierum ornatus censendus sit superfluus, & mortiferus?* RESP. Ex variis capitibus mortiferus esse potest mulierum ornatus. 1. Ex nimio affectu ostentandi pulchritudinem. 2. ex pravo fine placendi, & accendendi libidinis ignem. 3. ex effectibus. Non solvuntur debita, non erogantur eleemosynæ, de-

defraudantur artificum mercedes, patrimonia prodiguntur. Mulieres vano ornamento addictæ frequentissimè castitatem prostituunt, & sub splendidissimo vestium apparatu putidissima scorta occultantur. Nam communiter homines familiarum teditus non ignorant: heinc conspicientes uxores tot pompis onustas inferunt eadem meretricio sibi acquirere, undè pomparum splendore refulgeant.

XII. Certa, & præcisa regula designari nequit, quandonam superfluus mulierum ornatus sit peccatum mortale. Illud tamen certum est frequentissimè mulieres peccare mortaliter in hoc genere, maximè tempore nostro ob continuas fœminarum, & virorum conversationes. Eo enim hujusmodi fœminæ studia sua conferunt, ut his in congressibus refulgeant, & singulæ præstare cæteris studeant in peregrinis vestium formis. Malitia istius ornatus, non tam ex superfluo pretio, & valore vestium, quam ex vana, & immodesta ornamenti forma colligenda est. Vestitus enim pretiosus esse potest, elegans, magnique pretii; & simul pudicus, & verecundus, ut contingere in nobili matrona, & principe fœmina potest. Verùm communiter harum fœminarum vestitus vanus, immodestus, & impudicus est, quique evincit fœminas istas effrontes, superbas, & expudoratas esse: fœminæ istæ sunt concupiscentiæ flabella, pudoris, & castitatis prostigatrices, & civitatum scandala, atque perpetuum murmurationum argumentum.

XIII. Cajetanus in hac materia nimium laxavit habenas, & laxam doctrinam docet. Benigniores plures ultrà progressi sunt. Negligenda est, præsertim in hac materia, istorum lectio, & divinatum Scripturarum, atque SS. Patrum doctrina pre oculis habenda est. An Scripturæ, an Patres tam vehementer adversus has fœminarum illecebras, & lenocinia invecti essent, si ornatus earumdem indifferens, vel levitèr noxius esset?

XIV. Opportunissima est argumentatio Dionysii Carthusiani, qui *Tom.* 1. *oper. art.* 14. hæc scribit: „ Sancti Patres, & gloriosi, illuminatissimique Doctores contra ornatum superfluum, & „ exquisitum, curiosum, superfluumque vestitum „ tam rigorosè non scriberent, nisi in eis mortalem culpam existere judicassent. Venialia quippè peccata talem reprehensionem, & condemnationem non promerentur. Hinc quidam Nobilis scribit in suo tractatu: Mulieres inanitee „ ornantes plus sibi nocent, quam aliis: quia „ mortaliter peccant, etiamsi non alliciant alios... „ Præterea si mulier nec appetat virum, nec appetì cupiat, indiscrete tamen, & inordinate „ ornatum suum, pulchitudinemque ostendat; „ laqueum aliis injiciendo, mortaliter peccat; „ quemadmodùm in Ecclesiastico scriptum est. " Qui laqueum alteri ponit, peribit in illo: & qui fodit foveam, incidet in eam.... *Denique Apostolus jubet*: Mulier debet habere velamen super caput suum propter Angelos, „ idest Sacerdotes, & Cle„ ricos, spiritualesque viros, ne cadant per eam. „ Præcedenti quoquè articulo ex verbis sancto„ rum Cypriani, Hieronymi, Chrysostomi, atque „ Ambrosii est probatum, quod mulieres, & „ virgines se ita ornantes, & ostendentes præbent „ viris, & juvenibus peccandi fomenta, incita„ menta libidinis, & veluti gladium, ac venc„ num intueantibus se exponunt. Insuper Hiero„ nymus ait: Nitor, ornatus, & species mulieris „ ignis est juvenum, fomenta libidinum, impu„ dicæ mentis indicium. Quomodò potest sua „ peccata deflere quæ cutem nudat, & fucos in „ faciem ducit? Ornatus iste non decor Dei, sed „ velamen est antichristi. Qua fiducia vultus ad „ cælum erigit, quos Conditor non agnoscit?

XV. B. Henricus *Suso* O.P. evangelicæ pœnitentiæ prodigium, ac divinæ Sapientiæ lumine magnopere illustratus, in suo Tractatu quem inscripsit *Colloquia spiritualia JESUM inter, & F. HENRICUM SUSONEM, cap.* 10. hæc docet. „ Sed „ insuper recogita, quo sint prolapsæ mulieres, „ & quam à fœmineo sexu his temporibus timor, „ ac honor Dei contemnatur, atque pessunde„ tur. Quippè tot in mundo reperiuntur mulie„ res, quæ pudore omni exutæ, præ viris ipsis „ impudicæ sunt, & effrontes. Mulieres honestas, „ pias, ac religiosas non alloquor; sed illas, quæ „ mundo deditæ, verbis, factis, vestibus, mo„ ribusque tempus terunt, corda, & sensus ho„ minum amoribus immolant, plusque viris „ quam Deo placere student. Hæ sunt latronum „ speluncæ, voragineque infernales. Illarum fla„ gitia Deus dissimulat, magnaque illas patien„ tia sustinet absque ullo profectu. Ipsę interim „ honestæ, moratæque matronæ haberi volunt; „ & tamen fœtidius Deo olent, quàm publica „ scorta. Quoniam hæc sæpiùs saltèm tremunt, „ atque in timore, & tremore vitam agunt, sæ„ que salutis angore percelluntur. Verùm illæ „ fronte fracta, magnaque perditionis viam se„ curæ obambulant, atque impotenti, & tacita „ inhonestate captę, in tremenda Dei, suarumque „ animarum cæcitate ducunt dies suos. Quare „ carliores dæmonibus sunt, quam meretrices. „ Quippè superbis indutæ vestibus prodeuntes, „ gestu, incessu, verbis, oculis semper impu„ dicę, & inhonestę plus incitant, & movent „ homines ad venerem quam fœminę prostitutę. „ Qua ratione plures illarum quam istarum leno„ cinio animas lucrantur diaboli. Credas mihi „ velim, centum letalia crimina animo in dies „ singulos ab his pepetrari: nec propterea, vel „ unum dignoscunt; sed pudicas, benèque mo„ ratas sese reputant. Et tamen quot juvenes, „ quot viri illarum pulchritudine, ac tam liberę „ impudicitiæ prospectu obcæcati deliberato ani„ mo eadem concupiscunt; quod sæpius accidit, „ etiamsi assequi illas nequeant. Quapropter om„ nium istorum consensionum, ac letalium cri„ minum reæ sunt, & participes fœminæ istæ. „ Quoniam lasciva veste, incessu impudenti, „ oculisque impudicis peccandi occasionem vi„ dentibus præbent, & ansam eadem percupien„ di. Quin, si homo has mulieres vanas in pla„ teis, & in templis spectans, ita ad libidinem „ accendatur, ut ignem extincturus prostibula „ pe-

„ petat, omnibus his flagitiis obnoxiæ sunt miseliæ istæ; quamvis credere hoc, neque intelligere velint. Scito morte instante, dæmonem in illarum mentis oculos superbiarum, delectationum, indignarumque vanitatum, & aliorum scelerum, quæ numquam agnoverunt, spectra ingerere, ut securius in desperationem, & æternæ mortis abyssum illas detrudat. Nec earum saluti prosunt pascha-„ lia sacramenta, nec sacra viatica, eo quod „ in vita sacramenta suscipiunt animo perteve-„ randi in luxus, pomparum, pravarumque „ consuetudinum abusu. Nec in mortis extremo „ peccatorum, quæ propria malitia ignorant, „ recordantur. Idcirco me in corde sordido, „ putridoque recipiunt; melliusque illis foret „ centum militia dæmoniorum, quam Deum „ vivum, tremendumque in pectus mortali cri-„ mine pollutum admittere. SED VÆ CONFESSARIIS, *qui has miseras, infelicissimasque* „ *mulieres illuminari negligunt.*“

XVI. Auditis, o Confessarii, sanctarum Scripturarum, Patrum, & graviorum Theologorum testimonia. Facessant ergo distinctiuncutæ, quibus nonnulli mundum sociare cum Evangelio contendunt. Pompis renuntiarunt in professione Baptismatis Christiani. Quænam sunt pompæ istæ? Non sanè aliæ nisi quæ mundanam redolent vanitatem, quæ hominum corda emolliunt, quæ concupiscentiam accendunt. Cedo. Si mulieres christianæ promittissent Satanæ, & mundo se pompas exquisitiores sectaturas fore: si spopondissent toto studio, & omni vitium conatu se operam navaturas luxui, fastui, ambitioni, & vanitati, an infantiæ impotentius possent? An mulieres mahometanæ, paganæ, lutheranæ, vaniores, ambitiosiores, & effrenatiores fœminis catholicis? Quid ergo in Baptismate Christo promiserunt? Quænam est professionis renuntiandi pompis, & operibus Satanæ obligatio? Quinam significatus? Væ, væ Confessariis, qui vanas istas, & theatrales matronulas, expudoratas, atque profligati christiani pudoris fœminas ad Christi sacramenta admittunt.

XVII. QUÆST. VII. *Peccantne mortaliter fœminæ nudato pectore incedentes?* RESP. Plures recentiores innoxiam à gravi culpa defendunt hanc uberum nuditatem, si sit secundum morem patriæ. Hanc opinionem falsam, improbabilem, & laxam existimo. Patriæ mos merum commentum est. Quid? Mos Patriæ honestabit corruptelam scandali plenissimam, atque à divinis Scripturis, à Patribus, & à Theologis improbatam? Si divinæ Scripturæ, & Patres omnes velari mulieris caput jubent; si intortos & cincinnatos crines damnant: quæ zeli jacula non intorquerent in hanc putidissimam consuetudinem? Tantæ impudentiæ non meminerunt Patres, quia illorum tempore adeò procaces, & effrenatæ fœminæ non erant. Continuò ac apparuit impudicissimus abusus, eumdem execrati sunt omnes viri Dei.

XVIII. Paucis rem perstringo. Ille muliebris ornatus jure naturali, & divino vetitus asseritur qui libidinis illicium est, & procacitatis argumentum. At nuda ubera ad venerem viros provocant: ergo vetita est earumdem exerta ostensio. Nec refert quòd vaferrimè, & impudicè fœminæ fasciolis nigellis, & translucidis mammillas ornent: quia non occultant, neque operiunt, sed his præstigiis magis irritant, & alliciunt ad contemplationem. Velamina illa sunt diabolica irritamenta, quę efficaciùs accendunt curiositatem. Nec blateres, invecta consuetudine, mammillas istas nudatas vim ammittere alliciendi, & accendendi libidinem, quia quæ familiaria sunt minùs movent. Delira quippè hæc sunt, & insanientium spectra. Epulæ lautæ familiares, & quotidianę numquid vim amiserunt irritandi fumelicos? Appetitiones humanæ usu non coercentur, sed roborantur, & saginantur. Sola abstinentia, & á periculis, & irritamentis subtractio concupiscentiam in servitutem redigit. Mos itaque, vel consuetudo quæ obtruditur, abusus est detestabilis, & profligatæ honestatis, & impudicitiæ monumentum. Denegent ergo Confessarii mulierculis istis quæ per publicas vias prostitutionis, & scortationis vexilla explicant, absolutionem.

XIX. QUÆST. VIII. *Peccentne fœminæ, quæ se conficiendas præbent viris à quibus se turpiter amandari prævident?* RESP. Si mulier nulla justa causa necessitatis, vel utilitatis ducti, domo egrediatur, prævideatque se turpiter ab hoc, aut illo viro amandam fore, graviter peccat juxta communem Theologorum sententiam. Nec voluntas exercendę libertatis ratio justa est, quę à culpa eam liberet. Libertas quippè humana charitatis legibus subjecta est. Charitas autem jubet, ut spiritualis proximi jactura vitetur, præsertim cum id prætati absque gravi detrimento potest. Nec loco notabilis detrimenti haberi impedimentum breve propriæ libertatis valet. Alia ergo ratio præter exercitium propriæ libertatis assignari debet, ut licitè hoc in casu egrediatur. Legitima autem causa egressus esset necessitas eundi ad Ecclesiam, invisendi infirmos, tractandi propria negotia.

XX. Distinguendum est tamen scandalum pusillorum á scandalo pharisaico. Ut illud evitet mulier, quandò prævidet se turpiter amandam ab hoc determinato viro, debet pro aliqua vice vel omittere sacrum, vel aliam adire Ecclesiam, vel differre auditionem Sacri: quoniam præceptum vitandi scandali prævalet præcepto audiendi Sacri. Verùm in praxi rarò hoc contingit, quia rarò scandalum pusillorum, qui vel ex ignorantia, vel ex mera imbecillitate peccent, contingit. Peccant enim communiter ex malitia, atque adeo scandalum est *pharisaicum*, quod juxta omnes contemnendum est, quandò vitari nequit sine ordinis perturbatione. Puella, & mulier formosa prævidet se ab aliquibus in tali convivio turpiter amandam, quia scit illuc interventuros fore aliquos impudicos viros libidine æstuantes; si absque gravi incommodo abstinere tali convivio potest, tenetur se continere, quia præceptum charitatis urget, ut vitetur periculum peccati mortalis perpetrandi à proximo, dùm id præstari potest absque notabili detrimento. Lege plura *Tom. 11. in Decal. Diss. IX. c. 10.*

XXI. QUÆST. IX. *Peccantne mortaliter mulieres, quæ pallidum suos sibi inservire permittunt, & illorum familiari colloquio fruuntur, dum ex pluribus indiciis probabiliter colligunt illos erga se veneris amore flagrare?* RESP. Affirmant omnes, mulieres istas letaliter peccare, quamvis ipsæ alienæ omnino sint à quacumque libidine, quia cooperantur aliorum peccato, & scandalum præbent. Quare mulieres, & matronulæ ætatis nostræ, quæ venustulos, & bellulos suos clientes, & veneris candidatos quotidiè ad familiaria colloquia excipiunt, ad latera assidentes habent, eorumque fruuntur servitute in incessu, ascensu, & descensu: mulieres, inquam, istæ, in data hypothesi, sunt in continuo peccato mortali. Aut resipiscant igitur, aut sacramentis vale dicant, ne quotiès sic recipiunt, sacrilegia multiplicent. Confessarii verò secum putent, absolutionum quas fictis pœnitentibus impertiti fuerint, duram æterno Judici reddendum esse rationem.

XXII. QUÆST. X. *Licitumne nautis, & aurigis heros deferre in domum concubinæ, vel concubinum in domum heri?* RESP. P. Diana *Tom. 7. coord. tract. 5. resol.* 42. frequenter contingere hunc casum testatur, & cum Merola adimmantem opinionem defendit. Hæc opinio falsa mihi est, & contenta in thesi 51. proscripta ab Innocentio XI. de *Famulis* adjuvantibus herum suum ascendentem per fenestram ad fornicandum: quę thesis supra relatipta est. Nisi hoc officium nautæ, & aurigæ præstent, lucrum amittunt, inquit Diana. Ne egregia ratio! Quando nautæ, & aurigæ evidenter sciunt hanc esse concubinam, ec herum exercere concubinatum, adjuvant herum, & influunt in fornicationes natura sua malas. Sporer *tract. 3. in Decal. cap. 1. sect. 3. num. 99.* has actiones esse licitas cum Diana, Tamburino, Castropalao, aliisque contendit.

XXIII. Sed auctores isti fallantur: quia licèt actiones istæ præcisè à circumstantiis indifferentes sint, in casu tamen exposito turpes reipsa sunt, ut patet ex eadem thesi damnata de famulis, qui adjuvant herum ad fornicandum.

XXIV. QUÆST. XI. *Possuntne deferri litteræ amatoriæ ad amasiam amici?* RESP. Negat absolutè P. Tamburinus *lib. 3. in Decal. c. 1. §. 4. n. 20.* subdit vero continuo: *Fatur tamen, si ibi magis esset suspiciendi amicitia, ac vere timeret eam amittere, excusari te posse: quia tunc notabilis incommodi species accedit.* Hæc doctrina mihi falsa est, sicut alia quam ibidem auctor docet, de iis qui ex officio humeris deferunt, quos probabiliter à peccato mortali excusat, dùm puellam conducunt ad lascivum adolescentem, dummodo non placeat illis peccatum, & faciant obsequia prædicta ob bonum finem, puta ob justam mercedem. Addit Tamburinus: *Si hi vectores, seu bajuli, adeo sint religiosi, ut nolint se, suosque operas locare in ejusmodi vectationibus, facile in suo lucro notabiliter ladentur.* Ut mea mihi anima præstet opinio, doctrina hæc scandalum ingerit. Peccat maritus dum uxori occasionem peccandi præbet, ut eam deprehendat in adulterio; licèt permittere possit adulterium quod impedire nequit, ut uxor deprehensa in actuali delicto resipiscat. Vetitum quoque est deferre litteras amatorias turpia continentes, aut liberum provocantem ad duellum, quidquid in contrarium effutiant nonnulli: quia tales participes fiunt peccatorum.

XXV. QUÆST. XII. *Licitumne est meretricibus inservire, eas ad domum amasii comitari, januam amasio aperire, lectum sternere?* RESP. Layman, Taoburinus, Sporer, Caramuel, aliique Probabilistæ laxam, & aliqui laxissimam doctrinam hoc de argumento docent. Pauca verba ex Caramuele transcribo. *Possunt famuli tuæ conscientiæ meretrices, aut pellices mensa ministrare, cibos non solùm communes, sed & calidos, & provocantes ad venerem condire, & lectum privatum sternere.... Non est peccatum mortale domino, & pellici alibi rem habituri, aut lectum procurare hospitio, aut parare vestiarum solito, aut floribus sulcire. Ratio est, quia aliud est fornicari, aliud ministerium in ipsa fornicatione habere delectationem in genere luxuriæ.* Lege *Tom. 2. in Decal. Diss. 9. c. 12.* ubi laxa theoremata quorundam auctorum invenies.

XXVI. Ad quæstionem respondeo, non modò non posse famulos, & ancillas licitè aperire januam amasio ingredienti ad fornicandum cum sua pellice, neque eam adducere in domum heri, aut facem præferre, illam comitari, sternere lectum; sed dico, nullo modo licitum esse famulari, vel inservire meretrici. Serio expende verba propositionis damnatæ, & præsertim illa, *aut quid similis cooperandi*; & indè colliges oppositam opinionem plurium esse proscriptam. Quid quod ipsi Scriptura sancta hanc famulatum vetat, & execratur? *Recedite à tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne involvamini in peccatis eorum.* Num. 16. Rursus Isaias c. 1. clamat: *Recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere, exite de medio ejus.* & Jerem. c. 43. *Fugite, & salvate animas vestras.* Undè sic arguo.

XXVII. Malorum cohortium declinandum Deus jubet. Dicant nobis, qui famulatum meretricibus exhibitum licitum docent, an iis consortium meretricio pejus, & societas scelestior? Reponunt, ancillas famulari meretricibus, non quatenus meretricibus, sed quatenus mulieribus: eisdem subservire non in meretricio, sed in rebus indifferentibus, ut sunt cibos coquere, domum verrere, lectum parare, & id genus cætera. Istos. At dum hęc ancillæ præstant, numquid non habitant in domo Babylonis, in tabernaculis impiorum, in domibus scortorum, undè recedendum esse Scriptura sanctæ imperant? Navarrus, inquit novissimus quidam scriptor, benignius loquitur, & *quidem fortè*, subdit, *in aliquibus circumstantiis posse inveniri excusatos.* Hic scriptor frequenter dubitans, & verecundus perniciosam animabus benignitatem insinuat. In nulla cir-

circumstantia ancillæ christianæ famulari meretricibus licitè possunt : quoniam & divinæ Scripturæ & lex naturalis jubent , ut ab iniquorum consortio, & societate fugiamus. Idem dicendum de famulis , qui inserviunt publicis usurariis, quos laudatus scriptor excusat , dum numerant pecunias dandas , cum timent ejectionem à servitio , & difficultatem inveniendi alium herum. Famuli isti nequeunt licitè publicis usuratis in fœnebri nundinatione inservire. Idcirco dimittere continuò famulatum debent , & alia via vitam sustentare.

XXVIII. QUÆST. XIII. *Licitumne est locare domum meretricibus?* RESP. Admittunt communiter Probabilistæ Sanchez , Azorius , Diana, Vazquez, Castropalaus , Tamburinus , Salmanticenses , Sporer , & alii. Novissimus quidam scriptor eamdem opinionem defendit , quando domus sit in loco civitatis non multum frequentato , & valdè exposito, & alioquin locator gravaretur , quia tenuis fortunæ , nisi domum locaret : quoniam domus non conceditur ad peccandum , sed ad habitandum. Hæc sunt lenocinia, quibus animæ venenum obtegitur. Etiam Benignistæ, qui defendebant thesim proscriptam ab Innocentio XI. dicebant , famulos tenere scalam, & adjuvare herum non ad fornicandum , sed ad ascendendum. Citati auctores , ut veritatem obscurent , sophisticè loquuntur. Quis inficiatur licitam esse locationem domus ad habitandum? Disputatur nunc utrum licitum sit locare domum meretrici , quæ in præfata domo lupanar aperire , & corporis sui prostitutione quæstum facere intendit. Hoc autem illicitum , & vitiosum asserimus. Permittunt Principes meretrices. Quid inde ? Si illicita est locatio domus meretricibus facta , sicut permissio Principis non purgat à crimine meretricium , ita neque domus locationem ; nisi fortè in remotioribus locis jam ab ipso Principe pro solis meretricibus specialiter deputatis.

XXIX. Quod dictum de meretricibus est, idem de fœneratoribus publicis , & de lenonibus dicendum , atque de illis qui vestes , lectisternia & totius cubiculi ornamenta meretricibus locant , ut optimis vestibus indutæ , & eleganti ornatu splendidæ dilectores excipere scortatores valeant. Quid ? An non licèt meretricem vestire , & lectulum , in quo dormiat , præbere ? Licet sanè. Sed aliud est induere pauperem , aliud fulgida locare ornamenta ad meretricandum. Primum officium est charitatis , alterum nundinatio iniquitatis.

XXX. QUÆST. XIV. *Licitumne est commodare alicui cubiculum ad fornicandum?* RESP. P. Diana, *resol.* 48. adhæsit antem opinionem defendit his verbis : *Vir nobilissimus instanter ab amico domum ejus ad meretricandum petebat ; & si hoc illi denegasset , in gravissimum damnum incidebat. Consuluit , an peccaret hoc faciendo? Et respondi negativè. Quia commodare cubiculum ex objecto non est intrinsecè malum.* Commodare cubiculum , non modo ex objecto non est malum , sed bonum. Commodare verò ad fornicandum scelus est flagitiosissimum. Non minus laxa est opinio quam idem P. Diana defendit , allegatque pro ea Castropalaum , inquiens licitum esse donare judicis concubinæ , ut apud eumdem intercedat.

XXXI. QUÆST. XV. *Pingens concubinę imaginem dandam amasio , perpetranæ peccatum scandali ?* RESP. P. Sporer *tract. 5. c. 1. sect. 3. n. 93.* citans Tamburinum, Dianam , aliosque Probabilistas docet , posse pictorem concubinæ imaginem pingere amasio gravissima urgente necessitate , puta metu mortis , mutilationis , & alterius similis mali. Hanc opinionem defendunt etiam Salmanticenses , qui citant Azorium, Sanchez , Castropalaum , Bonacinam , & alios. Et loquuntur eo in sensu in quo pictor scit se pingere concubinæ imaginem illius amatio , quem probabiliter prævidet abusurum eadem fore ad venerem sibi accendendam. Hæc opinio sua manifesta laxitate seipsam destruit , quin egeat confutatione.

XXXII. QUÆST. XVI. *Licitène pictores imaginis turpes depingunt ?* RESP. Absolutè negant omnes. P. Sporer *loc. cit. n. 92.* refert Tamburinum cum aliis junioribus docentem posse licitè pictorem pingere *valdè turpia , & obscœna semel , aut iterum* ; si tanta esset pictoris necessitas ut eo lucro indigeret ad victum , vestitum , & aliud hujusmodi. Hæc opinio falsa est , & scandali plena. Licitum ergo erit secundùm istos peccare *semel , aut iterum* ad victum , & vestitum comparandum ? Quod quam sit absurdum , nemo non videt. Regulæ præcisè definiendi , quæ sit pictura obscœna , designari nequeunt. Puellæ venustæ imago vultu , mamillis , pectore vividis coloribus expressis suaptè natura ad venerem incitat, tametsi pudenda obtecta sint. Quæ nuditas licita est in fœminis , vitiosa dum vivunt , eadem præter propter est in eorumdem imaginibus. Prudentia christiana opus est.

XXXIII. QUÆST. XVII. *Quid de illis dicendum , qui obscœnas imagines palam in domibus expositas tenent ?* RESP. P. Diana *tom. 7. tract. 3. resol. 63.* adhæsit quidem istos peccare mortaliter : nisi, inquit , illas retineant ornatus causa, & aliquo velo tectas. Quem præferre ornatum valent , si tectę sint , & occultatæ ? Imagines lasciviæ idola sunt veneris , & dæmonum simulacra. Simiam Christi agere diabolus pertentat. Religio christiana sacra invexit picturas , ut fideles excitaret ad pietatem, & ad heroica gesta Sanctorum imitanda. Diabolus , ut mundanos homines impotentius ad libidinem accenderet , lascivas Veneris , Didonis , Cleopatræ imagines excogitavit. Quodnam tanti scandali remedium ? Unicum. Aut penuicillo abolere totum quod obscœnitatem redolet , aut tales imagines comburere, Hoc est unicum remedium. Minimè satis est velo eadem tegere , & occlusas intra clausum cubiculum servare ; sed comburendæ omninò sunt , aut pennicillo delendum totum quod obscœnum est. Nec vendi, aut distrahi queunt , sicuti vendi , aut donari nequeunt merces pestè infectę. Qui has obscœnas imagines servant , rejici omnino à sacramentis debent , donec hæc scandala sustulerint,

rint, & alias sacras imagines substituerint, ut præterita scandala , quoad possunt , compensent.

XXXIV. QUÆST. XVIII. *Licitumne est petere solutionem maleficii à maleficio , vel saga?* RESP. Affirmant aliqui , dummodò absque maleficio auferri possit ; etiamsi prævideas maleficum ope dæmonis probabiliter usurum. Hæc opinio mihi falsa est. Dum enim prævides , maleficum probabiliter arte dæmonis usurum , influis in ejusdem peccatum , & ejusdem iniquitati assentitis. Debes ergo à maleficio solutionem maleficii petere cum expressa protestatione , quod fiat absque dæmonis ope.

XXXV. QUÆST. XIX. *Quid de frequentatione comœdiarum , & promiscua virorum , & mulierum conversatione dicendum ?* RESP. Hujus quæstionis resolutionem dabo in sextum Decalogi mandatum. Adversus spectacula theatralia dissertationes duas publici juris feci , adjecta tertia de Presbyteris personatis. Theatra publica , quæ hodiè communiter , aut saltem sæpissimè repræsentantur , obscœna sunt, & turpia : idcircò peccant qui illa frequentant. De pestifera mulierum , & virorum conversatione *loc. cit.* dicam, & Confessariorum , qui tales mulierculas, & barbatulos ad sacramenta admittunt , inscitiam, & negligentiam explicabo.

XXXVI. QUÆST. XX. *Quid agere illi debent , qui falsa doctrina, aut fraude alios in peccatum induxerunt , aut à bono, ab ingressu in Religionem retraxerunt ?* RESP. Tenentur , quoad fieri potest, damnum compensare: & primò falsam doctrinam retractare , & à peccato subducere : quia isti qui dolo , fraude, vel falsa doctrina in peccatum alios impellunt , peccant non contra charitatem modò, verum etiam contra justitiam. Qui absque fraude, vel falsa doctrina alios ad peccandum seduxit solo malo exemplo , tum peccat dumtaxat contra charitatem : quis scierèr , & liberè , licèt pravo exemplo allecti , peccato consenserunt isti. Qui ab ingressu in Religionem alios retrahit sine pravo , scandalum perpetrat, quod reparare tenetur. Nullum verò peccatum committit, si à Religione retrahat eo fine ut consulat æternę alterius saluti. Qui scienter , & ob humanas rationes impediunt candidatos , ne Religiones , in quibus viget spiritus evangeliçę perfectionis , ingrediantur , peccant contra charitatem , si solis suasionibus , & precibus , quæ libertatem non auferunt, utantur. Nam si vim , & fraudes adhibeant, peccant etiam contra justitiam. Quo in casu diligentiam omnem adhibere deberent , quà damnum illatum tum ingredi volenti , tum Religioni reparatent.

DISSERTATIO V.

De Religione.

CAPUT I.

Natura, & actus Religionis , quam præscribit primum Decalogi mandatum.

I. DUO præcipit primum Decalogi mandatum. Prout adfirmans est , Dei cultum præscribit. *Dominum Deum tuum adorabis , & illi soli servies* : Matth. 4. Quatenus negans est, vetat exhiberi cultum diis alienis. *Non habebis deos alienos coram me : nec facies tibi sculptile , non adorabis ea, neque coles* : Exod. 20.

II. QUÆST. I. *Quid sit Religio?* RESP. Communis definitio Religionis hæc est : *Religio virtus est quæ debitum cultum Deo exhibet tanquam primo omnium principio.* S. Thomas 2. 2. q. 81. *art.* 1. etymologiam Religionis arcessit à relegendo ea quæ sunt divini cultus , quia hujusmodi sunt frequenter in corde revolvenda. Religio virtus est non theologica , quia Deum proximè non spectat; sed moralis,& quidem inter has virtutes princeps, cujus objectum cultus est Deo exhibendus , ut Angelicus 2. 2. q. 81. *art.* 5. docet.

III. QUÆST. II. *Quot sunt Religionis actus?* RESP. Duo sunt Religionis actuum genera : alterum interiorum , ut *devotio* , & *oratio* ; alterum exteriorum , qui in tres classes dividuntur. Alii corpus ipsum Deo subjiciunt, ut *adoratio* ; alii res extetiores Deo immolant, ut *sacrificia* , *oblationes*, *decimæ* , *primitiæ* , cæteraque id genus , quæ uno *oblationis* nomine comprehendi solent ; postremi sunt ii quibus in divini honoris protestationem aliquid adhibetur , ut sunt *juramenta* , quibus nomen Dei invocatur, *vota*,quibus aliquid Deo promittitur. De his omnibus agendum est.

IV. QUÆST. III. *Quid sit devotio ?* RESP. Hanc finitionem 2. 2. *quæst.* 82. *art.* 1. tradit S. Thomas : *Voluntas quædam prompte tradendi se ad ea quæ pertinent ad Dei famulatum.* Voluntas in finitione posita non protestatem , sed actum exprimit. Cæteræ particulæ peculiarem devotionis naturam produnt. Hæc quippè promptitudo , quæ animum constituit expeditum in divino servitio, & celerem in executione eorum quę in Dei honorem cedunt , est singularis devotionis tessera.

V. QUÆST. IV. *Quinam sint devotionis effectus?* RESP. Sunt cordis lætitia, interior animi suavitas, gustus , & delectatio. Necesse tamen haud est ut semper devotio hos pariat effectus , cum plurimi, sanctique viri his omnibus non rarò priventur, nec propterea minus fervidi , & expediti sunt in Religionis officiis. Maturior devotionis fructus est exacta mandatorum observantia , quæ frequenter recensitos effectus edit.

VI. Duplex devotionis causa. Prima , & princeps Deus est , qui ubi vult spirat , uberioremque effundit gratiarum copiam. Altera est interior meditatio divinæ bonitatis , clementię,

aliorumque divinæ naturæ attributorum, & simul nostræ egestatis, & infirmitatis. Priorem meditationem lætitia, hilaritas, & gaudium consequuntur. Posteriorem humilitas, animi demissio vanitatis, & superbiæ contemptio. De tempore quo præceptum devotionis urgeat, mox dicam.

CAPUT II.

De oratione, ejusque necessitate.

I. ALter Religionis actus oratio est, quam sic 2. 2. q. 83. *art.* 1. definit ex Damasceno S. Thomas: *Oratio est petitio decentium à Deo.* Locum generis *petitio* tenet: altera particula indicat decentia esse in oratione petenda; ultima particula *à Deo* orationem actum Religionis constituit. A Deo enim petenda dona sunt tum naturalia, tum supernaturalia. Hac petitione confitemur Deum omnium rerum principium, ejusdem excellentiam reveremur, eidem subjicimur, & nostræ egestatis præsidia ab eodem imploramus. Oratio actus est intellectus, quamvis Religio in voluntate resideat.

II. Oratio altera interior, seu mentalis; altera exterior, seu vocalis. Utramque commendat Scriptura sancta. De priori inquit *Psalm.* 38. regius Propheta: *In meditatione mea exardescet ignis.* Hæc oratio sira haudquaquam est in quodam mentali otio, seu in sola suspensione intellectus; & in passiva quadam inertia, ut contendebant Quietistæ; sed in actibus intellectus, & voluntatis, quibus divina attributa, bonitatem, clementiam, justitiam, & beneficia infinita quæ nobis confert Deus, ferventi studio recolimus, & quibus nostram infirmitatem, egestatem, & paupertatem perpendimus: in actibus amoris, defiderii, fiduciæ, aliisque pijs affectibus, quibus cælestia concupiscimus, tota resplendet. Altera oratio *vocalis* est, quæ mente, & verbis perficitur. De hac loquitur *Hebr.* 13. S. Paulus: *Per ipsum offeramus hostiam laudis Deo, idest fructum labiorum confitentium nomini ejus.* Quamvis verba necessaria absolutè non sint, cum Deum nihil lateat, sciatque infirmitatem nostram; nihilominùs necessaria sunt hæc exteriora signa: tum quia homo mente, & corpore constat; & secundum utramque partem Deo se subjicere debet, illique inservire tum quia non anima modò, verùm etiam corpus divinis eget auxilijs; tum deniquè quia hęc exteriora verba interiores affectus excitant, pioſque animi motus facilius accendunt, & fovent, & proximum ad devotionem allíciunt.

III. QUÆST. *Esne oratio necessaria necessitate medii?* RESP. Adfirmat S. Thomas 2. 2. *quæst.* 83. *art.* 2. & 4. & in 4. *dist.* 15. *quæst.* 4. *art.* 1. cui subscribunt graviores Theologi. Hanc doctrinam hausit Angelicus ex Gennadio, qui *lib. de Eccl. Dogm. c.* 56. inquit: *Nullum credimus ad salutem nisi Deo invitante venire; nullum invitatum salutem suam nisi Deo auxiliante operari; nullum nisi orantem auxilium promereri.* Tandem sententiam nostram confirmat *sess.* 6. *c.* 11. Concilium Tridentinum inquiens: *Deus impossibilia non jubet, sed jubendo monet, & facere quod possis, & petere quod non possis, & adjuvat ut possis.*

IV. Hæc necessitas ab humanæ quoquè naturæ infirmitate acerfitur. Tanta siquidem est humanorum appetituum adversus rationem rebellio, & colluctatio tanta, ut sine gratia vix pugnare, nedum vincere possimus. Hic porrò est à divina providentia institutus ordo, ut gratia hæc non impertiatur, nisi prævijs precibus flagiretur. Quòd Deus possit non petentibus dare dona sua, quis est qui revocare hoc in controversiam queat? At in præsentiarum nobis sermo est de orationis necessitate, spectato divinæ providentiq ordine. Nonnè ipsius naturæ institutus, & mendicum ad eleemotynæ petitionem, & infirmum ad implorandam à medico medicinam excitat? Conjunctio tandem Deum inter, & hominem, mutuumque commercium evincit. Si enim Deus ignavis, & mutis dona sua distribueret, vix divini Benefactoris recordaretur homines ad terrena propensi. Quarè magnoperè refulget Dei misericordia in hoc ipso imposito onere petendi sua dona, cum eo spectet onus istud, ut Deo homines strictiore vinculo perpetuoque ligamine, atque mutua conjunctione sint devincti.

V. Deus Paulum non orantem, sed persequentem Christum prævenit. Quid indè? Primas illustrationes, primamque gratiam prævenientem, & excitantem absque precibus Deum elargiri ultrò fatemur. Sed necessitatem orationis defendimus ad obtinendam secundam gratiam, ad perseverandum in eadem, & ad gloriam obtinendam.

VI. QUÆST. II. *Daturne orandi præceptum?* RESP. Adfirmant omnes, illudque perspicuè Scripturæ sanctę manifestant. *Vigilate, & orate, ut non intretis in tentationem*: Matth. 17. & S. Lucas cap. 18. *Oportet semper orare, & non deficere*: & S. Paulus: *Sine intermissione orate*: ad Gal. 5. & iterum ad Timot. 1. cap 2. *Volo viros orare in omni loco. . . . similiter & mulieres.* Quod præceptum 2. 2. *quæst.* 83. *art.* 3. *ad* 2. sic explicat S. Thomas. *Non solùm petere, quę desideramus, sed etiam rectè aliquid desiderare sub præcepto cadit; sed desiderare quidem cadit sub præcepto charitatis, petere autem sub præcepto Religionis: quod quidem patitur Matth.* 7. *Petite, & accipietis.* Ratio ex iis quæ dicta sunt, patet. Oratio necessaria est necessitate medii, ut dictum est: ego potiori jure necessaria necessitate præcepti.

VII. QUÆST. III. *Quo tempore determinato urgeat orationis præceptum?* RESP. Omnes Patres continenter juxta Scripturæ divinæ oracula orandum suadent. Casuistæ recentes non pauci suis distinctiunculis ferè de medio tollunt orandi præceptum. Distinguunt isti obligationem *per se*, & obligationem *per accidens*; *directè*, & *indirectè*. Et ne imponere illis videar, audiamus Tamburinum benignorum Casuistarum facilè principem, qui *l.* 2. *in Dec. cap.* 4. §. 2. *n.* 4. hęc scribit. *Ego hic statuo, quod sup. cap.* 1. §. 1. *n.* 8. *dixi de præcepto fidei, spei, & charitatis: non dari scilicèt certum tempus, & determinatum, in quo directè obligat; sed esse illud, in quo obligat indirectè, quandò scilicèt urget necessitas alicujus boni acquirendi, vel mali, vel tentationis avertendæ, quæ acquiere, vel avertere sine Dei auxilio non posse tunc animadvertimus.* Doctrina hujus auctoris de fide, spe, & charitate, ad quam hanc de orationis præcepto suam sententiam revocat proscripta est, nisi me omnia fallunt, ab Alexandro VII. in 1. thesi: *Homo nullo unquam vitæ suæ tempore tenetur elicere actum fidei* &c. & ab Innocentio XI. in 6. thesi: *Probabile est singulis quidem rigoroè quinquenniis per se obligare præceptum charitatis erga Deum.* Eandem esse orationis, & dictorum præceptorum obligationem, Tamburinus ipse fatetur. Proscripta est prior sententia: ergo & secunda. Ex hac Tambur. doctrina consequitur necessatio exemptos Christianos *per se* esse à præcepto Religionis colendi Deum. Actus enim primarius Religionis oratio est. Si absolutè, *directè*, & *per se* Christiani non astringuntur Deum invocare, eique pro acceptis beneficiis gratias agere: compertum est Religionem in nihilum per se, & directè occidere: sublato quippè actu primario Religionis, deficiat Religio ipta necessum est.

VIII. Missa itaque Tamburini, & aliorum simillium laxa doctrina, omnes Patres, & graviores Theologi adfirmant, per se obligare orationis præceptum. Divisi recentiores Theologi sunt in designando tempore in quo præceptum hoc urgeat. Plures defendunt, ut Salmanticenses, & alii semel tantùm in anno obligare. Hanc opinionem rejicio ut evidenter falsam. Alii docent obligare semel singulis mensibus, quam opinionem ut asperam, & duram Salmanticenses, & alii improbant. Sed etiam in hac censura turpiter falluntur.

IX. His opinionibus missis, servanda est divinarum Scripturarum doctrina, quæ orandum sine intermissione jubet. Numquid sine intermissione orat qui semel tantùm vel in annum, vel in mensem præcatur? Continenter igitur orandum est non physicè, sed moraliter. Hæc moralis continuatio consistit, si frequenter oremus. Quanta autem, & qualis frequentia requiratur, ut moraliter continua oratio sit, definiri præcisè nequit. Quæ certa sunt præmitto.

X. Singulis diebus dominicis orandi præceptum urgere mihi certum est. Præceptum enim sanctificandi Sabbatum, & nunc diem Dominicum divinum est. Sanctificari sine oratione nequit. Ergo qua oratione colere diem Dominicum debemus, eadem astringimur tali die orare, cum sine elevatione mentis in Deum, seu oratione servari præceptum nequeat. Eo ne festorum institutio pertinet ut otio diffluant, & solatijs vanis, atque recreationibus operam navent Christiani? Duplici itaque præcepto astricti sunt Christiani orandi Deum: altero naturali, divinoque; altero ecclesiastico, vi cujus festis diebus, dum Missæ sacrificio adsistunt, Sacerdotum precibus addere suas debent, ut in 4. *dist.* 15. *quæst.* 4. *art.* 1. q. 3. S. Thomas docet. *Oratio cadit sub præcepto, & determinatè, & indeterminatè. Determinatè quidem ad aliquas orationes ex præcepto tenentur illi qui ex officio sunt medii inter Deum, & populum constituti, sicut Ministri Ecclesiæ: undè ex officio eis incumbit pre-*

ces ad Deum in personam Ecclesiæ fundere: & idcò ex statuto Ecclesiæ tenentur ad horas canonicas dicendas. Sed indeterminatè quilibet ad orationem tenetur ex hoc ipso quod teneatur ad bona spiritualia sibi procuranda, quæ nonnisi divinitùs dantur: nec alia modo procurari possunt, nisi ut ab ipso petantur: & etiam ex hac ipsa quod charitatis præcepto teneatur proximum sicut seipsum diligere, tenetur ei ab necessitate beneficus esse, non solùm per corporales eleemosynas, sed etiam per spirituales: quarum una est oratio; ut prius dictum est. Sed omnibus etiam qui Ecclesiæ ministerio non funguntur, videtur ab Ecclesia determinatum tempus orandi statutum esse, cum ex canonum statuto tenantur diebus festis divinis officiis interesse, ut ministris pro populo orantibus suam intentionem conforment.

XI. Obtrudent Rigorismi spectrum nonnulli. Sed ut illorum ora obstruam, quæro. Quid quęso oneris Christianis imponimus, quod reipsa Christiani vel ipsi peccatores, nesùm benè morati, non præstent? Quis Christianorum solo naturæ lumine illustratus vitio non sibi verteret, si die Dominico, si integra hebdomada Deo nullas preces funderet? Quid quod vel ipsi peccatores in sacramentali confessione se accusant, ut frequenter ipse audivi, de omissis consuetis in diem precibus, culpaque reos se reputant, dum quotidiè non recitant orationem dominicam, & symbolum apostolicum: Christiani optimis instructi moribus singulis diebus, non semel, sed ut minus bis in die Deum orant. Christiani mendici, superbi, ægroti, ac stupidi, qui singulis diebus Deum non recordantur, neque auxilia, quibus tentationum continuos fluctus declinent implorant, in continuo vitiorum cæno volutantur, & frequenter præceptum orandi violant. Quis enim superbiæ, stultitiæ, & cæcitatis non arguet, si extrema necessitate pressi aperire labia nolint, quibus pharmaca, & subsidia propriæ infirmitati levandæ necessaria postulent?

XII. Heinc colligas, nihil severitatis doctrinam hanc continere, sed Scripturas sanctas sincerè, & in obvio sensu interpretari. Sine intermissione orandum Deus jubet. Hęc orationis continuatio non physica, sed moralis est, ut dixi, nempè quæ non gravi tempore. Præceptum istud adhæmans parvitatem materiæ excipit. Quarè nullis se torquere scrupulis Christiani debent, num graviter deliquerint contra orandi præceptum, sed corrigere suam negligentiam satagant, & orandi fervorem succendere. Neque Confessarii debent, si quos tepidos invenerint, negligentesque in orando, protinus gravis culpæ damnare; sed illos instruant ut frequenter orent, ut bis saltem in die, manè nempè, & serò, mentem in Deum elevent. Omnia Christi præcepta suavissima sunt illis qui eadem observant, qui jugum legis reipsa sustinent. Asperum verò, durumque jugum est illis dumtaxat qui portare illud nolunt, & bestiarum more mancipia sunt flagitiorum.

III. QUÆST. IV. *Peccatne contra Religionis virtutem qui gravi tentatione pulsatus Deum orare neglexit?* RESP. Gravissimam quis patitur tentationem ex. gr. contra castitatem. Implorare divi-

num auxilium negligit, & tentationi assentitur. Duo ne hic crimina perpetrat, alterum contra castitatem, alterum contra Religionis virtutem? Negant Lessius, Villalobosius, Prado, Salmanticenses, aliique. Affirmant contra cum S. Thoma graviores Theologi. Hæc sententia mihi probabilior est, & vera. Nam præceptum orandi *per se* obligat pluriès saltem in annum; & juxta ipsos adversarios urget per accidens tentationis gravissimæ tempore. Ergo violatur, dum oratio negligitur in tali eventu. Ergo iste Christianus duo peccata committit, unum contra castitatem, alterum contra Religionis virtutem. Præceptum Deum orandi tentationis gravis, vel gravissimæ tempore, non eo solummodò spectat, ut tentatio superetur, verum etiam ut debitus cultus Deo offeratur. Ideò enim talis à divina providentia constitutus ordo videtur: ut tribulationum tempestates, & tentationum fluctus nos cogant ad Deum confugere, eumque colere; & interpellare in adjutorium, & præsidium nostrum. An gravis culpæ crudelitatis contra semetipsum non argueretur pauper qui extrema pressus miseria omitteret implorare eleemosynam ab eo qui paratus est eamdem erogare? Et gravis culpæ reus non erit qui æternum periturus à Deo paratissimo ad succurrendum præsidium necessarium petere recusat? Dominus quippè dicit: *Petite & accipietis.* Quid peccata multiplicas? inquies. Immò ne peccata multiplicentur, præceptum aplicandi remedia quibus peccata impediuntur, urgeo. Ideò enim in peccata frequenter labuntur homines, quia adhibere remedia non peccandi recusant: quia ferventer gratiam, qua tentationum victores evadant, petere negligunt. Sine peculiari Dei gratia vincere gravissimas tentationes non valemus: ergo præceptum orandi æquale est præcepto vincendi tentationes. Illi peccata multiplicant, qui orationis præceptum extenuant, qui remedia contra peccata à divino Medico constituta de medio tollunt, qui frequentem orandi obligationem pernegant. Moneant ergo Confessarii suos pœnitentes, ideò illos frequenter in flagitia labi, quia orare sincerè Deum negligunt, quia tempus quod orationi consecrare deberent, terunt, prodigumque in otiosiis colloquiis, in vanis solatiis. Vita namque Christianorum vita orationis est, & perpetui commercii, & negotiationis cum Deo, à quo arma, & præsidia adversus diabolum, carnem, & mundum petenda sunt.

CAPUT III.

De orationis conditionibus. Num solus Deus orandus? Sintne Sancti invocandi? Et pro quibus orandum?

I. QUÆST. I. *Quæ, & quot sint orationis conditiones?* RESP. 1. Orationis conditio est quod sit à voluntate deliberata. Hæc deliberatio vel expressa, vel virtualis esse debet. Si Psalterium legeres ut studeres, non orares. Si Brevia rium accipis animo persolvendi Deo debitum pensum, quamvis expressa formali intentione careas, virtualis adest, & sufficit. 2. Conditio est attentio, quæ pariter aut expressa, aut virtualis sit oportet. Triplicem distinguunt Theologi attentionem, primam ad verba, altetam ad sensum, tertiam ad Deum. Harum quælibet sufficit. 3. Conditio est pietas, quæ eo spectat, ut pia, honesta, decentia, atque propter bonum finem à Deo dona petantur. 4. Est humilitas, qua precator demisso animo se divinæ sistat Majestati, cui suam extremam paupertatem manifestat. *Ego vero egenus, & pauper sum: Deus adjuva me:* inquit *Pſ.* 69. regius Propheta. 5. Est fervor quo Deo preces fundimus. Tepida enim, & frigida oratio nulla est. Divites ipsi languidas dedignantur pauperum preces tanquam indicia animi, qui parvipendit quod petit, parumque exauditi curat. 6. Conditio est fides, qua firmiter credimus nos assecuturos fore quod petimus. *Quidquid orantes petitis, credite quia accipietis.* Item spes, seu fiducia, quæ fidem comitatur. 7. Est perseverantia, quam pluries Evangelistæ inculcant, & præsertim *Luc.* 9. parabola, seu exemplo amici, qui media nocte ab amico tres panes petiit, quique sin amicitiæ titulo, saltem propter importunitatem illos obtinuit.

II. QUÆST. II. *Quinam sint orationis effectus?* RESP. Tres, meritum, satisfactio, & impetratio: meritum ei debetur, quatenus ex charitate, media Religione, proficiscitur. Satisfactio quodlibet opus meritorium comitatur. Impetratio rei quam petimus, proprius est orationis fructus. Hæc quoque oratio ut imperrans, à gratia suam efficacitatem habet, ut Angelicus 2. 2. *q.* 83. *art.* 15. docet. *Efficaciam autem habet ex gratia Dei, quem oramus, qui nos etiam ad orandum inducit.* Quatuor conditiones necessariæ sunt ad impetrationem, nempè. 1. Quod pro se præcipuè orans petat, 2. quod necessaria ad salutem, 3. quod piè, 4. quod perseveranter petat. Orationes peccatorum Deus audit, non ex justitia, sed ex misericordia, ut ait idem Angelicus ibi *art.* 16.

III. QUÆST. III. *Utrum solus Deus orandus sit?* RESP. Adfirmat S. Thomas 2. 2. *q.* 83. *art.* 4. solum Deum orandum esse, & quidem ut trinum, hoc in sensu, quatenùs solus Deus est auctor gratiæ, gloriæ, ac omnium rerum præpotens effector, & conservator. Oratio enim est religionis actus. Religio autem solum Deum spectat, ceu finem, cui cultum exhibet.

IV. QUÆST. IV. *Invocandine Sancti sunt?* RESP. Sancti invocandi non sunt, ut auctores divinorum beneficiorum, aut gratiæ, vel gloriæ. Nihil sub hac ratione ab iis petendum, ut Catholici omnes docent. Sancti verò invocandi sunt ut pro nobis apud Deum orent, & intercedant. Iste est omnium Catholicorum sensus, quidquid fabulentur, & calumnientur Calvinistæ, & reliqui Protestantes. Quarè dum aliquando in similia verba erumpimus, *S. Petre salva me*, non aliud intelligimus, nisi ut intercessione salutem à Deo nobis intercedat. Similiter dum Virginem sanctissimam alloquimur, *Maria tu nos ab hoste protege*, ut meram deprecatricem, & mediatricem invocamus. Immò in hoc intercessorum genere Christus Dominus primus, & princeps, advocatus, & intercessor noster est qui solus Deo mundum reconciliavit, solusque dignam, & superabundantem oblationem pro peccatis nostris Deo obtulit. Dum itaque Sanctos invocamus, rogamus ut per JESU CHRISTI merita apud Deum pro nobis intercedant: petimusque ut ipsi id orent quod nos oramus: sed quia ipsi propinquiores Deo, magisque digni sunt, idcirco ad eorum patrocinium confugimus, & intercessionem.

V. Concilium Tridentinum *sess.* 25. definivit, piè, & utiliter sanctos, sive Angelos, sive homines invocari. Disputant verò Theologi sit ne Catholicis hæc invocatio vi alicujus præcepti imposita. Quam quæstionem *tom.* 2. *in Decal. lib.* 2. *Diss.* 1. *c.* 8. fusè tractavi, eamque ibi legere poteris.

VI. QUÆST. V. *Orandumne est pro omnibus viatoribus, etiam pro animabus in Purgatorio detentis?* RESP. Adfirmant Catholici omnes. De his qui in terris degunt, nec hæretici in discrimen id vocant. Inquit enim S. Jacobus cap. 5. *Orate pro invicem, ut salvemini*: & S. Paulus in 1. *ad Timoth.* 2. subdit: *Obsecro primum fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus.* Orandum itaque pro omnibus, sive amici sint, sive inimici, sive fideles, sive infideles, sive justi, sive peccatores. Sicut Christus pro omnibus mortuus est, ita & nos pro omnibus orare debemus. Pro peccatoribus orandum ut convertantur, pro justis ut perseverent, & proficiant, inquit 2. 2. *quæst.* 83. *art.* 7. S. Thomas.

VII. A precibus nostris excluduntur Beati, qui sunt in termino, sicut, & damnati, qui similiter sunt in damnationis termino, ubi nulla spes salutis adest.

VIII. Pro animabus Purgatorii orandum docent omnes Catholici adversus Lutheranos, & Calvinianos; idque ex *lib.* 2. *Mach. cap.* 12. perspicuè eruunt. Judas enim Machabæus *duodecim millia drachmas argenti misit Jerosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium, bene, & religiosè de resurrectione cogitans.* Ut ab hoc argumento sese expediant Lutherani, negant librum hunc divinis accensendum esse. At Ecclesia Catholica Dei spiritu ducta divinum esse librum hunc definivit. Ratione quoque doctrina Catholica confirmatur. Ecclesia sive militans, sive triumphans unum corpus constituit, cujus caput Christus est. Ergo omnia membra communicare invicem, & cum capite debent. Si itaque animæ Purgatorii Ecclesiæ membra sunt, consequitur ut viventes juvare easdem animas debeant, quemadmodum unius corporis membrum adjuvat alia membra. Accedit perpetua, & universalis Ecclesiæ consuetudo.

IX. QUÆST. VI. *Certòne suffragia prosint Purgatorii animabus, quibus applicantur?* RESP. Quemadmodum ex divina lege habetur quod hæc suffragia defunctis prosint, ita ex divina voluntate pendet ut plus, vel minus huic, aut illi defuncto opem ferant. Illud est certum quod suffragia pro mortuis oblata alicujus defuncti pœnas, aut in totum, aut in partem tollant, quia sic Deus disposuit. Ceterùm quod huic, vel illi animæ suffragia hæc opem ferant, quod totam, aut partem pœnæ auferant, totum ex divina voluntate pendet.

X. QUÆST. VII. *Utrum peccatores orare debeant, & exaudiantur à Deo?* RESP. Peccatores qui in publicis ministeriis nomine Ecclesiæ orant, compertum est ad preces recitandas obstringi, & aliquid impetrare à Deo iis pro quibus orant. Certum quoquè est peccatores privatos orare debere. Ad impetrationem quod attinet, docet S. Thomas 2. 2. *quæst.* 83. *art.* 16. quod si peccator quidquam à Deo petit secundum desiderium peccati, numquam exauditur ex misericordia, sed interdum ad vindictam. Quamobrem dicebat David Psalm. 45. *Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus.* Contra peccatores qui peccata sua detestantur, pioque desiderio afficiunt, plerumque quod implorant, impetrant. Sic exauditi fuere Manasse, Publicanus, mulier peccatrix, latro, & innumeri alii. Nec officit peccatores gratia sanctificante destitutos esse: quoniam hinc tantùm infertur eorum orationem non esse meritoriam, non autem quod non sit impetratoria, ut indicatum supra est. Dum in Scriptura interdum dicitur, Deum non audire peccatores, intelligitur de peccatoribus quatenùs peccatores sunt, & peccatum diligunt, secùs de peccatoribus qui sua detestantur peccata.

XI. Denique Angelos, Sanctosque in cælo regnantes orare pro nobis posse, & quod reipsa orent, certum est. Orant, & petendo, quæ nobis profutura vident, & preces nostras Deo offerendo. Omnes viatores sive justi, sive peccatores orare valent, & debent. Omnes enim mendici sumus, & extrema penuria laborantes: ideò omnes implorare à divino Patre nostro necessaria quotidiana subsidia necessum est.

DISSERTATIO VI.

De Horis Canonicis.

CAPUT I.

Recensentur propositiones damnatæ.

IN die Palmarum recitatus officium Paschale satisfacit præcepto. Alexander VII. propos. 34.

Unico officio potest quis satisfacere duplici præcepto pro die præsenti, & crastino. Idem propos. 35.

Restitutio à Pio V. imposita Beneficiatis non recitantibus, non debetur in conscientia ante sententiam declaratoriam judicis, eo quod sit pœna. 20.

Habens capellaniam collativam, aut quodvis aliud Beneficium Ecclesiasticum, si studio litterarum vacet, satisfacit suæ obligationi, si officium per alium recitet. 21.

Restitutio fructuum ob omissionem horarum suppleri potest per quascumque eleemosynas, quas antea Beneficiarius de fructibus sui beneficii fecerit. 33.

num auxilium negligit, & tentationi assentitur. Duo ne hic crimina perpetrat, alterum contra castitatem, alterum contra Religionis virtutem? Negant Lessius, Villalobosius, Prado, Salmanticenses, aliique. Affirmant contra cum S. Thoma graviores Theologi. Hæc sententia mihi probabilior est, & vera. Nam præceptum orandi *per se* obligat pluriès saltem in annum; & juxta ipsos adversarios urget per accidens tentationis gravissimæ tempore. Ergo violatur, dum oratio negligitur in tali eventu. Ergo iste Christianus duo peccata committit, unum contra castitatem, alterum contra Religionis virtutem. Præceptum Deum orandi tentationis gravis, vel gravissimæ tempore, non eo solummodò spectat, ut tentatio superetur, verum etiam ut debitus cultus Deo offeratur. Ideò enim talis à divina providentia constitutus ordo videtur: ut tribulationum tempestates, & tentationum fluctus nos cogant ad Deum confugere, eumque colere; & interpellare in adjutorium, & præsidium nostrum. An gravis culpæ crudelitatis contra semetipsum non argueretur pauper qui extrema pressus miseria omitteret implorare eleemosynam ab eo qui paratus est eamdem erogare? Et gravis culpæ reus non erit qui æternum periturus à Deo paratissimo ad succurrendum præsidium necessarium petere recusat? Dominus quippè dicit: *Petite & accipietis.* Quid peccata multiplicas? inquies. Immò ne peccata multiplicentur, præceptum aplicandi remedia quibus peccata impediuntur, urgeo. Ideò enim in peccata frequenter labuntur homines, quia adhibere remedia non peccandi recusant: quia ferventer gratiam, qua tentationum victores evadant, petere negligunt. Sine peculiari Dei gratia vincere gravissimas tentationes non valemus: ergo præceptum orandi æquale est præcepto vincendi tentationes. Illi peccata multiplicant, qui orationis præceptum extenuant, qui remedia contra peccata à divino Medico constituta de medio tollunt, qui frequentem orandi obligationem pernegant. Moneant ergo Confessarii suos pœnitentes, ideò illos frequenter in flagitia labi, quia orare sincerè Deum negligunt, quia tempus quod orationi consecrare deberent, terunt, prodigumque in otiosiis colloquiis, in vanis solatiis. Vita namque Christianorum vita orationis est, & perpetui commercii, & negotiationis cum Deo, à quo arma, & præsidia adversus diabolum, carnem, & mundum petenda sunt.

CAPUT III.

De orationis conditionibus. Num solus Deus orandus? Sintne Sancti invocandi? Et pro quibus orandum?

I. QUÆST. I. *Quæ, & quot sint orationis conditiones?* RESP. 1. Orationis conditio est quod sit à voluntate deliberata. Hæc deliberatio vel expressa, vel virtualis esse debet. Si Psalterium legeres ut studeres, non orares. Si Brevia rium accipis animo persolvendi Deo debitum pensum, quamvis expressa formali intentione careas, virtualis adest, & sufficit. 2. Conditio est attentio, quæ pariter aut expressa, aut virtualis sit oportet. Triplicem distinguunt Theologi attentionem, primam ad verba, altetam ad sensum, tertiam ad Deum. Harum quælibet sufficit. 3. Conditio est pietas, quæ eo spectat, ut pia, honesta, decentia, atque propter bonum finem à Deo dona petantur. 4. Est humilitas, qua precator demisso animo se divinæ sistat Majestati, cui suam extremam paupertatem manifestat. *Ego vero egenus, & pauper sum: Deus adjuva me:* inquit *Pſ.* 69. regius Propheta. 5. Est fervor quo Deo preces fundimus. Tepida enim, & frigida oratio nulla est. Divites ipsi languidas dedignantur pauperum preces tanquam indicia animi, qui parvipendit quod petit, parumque exauditi curat. 6. Conditio est fides, qua firmiter credimus nos assecuturos fore quod petimus. *Quidquid orantes petitis, credite quia accipietis.* Item spes, seu fiducia, quæ fidem comitatur. 7. Est perseverantia, quam pluries Evangelistæ inculcant, & præsertim *Luc.* 9. parabola, seu exemplo amici, qui media nocte ab amico tres panes petiit, quique sin amicitiæ titulo, saltem propter importunitatem illos obtinuit.

II. QUÆST. II. *Quinam sint orationis effectus?* RESP. Tres, meritum, satisfactio, & impetratio: meritum ei debetur, quatenus ex charitate, media Religione, proficiscitur. Satisfactio quodlibet opus meritorium comitatur. Impetratio rei quam petimus, proprius est orationis fructus. Hæc quoque oratio ut imperrans, à gratia suam efficacitatem habet, ut Angelicus 2. 2. *q.* 83. *art.* 15. docet. *Efficaciam autem habet ex gratia Dei, quem oramus, qui nos etiam ad orandum inducit.* Quatuor conditiones necessariæ sunt ad impetrationem, nempè. 1. Quod pro se præcipuè orans petat, 2. quod necessaria ad salutem, 3. quod piè, 4. quod perseveranter petat. Orationes peccatorum Deus audit, non ex justitia, sed ex misericordia, ut ait idem Angelicus ibi *art.* 16.

III. QUÆST. III. *Utrum solus Deus orandus sit?* RESP. Adfirmat S. Thomas 2. 2. *q.* 83. *art.* 4. solum Deum orandum esse, & quidem ut trinum, hoc in sensu, quatenùs solus Deus est auctor gratiæ, gloriæ, ac omnium rerum præpotens effector, & conservator. Oratio enim est religionis actus. Religio autem solum Deum spectat, ceu finem, cui cultum exhibet.

IV. QUÆST. IV. *Invocandine Sancti sunt?* RESP. Sancti invocandi non sunt, ut auctores divinorum beneficiorum, aut gratiæ, vel gloriæ. Nihil sub hac ratione ab iis petendum, ut Catholici omnes docent. Sancti verò invocandi sunt ut pro nobis apud Deum orent, & intercedant. Iste est omnium Catholicorum sensus, quidquid fabulentur, & calumnientur Calvinistæ, & reliqui Protestantes. Quarè dum aliquando in similia verba erumpimus, *S. Petre salva me*, non aliud intelligimus, nisi ut intercessione salutem à Deo nobis intercedat. Similiter dum Virginem sanctissimam alloquimur, *Maria tu nos ab hoste protege*, ut meram deprecatricem, & mediatricem invocamus. Immò in hoc intercessorum genere Christus Dominus primus, & princeps, advocatus, & intercessor noster est qui solus Deo mundum reconciliavit, solusque dignam, & superabundantem oblationem pro peccatis nostris Deo obtulit. Dum itaque Sanctos invocamus, rogamus ut per JESU CHRISTI merita apud Deum pro nobis intercedant: petimusque ut ipsi id orent quod nos oramus: sed quia ipsi propinquiores Deo, magisque digni sunt, idcirco ad eorum patrocinium confugimus, & intercessionem.

V. Concilium Tridentinum *sess.* 25. definivit, piè, & utiliter sanctos, sive Angelos, sive homines invocari. Disputant verò Theologi sit ne Catholicis hæc invocatio vi alicujus præcepti imposita. Quam quæstionem *tom.* 2. *in Decal. lib.* 2. *Diss.* 1. *c.* 8. fusè tractavi, eamque ibi legere poteris.

VI. QUÆST. V. *Orandumne est pro omnibus viatoribus, etiam pro animabus in Purgatorio detentis?* RESP. Adfirmant Catholici omnes. De his qui in terris degunt, nec hæretici in discrimen id vocant. Inquit enim S. Jacobus cap. 5. *Orate pro invicem, ut salvemini*: & S. Paulus in 1. *ad Timoth.* 2. subdit: *Obsecro primum fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus.* Orandum itaque pro omnibus, sive amici sint, sive inimici, sive fideles, sive infideles, sive justi, sive peccatores. Sicut Christus pro omnibus mortuus est, ita & nos pro omnibus orare debemus. Pro peccatoribus orandum ut convertantur, pro justis ut perseverent, & proficiant, inquit 2. 2. *quæst.* 83. *art.* 7. S. Thomas.

VII. A precibus nostris excluduntur Beati, qui sunt in termino, sicut, & damnati, qui similiter sunt in damnationis termino, ubi nulla spes salutis adest.

VIII. Pro animabus Purgatorii orandum docent omnes Catholici adversus Lutheranos, & Calvinianos; idque ex *lib.* 2. *Mach. cap.* 12. perspicuè eruunt. Judas enim Machabæus *duodecim millia drachmas argenti misit Jerosolymam offerri pro peccatis mortuorum sacrificium, bene, & religiosè de resurrectione cogitans.* Ut ab hoc argumento sese expediant Lutherani, negant librum hunc divinis accensendum esse. At Ecclesia Catholica Dei spiritu ducta divinum esse librum hunc definivit. Ratione quoque doctrina Catholica confirmatur. Ecclesia sive militans, sive triumphans unum corpus constituit, cujus caput Christus est. Ergo omnia membra communicare invicem, & cum capite debent. Si itaque animæ Purgatorii Ecclesiæ membra sunt, consequitur ut viventes juvare easdem animas debeant, quemadmodum unius corporis membrum adjuvat alia membra. Accedit perpetua, & universalis Ecclesiæ consuetudo.

IX. QUÆST. VI. *Certòne suffragia prosint Purgatorii animabus, quibus applicantur?* RESP. Quemadmodum ex divina lege habetur quod hæc suffragia defunctis prosint, ita ex divina voluntate pendet ut plus, vel minus huic, aut illi defuncto opem ferant. Illud est certum quod suffragia pro mortuis oblata alicujus defuncti pœnas, aut in totum, aut in partem tollant, quia sic Deus disposuit. Ceterùm quod huic, vel illi animæ suffragia hæc opem ferant, quod totam, aut partem pœnæ auferant, totum ex divina voluntate pendet.

X. QUÆST. VII. *Utrum peccatores orare debeant, & exaudiantur à Deo?* RESP. Peccatores qui in publicis ministeriis nomine Ecclesiæ orant, compertum est ad preces recitandas obstringi, & aliquid impetrare à Deo iis pro quibus orant. Certum quoquè est peccatores privatos orare debere. Ad impetrationem quod attinet, docet S. Thomas 2. 2. *quæst.* 83. *art.* 16. quod si peccator quidquam à Deo petit secundum desiderium peccati, numquam exauditur ex misericordia, sed interdum ad vindictam. Quamobrem dicebat David Psalm. 45. *Iniquitatem si aspexi in corde meo, non exaudiet Dominus.* Contra peccatores qui peccata sua detestantur, pioque desiderio afficiunt, plerumque quod implorant, impetrant. Sic exauditi fuere Manasse, Publicanus, mulier peccatrix, latro, & innumeri alii. Nec officit peccatores gratia sanctificante destitutos esse: quoniam hinc tantùm infertur eorum orationem non esse meritoriam, non autem quod non sit impetratoria, ut indicatum supra est. Dum in Scriptura interdum dicitur, Deum non audire peccatores, intelligitur de peccatoribus quatenùs peccatores sunt, & peccatum diligunt, secùs de peccatoribus qui sua detestantur peccata.

XI. Denique Angelos, Sanctosque in cælo regnantes orare pro nobis posse, & quod reipsa orent, certum est. Orant, & petendo, quæ nobis profutura vident, & preces nostras Deo offerendo. Omnes viatores sive justi, sive peccatores orare valent, & debent. Omnes enim mendici sumus, & extrema penuria laborantes: ideò omnes implorare à divino Patre nostro necessaria quotidiana subsidia necessum est.

DISSERTATIO VI.

De Horis Canonicis.

CAPUT I.

Recensentur propositiones damnatæ.

IN die Palmarum recitatus officium Paschale satisfacit præcepto. Alexander VII. propos. 34.

Unico officio potest quis satisfacere duplici præcepto pro die præsenti, & crastino. Idem propos. 35.

Restitutio à Pio V. imposita Beneficiatis non recitantibus, non debetur in conscientia ante sententiam declaratoriam judicis, eo quod sit pœna. 20.

Habens capellaniam collativam, aut quodvis aliud Beneficium Ecclesiasticum, si studio litterarum vacet, satisfacit suæ obligationi, si officium per alium recitet. 21.

Restitutio fructuum ob omissionem horarum suppleri potest per quascumque eleemosynas, quas antea Beneficiarius de fructibus sui beneficii fecerit. 33.

Breviario Dominicanorum, nec contra possunt: Religiosus factus Episcopus uti Breviario debet suæ Ecclesiæ, cujus caput est, relicto proprii Ordinis ritu. Episcopus plurium Ecclesiarum, quę diversis utuntur Breviariis, illius Ecclesiæ ritum servare debet in qua residet. Lege S. Thomam *Quodlibet* 1. *art.* 13. ubi plura distinguit. Nequit aliquis ante tempus recitare Breviarium cum socio habente privilegium illud sic recitandi, aut brevius solito, quia privilegium unius non extenditur ad alium, quidquid in oppositum dicat Leander cum aliis. Clericus nulli Ecclesię addictus, & patrimonio sacris initiatus nequit eligere Breviarium, sed Romano uti tenetur ex præcepto S. Pii V. Nec Episcopus dispensare cum Clericis valet ut diversum à proprio ritum amplectantur. Peccarent quoque qui altercarent ritum Breviarii Romani, & illi qui in Latina Ecclesia lingua Græca, vel Hæbrea, aut vernacula officium persolverent, quia violarent ritum præscriptum à S. Pio V.

CAPUT V.

De illis qui privatim recitare Horas Canonicas astringuntur.

I. QUÆST. I. *Clerici in minoribus constituti astringunturne Horas Canonicas, vel aliquas preces recitare?* RESP. Negant communiter omnes, Clericos istos teneri sive ad Horas Canonicas, sive ad alias preces, nisi in aliqua Ecclesia consuetudo obtineret quæ Clericos astringeret, ob eleemosynas perceptas, ad recitandum Officium Beatæ Virginis. Nec Episcopi absolutè cogere Clericos valent ad aliquod precationum pensum. Quoniam Clerici subjecti Episcopis sunt in iis quæ proprium statum spectant, secùs in iis quæ præter eorum statum sunt.

II. Clerici qui sacris initiati sunt, tenentur Divinum Officium persolvere, salem vi generalis consuetudinis graviter obligantis. Immo etiam si metu injustè incusso sacros ordines suscepissent, ad hoc onus tenerentur, quia metus extrinsecus incussus non aufert voluntarium. Potiori jure obstricti essent, si metus justè incussus fuisset.

III. Subdiaconus qui ordinem suscipit, & Clericus qui vel beneficium recipit, vel professionem emittit, eo die quo sacris initiatur, vel professionem, vel beneficium accipit, tenetur recitare eam officii partem quæ supererit recitanda; quidquid in oppositum nimis laxè fabuletur quispiam. Episcopus ex gravi causa dispensare privatos Clericos valet à recitatione officii, sicut ab aliis præceptis. Initiandi sacris ordinibus, aut beneficium suscepturi paratum habere Breviarium, modumque recitandi illud scire debent: alioquin periculo præcepti violandi sese exponerent.

IV. QUÆST. II. *An Religiosi nondum in sacris constituti, & Monialtes emissa professione tenentur sub gravi culpa horas privatim extra chorum recitare?* RESP. Novitios ante professionem exemptos ab hoc onere esse, docet communis, & vera sententia. Bordonius, Caramuel, Marchant, Lessius, Martinus à S. Joseph, quos citat Diana, negant Religiosos professos ante susceptionem sacrorum Ordinum teneri sub gravi culpa ad persolvendas Horas Canonicas. Sed hæc opinio falsa est: quoniam Regulares omnes, & Monialis chorum profitentes post emissam professionem vi perennis consuetudinis, & vi propriarum constitutionum astringuntur privatim extra chorum persolvere divinas laudes.

V. Opponunt auctores citati consuetudinem invectam ab iis qui potestate carent eam introducendi nullius esse roboris. Consuetudo autem recitandi officii invecta est à Monialibus, & juvenibus, qui nulla potiuntur facultate ad eam invehendam. Ergo nulla est. Nugæ istæ sunt. Quoniam consuetudo hęc ab auctoritate SS. Patrum, & à sacrorum ordinum Patriarchis manat. Quarè Religiosus professus choristа nondum sacris initiatus, dispensatus ut extra claustrum maneat, tenetur recitare Horas Canonicas. Religiosus fugitivus professus ante ordinum sacrorum susceptionem tenetur Horas Canonicas persolvere. Idem dicendum de Religiosis choristis, judicis sententiæ è Monastetio ejectis. Quid de Religiosis ad triremes damnatis & sacris initiatis? Affirmant plures Theologi eos ad Horas Canonicas persolvendas astrictos esse. Verum mihi probabilior sententia est hos infelices, sive sint, sive non sacris initiati, exemptos ab hoc onere esse, tum ob continua impedimenta, tum quia dum Pontifex eos tanto supplicio subjicit, videtur eosdem tacitè dispensare ab onere, ne religiosus status opprobrio exponatur.

VI. Privilegium indicavi *tom.* 2. *Theol. Christ. lib.* 2. *diff.* 2. *cap.* 7. §. 2. *n.* 18. *q.* 7. *pag.* 404. concessum Benedictinis professis, quo eximuntur ab Horis Canonicis recitandis, donec fuerint sacris initiati. Sed nunc deprehendi privilegium istud haud satis authenticum esse. Quarè retracto quod *loc. cit.* scripsi de hoc privilegio.

CAPUT VI.

De obligatione recitandi Horas Canonicas, quâ astringuntur Beneficiarii.

I. QUÆST. I. *Qui habet beneficium sive simplex, sive curatum, astringiturne sub gravi culpa Horas Canonicas recitare?* RESP. Beneficia ecclesiastica sunt Episcopatus, Canonicatus, Plebanatus, Rectoria, Præpositura, Dignitates, Præstimonia, Capellania Episcopi auctoritate erecta. Hos beneficiarios omnes teneri ad Divinum Officium persolvendum, definitum est in Concilio Lateranensi sub Leone X. *sess.* 9. §. *Statuimus*: & jure, quia qui liberè aliquod beneficium suscipit subire ejusdem onera debet: sed beneficium confertur cum onere recitandi Horas Canonicas: ergo persolvere easdem astringitur. Quarè Beneficiarius omittens Divinum Officium, si sit sacris initiatus, duplex perpetrat crimen, alterum contra Religionem, alterum contra justitiam. Si metu coactus beneficium suscipit, & fructus percipiat, astringitur recitare Horas Canonicas, si percipere fructus nolit, liber ab officio recitando evadit.

II. Qui habet beneficium redactum in commendam, donec alteri detur, aut manuale, seu regulare, tenetur recitare officium: quia beneficium istud est, & ejusdem fructus percipit. Nihil enim officit quod ad nutum revocari queat. Tamdiù enim durat onus, quamdiù durat commodum. Si cui detur beneficium, ut pulset organa, recitare officium debet. Si solùm conferantur fructus beneficii in mercedem, tunc nullum est recitandi officii debitum.

III. QUÆST. II. *Qui percipit præstimonia, tenetur ne ad Canonicas Horas?* RESP. Negant nonnulli; sed probabilior, & communior opinio affirmat, quod hæc præstimonia sunt portiones ex reditibus beneficii deductę, atque adeò vera beneficia, ut S. Pius V. *motu proprio* declaravit. Si inter beneficia reputantur, beneficii oneribus subjacent. Similiter qui capellaniam obtinuerunt auctoritate Episcopi erectam, & ab eodem collatam, tenentur Canonicas Horas persolvere. Si verò neque erecta sit ab Episcopo, neque ab eo conferatur, qui illam habet, liber est ab onere officii persolvendi. Si verò ex institutione non sit collativa, & postea conferatur semel, vel bis ab Episcopo, non evadit collativa, atque adeò obtinens non est recitationi horarum subjectus. Contra si frequentet illam Prælati conferrent, tempore nempè congruo ad præscriptionem, tunc illam retinentes tenerentur ad Horas Canonicas, quia per hanc frequentem collationem induit rationem beneficii ecclesiastici.

IV. Qui ante legitimam ætatem obtinet ex dispensatione Pontificis capellaniam collativam, tenetur recitare Horas Canonicas; Missas verò per alios celebrare debet.

V. QUÆST. III. *Pensionarii tenenturne Canonicas Horas recitare?* RESP. Si pensio sit omninò laicalis, & conferatur titulo mercedis ob servitium præstitum Ecclesiæ, nulla est recitandi officii obligatio; contra si conferatur Clerico ut Clerico, & necessarius sit in recipiente aliquis ordo, seu tonsura, tunc recipiens tenetur non ad Horas Canonicas, sed ad Officium Parvum B. Virginis, quia sic decrevit S. Pius V. sub onere restituendi fructus pensionis. Exemptus verò est ab Officio Parvo B. Virginis recitando ille in cujus capite reservata penlio est ad alterius commodum: quia ille solus subire pondus recitandi Officii debet qui commodo fruitur.

VI. Qui titulo Clericali pensionem obtinuit, si postea matrimonium contrahat, tenetur recitare officium B. Virginis, eo quod pensio ecclesiastica sit, quæque titulum Clericalem in recipiente requirit: idemque dicendum de eo, qui post initum matrimonium titulo Clericali pensionem obtinet. Qui totam pensionem resignat, ad nihil tenetur: si partem tantum pensionis resignet, obnoxius remanet recitandi Officii oneri. Clericus beneficiarius, si obtineat pensionem, non tenetur recitare Officium Marianum, cum Horas Canonicas recitet. Mens enim S. Pii V. est ut alterutrum officium recitetur, secùs utrumque.

VII. QUÆST. V. *Episcopi, & Cardinales astringunturne ad recitandas Canonicas Horas?* RESP. De Episcopis nullum est dissidium, sed omnes affirmant illos obstringi. De Cardinalibus anceps hæret P. Diana, suumque suspendit judicium. Verùm Theologi omnes affirmant, Cardinales obstrictos esse ad Divinum Officium persolvendum, cum Cardinalatus sit maximum, & eminens beneficium. Si omnes Beneficiarii oneri recitandi Officii obnoxii sunt, strictiori jure devincti sunt Cardinales, onusque istud subeunt eo die quo biretrum rubrum accipiunt.

VIII. QUÆST. V. *Coadjutores beneficiorum tenenturne ad Horas Canonicas?* RESP. Coadjutoria non est beneficium, etiam dum assignatur aliqua congrua, quia beneficium remanet apud proprietarium, nec in duobus esse potest. Si verò coadjutoribus assignentur aliqui fructus non in stipendium, sed per modum pensionis, tunc sicut cęteri pensionarii tenentur recitare Officium Parvum B. Virginis. Si Parocho absenti, vel infirmo detur coadjutor, ut vices ejusdem gerat, tum astringitur omnia Parochi munia obire. Tandem si coadjutores expressè sese obligaverint, & in pactum deduxerint cum proprietario, Pontifice dispensante, tunc ad Horas Canonicas tenentur.

IV. QUÆST. VI. *Qui habet beneficium sine fructibus, tenenturne ad Horas Canonicas?* RESP. Si culpa sua careat fructibus, tenetur, quia ex sua iniquitate colligere fructum non debet. Si beneficium quocumque fructu careat, etiam tum teneri ad Horas Canonicas defendunt Medina, Paludanus, Turrecremata: quia sponte acceptans beneficium fructibus destitutum, etiam onera ejusdem sponte, & liberè suscipit. Alii negant. Ego dicerem Beneficiatio: *aut dimitte beneficium, aut recita officium.*

X. Si Beneficiarius contra juris ordinem non residet, astringitur ad Horas Canonicas. Si verò, servato juris ordine, ex justa causa non residеat, etiam tunc cum obstringi ad Horas Canonicas docent Paludanus, Soto, Turrecremata, Ledesma, Navarrus, Corduba. Negat verò Leander. Si causa absentiæ sit in bonum commune Ecclesiæ, fortè tunc posset dici exemptus. Cæterùm si abest ob suum peculiare commodum etiamsi honestum, puta studiorum causa, ut evadat Doctor, Magister, tum astringitur recitare Horas Canonicas. Neque opponas studium, & scientiarum acquisitionem in Ecclesiæ decorem, & commodum cedere: quoniam effugia hęc vana sunt. In solo casu defendendæ Ecclesiæ, aut tuendi ejusdem jura, disputari posset, num Beneficiarius esset exemptus. Et etiam tunc si posset Horas Canonicas recitare, non video rationem solidam, cur non debeat. Si Beneficiarius renuntiat fructus amicis, vel consanguineis, dubio procul obnoxius est recitationi Divini Officii. Similiter Beneficiarius qui ob excommunicationem non percipit fructus, astringitur recitare Divinum Officium. Qui verò injustè beneficium obtinet, ut per simoniam, aut quia est excommunicatus, irregularis, vel legitima destitutus ætate, non tenetur recitare Horas Canonicas ni-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

„ etiam præcurrere, ac ducere conatur. Ita in his „ pecco non sentiens, sed postea sentio. Aliquan- „ dò autem hanc ipsam fallaciam immoderatius „ cavens, etro nimia severitate, sed valdè inter- „ dum, ut melos omne cantilenarum suavium, „ quibus Davidicum Psalterium frequentatur, „ ab auribus meis removeri velim, atque ipsius „ Ecclesiæ: tutiusque mihi videtur quod de Ale- „ xandrino Episcopo Athanasio sepè mihi dictum „ commemini, qui tam modico flexu vocis fa- „ ciebat sonare lectorem Psalmi, ut pronuncianti „ vicinior esset quàm canenti. Veruntamen cum „ reminiscor lacrymas meas, quas fudi ad can- „ tum Ecclesiæ tuæ in primordiis recuperatæ fi- „ dei meæ, & nunc, cum moveor non cantu, „ sed rebus quæ cantantur, cum liquida voce, & „ convenientissima modulatione cantantur, mag- „ nam instituti hujus utilitatem rursus agnosco. „ Ita fluctuo inter periculum voluptatis, & ex- „ perimentum salubritatis, magisque adducor, „ non quidem irretractabilem sententiam profe- „ rens, cantandi consuetudinem approbare in „ Ecclesia, ut per oblectamenta aurium infir- „ mior animus in affectum pietatis assurgat. Ta- „ men cum mihi accidit ut me amplius cantus „ quam res quæ canitur, moveat, pœnaliter „ me peccare confiteor, & tum mallem non au- „ dire cantantem."

XI. Respondet P. Suarez *lib. 4. c. 8. num. 2.* peccatum quod in se recognoscebat Augustinus, fuisse vel pœnale, vel veniale. Esto utrumque. Quid inde? Semper constitit Augustini doctrina, nempè cantum illum qui sua immoderata harmonia, & vocis inflexione impedit perceptionem sensus verborum, & divinarum laudum, illicitum esse. Lege plura *tom. 2. in Decal. lib. 2. disp. 2. c. 4.*

XII. Patres, Concilia, graviorèsque Theologi improbant, & detestantur theatrali cantu ab evitatis hominibus celebrari divinas laudes. Musicales concentus, quibus hodiè majores solemnitates celebrari solent, an totidem sint templorum profanationes, & divini cultus conculcationes, cæteri judicent. Illuc conveniunt homines, & vanissimæ fœminæ mundi, & diaboli fascinils, & præstigiis comptæ, ut videant, & videantur, & non minorem præferunt impudentiam, quam si in theatro sederent. Quis pravum abusum, & sacrilegam corruptelam a crimine purgabit?

XIII. Servandus ergo est cantus Ecclesiasticus gravis, & simplex, organorumque usus Ecclesiæ consuetudine probatus; sed modus, & ratio adhibeatur. Regula generalis præscribi nequit. Qui præsunt Ecclesiis, & chorìs, rationem Deo reddituri sunt, nisi pro viribus impediant eorum profanationem.

CAPUT IV.

De obligatione recitandi Horas Canonicas in choro, & de tempore, ordine, & loco quibus recitari debent.

I. NOmine chori non solùm intelligitur locus materialis in quo divinè cantantur Laudes, sed etiam, immò potissimùm conventus Religiosorum qui ejusmodi horas cantant. Hi quippè præcepto astringuntur ad canendas in choro Horas Canonicas, quod præceptum à nemine Theologorum negatur, obligatque omnes Cathedrales, Collegiatas, & Regularium Ecclesias.

II. QUÆST. I. *Teneanturne omnes Ecclesiæ Cathedrales, Collegiatæ, Parochiales, & Regulares, sub gravi culpa recitare in choro Horas Canonicas?* RESP. Rigore juris spectato omnes tenentur. Attenta verò consuetudine, quæ præceptum temperavit, aliquæ diebus dumtaxat dominicis, aut festis huic oneri subjacent: aliè omninò exemptæ sunt, ut communiter Theologi docent, & usus patefacit.

III. Regularium ordines qui chorum frequentant, tenentur sub gravi culpa Horas Canonicas in choro recitare. Quæ obligatio fundatur in jure communi, cui nunquam derogatum est. Præceptum hoc spectat totam communitatem, cujus caput prælatus est, qui vi sui officii tenetur sub gravi culpa efficere ut divinæ laudes in choro celebrentur. Dispensare cum suis subditis valet, prout bono communi expedire videbitur.

IV. QUÆST. II. *Quot Religiosi requirantur ut præceptum recitandi Horas Canonicas in choro impletur?* RESP. Tamburinus cum aliis ait probabile esse communitatem excusari à choro, si constet solùm ex quatuor, vel quinque. Hæc opinio falsa est, & laxa. Quatuor Religiosos, nedum quinque, sufficere ad implendum chori præceptum, docet communis opinio. Aliqui docent sufficere tres, ut ad chorum teneantur pro aliquo tempore non longo. Nimis enim onerosum est tres, aut quatuor diuturno tempore chori jugum solos sustinere. Quare hoc in casu Religiosi isti deberent prælatum urgere, ut numerum augeret.

V. QUÆST. III. *Novitii soli valentne chori præceptum implere?* RESP. Affirmant Salmanticenses, Pellizarius, Tamburinus, & alii: quia, inquiunt, in favorabilibus Novitii, quamvis nondum professi, gaudent privilegiis professorum. Hæc opinio mihi non videtur vera. Quoniam præceptum istud afficit communitatem Religiosorum. Novitii ante professionem non sunt pars communitatis, nec præcepto astringuntur recitare officium. Si igitur adsint professi in cœnobio, istorum aliqui saltèm adesse choro debent.

VI. QUÆST. IV. *Quo tempore recitandæ sunt Horæ Canonicæ in choro?* RESP. In Clement. *de Celebr. Miss.* præcipitur ut *Horæ Canonicæ in Ecclesiis debitis horis devotè persolvantur.* Congrua tempora, quibus, jure antiquo spectato, celebrari Horæ Canonicæ debent, sunt hæc. Matutinum circiter mediam noctem, ut colligitur ex *cap. 1. de Celebr. Miss.* quod tempus semper designarunt antiqui Patres Athanasius, Basilius, aliique, indicatumque à Davide est: *Media nocte surgebam ad confitendum tibi.* Consuetudo hæc temporis tractu variata est. Singulæ Ecclesiæ suam servent probatam consuetudinem.

VII. In quatuor Regularium Mendicantium Ordinibus pervetusta consuetudo obtinuit recitandi Matutinum circa mediam noctem. Tempus istud non modo congruit Regularium statui, qui est pœnitentiæ, & perfectionis, verum etiam affert commodum incumbendi in litterarum studia, eo quod plus temporis supersit illsdem vacandi. Hoc temporis punctum moderatur universas alias disciplinæ regularis horas. Religiosi, qui surgere ad Matutinum debent, hora debita ire dormitum coguntur, & sic superflua colloquia impediuntur.

VIII. QUÆST. V. *Estne gravis obligatio recitandi divinas Laudes statis, definitisque horis?* RESP. Negant Cajetanus, Bonacina, Layman, Diana, Caramuel, & alii, quia circumstantia temporis extranea est divino officio. Opposita sententia, quam defendunt Navarrus, Suarez, Soto, Tamburinus, Castropalaus, & alii, probabilior est. Tempus istud individuum non est, sed latitudinem admittit. Prælatus ex legitima causa anticipare, vel postponere potest harum horarum recitationem. Parvitas quoque materiæ datur tum respectu temporis, tum respectu unius, vel alterius horæ. His constitutis, prælatus qui absque legitima causa, & ex mero arbitrio, vel negligentia notabiliter præveniret, aut deferret Divini Officii recitationem, graviter peccaret. Quoniam non modò sacri Canones Divinum Officium recitandum in choro præcipiunt, verum etiam statis horis, & temporibus. Utique temporis circumstantia extranea est recitationi officii, sed præscripta circumstantia ista est à sacris canonibus.

IX. Ordinis recitandi Horas Canonicas perturbatio, si urgenti causa contingat, culpa vacat; si absque causa, & ex arbitrio fiat in choro tamen, gravis culpa est, ut citati Theologi defendunt.

X. Locus recitandi Horas Canonicas est Ecclesia, seu chorus, qui est Ecclesiæ pars. Salmanticenses defendunt graviter peccare eos qui in Sacristia, aut Capitulo celebrant Divinum Officium. Verum si Sacristia contigua Ecclesiæ sit, & consuetudo obtineat, ut reipsa alicubi obtinet, ut mihi videtur, nulla culpa contingit. Qui ad chorum, incepto officio, accedunt, tenentur supplere officii partem ante eorumdem accessum recitatam. Si qui choro inserviunt omitterent notabilem officii partem, puta unum, aut alterum Psalmum, deberent illam suplere. Chorus submissa voce recitare versus illos debet qui organo pulsantur.

XI. QUÆST. VI. *Estne peccatum grave omittere in choro Officium Defunctorum, & Officium Parvum B. Virginis?* RESP. S. Pius V. declaravit, illos qui Romanum Breviarium recitant, hud peccare mortaliter, si præfata officia in choro omittant, ut patet ex Bulla sub initium Breviarii præmissa. Eos verò qui alium ritum à Breviario Romano servant, Pontifex non eximit ab obligatione, qua obstringuntur aut vi constitutionum, aut vi consuetudinis. Præceptum recitandi prædicta officia afficit communitatem, & chorum, secus privatos, nisi sit peculiaris lex id præcipiens, ut est in ordine Prædicatorum, in quo Capitulum generale sub Magistro Cloche celebratum Bononiæ declaravit singulos extra chorum astringi ad hoc Officium B. Virginis recitandum. Die secunda Novembris omnes sub gravi culpa tenentur recitare Officium Defunctorum. Hoc autem Officium recitari non potest in festo omnium Sanctorum post Vesperas in choro, nisi præsente Episcopo, vel suffragante consuetudine propter populi concursum; sed Matutinum cum Laudibus recitandum est die 2. Novembris, ut Rubricæ, & Decreta *Sac. Congreg.* declarant. *Privata autem Officii defunctorum recitatio pro generali illorum commemoratione absolvi licitè potest post vespertinas horas festi omnium Sanctorum*, ut respondit Sacr. Rituum Congreg. 4. Septemb. 1745. in Rarispon. Qui ritum Romanum sequuntur, tenentur recitare Litanias die S. Marci, & tribus diebus Rogationum, ut tenet communior, & probabilior sententia.

XII. Recitantes in choro Divinum Officium, una pars chori attentè audire alteram debet, quia quisque integrum officium recitare tenetur: qui autem mediam officii partem nec pronuntiat, nec audit, nullo modo recitat. Si una chori pars ita confusè, & submissa voce officium recitaret, ut ab altera audiri non posset, tum non impleretur præceptum. Quoniam tunc nulla esset inter has duas partes communicatio. Astringitur quælibet pars ita clare, & distinctè suos versus recitare, ut ab altera chori parte audiri possit. Nihil autem refert quod unus, & alter ita submissa voce pronuntiet, ut audiri ab altera parte nequeat, dummodò clarè, & distinctè pronunciet. Quoniam fat est, ut integra pars audiatur ab altera parte, quamvis singuli non audiant singulos.

XIII. QUÆST. VII. *Quem ritum servare teneantur recitantes Breviarium?* RESP. Omnes tum seculares, tum regulares Ecclesiastici persolvere divinas laudes debent juxta formam Breviarii Romani jussu Pii V. editi, iis dumtaxat exceptis qui peculiari privilegio fruuntur. Ecclesiæ Mediolanensis, & Laodicensis, & aliæ peculiarem ritum habent, sicuti & Ordines Benedictinus, & Dominicanus. Qui mutarent hunc ritum, graviter peccarent, necessitate sublata. Qui enim careret Breviario Romano, & haberet in manibus Breviarium Dominicanum, aut contra, hoc uti deberet. Præceptum autem recitandi officium prævalet præcepto recitandi juxta hunc, aut illum ritum. Et quamvis unicum esset præceptum, servanda est pars præcipua, qualis est recitatio laudum divinarum: quidquid in oppositum dicant Salmanticenses cum aliis nonnullis. Falsam quoque reputo alteram opinionem Salmanticensium, qui docent Religiosos privatos alicujus Ordinis, puta Dominicani, vel Benedictini, qui proprium Breviarium habent, posse uti Breviario Romano. Possunt utique Ordines renuntiare proprio privilegio; at usquedum privilegium obtinet, & ritus in communi servatur, omnes, & singuli servare talem ritum debent, etiam dum Romæ degunt. Alioquin magna confusio, & deformitas succederet. Quare nec Benedictini uti

Bre-

Qui non potest recitare Matutinum, & Laudes, potest autem reliquas horas, ad nihil tenetur: quia pars major trahit ad se minorem. 54. Innocentius XI.

CAPUT II.

Propositiones laxæ quorumdam auctorum.

I. P. Thomas Tamburinus *lib. 1. in Decal. cap. 11. §. 7. verb.* Beneficiarius *n. 1. & 2.* „ Dicemus infra lib. 12. Beneficiarium tenue „ beneficium possidentem non obligari ex probabili sententia ad Horas Canonicas persolvendas. Quid ergo erit, si quando omnibus „ expensis, ambigatur utrum beneficium sit tenue nec ne? Resp. Puto probabile cum Vazquez obligari, & item probabile non obligari cum Caramuele. Quare alteram ex his sententiis, quam tibi libet, amplecti licet."

II. Idem Tamburinus *lib. 11. morb. celebr. Miss. cap. 6. num. 5.* „ Itaque qui dum Missam ex „ præcepto audit, vel Officium Divinum persolvit, quæstionem philosophicam secum mente „ voluntarie obvolveret, vel sua negotia cogitaret, modo externam attentionem haberet, „ quia scilicet non poneret distractiones externas ejus generis quas diximus num. 1. ex probabili dicta opinione præceptum satis adimpleret."

III. P. Georgius Gobat *tract. 5. num. 821.* „ Probabilius multo est essentiam orationis consistere cum perpetuis distractionibus, seu evagationibus mentis. Ita Cardinalis de Lugo ex „ instituto. Tamburinus lib. 4. in Decal. cap. 2. „ §. 1."

IV. Joannes Caramuel in *Theol. Fundam. num. 442.* „ Homo sum, temetipso fragilior, „ præsitus acri, & igneo ingenio. Uno momento cælos verso, altero ad subterranea descendo. Nulla in Oratorio movetur musca quæ „ mihi non sit impedimento. Attendere lectioni „ desidero, & quoad possum attendo; sed distractiones non evito. Involuntarias milliès, „ interdum etiam voluntarias; & nihilominus „ nullo crucior scrupulo, nullo dubio angor; „ quia prudenter suppono, me ad actionem internam non teneri: eam habere bonum esse, „ & ea carere ne quidem esse levem culpam: me „ ad lectionem tantum, & attentionem externam obligari: ne legisse totum quod Rubricæ jubent, ita certò scio, ut possim jurare: „ ergo me ne veniliter quidem peccavisse in „ hac materia certo scio, *& ita certò, ut possim „ jurare.*"

V. Leander de SS. Sacram. *tract. 8. disp. 5. quæst. 37.* „ Respondeo secundo etiam *probabiliter*, quod etiam Concionator quotidianus, „ qui solum voluntariè, at etiam ex mercede „ concionatur quotidiè in Quadragesima, excusetur ab horis quotidianis dicendis, si *commodè* illas recitare non possit. Et certè si „ hæc nostra sententia non esset probabilis, & „ in praxi tua, væ, væ Prædicatoribus quadragesimalibus: væ milliès illis."

VI. Idem Leander *loc. cit. quæst. 45.* „ Optimè potest quis se exercere, & occupare in contemplatione divinorum, etiamsi ex illa ita in „ extasim rapiatur, ut postea minimè recitare „ queat, vel quia raptus est per totum diem, vel „ quia ex illo manet ita fatigatus, ac defessus „ quod *facile* non valeat."

VII. Gobat *tract. 5. disp. 11. num. 842.* „ Probabilius est non teneri ad restitutionem „ ullam qui cum voluntariis, & perpetuis distractionibus recitavit horas omnes."

CAPUT III.

De Horarum Canonicarum numero, & finitione.

I. QUÆST. I. *Quot sunt Horæ Canonicæ?* RESP. Octo aliqui esse contendunt, quia distinguunt Laudes à Matutinis; sed communis sententia ad septem eas restringit; suntque Matutinum cum Laudibus, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vesperæ, & Completorium. Hujusce septenarii numeri congruæ assignantur rationes. David *Psal. 118.* inquit: *Septies in die laudem dixi tibi.* Item septem sunt Spiritus Sancti dona, & septem sunt orationis dominicæ petitiones, septem sunt peccata mortalia, septem dæmonia, & septem nequitiæ, septem tubæ quarum sonitu Jerichuntina civitas corruit, septem candelabra Ecclesiæ, quæ adumbrant septem Horas Canonicas. Plures aliæ figuræ afferri solent, quæ aliquo modo indicare videntur ejusmodi septem Horas Canonicas.

II. QUÆST. II. *Quænam sit Horarum Canonicarum notio?* RESP. Divinum Officium est certa ratio publicè laudandi Deum mente simul, & voce, auctoritate Præsulum Ecclesiæ instituta. Dicitur *certa ratio*, quia præscripta ab Ecclesia est designatis psalmis, hymnis, & precibus. Additur *publicè*, quoniam Divinum Officium publico totius Ecclesiæ nomine in bonum commune persolvitur à publicis ministris. Additur *laudandi, precandique Deum*, quod prodit soli Deo persolvendum esse Divinum Officium, quoniam in omni officio sive de Sanctis, sive de tempore, sive pro mortuis Deus laudatur. Ultimæ particulæ declarant mente simul, & voce recitandum Divinum Officium esse, quia hanc formam Ecclesia in pluribus Conciliis præscripsit.

IV. QUÆST. IV. *Quænam sunt partes majores, & minores Divini Officii, & quo tempore olim celebratæ fuere?* RESP. Majores partes sunt Nocturni, Laudes, Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vesperæ, Completorium. Minores psalmi, hymni, lectiones, cantica, antiphonæ, responsoria, capitula, collectæ. Ad tempus quod attinet, olim apud Judæos secabatur tempus in duodecim horas nocturnas, totidemque diurnas. Nocturnæ horæ in quatuor vigilias, quarum prima incipiebat ab occasu Solis, & desinebat hora tertia noctis: secunda à tertia ad sextam desinebat: tertia à sexta in nonam fluebat: quarta tandem, quæ propriè dicebatur matutina, à nona

nona incipiebat, & terminabatur in duodecimam. Harum vigiliarum meminerunt Evangelistæ. Quatuor nocturnis vigiliis correspondent quatuor diei horæ, nempè tertia, sexta, nona, & vespertina.

V. QUÆST. V. *Etne peccatum separare Matutinum à Laudibus?* RESP. Nullum peccatum includit separatio hæc, sed licita prorsus est: quoniam ex primæva institutione semper licuit hæc separatio, nullaque occurrit ratio cur id non liceat extra chorum præsertim. Immò satius est, si qui sub initium noctis, seu ad vesperam nocturnas horas recitant, dimittant Laudum recitationem ad diluculum sequentis autoræ, ut hymni opportuno tempore juxta eorum sensum recitentur. Methodus tamen in ejusdem separatione servanda est, nempè sub finem nocturnorum recitanda collecta est.

V. QUÆST. VI. *Verusne est consuetudo recitandi Horas Canonicas in choro?* RESP. Nomine chori ecclesiastici intelligitur cœtus Religiosorum, qui una conveniunt ad fundendas Deo preces juxta præscriptam formam ab Ecclesia. Hanc precandi rationem ab ipsis Apostolis traxisse originem certum est, rei substantia spectata. De primis Christianis *Act. 1.* legitur: *Erant perseverantes unanimiter in oratione.*

VII. Vvaldensis, Vvielefistæ, aliique recentiores hæretici in hunc Ecclesiæ ritum debacchati sunt, cantumque Ecclesiasticum carpsere. Verùm ipsorum ora obstruunt Scripturæ Sanctæ. Nam Moysis tempore consuetudo obtinebat canendi sacra cantica. Psalmi Davidici in cythara, & cantu recitabantur. Chrysostomus *homil. 83. in Matth.* de Christo Domino inquit: *Hymnum cecinit, ut & nos similiter faciamus.* Isidorus, Basilius, cæterique Patres cantus hujusce utilitatem describunt.

VIII. QUÆST. VII. *Abhibendane sunt instrumenta musicalia in cantu Ecclesiastico?* RESP. S. Thomas 2. 2. *quæst. 91. art. 2. ad 4.* respondet his verbis: *Sicut Philosophus dicit in 8. Politic. neque fistulæ ad disciplinam est adhibendum, neque aliquod aliud artificiale organum, puta citharam, & si quid tale aliorum est; sed quæcumque faciunt auditores bonos. Hujusmodi enim musica instrumenta magis animum movent ad delectationem, quam per ea formetur interius bona dispositio. In veteri autem Testamento usus erat talium instrumentorum: tum quia populus erat magis durus, & carnalis: unde erat per hujusmodi instrumenta provocandus, sicut & permissiones terrenas: tum etiam quia hujusmodi instrumenta corporalia aliquid figurabant.* Cajetanus animadvertit in commentariis in hunc locum, tempore S. Thomæ organorum usum non obtinuisse in Ecclesia, sicut nec Ecclesia Romana coram summo Pontifice organis utebatur. Hæc autem adjicit Cajetanus: *Et si rationem in litteræ allatam ex 8. Politic. attentius meditati fuerimus, apparebit quod in Ecclesiastico officio, ad quod suscipiendæ divinæ interioris disciplinæ gratia convenimus, juxta illud*, Sacrificium laudis honorificabit me, & illic iter quo ostendam salutare Dei, *non sunt admittenda instrumenta musica. Taùsque magis excludenda sunt, quanto divina disciplina intuitu excellentior est omnibus disciplinis humanis hujusmodi instrumenta repellentibus. Et licèt per se loquendo hoc verum sit, potest tamen per accidens tolerari jam extensa consuetudo organorum propter nimiam elongationem hominum à divino cultu, ut vel sic alietti divinis interfiat.*

IX. Consuetudo nunc universè invecta licitum reddit organorum usum, & cantum musicalem, dummodò cantus iste talis sit quo auditores præter vocis sonitum, percipere divinas laudes queant, quæ recitantur. P. Suarez docet solùm harmonicum concentum plus devotionis interdum excitare, quam psalmos ipsos, & hymnos. *Hæc sensibilia*, inquit, *magis nos movent.* Magis utique sensus movent, plusque carnalis voluptatis afferunt. Cæterum quod efficacius mentem, animumque in Deum excitent instrumenta musicalia, quam psalmi Deo afflante dictati mihi falsum videtur. Nec omnia musicalia instrumenta probare audeo. Plura prohibuit BENEDICTUS XIV. feliciter regnans. Quid si homines evirati, & theatralem professionem exercentes à theatris ad canendum in Ecclesiis transirent? Quid si divinos psalmos, hymnosque theatrali more, gestu, & modulatione canerent? Quid? Improbare ne audebis talem consuetudinem? An eam probabo? Absit. Lugebo potius amaris lacrymis, quod abrogare nequeo. Audi quæ in hanc rem scribit Cajetanus in *Sum. 5.* Organum. „ Non excusantur ex eo quod sonus abstrahit ab „ omni materia, & quælibet melodia soni potest „ ad sacra verba applicari: tum quia secundum „ rei veritatem isti soni fiunt ut accomodati ad „ delectationem auditorum, qui non noverunt „ illos nisi ut sones illorum verborum profano- „ rum, aut turpium; cujus signum audientes ex „ illo sono excitantur ad illa profana, seu turpia, „ ut experientia testatur; ita quod non est locus „ inficiationis: tum quia cantus etiam abstrahit „ ab omni materia; & tamen Ecclesia interdixit „ profanos cantus in Ecclesia, ut cantus theatrales, ut patet dist. 92. cap. *Cantores.* Memento hic Apostolicæ sententiæ: *Nolite errare: „ Deus non irridetur, aut fallitur.* Involuntur „ autem eodem crimine non solùm pulsantes, „ sed qui conducunt, & consentiunt pulsantibus hæc, ut impleantur Scripturæ: Gloriati „ sunt qui oderunt te in medio solemnitatis tuæ.

X. Quoties plus mali quam boni in exercitio cujusque artis evenit, hanc artem auferendam esse docent Plato, S. Thomas, & ipse communis sensus. Audiamus S. Augustinum, qui *lib. 10. Confess. c. 33.* hæc scribit. „ Voluptates au- „ rium tenacius me implicaverant, & subjugave- „ rant. Sed resolvisti, & liberasti me. Nunc in „ sonis, quos animant eloquia tua, cum suavi, „ & artificiosa voce cantantur, fateor, aliquan- „ tulum acquiesco, non quidem ut hæream, sed „ ut surgam, cum volo.... Sed delectatio carnis „ meæ, cui mentem enervandam non oportet „ dari, sæpè me fallit, dum rationem sensus non „ ita comitatur, ut patienter sit posterior; sed „ tantum quia propter illam meruit admitti,

„ etiam

nicas; sed debet dimittere beneficium, & restituere fructus. Qui verò obtento legitimè beneficio, eodem sententia judicis per annum, aut longiùs intervallum privatur, astringitur toto illo tempore persolvere Canonicas Horas: quoniam ex sua culpa colligere commodum non debet.

XI. Qui beneficium tenue acceptat, obligationi recitandi Horas Canonicas obnoxius est, ut communis, & vera sententia docet. Siquidem onus istud non ex reditibus, sed beneficio oritur. Ergo qui vult beneficium, vult eo ipso onera beneficii. Si displicet onus, dimittat beneficium.

XII. Beneficiarius qui capta beneficii possessione impeditur pro aliquo tempore à fructuum perceptione, obligatur ad Horas Canonicas recitandas. Qui enim pro aliquo tempore privatur fructuum perceptione, & probabiliter sperat se eosdem suo tempore percepturum, habet beneficium, & jus percipendi fructus. Astringuntur Canonicas recitare preces Beneficiarii illi quorum primi anni fructus ex statuto Ecclesiæ, aut consuetudine distribuuntur inter antiquiores: tum quia voluntariè huic oneri se subjiciunt, tum quia jus habent fructus percipiendi. Hanc tamen consuetudinem, ut pravam improbarunt Concilium Tridentinum *sess.* 24. *c.* 14. & S. Pius V. const. *Dudum* anno 1570. Quandò verò per vim, & fraudem Beneficiarius impeditur à fructuum perceptione sine spe eosdem percipiendi, exemptus est ab onere Divini Officii, & dimittere beneficium potest. Si tamen impedimentum non esset perpetuum, neque ad tempus valdè longum, & Beneficiarius retinere beneficium vellet, tum obligatus esset ad Horas Canonicas: quia & beneficium possidet, & spem habet fructus percipiendi.

XIII. Beneficiarius qui post collatum beneficium, lite sibi intentata impeditur à capienda possessione beneficii, non tenetur ad Horas Canonicas. Quoniam onus recitandi Horas Canonicas non ex sola collatione, sed ex tranquilla possessione beneficii oritur. Ex collatione jus nascitur, sed mutilum, & imperfectum; perficitur autem possessione. Ex hoc absoluto titulo onus horarum canonicarum consurgit. Quandò igitur beneficiarius nullo modo est in causa cur à possessione impediatur, sed lite intentata reipsa impeditur ne beneficium possideat, exemptus ab onere est, donec possessionem assequatur. Usquedum enim possessio est sub lite, beneficium una cum fructibus contingens est: & ex re contingenti debitum certum manare nequit.

XIV. Si contra Beneficiarius assecutus sit beneficii possessionem, & fructuum administrationem, & postea lite impetratur, tunc tenetur ad Horas Canonicas: quia tunc fruitur titulo, possessione, & administratione beneficii. Et hæc est sententia communis.

XV. QUÆST. VII. *Qui dubius est de tenuitate beneficii, tenetur-ne solvere Horarum Canonicarum pensum?* RESP. Negant Probabilistarum plures P. Tamburinus *lib. 1. in Dec. c. 3. §. 7. v. Beneficiarius* hæc scribit. „ Dicemus infra, „ Beneficiarium tenue beneficium possidentem „ non obligari *ex probabili sententia* ad Horas „ Canonicas persolvendas. Quid ergo erit, si „ quandò omnibus expensis ambigatur, utrum „ beneficium sit tenuè, nec ne? Respondeo, puto *probabile obligari, & item probabile non obligari. Quare alteram ex his sententiis quam tibi libet, amplecti licet.* Interest vel in hoc ipso Compendio ob oculos lectorum ponere *Probabilismi* suavissimos fructus. *Alteram ex sententiis, quam tibi libet amplecti licet.* Si una est vera, altera falsa sit necessum est. Licet ergo tibi *falsitatis* venenum pro ingenio suavissimè sorbillare. Sed lacrymis potius hæc lugenda sunt, quam deridenda propinare. Heinc colligat lector quam verùm sit quod suprà dixi, nempè Probabilissimum esse, salvo meliori judicio, antievangelicum: quia pro sistemate constituit licitum esse usum falsitatis; quę in alterutra contrariarum propositionum reperiatur necessum est. Tamburini doctrinam sequitur Probabilista benignissimus Leander. Qui habet duo beneficia, quorum quodlibet ita exile est ut non sufficiat, sufficiunt tamen ambo ad honestam sustentationem, tenetur ad Horas Canonicas, ut omnes affirmant. Qui verò plura pinguia beneficia habent, non duo, sed unicum Officium Divinum persolvere astringuntur. Si tamen plura beneficia injustè possideat Beneficiarius, tunc plures Theologi docent, hunc debere plura Divina Officia recitare. Dicerem ego talem Beneficiarum debere unum beneficium retinere, & cætera dimittere. Si Beneficiarius sit Sacerdos, habeatque plura beneficia, perpetrat ne plora peccata, si officium omittat? Affirmant non pauci Theologi. Verùm probabilius mihi est, unum solum peccatum patrare contra justitiam, alterum contra Religionem.

CAPUT VII.

De restitutione Beneficiariorum ob omissionem Divini Officii.

I. QUÆST. I. *Peccatne mortaliter cum onere restitutionis Beneficiarius qui primis sex mensibus Divinum Officium omittit?* RESP. Qui post elapsos sex menses Horas Canonicas omittit, secundum omnes, fructus restituere tenetur correspondentes omissionibus illorum dierum quibus omissum officium est, vel in totum, vel in partem pro rata portione. Si Matutinum cum Laudibus omissum est, dimidia pars fructuum illius diei; si omnes illæ horæ, altera dimidia pars; & pro singulis horis sexta pars, & pro integro officio omisso omnes fructus illius diei restituendi sunt, ut S. Pius V. declaravit. Quod intelligendum est de omissione culpabili, legitimo impedimento cessante.

II. De omissione intra sex primos menses Soto, Suarez, Medina, Graffius, aliique plures defendunt Beneficiarium peccare mortaliter, & ad restitutionem teneri. Contra Navarrus, Toletus, Lelsius, Castropalaus, Salmanticenses, & alii concedunt quidem hunc Beneficiarium peccare mortaliter, negant vero teneri ad restitutionem. Quoniam, inquiunt, Concilium Lateranense, & S. Pius V. definiunt peccare quidem mortaliter qui intra sex primos menses officium omittit, sed nullam faciunt restitutionis mentionem. Olim in hanc secundam sententiam ultrò me propensum patefeci. Ibidem tamen animadverti, restitutionem fructuum ex commutatrice justitia proficisci. Jus enim ecclesiasticum declarat id ad quod jus divinum obstringit Beneficiarios, qui omittentes obite propria munia, in Deum peccant, & in populum christianum. Quamvis Concilium, & S. Pius V. non meminerint restitutionis sex priorum mensium, non propterea heinc inferri evidenter potest, exemptos esse Beneficiarios omittentes officium infra hoc intervallum ab onere restitutionis, quę ex jure divino oritur. Quare cum ambigua res sit, tutior pars eligenda est, & cum priore sententia dicendum, Beneficiarium hunc restitutioni obnoxium esse. Quid enim præsumendum de Beneficiario isto, qui vel ipsa beneficii sui exordia flagitiis profanat? Sicut iste gravius peccat, ita severius puniendus est, & restitutionis pœna plectendus.

III. QUÆST. II. *Beneficiarius qui elapsis sex mensibus omittit recitare officium absque culpa, tenetur-ne ad restitutionem?* RESP. In rebus corporalibus non solum ex injusta acceptione, sed potissimum ex re accepta restitutionis oritur obligatio. Verùm in restitutione orta ex jure spirituali hic titulus locum non habet. Quamobrem qui absque culpa omittit officium, à restitutione liber est. Et hoc colligitur ex ipsa S. Pii V. constitutione, in qua obligatur Beneficiarius ad restitutionem qui *legitimo cessante impedimento non dixerit*, &c.

IV. Docent nonnulli, Beneficiarium qui uno aut altero die omitteret officium, non teneri ad restitutionem; immo istorum aliqui dilatant omissionem ad octo dies. Sed hæc opinio omni caret probabilitate, cum sit evidenter contraria Constitutioni S. Pii V. dicentis: *Qui omnes Horas Canonicas* UNO, *vel pluribus diebus intermiserit*. Beneficiarius qui unam integram horam intermittit, tenetur ad restitutionem, ut ex citata Constitutione Plana constat. Immo qui notabilem horæ partem negligeret, cum mortaliter peccaret, & horam non recitaret, deberet restituere fructus correspondentes illi integræ horæ.

V. QÆST. III. *Beneficiarius qui partem levem in singulis horis omitteret, essetne restitutioni obnoxius?* RESP. Negant Salmanticenses, licet leves istæ omissiones simul acceptæ efficerent peccatum grave. Sed hæc opinio mihi falsa est. Quoties Beneficiarius omittit talem officii partem quæ sufficiat ad peccatum mortale, toties obligatur restituere partem correspondentem omissioni.

VI. QUÆST. IV. *Qui bodie omittit officium, & cras duplex officium recitat, tenetur-ne ad restitutionem?* RESP. Negant Salmanticenses, & alii. Quia, inquiunt, sicut Capellanus hodie Missam omittens, satisfacit, si postea duas celebret; ita si postea recitet officium. Peccavit utique Beneficiarius, inquiunt, contra præceptum quotidianæ recitationis, secus contra præceptum restitutionis, cum omissum officium altero officio compenset. Hæc opinio mihi falsa est: quoniam Ecclesia jubet fructuum restitutionem, declaravitque omittentem hodie officium *non facere fructus suos*. Si suos non facit fructus, eosdem restituere astringitur. Qui *grossam* canonicatus, ut vocant, seu certos reditus acquisivit, si officium omittat, tenetur ad restitutionem, quidquid in oppositum dicant Salmanticenses. Quia licet Canonicus acquirat, & jure possideat reditus; hæc tamen acquisitio, & possessio gravata est restitutionis onere, si omittatur recitatio officii. Siquidem quod fructus isti percipiantur sive ante, sive post recitationem, perinde est. Semper enim gravati sunt recitandi officii debito fructus isti. Ergo cum officii debitum non solvitur, facienda restitutio est.

VII. QUÆST. V. *Peractа restitutio facienda ne est ante judicis sententiam?* RESP. Affirmant communiter Theologi etiam benigniores. Ratio est evidens. Qui omittunt officium, non faciunt fructus suos, ut lex Ecclesiæ definivit. Nemo autem retinere jure valet quod suum non est. Quamobrem meritò Alexander VII. proscripsit sequentem thesim: *Restitutio à Pio V. imposita Beneficiati non recitantibus, non debetur in conscientia ante sententiam declaratoriam judicis, eo quod sit poena.* Obstringuntur itaque illico Beneficiarii isti restituere fructus injustè perceptos.

VIII. QUÆST. VI. *Beneficiarius absque ulla attentione recitandi officium, tenetur-ne restituere?* RESP. Negant nonnulli. Verum probabilior est oppositа sententia, atque communior. Qui enim data opera animo distracto recitat canonicas horas, non implet recitationis præceptum, quemadmodum non implerur præceptum annuæ confessionis per confessionem sacrilegam: ergo urget præceptum restitutionis perinde ac si omissum officium esset. Qui vero peccato mortali inquinati attento animo recitant, implent præceptum, & nihil restituere tenentur.

IX. QUÆST. VII. *Beneficiarius curatus omittens horas canonicas, tenetur-ne restituere omnes beneficii fructus, an solum fructus correspondentes recitationi omissæ?* RESP. Benigniotis Ethices patroni plures defendunt, restituendam esse dumtaxat partem fructuum correspondentem horis omissis. Sed affirmantem sententiam graviores Theologi defendunt, nisi constitutioni Planę inquienti: *Qui horas omnes canonicas* UNO, *vel pluribus diebus intermiserit, amittat* OMNES BENEFICII, *vel beneficiorum fructus, qui illi, vel illis diebus correspondent.* Ponamus hypothesim, voluisse nempè S. Pium V. declarare Beneficiarium debere restituere omnes beneficii fructus, poteratne clarioribus verbis uti? Omnes ergo beneficii, vel beneficiorum fructus restituere isti tenentur, tam recitationi, quam aliis ministeriis correspondentes. Accedit quod nimium arbitraria esset juxta oppositæ sententiæ auctores restitutio, si in arbitrio cujusque Parochi, & Beneficiarii constituta esset. Si enim quilibet Beneficiarius secernere deberet, & eos retinere qui res-

nicas; sed debet dimittere beneficium, & restituere fructus. Qui verò obtento legitimè beneficio, eodem sententia judicis per annum, aut longiùs intervallum privatur, astringitur toto illo tempore persolvere Canonicas Horas: quoniam ex sua culpa colligere commodum non debet.

XI. Qui beneficium tenue acceptat, obligationi recitandi Horas Canonicas obnoxius est, ut communis, & vera sententia docet. Siquidem onus istud non ex reditibus, sed beneficio oritur. Ergo qui vult beneficium, vult eo ipso onera beneficii. Si displicet onus, dimittat beneficium.

XII. Beneficiarius qui capta beneficii possessione impeditur pro aliquo tempore à fructuum perceptione, obligatur ad Horas Canonicas recitandas. Qui enim pro aliquo tempore privatur fructuum perceptione, & probabiliter sperat se eosdem suo tempore percepturum, habet beneficium, & jus percipendi fructus. Astringuntur Canonicas recitare preces Beneficiarii illi quorum primi anni fructus ex statuto Ecclesiæ, aut consuetudine distribuuntur inter antiquiores: tum quia voluntariè huic oneri se subjiciunt, tum quia jus habent fructus percipiendi. Hanc tamen consuetudinem, ut pravam improbarunt Concilium Tridentinum *sess.* 24. *c.* 14. & S. Pius V. const. *Dudum* anno 1570. Quandò verò per vim, & fraudem Beneficiarius impeditur à fructuum perceptione sine spe eosdem percipiendi, exemptus est ab onere Divini Officii, & dimittere beneficium potest. Si tamen impedimentum non esset perpetuum, neque ad tempus valdè longum, & Beneficiarius retinere beneficium vellet, tum obligatus esset ad Horas Canonicas: quia & beneficium possidet, & spem habet fructus percipiendi.

XIII. Beneficiarius qui post collatum beneficium, lite sibi intentata impeditur à capienda possessione beneficii, non tenetur ad Horas Canonicas. Quoniam onus recitandi Horas Canonicas non ex sola collatione, sed ex tranquilla possessione beneficii oritur. Ex collatione jus nascitur, sed mutilum, & imperfectum; perficitur autem possessione. Ex hoc absoluto titulo onus horarum canonicarum consurgit. Quandò igitur beneficiarius nullo modo est in causa cur à possessione impediatur, sed lite intentata reipsa impeditur ne beneficium possideat, exemptus ab onere est, donec possessionem assequatur. Usquedum enim possessio est sub lite, beneficium una cum fructibus contingens est: & ex re contingenti debitum certum manare nequit.

XIV. Si contra Beneficiarius assecutus sit beneficii possessionem, & fructuum administrationem, & postea lite impetratur, tunc tenetur ad Horas Canonicas: quia tunc fruitur titulo, possessione, & administratione beneficii. Et hæc est sententia communis.

XV. QUÆST. VII. *Qui dubius est de tenuitate beneficii, tenetur-ne solvere Horarum Canonicarum pensum?* RESP. Negant Probabilistarum plures P. Tamburinus *lib. 1. in Dec. c. 3. §. 7. v. Beneficiarius* hæc scribit. „ Dicemus infra, „ Beneficiarium tenue beneficium possidentem „ non obligari *ex probabili sententia* ad Horas „ Canonicas persolvendas. Quid ergo erit, si „ quandò omnibus expensis ambigatur, utrum „ beneficium sit tenuè, nec ne? Respondeo, puto *probabile obligari, & item probabile non obligari. Quare alteram ex his sententiis quam tibi libet, amplecti licet.* Interest vel in hoc ipso Compendio ob oculos lectorum ponere *Probabilismi* suavissimos fructus. *Alteram ex sententiis, quam tibi libet amplecti licet.* Si una est vera, altera falsa sit necessum est. Licet ergo tibi *falsitatis* venenum pro ingenio suavissimè sorbillare. Sed lacrymis potius hæc lugenda sunt, quam deridenda propinare. Heinc colligat lector quam verùm sit quod suprà dixi, nempè Probabilissimum esse, salvo meliori judicio, antievangelicum: quia pro sistemate constituit licitum esse usum falsitatis; quę in alterutra contrariarum propositionum reperiatur necessum est. Tamburini doctrinam sequitur Probabilista benignissimus Leander. Qui habet duo beneficia, quorum quodlibet ita exile est ut non sufficiat, sufficiunt tamen ambo ad honestam sustentationem, tenetur ad Horas Canonicas, ut omnes affirmant. Qui verò plura pinguia beneficia habent, non duo, sed unicum Officium Divinum persolvere astringuntur. Si tamen plura beneficia injustè possideat Beneficiarius, tunc plures Theologi docent, hunc debere plura Divina Officia recitare. Dicerem ego talem Beneficiarum debere unum beneficium retinere, & cætera dimittere. Si Beneficiarius sit Sacerdos, habeatque plura beneficia, perpetrat ne plora peccata, si officium omittat? Affirmant non pauci Theologi. Verùm probabilius mihi est, unum solum peccatum patrare contra justitiam, alterum contra Religionem.

CAPUT VII.

De restitutione Beneficiariorum ob omissionem Divini Officii.

I. QUÆST. I. *Peccatne mortaliter cum onere restitutionis Beneficiarius qui primis sex mensibus Divinum Officium omittit?* RESP. Qui post elapsos sex menses Horas Canonicas omittit, secundum omnes, fructus restituere tenetur correspondentes omissionibus illorum dierum quibus omissum officium est, vel in totum, vel in partem pro rata portione. Si Matutinum cum Laudibus omissum est, dimidia pars fructuum illius diei; si omnes illæ horæ, altera dimidia pars; & pro singulis horis sexta pars, & pro integro officio omisso omnes fructus illius diei restituendi sunt, ut S. Pius V. declaravit. Quod intelligendum est de omissione culpabili, legitimo impedimento cessante.

II. De omissione intra sex primos menses Soto, Suarez, Medina, Graffius, aliique plures defendunt Beneficiarium peccare mortaliter, & ad restitutionem teneri. Contra Navarrus, Toletus, Lelsius, Castropalaus, Salmanticenses, & alii concedunt quidem hunc Beneficiarium peccare mortaliter, negant vero teneri ad restitutionem. Quoniam, inquiunt, Concilium Lateranense, & S. Pius V. definiunt peccare quidem mortaliter qui intra sex primos menses officium omittit, sed nullam faciunt restitutionis mentionem. Olim in hanc secundam sententiam ultrò me propensum patefeci. Ibidem tamen animadverti, restitutionem fructuum ex commutatrice justitia proficisci. Jus enim ecclesiasticum declarat id ad quod jus divinum obstringit Beneficiarios, qui omittentes obite propria munia, in Deum peccant, & in populum christianum. Quamvis Concilium, & S. Pius V. non meminerint restitutionis sex priorum mensium, non propterea heinc inferri evidenter potest, exemptos esse Beneficiarios omittentes officium infra hoc intervallum ab onere restitutionis, quę ex jure divino oritur. Quare cum ambigua res sit, tutior pars eligenda est, & cum priore sententia dicendum, Beneficiarium hunc restitutioni obnoxium esse. Quid enim præsumendum de Beneficiario isto, qui vel ipsa beneficii sui exordia flagitiis profanat? Sicut iste gravius peccat, ita severius puniendus est, & restitutionis pœna plectendus.

III. QUÆST. II. *Beneficiarius qui elapsis sex mensibus omittit recitare officium absque culpa, tenetur-ne ad restitutionem?* RESP. In rebus corporalibus non solum ex injusta acceptione, sed potissimum ex re accepta restitutionis oritur obligatio. Verùm in restitutione orta ex jure spirituali hic titulus locum non habet. Quamobrem qui absque culpa omittit officium, à restitutione liber est. Et hoc colligitur ex ipsa S. Pii V. constitutione, in qua obligatur Beneficiarius ad restitutionem qui *legitimo cessante impedimento non dixerit*, &c.

IV. Docent nonnulli, Beneficiarium qui uno aut altero die omitteret officium, non teneri ad restitutionem; immo istorum aliqui dilatant omissionem ad octo dies. Sed hæc opinio omni caret probabilitate, cum sit evidenter contraria Constitutioni S. Pii V. dicentis: *Qui omnes Horas Canonicas* UNO, *vel pluribus diebus intermiserit*. Beneficiarius qui unam integram horam intermittit, tenetur ad restitutionem, ut ex citata Constitutione Plana constat. Immo qui notabilem horæ partem negligeret, cum mortaliter peccaret, & horam non recitaret, deberet restituere fructus correspondentes illi integræ horæ.

V. QÆST. III. *Beneficiarius qui partem levem in singulis horis omitteret, essetne restitutioni obnoxius?* RESP. Negant Salmanticenses, licet leves istæ omissiones simul acceptæ efficerent peccatum grave. Sed hæc opinio mihi falsa est. Quoties Beneficiarius omittit talem officii partem quæ sufficiat ad peccatum mortale, toties obligatur restituere partem correspondentem omissioni.

VI. QUÆST. IV. *Qui bodie omittit officium, & cras duplex officium recitat, tenetur-ne ad restitutionem?* RESP. Negant Salmanticenses, & alii. Quia, inquiunt, sicut Capellanus hodie Missam omittens, satisfacit, si postea duas celebret; ita si postea recitet officium. Peccavit utique Beneficiarius, inquiunt, contra præceptum quotidianæ recitationis, secus contra præceptum restitutionis, cum omissum officium altero officio compenset. Hæc opinio mihi falsa est: quoniam Ecclesia jubet fructuum restitutionem, declaravitque omittentem hodie officium *non facere fructus suos*. Si suos non facit fructus, eosdem restituere astringitur. Qui *grossam* canonicatus, ut vocant, seu certos reditus acquisivit, si officium omittat, tenetur ad restitutionem, quidquid in oppositum dicant Salmanticenses. Quia licet Canonicus acquirat, & jure possideat reditus; hæc tamen acquisitio, & possessio gravata est restitutionis onere, si omittatur recitatio officii. Siquidem quod fructus isti percipiantur sive ante, sive post recitationem, perinde est. Semper enim gravati sunt recitandi officii debito fructus isti. Ergo cum officii debitum non solvitur, facienda restitutio est.

VII. QUÆST. V. *Peractа restitutio facienda ne est ante judicis sententiam?* RESP. Affirmant communiter Theologi etiam benigniores. Ratio est evidens. Qui omittunt officium, non faciunt fructus suos, ut lex Ecclesiæ definivit. Nemo autem retinere jure valet quod suum non est. Quamobrem meritò Alexander VII. proscripsit sequentem thesim: *Restitutio à Pio V. imposita Beneficiati non recitantibus, non debetur in conscientia ante sententiam declaratoriam judicis, eo quod sit poena.* Obstringuntur itaque illico Beneficiarii isti restituere fructus injustè perceptos.

VIII. QUÆST. VI. *Beneficiarius absque ulla attentione recitandi officium, tenetur-ne restituere?* RESP. Negant nonnulli. Verum probabilior est oppositа sententia, atque communior. Qui enim data opera animo distracto recitat canonicas horas, non implet recitationis præceptum, quemadmodum non implerur præceptum annuæ confessionis per confessionem sacrilegam: ergo urget præceptum restitutionis perinde ac si omissum officium esset. Qui vero peccato mortali inquinati attento animo recitant, implent præceptum, & nihil restituere tenentur.

IX. QUÆST. VII. *Beneficiarius curatus omittens horas canonicas, tenetur-ne restituere omnes beneficii fructus, an solum fructus correspondentes recitationi omissæ?* RESP. Benigniotis Ethices patroni plures defendunt, restituendam esse dumtaxat partem fructuum correspondentem horis omissis. Sed affirmantem sententiam graviores Theologi defendunt, nisi constitutioni Planę inquienti: *Qui horas omnes canonicas* UNO, *vel pluribus diebus intermiserit, amittat* OMNES BENEFICII, *vel beneficiorum fructus, qui illi, vel illis diebus correspondent.* Ponamus hypothesim, voluisse nempè S. Pium V. declarare Beneficiarium debere restituere omnes beneficii fructus, poteratne clarioribus verbis uti? Omnes ergo beneficii, vel beneficiorum fructus restituere isti tenentur, tam recitationi, quam aliis ministeriis correspondentes. Accedit quod nimium arbitraria esset juxta oppositæ sententiæ auctores restitutio, si in arbitrio cujusque Parochi, & Beneficiarii constituta esset. Si enim quilibet Beneficiarius secernere deberet, & eos retinere qui res-

„ lis de Lugo ex instituto. Tamburinus *lib. 4. „ in Decal. cap. 2. §. 1.* Cotonius, atque omnes, „ qui concedentes recitationem Breviarii impe- „ rati ab Ecclesia per modum orationis, excu- „ sant á mortali *foventes perpetuas distractiones.*" Num 842. subjungit: „ Probabilius est non te- „ neri ad ullam restitutionem, qui *cum voluntа- „ riis, & perpetuis distractionibus* recitavit horas „ omnes, aut unam, modò integrè, & cum in- „ tentione orandi." Plurima alia prætereo. Sufficit identidem fructus Probabilissimi indicare, ut lectores cautiores fiant in his libris legendis. Quis enim non commoveatur, dùm talia legit paradoxa? His laxis opinionibus, quæ non ut probabiles modò, verùm etiam ut probabiliores evulgantur, imbuti tot nulleri Sacerdotes, & Breviarium, & Missam non celebrant, sed blaterant, & musitant.

IX. QUÆST. II. *Sufficitne ad adimplendum præceptum attentio habitualis?* RESP. Negant omnes qui defendunt necessitatem internæ attentionis. Quando in S. Thoma legis satis esse attentionem habitualem, scias velim nomine attentionis habitualis eum intelligere virtualem, ut in plurimis testimoniis liquet.

X. QUÆST. III. *Satisne est ad implendum præceptum, meditari mysteria passionis Christi, aut Sanctorum, vel B. Virginis acta?* RESP. Affirmat communior, & probabilior sententia. Ex tribus quippè attentionibus, ad verba, ad sensum, ad Deum, hæc tertia est omnium perfectissima, ut dictum est aliàs. Porrò cum quis meditatur passionis Christi mysteria, vel Sanctorum acta, quæ relationem ad Deum exprimunt, mentem ad Deum elevatam habet.

XI. QUÆST. IV. *Peccantne Christiani, qui animo distracto preces recitant?* RESP. Quando præceptum orationis urget, ut orget diebus festis, tum ex præcepto necessaria attentio est. Quare rejicienda est, ut enormiter laxa, quorumdam doctrina qua statuitur, non teneri fideles audientes Missam die festo attentionem adhibere. Hac admissa doctrina, Christiani, veluti animalia solum corpus, secus animam Deo subjiciunt. Nisi tempore quo præceptum urget assistendi sacruento Sacrificio, Christiani elevent in Deum mentem, quando id præstabunt? Et nisi Deum, & Christi mysteria meditentur, quid discriminis eos inter & bruta? In cæteris precibus, quas ex devotione fideles recitant, distractiones non excedunt culpam venialem. Omitti sine culpa oratio potest; ac recitari mente distracta sine culpa aliqua nequit. Non teneris alloqui Pontificem summum; at posito quod alloqui eum velis, ea servare debes quæ pontificiæ Majestati congruunt. Oratio sine attentione simulacrum orationis est. Levis tamen est culpa hæc, præsertim quod rarò distractio sit omninò deliberata. Qui enim ex devotione orant, omittunt orationem, cum ad alia attendere cupiunt.

XII. QUÆST. V. *Quæ sunt aliones externæ quæ in recitante horas canonicas attentionem interiorem impediunt?* RESP. Exteriorem devotionem directe præcipit cap. *Dolentes*, ut dictum est. Quarè omnes adfirmant abstinendum esse actionibus externis, dùm divinum officium recitatur. Difficultas est designare actiones illas, quæ attentionem interiorem impediunt. Omnes adfirmant, scribere, pingere, aliud legere, vel audire, pugnare cum interiore attentione. Qui officii partem recitant dum se induunt, aut lavant, præcepto attentionis satisfaciunt. Communior quippè opinio, & probabilior docet ejusmodi actiones non pugnare cum attentione interna. Sunt enim ejusmodi opera adeò facilia, & familiaria ut nullam præter habitualem assuetudinem requirant attentionem. Intellige tamen de vestitu familiari, & consueto. Nam si sermo esset de ornatu exquisito, & eleganti, nullo modo impleretur præceptum. Nihil nunc dico de ornatu vano, & artificiosa pomparum dispositione: quia certum est hæc omnia pugnare cum elevatione mentis in Deum in oratione recitanda necessaria. Loquimur ergo de Christianis, & Religiosis, qui è lecto surgentes signant se signo crucis, & induentes se preces recitant. Ipsæ Rubricæ Missalis Romani præscribunt quasdam preces recitandas à Sacerdotibus dùm manus lavant, & sactas vestes induunt.

XIII. QUÆST. VI. *Licitumne est inter manuum labores preces recitare?* RESP. Omnia munda mundis, & sanctis sancta. Si Christiani ex devotionis fervore labores suos manuales, & corporales Deo offerant, Deumque precentur, hymnos sacros canant, quis pium hunc morem improbabit? Si verò Clerici, & Religiosi singulari ritu dicati, qui tempore abundant quo Deo vacare queant, laudes divinas defatigationibus corporalibus immiscerent, necessitate sublata, proculdubio peccarent, & propòsito statui à terrenis curis segregato injuriam afferrent. Circumstantiæ ergo, & principia spectanda sunt, undè rationes istæ manant.

XIV. QUÆST. VII. *Satisfacitne præcepto recitandi horas canonicas, qui simul Missam de præcepto audit?* RESP. Affirmat communior opinio. Nihil quippè peculiare habet auditio Missæ quod cum divini officii recitatione pugnet. Ambo verò præcepta eodem conspirant, & eumdem finem spectant, nempè Dei cultum. Nonnè si Missa auditur ex devotione, recitati divinum officium ex præcepto impositum valet? Auditio ergo Missæ non pugnat cum recitatione Officii. Consultiùs tamen est diverso tempore distincta implere præcepta.

XV. QUÆST. VIII. *Quid de eo dicendum qui in choro somno vexatur?* RESP. Certum est illum non satisfacere qui per notabilem officii partem dormitet. Qui in choro somno vexatur, recitat tamen omnes versiculos, & somnum excutere conatur, licèt aliquem versiculum per subreptionem omitteret, non esset obligandus ad repetendum officium. Esset enim pondus nimis grave talis repetitio, & occasionem pareret abstinendi à choro. Qui extra chorum somno vexatur, in tempus magis opportunum differat recitationem. Qui somno obnoxii sunt, & differunt recitationem divini officii propè mediam noctem cum

cum prævisione in præterita experientia fundata succumbendi somno, letaliter peccant, ut communiter Theologi docent.

XVI. QUÆST. IX. *Necessariane intentio est recitandi horas canonicas?* RESP. Adfirmant omnes. Duplex intentio: altera formalis, & expressa, dùm quis hunc elicit actum: volo implere præceptum recitandi canonicas horas: altera implicita & virtualis, quę continetur in ipsa deliberata voluntare exequendi opus præceptum. Omnes adfirmant sufficere virtualem, & implicitam intentionem. Hæc autem habetur, eo ipso quod accipias Breviarium ad recitandas dictas horas. Quarè rejicienda est illorum opinio qui dicunt non debere repetere officium illum, qui inciperet recitare officium divinum cum expresso animo non satisfaciendi. Qui enim recitat officium cum expressa voluntate non satisfaciendi, revera non satisfacit; sicut si debes centum aureos Paulo, & alios centum eidem dones, cum expressa voluntate non solvendi debitum, numquid debitum solveres? Idem dicendum in casu nostro.

XVII. QUÆST. X. *Satisne fit sola mente absque extrinseca voce, canonicas horas recitare: & an Regulares fruantur privilegio recitandi officium divinum mentaliter, dum privatim extra chorum illud persolvunt?* RESP. Voce recitandum esse divinum officium docent omnes, & hoc in pluribus Conciliis, & cap. *Dolentes* præceptum est. Aliqui tamen citati à Leandro defendunt, spectato jure communi, probabile esse sola mente recitari horas canonicas posse. Quam opinionem non rejicit Leander, immò dolet quod à P. Suarez declaretur improbabilis: quæ tamen opinio non improbabilis modò, verùm etiam falsa penitùs est, & pertidicula.

XVIII. Ad Regulares quod attinet, respondet ipse Leander, probabilius esse istos frui privilegio recitandi mentaliter Breviarium: & pro hac opinione citat Tamburinum, Hurtadum, Joannem de Cruz.

XIX. Salmanticenses *tract. 15. cap. 3. pag. 8. num. 51.* hanc opinionem probabiliorem, nedum probabilem, reputant, referuntque privilegium Leonis X. confirmatumque ajunt à S. Pio V. & concludunt Regulares posse reipsa vi istius privilegii mentaliter officium persolvere.

XX. Hęc opinio falsa est mihi, commentitio privilegio nixa. Dixi privilegium istud commentitium esse in sensu allegato ab auctoribus citatis. Quoniam, ut Pejerinus ipse, qui refert hoc privilegium, testatur, Pontifex concedit dumtaxat ut fratres scrupulosi valeant aliqua, quæ secretò in choro recitantur mentaliter recitare, adjecta conditione, si majorem experiantur devotionem. Vide *Tom. 2. in Decal. lib. 2. diff. 2. can. 9. §. 5.* ubi plura alia privilegia relata à Salmanticensibus refelluntur.

XXI. QUÆST. XI. *Peccatne letaliter qui unicam ex minimis horis omittit?* RESP. Negant plures, quorum opinio falsa mihi est, & contrariam docent communiter Theologi. Disputant aliqui, num peccarent mortaliter qui omitterent aut dimidiam, aut tertiam horæ, puta Sextæ aut Nonæ, partem: & quisque pro arbitrio adfirmat, & negat. Quæstiunculæ istæ supersluæ sunt. Quis enim, nisi amens sit, recitabit dimidiam horæ canonicæ, puta, Primæ, vel Nonę, & aliam dimidiam, vel tertiam partem omittet? Caramuel defendit non peccare mortaliter eum, qui unum nocturnum omittit in Matutino cum Laudibus. Hanc opinionem ut manifestè falsam improbant communiter Theologi. Unius quippè nocturni omissio gravis est. Leander, Sanchez, Diana docent non peccare mortaliter eum, qui in Matutinis feriæ, aut simplicis officii alicujus Sancti omitteret voluntariè tres lectiones cum tribus responsoriis, quia hæc est materia parva. Franciscus Pellizarius defendit non peccare graviter qui omitteret Vesperas Sabbati sancti. Omnes istas opiniones Theologi graviores rejiciunt ut falsas.

XXII. QUÆST. XII. *Peccantne mortaliter, qui breviùs, loco longioris, officium recitant?* RESP. Caramuel, Antonius à Spiritu Sancto, Leander, Vazquez, Azotius, Salmanticenses, & alii defendunt, non peccare mortaliter illos, qui sine causa, & ex sola cupiditate sese celeriùs expediendi, permutant divinum officium ad libitum, seliguntque breviùs loco longioris, puta de sancto cum fit de feria, vel de Dominica.

XXIII. Recensita opinio falsa est, & nisi me fallunt omnia, continetur in hac damnata thesi ab Alex. VII. *In die Palmarum recitans officium paschale satisfacit præcepto.* Non solùm urget præceptum recitandi divinum officium, sed etiam præceptum adest illud recitandi juxta formam ab Ecclesia præscriptam. Reposuunt laudati juniores, S. Pium V. non imposuisse præceptum, sed exhortationem tantùm præscripsisse; vel præceptum esse in re levi. Levisne res dicenda est, quæ ritum recitandi divinas laudes moderatur? Præceptum est, quidem in re gravi.

XXIV. Damnaresne culpæ gravis eum, qui bona fide recitavit officium existimans revera illud esse talis diei officium, si nollet illud repetere? Non auderem asserere hunc nolentem repetere aliud ejusdem diei officium reum esse peccati mortalis. Ego tamen repeterem. Qui ex errore omittunt officium duplex, & suprà, debent primo die vacuo illud recitare, si privatim recitant extra chorum; secus qui recitant in choro. In praxi quisque videat quid ordini congruat, quid à confusione magis distet. Qui hodiè recitat divinum officium ex errore recitandum crastina die, debet crastina die illud recitare, quia error privatus non debet pervertere ordinem præscriptum ab Ecclesia. Qui omittit totum officium, unicum non plura peccata committit.

XXV. QUÆST. XIII. *Quæ continuatio, & ordo servari debent in recitandis canonicis horis?* RESP. Salmanticenses defendunt, nunquàm gravitèr peccare eum, qui intra naturalem diem recitat divinum officium, etiamsi maxima contingat interruptio, etiamsi interruptio fiat in medio unius psalmi, unius lectionis. Manè incipis re-

pondent aliis mysteriis, cæteros verò restituere; restitutio correspondens recitationi omissæ vix occurreret, & in nihil occideret. Quarè omnibus æqua lance libratis hæc secunda opinio probabilior est.

X. QUÆST. VIII. *Qui unum officium pro alio recitat, tenetúrne ad restitutionem?* RESP. Qui unum officium pro altero voluntariè recitat, puta de Sancto cum sit de feria, non implet præceptum, quia præceptum illud implendum est juxta formam præscriptam ab Ecclesia. Porrò qui præceptum non implet, restitutioni obnoxius est. Opposita opinio includitur meo facilè judicio in propositione damnata, qua dicebatur unum officium pro alio valere.

XI. QUÆST. IX. *Colonus restitutio fieri debet, fabricæ, an pauperibus?* RESP. Responsio patet ex constitutione Pianâ præcipiente Beneficiarios debere hos fructus injustè perceptos vel *in fabricam ipsorum beneficiorum, vel in pauperum eleemosynas erogare.* In libertate itaque est Beneficiarii omittentis officium, fructus injustè perceptos vel fabricæ, vel pauperibus restituere. Nomine fabricæ veniunt, vel domus, agri, reditus beneficii, vel Ecclesia ipsa instaurandæ; non verò templa altiùs beneficii. De pauperibus nihil decernit constitutio. Ratio tamen naturalis dictat ut pauperes loci præferantur pauperibus extraneis. Spectandæ tamen sunt circumstantiæ majoris paupertatis. Si Beneficiarius, qui restituere debet, revera pauper sit, sibi ut pauperi, fide bona, partem aliquam fructuum potest applicare. In hoc tamen negotio consulere Beneficiarius debet virum pium, & prudentem, quia avara cupiditas omnibus insita facilè effingit paupertatem ubi non est. Debet quoque Beneficiarius partem dumtaxat, pro majori, vel minori paupertate, fructuum sibi ut revera pauperi applicare, non ut ditior, vel commodior evadat, sed tantùm ut suæ paupertati succurrat: alioquin se ipsum decipit. Falsa mihi est sententia eorum, qui docent posse Beneficiarium hunc applicare fructus restituendos ad sorores, ad fratres, ad matrem, non solùm si sint mendici, sed etiàm si necessariis ad decentiam personæ, vel status careant. Hæc doctrina admissa vix dabitur casus, in quo aut fabricæ beneficiorum, aut pauperes aliquid percipiant: decentia enim matris, sororum, & frattrum vix confinia admittunt. Docent insuper Theologi, ejusmodi fructus erogari posse in suffragium mortuorum. Ego dico erogandos esse fructus pauperibus hac conditione, ut illi preces pro animabus Purgatorii fundant. Hoc pacto securius lex servatur.

XII. Disputant nonnulli num Beneficiarius possit retinere fructus sibi à pauperibus donatos, antequam iisdem tales fructus contulerit? Promisit Beneficiarius fructus restituendos huic, aut illi pauperi: antequàm fructus pauperes accipiant, eosdem Beneficiario donant. Si donatio fiat ante fructuum traditionem, non audent licitam asserere retentionem; si verò fiat post traditionem fructuum, tum validam aliqui asserunt. Hæ sunt quæstiones antiquis Patribus incognitæ. Si pauperes revera tales sunt, quomodo donare valent subsidium, quo ipsi indigent? Quæstio hæc futilis est.

XIII. QUÆST. X. *Fructuum restitutio suppleriue potest eleemosynis factis à Beneficiario antequàm omitteret preces canonicas?* RESP. Affirmat Leander, & pro hac sua opinione citat Suarez, Pellizarium, Pasqualigum, Laymanum, Busembaum. Hæc opinio continetur in hac thesi damnata ab Alex. VII. *Restitutio fructuum ob omissionem horarum suppleri potest per quascumque eleemosynas, quas Beneficiarius de fructibus sui beneficii fecerit.* P. Viva in commentariis in hanc propositionem n. 9. defendere nititur P. Suarez doctrinam à thesi proscriptam. Quam felici eventu id præstet, aliorum est judicium. Plura ibidem docet P. Viva, quæ mihi laxa videntur, quia de medio tollunt constitutionis Lateranensis, & S. Pii V. præceptum. Lege *Tom. 2. in Decal. lib. 2. cap. 8. q. 10. n. 26.* Beneficiarius, qui nullo habito respectu ad restitutionis suæ debitum eleemosynas elargitur, liberaliter donat. Liberali autem & gratuita donatione non solvitur id quod ex justitia debetur.

XIV. QUÆST. XI. *Pensionarius tenetúrne fructus pensionis restituere pro vata, si officium recitare omittat?* RESP. Affirmant omnes. Si Beneficiarius prætermittat solvere pensionem, debet Pensionarius illum urgere ut solvat, non ut fructus istos sibi retineat, cum officium omittit, sed ut creditoribus, nempè pauperibus, vel beneficii fabricæ eroget. Nec Beneficiarius negare absoluto valet Pensionario non recitanti solutionem pensionis: quoniam Beneficiarius debitor, non judex est.

CAPUT VIII.

De attentione, intentione, voce, tempore, & loco servando in recitandis canonicis horis.

I. QUÆST. I. *Quæ attentio requiratur ad recitationem divini officii?* RESP. Duplex attentio, exterior, & interior. Exterior præscripta est cap. *Dolentes*. De interiore Theologi in utramque partem disputant. Negant Diana, Machadus, Tamburinus, Coninckius, Cardinalis de Lugo, Gobat, & alii multi, quos citat P. Lacroix. Affirmantem sententiam defendunt Cajetanus, Navarrus, Vazquez, Valentia, Suarez, Genet, Van-Roy, Henricus à S. Ignatio, Natalis ab Alexandro, Antoine, & alii plurimi.

II. Salmanticenses referunt utramque sententiam, contendunturque Theologos utriusque sententiæ idem sentire. Triplicem distinguunt attentionem: 1. qua quis attendit ad verba; 2. meditatur verborum sensum; 3. Deum spectat, & est omnium perfectissima, quia mentem Deo conjungit. Unam ex his tribus sufficere fatentur omnes. Loco principii constituunt Theologi isti, distractionem voluntariam non opponi attentioni verborum, quæ attentio sufficit ad debitam recitationem. Sola quippè voluntas, qua quis deliberat se expressè nolle attendere ad verba, retractat priorem attentionem. Contendunt mentem humanam posse simul ad diversa disparata attendere, & ideò per voluntarias distractiones non interrumpi priorem attentionem. Eo solùm in casu ajunt interrumpi, & retractari priorem attentionem ad verba, cum quis dicit intra se: Nolo attendere; vel per actus exteriores fabulandi, scribendi, legendi, &c. reipsa attentionem virtualem interrumpat.

III. Hæc doctrina, qua asseritur per voluntarias distractiones non interrumpi attentionem virtualem, quam ipsi admittunt, mihi falsa est. Qui enim animo deliberato aliorsum mentem distrahit, quamcumque attentionem, & formalem, & virtualem interrumpit. Vanissimum commentum est, quod loco principii constituunt adversarii, nempè humanam mentem posse eodem tempore simul, & deliberatè contraria, & disparata meditari. Et quoniam experientiam nobis opponunt, ad hanc causam revoco. Applica sensum & deliberato animo mentem ad aliquam quæstionem, aut negotium, dùm psalmos recitas, & continuò experieris linguam balbutire, mentem vim pati, oculos revolvi, & temetipsum astantibus veluti alio abreptum præberi. Quandò distractiones patimur involuntarias, intellectus noster occultissima inclinatione, & naturali quodam pondere in illa rapitur objecta in quæ magis propendet, & cum nullus tunc pugnet actus contrarius, ideo lingua verba absque impedimento pronuntiat. Meditetur quæstiones, negotiumque disparatum, continuò vel exteriùs in vultu apparet interna pugna. Evidens igitur, & ipsa experientia compertum, non posse hominem eodem momento, deliberato animo contraria meditari.

IV. Ex his infertur, Salmanticensium sententiam falsam, & laxam esse; illam nihilominùs transcripsit, & suæ *Medullæ recenti* inseruit eorumdem Salmanticensium Compilator novissimus.

V. Ad propositam quæstionem itaque respondeo, dari præceptum recitandi horas canonicas cum attentione interna. Quod præceptum duo includit: propositum attendendi, & quod hoc propositum non revocetur vel contrario actu, vel voluntaria distractione, vel actione externa, quæ natura sua alio mentem rapiat. Hanc sententiam defendunt communiter graviores Theologi. Iitorum plures contendunt, hanc interiorem intentionem ab Ecclesia præceptam esse. Valeat necne Ecclesia actus interiores præcipere, ab hoc nunc supersedeo: illud mihi verosimilius videtur quod in hac materia non præcepit saltem directè hanc interiorem attentionem: aliundè quam ab humano præcepto positivo hæc obligatio recitandi attentè, & devotè divinum officium proficiscitur. Dico itaque lege naturali, & divina hanc intentionem præscriptam esse. Et hoc ex Scripturis sanctis eruitur. S. Paulus 1. *Cor.* 14. inquit: *Qui loquitur lingua, oret, ut interpretetur. Nam si orem linguâ, spiritus meus orat; mens autem mea sine fructu est. Quid ergo est? Orabo spiritu, orabo & mente; psallam spiri-*

tu, psallam & mente. Christus Dominus *Matth.* 15. increpat Pharisæos. *Hypocritæ, benè prophetavit de vobis Isaias dicens: Populus hic labiis me honorat; cor autem eorum longè est à me.* Rursùs Joannes cap. 4. *Veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu, & veritate: nam & Pater tales quærit.* Patrum testimonia, ne sim longus, prætereo.

VII. Rationum momenta obvia sunt. Oratio est actus virtutis Religionis: quilibet autem virtutis actus debitis peragi circumstantiis debet. Potissima autem circumstantia, quæ comitari orationem debet, attentio est. Virtus Religionis, cujus actus oratio est, Deum spectat tamquam finem, cui cultum suum offert. Cultus iste, seu adoratio Deo exhibita fieri in spiritu & veritate debet: alioquin si solo corpore fieret, hypocrisis, & larva adorationis esset. Quid quod ipsa oratio definitur *mentis elevatio in Deum, & petitio eorum quibus indigemus?* Hæc autem præstari absque mentis elevatione nequeunt. Accedit quod secundùm omnes necessaria est intentio saltèm virtualis orandi. Hæc virtualis intentio consistere absque saltèm virtuali attentione nequit. Tum quippè desinit etiam virtualiter consistere, cum homo sciens, & advertens se de aliis cogitare, & non attendere ad id quod pronuntiat, negligit ad se mentem revocare. Hoc enim in statu reipsa vult non orare, sed more meruli, & psittaci, vel picæ verborum sonitum edere, non humano modo Deum honorare.

VII. Attentionem virtualem ad precum verba sufficere dictum est. Hæc virtualis attentio, quæ fructus est primi propositi, quo constituimus nos applicare animum velle ad ea, quæ oraturi sumus, tandiù perseverat, quandiù deliberata electione non retractatur. Hæc autem retractatio duobus modis fieri potest. Primò si solvens orarum pensum, alio in negotio occuperis, quod natura sua adversetur attentæ orationi, ut si pingas, scribas, legas, quidvè simile agas. Si enim brevi tempore te induas, laves, aliqua objecta aspicias, præceptum attentè orandi non violas, dummodò hæc obiter peragas. Secundò retractatur prior intentio attendendi, dùm quis orans advertit se ad alia distractum esse, nec coercet animum suum, sed voluntariè persistit in distractione. Nec requiritur ut dicat, *nolo attendere*, ut contendunt Salmanticenses; sed sat est ut te ipsa advertens, & volens distractus perseveret.

VIII. Plura adversarii congerere solent, ut evincant orationem sine attentione consistere, & voluntarias distractiones non obstare quin impleatur præceptum orandi. Verum hæc omnia fusè labefactavi *tom. 2. in Decal. lib. 2. diss. 2. c. 9. §. 1.* Eadem nunc brevitatis studio prætereo. Adeò enim laxa sunt, ut lector solo lumine naturali perfusus eadem derestetur. Audi, quæ scribit *tract. 5. num. 821.* P. Gobat. „ *Profectò* „ *habilius multò* est essentiam orationis vocalis „ consistere cum perpetuis voluntariis distractio„ nibus, seu evagationibus mentis. Ita Cardina-

recitare unum psalmum, in psalmi medietate, vel lectionis, negotium suscipis; ad meridiem, vel ad vesperas resumis medietatem alteram psalmi, vel lectionis: si absque causa id facis, peccas venialiter, nunquam vero mortaliter, inquiunt laudati Patres, & pro hac opinione citant Leandrum, Bonacinam, Lesium, Dianam, Laymanum, & alios. Hæc opinio mihi non probatur, quia tollit orationis continuitatem, & maximam redolet deformitatem. Quare graviores Theologi hanc adeò enormem interruptionem gravis culpæ damnant. Verum in praxi vix hæc contingunt. Quis enim psalmum, quem manè recitavit, conjunget cum psalmo sub Solis occasu recitando, aut medietatem unius lectionis recitatæ manè, cum altera medietate serò recitanda? Levis interruptio absque causa venialis, cum causa nulla culpa est.

XXVI. Ordo autem servandus est ut primo Matutinum, & Laudes, deindè Prima, Tertia, Sexta, Nona, Vesperæ, & Completorium recitentur. Hunc ordinem non cadere sub præcepto, docet communis sententia; ita ut qui recitaret Primam, Tertiam, Sextam, Nonam, Vesperas, Completorium ante Matutinum non peccaret mortaliter, sed tantum venialiter, ablata justa causa. Si enim justa causa adsit, nulla patratur culpa. Qui tamen ex consuetudine hunc perturbaret ordinem, vix excusari posset à contemptu ordinis præscripti ab Ecclesia. Quare non probo opinionem Salmanticensium inquientium, nunquam ordinis istius perturbationem pertingere ad culpam mortalem. Nunquam contingit mortalis, quia vix ac ne vix quidem in praxi occurrit hæc habitualis perturbatio. Quis enim adeò stupidus est ut velit sine causa ex consuetudine hunc ordinem pervertere? In choro hæc perturbatio nimis esset deformis, & scandalum ingereret: & si frequenter hoc fieret, non excusarem à gravi culpa.

XXVII. QUÆST. XIV. *Quo tempore recitandæ sunt horæ canonicæ?* RESP. Singulis diebus recitandum est totum officium. Dies incipit ex consuetudine post horam vesperarum diei antecedentis pro recitando Matutino cum Laudibus diei subsequentis. Tempus autem recitandi Primam, & cæteras horas initium ducit à puncto mediæ noctis antecedentis diei, & desinit in puncto mediæ noctis diei sequentis. Aliqui defendunt licitum recitare post horam vespertinam, sicut Matutinum cum Laudibus, ita cæteras omnes horas diei sequentis. Sed hæc opinio falsa videtur, quia ex laudabili consuetudine Matutinum tantùm cum Laudibus citata hora licitè recitatur. Cæteræ autem horæ recitari debent sequenti die. Qui nimium aut anticipat, aut postponit absque causa horas canonicas, venialiter peccat; minùs tamen malum est anticipare quam postponere. Justa causa anticipandi est publica lectio, concio, studium, periculum supervenientis occupationis; labor manuum, & cætera id genus: & tunc nulla culpa patratur, ne venialis quidem.

XXVIII. Leander cum aliis junioribus docet, implere præceptum qui paulò ante mediam noctem diei sequentis incipit recitare, & deindè persequitur persolvere totum officium diei præcedentis; sed hæc opinio manifestè falsa mihi est. Officium enim est pensum diei. Qui autem paulò ante mediam noctem diei sequentis incipit recitare, maximam officii partem recitat elapso jam die. Ergo diurnum præceptum non implet. Caramuel docet hanc opinionem: *Unico officio potest quis satisfacere duplici præcepto pro die præsenti, & crastino*: quam thesim damnavit Alexander VII.

XXIX. QUÆST. XV. *Qui celebrat Missam ante recitandum Matutinum peccatne mortaliter?* RES. Affirmantem opinionem defendunt Gabriel, S. Antoninus, Ledesma, Tabiena, Navarrus, Zanardus. His accedit P. Antoine. Sententia negans mihi probabilior est, & vera. Nam præceptum Missæ, & præceptum officii duo sunt disparata præcepta. Non peccat mortaliter qui ordinem horarum pervertit; & tamen major est ordo inter horas canonicas ipsas, quam sit inter officium divinum, & Missam. Tandem non celebrata Missa absque culpa recitatur Breviarium. Ergo Missam inter & Breviarium talis connexio non est, ut mortaliter peccet qui hunc ordinem pervertit.

XXX. Consuetudo, quam adversarii opponunt, non obligat sub gravi. Utique Rubricæ præscribunt recitandum Matutinum ante Missam. At non propterea infertur violationem hujus ordinis esse lethalem. Omnes Rubricæ conjunctim acceptæ, quæ formam ritus præscribunt, obligant utique sub gravi; minimè tamen divisim acceptæ singulæ. Numquid aliæ Rubricæ sive Breviarii, sivè Missalis, totidem sunt præcepta quæ sub letali obligent? Nequaquam. Perturbatio ergo hujus, aut illius Rubricæ divisim venialis, secus mortalis, culpa est. Major deformitas esset, si ante Matutinum Missa choralis celebraretur. Si tamen scandalum absit, neque hic mortale crimen agnosco. Cavendum tamen à consuetudine transgredieudi leges quascumque, etiam illas, quæ politiam, & pios ritus spectant: quia continuata violatio contemptionem præfert. Non sunt humanæ præcepta multiplicanda, immò quoad fieri jure potest coercenda præsertim à Superioribus. At neque fovenda est tepidorum desidia, & negligentia.

XXXI. Privatæ recitationi quicumque locus opportunus est, dicente Psalmista: *In omni loco dominationis ejus benedic anima mea Domino.* Seligendus tamen locus est à rumore, & strepitu disitus, ut occasio distractionum vitetur. Locus publicæ recitationi destinatus est Ecclesia, seu chorus, vel Sacristia Ecclesiæ conjuncta.

CA-

CAPUT IX.

De causis excusantibus à recitandis horis Canonicis.

I. PLures sunt causæ excusantes ab officio recitando, ut impotentia, infirmitas, repentina & continua occupatio gravis, idque genus similia. Plures has causas plus æquo amplificarunt.

II. QUÆST. I. *Qui solus nequit, cum socio verò potest, tenenturne socium adhibere ut persolvere horas queat?* RESP. Quæstio intelligitur cum haberi socius commodè potest. Nam si opus esset soluto pretio socium perquirere, verosimilius est neminem cum tanto onere obligari. Optimè id ageret, si recitans dives esset: adjuvaret quippè pauperem clericum, & ambo Deum laudarent. Laymanus, Filliucius, Lesius, Villalobosius, & alii distinguunt. Si sanus adhibebas socium, adhibere quoquè eumdem debes, dùm incommodo oculorum, aliovè impedimento labores; secus si sanus sine socio recitabas. Leander, Joannes Sanchez, Diana absolutè negant adhibendum socium esse. Vera sententia affirmat. Quia præceptum Ecclesiæ meliori quo fieri modo potest, implendum est. Ergo qui socium habere commodè potest, adhibere eumdem debet. Cæcus non astringitur memoriæ officium mandare ut recitare illud queat. Si verò cæcus, aut alii Breviario carentes memoriter officium teneant, recitare illud tenentur. Heinc si officium de communi cæci, vel alii impedimento ligati memoriter sciant, cum obtinet officium de feria, aut proprium alicujus Sancti, illud recitare debent. Isti tamen ut angustias declinent, commutationem in officium B. Virginis à Superiore implorare solent. Cæcus habens prebendam assistere choro astringitur, & ibidem recitare horas quoad potest.

III. Qui Breviario caret citra culpam, excusatur à recitatione; si tamen memoriter horas sciat, easdem recitare debet. Qui propria culpa Breviario se privat, ut impotens fiat ad pensum horarum solvendum, non solùm peccat gravitèr ex actione qua Breviario se spoliavit, sed peccat quamdiu in prava deliberatione persistit non recitandi. Continuò verò ac voluntatem mutat, & pœnitet prioris actionis, tunc peccare desinit, & à recitatione excusatur, eo quòd impotens sit ad recitandum. Qui beneficium obtinuit antequàm sciret officium recitare, peccavit obtinendo, & sedulò addiscere modum officii recitandi astringitur.

IV. QUÆST. II. *Quæ infirmitas excusat à recitandis horis?* RESP. Regula certa & præcisa designari nequit. Præcepta Ecclesiæ, sicut & evangelica, præcepta sunt charitatis, quatenùs omnia charitatem promovent: quarè non obligant cum propriæ sanitatis gravi detrimento. Ægrotus decumbens benigne tractandus est. Qui pluribus diebus febrim passus est, congruo temporis intervallo ab officio eximitur. Aliique minis laxè hoc de argumento loquuntur. Docent non peccare eos, qui fabulas legunt, vel historias, vel confabulantur cum amicis, etiamsi omittant officium, dum laborant febri quartana: quia, inquiunt, fabularum lectio, confabulationes cum amicis animum recreant, recitatio officii affligit spiritum. Ad tollendas dubitationes, & perplexitates à Superiore petenda dispensatio est.

V. QUÆST. III. *Quæ occupatio eximit ab officio recitando?* RESP. Occupatio quæ differri nequit, quæque in bonum spirituale proximi cedit, eximit ab horis canonicis. Leander excusat ab officio dicendo eos, qui habituri sunt publicam lectionem ad cathedram, aut lauream aquirendam. Hæc opinio absolutè falsa est mihi. Accidere aliquandò exemptionis casum posse non inficior; at perquam rarò id evenit. Laxiora docet Leander de Concionatoribus quotidianis tempore Quadragesimæ, quos omnes, etiam illos, qui non ex obedientia, sed voluntariè, & ex mercede concionantur, eximit ab Officio Divino recitando. Audi ejusdem verba: *Respondeo etiam probabilius, quod etiam Concionatur quotidianus, qui solum voluntariè, aut ex mercede concionatur quotidiè in Quadragesima, excusatur ab horis quotidianis dicendis, si commodè illas recitare non possit .... Et certè si hæc nostra sententia non est probabilis, ac in praxi tuta; væ, væ Prædicatoribus quadragesimalibus, væ millies illis.* Hactenùs Leander inter Probabilistas benignissimus. Verùm væ, & millies væ Casuistis illis qui talia scribere audent. *Qui voluntariè, & ex mercede concionatur quotidiè*, exemptus à recitandis Canonicis Horis est? Quis audire hæc absque scandalo valet? Si præceptum orationis frequentissimè urget, quandonam fortiùs obligat quam cum ministerium apostolicum exercetur? Et alias etiam per id tempus persolvi posse hoc debitum piorum omnium Concionatorum experientia contraria evincit.

VI. Opera pia voluntariè suscepta absque urgente necessitate non excusant ab officio. Qui prævidet futurum impedimentum, tenetur anticipare officium, quidquid in oppositum dicant aliqui.

VII. QUÆST. IV. *Qui non potest majorem, tenenturne recitare minorem officii partem?* RESP. Leander à SS. Sacram. *tract. 8. disp. 3. quæst. 12.* opinionem negantem non modò probabilem, sed probabiliorem esse defendit. Eamdem defendit P. Thomas Tamburinus *lib. 2. in Decal. cap. 5. §. 8. num. 3.* & citat pro eadem Azorium, Castropalaum, Sanchez, Filliucium, & multos alios allegat Leander. Opinio hæc damnata fuit ab Innocentio XI. Illius falsitas manifesta est. Officium enim divinum totum quoddam morale est, septem constans partibus, quarum quælibet totum quoddam peculiare constituit. Quælibet enim ex septem horis integram, perfectamque orationem peficit. Qui non potest solvere integrum debitum, puta centum, potest verò solvere viginti, nunquid solvere viginti non tenetur? *Major pars*, inquiunt, *trahit ad se minorem: accessorium sequitur principale.* Ineptè morum decisionibus ejusmodi axiomata accom-

commodantur. Quandò res individuè sunt, accessorium sequitur principale, secus quando dividi, & separari valeut. Aliud axioma locum habet in calculis, quorum major pars tem definit, secus in aliis dividuis materiis, ut ex propositione damnata constat.

VIII. Qui non potest mediam partem officii recitare, potest verò alteram, ad hanc tenetur, quidquid dicant Leander, Castropalaus, Diana, & alii. Qui caret Breviario, habet verò diurnum, tenetur psalmos Matutini recitare, quamvis pro opinione negante Leander *q. 1st.* 60. citet Pellizarium, Tamburinum, Filliucium, Dianam, & alios.

IX. QUÆST. V. *Quis dispensare ab officio recitando valet?* RESP. Summus Pontifex, utpotè supremus legum custos, & juris Ecclesiastici conditor dispensare ex justa causa in universa Ecclesia valet. Episcopi quoquè in propria Diœcesi dispensare non in perpetuum, sed pro circumstantiarum varietate, justa occurrente causa, possunt. Similiter Prælati regulares dispensare ad tempus cum suis Religiosis valent justa urgente causa.

CAPUT V.

De Obligatione Canonicorum frequentandi chorum, ut quotidianas distributiones lucrentur: & de causis excusantibus eos à chori frequentia.

I. QUÆST. I. *Peccatne leviter Canonicus, sive Præbendatus, qui legitima subtracta causa à choro abest?* RESP. Affirmant communiter Theologi, idque colligunt ex *Concil. Trid. sess. 24. cap. 12.* Arctiori enim vinculo isti quam Regulares choro addicti sunt. Quarè Tamburinus non excusat à choro Canonicos, si duo tantum essent, sicuti excusat Regulares. Peccant quoquè Canonici absentes à choro animo cedendi distributiones debitas tempore quo absunt, quia præbendati non solùm frequentare chorum astringuntur ob distributiones tamquam mercede conducti, sed in primis ob primariam beneficii institutionem. Et hanc sententiam defendunt graviores Theologi Suarez, Vazquez, Salmanticenses, atque Leander. An verò mortaliter peccet Canonicus, qui ultra suę vacationis tempus semel aut bis, vel unico die sine justa causa à choro abest, definire non audeo: quia absque evidenti ratione quæstiones de peccato mortali dirimendæ non sunt.

II. QUÆST. II. *Teneanturne Canonici psallere, & cantare in choro, ita ut non satisfaciant sola præsentia, vel submissa voce privatim recitando?* RESP. Non tenentur Canonici canere cantu quem figuratum vocant, sed astringuntur psallere, & cantare juxta consuetum propriæ Ecclesiæ ritum.

III. Salmanticenses docent consuetudine invecta maximè in Hispania Canonicos, seu Beneficiarios non astringi per se in choro canere, vel psallere; sed suo muneri satisfacere, & distributiones lucrari assistendo, ouere cantandi relicto Ministris, & Capellanis. Allegant etiam Suarez, sed falsò.

IV. Hæc opinio falsa mihi est, & improbata non modò à gravioribus Theologis: verùm etiam à pluribus Conciliis. S. Carolus Borromæus 2. *p. tit.* 38. Concilium Burdigalense an. 1583. Concilium Turonense eodem anno, Concilium Mediolanense IV. *part.* 2. *cap.* 13. Concilium Basileense *sess.* 21. Concilium provinciale Florentinum anno 1573. jubent ut Canonici, & Præbendati psallant in choro juxta ritum præscriptum ab Ecclesia. Non ergo sola presentia satisfaciunt Canonici, sed vocali psalmodia, & cantu. Canunt, inquies, per mansionarios, & Capellanos. At onus frequentandi chorum, & persolvendi Divinum Officium Canonicos primum tangit, & afficit. Sicuti per alios illorum residentia, & presentia suppleri nequit, ita neque debitum recitandi in choro officium simul clara, & elata voce.

V. Confirmat sententiam nostram summus Pontifex BENEDICTUS XIV. qui in sua const. *Cum semper*, quæ extat in Bullario *tom.* 1. *num.* 103. *pag.* 366. hæc §. 24. præscribit. „ Equidem „ scio in aliquibus Metropolitanis, & Cathedralibus Ecclesiis inter Canonicos eam opinionem invaluisse, ut se munus suum satis implere contendant, dum choro præsentes assistunt, licèt ipsi sibi silentium imperent, neque „ psallentibus Beneficiatis, aut Mansionariis in „ cantu se adjungant. In hujusce verò opinionis „ confirmationem adduci ab iisdem solent inveteratæ consuetudines, statuta peculiaria, „ aut etiam pretensa Ecclesiarum suarum privilegia. At quum Synodus Tridentina *sess.* 24. „ *cap.* 12. loquens de Dignitatibus, & Canonicis, qui choro interesse debent, unum ex eorum officiis esse dicat, *in choro ad psallendum „ instituto, hymnis, & canticis Dei nomen reverenter, distincte, devotequè laudare*; quumque „ pauca omninò sint Capitula in quibus eo modo à Canonicis in choro assistitur, idcoque „ receptæ in universa Ecclesia disciplinæ paucos „ illos adversari dignoscatur; quam insuper „ opinio illa nunquam in Congregatione Concilii Tridentini interpretationi præposita, exa„ minata sit, quin statim explosa fuerit, & improbata, quamvis præsumptis consuetudinibus, allisque fundamentis, & rationibus innixa perhiberetur, Canonicis etiam Ecclesiarum Patriarchalium hujus nostræ urbis super „ hoc instantibus; quum denique idem judicium „ prolatum reperiatur à pluribus Conciliis provincialibus, ab hac etiam Apostolica Sede „ approbatis, & confirmatis; nihil jam reliquum „ esse videtur, quominùs pauciores universorum „ legi se accommodent. Equidem minimè nobis compertum est, quo peculiari titulo suffulti persuasum habeant unius, vel alterius „ Ecclesię Canonici se muneri suo satisfacere „ per simplicem in choro assistentiam absque „ divinæ psalmodiæ cantu.

„ Verùm, nisi illis præstò sit apostolicum, non „ presumptum, vel abrogatum, sed legitimum,

„ ac

„ ac vigens privilegium, sive indultum; jure „ ac merito verendum est ne isti, dum ita se „ gerunt, præbendarum, ac distributionum „ fructus minimè suos faciant, & consequenter „ ne ad eorum restitutionem teneantur. Quapropter vestrum erit, venerabiles Fratres, hęc „ omnia illis aperire, ut neque nobis, neque „ vobis apud Divinum Judicem fraudi sit; si in „ hujusmodi re, quæ tanti est momenti, utpotè „ quæ ad ipsius Dei cultum proximè spectat, „ abusus, & corruptelas, quas arguendo, & „ increpando evellere debebamus, dissimulatione ac silentio nostro fovisse, & confirmasse „ inveniamur, &c. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem die 19. Augusti 1744.

VI. Projectæ, ac desperatæ conscientiæ forent Canonici illi qui in tanta luce cæcutientes, & tam luculentius documentis aures occludentes in depravata corruptela persisterent. Oppositæ consuetudinis larvam explodit Pontifex summus Concilii Tridentini allegata auctoritate. Addit sacram Congregationem Concilii Romæ erectam putidam consuetudinem hanc totiès improbasse, quotiès eidem fuit proposita. Quo se nunc recipient Canonici, & Præbendati?

VII. Pontifex, inquiunt, rem non definit. Concludit enim: *jure, ac merito verendum est, ne isti, dum ita se gerunt, præbendarum, ac distributionum fructus minimè suos faciant.* Verendum, inquit, Pontifex, non definiendum. An denuò definiendum quod totiès à pluribus Conciliis definitum Pontifex declarat? An non declarat Pontifex, & Concilii Congregationem, & pluta Concilia Provincialia à S. Sede confirmata laxam opinionem, & pravam corruptelam improbasset? Sola ne Vaticana fulmina deprimunt pervicacium cervices? Nisi hæc tela jugulum petant, rationibus tametsi luculentissimis haud quaquàm acquiescunt nonnulli, qui verba cavillantur, non spiritum apostolicarum constitutionum sęriò, ac docili animo meditantur.

VIII. Rursus ergo audiant BENEDICTUM XIV. qui altero suo diplomate dato ad Patriarcham Danielem Delphinum Aquilejensem, cujus initium est: *Dilecte Fili.... Præclara decora*, confirmat quæ dixit in laudata constitutione, & omnem ad effugium rimam occludit. „ Porrò nolumus inter tot, tantaque privilegia eidem Capitulo, & Canonicis concessa, numerandum esse illud quod, quemadmodum Tibi, „ æque ac Nobis notum est, antiqua traditione „ contra sacrorum Canonum sanctiones, ac nostram præsertim constitutionem, cujus initium „ est, *Cum super oblatas*, invectum ab ipsis Canonicis, non modò contenditur, sed etiam „ servatur, interessendi dumtaxàt choro, & cum „ cæteris Mansionariis, Capellanis, Acolytis, & „ Clericis canentibus, psallentibusve adsistendi, „ nunquam verò cum iisdem canendi, psallendive; etsi nonnullos eorumdem esse accepimus „ qui aliter sentientes à conscientiæ angoribus „ agitantur ex eo quod ea propter se non feciśe „ fructus suos existiment. Itaque à Te, dilecte „ Fili noster, poscimus, & flagitamus, ut non „ solùm hujusmodi ABUSUM, ET CORRUPTELAM ab Ecclesiastica disciplina absonam, „ & canonicis ordinationibus, ac *nostra quoquè constitutioni contrariam* penitùs evellere, & eradicare adnitaris; verùm etiam ipsos suaviter, „ fortiterque admoneas, & horteris ut impositum ea qua decet, ac *teneantur*, reverentia, „ choro intersint, adsistantque, nec non pari „ pietate, attentione, ac vigilantia *omninò cantare*, vel psallere cum cæteris studeant, & contendant. Deindè iisdem edicas, & notum facias, Nos, quemadmodum per hasce nostras „ in forma Brevis litteras Tibi declaramus, & „ injungimus, decernere, atque statuere, sicut „ *in eadem constitutione nostra* innuimus, ipsos, „ suosque successores Canonicos, choro quidem „ interessentes, adsistentesque, minimè verò canentes, psallentesve, NULLO PACTO *ex prębendis, & distributionibus facere fructus suos, atque adeò* RESTITUTIONI obnoxios esse, ac forte. Verùm cum iis qui hac super re conscientię „ stimulis actî ad Te confugiunt, benignè indulgentes, Tibi facultatem tribuimus, & impertimur, ut sive per Te ipsum, sive per alios à Te „ deputandos, unusquisque Canonicus, qui se in „ canendo, psallendove in choro cum aliis defesse animadverterit (dummodò promittat se „ deinceps omninò curaturum ut in choro, & „ presens adsistat, & cum aliis canat, psallatve) „ absolutionem à culpa, & ab omnibus fructibus indebitè perceptis dispensationem obtinere possit, & valeat. Cæterùm volumus, & „ mandamus ut nulli eorumdem Canonicorum, „ qui licèt præsens in choro adsistat, tamen minimè canat, psallatve, suffragentur hujusmodi „ indulta, ac privilegia, quę unicuique moderno, & pro tempore existenti Canonico, ad „ tuorum meritorum intuitum per eosdem præsentes litteras concedimus, & elargimur. Cęterum Te, dilecte Fili noster, rogamus, & „ in Domino hortamur, ut iisdem studiis quibus „ Nos supplicationibus tuis inclinati, eosdem „ Canonicos novis apostolicę benignitatis, auctoritatisque privilegiis auximus, nostris, tuisque rationibus Pastorum Principi Jesu Christo „ æterno judici reddendis, satisfaciendum curres; & abusu, & corruptela hujusmodi penitùs sublata, divinum cultum per divinę psalmodiæ cantum promovere, & augere satagas, „ ut non minùs ipsi Canonici quam Nos ipsi invicem æternam mercedem à bonorum omnium largitore Deo consequi mereamur. Interim cælestis præsidii auspicem, & studiosæ „ nostræ ad Tibi gratificandum voluntatis pignus esse cupimus Apostolicam benedictionem, „ quam Tibi, dilecte Fili noster, & iisdem Canonicis peramanter impertimur. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die 19. Januarii 1748. Pontificatus nostri anno octavo. "

IX. Si Pontifex in priori Constitutione dixit *verendum est*, in hoc postremo diplomate pronuntiat *nullo pacto facere fructus suos*; & Canonicos

nicos *restitutioni obnoxios* declarat. Non modò rationibus, & Conciliis, & Pontificiæ auctoritati, sed ipsi communi sensui repugnat opposita opiuncula. Pii fideles, christiani Principes, bona, pingueſque reditus Eccleſiis donarunt, ut Eccleſiaſtici à mundanis curis ſegregati, Deum inter, & populum interceſſores, & advocati conſtituti, divinas celebrent laudes, Deumque placabilem populo reddant. Quid? Ideò ne fideles reditibus Eccleſias ditarunt, & quidem uberrimis, ut domini Præbendati, & Canonici ſtatuas, truncos, ſtipiteſque in choro ſeſe exhibeant? Hæc, inquiunt citati auctores, non indecentiam ſapiunt, ſed decorem, atque ſplendorem præferunt: quoniam Canonici, & Dignitates propria preſentia, & muris labiis Eccleſiam ornant, decorantque, præſertim in celebrioribus Baſilicis: Capellani verò, & Manſionarii pſallunt, & canunt. Dedecetne dominos Canonicos Deum ſeipſis recta alloqui, laudare, celebrare ejuſdem laudes? Per ſuos miniſtros Capellanos, & Manſionarios Deum alloqui audent. Cedo. Si tu ſoluto precio Advocatum deſtinaſſes, ut apud Principem cauſam tuam oraret, illumque tibi propitium redderet; ſuone ille fungeretur officio ſi nullo ad Principem pro te verbo facto, tanquam ſtatuam ſe Principi ſiſteret? Quid ſi per ſervos ſuos tantùm Principem alloqueretur? Inclamares: Te conduxi, tibi ſolvi ut cauſam ageres meam. Eadem adverſus Canonicos, & Præbendatos in choro mutos intorque. Cur Chriſtiani, & Principes annuis reditibus vos ditarunt? Cur ad frequentandum chorum vos obſtrinxere? Quinam chori finis? Pſalmodia, qua Deus laudatur, & propitius fideli populo efficitur. Ideo ergo adeſſe choro debetis ut pſalmis, & hymnis divinam vindictam à populo avertatis. Ergo vobis non pſallentibus, corporis præſentia ludrica eſt, & irriſoria. Peccatis, ſi corpore abeſtis: ergo peccatis, ſi ore tacetis, & ſpiritu alio evagamini. Hæc tam luculenta ſunt, ut vel ipſos illuminare cæcos valeant.

X. QUÆST. III. *Qui legitima cauſa à choro abſunt, acquirunt diſtributiones, non modò propriæ præſentiæ debitas, ſed eas etiam quæ ex aliis abſque cauſa abſentibus accreſcunt?* RESP. Adfirmant aliqui; ſed probabiliùs, & vera ſententia negat. Sat eſt ut acquirant quæ propriæ præſentiæ debita ſunt. Si alicubi oppoſita obtineat conſuetudo, eidem ſtandum eſt.

XI. QUÆST. VI. *Præbendati præſentes jure ne valent abſentibus abſque cauſa diſtributiones donare?* RESP. Hanc donationem, & mutuam colluſionem prohibet Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 24. *cap.* 12. Diſputant Theologi num Tridentinum ita hæc prohibeat, ut ſint invalida, nedum illicita? Negant aliqui; ſed adfirmans ſententia vera eſt: quoniam Concilium omnem colluſionem, remiſſionem, & donationem vetat, ut omnis ſpes præcidatur abſentibus aſſequendi diſtributiones quocumque modo ob injuſtam abſentiam deperditas. Nonne quiſque donare ſua poteſt? Verum habet. Præbendatus perceptas diſtributiones cui voluerit donare poteſt; ſed ante perceptionem, & poſſeſſionem, cum jus dumtaxàt ad illas habeat, remitteret, non donaret. Remiſſio autem vetita à Concilio eſt. Inſuper donatio prohibita eſt, ſi tacita colluſio interveniat. Canonici abſentes, & præſentes mutuam inire colluſionem poſſent, & ſub donationis larva invicem ſibi remittere diſtributiones. Donent ſibi invicem, ſi velint, bona ſua extra hunc caſum diſtributionum.

XII. QUÆST. V. *Quænam ſunt cauſæ excuſantes Canonicos à chori frequentia?* RESP. Tres aſſignantur. Infirmitas corporis, juſta, & rationabilis neceſsitas, evidens Eccleſiæ utilitas. Ad primum quod attinet, ſola gravis, ſecus levis infirmitas excuſat. Quænam verò gravis, quænam levis infirmitas ſit, definiri abſolutè non poteſt, ſed prudentis viri judicio ſtandum eſt. Si Canonicus commoretur extra locum reſidentiæ abſque juſta cauſa, & ibi infirmetur, non fruitur privilegio infirmis conceſſo, quia ex malitia reputatur abſens, atque adeò ſuas non facit diſtributiones. Laborantes podagra impediente egreſſum à domo, & acceſſum ad chorum diſtributiones acquirunt. Idem dicendum de ſenibus, qui abſque probabili periculo gravis infirmitatis egredi domo nequeunt. Laxa, & falſa opinio eſt, aſſerentium ſenes ſeptuagenarios exemptos à choro eſſe, eo quod ipſa grandæva ætas morbus eſt. In quibuſdam morbus eſt qui excuſare poteſt, ſecus in aliis. Ideò propoſitio abſolutè prolata falſa eſt: ſeptuagenarii enim, ut ſupra, ſi viribus pollent, excitare aſtringuntur.

XIII. Rationalis neceſsitas tunc reputatur, cum chori frequentia parit aliquod grave damnum honoris, vitæ, fortunæ. Qui ex medici conſilio domi moratur ad medicinam ſumendam, ad venam ſcindendam, non amittit diſtributiones: neque qui ab hoſtibus capitur, qui per vim detinetur, aut qui domo non egreditur ob juſtum hoſtis timorem. Qui abſunt à loco reſidentiæ ob peſtis timorem, percipere fructus beneficii valent, ſecus diſtributiones: quoniam ſi nolunt ſubjacere communi periculo, neque percipere commodum debent. Qui curam habet animarum, nullo modo abeſſe valet. Injuſtè in carcere detentus acquirit, ſecus qui juſtè, diſtributiones. Similiter juſtè excommunicatus amittit, ſecus qui injuſtæ excommunicationi ſubjacet, diſtributiones, dummodò curet abſolvi ab excommunicatione. Juſtè excommunicatus choro aſsiſtens non acquirit diſtributiones, nec fructus beneficii. Contrariam obtinere conſuetudinem in Hiſpania aſſerit Garcia. Juſtè ſuſpenſus amittit fructus beneficii, & diſtributiones, quamvis choro aſsiſtat; ſecus injuſtè ſuſpenſus, qui etiam abſens à choro diſtributiones acquirit. Similiter quando Eccleſia eſt interdicta, ſi Canonici cauſam interdicti non dedere, acquirunt diſtributiones. Tempore vero ceſſationis à Divinis Officiis, quo Canonici celebrare divinas laudes nequeunt, diſtributiones perdunt, quia ſic declaravit Gregorius X. cap. *Si Canonici*. Nec eadem ratio eſt de interdicto, & de ceſſatione: quia reſpectu hujus eſt prohibitio, ſecus reſpectus illius. Quando Eccleſia eſt polluta, Canonici acquirunt diſtributiones, quia per ipſos non ſtat quod ſit polluta. Irregularis acquirit diſtributiones, quia irregularitas non impedit aſsiſtere Officiis Divinis.

XIV. Tertia cauſa excuſans à chori frequentia eſt evidens Eccleſiæ utilitas, quæ eſſe debet gravis, & manifeſta propriæ, non alienæ Eccleſiæ. Dubia utilitas hoc privilegium non confert. Utilitas verò Eccleſiæ univerſalis, & fructus, & diſtributiones parit, dummodò manifeſta ſit. Tunc verò eſt gravis, & manifeſta, utilitas, quando conſenſu Capituli, vel Ordinarii talis judicatur: & tunc abſens acquirit diſtributiones, & fructus, etiamſi ſit extra locum beneficii. Canonicus qui à proprio Epiſcopo mittitur ad viſitanda limina Apoſtolorum, acquirit diſtributiones, quia tunc negotium Eccleſiæ agit. Idem dicendum de Canonico comitante ſuumEpiſcopum ad eadem limina. Epiſcopus unum dumtaxàt mittere valet, duos verò ſecum ducere poteſt ad limina præfata. Canonicus verò qui alienæ Eccleſiæ nomine, vel alienum Epiſcopum ad limina prædicta comitatetur, non acquireret diſtributiones. Si Parochus mitteretur ab Epiſcopo ad viſitanda limina Apoſtolorum, ſolius bimeſtris tempore diſtributiones percipere poſſet, quia ultra hoc intervallum nequit Epiſcopus animarum curatorem in alio negotio occupare, ſi impediatur paſtorale miniſterium. Canonicus miſſus ab Epiſcopo ad Concilium generale, vel provinciale tanquam Theologus, Canoniſta, vel Procurator, acquireret diſtributiones. Si verò Canonicus Epiſcopus ſit, pergatque ut Epiſcopus, non ut Canonicus, tunc non acquireret diſtributiones, niſi negotia Eccleſiæ ſuæ ageret. Similiter Canonicus, qui à Capitulo occupatur in ſupputandis Eccleſiæ reditibus menſe fabricæ, acquirit diſtributiones. Canonicus qui vacante Sede eligitur Vicarius à Capitulo, ſeu Proviſor, acquirit diſtributiones, dum abeſt à choro ob evidentem utilitatem Eccleſiæ, ſecus ſi eligeretur Vicarius Epiſcopi, quia tunc Epiſcopo, non Eccleſiæ inſerviret. Archidiaconus quoquè viſitans Eccleſiam, aut prædia Eccleſiæ acquirit diſtributiones. Qui tempore Divini Officii confitetur peccata ſua, non acquirit diſtributiones. Pœnitentiarius Cathedralis, qui tempore Divini Officii confeſsiones excipit, non amittit diſtributiones; neque alii Præbendati, qui ex mandato Superioris ob magnum concurſum occuparentur in tali miniſterio: amitterent verò diſtributiones alii, qui ſponte confeſsiones audirent. Præbendatus cui annexa eſt animarum cura, acquirit diſtributiones, dum ſacramentis miniſtrandis operam navat, quemadmodum acquirit ille qui in defendendis beneficii juribus occupatur.

XV. Canonicus Theologus abſens à choro, ut lectiones habeat, vel concionetur, acquirit diſtributiones diebus quibus hæc munia exercet: ſecus diebus quibus ad eadem miniſteria ſeſe præparat. Spectandæ tamen ſunt rationabiles locorum conſuetudines. Præbendati legentes Theologiam in aliqua univerſitate, ſeu in ſtudio generali acquirit fructus præbendæ, ſecus diſtributiones. Solus enim Præbendatus, qui legit in propria Eccleſia, diſtributiones acquirit. Parochi verò legentes Theologiam publicè non fruuntur privilegio, ſi abſint lectionis cauſa à propriis Parochiis. Præbendati qui ſtudio vacant in aliqua Univerſitate acquirunt fructus beneficii, ſecus diſtributiones, dummodò incumbant in jus Canonicum, in Theologiam, in Sacram Scripturam; ſi diſcant jus Civile, hoc privilegio non fruuntur. Debent tamen ejuſmodi Præbendati ſtudentes obtinere licentiam ab Ordinario, ut queant fructus percipere. Si Præbendati iſti Parochi ſint, nequeunt etiam ex licentia Epiſcopi abeſſe à propriis Parochiis, ut Tridentinum præſcribit. Qui ſtudii cauſa abſunt à choro, acquirunt fructus beneficii per annos quinque, etiamſi beneficium conſtet ex ſolis diſtributionibus: quia in hoc caſu diſtributiones ſuccedunt loco fructuum, eorumque naturam induunt. Canonici non curati qui tribus menſibus ſingulis annis abſunt, lucrantur fructus, ſecus diſtributiones. Ut hoc fruantur privilegio, requiritur ut toto anno reſideant, & chorum frequentent. Hinc Canonicus qui in anni medio poſſeſsionem capit, non fruitur privilegio trium menſium, ſed tantum medietate ejuſdem privilegii. Hoc privilegio uti poſſunt ſive ante, ſive poſt reſidentiam novem menſium. Qui per notabilem anni partem abſunt à choro, indigni hoc privilegio ſunt. Canonicus qui habet duplex beneficium, ut Canonicatum, & Decanatum, ſimplices, non duplices acquirit diſtributiones, quæ dantur propter aſsiſtentiam, quæ una cum ſit, una quoque diſtributio eidem reſpondere debet. Et hæc de Canonicis Horis ſufficiant. Nam de variis Eccleſiarum conſuetudinibus nihil dicendum occurrit, quia quælibet fere Eccleſia ſuos habet uſus, & mores.

DISSERTATIO VII.

De Adoratione, & Cultu Dei, & Sanctorum.

CAPUT I.

De Adoratione, ejuſque partitione, atque præceptis.

I. QUÆST. I. *Quid, & quotuplex ſit adoratio?* RESP. Generatim accepta eſt actus quo quis ſe alteri ſubjicit in ejuſdem excellentiæ teſtimonium. Tot ſunt adorationes, quot ſunt dignitatum genera. Duæ ſunt dignitates, increata, & creata. Increatæ Divinæ Majeſtati debetur adoratio, quæ appellatur *Latria*. Creaturis verò ob excellentiam ſupernaturalem gratiæ, ſanctitatis à Deo participatæ debetur adoratio longè inferior, quæ dicitur *Dulia*. B. Virgini, quæ poſt Deum ſupra omnes Sanctos eminet, debetur adoratio, quæ vocatur *Hyperdulia*.

II. Adoratio alia interior, exterior altera. Illa intus Deo ſpiritum ſubjicit, hæc in exteriores actus erumpit. Rurſus adoratio altera eſt abſoluta, & altera reſpectiva. Abſoluta ſoli Deo de-

nicos *restitutioni obnoxios* declarat. Non modò rationibus, & Conciliis, & Pontificiæ auctoritati, sed ipsi communi sensui repugnat opposita opiuncula. Pii fideles, christiani Principes, bona, pingueſque reditus Eccleſiis donarunt, ut Eccleſiaſtici à mundanis curis ſegregati, Deum inter, & populum interceſſores, & advocati conſtituti, divinas celebrent laudes, Deumque placabilem populo reddant. Quid? Ideò ne fideles reditibus Eccleſias ditarunt, & quidem uberrimis, ut domini Præbendati, & Canonici ſtatuas, truncos, ſtipiteſque in choro ſeſe exhibeant? Hæc, inquiunt citati auctores, non indecentiam ſapiunt, ſed decorem, atque ſplendorem præferunt: quoniam Canonici, & Dignitates propria preſentia, & muris labiis Eccleſiam ornant, decorantque, præſertim in celebrioribus Baſilicis: Capellani verò, & Manſionarii pſallunt, & canunt. Dedecetne dominos Canonicos Deum ſeipſis recta alloqui, laudare, celebrare ejuſdem laudes? Per ſuos miniſtros Capellanos, & Manſionarios Deum alloqui audent. Cedo. Si tu ſoluto precio Advocatum deſtinaſſes, ut apud Principem cauſam tuam oraret, illumque tibi propitium redderet; ſuone ille fungeretur officio ſi nullo ad Principem pro te verbo facto, tanquam ſtatuam ſe Principi ſiſteret? Quid ſi per ſervos ſuos tantùm Principem alloqueretur? Inclamares: Te conduxi, tibi ſolvi ut cauſam ageres meam. Eadem adverſus Canonicos, & Præbendatos in choro mutos intorque. Cur Chriſtiani, & Principes annuis reditibus vos ditarunt? Cur ad frequentandum chorum vos obſtrinxere? Quinam chori finis? Pſalmodia, qua Deus laudatur, & propitius fideli populo efficitur. Ideo ergo adeſſe choro debetis ut pſalmis, & hymnis divinam vindictam à populo avertatis. Ergo vobis non pſallentibus, corporis præſentia ludrica eſt, & irriſoria. Peccatis, ſi corpore abeſtis: ergo peccatis, ſi ore tacetis, & ſpiritu alio evagamini. Hæc tam luculenta ſunt, ut vel ipſos illuminare cæcos valeant.

X. QUÆST. III. *Qui legitima cauſa à choro abſunt, acquirunt diſtributiones, non modò propriæ præſentiæ debitas, ſed eas etiam quæ ex aliis abſque cauſa abſentibus accreſcunt?* RESP. Adfirmant aliqui; ſed probabiliùs, & vera ſententia negat. Sat eſt ut acquirant quæ propriæ præſentiæ debita ſunt. Si alicubi oppoſita obtineat conſuetudo, eidem ſtandum eſt.

XI. QUÆST. VI. *Præbendati præſentes jure ne valent abſentibus abſque cauſa diſtributiones donare?* RESP. Hanc donationem, & mutuam colluſionem prohibet Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 24. *cap.* 12. Diſputant Theologi num Tridentinum ita hæc prohibeat, ut ſint invalida, nedum illicita? Negant aliqui; ſed adfirmans ſententia vera eſt: quoniam Concilium omnem colluſionem, remiſſionem, & donationem vetat, ut omnis ſpes præcidatur abſentibus aſſequendi diſtributiones quocumque modo ob injuſtam abſentiam deperditas. Nonne quiſque donare ſua poteſt? Verum habet. Præbendatus perceptas diſtributiones cui voluerit donare poteſt; ſed ante perceptionem, & poſſeſſionem, cum jus dumtaxàt ad illas habeat, remitteret, non donaret. Remiſſio autem vetita à Concilio eſt. Inſuper donatio prohibita eſt, ſi tacita colluſio interveniat. Canonici abſentes, & præſentes mutuam inire colluſionem poſſent, & ſub donationis larva invicem ſibi remittere diſtributiones. Donent ſibi invicem, ſi velint, bona ſua extra hunc caſum diſtributionum.

XII. QUÆST. V. *Quænam ſunt cauſæ excuſantes Canonicos à chori frequentia?* RESP. Tres aſſignantur. Infirmitas corporis, juſta, & rationabilis neceſsitas, evidens Eccleſiæ utilitas. Ad primum quod attinet, ſola gravis, ſecus levis infirmitas excuſat. Quænam verò gravis, quænam levis infirmitas ſit, definiri abſolutè non poteſt, ſed prudentis viri judicio ſtandum eſt. Si Canonicus commoretur extra locum reſidentiæ abſque juſta cauſa, & ibi infirmetur, non fruitur privilegio infirmis conceſſo, quia ex malitia reputatur abſens, atque adeò ſuas non facit diſtributiones. Laborantes podagra impediente egreſſum à domo, & acceſſum ad chorum diſtributiones acquirunt. Idem dicendum de ſenibus, qui abſque probabili periculo gravis infirmitatis egredi domo nequeunt. Laxa, & falſa opinio eſt, aſſerentium ſenes ſeptuagenarios exemptos à choro eſſe, eo quod ipſa grandæva ætas morbus eſt. In quibuſdam morbus eſt qui excuſare poteſt, ſecus in aliis. Ideò propoſitio abſolutè prolata falſa eſt: ſeptuagenarii enim, ut ſupra, ſi viribus pollent, excitare aſtringuntur.

XIII. Rationalis neceſsitas tunc reputatur, cum chori frequentia parit aliquod grave damnum honoris, vitæ, fortunæ. Qui ex medici conſilio domi moratur ad medicinam ſumendam, ad venam ſcindendam, non amittit diſtributiones: neque qui ab hoſtibus capitur, qui per vim detinetur, aut qui domo non egreditur ob juſtum hoſtis timorem. Qui abſunt à loco reſidentiæ ob peſtis timorem, percipere fructus beneficii valent, ſecus diſtributiones: quoniam ſi nolunt ſubjacere communi periculo, neque percipere commodum debent. Qui curam habet animarum, nullo modo abeſſe valet. Injuſtè in carcere detentus acquirit, ſecus qui juſtè, diſtributiones. Similiter juſtè excommunicatus amittit, ſecus qui injuſtæ excommunicationi ſubjacet, diſtributiones, dummodò curet abſolvi ab excommunicatione. Juſtè excommunicatus choro aſsiſtens non acquirit diſtributiones, nec fructus beneficii. Contrariam obtinere conſuetudinem in Hiſpania aſſerit Garcia. Juſtè ſuſpenſus amittit fructus beneficii, & diſtributiones, quamvis choro aſsiſtat; ſecus injuſtè ſuſpenſus, qui etiam abſens à choro diſtributiones acquirit. Similiter quando Eccleſia eſt interdicta, ſi Canonici cauſam interdicti non dedere, acquirunt diſtributiones. Tempore vero ceſſationis à Divinis Officiis, quo Canonici celebrare divinas laudes nequeunt, diſtributiones perdunt, quia ſic declaravit Gregorius X. cap. *Si Canonici*. Nec eadem ratio eſt de interdicto, & de ceſſatione: quia reſpectu hujus eſt prohibitio, ſecus reſpectus illius. Quando Eccleſia eſt polluta, Canonici acquirunt diſtributiones, quia per ipſos non ſtat quod ſit polluta. Irregularis acquirit diſtributiones, quia irregularitas non impedit aſsiſtere Officiis Divinis.

XIV. Tertia cauſa excuſans à chori frequentia eſt evidens Eccleſiæ utilitas, quæ eſſe debet gravis, & manifeſta propriæ, non alienæ Eccleſiæ. Dubia utilitas hoc privilegium non confert. Utilitas verò Eccleſiæ univerſalis, & fructus, & diſtributiones parit, dummodò manifeſta ſit. Tunc verò eſt gravis, & manifeſta, utilitas, quando conſenſu Capituli, vel Ordinarii talis judicatur: & tunc abſens acquirit diſtributiones, & fructus, etiamſi ſit extra locum beneficii. Canonicus qui à proprio Epiſcopo mittitur ad viſitanda limina Apoſtolorum, acquirit diſtributiones, quia tunc negotium Eccleſiæ agit. Idem dicendum de Canonico comitante ſuumEpiſcopum ad eadem limina. Epiſcopus unum dumtaxàt mittere valet, duos verò ſecum ducere poteſt ad limina præfata. Canonicus verò qui alienæ Eccleſiæ nomine, vel alienum Epiſcopum ad limina prædicta comitatetur, non acquireret diſtributiones. Si Parochus mitteretur ab Epiſcopo ad viſitanda limina Apoſtolorum, ſolius bimeſtris tempore diſtributiones percipere poſſet, quia ultra hoc intervallum nequit Epiſcopus animarum curatorem in alio negotio occupare, ſi impediatur paſtorale miniſterium. Canonicus miſſus ab Epiſcopo ad Concilium generale, vel provinciale tanquam Theologus, Canoniſta, vel Procurator, acquireret diſtributiones. Si verò Canonicus Epiſcopus ſit, pergatque ut Epiſcopus, non ut Canonicus, tunc non acquireret diſtributiones, niſi negotia Eccleſiæ ſuæ ageret. Similiter Canonicus, qui à Capitulo occupatur in ſupputandis Eccleſiæ reditibus menſe fabricæ, acquirit diſtributiones. Canonicus qui vacante Sede eligitur Vicarius à Capitulo, ſeu Proviſor, acquirit diſtributiones, dum abeſt à choro ob evidentem utilitatem Eccleſiæ, ſecus ſi eligeretur Vicarius Epiſcopi, quia tunc Epiſcopo, non Eccleſiæ inſerviret. Archidiaconus quoquè viſitans Eccleſiam, aut prædia Eccleſiæ acquirit diſtributiones. Qui tempore Divini Officii confitetur peccata ſua, non acquirit diſtributiones. Pœnitentiarius Cathedralis, qui tempore Divini Officii confeſsiones excipit, non amittit diſtributiones; neque alii Præbendati, qui ex mandato Superioris ob magnum concurſum occuparentur in tali miniſterio: amitterent verò diſtributiones alii, qui ſponte confeſsiones audirent. Præbendatus cui annexa eſt animarum cura, acquirit diſtributiones, dum ſacramentis miniſtrandis operam navat, quemadmodum acquirit ille qui in defendendis beneficii juribus occupatur.

XV. Canonicus Theologus abſens à choro, ut lectiones habeat, vel concionetur, acquirit diſtributiones diebus quibus hæc munia exercet: ſecus diebus quibus ad eadem miniſteria ſeſe præparat. Spectandæ tamen ſunt rationabiles locorum conſuetudines. Præbendati legentes Theologiam in aliqua univerſitate, ſeu in ſtudio generali acquirit fructus præbendæ, ſecus diſtributiones. Solus enim Præbendatus, qui legit in propria Eccleſia, diſtributiones acquirit. Parochi verò legentes Theologiam publicè non fruuntur privilegio, ſi abſint lectionis cauſa à propriis Parochiis. Præbendati qui ſtudio vacant in aliqua Univerſitate acquirunt fructus beneficii, ſecus diſtributiones, dummodò incumbant in jus Canonicum, in Theologiam, in Sacram Scripturam; ſi diſcant jus Civile, hoc privilegio non fruuntur. Debent tamen ejuſmodi Præbendati ſtudentes obtinere licentiam ab Ordinario, ut queant fructus percipere. Si Præbendati iſti Parochi ſint, nequeunt etiam ex licentia Epiſcopi abeſſe à propriis Parochiis, ut Tridentinum præſcribit. Qui ſtudii cauſa abſunt à choro, acquirunt fructus beneficii per annos quinque, etiamſi beneficium conſtet ex ſolis diſtributionibus: quia in hoc caſu diſtributiones ſuccedunt loco fructuum, eorumque naturam induunt. Canonici non curati qui tribus menſibus ſingulis annis abſunt, lucrantur fructus, ſecus diſtributiones. Ut hoc fruantur privilegio, requiritur ut toto anno reſideant, & chorum frequentent. Hinc Canonicus qui in anni medio poſſeſsionem capit, non fruitur privilegio trium menſium, ſed tantum medietate ejuſdem privilegii. Hoc privilegio uti poſſunt ſive ante, ſive poſt reſidentiam novem menſium. Qui per notabilem anni partem abſunt à choro, indigni hoc privilegio ſunt. Canonicus qui habet duplex beneficium, ut Canonicatum, & Decanatum, ſimplices, non duplices acquirit diſtributiones, quæ dantur propter aſsiſtentiam, quæ una cum ſit, una quoque diſtributio eidem reſpondere debet. Et hæc de Canonicis Horis ſufficiant. Nam de variis Eccleſiarum conſuetudinibus nihil dicendum occurrit, quia quælibet fere Eccleſia ſuos habet uſus, & mores.

DISSERTATIO VII.

De Adoratione, & Cultu Dei, & Sanctorum.

CAPUT I.

De Adoratione, ejuſque partitione, atque præceptis.

I. QUÆST. I. *Quid, & quotuplex ſit adoratio?* RESP. Generatim accepta eſt actus quo quis ſe alteri ſubjicit in ejuſdem excellentiæ teſtimonium. Tot ſunt adorationes, quot ſunt dignitatum genera. Duæ ſunt dignitates, increata, & creata. Increatæ Divinæ Majeſtati debetur adoratio, quæ appellatur *Latria*. Creaturis verò ob excellentiam ſupernaturalem gratiæ, ſanctitatis à Deo participatæ debetur adoratio longè inferior, quæ dicitur *Dulia*. B. Virgini, quæ poſt Deum ſupra omnes Sanctos eminet, debetur adoratio, quæ vocatur *Hyperdulia*.

II. Adoratio alia interior, exterior altera. Illa intus Deo ſpiritum ſubjicit, hæc in exteriores actus erumpit. Rurſus adoratio altera eſt abſoluta, & altera reſpectiva. Abſoluta ſoli Deo de-

quia plus exhibeat in cultum divinum quam vera Religio, sed quia exhibet cultum divinum, vel cui debet, vel eo modo quo non debet, ut inquit S. Thomas 2. 2. *quæst.* 92. *art.* 5.

II. Primum dividitur in duas species. Altera modo indebito colit Deum; altera cultum Deo debitum creaturæ tribuit. Prima superstitio in alias dividitur superstitiones. Prima in eo sita est quod Deo tribuatur cultus falsus, seu perniciosus, ut si quis nunc Judæorum cæremoniis Deum adoraret, vel si quis falsis miraculis confirmare Catholicam Religionem intenderet, aut Divinis Officiis turpia admisceret. Altera superstitionis species ex parte modi indebiti colendi Deum est, quando cultus superfluus Deo tribuitur; ut si quis aliquos precandi modos ex arbitrio præstitueret, ut si vellet tantum post Solis occasum, vel post Solis ortum orare; aut Missam Sacerdotis qui vocetur Antonius, & non alio nomine; aut cum tot candelis, & non pluribus, nec paucioribus; aut ictus, & non alterius coloris, audire; aut si neglectis cæremoniis ab Ecclesia præscriptis ex arbitrio alias sibi fingeret; reus esset superstitionis.

III. Secunda superstitionis species ex parte rei cultæ est cum exhibetur cultus cui non debet exhiberi, ut si tribuatur creaturæ cuicumque cultus institutus in divinam reverentiam, tunc *de claria* appellatur. Si Deo spreto, quis dæmones consulit, aliquo inito, vel expresse, vel tacitè pacto, habetur ex parte rei cultæ altera superstitionis species, quæ nuncupatur *divinatio*. Tertia superstitionis species ex parte objecti culti est, cum divinus cultus, qui ordinatur ad humanorum actuum directionem, secundum institutu Dei, qui colitur, offertur dæmoni, à quo petitur auxilium, & dicitur *vana observantia*.

IV. Superstitio ex parte modi colendi Deum exhibendo ei cultum falsum, natura sua grave peccatum est. Similiter profana & turpia immiscere divino cultui peccatum est. Gravissimum quoque scelus perpetrant qui commentitia miracula prædicant, & falsas reliquias adorandas proponunt.

V. Plures occurrunt casus in quibus superstitio latitat. 1. Superstitionis rei sunt qui zona prægnantis campanam pulsant, ut prosper eveniat partus, sicut qui projiciunt imaginem Sancti in flumen, aut appendunt ad ripam fluminis ut pluviam obtineant, quia nulla inter causam, & effectum datur connexio. Secus si res sacra in fluvium, vel ignem projiceretur ea spe, ut ejusdem Sancti intercessione moveretur Deus ed extinguendum ignem, vel coercendas inundantes aquas. 2. Superstitiosæ sunt preces quibus sagæ benedicunt Rosaria pro parturientibus: similiter recitare aliquos definitos versus alicujus Psalmi ad compescendos canis latratus, vel ad impediendum sanguinis fluxum, aliumve morbum cum vana certi eventus credulitate superstitionem olet; secus si quis preces reciter ad divinam opem implorandam. 3. Superstitiosa sunt verba quæ insufflantur in equorum aures ad intestinos dolores expellendos. 4. Superstitiosa est herbarum collectio die S. Joannis Baptistæ, si fiat ea credulitate ut existimetur has herbas plus virtutis habere, quod die talis Sancti collectæ sint. 5. Superstitio est nolle sedere ad mensam, si sint tredecim, ea persuasione ut illorum unus moriturus sit tali anno; & nolle scindere ungues die veneris. 6. Superstitionis rei sunt qui gladium quo hostem læserunt, medicamentis ungunt, & fovent, ut ipsius sanitatem recipiat: item qui filo utuntur digitis appenso, à quo pendeat annulus intra vas vitreum, vel amphoram ad pulsandas, & internoscendas horas. Denique regula generalis est, quando nulla inter causam, & effectum connexio est, & tunc actiones ut minimum superstitionis suspectæ sunt.

VI. QUÆST. II. *Quid sit idololatria, & quot modis perpetretur?* RESP. Est cultus divinus exhibitus creaturæ, non ut est imago Dei, sed ut creatura est. Quinque sunt modi perpetrandæ idololatriæ. 1. Adoratio simulacrorum. 2. Adoratio creaturarum, puta cæli, terræ, &c. 3. Adoratio hominum mortuorum. 4. Adoratio dæmoniorum. 5. Adoratio mundi, ut animati. Idololatriæ scelus gravissimum est.

VII. QUÆST. III. *Quid, & quotuplex sit divinatio?* RESP. Divinatio est prænuntiatio futurorum. Futura prænosci possunt uno modo in suis causis, altero modo in seipsis. Causarum aliæ sunt naturales, & necessariæ, quæ necessario producunt effectus. Qui has causas cognoscit, ignorare effectus nequit. Aliæ causæ non necessariò sed probabiliter, seu ut plurimum pariunt effectus. Effectus isti probabili tantum conjectura prænosci valent. Causarum liberarum contingentes effectus à solo Deo cognoscuntur. Prædictio futurorum ex divina revelatione *prophetia* nuncupatur. Prædictio futurorum vi causarum naturalium *divinatio naturalis* dicitur. Prædictio futurorum quæ nec vi causarum naturalium, nec Deo revelante, sed sola dæmonis ope fit, propriè *divinatio* est, quæ constituit speciem superstitionis, quæque definitur. *Præsentio futurorum ope dæmonis.* Dæmones cognoscunt omnes effectus qui necessariò pendent à causis naturalibus; qui non necessariò pendent, conjectare illos dumtaxat valent. Nullo vero modo cognoscere possunt quæ ex sola Dei voluntate, vel libero hominis arbitrio pendent. Verùm quia in homine ordo libertatis aliquo modo connexus est cum causis naturalibus, ideò aliqua prædicere conjecturaliter dæmones solent eorum quæ pertinent ad causas liberas. Dæmones variis modis divinatores suos instruunt, nempè aut verbis expressis, aut in aere verba proferendo, & quandoque animalium voce. Similiter divinatores interdum expressè dæmones invocant, Religionem abnegantes; quandoquè invocant dæmonem quibusdam formulis ab eodem dæmone prescriptis. Utroque modo pactum expressum est. Implicitum pactum est dum quis scire pertentat ea quæ mentis humanæ aciem fugiunt, & mediis vanis, incongruis, & à Deo vetitis utitur, quamvis nolit sibi à dæmone opem ferri: siquidem eo ipso quod præfatas res

sanas adhibet, vult reapse à dæmone edoceri. Dæmon quippè ultrò sese ejusmodi vanis signis, & chimericis observationibus immiscet præter hominis intentionem. Hæc omnia ad implicitum pactum attinent.

VIII. Varias recenset divinationis species 2. 2. *q.* 95. *art.* 3. S. Thomas, quę fiunt per pactum expressum. 1. Est *præstigium*, quibusdam apparitionibus peractum: his enim spectris oculi hominum perstringuntur. 2. Fit per somnia, & vocatur divinatio *somniorum*. 3. Est per alicujus mortui apparitionem, & vocatur *necromantia*. 4. Futura prænuntiat per homines vivos, & vocatur divinatio per *pythones*. 5. Utitur ferro, ligno, lapide, cæterisque rebus inanimatis, & dicitur *gromantia*. 6. Utitur aqua, & dicitur *hydromantia*. 7. Utitur aere, & vocatur *aeromantia*. 8. Adhibet ignem, & dicitur *pyromantia*. 9. Futura prænuntiat per viscera animalium dæmonibus immolatorum, & nuncupatur *aruspicium*.

IX. Divinatio quæ absque expressa dæmonis invocatione fit, in duo tribuitur genera. Primum genus prætendit futura in causis omninò disparatis, quod dividitur in sex species. 1. Est *genethliologia*, quæ pertinet ad *Astrologos genethliacos* nuncupatos, qui ex siderum motu natales hominum, eorumque eventus prædicunt. 2. Est *augurium*, quod fit ex avium garritu. 3. *auspicium*, quo ex avium volatu, vel aliorum animalium motu futura prædicuntur. 4. *omen* appellatur, & est prædictio ex hominum verbis præter intentionem prolatis. 5. Est *chyromantia* ex lineamentis manuum. 6. *spatalamantia* nuncupatur, cum divinatio fit ex aliquibus signis in spatulis animantium apparentibus.

X. Ad secundum divinationis genus sine expressa dæmonis invocatione pertinent duæ aliæ species. Prima est *geomantia*, quę futura prænuntiat ex punctorum protractione. Altera nuncupatur *sortilegium* cum futura investigantur sive per considerationem figurarum, quæ consurgunt ex plumbo liquefacto in aquam projecto, sive ex quibusdam schedulis scriptis in occulto repositis, vel ex festucis inæqualibus propositis, vel ex taxillorum projectione, quæ omnia *sortium* nomen habent.

XI. Divinatio cum pacto sive expresso, sive tacito, peccatum mortale est, ut docent omnes. Quid de illis dicendum qui numerorum, & versuum supputationem instituunt, & eam quod vulgò *Cabalam* vocant in ludo exercent, ut numeros futuros divinent? Istos mortaliter peccare cum fide adhibita huic *cabalæ* eamdem exercent, nemo est qui negare possit.

XII. QUÆST. IV. *Quid est Astrologia judiciaria?* RESP. Est divinatio per astra; & duplicem Theologi distinguunt. Unam naturalem, qua homines ex situ, ortu, motu, & occasu astrorum, ea quæ naturaliter contingunt, ut sunt pluviæ, tempestates, eclypses portendunt. Hanc licitam esse inficiatur nemo. Hæc tamen astrologia prædicere tantùm valet effectus qui necessario consequuntur. Si enim termo sit de tempestate, de siccitate, de pluvia, de serenitate, vana plerumque est astrologia ista ob incognitam vim astrorum, & propter ventorum, vaporumque obstacula, quæ sæpè impediunt astrorum influxus. Ephemerides, quæ in annos singulos prodeunt, quæque excantant idiotas, eorumque evacuant crumenas, experientia fallaciam prædictionum manifestant.

XIII. Altera est Astrologia Judiciaria, qua homines ex stellarum motu, plantarum aspectu, astrorumque cursu quædam futura, contingentes scilicet, fortuitosque casus ex sola libertate pendentes divinat. Et hæc quadruplex est. 1. Quæ ex astrorum aspectu terræ sterilitatem, mercium abundantiam, hominum morbos, & obitus prænuntiat. Hæc superstitiosa non est, si non ut certa, sed tantum ut conjecturalia prædicantur. 2. Est *genethliaca*, quæ hominum dignitates, & gradus prænuntiat. 3. Est *electionum*, qua in omni negotio divinatur, quid futurum sit, quid agendum, quid omittendum quando domo egrediendum, ut fausti eventus respondeant. 4. Est *imaginum fabricatarum*, qua astrologi figuras, numeros, caracteres efficiunt, quosque cum figuris quas in cælo reperiri comminiscuntur, conferunt: & ex collatione, & mutua sympatia futuros casus prædicunt.

XIV. Has tres ultimas divinationes superstitiolas, & veritas esse, omnes Catholici adfirmant. Prædicere futura libera etiam probabiliter peccatum est: quia assensus probabilis determinatus est. Neque conjecturaliter futura libera prædici ab astrologis valent.

XV. Divinatores restituere tenentur pretium acceptum, propterea quod prædixerunt futura contingentia libera. Nimis laxa est opinio quam *lib. 2. in Decal. cap. 38. n. 96.* defendit P. Sanchez inquiens: *Si verò astrologus ille, vel divinator operam suam apposuit, & artes diabolicæ res ita evenit, non tenetur pretium restituere, quia ipse suam operam ita turpiter apposuit, &c.* Pretio itaque æstimabilis est ars diabolica?

XVI. QUÆST. V. *Licitumne est futura libera per somnia divinare?* RESP. Negant omnes, quia futura libera à sola voluntate pendent. Licitè medici observant somnia quæ ex causis naturalibus proficiscuntur, ut ex humorum copia, ex qualitate temperamenti morborum causas scrutentur. Qui ex somnis habitis occasionem accipit interdum moderandi mores suos, non ilidem fidem adhibendo, nullam committit superstitionem. Cavendum tamen ne frequenter id fiat, quia tunc periculum saltem superstitionis esset. Extrema cavenda sunt.

XVII. QUÆST. VI. *Licetne ex cantu, volatu, motuque avium futura prædicere?* RESP. Effectus naturales colligi heinc posse absque superstitionis nota, adfirmant omnes. Cantus enim, & volatus avium sunt interdum signa effectuum naturalium. Superstitio verò manifesta est, futura contingentia libera ex præfatis avium, & quorumcumque animalium signis prædicere.

XVIII. Superstitiosa quoquè est prædictio futurorum contingentium ex vocibus humanis casu prolatis, vel ex hominum membris. Tria sunt, nempè caput, manus, & pedes, quæ observate

debetur, Sanctis respectiva : Sanctos enim propter Deum colimus, seu Deum adoramus in Sanctis suis. Cultus enim quod Sanctis offerimus, semper in Deum refertur tanquam in supremum Dominum, à quo Sancti suam participant dignitatem, & excellentiam.

III. Adoratio quæ creaturis exhibetur ob dotes naturales, & dignitates, *observantia* nuncupari solet, & potest iisdem externis signis exhiberi quibus Deus colitur. Exteriores quippè corporis actiones absolutè adiaphoræ sunt, seu indifferentes. Genuflexione, corporis prostratione Deus adoratur. Similiter his signis Judith *ut Holofernes adoravit eum prosternens se super terram* : cap. 10 Genuflexione, corporisque flexione colimus summos Pontifices, Principes, & Reges. Exterior ergo adoratio ut fiat divina, ab intentione adorantis pendet, nisi aliqua peculiari lege, ritu, consuetudine, circumstantia ad Deum adorandum destinata sit. Quarè dum privati tales actiones exercent publicè, non sat est eos bonam habere intentionem, sed circumstantiæ temporis, loci, nationis, consuetudinis spectandæ sunt.

IV. QUÆST. II. *Daturne præceptum divinum Deum adorandi actibus tum internis, tum externis* ? RESP. Sententia affirmans certa est de fide. Mandatum istud, & affirmans est quatenus Dei cultum præcipit, & negans quatenus cultum soli Deo debitum prohibet semper, & pro semper tribui creaturis. Hoc præceptum quatenus affirmans est, per se obligat statis temporibus. Deus in omni loco colendus est ; templa tamen sunt erecta in quibus sacrificia, & solemnes ritus divini cultus celebrantur.

V. QUÆST. III. *Christus Dominus adorandus ne est ut homo cultu latriæ* ? RESP. Cultus latriæ soli Deo uni trinoque debetur. *Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies* : Matth. 4. Singulæ ergo personæ divinæ, & conjunctim, & seorsim adorari à nobis possunt, & debent. Quarè quod Christus ut secunda persona Trinitatis adorari à nobis debeat cultu latriæ certum est. Disputari solùm posset, num ut homo tali cultu adorari debeat. Et hoc etiam in sensu affirmant Theologi omnes : quia in Christo Domino est una hypostasis, & unum suppositum infinitæ dignitatis, cui latriæ cultus debetur. Humanitatis verò Christi, ut à Verbo Divino abstractæ, cultus dumtaxàt *hyperduliæ* debetur, quia sic prodit solam dignitatem finitam. In triduo mortis corpus Christi cultu latriæ adorari debuit, quia conjunctum cum Verbo Divino. Idem dicendum de corpore Christi in Sacramento Eucharistiæ hypostaticè conjuncto divinæ personæ, ut Concilium Tridentinum definivit contra Lutherum. Hostia consecrata absolutè adoranda est, nulla expressa conditione adjecta. Sat est ut Catholicus sit ea affectione dispositus, ut si sciret eam non esse consecratam, ab adoratione abstineret.

VI. QUÆST. IV. *Crux Christi adorandane est latriæ cultu* ? RESP. Affirmant Catholici omnes : quoniam Crux Christi ejusdem Imago est. Imago autem Christi eodem ac ipse Christus cultu adoratur. Crux autem cui affixus Christus fuit, non solùm quia symbolum, & imago Christi est, sed etiam ob contactum physicum, & sanguinem illum pretiosum quo aspersa fuit, adorari cultu latriæ debet. Cætera quoque instrumenta inanimata passionis Christi ob contactum physicum adorari cultu latriæ debent.

VII. Argumenta quæ opponi ab hæreticis solent, nos nempè colere ligna, metalla, mendacia sunt, & calumniæ : nam in recensitis figuris, & simbolis Christum ipsum colimus. Colitur Crux Christi, non ut infame patibulum à Judæis electum, ut turpissima morte Christum plecterent, sed ut vexillum victoriæ, & instrumentum quo Christus usus est, ut nos à potestate diaboli liberaret. Nec est quod obganniant, manus B. Virginis, Joseph, discipulorum quæ tetigerunt Christi corpus, adorandas latriæ cultu fore : quoniam instrumenta anima destituta non sunt cultus capacia, prout in se considerantur : ideò totus cultus quem iisdem exhibemus, in Christum refertur. B. Virgo, & cæteri Sancti sunt intima excellentia ornati, atque adeò cultu digni, tametsi & cultum ipsum quem Sanctis tribuimus, in Deum referamus, ut docet S. Thomas 3. *part. quæst.* 25. *art.* 5. *ad* 3. Cruces illas adoramus, quæ institutæ, & destinatæ sunt ad repræsentandam Christi passionem. Cæteræ Cruces quæ casu in lignis, paleis, aliisque rebus fortuitò consurgunt, non sunt adorandæ, sed ut cætera ligna negligenda.

CAPUT II.

De Cultu debito B. Virgini, Angelis, Sanctis, sacris Imaginibus, & Reliquiis Sanctorum.

I. QUÆST. I. *Utrum B. Virgini, Angelis, & Sanctis cultus debeatur*? RESP. Quamvis solus Deus latriæ cultu adorandus sit, hoc tamen minimè impedit quominùs alias personas inferiore cultu ob peculiarem cum Deo conjunctionem veneremur. B. Virgo super omnes creaturas secundum Deum eminet, ideo peculiari cultu, quem *hyperduliæ* appellamus, colitur. Angeli, & cæteri sancti viri Dei cultu *duliæ* adorantur. Igitur de fide est B. Virginem, Sanctosque cum Deo regnantes aliqua adoratione colendos esse : idque definitum est in Concilio Niceno 11. *Act.* 2. & 3. & in Tridentino. Innumeræ Scripturarum, & Patrum testimonia in hujusce veritatis confirmationem adducunt catholici Theologi adversus novissimos hæreticos. Natalis ab Alexandro *dissert.* 25. *in Hist. Secul.* 5. cujuscumque sæculi documenta promit in medium.

II. Angelus *Apocal.* 22. prohibuit se adorari, sicut, & SS. Petrus, & Paulus, ut habetur in Actibus Apostolorum. Respondet 2. 2. *quæst.* 84. *art.* 5. *ad* 1. S. Thomas : *Alia veneratione veneramur Deum, quod pertinet ad latriam, & alia veneratione quadam excellenter creaturas, quod pertinet ad duliam . . . . . Secundum reverentiam ergo*

ergo quæ creaturæ excellenti debetur, Nathan adoravit David ; secundum autem reverentiam quæ debetur Deo, Mardocheus nihil adorare Aman, timens ne honorem Dei transferret ad hominem, ut dicitur Esther 13. *Et similiter secundum reverentiam debitam creaturæ excellenti, Abraham adoravit Angelos, & etiam Josue, ut legitur Josue* 5. *quamvis posset intelligi : quod adoraverint adoratione latriæ Deum qui in persona Angeli apparebat, & loquebatur. Secundum autem reverentiam quæ debetur Deo, prohibitus est Joannes Angelum adorare, Apocal. ultim. tum ad ostendendam dignitatem hominis quam adeptus est per Christum, ut Angelis æquetur : undè ibi subditur : Conservus tuus sum, & fratrum tuorum : tum etiam ad excludendum idololatriæ occasionem : undè subditur : Deum adora.*

III. Hæ Angelica doctrina profligantur omnia hæreticorum sophismata. Quod obtrudunt, hanc distinctionem cultus *latriæ*, & *duliæ* nullibi in Scripturis sanctis indicari, incognitamque fuisse primis Ecclesiæ sæculis, nullius momenti est. Utique verbalis distinctio non habetur in Scripturis sanctis, sed reipsa docetur. Distinctionis nostræ meminit Sanct. Augustinus *lib.* 10. *de Civit. Dei, cap.* 1. & *lib.* 20. *contra Faustum cap.* 21. ubi plura habet contra hæreticos calumniantes nos Sanctis templa, & altaria erigere. Nam Deo soli templa, & altaria erigimus, eique soli sacrificia offerimus, quamvis sub invocatione, & nomine Sanctorum id præstemus.

IV. QUÆST. II. *Licitumne est, & pium sacrarum imaginum usus*? RESP. Affirmant omnes Catholici, idque definivit Synodus Tridentina *sess.* 24. *decr.* 2. Respectiva est omnis sacrarum imaginum adoratio. Licitum est ipsius Dei Patris, & cujusque Trinitatis personæ imaginem formare. Quarè merito Alexand. VIII. damnavit sequentem thesim : *Dei Patris fidentis simulacrum nefas est christiano in Templo collocare.* Hæc sacra symbola pinguntur, ut mens nostra his sensibilibus signis excitetur ad Deum colendum. *Nam invisibilia Dei per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur.*

V. QUÆST. III. *Adorarine sacræ imagines possunt*? RESP. Non modò pius est sacrarum imaginum usus, sed pius quoque, & utilis est earumdem cultus, ut definiere sacra Concilia, præsertim Nicænum II. Florentinum, & Tridentinum. Non alius tamen, ut Bellarminus cum aliis contendit, exhibetur sacris imaginibus cultus, quàm ille qui tribuitur prototypo.

VI. QUÆST. IV. *Daturne præceptum habendi, & adorandi sacras imagines*? RESP. De usu sacrarum imaginum nullum datur præceptum, sive naturale, sive divinum. Præceptum verò ecclesiasticum consuetudine invectum esse respectu communitatis fidelium, certum est. Templa, & altaria ornare sacris imaginibus jubemur, & sacrificium celebrari absque Crucifixi imagine vetitum est. Hoc tamen præceptum non videtur singulos fideles obligare, quamquàm vix excusari à culpa Catholicus posset, qui ab omni sacrarum imaginum usu abstineret. Præceptum quoque urget vetans earumdem contemptionem. Porrò in praxi aut Catholicus adorat, aut contemnit : præscindi enim in praxi vix potest ab utroque extremo.

VII. QUÆST. V. *Adorandane sunt sacræ reliquiæ* ? RESP. Affirmant omnes Catholici, sacras reliquias dignas esse adoratione, ut definitum est in pluribus Conciliis Nicæno II. *act.* 5. Carthagin. V. *cap.* 5. Lateranensi II. *cap.* 42. Tridentino *sess.* 24. & ea adoratione colendæ sunt sacræ reliquiæ qua coluntur personæ quarum sunt partes. Reliquiæ enim sunt sanctorum corporum particulæ, ut capilli, ossa, ungues, sanguis, dentes, cineres, vestes, vela, panni, & alia quæ istorum corpora tetigerunt, aut quibus Sancti usi sunt. Vermes corporum Sanctorum, neque privatim, neque publicè colere licet, quidquid in oppositum dicant Vazquez, Sanchez, & Castropalaus. Ut sacræ reliquiæ coli liceat, & publicè queant, debent esse alicujus Sancti, vel Beati publico Ecclesiæ judicio ; & ut habeatur certitudo necessaria ad cultum exhibendum, requiritur testimonium Episcopi asserentis hanc reliquiam esse hujus, aut illius Sancti. Surreptio sacrarum reliquiarum furtum sacrilegum est : & earumdem venditio simonia non caret. Similiter agni sacri solemni ritu à summis Pontificibus benedicti, & in sacrum cultum destinati digni sunt veneratione. Vetitum est eosdem coloribus, minioque pingere, & potiori jure eosdem vendere. Solum exigi pretium potest pro materia ex qua confecti sunt. Cavendum tamen est ne sub prætextu, aut materiæ, aut thecæ, qua includuntur, pretium augeatur, & simonia latitet.

VIII. Vestes sacerdotales, vasa sacra, & templa digna sunt veneratione, cum sint in Dei cultum destinata. Calices, corporalia tangi à laicis nequeunt, nisi vi privilegii concessi laicis Regularium, dum sacristiæ inserviunt.

IX. Confessarii, & Concionatores instruere fideles diligenter debent in cultu Sanctorum, eosque monere omnem cultum referendum tandem in Deum esse, quem colere in Sanctis suis debent. B. Virgo, Angeli, & Sancti omnes creaturæ sunt, quæ solum coluntur propter Deum, seu propter intimam conjunctionem cum Deo. Populus propensus est ad superstitionem : idcirco diligenter instruendus est.

DISSERTATIO VIII.

De Superstitione, ejusque speciebus.

CAPUT I.

Definitio, & divisio superstitionis. Varii casus in quibus serpit superstitio, explicantur.

I. QUÆST. I. *Quid, & quotuplex sit superstitio*? RESP. Superstitio est vitium Religioni oppositum secundum excessum, non

astrologi solent. Prædictio ex observantia linearum manus dicitur *chiromantia*; quæ ex pedum lineis, *podomantia*; quæ ex frontis, & vultus qualitate, *metoposcopia*; quæ ex universo corpore *physiognomia* vocatur. Ex hisomnibus divinare futura libera contingentia superstitiosum est. Secus si ex præfatis quis mera naturali astrologia temperamentum, sanitatem, morbus conjectaret. Quare graviter peccant qui Ægyptiis, vulgò *Gitanos* fidem adhibent.

XIX. QUÆST. VII. *Licitumne est sortium usus in electione ad Ecclesiastica beneficia, vel sæculares dignitates?* RESP. Triplex sors, *divisoria, consultoria, divinatoria*. Sortes divisoriæ licitè sunt, cum nihil aliud sint quam pactum mutuum quo homines conveniunt, ut ex fortium eventu decidatur cui honor, dignitas, res debeantur. Idcirco dignitates laicales, quando paria sint merita, licitè per sortes conferri valent; secus beneficia Ecclesiastica, quia id cavetur cap. *Ecclesia* extra, *de fortilegiis*. Electio tamen hæc ad beneficia ecclesiastica per sortes illicita tantum est, non invalida. Electio verò Prælati Ecclesiæ, qui habet jurisdictionem tum in criminalibus, tum in civilibus, fortium ministerio facta nulla est: quia sic determinatur cap. *Quia propter* de electione. Licet similiter lites dirimere de bonis temporalibus vi sortium; secus lites de electionibus ad beneficia ecclesiastica, nisi auctoritate publica in re obscura declaranda id fiat.

XX. QUÆST. VIII. *Licitum est sortilegio consulere?* RESP. Sortitionis consultoriæ causa duplex, nempè Deus, aut dæmon. Si eventus sortitionis consultoriæ expectetur à dæmone, nuncupatur sors divinatoria, quę superstitiosa est. Si eventus futuri cognitio imploretur à Deo, licita est, ut multis divinæ Scripturæ testimoniis constat, servatis conditionibus urgentis necessitatis, obsequii in Deum, & exclusionis cujuscumque rei profanæ.

XXI. QUÆST. IX. *Quid, & quotuplex sit vana observantia?* RESP. Vana observantia est superstitio quę vanis, & ineptis institutis utitur ad aliquem exteriorem effectum producendum. Hæc triplex est. 1. *Notoria*. 2. *Observantia sanitatum*. 3. *Futurorum eventuum observantia*. Notoria, & illicita, & vana est, quia utitur mediis ineptis ad acquirendam scientiam, ut 2. 2. *q.* 96. docet S. Thomas: atque adeo dæmonis ope indiget, pactumque implicitum intervenit cum dæmone. Ars sanatoria, seu *observantia sanitatum*, similiter media disparata adhibet, nempè cæremonias, imagines astronomicas, orationes arbitrarias ad morbos curandos, nulla in Deum spe habita; ideoque superstitionis plena est. Si enim sacræ imagines, & reliquię Sanctorum applicentur infirmis, & preces recitentur ad divinum auxilium implorandum, quacumque vana observatione exclusa, tum non modò res licita est, sed etiam commendabilis.

XXII. Superstitiosa res est sacra verba proferre ad movendum annulum, è filo pendentem, quia hæc verba nullam habent virtutem ad talem motum inferendum. Quarè si motus contingat, à dæmone est. Superstitionem quoquè committunt qui ad collum suspensas deferunt *philteuas*, seu *ligaturas* remediorum, quę suapte natura ineptæ sunt ad morbos pellendos.

XXIII. Observantia futurorum eventuum est prædictio prosperæ, vel adversæ fortunę ex vanis prorsus signis ad ejusmodi prænoscendam, ut si quis dies, tempora, hominum occursus, & id genus similia observet, & ex his moveatur ad quidquam agendum, vel omittendum tanquam infaustum. Plures hujus generis superstitionis species recenset S. Augustinus *lib. 2. de Doctr. Christ.*

CAPUT II.

De magia naturali, superstitiosa, lamiis, & strigibus.

I. QUÆST. I. *Quid, & quotuplex magia sit?* RESP. Magia generatim accepta, ars est mira quædam, & insolita operandi, estque duplex, naturalis, & superstitiosa. Illa applicatione naturalium causarum, hæc ope dæmonis utitur. Naturalis licita est, cum sit naturalis philosophia, quę causarum naturalium vim, & efficacitatem penetrat, earumque effectus. Perdifficile est internoscere, & distinguere magiam naturalem à superstitiosa. Regula generalis est, quando causa inepta est ad producendum effectum, tum magia superstitiosa est.

II. QUÆST. II. *Quid dicendum de iis qui salutatores vocantur?* RESP. Theologi *salutatores* vocant, qui virtutem ostentant medendi pluribus morbis, & vulneribus lætalibus signo Crucis impresso, aut insufflatione, aliisve signis. Azorius cum aliis reperiri contendit ejusmodi *salutatores*, qui virtute naturali sanitatem inducant. Alii sentiunt virtute dæmonis hæc fieri, quod verosimilius est. A Deo Christifideles, Sanctorum intercessione implorata, sanitatem implorent, missis his præstigiatoribus, & *salutatoribus* vasis, qui commentitiis precationibus pro cerebro compactis sanitatem restituere mentiuntur. Fascinatio naturalis fœminarum solo visu inquinantium spectatores non satis firmo nititur fundamento.

III. QUÆST. III. *Daturne ars magica superstitiosa?* RESP. Christi Evangelium *Matth.* 7. & *Marc.* 9. & omnes doctores catholici dari artem magicam testantur. Magia superstitiosa tribuitur *in maleficium veneficium, & amatorium?* illud ad nocendum hoc ad concitandum amorem carnalem dirigitur. Maleficium *amatorium*, quod *philtrum* Græci vocant, dupliciter executioni mandatur, nempè aut cibo, potuque ad venerem inflammante, aut rebus sacris adjectis, quæ interdum vestibus alligantur, aut sub lecto in quo jacer persona fascinanda, ponuntur.

IV. Non licet maleficos curare, quidquid nonnulli fabulentur. Licitum tamen est cogere maleficum, ut licito medio maleficium auferat, dum certò constat maleficum prompta habere media honesta quibus maleficium auferat: secus si incertus sis, & dubites maleficum media licita habere, quibus tollat maleficium. Licitum quoquè est maleficii signa destruere, quia id fieri absque dæmonis ope potest. Maleficus qui dæmoni chirographum proprio sanguine subscriptum tradidit, non debet illud à dæmone repetere, sed eumdem detestari, atque ejurare, & sinceram agere pœnitentiam, veniamque à Deo implorare amaris lacrymis.

V. QUÆST. IV. *Quid de lamiis, & strigibus dicendum?* RESP. Mulieres maleficę triplicitèr nuncupari solent. *Lamiæ* vocantur ob analogiam cum *lamia*, quę animal monstrosum est muliebrem præferens vultum. A sagacitate, & vafritia *sagæ* dicuntur. Striges verò appellantur à stringe avicula sic dicta. Dicuntur etiam *veneficæ*, eo quod maleficiis utantur. Fœminæ præ viris deditæ sunt maleficiis, tum ob majorem credulitatem, & curiositatem, tum ob impotentem iram, & libidinem.

VI. QUÆST. V. *Transferunturne striges de loco ad locum?* RESP. Posse fieri hanc translationem nemo jure inficiari valet, cum dæmonis vires non excedat.

CAPUT III.

De tentatione Dei, & sacrilegio.

I. QUÆST. I. *Quid sit tentatio Dei?* RESP. Est probatio, seu experimentum inordinatum alicujus divinæ perfectionis verbis, vel factis. Particula *inordinatum* distinguit tentationem licitam ab illicita. Licita est quando urgente necessitate ex Dei instinctu fit, ut quando Abraham, Gedeon, Elias, aliique plures viri sancti Deum in arduis tentaminibus sibi propitium repromiserunt. Illicita verò est, & inordinata, cum absque necessitate, & ex mero arbitrio experimentum sumitur de aliqua divina perfectione, ut de justitia, de misericordia, de omnipotentia. Duplex est tentatio hæc: expressa, ut cum quis ea intentione se præcipitat, è fenestra agit, ut experiatur an Deus velit eum liberare. Tacita altera est, & interpretativa, cum quis ita operatur, ut ex facto colligatur, eum velle Deum tentare. Hac ratione Deum tentat qui absque necessitate periculo gravi sese exponit sperans à Deo se liberandum fore. Quandò quis animo deliberato Deum tentat, gravis culpa est; si animo semideliberato, levis ut plurimum.

II. QUÆST. II. *Tentatne Deum ille qui probatione ferri candentis, aut aquæ ferventis suam manifestare innocentiam contendit?* RESP. Affirmat vera, & communis sententia. Supperunt enim media naturalia, quibus manifestetur, nempè spontanea confessio, & testium probatio, ut 2. 2. *q.* 95. *art.* 8. *ad* 3. S. Thomas evincit. Exempla de muliere adultera amaris aquis probanda, ut habetur *num.* 5. & de Monacho furti suspecto justo ut sumptione Eucharistiæ, suam patefaceret innocentiam, ut statuitur *cap. Sepè* 2. *q.* 5. nullius momenti sunt. Nam præceptum mulieris adulteræ cæremoniale fuit, quod antiquatum est. Ad secundam auctoritatem respondet 3. *p. q.* 80. *art.* 6. *ad* 3. S. Thom. *quod decretalia sunt abrogata per contraria documenta Romanorum Pontificum. Dicit enim Stephanus Papa: ferri candentis, &c. Et idem habetur extra de purgationibus cap. Ex rustrum. In omnibus enim talibus esse videtur Dei tentatio. Undè sine peccato fieri non possunt.* Quod si miracula interdum visa sunt in his probationibus, ea Deus patravit in defensionem innocentiæ accusati, permisso peccato in hominibus tentantibus.

III. Qui miraculum à Deo patrandum offert, ut hæreticum convertat, Deum tentat: quia pervia sunt luculentissima veritatis argumenta, quibus catholica Religio confirmetur. Quod si viri sancti hæc miracula hæreticis interdum exhibuere, id ex singulari Dei instinctu contingit. Nihil tamen vetat quominùs humili obsequio, & debita subjectione aliquandò ejusmodi miracula à Deo petantur.

IV. QUÆST. III. *Quid sit sacrilegium, & quotuplex?* RESP. Sacrilegium est rei sacræ violatio. Res dicitur sacra quę cultui divino deputata est. *Et idò omne illud quod ad irreverentiam rerum sacrarum pertinet, ad injuriam Dei pertinet, & habet sacrilegii rationem*, inquit Angelicus 2. 2. *q.* 99. *art.* 1.

V. Triplex distinguit sacrilegium S. Thom. ibid. *art.* 3. Primum est injuria irrogata personæ sacræ, ut Clerico, monacho, sanctimoniali, aut fornicatio cum persona voto castitatis obstricta. Alterum spectat locum sacrum, ut Ecclesiam, vel cæmeterium. Tertium committitur contra res sacras, & cultui divino singulariter dicatas, ut sunt sacramenta, calices, vestes sacris peragendis destinatæ, Sanctorum imagines, reliquiæ, &c.

VI. Primum sacrilegium contra personas sacras quatuor modis committi potest. 1. Si ejusmodi personæ sacræ vi detineantur, & percutiantur. 2. Si ad forum laicum deducantur. 3. Si eisdem absque legitima auctoritate tributa, & vectigalia imponantur. 4. Si fornicatio, aut impuditicia cum ipsis personis voto castitatis astrictis peragatur. Ad hanc quoquè sacrilegii speciem reducitur impudicitia peracta à Confessario cum filia spirituali.

VII. Pluribus quoquè modis committitur secundæ speciei sacrilegium. 1. Si quis locum sacrum incendat, infringat, diruat, altaria demoliatur. 2. Si ab Ecclesia etiam minante ruinam, vel polluta, vel interdicta, & ab ejus cœmeteriis, atriis, claustro, & quocumque ejusdem loco non sejuncto; item si ab oratoriis legitima auctoritate fundatis, ab Episcoporum palatiis, à Regularium conventibus, eorumque ambitu clauso aliquem hominem quis per vim extrahat. 3. Si quis ibi hominem occidat, vel per vim sanguinem effundat humanum: si quis voluntariam pollutionem sive manifestam, sive occultam exerceat. 4. Si mercatus quis, & nundinationes peragat in Ecclesia, convivia, ludos, turpia colloquia, & scenas aperiat. 5. Si quis in Ecclesia foretur sacrum de sacro, vel non sacrum de sacro, sive sactum de non sacro.

VIII. Tertia species est sacrilegium reale, quo res sacra indignè tractatur. Res sacræ in quatuor veluti classes distinguuntur. 1. Veniunt sacramenta. 2. Vasa sacra, imagines sacræ, reliquię

Sanctorum. 3. Ornamenta Ecclesiæ, seu ministrorum, ut sunt casulæ, vela, & cætera ejusmodi. 4. Bona mobilia, vel immobilia ministrorum sustentationi deputata, ut decimę, primitię, &c.

IX. Isthuc quoquè revocantur abusus verborum sacræ Scripturæ. Qui verba sacra detorquent ad evulgandas hæreses, qui eadem profanis concionibus immiscent, aut eisdem abuntur ad libellos famosos compingendos, ad res profanas exprimendas, sacrilegi sunt, ut habetur in Concilio Tridentino *sess.* 4.

X. Omissione quoquè committi sacrilegium valet. Istius sacrilegii rei sunt sacristæ dum negligunt debita vigilantia sacra chrismata custodire, & Eucharistiam, clavibus adhibitis juxta sacrorum canonum præscripta: item dum corporalia, vasa sacra, altaria, vestimenta Ecclesiastica munda, & nitida non servant, sed maculata, lutida, fœdaque ad sacrificium peragendum porrigunt. Sacrilegi quoquè sunt, si corrumpi in pixide sacras particulas negligenter sinant.

XI. Sacrilegium natura sua lethale crimen est. Veniale esse potest propter vel indelibetationem, vel materiæ parvitatem. Duplicis generis sunt pœnæ latæ in sacrilegos. Aliæ sunt pecuniariæ, quæ non infliguntur ante judicis sententiam; aliæ sunt spirituales, quas ipso facto sacrilegi subeunt, suntque sequentes. Excommunicatio lata in Clericorum percussores: item in eos qui immunitatem ecclesiasticam violant, bona immobilia Ecclesiæ usurpant, tributa imponunt personis Ecclesiasticis, easque ad forum laicum deducunt, & in eos qui effringunt Ecclesiæ januas ad res sacras surripiendas.

DISSERTATIO IX.

De Voto.

CAPUT I.

Recensentur propositiones damnatæ, & laxæ.

I. VIcleffitæ, Lutherani, Calviniani in sacra vota præsertim monastica debachati sunt, quorum errores damnavit Concilium Tridentinum: Michael Molinos quoquè impius in vota fuit, cujus duas sequentes theses proscripsit Innocentius XI. quarum prima est: *Vota de aliquo faciendo sunt perfectionis impeditiva.* Altera est: *Præpositis obediendum est in exteriore, & latitando voti obedientię Religiosorum tantummodò ad exterius pertingit. In interiore verò aliter se res habet, quo solus Deus, & director intrant.*

II. „ Num conjugatus impeditus ad petitionem debiti ob votum, aut incestum, aut „ cognationem spiritualem, possit petere, quoties vehementibus carnis stimulis agitur, ne periculo exponatur in gravia luxuriæ peccata labendi? . . . Affirmativam sequor, si ita vehementibus carnis stimulis conjugatus agitetur, ut proximo periculo se exponat incidendi in „ peccatum fornicationis, vel aliud turpe, nisi debitum petat. . . . Quia cum ex observatione voti periculo proximo quis experiatur incidendi in aliqua peccata luxuriæ intrinsecè malæ, & tunc non observatio voti (scilicèt petere debitum à propria uxore) non sit intrinsecè malum, manifestum est nec votum, nec observationem voti esse de re meliori, &c. Hæc & longè plura in hanc rem *doctissimus P. Quintanaduenas* . . . Perdifficilè mihi videtur, nunc negare omnem practicam probabilitatem sententiæ *P. Quintanaduenæ* . . . *Ita expertissimus Casuista Gobat*, cui ego meritò assentior. P. Patritius Sporer *tract.* 3. *in* 2. *Præcept. Decal. c.* 2. *sect.* 2. §. 3. *n.* 63. *pag.* 234.

III. „ An votum castitatis, vel Religionis, vel non nubendi factum ab eo cui salubrius est matrimonium ob incontinentiam, sit validum, impediatque matrimonium licitè inire? Negativam sententiam, videlicèt neque esse validum tale votum, nec matrimonium impedire, suadere potest quis his argumentis . . . Quia votum castitatis, vel Religionis factum ab eo quem carnis molestię, & frequentes ruinę antecedunt, non est de materia satis idonea ac justa; immò potius contra consillum D. Pauli. „ Idem fortè docerent auctores hujus sententiæ in casu quo alicui, dictis tribus votis, aut aliquo eorum emissis, consultius esse ob frequentes carnis tentationes, & lapsus in res venereas supervenientes matrimonium contrahere . . . Quia quod ante emissum votum essit ut res promissa sit inepta voti materia, si eo emisso supervenit, tollit voti obligationem . . . Ergo iidemmet lapsus irritabunt vota antecedentia . . . Hæc opinio est *probabiliter speculativè* . . . Sed ego probabiliter respondeo esse prædictam opinionem practicè etiam loquendo aliqualiter probabiliter, *tutoque amplecti posse*. Ratio est, quia est probabile (quid quid immeritò dubitet Diana) quod id quod hic, & nunc est speculativè probabile, sit etiam practicè. . . . *Ergo hic, & nunc talis opinio etiam practicè erit probabilis. Ergo tuto amplecti potest ab eo cui salubrius est matrimonium, quam ob suam incontinentiam sunt vota Religionis, vel castitatis, &c. Ergo absque dispensatione poterit matrimonium inire.* Sic expresè tenuit præfatus Joannes Sanctus. "Leander à SS. Sacram. *tract.* 9. *de Matrim. disp.* 24. *q.* 2. & 3. *pag.* 324. & 325.

IV. „Aliquandò votum tauros agitandi in Sanctorum honorem potest esse validum, etiam in Hispania. . . . Undè in Hispania videmus canonizationes Sanctorum solemnizari agitationibus taurorum, ultra solemnitates processionum, Missarum, & similes." Joannes Martinez de Prado *tom.* 11. *c.* 3 1. §. 4. *Summario n.* 30. & *in fine illius n. pag.* 640.

V. „ Votum in gratiarum actionem pro actu turpi jam facto validum est. Leander *tract.* 2. *de Voto, disp.* 4. *q.* 31. *pag.* 341. ex Filliucio *tract.* 26. *de Voto, cap.* 2. *q.* 6. *num.* 54.

VI. „ Quid de voto abstinendi à vino? Obligat sub gravi culpa ne bibatur in ea quantitate quæ vino temperatè utentibus sufficeret pro „ una

„ una constitutione. Castropalaus *tract.* 15. *disp.* 2. *punct.* 12. *num.* 21. *pag.* 72.

VII. „ Probabile est eum qui vovit virginitatem non teneri ad perpetuam castitatem; sed tantùm ad servandam integritatem carnis, quam „ illa vox virginitatis propriè significat" Marin. *tract.* 9. *disp.* 3. *sect.* 2. *num.* 39. ex Burgh. *cent.* 1. *cas.* 9.

VIII. „ Si voluisti redimere jacturam temporis, comprehendisti ludum etiam moderatum, itemque ludum pro alio: quia verè ludere cum „ jactura temporis. Poteris tamen per alium ludere, licèt aspiciendo perdas tempus. . . . Si eo fine vovisti, ut vitares rixas, blasphemias, juramenta . . . licebit tibi ludere nomine alieno, vel per alium; immò, & ludere licebit per „ alium, licèt hæc incommoda timeantur, quia, reipsa non ludis." La Croix *lib.* 3. *part.* 1. *n.* 454. *pag.* 175. ex Tamburino, Palao, & aliis

CAPUT II.

Voti natio, ejusque conditiones.

I. QUÆST. I. *Quid sit votum, ejusque conditiones?* RESP. Est promissio deliberata, & spontanea Deo facta de re meliori. Quinque assignantur conditiones. 1. Est deliberatio. 2. Est voluntas promittendi, & exequendi promissum. 3. Est ipsa promissio. 4. Quod hæc promissio Deo fiat. 5. Quod sit de re meliori, seu Deo grata. Singulæ conditiones explicandæ.

II. Ad votum requiritur plena deliberatio, quæ in hoc sita est ut vovens sit compos sui, & advertat, cognoscatque id quod promittit. Nemultas ea libertas quæ sufficit ad patrandum peccatum, ad perficiendum contractum, satis est ad votum. Quarè vota, licèt repentina, valida esse possunt, quandò procedunt ex deliberata voluntate. Imprudentia tamen laborant ejusmodi vota, quæ ob talem præcipitem emissionem juxta circumstantiarum varietatem dispensari, vel commutari queunt. Sufficit autem deliberatio virtualis, sicut in omnibus aliis actionibus, contenta in aliis præcedentibus actionibus, dummodò vovens compos sui sit. Propositum non sufficit ad votum, cum propositum aliud non sit quam voluntas aliquid faciendi. Necessaria itaque promissio est. Sæpè idiotæ confundunt propositum cum promissione, & contra. Quarè prudens animarum moderator ex circumstantiis colliget emissum necne votum sit. Si quis voveat cum animo promittendi, & se obligandi, sed cum voluntate non implendi promissum, votum eliceret, & constituteret: quia posterius propositum non implendi inefficax est, & ineptum.

III. Altera particula *promissio facta Deo* indicat vota soli Deo fieri. Cum quis aliquod opus se facturum in honorem alicujus Sancti spondet, non est votum propriè dictum, sed voti materia. Quarè vota quæ in honorem alicujus Sancti fiunt, vota nuncupantur in latiori significatu, quæ tamen vim obligandi habent. Hęc vota non sunt actus latriæ soli Deo debitę, sed duliæ, vel hyperduliæ. Catholici ergo voventes B. Virgini, SS. Augustino, Benedicto, Dominico, &c. Deo vovent coram istis Sanctis tamquam testibus, patronis, & adjutoribus.

IV. QUÆST. II. *Quid significat altera particula de meliori bono?* RESP. Materia voti debet esse honesta, possibilis, libera, non indifferens, nec majus bonum impediens. Quæ lege divina, vel ecclesiastica præcipiuntur, possunt esse voti materia, ut communis sententia docet. Particula *de meliori bono* duplicem habet sensum: primò comparatè ad aliud bonum, ut melius est succurrere puellæ periclitanti quam alteri pauperi nullo animæ periculo exposito. Secundò respectu omissionis ejusdem boni, ut melius est dare eleemosynam quam non dare. Ad materiam idoneam voti sufficit, ut hoc secundo modo sit bonum melius. Materia opposita consiliis evangelicis nullo modo est voto apta. Hinc invalidum est votum contrahendi matrimonium, quia opponitur consilio evangelico. Si matrimonium esset necessarium Reipublicę conservandæ, ad pacem firmandam inter Principes, quod vix, ac ne vix quidem contingit, dicunt tum votum validum esse: quia materia voti non tam est matrimonium, quam bonum commune Reipublicæ, & Ecclesiæ. Votum nubendi, ut concupiscentiam frænet, & coerceat, nullum est.

V. Si conjugatus impeditus ob votum emissum à debiti petitione stimulis concupiscentiæ vertetur, poteitne debitum petere? Affirmat *P. Sporer*, qui citat *P. Gobat.* Sed hęc opinio laxa, & falsa est. Laxior est altera opinio Leandri negantis valere votum castitatis, religionis, non nubendi emissum ab illo cui salubrius matrimonium est, quique patitur graves concupiscentię rebelliones. Immo adjicit idem benignissimus Leander, supervenientes tentationes, & angustias carnis reddere votum non nubendi nullum. Lege *tom.* 3. *in Decal. lib.* 4. *diss.* 1. *cap.* 4. *n.* 12. & *seq.* Votum non vovendi invalidum est. Votum non petendi dispensationem validum esse, si utilius animæ sit non petere dispensationem; contra nullum esse, si salubrius sit animę dispensationem postulare, docet sanctus Antoninus, & Richardus.

VI. QUÆST. III. *Res indifferentes, inutiles, vitiosæ suntne materia voti?* RESP. Negant omnes. Si tamen res quæ suaptè natura indifferens est, ob aliquam circumstantiam induat honestatem, idonea est voti materia. Votum cujus executio peccatum est, nullum est. Quarè peccavit Jephte occidens filiam suam. Similiter votum emissum de re bona ob finem pravum nullum est: quoniam tunc votum sumitur ut instrumentum ad comparandum finem pravum. Invalida quoque sunt vota offerendi Deo munera, celebrandi Missas, erogandi eleemosynas, quæ edere Christiani aliqui solent, hac adjecta conditione, si in duello, vel in bello injusto evaserint victores. Item votum pro actu turpi jam facto in gratiarum actionem Deo nuncupatum invalidum est, & Deum dedecens, ut pro lucro ex ludo injusto comparato. Validum verò est, factum ad impetran-

Sanctorum. 3. Ornamenta Ecclesiæ, seu ministrorum, ut sunt casulæ, vela, & cætera ejusmodi. 4. Bona mobilia, vel immobilia ministrorum sustentationi deputata, ut decimę, primitię, &c.

IX. Isthuc quoquè revocantur abusus verborum sacræ Scripturæ. Qui verba sacra detorquent ad evulgandas hæreses, qui eadem profanis concionibus immiscent, aut eisdem abuntur ad libellos famosos compingendos, ad res profanas exprimendas, sacrilegi sunt, ut habetur in Concilio Tridentino *sess.* 4.

X. Omissione quoquè committi sacrilegium valet. Istius sacrilegii rei sunt sacristæ dum negligunt debita vigilantia sacra chrismata custodire, & Eucharistiam, clavibus adhibitis juxta sacrorum canonum præscripta: item dum corporalia, vasa sacra, altaria, vestimenta Ecclesiastica munda, & nitida non servant, sed maculata, lutida, fœdaque ad sacrificium peragendum porrigunt. Sacrilegi quoquè sunt, si corrumpi in pixide sacras particulas negligenter sinant.

XI. Sacrilegium natura sua lethale crimen est. Veniale esse potest propter vel indelibetationem, vel materiæ parvitatem. Duplicis generis sunt pœnæ latæ in sacrilegos. Aliæ sunt pecuniariæ, quæ non infliguntur ante judicis sententiam; aliæ sunt spirituales, quas ipso facto sacrilegi subeunt, suntque sequentes. Excommunicatio lata in Clericorum percussores: item in eos qui immunitatem ecclesiasticam violant, bona immobilia Ecclesiæ usurpant, tributa imponunt personis Ecclesiasticis, easque ad forum laicum deducunt, & in eos qui effringunt Ecclesiæ januas ad res sacras surripiendas.

DISSERTATIO IX.

De Voto.

CAPUT I.

Recensentur propositiones damnatæ, & laxæ.

I. VIcleffitæ, Lutherani, Calviniani in sacra vota præsertim monastica debachati sunt, quorum errores damnavit Concilium Tridentinum: Michael Molinos quoquè impius in vota fuit, cujus duas sequentes theses proscripsit Innocentius XI. quarum prima est: *Vota de aliquo faciendo sunt perfectionis impeditiva.* Altera est: *Præpositis obediendum est in exteriore, & latitando voti obedientię Religiosorum tantummodò ad exterius pertingit. In interiore verò aliter se res habet, quo solus Deus, & director intrant.*

II. „ Num conjugatus impeditus ad petitionem debiti ob votum, aut incestum, aut „ cognationem spiritualem, possit petere, quoties vehementibus carnis stimulis agitur, ne periculo exponatur in gravia luxuriæ peccata labendi? . . . Affirmativam sequor, si ita vehementibus carnis stimulis conjugatus agitetur, ut proximo periculo se exponat incidendi in „ peccatum fornicationis, vel aliud turpe, nisi debitum petat. . . . Quia cum ex observatione voti periculo proximo quis experiatur incidendi in aliqua peccata luxuriæ intrinsecè malæ, & tunc non observatio voti (scilicèt petere debitum à propria uxore) non sit intrinsecè malum, manifestum est nec votum, nec observationem voti esse de re meliori, &c. Hæc & longè plura in hanc rem *doctissimus P. Quintanaduenas* . . . Perdifficilè mihi videtur, nunc negare omnem practicam probabilitatem sententiæ *P. Quintanaduenæ* . . . *Ita expertissimus Casuista Gobat*, cui ego meritò assentior. P. Patritius Sporer *tract.* 3. *in* 2. *Præcept. Decal. c.* 2. *sect.* 2. §. 3. *n.* 63. *pag.* 234.

III. „ An votum castitatis, vel Religionis, vel non nubendi factum ab eo cui salubrius est matrimonium ob incontinentiam, sit validum, impediatque matrimonium licitè inire? Negativam sententiam, videlicèt neque esse validum tale votum, nec matrimonium impedire, suadere potest quis his argumentis . . . Quia votum castitatis, vel Religionis factum ab eo quem carnis molestię, & frequentes ruinę antecedunt, non est de materia satis idonea ac justa; immò potius contra consillum D. Pauli. „ Idem fortè docerent auctores hujus sententiæ in casu quo alicui, dictis tribus votis, aut aliquo eorum emissis, consultius esse ob frequentes carnis tentationes, & lapsus in res venereas supervenientes matrimonium contrahere . . . Quia quod ante emissum votum essit ut res promissa sit inepta voti materia, si eo emisso supervenit, tollit voti obligationem . . . Ergo iidemmet lapsus irritabunt vota antecedentia . . . Hæc opinio est *probabiliter speculativè* . . . Sed ego probabiliter respondeo esse prædictam opinionem practicè etiam loquendo aliqualiter probabiliter, *tutoque amplecti posse*. Ratio est, quia est probabile (quid quid immeritò dubitet Diana) quod id quod hic, & nunc est speculativè probabile, sit etiam practicè. . . . *Ergo hic, & nunc talis opinio etiam practicè erit probabilis. Ergo tuto amplecti potest ab eo cui salubrius est matrimonium, quam ob suam incontinentiam sunt vota Religionis, vel castitatis, &c. Ergo absque dispensatione poterit matrimonium inire.* Sic expresè tenuit præfatus Joannes Sanctus. "Leander à SS. Sacram. *tract.* 9. *de Matrim. disp.* 24. *q.* 2. & 3. *pag.* 324. & 325.

IV. „Aliquandò votum tauros agitandi in Sanctorum honorem potest esse validum, etiam in Hispania. . . . Undè in Hispania videmus canonizationes Sanctorum solemnizari agitationibus taurorum, ultra solemnitates processionum, Missarum, & similes." Joannes Martinez de Prado *tom.* 11. *c.* 3 1. §. 4. *Summario n.* 30. & *in fine illius n. pag.* 640.

V. „ Votum in gratiarum actionem pro actu turpi jam facto validum est. Leander *tract.* 2. *de Voto, disp.* 4. *q.* 31. *pag.* 341. ex Filliucio *tract.* 26. *de Voto, cap.* 2. *q.* 6. *num.* 54.

VI. „ Quid de voto abstinendi à vino? Obligat sub gravi culpa ne bibatur in ea quantitate quæ vino temperatè utentibus sufficeret pro „ una

„ una constitutione. Castropalaus *tract.* 15. *disp.* 2. *punct.* 12. *num.* 21. *pag.* 72.

VII. „ Probabile est eum qui vovit virginitatem non teneri ad perpetuam castitatem; sed tantùm ad servandam integritatem carnis, quam „ illa vox virginitatis propriè significat" Marin. *tract.* 9. *disp.* 3. *sect.* 2. *num.* 39. ex Burgh. *cent.* 1. *cas.* 9.

VIII. „ Si voluisti redimere jacturam temporis, comprehendisti ludum etiam moderatum, itemque ludum pro alio: quia verè ludere cum „ jactura temporis. Poteris tamen per alium ludere, licèt aspiciendo perdas tempus. . . . Si eo fine vovisti, ut vitares rixas, blasphemias, juramenta . . . licebit tibi ludere nomine alieno, vel per alium; immò, & ludere licebit per „ alium, licèt hæc incommoda timeantur, quia, reipsa non ludis." La Croix *lib.* 3. *part.* 1. *n.* 454. *pag.* 175. ex Tamburino, Palao, & aliis

CAPUT II.

Voti natio, ejusque conditiones.

I. QUÆST. I. *Quid sit votum, ejusque conditiones?* RESP. Est promissio deliberata, & spontanea Deo facta de re meliori. Quinque assignantur conditiones. 1. Est deliberatio. 2. Est voluntas promittendi, & exequendi promissum. 3. Est ipsa promissio. 4. Quod hæc promissio Deo fiat. 5. Quod sit de re meliori, seu Deo grata. Singulæ conditiones explicandæ.

II. Ad votum requiritur plena deliberatio, quæ in hoc sita est ut vovens sit compos sui, & advertat, cognoscatque id quod promittit. Nemultas ea libertas quæ sufficit ad patrandum peccatum, ad perficiendum contractum, satis est ad votum. Quarè vota, licèt repentina, valida esse possunt, quandò procedunt ex deliberata voluntate. Imprudentia tamen laborant ejusmodi vota, quæ ob talem præcipitem emissionem juxta circumstantiarum varietatem dispensari, vel commutari queunt. Sufficit autem deliberatio virtualis, sicut in omnibus aliis actionibus, contenta in aliis præcedentibus actionibus, dummodò vovens compos sui sit. Propositum non sufficit ad votum, cum propositum aliud non sit quam voluntas aliquid faciendi. Necessaria itaque promissio est. Sæpè idiotæ confundunt propositum cum promissione, & contra. Quarè prudens animarum moderator ex circumstantiis colliget emissum necne votum sit. Si quis voveat cum animo promittendi, & se obligandi, sed cum voluntate non implendi promissum, votum eliceret, & constituteret: quia posterius propositum non implendi inefficax est, & ineptum.

III. Altera particula *promissio facta Deo* indicat vota soli Deo fieri. Cum quis aliquod opus se facturum in honorem alicujus Sancti spondet, non est votum propriè dictum, sed voti materia. Quarè vota quæ in honorem alicujus Sancti fiunt, vota nuncupantur in latiori significatu, quæ tamen vim obligandi habent. Hęc vota non sunt actus latriæ soli Deo debitę, sed duliæ, vel hyperduliæ. Catholici ergo voventes B. Virgini, SS. Augustino, Benedicto, Dominico, &c. Deo vovent coram istis Sanctis tamquam testibus, patronis, & adjutoribus.

IV. QUÆST. II. *Quid significat altera particula de meliori bono?* RESP. Materia voti debet esse honesta, possibilis, libera, non indifferens, nec majus bonum impediens. Quæ lege divina, vel ecclesiastica præcipiuntur, possunt esse voti materia, ut communis sententia docet. Particula *de meliori bono* duplicem habet sensum: primò comparatè ad aliud bonum, ut melius est succurrere puellæ periclitanti quam alteri pauperi nullo animæ periculo exposito. Secundò respectu omissionis ejusdem boni, ut melius est dare eleemosynam quam non dare. Ad materiam idoneam voti sufficit, ut hoc secundo modo sit bonum melius. Materia opposita consiliis evangelicis nullo modo est voto apta. Hinc invalidum est votum contrahendi matrimonium, quia opponitur consilio evangelico. Si matrimonium esset necessarium Reipublicę conservandæ, ad pacem firmandam inter Principes, quod vix, ac ne vix quidem contingit, dicunt tum votum validum esse: quia materia voti non tam est matrimonium, quam bonum commune Reipublicæ, & Ecclesiæ. Votum nubendi, ut concupiscentiam frænet, & coerceat, nullum est.

V. Si conjugatus impeditus ob votum emissum à debiti petitione stimulis concupiscentiæ vertetur, poteitne debitum petere? Affirmat *P. Sporer*, qui citat *P. Gobat.* Sed hęc opinio laxa, & falsa est. Laxior est altera opinio Leandri negantis valere votum castitatis, religionis, non nubendi emissum ab illo cui salubrius matrimonium est, quique patitur graves concupiscentię rebelliones. Immo adjicit idem benignissimus Leander, supervenientes tentationes, & angustias carnis reddere votum non nubendi nullum. Lege *tom.* 3. *in Decal. lib.* 4. *diss.* 1. *cap.* 4. *n.* 12. & *seq.* Votum non vovendi invalidum est. Votum non petendi dispensationem validum esse, si utilius animæ sit non petere dispensationem; contra nullum esse, si salubrius sit animę dispensationem postulare, docet sanctus Antoninus, & Richardus.

VI. QUÆST. III. *Res indifferentes, inutiles, vitiosæ suntne materia voti?* RESP. Negant omnes. Si tamen res quæ suaptè natura indifferens est, ob aliquam circumstantiam induat honestatem, idonea est voti materia. Votum cujus executio peccatum est, nullum est. Quarè peccavit Jephte occidens filiam suam. Similiter votum emissum de re bona ob finem pravum nullum est: quoniam tunc votum sumitur ut instrumentum ad comparandum finem pravum. Invalida quoque sunt vota offerendi Deo munera, celebrandi Missas, erogandi eleemosynas, quæ edere Christiani aliqui solent, hac adjecta conditione, si in duello, vel in bello injusto evaserint victores. Item votum pro actu turpi jam facto in gratiarum actionem Deo nuncupatum invalidum est, & Deum dedecens, ut pro lucro ex ludo injusto comparato. Validum verò est, factum ad impetran-

Vota verò Religiosorum sivè regulę, sivè superiorum jurisdictioni opposita, nulla sunt. Similiter vota Religiosorum edita elargiendi in eleemosynam quidquam de bonis ad proprium usum concessis sine licentia prælatorum nulla prorsus sunt.

III. QUÆST. III. *An Ecclesia valeat leges ferre quæ aliquas personas ad vovendum inhabiles declarent?* RESP. Si sermo sit de votis solemnibus, quæ publicam spectant Ecclesiæ disciplinam, nulla est difficultas. Patet enim ex Ecclesiæ sanctione nullam esse professionem monasticam ante complecum annum sextumdecimum emissam. Respectu votorum simplicium, etiam internorum, potest Ecclesia aliquas præscribere conditiones, quibus non servatis vota nulla sint; & sic indirectè potest promissiones etiam internas irritare. Episcopi nequeunt, inconsulto summo Pontifice, Episcoparus abdicationem vovere, quia talis abdicatio vetita illis est. Neque vovere peregrinationem queunt ultrà illud intervallum quo abesse ab Ecclesiis suis jure valent, summo Pontifice inconsulto. Parochi, & Beneficiati residentiæ vinculo adstricti vovere Religionis ingressum queunt, inconsulto Episcopo. Ingredi verò Religionem eodem inconsulto Episcopo voventem non posse, concedunt aliqui. Sed hęc opinio omni fundamento destituta est, cum nulla lex extet quæ id prohibeat. Legè tamen convenientię, & urbanitatis consulere proprium Episcopum Parochi debent.

IV. QUÆST. IV. *An cessante causa movente, cesset votum?* RESP. Causa altera movens, altera impellens. Causa proxima movente cessante, cessat votum, ut omnes communiter docent. Quia cessante omnino causa finali, cessat materia voti. Exemplo res patet. Vovisti eleemosynam erogandam tali pauperi: hic dives effectus est: cessat omnino finis eleemosynæ. Cessat ergo & votum. Cessante verò causa impellente, non cessat votum.

V. QUÆST. V. *An notabilis materiæ mutatio satis sit ad votum irritandum?* RESP. Affirmat communis sententia cum S. Thoma 2. 2. q. 110. art. 3. ad 3. dummodo materiæ mutatio sit valdè gravis. Tunc reputatur valdè gravis cum status rei promissæ variatur. Debet præterea hæc mutatio esse evidens & manifesta. Heinc si edito voto occurrit in ejusdem executione periculum vitæ, vel honoris, vel alterius rei gravis momenti detrimentum, cessat votum.

VI. Supervenientes difficultates, quæ superari valent in executione voti, non irritant votum, quamvis si easdem cognovisset vovens abstinuisset à voto. Quoniam pauci sunt contractus, in quibus graves postea non occurrant difficultates, quæ si prævisæ fuissent, contractus initi non essent.

VII. QUÆST. VI. *An pro irritatione votorum causa aliqua requiratur?* RESP. Ad validam votorum irritationem, nullam requiri causam plures adfirmant. Irritatio, inquiunt, voti est ejusdem ablatio ab eo facta, qui potestate dominante pollet, qua potiuntur patres in filios, & superiores in Religiosos subditos. Duplex irritatio: altera directa, quam descripsi; altera indirecta, quæ materiam promissam spectat, quæque illius executionem impedit: Sententia, quæ adfirmat ad votorum irritationem causam requiri, valdè probabilis mihi est. Irritatio enim actus jurisdictionis est. Examen ergo præcedat oportet, ut actus ille judicetur necne conveniens. Denique qui honestè operatur, aliquo recto moveri fine debet.

VIII. QUÆST. VII. *An facultas irritandi vota juris sit naturalis, vel positivi?* RESP. Pro jure positivo stant plures, inquientes vota solemnia Regularium indissolubilia, tantùm esse jure ecclesiastico. Contraria sententia mihi probabilior est, quam defendit S. Thomas 2. 2. quæst. 189. & cum eo graviores Theologi. Filii vi juris naturalis paternæ potestati subjecti sunt. Religiosi subduntur prælatorum voluntati, & dominio vi solemnis professionis, seu voti obedientiæ. Ergo jure naturali, & divino patres, & superiores in filios, & Religiosos dominantur; & vi istius dominii vota irritare valent subditorum. Accedit quod licet aliqua lex sit tantum juris positivi ecclesiastici, ea tamen posita confugit jus naturale, & divinum. Consecratio calicis juris est ecclesiastici. Sed ea posita, jure divino calici consecrato reverentia, & obsequium debetur.

IX. QUÆST. VIII. *Quibus competat potestas irritandi vota?* RESP. Alii sunt superiores qui potestate dominant, ut parentes in filios, domini in servos: ut dictum est; alii, qui potestate jurisdictionis in voventes potiuntur. Summus Pontifex irritare directè vota Regularium, & Monialium potest, quia est supremus omnium Religiosorum Prælatus, item omnium Ecclesiasticorum vota, quæ ad beneficia ecclesiastica pertinent; vota verò laicorum indirectè prohibendo materiam, irritare valet.

X. Episcopi irritare directè vota Monialium sibi subjectarum valent; secus Monialium, quæ eorumdem jurisdictioni non subjacent, aut Regularium exemptorum: immò nec suorum clericorum, & multò minus laicorum. Itaque ii tantùm irritare directè vota queunt qui potestatem, quam vocant dominantem, in voventes habent. Sic regularium prælati vota Religiosorum, parentes vota filiorum, tutores vota pupillorum, curatores vota minorum, domini vota mancipiorum, mariti vota uxorum irritare valent: quia omnes isti potestate dominante fruuntur. Superior valet vota subditorum irritare, subditis repugnantibus.

XI. Superiores Regularium, qui irritare vota queunt, sunt Generales in universo Ordine, Provinciales in universa Provincia, Superiores Conventuum seu domorum in iisdem. Superiores secundarii, ut vicarii, Subpriores præsentibus prælatis nequeunt subditorum vota irritare, valent autem prælatis istis absentibus. Absentes verò non dicuntur quandò domo exeunt, eodem die reversuri; sed absentes intelliguntur quandò per unum & alterum diem naturalem à Conventibus absunt. Abbatissæ, & Priorissæ Monalium irritare vo

vota Monialium subditarum valent, quemadmodùm Prælati Regulares vota subditorum irritare possunt. Prælati Regulares nequeunt irritare vota noviciorum ante professionem, quia nullam potestatem dominantem in eosdem habent.

XII. QUÆST. IX. *An vota filiorum impuberum irritare parentes queant.* RESP. Infantia filiorum incipit à nativitate, & desinit in septennium completum. Ætas pupillaris, seu impubertas ab anno septimo initium ducit, & desinit in filiis anno quartodecimo completo, in filiabus anno duodecimo pariter expleto. Pubertas in fœminis ab anno duodecimo, in viris ab anno quartodecimo incipit, & secundùm jus commune finem habet anno vigesimoquinto completo. Intra hoc intervallum ab anno duodecimo, & quartodecimo usque ad vigesimumquintum vocantur tàm filiæ, quàm filii puberes, & minores, sicuti ab anno septimo usque ad duodecimum, & quartumdecimum vocantur impuberes. Vota autem filiorum, & filiarum impuberum emissa post usum rationis, atque adeò valida, irritare parentes valent, sivè sint vota personalia, sivè realia, sivè mixta. Filiorum verò, & filiarum puberum vota, quæ domesticum regimen non turbant, irritare patentes nequeunt, ut docet *S. Thomas 2. 2. q. 88. a. 8. ad 2.* Vota verò quæ domesticum regimen turbant, cum inferant nocumentum patriæ potestati, irritare parentes valent. Vota filiorum impuberum semel à patre confirmata nequeunt postea ab eodem irritari.

XIII. QUÆST. X. *Vota realia filiorum puberum subjacentne paternæ irritationi?* RESP. Quamdiù filii sunt in ætate minori, seu intra tempus pubertatis, paternę administrationi subjecti sunt, nullaque ratione disponere de paternis bonis valent. Nulla ergo sunt realia illorum vota, quibus paterna bona spondent, non accedente parentum consensu. Item de votis mixtis, quantum ad illam partem, quę realis est. Vota autem filiorum puberum, quæ sunt de bonis castrensibus, irritari à patre nequeunt; neque vota, quæ sunt de bonis adventitiis, quorum administrationem filii habent. Si verò pater horum bonorum administrationem habeat, irritare vota de iisdem potest: quia tunc vota contraria essent rectę administrationi.

XIV. QUÆST. XI. *Tutores, & curatores possuntne vota impuberum, & minorum irritare?* RESP. Tutores, & curatores irritare vota impuberum, & minorum possunt eo modo quo parentes queunt filiorum vota rescindere, quia veluti patres reputantur. Curator datus majori ob culpam prodigalitatis ejusdem, realia vota irritare valet: quia administratio omnis adempta majori est dominio curatoris subjecta.

XV. QUÆST. XII. *Valetne mater filiorum impuberum, & filiarum vota irritare?* RESP. Vivente, & præsente patre, caret mater potestate irritandi filiorum, & filiarum vota: quia solus pater caput familiæ est, ut docet communior & probabilior opinio. Mortuo patre succedit avus, tutor, & curator, quibus extantibus nequit mater filiorum vota irritare. Deficientibus verò avis, tutoribus, curatoribus, & mortuo patre, tunc mater irritare filiorum impuberum vota potest, cum jure naturali filiorum curam habeat. Filiorum verò puberum mater nequit vota realia irritare, nisi institutà sit curatrix. Deficientibus parentibus, tutore, & curatore, avus, & avia filiorum impuberum vota irritare queunt: quoniam hi succedunt loco parentum. Magistri discipulorum, domini servorum, heri famulorum vota personalia in impubertate emissa irritare nequeunt, ut docet communior opinio.

XVI. QUÆST. XIII. *An maritus uxoris vota post matrimonium edita irritare queat?* RESP. Ea uxoris vota irritare maritus potest quæ sunt de rebus mariti potestati subjectis. Nec enim uxor in omnibus marito subest, sed in iis tantùm quæ matrimonium, familiæ regimen, bonorum administrationem, filiorum educationem spectant. Ergo ea tantùm irritare maritus vota potest quæ ordinem præfatum turbant; secus alia quæ nullo modo iis, quæ recensui, obstant. Contrariam opinionem graves, & plures Theologi defendunt, nempè maritum posse omnia uxoris vota irritare. Quæ opinio, si sermo sit de votis realibus, quæ uxores edere valent de rebus, & de bonis paraphernalibus, falsa est: nam sicut de his bonis, inconsultis maritis, disponere possunt; ita de iisdem vota edere queunt. Similiter maritus nequit irritare uxoris vota de audiendo sacro diebus festis, de non mentiendo, de non adulterando, de confessione facienda, aliisque rebus præceptis. Neque maritus irritare valet votum quod emisit uxor, illo inconsulto, non petendi debitum. Imprudenter tamen uxor hoc votum ederet, quia minuit conjugalem benevolentiam, & amorem mutuum saltèm indirectè. Maritus nequit irritare vota uxoris, quæ ipse semel approbavit. Similiter quandò mutuo consensu voverunt castitatem, neuter retinet potestatem resiliendi à voto. Rursùs quando ambo vovent mutuo consensu Religionem: nequeunt amplius tale votum irritare neque mutuo consensu, neque separatim. Vota emissa ab uxore ante matrimonium, implendo tamen inito matrimonio, irritare maritus nequit, sed solùm suspendere executionem potest, si obsint officio conjugali. Idem dicendum de votis emissis tempore legitimi divortii. Uxor quoque irritare mariti vota quæ juri matrimoniali repugnant, potest; sicut irritare vota potest quæ maritus ederet deferendi habitum Eremitæ, vel alicujus religionis, quod talis delatio habitus minuit amorem conjugalem, & viam sternit ad separationem. Irritare insuper uxor valet vota mariti longioris peregrinationis, excepto voto peregrinationis Hierosolymitanæ ad tempus edito ob bonum publicum. Tunc enim tenetur uxor servare continentiam ob aliquod bonum publicum defendendum, vel perditum recuperandum. Hac causa sublata dissuadenda sunt vota conjugatis quæ vel indirectè opponuntur benevolentiæ conjugali. Deferant conjugati christiana patientia, & reciproco charitatis amore jugum gravissimum matrimoniale, & sancti Christiani erunt.

tate rei promissæ. Sermo est non de levi suspicione, aut vanis scrupulis, sed de dubio gravi, orto ob probabiles rationes oppositas, quæ suspensum teneant intellectum. Probabilitæ nixi illo principio, *Melior est conditio possidentis*, hunc voventem dubitantem absolvunt ab obligatione voti. Quę opinio non minus falsa est, quam Probabilissimus, cui nititur. Quare Antiprobabilistæ oppositum defendunt. S. Thomas *in 4. dist.* 38. *q.* 1. *ad* 8. hæc habet: *Si autem dubitet, quomodò in vovendo se habuerit, debet tutiorem viam eligere, ne se discrimini committat.* Idem docent S. Antoninus, & sacri canones. Vide *Tom.* 3. *in Decal. lib.* 4. *diss.* 2. *cap.* 4.

VIII. Si certus sis de voto, & dubites de executione impleta, juxta omnes teneris ad votum implendum. Si dubites de quantitate rei promissæ, tutiorem partem eligere debes, ut sacri canones præscribunt. Dubitas voverisne centum, an quinquaginta, teneris solvere centum. Qui vovit dare calicem Ecclesiæ, dubitat verò an aureus, vel argenteus dandus sit: aureum, vel argenteum offerre debet juxta morem sibi notum Ecclesiæ cui promisit, excluso ære vel cupro. Qui vovit se non accessurum ad fœminam, dubitat verò de accessu fornicario, an conjugali: abstinere debet ab utroque accessu. Qui dubitat emisseritne votum ante septennium, seu usum rationis, ad votum tenetur, ut communis sententia docet: quoniam constat de voto emisso, & solum dubitatur de tempore emissionis. Vix est qui ante usum rationis voveat: ergo præsumendum est completo rationis usu emissum votum fuisse. Certus de voto emisso, & dubitans de animo sese obligandi, tenetur implere votum: quia probato facto, præsumuntur omnia quę tale factum naturaliter comittantur. Similiter qui votum metu extortum emisit, præsumi debet, eum in casu dubio habuisse intentionem sese obligandi: quia præsumere simulationem in vovente, vel jurante est præsumere de delicto; nemo autem præsumendus criminis reus. Si vovens dubitet in præfato eventu, verborum amphibologia, aut mentis restrictione se usum fuisse, aliqui dicunt votum non tenere, sed hæc opinio falsa est ob datam rationem, & quia in dubio tutior pars est eligenda. Qui ira percitus emisit votum, postea verò dubitat se habuisse necessarium usum rationis, implere absolutè votum debet: quia raro ira ita turbat rationem ut auferat libertatem sufficientem ad peccandum, atque adeo ad vovendum. Quare si deponi dubium nequeat, servanda est regula: *In dubiis tutior pars est eligenda.*

IX. QUÆST. VII. *Qui vovit abstinere à vino, teneturne abstinere à cervisia, aliisque liquoribus è vino expressis?* RESP. Qui vovit abstinere à vino ut vitet ebrietatem, debet abstinere ab omnibus liquoribus qui pariunt ebrietatem. Quarè fallitur P. Lacroix, qui *lib.* 3. *p.* 1. *n.* 419. cum suo Gobat docet, posse voventem, licèt intenderit in suo voto vitare ebrietatem, sumere alios quoscumque potus aptos ad inebriandum. Non minus laxa est opinio P. Castropalai, qui *tract.* 15. *dis.* 1. *punct.* 12. *n.* 21. docet, eum qui vovit abstinere à vino, posse tantùm vini bibere, quantum *temperatè utentibus sufficeret pro una comestione.* P. Patritius Sporer *tr.* 3. *in* 2. *Decal. c.* 2. *sect.* 3. §. 2. *n.* 86. *pag.* 238. hoc profert judicium: *Certè nimis laxè, etiam Germanorum sensu, Castropalaus requirit eam quantitatem quę alicui viro temperatè utenti sufficeret pro uno prandio.* Quorumdam Probabilistarum laxitas interdum adeò ampla est, ut vel ipsis Probabilistis displiceat.

X. Qui vovit jejunare nihil determinando, debet servare votum juxta ritum Ecclesiæ. Quarè nimis laxè docent Sanchez, & Tamburinus, hunc tempore Quadragesimæ non debere abstinere à lacticiniis. Quę opinio incidit in sequentem, ut mihi videtur, damnatam thesim: *Non est evidens quod confuetudo non edendi ova, & lacticinia in Quadragesima obligat.* Qui vovit jejunare, nullo præfinito dierum numero, satisfacit voto, si unico die jejunet. Qui plura jejunia vovit, non videtur satisfacere duobus jejuniis, quia per numerum binarium non significatur pluralitas juxta communem significationem. Qui vovit jejunare per mensem, liber á jejunio est diebus dominicis: quia jejunium interpretandum est juxta ritum Ecclesiæ. Aliquis tamen Catholicus singulari devotione ductus, omni superstitione sublatâ, diebus dominicis jejunare posset: & præsertim ad domandam carnem, & concupiscentiam, ut tot viri sancti peregere, continuum servantes jejunium.

XI. Qui vovit audire Missam quotidiè, satisfacit voto diebus festivis unam audiens Missam: quoniam rationabilis intentio esse videtur, nullum transigere diem velle quin Missam audiat. Puella, quæ vovit virginitatem, tenetur eam servare post primum patratum actum turpem. Secus si vovisset expresè vitare dumtaxat primum actum turpem: quia votum pendet à voluntate voventis. Qui peregrinationis votum edit, satisfacit peregrinatione equestri: quia hæc vera peregrinatio est, dummodo non intenderit se obligare ad pedestrem: minimè verò satisfaceret aut mercede conductus, aut vi adactus: quia executio voti est actio virtutis; si tamen animo, & intentione consentiret, etiamsi extrinsecus coactus esset, votum impleret.

XII. Qui vovit eleemosynam, non determinando quantitatem illius, potest determinare post emissum votum, sicut poterat ante votum. Qui vovit donare unum ex suis animalibus, vel vasis Ecclesiæ, potest offerre ex rebus promissis quid sibi placuerit: neque enim astringitur donare vel pretiosius vas, vel melius animal. Mediocritas in his casibus servanda. Si ex rebus promissis omnia, excepto uno, perierint, hoc unum offerendum est. Si vovisti donare uni ex duabus Ecclesiis, neutram designando, seligere quam malueris, vales.

XIII. QUÆST. VIII. *An error circa substantiam voti reddat votum invalidum?* RESP. Affirmat communis sententia: quia error tollit voluntarium: nihil enim volitum quin præcognitum. Error verò circa adventitia, & circumstantias

tias voti non efficit votum nullum. At unde colligendum, utrùm circumstantiæ redundent nec ne in substantiam voti? Ea redundant in substantiam voti, quę finem voti spectant; illa verò sunt vovendi occasiones, quæ excitant ad vovendum. Voves eleemosynam conferendam pauperi probo. Sublevatio paupertatis est finis voti: probitas pauperis occasio est quæ te excitat, impellitque ad vovendum. In dubio an aliquę circumstantiæ habeant rationem finis voti, aut occasionis, inspiciendum est, num illis sublatis consistat finis voti: nam si consistat, cætera omnia habent rationem dumtaxat occasionis. Si contra illis deficientibus finis voti corrueret, tunc haberent rationem finis.

XIV. QUÆST. IX. *An votum metu extortum sit validum?* RESP. Alius est metus gravis cadens in virum constantem, alius levis. Gravis intrinsecus oriri potest, ut ab infirmitate, tempestate, aut naufragio imminente. Votum emissum vi timoris intrinseci tùm jure naturæ, tùm jure positivo validum est: quia tunc vovens à nemine cogitur, nisi à se ipso. Valida itaque sunt vota emissa ut mortem, naufragium, aliudque infortunium declines. Validum quoque votum est ob metum incussum justè extrinsecus emissum: quia quando metus justè incussus est ad votum extorquendum, voveus irrationabiliter invitus est. Metus levis non irritat votum, quia leviter lædit consensum liberum.

XV. Difficultas est de voto ex gravi metu injustè extrinsecus illato ad illud extorquendum. Votum istud jure naturæ validum esse, communis est Theologorum sententia, posito quod homo, licèt injustè coactus, verè & sincerè votum velit, & reipsa edat. Metus enim diminuit, non tollit voluntarium, ut S. Thomas 1. 2. *q.* 89. *a.* 7. *ad* 3. docet. Eidem subscribunt communiter Theologi. Ad jus ecclesiasticum quod attinet, si sermo sit de voto solemni in professione monastica emisso, omnes affirmant votum hoc nullum esse, ut jura omnia declarant. Si sermo sit de aliis votis, disputant in utramque partem Theologi, & omnes affirmant utramque sententiam esse probabilem. Prior sententia tenet, valida esse ejusmodi vota, quia jura non loquuntur nisi de voto solemni, & aliundè irritatio voti odiosa est, cum deroget naturæ juri. Et hæc opinio videtur probabilior, quia reipsa adversarii nullum hactenus textum adduxerunt, qui nulla ejusmodi vota declaret.

XVI. QUÆST. X. *Quid de voto conditionali dicendum?* RESP. In quolibet voto etiam absoluto includuntur aliquæ generales conditiones, quales sunt, si potuero, si Deo placuerit, si superior aliud non decreverit. Conditiones particulares ab ipsa libera voluntate pendent, & adjiciuntur. Voti conditionati executio suspenditur, donec conditio eveniat. Conditio tamen de præsenti, vel de præterito, aut de futuro necessario non efficit votum conditionatum; sed sola conditio de futuro eventu contingenti. Conditio turpis contra substantiam voti, illud irritat, quia error substantię contractus reddit actum involuntarium; secus si sit contra accidentia contractus. Votum sub conditione honesta futura contingenti non obligat usquedum evenerit conditio. Si conditio pendeat à sola voluntate voventis, is potest illam ad libitum suspendere antequam eveniat, & à voto se liberare; si á voluntate alterius pendeat, ejusdem expectare adventum tenetur; ut si dixerit: voveo Religionem, si pater consenserit, si soror nupserit &c. si sua malitia impediat conditione, quæ ab alterius voluntate pendet, eventum, tenetur implere votum: quia qui sua culpa fit impotens ad voti executionem, tenetur ad voti compensationem, ut docet S. Thomas *in* 4. *dist.* 38. *q.* 1. *a.* 3.

XVII. QUÆST. XI. *Quid sit votum conditionatum pœnale?* RESP. Est illud quod quis edit non ex affectu ad rem quam spondet, sed ex studio vitandæ actionis quam detestatur; ut si voveas hoc modo: promitto me ædificaturum altare, si lusero, si fornicatus fuero. Hoc voto in primis vitare peccatum intendis. Qui absolvitur ab ejusmodi voto, absolvitur etiam á pœna. Qui vovit vitare aliquid, puta ludum, si votum violaverit, non tenetur toties subire pœnam, quoties luserit, sed semel tantum luere pœnam debet, nisi expresè sibi imposuisset tot pœnas, quot vices luserit.

XVIII. QUÆST. XII. *Quid dicendum de voto assumendi statum religiosum?* RESP. Is, qui vovit ingressum in Religionem, omnem adhibere curam debet ut in eadem recipiatur, ut 2. 2. *q.* 189. *a.* 2. docet S. Thomas. Si quæ impedimenta vovens habeat, manifestare Religionis prælato tenetur. Si Religio quam vovens designavit, relaxata sit in substantialibus suæ regulæ, non tenetur eam ingredi: quia tunc votum non est de meliori bono, ut communiter Theologi docent. Si de hac materia plura cupis, vide *Tom.* 3. *Theol. Christ. lib.* 4. *in Decal. diss.* 2. *cap.* 9.

CAPUT V.

De Votorum cessatione, irritatione, dispensatione & commutatione.

I. QUÆST. I. *Qui valeant vota edere?* RESP. Qui usu rationis potiuntur, & dominium habent earum rerum quas Deo nuncupant. Quare vota impuberum, cum dominio careant, irritari à parentibus valent: nec firma sunt nisi sub tacita conditione, quod parentibus placeant.

II. QUÆST. II. *Vota Religiosorum emissa absque prælati licentia de re honesta, quæ nec jurisdictionem, ne disciplinam pertubant, suntne valida?* RESP. Negant plures; sed probabilior sententia affirmat, cum nullum detrimentum inferant sivè jurisdictioni prælatorum, sivè Ordinis disciplinæ, sintque de re honesta. Irritare utique hæc vota prælati valent, cum iisdem comperta facta sint. At subditi eadem manifestare illis non tenentur; & sic, quandiù occulta manent, valida sunt, & voventes eadem exequi tenentur.

Vo-

trandam incolumitatem filii suscepti ex concubina : quia sanitas filii bona est, licèt præverit peccatum. Valida pariter sunt vota puniendi propria crimina. Vota rei bonę ob finem indifferentem nulla sunt, Votum de re impossibili nullum est.

VII. QUÆST. IV. *An qui non potest implere totum votum, teneatur implere partem?* RESP. Vovisti ædificare Ecclesiam, nequis integram, teneriśne ad partem? Ad nihil teneri hunc voventem docent Tamburinus, Leander, Castropalaus, & alii. Sed distinguendum. Si pars separata cedat in honorem Dei, tunc hanc exequi vovens debet; secùs si pars separata inanis esset. Sed in hoc casu deberet vovens in alia Ecclesia fabricare Capellam; sive quid aliud in aliquo templo, quod cederet in Dei honorem. Quando materia voti mixta est partim bona, & partim mala, vel vana implenda est pars bona, neglecta alia. Heinc votum veniendi Romam nudo corpore validum est quantum ad iter peragendum; modus duntaxat nuditatis omittendus.

VII. QUÆST. V. *Votum non ludendi validumne est?* RESP. Affirmat vera, & communis sententia, quia est de meliori bono. Nam ludus est quid fortuitum in ordine ad lucrum, vel jactutam, malorumque origo. Ergo abstinentia a ludo est de meliori bono.

IX. P. Claudius La-Croix laxas opiniones *lib. 3. p. 1. n. 453. & seq.* hoc de argumento docet. Irrepsit mendum in meo *tom. 3. in Decal. pag. 217. n. 8.* ubi in edenda laxa opinione hujus auctoris loco *voluisti* errore certè typographorum, editum est *vovisti*. Quod mendum materiale licèt, & nullius momenti, nunc corrigo, ut censoribus meis faciam satis, & gratias agam, quod ejusmodi lævissimos nævos mihi objiciendo, universo mundo patefaciunt, Theologiam christianam immunem tum à Rigorismo, tum à Laxismo esse.

X. „ Si eo fine *vovisti* (vovisti hic, non *voluisti*, inquit P. La-Croix *loc. cit. num. 454.*) ut „ vitares rixas, blasphemias, juramenta.... ludere licebit per alium, licèt hæc incommoda „ timeantur, quia re ipsa non ludis. " Non ludis sane nomine proprio, sed alieno : sic nec ore proprio blasphemas, rixaris, pejeras, sed alieno ore. Quam laxa hæc sint, & alia quę ibidem docet La-Croix, cæteri judicent.

XI. QUÆST. VI. *Validumne votum est numquam peccandi?* Si votum sit abstinendi ab omni peccato mortali, validissimum est. Si autem votum sit de vitandis omnibus culpis etiam venialibus collectivè acceptis; nullum est votum, utpotè de re humanæ imbecillitati moraliter impossibili. Validum tamen votum est vitandi hoc vel illud determinatum veniale peccatum deliberatum, puta non mentiendi. Sed in his votis enucleandis immorandum non est, cum suadendum Christianis sit ut abstineant reipsa à peccatis, non votorum farcina sese opprimant.

CAPUT III.

De votorum distinctione.

I. DIviditur. 1. Votum in absolutum, conditionatum, & pœnale. 2. In solemne, & simplex. 3. In necessarium, & liberum. 4. In commune, & singulare. 5. In reale, personale, & mixtum. 6. In affirmans, & negans. 7. In perpetuum, & temporale. 8. In reservatum, & non reservatum. 9. In publicum, & occultum. 10. In expressum, & tacitum, seu in mentale, & vocale.

II. Votum *absolutum* immune est ab omni conditione : *conditionatum* adjectam habet conditionem, ut si dicas : voveo eleemosynam, si convaluero. *Pœnale* est dum pœna adjicitur, ut si dicas : si lusero, voveo disciplinam. Differt pœnale à conditionato, quod in hoc apponitur conditio ut conditio, in illo ut pœna.

III. *Solemne* fit in conspectu Ecclesię, à qua per superiorem acceptatur. *Simplex* à persona privatim editur. *Necessarium* illud est quod omnes in Baptismate emittunt, diabolo, & pompis ejus renuntiantes. Necessarium nuncupatur, quia est de observanda lege evangelica ad salutem necessaria. *Liberum* est de re non necessaria ad salutem, ut de ingressu in Religionem; aut si est de re præcepta, liberè quispiam votum adjicit. *Commune* idem est, ac necessarium, & *particulare* idem ac liberum.

IV. Votum *reale* illud est quo res externa Deo offertur. *Personale* quo actio, vel omissio personam afficiens Deo promittitur. *Mixtum* utrumque concludit, nempè, & rem, ut eleemosynam, & actionem, ut peregrinationem. Affirmativum est illud quo aliquid positivum Deo spondetur, ut eleemosyna. *Negativum* abstinet ab aliqua re, ut à carnibus, à ludo, à peccato.

V. *Perpetuum* durat usque ad mortem voventis, ut votum professionis monasticæ, perpetuæ eleemosynæ, &c. *Reservata* dicuntur, à quibus prælati inferiores dispensare nequeunt, possunt verò à non reservatis. *Expressum* votum est quod conceptis formulis editur. *Implicitum*, seu *tacitum* est quod non emittitur verbis expressis, sed affixum est alteri rei, seu statui, ut votum castitatis quod edunt Subdiaconi suscipientes sacros ordines. *Publicum* est illud quod fit palam. *Occultum*, quod fit secretò. Hęc omnia obvia sunt.

CAPUT IV.

De votorum obligatione, varisque votorum quæstionibus.

I. VEritas fidei est votum parere obligationem & quidem gravem, qua vovens obstringitur exequi id quod Deo spondet, ut habetur Deuter. 23. *Cum votum voveris Domino Deo tuo, non tardabis reddere.* Hæc obligatio pertinet ad virtutem religionis, & fidelitatis. Majoris meriti est actio

actio ex voto facta, quam sine voto, ut docet 2. 2. q. 88. art. 6. S. Thomas.

II. QUÆST. I. *An detur parvitas materiæ in voto?* RESP. Obligatio voti sua natura gravis est : ejusdem violatio levis fieri potest ex imperfecta deliberatione, ex animi subreptione. Difficultas est num levis esse queat ex parte materiæ. Si materia voti sit divisa, ut si voviti recitare Rosarium integrum, & omittis unam decadem, levis omissio est ex parvitate materiæ. Si parva materia sit integra voti materia, ut votum recitandi unum *Pater*, tunc Cajetanus cum aliis docet omissionem esse mortalem; sed opposita sententia probabilior est. Quæstiuncula hæc, ad praxim quod attinet, inepta est. Communiter enim homines vota sua edunt de re gravi, tum ob finem, tum ob ipsius voti dignitatem. Disputant Theologi num vovens possit in materia levi graviter, & in materia gravi leviter sese obligare. Ad primam quæstii partem dico, quod quando materia omni ex parte levis est, nequit graviter sub mortali se obstringere. Contra quando materia natura sua gravis est, non potest se leviter tantum obligare. Quoniam qui vult votum, vult eo ipso quę votum necessario consequuntur. Votum autem in materia gravi gravis obligatio consequitur. In potestate autem voventis non est rerum naturas pervertere. Ineptè allegatur S. Thomas pro contraria opinione. Liberè edere, & non edere homines vota queunt, inquit S. Thomas; at posito quod vota edant, ad votorum naturam, & legem sese conformare debent. Nec quæstio tanti est ut egeat majori discussione. Lege *tom. 3. lib. 4. diss. 2. c. 1. n. 20.*

III. QUÆST. II. *An qui violat plura vota in materia levi eadem die, graviter peccet?* RESP. Affirmat communior, & probabilior opinio. Quamvis enim vota numero differant, ad eamdem tamen virtutem attinent, & ejusdem sunt rationis. Quando ergo ex pluribus levibus materiis voto subjectis efficitur materia gravis, tum gravis injuria Deo irrogatur. Nonne qui homini pluribus promissionibus gravem pecunię quantitatem sponderet, letaliter peccaret, si notabilem pecuniæ promissæ summam sibi retineret? Disputant quoque, num qui vovit recitare per plures annos quotidie unum *Pater*, & *Ave*, peccet mortaliter, si per plures dies illud omittat; & communiter affirmant; quamvis aliqui distinguant de voto afficiente, & non afficiente diem; sed disputationes istæ excogitatæ ab ipsis sunt ad exercendum ingenii acumen. Quare missis distinctiunculis dico, deliberatam voti violationem per integrum annum mortalem esse.

IV. QUÆST. III. *An vota parentum filii implere debeant?* RESP. Vota personalia à vovente impleri debent, quia afficiunt ipsam personam. Vota hæc parentum nullo modo filios obligant. Vota quippè libera esse debent. Vota parentum quandoque filios obligant, quatenùs filii in eadem vota consentiunt. Heinc sequitur voventem qui implere votum nequit, non astringi ut per alium illud impleat. Vota realia impleri per alios valent, etiam insciis, sed non invitis voventibus. Si vovens sit factus impotens ad solvendum votum reale, liber evadit, ut patet in aliis debitis. Quando votum est mixtum, partim videlicet personale, & partim reale, si vovens factus sit impotens ad implendum votum personale, debet per alium implere votum reale.

V. QUÆST. IV. *Hæredes tenenturne vota testatorum implere?* RESP. Ad vota personalia non tenentur. Realia vero vota tenentur hæredes solvere, etiamsi testator expressè diceret, se nolle hæredes astringere ad ejusmodi vota persolvenda. Quoniam semel aggravata justo debito hæreditate, non est amplius in potestate testatoris eam liberare. Hæredes autem non tenentur vota hæc realia persolvere ultra vires hæreditatis, neque ante aditam hæreditatem, cum possint eamdem repudiare. Neque cum detrimento propriæ legitimę tenetur hęres implere vota testatoris qui gravare legitimam non potuit. Hæredes implere vota realia testatoris per alios valent, sicut poterat ipse testator. Monasterium quoque jure hæreditario succedens in bona Religiosi professi, tenetur implere vota realia, quæ ille ante professionem ediderat, quia hæreditas transit ad Monasterium cum hoc gravamine. Quando hæreditas gravata est pluribus debitis, prius solvenda sunt debita ex justitia, & post legata, & vota. Si plura sint vota, solvi prius debent ea quæ sunt majoris momenti. Si plures sint hæredes, quisque solvere partem suam tenetur. Si tamen res debita Deo sit penès unum hæredem, tenentur alii hæredes ad compensationem. Donatarius tenetur implere realia vota, quæ afficiunt rem donatam, si donator factus sit impotens; quidquid in oppositum dicant plures: quia debitum semper sequitur rem, cui affixum est. Legatarius vero, juxta omnes, astringitur solvere legantis vota realia.

VI. QUÆST. V. *Quo tempore implenda vota sunt?* RESP. Quando tempus determinatum est pro executione, tunc implendum est. Quando tempus est indeterminatum, tunc vovens cum primum commodè potest, illud implere debet, ut dicitur *Deuter. 23.* nisi causa rationabilis differendi adsit, ut melius votum impleatur. Si prævides futuro tempore impediendum fore ab implendo voto nulli diei affixo, teneris anticipare voti executionem. Votum non impletum tempore designato, implendum est elapso tempore. Vovisti reddere Petro centum, quæ debes infra mensem, elapso tempore teneris implere. Si tamen vovisti jejunare in vigilia talis festivitatis, elapso festo extinguitur votum. Qui tamen voverent jejunare singulis sextis feriis hujus mensis, mihi probabilius est elapso mense eos astringi ad jejunium singulis sextis feriis sequentis mensis : quoniam omnes sextæ feriæ totius anni sunt ejusdem rationis. Qui vovit jejunare in vigilia S. Francisci, non tenetur prævenire, etiamsi prævideat tali die se non posse servare jejunium : quia votum affixum est dici determinatæ.

VII. QUÆST. VI. *Quid de voto dubio dicendum?* RESP. Dubitare potes 1. num votum emiseris, 2. num emissum impleveris, 3. de quanti-

ta-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

XVII. QUÆST. XIV. *Irritarene domini valent servorum vota?* RESP. Distinguendi sunt famuli à servis. Illi pacto pretio dominis inserviunt, suntque sui juris, votaque edere valent, quorum executionem dumtaxat suspendere domini possunt, si debitum famulatum impediunt. Isti, nempè servi pretiò accepti, sunt mancipia in servitutem redacta, nullaque libertate fruuntur quantum ad servitium corporale dominis reddendum. Prima sententia defendit, dominos omnia servorum vota irritare posse. Sententia probabilior est dominos posse irritare omnia servorum vota quæ debitam servitutem impediunt: quoniam dominus jus habet ut servitutis officia sibi à servo præstentur. Ergo ea irritare valet, quæ huic juri derogant. Nequeunt verò irritare vota de servandis præceptis divinis, castitatis, precum, elargiendi eleemosynam de bonis quotum dominium servi habent, nec alia similia, quæ nullo modo debitam impediunt servitutem.

XVIII. QUÆST. XV. *Vigetne in Ecclesia facultas dispensandi ab obligatione votorum?* RESP. Ajunt omnes Catholici allegantes illud Matth. 6. *Tibi dabo claves regni cœlorum: quodcumque solveris super terram, erunt soluta, & in cœlis?* Hæc autem dispensatio est ablatio vinculi voti facta nomine Dei ab habente jurisdictionem spiritualem in foro externo propter aliquam rationabilem causam. Hæc notio dispensationis suapte natura clara est. Quomodò hæc dispensatio fiat, declarat S. Thomas 2.2. *quæst.* 88. *art.* 10. *ad* 2. Qui dispensare valent, commutare quoque vota possunt.

XIX. QUÆST. XVI. *Quibus jure ordinario competit facultas dispensandi in votis?* RESP. Convenit primum Summo Pontifici universalis Ecclesiæ Pastori, & capiti, & Christi in terris Vicario; deindè Concilio generali, Summi Pontificis Pœnitentiario, Legatis à latere, Nuntiis pontificiis respectu totius Provinciæ, aut Regni, Archiepiscopis, Episcopis, Capitulo Cathedrali sede vacante, Abbatibus jurisdictionem quasi episcopalem habentibus, omnibus Prælatis Regularium respectu suorum subditorum. Hi omnes jure ordinario cum suis subditis dispensare valent in votis tum personalibus, tum realibus, exceptis reservatis. Cardinales Protectores Ordinum nequeunt jure ordinario dispensare in votis. Vota communitatis dispensari ab Episcopo, justa occurrente causa, possunt.

XX. QUÆST. XVII. *Quid aliis dispensationem à voto impertiunt, possuntne sibi ipsis idem privilegium applicare?* RESP. De Summo Pontifice nulla est difficultas, cum superiorem non habeat, à quo dispensari possit. Salmanticenses defendunt, quoscumque Prælatos, qui cum aliis dispensare valent, eodem secum ipsis uti privilegio posse, & pro sua opinione citant Sanchez, Tamburinum, Azorium, Suarez, & alios. Oppositа sententia mihi probabilior est: quia nemo judex est in propria causa: idcirco Prælati isti recurrere ad suos Superiores debent.

XXI. QUÆST. XVIII. *An Prælati Regulares valeant dispensare cum suis subditis in votis editis cum licentia majorum Prælatorum?* RESP. Jam dictum est, ea posse Prælatos Regulares, nempè Generalem in universo ordine, Provincialem in tota Provincia, & Superiores domorum in tota familia, quæ valent præstare Episcopi in tota sua Diœcesi. Ad quæsitum propositum aliqui respondent, negantes Prælatis hanc facultatem. Sed communis, & vera opinio docet in proposito casu, Prælatos Regulares dispensare posse. Quia licèt licentia concessa à majori Prælato subducat emissum votum à potestate dominante inferiores Prælati, qui irritare illud nequit, non tamen illud extrahit à jurisdictione spirituali. Idcircò dispensare ab eodem potest Prælatus inferior. Dispensare quoque cum suis Novitiis possunt Prelati Regulares.

XXII. QUÆST. XIX. *An Confessarii Regulares dispensare in votis hominum Sæcularium valeant?* RESP. Affirmant communiter ferè omnes Casuistæ, qui plura privilegia allegant; sed *tom.* 3. *Theol. Christ. lib.* 4. *diff.* 3. *c.* 11. palam feci, ejusmodi privilegia commentitia esse, & nullius auctoritatis; atque adeò Confessarios regulares nullo modo posse dispensare cum Sæcularibus hominibus à votis quibuscumque, sive reservatis, sive non reservatis. Et hanc nostram sententiam docent Passerinus, Martinez de Prado, & Lezana, quam *loc. cit.* confirmavi auctoritate BENEDICTI XIII. qui in sua Constitutione *Pretiosus in conspectu Domini* facultatem commutandi vota, secus dispensandi impertitur Confessariis O. P. Vitilitigant super verbo *relaxari* contento in Constitutione. At hanc cavillationem explosi *loc. cit.* ubi ostendi in materia jurisdictionis tutiorem partem esse eligendam.

XXIII. QUÆST. XX. *Quid dicendum de votis reservatis Summo Pontifici?* RESP. Communis sententia est, quinque esse vota reservata Summo Pontifici, nempè simplex votum perpetuæ continentiæ, Religionis, & triplicis peregrinationis Hierosolymitanæ, Romanæ, & Compostellæ. Nullum aliud votum, præter hæc quinque, reservatum est Pontifici summo. Excipe tamen vota simplicia, quæ fiunt in aliquibus Religionibus de non ambiendis, nec acceptandis dignitatibus. Ut hæc vota sint reservata summo Pontifici, debent esse certa, expressa, absoluta, & perfecta. Si de iis dubitatur, non sunt reservata. Strictè enim hæc reservatio, cum sit odiosa, interpretanda est. Quarè si quis ederet unum ex his quinque votis cum expressa intentione se obligandi tantùm sub veniali, non esset votum perfectum, & ideò neque reservatum.

XXIV. Episcopi urgente necessitate, dispensare valent in ejusmodi votis, ut dum adest periculum violandi voti, infamiæ, scandali, alteriusque gravis damni, sive temporalis, sive spiritualis, si dispensatio differatur. Violasti virginem voto castitatis adstrictus. Ad ejusdem honoris reparationem matrimonium necessarium est. Impedimenta apponenda timentur, si matrimonium differatur. In hoc, & similibus casibus dispensare Episcopi valent, dummodò damna quæ imminent, alia reparari via nequeant.

Sal-

XXV. Salmanticenses hanc eamdem facultatem dispensandi à reservatis concedunt Prælatis Regularibus. Sed hæc opinio falsa est: quia etiam admissis privilegiis, quæ allegari solent, quæque ut apocrypha rejecimus, nulla in iis conceditur facultas Prælatis Regularibus in vota reservata. Secluso autem privilegiis, nullam habent potestatem regulares, vel commutandi vota sæcularium. Votum non contrahendi matrimonium non est reservatum, quia non est perfectum in hoc genere. Nec enim excludit fornicationem, pollutionem, aliosque actus castitatis contrarios. Vi consuetudinis Episcopus potest concedere facultatem petendi debitum conjugale ei qui voto castitatis astrictus matrimonium contraxit. Votum Religionis non approbatæ non est reservatum.

XXVI. QUÆST. XXI. *Quomodò intelliguntur reservata vota triplicis peregrinationis?* RESP. Tunc sunt reservata quandò edita fuere ob devotionem peculiarem erga præfata loca. Vota hæc cum aliqua circumstantia emissa, ablata circumstantia, remanent integra, & reservata. Voviti peregrinationem Romanam pedestrem: potest Episcopus dispensare in circumstantia itineris pedestris, secus in voto peregrinationis, quæ curru fieri potest. Votum disjunctivum non est reservatum antequam altera pars à vovente eligatur. Voviti religionem, aut eleemosynam: castitatem, aut jejunium, quin alterutram partem elegeris. Hoc in casu dispensare Episcopus potest. At selecta à vovente parte reservata, pura castitate perpetua, tunc nobis probabilius videtur esse reservatum.

XXVII. Hæc vota: *Si luxero, voveo castitatem: si pater meus obierit, ingrediar Religionem:* hoc secundum communiter Auctores docent esse reservatum, quia votum revera absolutum est, solamque apparentem conditionem explicat: nempè quando pater meus obierit, ingrediar Religionem. Aliud votum, & similia, impleta conditione, probabilius videntur esse reservata. Sic reservatum est istud: *Voveo Religionem: si incolumis evasero:* impleta conditione, secus ante. Oppositam opinionem fuso calamo defendunt Salmanticenses, quorum rationes *loc. cit.* explosi.

XXVIII. Quando præfata quinque vota ob aliquam conditionem adjectam non sunt reservata, possunt eadem Confessarii regulares relaxare commutando, secus dispensando, ut supra dictum est. Nec enim relaxare includit dispensare, ut non pauci falsò existimant. Quando enim Pontifices facultatem dispensandi tribuunt, expressè adhibent verbum *dispensare*. In facultate concessa dispensandi, aut commutandi omnia vota, non intelliguntur reservata, nisi sint expressa.

XXIX. QUÆST. XXII. *An ad validam, licitamque dispensationem causa rationabilis requiratur?* RESP. Potestas dispensatori data est in ædificationem, non in destructionem, ut Concilia, Canones, Patres, & Theologi docent. Igitur non solum illicita, sed invalida etiam dispensatio voti est, sine rationabili causa concessa, quia esset in destructionem, non in ædificationem Ecclesiæ. Si dubitetur utrum habeatur necne causa dispensandi, tunc dispensationi locum non esse docent communiter Theologi omnes. Votum quippè certum est, & ob incertam causam solvi nequit. Si autem aliqua certa causa habeatur, & solùm dubitetur num sit sufficiens, tunc dispensari posse docet communis sententia. Quando dispensatio bona fide tam ex parte petentis, quam ex parte concedentis impertita est, si postea deprehendas, causam quam utraque pars legitimam existimabat tempore concessionis, & petitionis, esse falsam, & nullam, quid agendum? Validam esse dispensationem defendunt Salmanticenses, Sanchez, Tamburinus, Leander, Sporer, Roncaglia, & alii. Sed contraria sententia probabilior est. Siquidem vel ipsi citati adversarii fatentur ad validam dispensationem justam requiri causam. Ergo quoties causa hæc deficit, nulla est dispensatio. Bona fides fuit tum in postulante, tum in concedente, quid inde? Sequitur solùm istos non peccasse. Numquid bona fides egit ut falsa causa evaderet vera? Absit, inquis. Ergo falsa extante causa, nulla est dispensatio. Sed ad divinam benignitatem attinet confirmare, ratumque habere quod bona fide petitum, & concessum est. Itane verò? Divina ergo benignitas errorem confirmabit? Non decet tanè benignitatem divinam. At animæ torquentur scrupulis, turbantur conscientiæ. Nugæ hæ sunt. Errores, figmenta, & falsa interpretamenta non sedant conscientias, non evellunt scrupulos; sed vera legis observantia parit tranquillitatem.

XXX. QUÆST. XXIII. *Quotuplex sunt legitimæ dispensationis causæ?* RESP. Tria advertenda sunt. 1. Quid liceat secundum æquitatem; 2. quid deceat secundum honestatem; 3. quid expediat secundum utilitatem. Quo gravius est votum, eo graviores requiruntur pro dispensatione causæ, ita ut proportio quædam congrua sit inter votum relaxandum, & relaxationis causam. Heinc est quod in quinque præfatis votis raro dispensationes impertiantur, sed aliquid commutationis, vel ipsi Pontifices summi permiscere solent. Neque heinc inferendum est, nunquam concedendam esse dispensationem; sed solum tunc concedendam esse cum legitima occurrat causa. Neque semper requiritur causa evidens, cum in moralibus sæpè haberi nequeat. Sat est ut causa verosimilis solidè appareat, ita ut serio omnibus expensis judicetur expediens esse, & bono communi, & voventis honestæ utilitati votum relaxare.

XXXI. Causæ autem peculiares quæ sufficere ad dispensationem concedendam valent, sunt dubitatio de voto emisso, imperfecta deliberatio in vovendo, difficillima executio ejusdem, morale periculum sæpè violandi voti ob fragilitatem voto obstricti, metus etiam levis injustè incussus ad votum extorquendum.

XXXII. Imperfecta deliberatio, vel fuit ita repentina, & imbecillis, ut votum nullum effecerit, & quæstio cessat. Si verò talis fuit ut vo-

tum validum effecerit, se sola non sufficit ad dispensationem. Quando autem dubitatur de perfecta deliberatione, & additur difficultas executionis, tunc dispensationi locus est. Vehemens timor naufragii, periculi gravissimi ita interdum perturbare animum valet, ut perfectam impediat deliberationem, ita ut sufficiens interdum ratio esse queat ad dispensationem concedendam. Similiter gravissima difficultas non prævia, sed tota post editum votum apparens, potest esse dispensandi causa. *Tamburinus, Salmanticenses, Sporer* contendunt difficultatem etiam prævisam satis esse ad dispensationem; sed mihi hæc opinio falsa est. Si difficultati adjectum sit periculum grave violandi voti, tunc potest esse dispensationi locus. Dubium de emisso voto non est sufficiens causa ad dispensandum, sed tantum ad commutandum.

XXXIII. QUÆST. XXIV. *Quid sit voti commutatio, & quis commutare vota queat?* RESP. Est permutatio unius materiæ pro alia sub eadem voti obligatione. Differt á dispensatione, quæ tollit omnem obligationem, & ab irritatione, quæ potest valide fieri etiam sine causa. Commutatio est effectus jurisdictionis spiritualis. Quisque augere, non diminuere vota sua potest. Voviti centum aureos, potes dare ducentos: quia hæc est abundantior solutio, non commutatio. Disputant num quisque propria commutare vota queat. Affirmant nonnulli; sed negant S. Thomas, S. Bonaventura, & alii antiqui. Commutatio est enim actus jurisdictionis spiritualis. Sæculares personæ carent hac jurisdictione spirituali; ecclesiasticæ vero personæ exercere in semetipsas jurisdictionem spiritualem nequeunt: & ideo non valent propria commutare vota. Gratis asserunt adversæ sententiæ patroni hanc commutationem esse actum prudentiæ, non jurisdictionis spiritualis: nam in vera commutatione rescinditur prius vinculum, & aliud substituitur. Rescissio autem contractus actus est jurisdictionis. Ita est, inquiunt, quando commutatio non est in evidenter melius. Adversariorum plures statum quæstionis confundunt. Quando materia promissa augetur, non est commutatio, sed redundantior solutio. Vera commutatio est quando pro una materia, puta jejunio, substituitur alia, velut eleemosyna. Ad hanc autem permutationem requiri jurisdictionem evidens est. Id concedunt adversarii, quando materia substituenda est, vel inferior, vel æqualis: quidni etiam, quando est major, & diversi generis? Accedit quod nemo sit judex in propria causa: & difficile cognoscere homines valent, quid sit Deo gratius. Ergo standum promissis est, quæ infringi nequeunt absque mendacio, nisi interveniat jurisdictio, quæ rescindat vinculum contractum. Nemo itaque propria auctoritate commutare materiam proprii voti in aliam materiam diversi generis potest; sed necessaria est jurisdictio spiritualis. Hinc qui vovit unam Religionem, nequit propria auctoritate aliam ingredi.

XXXIV. QUÆST. XXV. *An in votorum commutatione servanda sit æqualitas materiæ?* RESP. Bonacina, Leander, Diana docent commutari vota posse in materiam minorem; sed communior, & probabilior sententia defendit servandam esse æqualitatem moralem. Commutatio siquidem contractus est: in omni autem contractu servanda æqualitas est, plus & minus juxta contractuum diversitatem. Hæc æqualitas non est arithmetica, & mathematicè accipienda, sed moraliter, seu quæ prudenter existimatur æquivalere materiæ, quæ prius voto subjecta erat.

XXXV. QUÆST. XXVI. *Quæ causa requiritur ad licitam, validamque commutationem?* RESP. Quando commutatio fit in evidenter melius à Prælato legitima auctoritate prædito, nullam requiri causam concedunt omnes; idemque dicendum subdunt, quando materia substituenda evidenter æqualis est, & probabiliter melior. Quando vero summus Pontifex in Jubilæo, vel Bulla Cruciatæ, aut aliquo privilegio dat facultatem commutandi vota, non requiritur aliqua causa peculiaris, sed sufficit executio operum quæ in præfatis Bullis præscribuntur: quia summus Pontifex talem impertitur facultatem ob bonum commune totius Ecclesiæ. Dum vero Prælati potestate ordinaria vota commutant in materiam diversi generis, semper aliqua justa causa requiritur; non est tamen semper necessaria gravis, sed interdum levis sufficere potest, ut commutatio sit licita: nam quando est in materiam æqualem valida est, etiamsi sit sine causa, non tamen licita: si vero sit in materiam inferiorem sine causa, & illicita, & invalida est, ut probabilior opinio docet. Prælatus vero sine causa vota commutans graviter peccat, quia abutitur facultate sibi concessa.

XXXVI. QUÆST. XXVII. *Quid dicendum de commutatione votorum vi Jubilæi, aut Bullæ Cruciatæ?* RESP. In Bulla Jubilei amplior conceditur facultas, nempè commutandi vota triplicis peregrinationis Romanæ, Compostellanæ, & Hierosolymitanæ, & excipiuntur sola vota castitatis, & religionis. In Bulla Cruciatæ præter hæc duo vota excipitur etiam votum peregrinationis ultramarinæ. Duo vota castitatis, & religionis, quæ in utraque Bulla excipiuntur, sunt perfecta, & absoluta. Quare non sunt excepta non nubendi, non fornicandi, castitatis conjugalis, castitatis ad tempus limitatum, nec vota dolo, metu, aut errore edita. Hæc commutatio fieri tum intra, tum extra confessionem potest: quia privilegia quæ concedunt facultatem vota commutandi, non illigant confessioni sacramentali hanc commutationem, nisi Superiores aliter decernant. In hac commutatione servanda est regula generalis commutandi, aut in melius, aut in bonum moraliter, prudenterque æquale.

XXXVII. QUÆST. XXVIII. *An votum erogandi eleemosynam tali Ecclesiæ, vel tali pauperi, possit post illius acceptationem commutari virtute Jubilæi, aut Bullæ Cruciatæ?* RESP. Mihi affirmans opinio falsa est. Quoniam sive pauper, sive Ecclesia post acceptationem promissionis voto firmatæ jus acquirunt in rem promissam. Præfata au-

autem privilegia facultatem non concedunt lædendi justitiam. Qui post susceptum Jubilæum recordatus alicujus voti, potest curare ut sibi commutetur, quia illius oblivio innoxia fuit. Transacto vero anno Bullæ Cruciatæ, gratiæ in eadem concessæ obtineri nequeunt. Qui principio hebdomadæ Jubilæi commutari sibi vota fecit sincero animo lucrandi Jubilæum, commutatio consistit, etiamsi postea negligentia, aut oblivione opera Jubilei non impleat. Quoniam obligatio semel extincta, non reviviscit. Qui tempore Jubilæi commutare vota recusat absque justa causa, peccat plus, & minus juxta varietatem circumstantiarum.

XXXVIII. QUÆST. XXIX. *Licitusne regressus est ad priorem materiam post factam legitimam commutationem?* RESP. Si commutatio facta sit in minorem obligationem, & admixta fuit dispensatio, ad pristinam materiam regredi volens potest, relicta materia substituta: quia nemo cogitur uti privilegio dispensationis sibi faventi; ut communiter auctores docent. Disputant verò Theologi, an liber sit regressus ad materiam priorem, quando commutatio facta est in melius, vel æquale legitima auctoritate. Affirmant Salmanticenses, Leander, Castropalaus, Laymanus, & alii. Quoniam, inquiunt, commutatio fit in favorem voventis. Contraria sententia mihi probabilior est. Siquidem ideò commutatio est in favorem voventis, quia aufertur prius vinculum, & aliud substituitur. Hic concluditur totus voventis favor. Porrò quando vovens acceptavit commutationem, seu onus substituturn, vinculo religionis se ad illud astrinxit. Ergo nequit ab hoc debito se liberare, præsertim quando commutatio facta est in melius, quoniam hoc majus onus liberè acceptavit, & se eidem astrinxit.

LIBER IV.

In II. & IV. Decalogi Mandatum.

DISSERTATIO I.

De Blasphemia, & Juramento.

CAPUT I.

Recensentur propositiones ab Ecclesia proscriptæ in materia juramenti.

I. EX sexaginta quinque thesibus quas anno 1679. damnavit Innocentius XI. sequentes spectant juramenti, & amphibologiæ argumentum, quas juxta ordinem quo in pontificio decreto recensentur, transcribam.

II. 24. *Vocare Deum in testem mendacii levis non est tanta irreverentia propter quam velit, aut possit damnare hominem.*

25. *Cum causa licitum est jurare sine animo jurandi, sive res sit levis, sive gravis.*

26. *Si quis, vel solus, vel coram aliis, sive interrogatus, sive propria sponte, sive recreationis causa, sive alio quocumque fine, juret se non fecisse aliquid quod revera fecit, intelligendo intra se aliquid aliud quod non fecit, vel aliam viam ab ea in qua fecit, vel quodvis aliud additum verum revera non mentitur, nec est perjurus.*

27. *Causa justa utendi his amphibologiis est quoties id necessarium, aut utile est ad salutem corporis, honorem, res familiares tuendas, vel ad quemlibet alium virtutis actum; ita ut veritatis occultatio censeatur tunc expedita, & studiosa.*

28. *Qui mediante commendatione, vel munere ad magistratum, vel officium publicum promotus est, poterit cum restrictione mentali præstare juramentum quod de mandato Regis à similibus solet exigi, non habito respectu ad intentionem exigentis, quia non tenetur fateri crimen occultum.*

CAPUT II.

Recensentur propositiones laxæ, quas non pauci docent in materia blasphemiæ, & juramenti.

I. P. Thomas Tamburinus *lib. 2. in Decal. cap. 6. §. 4. num. 17.* „ Verba contra „ Deum in obtestatione, vel phrænesi, vel ex inad„ vertentia orta ex inveterata consuetudine, „ blasphemiæ nequaquam sunt.“

II. Leander à SS. Sacrament. *tract. 1. de Juram. disp. 5. quæst. 17.* „Qui ex habitu blasphe„ mat absque plena, & sufficienti advertentia „ ad peccatum mortale, tunc non committit „ novum peccatum mortale, sed solum pecca„ vit in causa, quatenus non abstulit consuetu„ dinem, ad quam advertit.“ Citat Bonacinam, Filliucium, Toletum, Sanchez, Tamburinum.

III. Idem Leander *ibidem*: „ Peccatne mor„ taliter qui inadvertenter blasphemat, quippè „ ita habitualiter dispositus est ut etiam si ad„ verteret, blasphemaret? *Probabilius* respon„ deo, nec illum peccare mortaliter actu in „ proposito casu. Nam ut quis actu peccet, no„ vumque peccatum committat, non sufficit, „ quod habitualiter sit dispositus; & proclivis „ ad peccandum, sed requiritur necessario, quod „ actualiter, & in actu secundo sit.“ Citat pro hac opinione Sanchez, Filliucium, Laymanum, Trullenchium, & alios.

IV P. Patritius Sporer *tract. 3. in 2. præcep. Decal. cap. 1. sect. 1. num. 9. pag. 103.* „ Per „ quæcumque verba, etiam expressum juramen„ tum contidentia, juretur, ih foro conscientiæ „ omninò semper attendenda est mens, & in„ tentio jurantis ad dignoscendum, an verè ju„ raverit necne. Aut enim positivè quis intendit „ invocare Deum in testem, aut positivè noluit „ invocare Deum, aut negativè se habent, vel „ ignorans præscindit ab invocatione Dei. Si pri„ mum, certum semper est juramentum. Si se„ cundum, certo non est juramentum in foro „ conscientiæ, *sed tantum mendacium, si fal-*

tum validum effecerit, se sola non sufficit ad dispensationem. Quando autem dubitatur de perfecta deliberatione, & additur difficultas executionis, tunc dispensationi locus est. Vehemens timor naufragii, periculi gravissimi ita interdum perturbare animum valet, ut perfectam impediat deliberationem, ita ut sufficiens interdum ratio esse queat ad dispensationem concedendam. Similiter gravissima difficultas non prævia, sed tota post editum votum apparens, potest esse dispensandi causa. *Tamburinus, Salmanticenses, Sporer* contendunt difficultatem etiam prævisam satis esse ad dispensationem; sed mihi hæc opinio falsa est. Si difficultati adjectum sit periculum grave violandi voti, tunc potest esse dispensationi locus. Dubium de emisso voto non est sufficiens causa ad dispensandum, sed tantum ad commutandum.

XXXIII. QUÆST. XXIV. *Quid sit voti commutatio, & quis commutare vota queat?* RESP. Est permutatio unius materiæ pro alia sub eadem voti obligatione. Differt á dispensatione, quæ tollit omnem obligationem, & ab irritatione, quæ potest valide fieri etiam sine causa. Commutatio est effectus jurisdictionis spiritualis. Quisque augere, non diminuere vota sua potest. Voviti centum aureos, potes dare ducentos: quia hæc est abundantior solutio, non commutatio. Disputant num quisque propria commutare vota queat. Affirmant nonnulli; sed negant S. Thomas, S. Bonaventura, & alii antiqui. Commutatio est enim actus jurisdictionis spiritualis. Sæculares personæ carent hac jurisdictione spirituali; ecclesiasticæ vero personæ exercere in semetipsas jurisdictionem spiritualem nequeunt: & ideo non valent propria commutare vota. Gratis asserunt adversæ sententiæ patroni hanc commutationem esse actum prudentiæ, non jurisdictionis spiritualis: nam in vera commutatione rescinditur prius vinculum, & aliud substituitur. Rescissio autem contractus actus est jurisdictionis. Ita est, inquiunt, quando commutatio non est in evidenter melius. Adversariorum plures statum quæstionis confundunt. Quando materia promissa augetur, non est commutatio, sed redundantior solutio. Vera commutatio est quando pro una materia, puta jejunio, substituitur alia, velut eleemosyna. Ad hanc autem permutationem requiri jurisdictionem evidens est. Id concedunt adversarii, quando materia substituenda est, vel inferior, vel æqualis: quidni etiam, quando est major, & diversi generis? Accedit quod nemo sit judex in propria causa: & difficile cognoscere homines valent, quid sit Deo gratius. Ergo standum promissis est, quæ infringi nequeunt absque mendacio, nisi interveniat jurisdictio, quæ rescindat vinculum contractum. Nemo itaque propria auctoritate commutare materiam proprii voti in aliam materiam diversi generis potest; sed necessaria est jurisdictio spiritualis. Hinc qui vovit unam Religionem, nequit propria auctoritate aliam ingredi.

XXXIV. QUÆST. XXV. *An in votorum commutatione servanda sit æqualitas materiæ?* RESP. Bonacina, Leander, Diana docent commutari vota posse in materiam minorem; sed communior, & probabilior sententia defendit servandam esse æqualitatem moralem. Commutatio siquidem contractus est: in omni autem contractu servanda æqualitas est, plus & minus juxta contractuum diversitatem. Hæc æqualitas non est arithmetica, & mathematicè accipienda, sed moraliter, seu quæ prudenter existimatur æquivalere materiæ, quæ prius voto subjecta erat.

XXXV. QUÆST. XXVI. *Quæ causa requiritur ad licitam, validamque commutationem?* RESP. Quando commutatio fit in evidenter melius à Prælato legitima auctoritate prædito, nullam requiri causam concedunt omnes; idemque dicendum subdunt, quando materia substituenda evidenter æqualis est, & probabiliter melior. Quando vero summus Pontifex in Jubilæo, vel Bulla Cruciatæ, aut aliquo privilegio dat facultatem commutandi vota, non requiritur aliqua causa peculiaris, sed sufficit executio operum quæ in præfatis Bullis præscribuntur: quia summus Pontifex talem impertitur facultatem ob bonum commune totius Ecclesiæ. Dum vero Prælati potestate ordinaria vota commutant in materiam diversi generis, semper aliqua justa causa requiritur; non est tamen semper necessaria gravis, sed interdum levis sufficere potest, ut commutatio sit licita: nam quando est in materiam æqualem valida est, etiamsi sit sine causa, non tamen licita: si vero sit in materiam inferiorem sine causa, & illicita, & invalida est, ut probabilior opinio docet. Prælatus vero sine causa vota commutans graviter peccat, quia abutitur facultate sibi concessa.

XXXVI. QUÆST. XXVII. *Quid dicendum de commutatione votorum vi Jubilæi, aut Bullæ Cruciatæ?* RESP. In Bulla Jubilei amplior conceditur facultas, nempè commutandi vota triplicis peregrinationis Romanæ, Compostellanæ, & Hierosolymitanæ, & excipiuntur sola vota castitatis, & religionis. In Bulla Cruciatæ præter hæc duo vota excipitur etiam votum peregrinationis ultramarinæ. Duo vota castitatis, & religionis, quæ in utraque Bulla excipiuntur, sunt perfecta, & absoluta. Quare non sunt excepta non nubendi, non fornicandi, castitatis conjugalis, castitatis ad tempus limitatum, nec vota dolo, metu, aut errore edita. Hæc commutatio fieri tum intra, tum extra confessionem potest: quia privilegia quæ concedunt facultatem vota commutandi, non illigant confessioni sacramentali hanc commutationem, nisi Superiores aliter decernant. In hac commutatione servanda est regula generalis commutandi, aut in melius, aut in bonum moraliter, prudenterque æquale.

XXXVII. QUÆST. XXVIII. *An votum erogandi eleemosynam tali Ecclesiæ, vel tali pauperi, possit post illius acceptationem commutari virtute Jubilæi, aut Bullæ Cruciatæ?* RESP. Mihi affirmans opinio falsa est. Quoniam sive pauper, sive Ecclesia post acceptationem promissionis voto firmatæ jus acquirunt in rem promissam. Præfata au-

autem privilegia facultatem non concedunt lædendi justitiam. Qui post susceptum Jubilæum recordatus alicujus voti, potest curare ut sibi commutetur, quia illius oblivio innoxia fuit. Transacto vero anno Bullæ Cruciatæ, gratiæ in eadem concessæ obtineri nequeunt. Qui principio hebdomadæ Jubilæi commutari sibi vota fecit sincero animo lucrandi Jubilæum, commutatio consistit, etiamsi postea negligentia, aut oblivione opera Jubilei non impleat. Quoniam obligatio semel extincta, non reviviscit. Qui tempore Jubilæi commutare vota recusat absque justa causa, peccat plus, & minus juxta varietatem circumstantiarum.

XXXVIII. QUÆST. XXIX. *Licitusne regressus est ad priorem materiam post factam legitimam commutationem?* RESP. Si commutatio facta sit in minorem obligationem, & admixta fuit dispensatio, ad pristinam materiam regredi volens potest, relicta materia substituta: quia nemo cogitur uti privilegio dispensationis sibi faventi; ut communiter auctores docent. Disputant verò Theologi, an liber sit regressus ad materiam priorem, quando commutatio facta est in melius, vel æquale legitima auctoritate. Affirmant Salmanticenses, Leander, Castropalaus, Laymanus, & alii. Quoniam, inquiunt, commutatio fit in favorem voventis. Contraria sententia mihi probabilior est. Siquidem ideò commutatio est in favorem voventis, quia aufertur prius vinculum, & aliud substituitur. Hic concluditur totus voventis favor. Porrò quando vovens acceptavit commutationem, seu onus substituturn, vinculo religionis se ad illud astrinxit. Ergo nequit ab hoc debito se liberare, præsertim quando commutatio facta est in melius, quoniam hoc majus onus liberè acceptavit, & se eidem astrinxit.

LIBER IV.

In II. & IV. Decalogi Mandatum.

DISSERTATIO I.

De Blasphemia, & Juramento.

CAPUT I.

Recensentur propositiones ab Ecclesia proscriptæ in materia juramenti.

I. EX sexaginta quinque thesibus quas anno 1679. damnavit Innocentius XI. sequentes spectant juramenti, & amphibologiæ argumentum, quas juxta ordinem quo in pontificio decreto recensentur, transcribam.

II. 24. *Vocare Deum in testem mendacii levis non est tanta irreverentia propter quam velit, aut possit damnare hominem.*

25. *Cum causa licitum est jurare sine animo jurandi, sive res sit levis, sive gravis.*

26. *Si quis, vel solus, vel coram aliis, sive interrogatus, sive propria sponte, sive recreationis causa, sive alio quocumque fine, juret se non fecisse aliquid quod revera fecit, intelligendo intra se aliquid aliud quod non fecit, vel aliam viam ab ea in qua fecit, vel quodvis aliud additum verum revera non mentitur, nec est perjurus.*

27. *Causa justa utendi his amphibologiis est quoties id necessarium, aut utile est ad salutem corporis, honorem, res familiares tuendas, vel ad quemlibet alium virtutis actum; ita ut veritatis occultatio censeatur tunc expedita, & studiosa.*

28. *Qui mediante commendatione, vel munere ad magistratum, vel officium publicum promotus est, poterit cum restrictione mentali præstare juramentum quod de mandato Regis à similibus solet exigi, non habito respectu ad intentionem exigentis, quia non tenetur fateri crimen occultum.*

CAPUT II.

Recensentur propositiones laxæ, quas non pauci docent in materia blasphemiæ, & juramenti.

I. P. Thomas Tamburinus *lib. 2. in Decal. cap. 6. §. 4. num. 17.* „ Verba contra „ Deum in obtestatione, vel phrænesi, vel ex inad„ vertentia orta ex inveterata consuetudine, „ blasphemiæ nequaquam sunt.“

II. Leander à SS. Sacrament. *tract. 1. de Juram. disp. 5. quæst. 17.* „Qui ex habitu blasphe„ mat absque plena, & sufficienti advertentia „ ad peccatum mortale, tunc non committit „ novum peccatum mortale, sed solum pecca„ vit in causa, quatenus non abstulit consuetu„ dinem, ad quam advertit.“ Citat Bonacinam, Filliucium, Toletum, Sanchez, Tamburinum.

III. Idem Leander *ibidem*: „ Peccatne mor„ taliter qui inadvertenter blasphemat, quippè „ ita habitualiter dispositus est ut etiam si ad„ verteret, blasphemaret? *Probabilius* respon„ deo, nec illum peccare mortaliter actu in „ proposito casu. Nam ut quis actu peccet, no„ vumque peccatum committat, non sufficit, „ quod habitualiter sit dispositus; & proclivis „ ad peccandum, sed requiritur necessario, quod „ actualiter, & in actu secundo sit.“ Citat pro hac opinione Sanchez, Filliucium, Laymanum, Trullenchium, & alios.

IV P. Patritius Sporer *tract. 3. in 2. præcep. Decal. cap. 1. sect. 1. num. 9. pag. 103.* „ Per „ quæcumque verba, etiam expressum juramen„ tum contidentia, juretur, ih foro conscientiæ „ omninò semper attendenda est mens, & in„ tentio jurantis ad dignoscendum, an verè ju„ raverit necne. Aut enim positivè quis intendit „ invocare Deum in testem, aut positivè noluit „ invocare Deum, aut negativè se habent, vel „ ignorans præscindit ab invocatione Dei. Si pri„ mum, certum semper est juramentum. Si se„ cundum, certo non est juramentum in foro „ conscientiæ, *sed tantum mendacium, si fal-*

Cum causa licitum est jurare sine animo jurandi, sive res sit levis, sive gravis. 26. *Si quis vel solus, vel coram aliis, sive interrogatus, sive propria sponte, sive recreationis causa, sive quocumque alio fine juret se non feciſſe aliquid quod revera fecit, intelligendo intra se aliquid aliud quod non fecit, vel aliam viam ab ea in qua fecit, vel quævis aliud additum verum, revera non mentitur, nec est perjurus.* Quisque conferat has duas proscriptas theses cum doctrina P. Tamburini, judiciumque ferat num sit vel leve discrimen.

V. Censores Theologiæ Christianæ hæc scribunt. *Ergo iniqua Concina calumniatus est tum in libro, tum in indice TAMBURINUM tanquam doctrinam propositionem damnatam.* Ut autem probent me calumniatum esse Tamburinum, P. Suarez, inquiunt, docet *lib.* 1. *de Juram. cap.* 1. *num.* 8. ipsum Tamburini doctrinam. Ergo falsò imponitur *Tamburino*, quod docuerit propositionem damnatam. Respondere jure possum. Certum est Tamburinum defendere propositionem damnatam, & quidem totidem verbis, ut omnibus sensu communi præditis, & utramque doctrinam conferentibus compertum est. Quod porrò P. Suarez juxta censores eandem Tamburini doctrinam doceat, quid inde? Immunis ne ab errore P. Suarez? Ego fatageram liberare Doctorem eximium ab hac proscripta doctrina P. Tamburini. Si censores contendunt eamdem esse Tamburini, & Suarez doctrinam, ipsis litem movere ob hoc amplius nolo. Advertant autem censores, P. Tamburinum aperte docere quæ sequuntur. *Jurare sine animo jurandi, sive res sit levis, sive gravis, vel jurare verbis æquivocis LICITUM esse cum causa.* Hæc autem est ipsa propositio 25. damnata. Et propositio 26. similiter damnata contra usum æquivocationum asserit: *Revera non mentitur, nec est perjurus.* Jurant ergo isti. Sed quia mentitur iniquitas sibi, jurant fictè, & dolosè, & non jurant vere, & sincerè, uti astricti sunt. Hæc obiter.

VI. QUÆST. III. *An qui passim nomen Dei assumunt in vanum, licèt nihil adjurent, vel negent, peccent mortaliter?* RESP. Recole christiane lector Dei verba: *Non assumes nomen Domini Dei tui in vanum*, &c. Plurimi sunt qui quacumque iræ, tædii, gaudii occasione, immò passim sanctissimum Dei nomen usurpant. Isti nomen Dei in vanum, & frustrà assumunt. Peccare istos certum est, etiamsi semper verum assererent. Porrò ultrà hoc peccatum in periculum se conjiciunt pejerandi. Ergo indigni sunt absolutione, nisi prius evellant hunc pravum habitum. Caveant itaque Confessarii absolvere istos sanctissimi divini nominis temeratores, & sacrilegos profanatores. Nec se decipi sinant à quibusdam Casuistis, qui, ut perversam hanc consuetudinem excusent, scribunt, invocationem divini nominis non esse juramentum. Ex hac enim laxa doctrina proficiscitur abusus nomine christiano indignissimus.

CAPUT V.

Juramentorum divisiones, & conditiones explicantur.

I. JUramentum aliud *assertorium*, aliud *promissorium*. Illud in confirmationem veritatis præsentis, vel præteritæ: istud ad rei futuræ promissionem confirmandam fit. In promissorio includitur assertorium; quia qui jurat se aliquid facturum, primò Deum in testem vocat veritatis præsentis, nempè se nunc habere animum efficiendi quod promittit; secundò Deum invocat tamquam fidejussorem veritatis futuræ, nempè quod executioni mandavit rem promissam. Licèt autem promissorium includat assertorium, non tamen contra.

II. Ex parte modi jurandi dividitur juramentum in *contestatorium*, quod fit per simplicem invocationem divini nominis; & in execratorium, quo invocatur Deus non tantum ut testis veritatis, sed etiam ut falsitatis punitor, ut si dicas: *sic me Deus adjuvet, si falsum pronuntio.* Reddit enim hunc sensum: *Deus me non adjuvet, si falsum dico.* Sunt aliæ plurimæ execratoriæ formulæ, quas recensere non interest.

III. Rursus juramentum aliud simplex, quo utuntur privati homines; aliud solemne, quod fit quodam solemni ritu, jure, vel consuetudine invecta, ut fit contactu Evangeliorum, vel sacrarum reliquiarum. Hoc juramentum solemne aliud *verbale*, quod verbis fit; aliud *reale*, quod contactu rei sacræ peragitur; aliud *mixtum*, quod ex utroque constat. Juramenta solemnia adhiberi in judiciis solent, suntque varia. 1. Nuncupatur *juramentum calumniæ*, quo actor jurat se litem intentare non animo calumniandi, sed ob veritatem declarandam. 2. Est juramentum *malitiæ*, quod in progressu litis judex partibus imponit, ut abstineant ab ordinariis dilationibus. 3. Est juramentum *suppletorium*, quo probationum inopia suppletur, ut inquit *Hebr.* 6. Apostolus: *Omnis controversiæ eorum finis ad confirmationem est juramentum.* 4. Tandem aliud est *necessarium*, quod in causa dubia judex imponit, quia desunt probationes; aliud *voluntarium*, quod pars parti offert, quodque vitari potest.

IV. Disputant in utramque partem Jurisconsulti, utrum reo, vel actori in causa dubia deferendum juramentum sit, quod *suppletorium* vocant. Communior sententia est, hoc juramentum reo, non actori deferendum esse. Non licet tamen hoc adhibere juramentum, nisi gravissima urgente causa. In causis verò criminalibus huic juramento *suppletorio* locus non est.

V. QUÆST. I. *Quot sunt juramenti conditiones?* RESP. Tres, nempè veritas, justitia, & judicium. In omni juramento primum necessaria est *veritas*; in cujus confirmationem divinum testimonium invocatur. Certitudo veritatis consideratur tum ex parte rei juratæ, quæ debet esse vera juxta communem intelligentiam, & consuetudinem; ut cum juratur discipulum frequentasse scholam, quod verum est, licèt aliquandò abfuerit:

fuerit: tum ex parte jurantis, videlicet requiritur quod homo rem confirmet juramento, qualem in mente habet, seu prout illam scit: si arbitratur rem esse dubiam, illam jurare ut certam non potest. In juramento promissorio duplex veritas: altera præsens, seu dicti: altera futura, seu facti. Prior sita est in hoc quod jurator nunc habeat animum implendi quod spondet; posterior in rei promissæ executione consistit.

VI. Secunda conditio est *justitia*, quæ excludit à re confirmanda juramento quamcumque rem, dictum, vel factum culpabile, iniquum, & improbum, sive justitiæ, sive alteri cuique virtuti adversetur. Ille igitur in *justitia* jurare dicitur qui rem justam, honestam, licitamque jurat. Tertia conditio est *judicium* in eo situm, quod homo antequam juret, maturè, serioquè perpendat utilitatem, & necessitatem jurandi. Hæc conditio prudentialis summoperè necessaria est, ut juramentum licitum sit, & virtutis actus: priores duæ requiruntur, ne juramentum sit peccatum.

VII. QUÆST. II. *An qui in re levissima falsum jurat, peccet mortaliter?* RESP. Negantem sententiam proscripsit Innocent. XI. num. 14. *Vocare Deum in testem mendacii levis non est tanta irreverentia propter quam velit, aut possit damnare hominem.* Gravitas perjurii non desumitur à mendacio sive levi, sive gravi, sive jocoso, sive pernicioso, sed ex irreverentia quæ Deo irrogatur. Gravissima autem injuria Deo fit quoties ille in testem mendacii vel levissimi invocatur. Qui rem dubiam ut certam jurat, perjurus est.

VIII. QUÆST. III. *Licitumne est rem quam probabilem tantum esse judicat, jurare ut veram?* RESP. Affirmans opinio mihi improbabilis est, quia materia juramenti est veritas non absolutè spectata, sed eo modo quo cognoscitur. Ergo si jurator cognoscit rem ut probabilem tantum, nequit illam jurare nisi ut probabiliter veram. Quod alii dicunt, ad juramentum in judicio præstandum requiri certitudinem moralem, in privatis verò juramentis sufficere probabilem, merum commentum est. Eadem quippè ratio formalis est juramenti publici, & privati.

IX. QUÆST. IV. *Quæ certitudo requiratur ad juramentum?* RESP. Certitudo alia evidens, & metaphysica, alia experimentalis, alia moralis, alia probabilis. Aliqui docent, sufficere certitudinem probabilem de re aliqua, ut jurare licitè valeas. Quam opinionem rejicio tamquam falsam, ut dictum est: quia juxta Probabilistas, quælibet opinio probabilis parit certitudinem moralem: aliundè quisque amplecti opinionem probabilem valet ex duabus contrariis: ergo quisque potest eamdem rem juramento vel negare, vel affirmare prout sibi placuerit. Hoc est legitimum Probabilistæ consectarium.

X. Ad juramentum itaque non sufficit certitudo probabilis, quæ dubitationem non excludit; sed necessaria est certitudo, non mathematica, sed moralis, omnis prudentis dubitationis expers. Certitudo necessaria pro licito juramento nisi debet *certissimis argumentis*, ut inquit Catechismus Tridentinus 3. *p. in* 2. *præc. Decal. sect.* 2. & communis Theologorum doctrina hæc est. Docent quoquè aliqui, ad juramentum præstandum in judicio requiri certitudinem experimentalem, quasi habetur per visum: quia testes de auditu non admittuntur. Extra judicium verò sufficere testem unum fide dignum, ut jurare quis licitè possit. Sed dicendum tam intra, quam extra judicium neminem posse jurare, ut veram rem quam ab unico teste audivit, sed debet eam jurare eo modo quo illam scit; nempè vel quia oculis compertam eam habet, vel quia narratione, aut attestatione ab aliis accepit. Cur coram judice jurare veritum est quod ab unico teste, licèt fide digno, scitur? Quia unicus testis tantam non præbet certitudinem, quanta necessaria est ad licitum juramentum, institutum ad confirmandam veritatem. Qui narrat rem ut auditam ab unico teste, suo juramento non confirmat veritatem, cum nihil ponderis ipse præbeat, sed quod audivit, testatur. Ne multa, quod ex audito, & relatione tantùm scis, jurare dumtaxàt debes te ex auditu scire: & quod tibi constat ex visu, jurare debes tibi ex visu constare.

XI. Gravissima diligentia adhibenda est in inquirenda veritate necessaria ad juramentum. Si accedat quod res confirmanda juramento sit magni momenti, in qua nempè agitur de damno, aut utilitate proximi, ex allo titulo, nempè justitiæ, major requiritur diligentia, ut vitetur damnum proximi. Prior diligentia requiritur ex titulo Religionis, ut vitetur perjurium. Quarè qui negligens gravitèr est in inquirenda veritate juranda, gravitèr peccat, quia periculo pejerandi se exponit. Similitèr gravitèr peccat qui persuadet alicui ut juret rem quam iste ignorat, ut omnes affirmant.

XII. QUÆST. V. *An defectus justitiæ in juramento assertorio sit peccatum mortale?* RESP. Si assertio jurantis sit peccatum mortale defectu justitiæ, est peccatum mortale: si verò assertio quæ juramento firmatur, est tantùm peccatum veniale, veniale quoquè erit abusus juramenti. Defectus judicii communitèr est peccatum veniale, quando res quæ juratur, evidens juranti est, solumque absque necessitate jurat. Si verò defectus judicii sit in inquirenda juramenti veritate, tunc negligentia potest esse gravis, & mortifera.

CAPUT VI.

De juramento promissorio.

I. QUÆST. I. *An defectus veritatis de præsenti, vel de futuro in juramento promissorio semper sit peccatum mortale?* RESP. Omnes fatentur defectum veritatis de præsenti esse peccatum mortale: quia respectu veritatis præsentis juramentum promissorium convenit cum assertorio. Similiter defectus veritatis de futuro in gravi peccatum mortale est, ut omnes affirmant. Disputant verò, num peccatum mortale sit, quandò res jurata levis est? Alii affirmant, alii negant. Aliqui distinguunt materiam levem in integram, & in partialem. Juraſti erogare decem

obo-

„ veritatem celare possit. Sufficit enim præci-
„ pue pro indoctis quod etsi verbis negantibus
„ utatur, in animo addat, Volo veritatem ce-
„ lare quin mentiar, vel perjurem eo modo
„ quo Doctores id fieri posse docent. " Idem *ibi num.* 188. citans Sanchez, Suarez, Castropalaum.

XXIX. „ Similitet non esset plusquam ve-
„ niale mendacium, dicere *jure*, ablata? „ cum
„ verè nihil *urat*. „ P. Thomas Sanchez *lib.* 3. *in Decal. cap.* 6. *num.* 3.

CAPUT III.

De Blasphemia.

I. QUÆST. I. *Quid, & quotuplex sit blasphemia?* RESP. S. Thomas 2. 2. *quæst.* 13. *art.* 1. hanc blasphemiæ definitionem tradit: *Blasphemia est de aliquo divino bonitati.* Idque bifariam accidit. Primum affingendo Deo quod nec habet, nec habere potest. Secundo ab eo removendo, quo carere nequit. Hoc autem fieri potest, vel intellectu tantum, vel simul etiam affectu pravo. Si corde tantum fiat, est blasphemia cordis: si foras erumpat, erit blasphemia oris.

II. Dividitur blasphemia in hæreticalem, quæ mentis assensu Deo affingit aliquid, vel removet aliquid ab eo quod ei convenit; ut si quis effutiat: *Deus est injustus, non est omnipotens, non est bonus*: & in simplicem, quæ solo pravitatis affectu absque mentis assensu aliquid Deo affingit: vel imprecatur; ut si quis dicat, *Sit maledictus Deus*, quinimmentis assensu credat Deum dignum esse maledictione. Ad hæresim enim semper requiritur assensus mentis cum pertinacia voluntatis. Forum exterius reum hæresis talem damnaret, quia exterior prolatio hæreticalis est; & de internis Deo judicium reservatum est.

III. Dividitur rursus blasphemia in eam, quæ est in Deum, & in eam quæ est in Sanctos. Illa proxime, & directè Deum, hæc Sanctos spectat. Rursus alia est *enuntiativa*, ut si quis dicat: *Ad injuriam Dei hoc volo facere*: alia *detestativa*, ut si dicatur, *Peream Deus*: Alia *irrisoria*, ut fuit illa: *Vah qui destruis templum Dei.* Blasphemiæ in Deum, & in Sanctos differunt specie, quia licèt opponantur uni virtuti Religionis, specie tamen differunt vitia eidem opposita: cultus enim Dei, cui opponitur blasphemia in Deum, plusquam specie differt à cultu Sanctorum, cui opponitur blasphemia in Sanctos. Explicandæ ergo in confessione sunt blasphemiæ istę, ut vel ipsi adversarii fatentur. Quarè nimis laxa est sequens opinio P. Tamburini, qui *lib.* 2. *Meth. Confess. cap.* 3. hæc docet: *Quamvis probabilius sit cum Suarez, & Sanchez, blasphemias contra Deum, contra Beatissimam Virginem, & contra Sanctos, differre specie; tamen cum probabile sit ex Azorio apud Dianam non differre, satis erit, si in confessione aperiatur numerus blasphemiarum; nec explicare opus erit, &c. fuisse contra Deum, vel Beatissimam Virginem, vel contra Sanctos.*

IV. QUÆST. II. *Esto blasphemia genere suo, peccatum mortale?* RESP. Affirmat communis, & vera sententia; immò blasphemia, quæ habet adjunctum errorem intellectus, & Dei odium, est peccatum omnium gravissimum.

V. Qui ex inveterata consuetudine blasphemant, scelestissimi sunt; & opinationes in excusationem eorum, qui ex consuetudine blasphemant, lacrymis potiùs deflendæ quam rationibus oppugnandæ sunt. Nam habitus, & consuetudo per pœnitentiam non retractata non auferunt libertatem, sed eam firmant in malo.

VI. QUÆST. III. *Variæ sunt blasphemandi formulæ?* RESP. Multiplices sanè sunt, quas brevitet recensebo. Jurare seriò per falsos deos, per Jovem, per Mercurium, &c. blasphemia est, quia cultus Deo debitus, dæmonibus tribuitur. Qui verò joci causa, & animo deridendi, non colendi falsos deos jurat per Jovem, non blasphemat, nec culpam perpetrat. Blasphema verba sunt illa quibus ex quæ fidei sunt, renegantur, ut si dicatur: *Renego Deum, Sacramenta*, &c. si dicatur: *Velit, nolit Deus, hoc faciam*: vulgò *al dispetto di Dio.* Laudare Deum verbis obscœnis, aut Christi, Sanctorumque pudenda membra nominare blasphemiæ sunt. Jurare verò per caput, per corpus Christi, non est blasphemia. Ab his tamen juramentis omninò abstinendum est. Blasphemia est enuntiare diabolum omnipotentem, aut sanctum. Amatam puellam deam vocare non est blasphemia, quia reipsa eidem deitas non tribuitur: indignè tamen homine christiano locutiones sunt. Blasphemię quoquè sunt ejusmodi expressiones: *Non credo Deum, Crucem, Evangelia, Sacramenta, si ita res se habeat*; quidquid in oppositum dicat Tamburinus. Qui falsum jurat, non est blasphemos.

VII. QUÆST. IV. *Quæ sunt pœnæ in blasphemos constitutæ?* RESP. Pœna capitis blasphemi plectebantur in veteri lege, *Lev.* 24. ubi hæc habentur: *Qui blasphemaverit nomen Domini, morte moriatur. Lapidibus opprimet eum omnis multitudo, sive ille civis, sive peregrinus fuerit.* Jus civile ultimo supplicio puniendos blasphemos decernit, quæ leges desuetudine evanuerunt quantum ad capitis pœnam: omnes tamen Principes severè in blasphemos animadvertunt.

VIII. QUÆST. V. *Qui blasphemus audit, debetne eos ad judicem deferre?* RESP. Affirmat communis sententia: idque præcipiunt, & Julius III. & Concilium Lateranense *sess.* 9. *cap. Ad abolendum.* Quod intelligendum est, si blasphemiæ sint hæreticales, ut clarius suo loco dicetur. Corrigendi verò omnes blasphemi sunt. Sæpè correctio omittitur sub prudentię carnalis obtentu, & humanorum respectuum fuco. Si hęreticales blasphemiæ fuerint, denuntiandæ sunt judici legitimo juxta morem regionum.

IX. QUÆST. VI. *Quomodo se gerere cum blasphemis Confessarii debeant?* RESP. Si blasphemiæ sint simplices, ab eisdem absolvere Confessarius valet pœnitentem. Similiter absolvere potest à blasphemia exterius tantum hæreticali, quando nullus adsit error interior. Antequam Confessarii blasphemos absolvant, gravem pœnitentiam imponere illiem debent, ut Concilium Lateranense *sess.* 9. §. *Ad abolend.* præcipit his verbis: *In foro pœnitentiæ nemo blasphemiæ reus absque gravissima severi Confessarii arbitrio injuncta pœnitentia possit absolvi.* Respondent communiter benigni Probabilistæ, hoc Concilii decretum non esse usu receptum. Secus non est usu receptum? Ad hoc nullum responsum præbent Leander, Sanchez, Castropalaus, Salmanticenses, auctores istius interpretamenti. Reverà non est usu receptum, seu executioni mandatum decretum istud. Sed cur? Quid causas inquiris? Quia benigni Confessarii noluerunt illud executioni demandare: ad istos enim executio attinet. Ergo si non est usu receptum, benigni Confessarii in causa sunt cur sacri generalis Concilii decretum desuetudine jaceat. At numquid hæc Casuistarum, & Confessariorum negligentia efficere valet, ut conciliare decretum in fumum occidat? Nonne Tridentinum præcipit, ut pro criminum qualitate pœnitentiæ congruę imponantur? Nonne lex, & naturalis, & divina id præcipit ut gravissimum scelus, quale blasphemia est, gravi pœnitentia plectatur? Caveant itaque Confessarii ab hac, & simili quorumdam Casuistarum benignitate. Leander *disp.* 5. *quæst.* 67. docet absolvendos esse illos qui ex consuetudine blasphemant, si verè doleant, & pro hac sua opinione citat Castropalaum, Hurtadum, Trullenchum, & alios. Sed hæc opinio damnata est. Numquid enim verè dolent consuetudinarii, qui à prava consuetudine recedere negligunt? Prudenter judicare non potest Confessarius, immò oppositum arguere debet.

CAPUT IV.

De juramento, variisque jurandi formulis. Laxa P. Tamburini doctrina rejicitur.

I. NON *assumes nomen Domini Dei tui in vanum: nec enim habebit insontem Dominus eum qui assumpserit nomen Domini Dei sui frustra*: Exod. c. 20. Meditare, christiane lector, hæc Dei verba. Non minatur Deus perjuris, sed illis qui *frustra*, qui *in vanum* assumpserint nomen Dei. Frustra autem, & in vanum sanctissimum Dei nomen assumunt qui absque urgenti necessitate illud usurpant. Hæc paucissima Dei verba sufficerent ad resolvendas innumeras de juramento quæstiunculas, nisi subtilia, & cavillatoria nonnullorum Casuistarum interpretamenta splendidissimam, & gravissimam veritatem obscurassent.

II. QUÆST. I. *Quid sit juramentum, & quænam jurandi formulæ?* RESP. Juramentum est invocatio divini nominis ad fidem faciendam, aut promissionem firmandam, ut cum S. Thoma 2. 2. *quæst.* 89. *art.* 1. Theologi docent. Juramentum, jusjurandum, & sacramentum in hac materia synonima sunt. Igitur juramentum prefatè acceptum est *invocatio divini testimonii in confirmationem veritatis.* Quod pluribus modis agere possumus 1. *Expressè* cum verbis Deus in testem vocatur. 2. *Tacitè*, ut si rogaris num jures, nutu, capite, gestu, oculis annuas. 3. *Facto*, ut dum tibi juramentum præstandum proponitur cum libro Evangeliorum, librumque tangas; jutas, etiamsi nihil proferas. 4. *Mente*: dum animo juras te aliquid facturum, in foro interiori juramento astringeris. Si jurares librum putarum Evangeliorum tangendo, si postea deprehenderes librum esse profanum, juramentum teneret, illudque servare debetes, quia materialis diversitas est.

III. Variæ sunt jurandi formulæ. *Juro per Deum. Mihi Deus testis est. Vivit Deus. Testem invoco Deum vivum. Per Deum; per fidem Dei, per fidem Christi.* Hæ omnes sunt formulæ juratoriæ. Ad has revocantur quæ fiunt per creaturas: *Per Cœlum, per terram, per animam meam, per salutem meam, per Angelos, per B. Virginem, per Sanctos.* Hæ creaturæ peculiarem habent respectum ad Deum, sicut, & istę, *per Templa, per Altaria, per Evangelia, per elementa.* Secùs dicendum, cum juratur per creaturas infimas, vilesque, ut si quis juraret: *Per meam barbam, per meos capillos, per meum canem*, &c. Licet enim omnes sint creaturę Dei, in his tamen juxta communem acceptionem peculiari modo non resplendet divina bonitas: ideò non efficiunt juramentum. Si tamen in obliquo Deus invocaretur, ut si quis diceret: *Per hanc Dei panem, per Dei ignem, per aerem Dei, per hanc creaturam Dei*: verum esset juramentum. Juratorię quoquè sunt sequentes formulæ. *Sic me Deus adjuvet, damnet me arripiat, moriar, peream, si ita non est.* Immò hæc sunt juramenta execratoria. Qui vero dicunt, *in rei veritate, profectò, per fidem meam, in fide boni viri, in mea conscientia, non jurant.*

IV. QUÆST. II. *An jurent homines passim ajentes*: Par Dios, *ut Hispani*, Per Dio; *ut Itali*, par Dio, *ut Siculi*, *seu per Deum ita est*? RESP. Negat P. Patritius Spoter *tract.* 3. *c.* 1. *sect.* 1. *n.* 9. rationemque assignat, *Aliquin semper juraremus, & sæpissimè perjuraremus qui ad singula fere verba effutiunt illud sumpserunt per Deum, per Sacramentum*, &c. Næ robustissima ratio! & hoc principio utuntur frequenter non pauci Casuistæ. Eamdem doctrinam docet P. Tamburinus *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1. §. 3. *n.* 6. his verbis. *Licèt ego dicam*, Juro per Deum, *si nollem per hæc verba Deum ut testem mei dicti implorare, utique non implorabo nisi valdè materialiter, sicuti pistacus à magistro edoctus eadem verba proferret.* Hanc eamdem doctrinam repetit, & clarius explicat ibidem *cap.* 3. §. *n.* 1. his verbis P. Tamburinus. *Certum est juvare sine animo jurandi, sive res sit levis, sive gravis, vel juvare verbis æquivocis non esse licitum sine causa; LICITUM esse cum causa juxta ea quæ diximus c.* 2. §. 2. Quid dicit Tamburinus citato *c.* 2. §. 2. quo se remittit? En ejusdem verba. *Quæritis est an liceat juranti accipere verba in alio sensu ab illo quem ex præferunt. Juro v. g. per Deum me hæc mihi non dormivisse, intelligendo vestitum. . . Resp. licere. . . At est ne saltem veniale sic per equivocationem juvare? Resp. Si aliqua subsit causa. . . nullum est peccatum. Si nulla sit causa, veniale erit.* Propositio damnata ab Innocentio XI. hæc est, nempè 25.

Cum

„ *sum, sic asserui.* Si tertium, *iterum non est juramentum, quia eo ipso Deus non invocatur* „ *ut testis; aliquin semper jurarent, & sæpissimè* „ *perjurarent qui ad singula ferè verba effutiunt illud sanum* per Deum, per Sacramentum, &c. „ *Unde Confessarius audiens pœnitentem, falsò ju-* „ *rasse se accusantem, non statim eum perjurasse cen-* „ *sere debet, sed interrogare, an intenderit Deum in-* „ *vocare in testem, & quidem falsitatis. Et longè* „ *sæpissime deprehendit, non fuisse perjuria, sed* „ *tantùm mendacia ex materia sua dijudicanda,* „ *aliquando officiosa, aliquandò jocosa, & sic va-* „ *lia.*" Neque cum jurans se falsò jurasse testatur, ei fides habenda; sed interrogandus, utrum quandò *per Deum* affirmavit rem ita esse, intenderit Deum invocari in testem, & quidem falsitatis?

V. P. Thomas Tamburinus *lib.* 3. *in Decal. cap.* 1. §. 3. *num.* 6. *pag.* 78. Felix Potestas *tom.* 1. *part.* 2. *de* 2. *præcept. Decal. cap.* 2. *num.* 1133. *pag. mihi* 111. „ Per quæcumque verba, etiam „ perspicuè Deum continentia, multo magis „ dubiè, emittatur juramentum, erit omnino, „ & semper in foro conscientiæ ad intentionem „ jurantis attendendum, si velimus deprehen- „ dere, an verè juramentum sit. Vel enim, quæ- „ cumque tandem verba proferantur, intendit „ quis primò positivè invocare Deum, vel se- „ cundò positivè non invocare, vel tertiò (si- „ vè quia non advertit, sivè quia nescit) præs- „ cindit ab ejusmodi invocatione, hoc est nec „ intendit, nec non intendit invocare. Partitio „ videtur adæquata: continet enim contradic- „ toria, & peccisionem ab ipsis. Jam si primum, „ certò erit juramentum, ut ex se patet. Si se- „ cundum, certò juramentum non erit, ut fa- „ tentur communiter Doctores .... Licèt enim „ ego dicam, *juro per Deum*, si nolim per hæc „ verba Deum ut testem mei dicti implorare, „ utique non implorabo, *nisi valdè materialiter,* „ *sicuti pistacus à magistro edoctus eadem verba* „ *proferret.* Certè in Sicilia ignobiles viri uno- „ quoque verbo *per Dio* jurant. Quis autem di- „ cat eos ignobiles verè jurare, cum nec ipsi „ aliquando sciant, quid significet illud *par* „ *Dio*? Videtur autem ex sua notione significare „ *per Deum.* Denique si tertium, *certò item jura-* „ *mentum non erit, quis non invocat Deum.* Cùm „ enim hic abstrahat ab invocatione clarè appa- „ ret invocationem non exhibere."

VI. Leander à SS. Sacram. *tract.* 1. *de Juram. disp.* 7. *quæst.* 8. *pag.* 46. „ Ad veritatem „ juramenti assertorii exigitur, & satis est ut ju- „ rans ita rem se habere arbitretur prudenter, & „ non levi conjectura ductus, sed certa, aut „ verisimili, atque probabili ..... Tamburi- „ nus tamen addit, quod ad jurandum non suf- „ ficiat quælibet probabilitas; sed ea, quę ad „ certitudinem moralem faciendam perveniat, „ necessaria sit. *Sed certè qualibet probabilitas fa-* „ *cit moralem certitudinem*, ut sæpè diximus cum „ communi. Undè, ut benè ait PALAUS, suffi- „ ciet, si prudenter, hoc est secundum probabi- „ lem rationem, ita esse arbitretur." Quod quælibet probabilitas faciat moralem certitudinem, est propositio quæ in altera ab Ecclesia damnata continetur. Sequitur ex hac doctrina ut quisque valeat eamdem rem juramento, aut asfirmare, aut negare.

VII. P. Thomas Tamburinus *lib.* 11. *in explic. Decal. cap.* 2. §. 2. *num.* 1. „ *Juro v. gr. per* „ *Deum me hac nocte non dormivisse, intelligendo* „ *vestitum; me non habere pecuniam, intelligendo,* „ *quam tibi elargiri velim; uxorem, vel maritum* „ *matrimonii leges non fregisse, intelligendo manifes-* „ *te; non deberi à me tibi centum, intelligendo, ita* „ *ut non possim ea mihi compensare cum aliis centum* „ *quę tu mihi debes.*

„ Resp. *Licere*, ut iidem docent (nempè Les- „ sius, Castropalaus, Rebellus, Bonacina) & „ docetur passim, præscindendo tamen à dam- „ no, quod doloso hoc juramento injustè face- „ rem, *etiam si quis non sit rogatus jurare, sed se* „ *offerat.*"

VIII. Antonius à Spir. Sanct. *tract.* 5. *de juram. disp.* 1. *sect.* 9. *num.* 53. *pag.* 142. „ Roga- „ tus à judice de delicto, quod saltèm sub opi- „ nione probabili non tenetur manifestare, ut „ si solum detur semiplena probatio, negare „ potest se illud commisisse, subintelligendo *in* „ *carcere*, vel ad dicendum .... Immò potest se „ offerre ad sic jurandum, quando id opus esset." IX. Idem *ibid. num.* 54. *pag.* 143. „ Mulier „ quæ adulterium commisit, *potest sub juramento* „ *negare se commisisse, subintelligendo, ut manifestare* „ *tentatur.*"

X. Castropalaus *tract.* 14. *disp.* 1. *punct.* 7. Lessius *lib.* 2. *cap.* 42. *dub.* 9. *num.* 4. Leander *tract.* 1. *disp.* 43. *quæst.* 27. Candidus *disp.* 2. *art.* 3. *dub.* 14. „ Mercatores, qui non possunt jus- „ tum pretium ab emptoribus obtinere, nisi „ jurent tanti, vel tanti sibi mercem stare, „ cum de facto non stet, jurare quidem pos- „ sunt tanti sibi stare, subintelligendo *computa-* „ *tis omnibus expensis, vel tanti sibi stare cum* „ *alia merce quam habent domi, vel alibi eme-* „ *rant.*"

XI. Candidus *disp.* 26. *art.* 4. *dub.* 14. Lean- „ der *tract.* 1. *disp.* 43. *quæst.* 28. Palaus, Bona- cina, Rebellus, & alii pene Leandrum. „ Idem „ dicendum de emptoribus, qui, ne cogantur „ emere merimonia à mercatoribus supra jus- „ tum pretium, adfirmant sub juramento, res „ ab aliis minoris emisse, vel sibi offerri mino- „ ri pretio; ut venditores descendant ad justum, „ vel infimum pretium, intra justum tamen, „ mente concipiendo res minoris emisse, vel si- „ bi oblatas minori pretio, quàs alio tempore „ emerunt."

XII. Castropalaus *tract.* 14. *disp.* 1. *punct.* 7. *num.* 16. *pag. mihi* 11. Leander *tract.* 1. *disp.* 45. *quæst.* 37. & penes istos Sanchez, Bonacina, Suarez, Lessius, Trullench, Diana, & alii: „ Etiam- „ si rogans omnem æquivocationem vellet ex- „ cludere, & ultra juramentum de re facta, pe- „ tat juramentum de calumnia, exigatque ju- „ ramentum dicendi veritatem sincerè absque „ ulla æquivocatione, adhuc poteris jurare am- „ phibologico juramentum, & restrictione facta: „ quia subintelligere potes, te juraturum absque „ æquivocatione injusta. Nulla enim propositio „ tam ampla sumi potest quin aliquam restrictio- „ nem habere possis in mente.

XIII. „ Titius qui inducit testem ad juran- „ dum falsum, quod testis putat esse verum, „ non peccat, licèt ipse Titius sciat esse falsum." Petrus Hurtado, Diana, Tanczedus apud Tamburinum, qui hanc opinionem ut probabilem suscipit *lib.* 2. *cap.* 1. §. 6. *num.* 7. *pag.* 60. P. Matthæus Moya *tom.* 2. *ad tract.* 2. *disp.* 1. *q.* 7. *num.* 2. *pag.* 116. *Ego puto in praxi securam.* Probabilem dixerunt Tamburinus, Diana, Lander, Hurtado, & alii similes: securitatis incrementum adjecit P. Moya.

XIV. Patritius Sporer *tract.* 3. *in* 2. *præcept. Decal. cap.* 1. *sect.* 4. *num.* 151. *pag.* 225. ex Tamburino *lib.* 3. *cap.* 1. §. 5. & aliis: „ Con- „ suetudo culpabiliter retenta jurandi falsum de- „ liberatè, seu indifferenter verum, & falsum, „ probabilius non est peccatum distinctum ape- „ riendum in confessione ab ipso peccato actua- „ li perjurii: sed sufficit confiteri ipsum actum „ perjurii."

XV. Idem *ibidem*: „ Moraliter enim minus „ deliquisse censendus est qui consuetudinis con- „ tractæ impetu pejeravit, *quamvis deliberatè*, „ quam qui recenti, & spontanea mente, ac li- „ bertate."

XIV. Joannes Sanchez *in selectis disp.* 9. apud Tamburinum *lib.* 3. *cap.* 1. §. 3. *num.* 3. *pag.* „ 79. Igitur impertienda est pœnitenti absolutio „ volenti, & proponenti cessationem peccati, & „ nullam externam habenti occasionem, *quan-* „ *tumcumque consuetudini peccati addicto.*"

XVII. Tamburinus *Method. exped. Confessar. lib.* 2. *cap.* 3. §. 3. *num.* 21. *pag.* 109. „ Qui ex „ inveterata consuetudine advertenter jurat fal- „ sò, satis est ne dicere, semel juravi falsum; „ an potius necesse erit etiam addere, id fuisse „ ex mala consuetudine? Respondeo, non esse „ necesse ... Idem dic, ut semel hac occasio- „ ne dicam, de inveterata consuetudine forni- „ candi, blasphemandi, & cæterorum similium: „ par enim est ratio."

XVIII. Patritius Sporer *loc. cit. num.* 154. „ Intellige tamen, dummodò actu positivo il- „ lam pravam consuetudinem non acceptet, „ vel approbet; sed solùm negativè se habens „ eam vincere negligat, *vel desperet: quod sanè* „ *non rarum*, & valdè notandum Confessario, „ ne nimium vexet conscientias afflictas." Non est vexandus, qui desperat vincere consuetudi- nem jurandi: quia non raro contingit eos sic des- perare victoriam: ideò urgendi non sunt ad præ- fatam consuetudinem evellendam. Hæc doctri- na obtrudit quorundam præceptorum observan- dorum impossibilitatem.

XIX. P. Dominicus Viva *tom.* 1. *part.* 2. *q.* 7. *art.* 7. *num* 3. *pag.* 86. & plures alii: „ Qui „ verò habet consuetudinem, tam jurandi, quam „ mentiendi, non tamen conjungendi juramen- „ tum cum mendacio, si quoties jurat, adver- „ tenter jurat, & procurat non conjungere cum „ juramento mendacium, neque teneatur sub „ mortali talem consuetudinem extirpare."

XX. Castropalaus *tom.* 3. *tract.* 14. *disp.* 1. *punct.* 7. *num.* 4. „ Si enim aliqua causa honesta „ occultandi veritatem intercedat, qualis esset, „ si ad tuam, tuorumque salutem, honorem, „ rem familiarem tuendam conveniret occulta- „ tio: aut si convenerit ne annueres interro- „ ganti injustè; nullam culpam committis sic „ amphibologicè jurans. Quod verum habet, „ etiamsi non rogatus jures, sed te offeras ad „ jurandum; si tamen jurandi, occultandique „ veritatem honesta causa intercedat.

XXI. „ Rogatus de delicto, quod saltèm sub „ opinione probabili non teneris manifestare, „ vel ex eo quod non juridicè rogaris, vel ex „ eo quod tibi grave nocumentum ex manifes- „ tatione provenit; negare poteris te fecisse, sub- „ intelligendo in carcere, vel ad dicendum." Idem *ibidem.*

XXII. „ Rogatus, an promiseris mutrimo- „ nium, à cujus obligatione secundum *opinio-* „ *nem probabilem* immunis es, jurare poteris non „ promisisse, subintelligendo, ut tenearis." Idem *ibid. num.* 5.

XXIII. „ Exemptus *probabiliter* à gabellæ so- „ lutione, jurare poteris te non portare talem, „ aut talem rem, *esto portes*, subintelligendo, „ ita ut gabellam debeas." Idem *ibid.*

XXIV. „ Pro supra dictis est maximè adver- „ tendum, utentem aliqua ex dictis amphibo- „ logiis debere scire, saltèm in genere, se posse „ absque mendacio veritatem tegere. *Non tamen* „ *opus est in particulari cognoscere modum quo* „ *debet tegi.* Quocirca si intendat jurare eo sen- „ su quo vir doctus verum reperiet, & sciat ve- „ rum reperiri posse, sufficiet ad excusationem „ perjurii." Idem *ibi.*

XXV. P. Dominicus Viva *in Comment. pro-* *pos.* 27. Innocentii XI. „ Quandò tamen non „ occurrit commoda æquivocatio, aut restrictio „ externa, si causa sit gravis, rustici possunt usu „ duplicis scientiæ facilè obvio veritatem oc- „ cultare, non animo decipiendi, *sed solùm per-* „ *mittendo deceptionem.*"

XXVI. „ Consuetudinarius, ut in pejeran- „ do, etsi sæpè promiserit, & emendatus num- „ quam fuerit, absolvi potest dummodò do- „ lorem habeat, & emendari promittat." P. Tortecilla *tom.* 1. *Sum. tract.* 3. *disp.* 1. *cap.* 2. *§.* 1. *num.* 105. Laudat Palaum, & Bonacinam.

XXVII. „ Etsi verba secundum se æqui- „ voca non sint, nec nisi verùm sensum habeant, „ nihilominùs ratione circumstantiarum loci, „ temporis, officii, interrogantis, & respon- „ dentis, &c. restrictio, quæ alias esset purè „ mentalis, fieri potest sensibilis, & à menda- „ cio, & perjurio excusari, ac cum justa causa „ ejus usus licitus fieri." Idem *consuit.* 23. *num.* 134.

XXVIII „ Immò nec opus est quod jurans „ vel attestans agnoscat specificum modum quo

„ ve-

obolos : erogat novem, retento uno. Isti leviter te peccare ajunt : quia inquiunt, non deest tota veritas juramento, sed tantum minima pars. Auctores utriusque sententiæ hanc tertiam rejiciunt, ut inutilem, & ineptam : quia admisso quod defectus integræ materiæ sit mendacium, etiam defectus materiæ partialis mendacium est. Mendacium autem in juramento infert perjurium. Ineptа quoquè est opinio hæc, quia vix in praxi accidit. Quis enim adeò demens est ut velit ob rem levissimam, impleta majori parte, lædere juramentum ? Rejecta igitur hac opinione, quænam ex duabus extremis opinionibus est probalior, quandò tota, & integra materia levis juramento confirmata omittitur ?

II. Mihi probabilior videtur sententia affirmans, te peccare mortaliter in proposito casu. Eam S. Thomas 2. 2. *quæst.* 89. *art.* 7. docet his verbis : *In juramento quod præstatur de his quæ sunt fienda à nobis, obligatio cadit, & contra super rem, quam alteri juramento firmavit. Tenetur enim aliquis ut faciat verum esse id quod juravit, alioquin deesset VERITAS à juramento.* Eamdem doctrinam defendit S. Antoninus, & S. Raymundus, Catechismus Tridentinus, Gersonius, & alii gravissimi Theologi. Ratione confirmatur sententia hæc. Juramenti promissorii veritas est executio rei futuræ, sicut veritas assertorii est res præsens. Defectus veritatis præsentis etiam, levissimæ rei in assertorio est perjurium mortale. Ergo similiter defectus veritatis futuræ in promissorio est perjurium lethale. Confirmatur. Ideò in juramento assertorio defectus veritatis in re levissima est semper peccatum mortale, quia Deus adducitur in testem falsitatis. Sed quoties non impletur res promissa confirmata juramento promissorio, Deus adducitur in testem mendacii. Ergo committitur perjurium mortale. Mirifica sunt responsa, quæ Cardenas, Lacroix, & alii præbent : idcircò brevitatis studio illa prætereo. Lege *tom.* 3. *Theol. Christ. lib.* 5. *disp.* 2. *cap.* 1. Vix eximi potest contraria opinio à thesi damnata : *Vocare Deum in testem mendacii levis*, &c. Sententia nostra intelligitur de juramentis seriò, & animo deliberato factis ; secus de illis quæ edunt matres verberandi filios, aliisque similibus. Peccat mortaliter juxta omnes, qui sub juramento tem promittit animo dubio illam implendi.

III. QUÆST. II. *An mortaliter peccet contra Religionem qui jurat se aliquod grave peccatum patraturum ?* RESP. Affirmant omnes. Excusant verò non pauci à peccato gravi eum qui juravit se patraturum peccatum veniale, ut videre licet apud Salmanticenses *tract.* 17. *cap.* 2. *punct.* 5. *num.* 54. Verùm opinio hæc mihi non probatur. Qui jurat sine animo jurandi, mortaliter peccat. Cur ? Quia abutitur juramento. Sed pejor, ut mihi videtur, abusus est, dum quis juramento abutitur ad confirmandam iniquitatem patrandam.

IV. Quod peccatum mortale sit jurare sine animo jurandi, patet ex thesi 25. proscripta ab Innocent. XI. Qui jurat falsum sine animo jurandi etiam in materia levi, peccat mortaliter, quia abutitur juramento in confirmationem mendacii. Qui jurat commissionem peccati venialis, Deum adducit in patrocinium iniquitatis. Gravitas autem perjurii non tam desumitur à gravitate materiæ, quam à gravi injuria illata majestati, & sanctitati divinæ.

V. P. Lacroix *lib.* 3. *p.* 1. *dub.* 14. *n.* 277. docet cum multis, quos citat, non peccare mortaliter, qui jurat verum sine animo jurandi in materia levi, dummodò non fiat juramentum in judicio, in contractu, aut in simili negotio. Pro hac opinione citatur etiam P. Suarez. Verùm quomodo eximi à præfata thesi damnata hæc opinio possit, mihi non constat. Quarè probabiliorem judico sententiam contrariam *Cajetani*, *Armillæ*, & aliorum docentium, hunc peccare mortaliter ob sacrilegum juramenti abusum. Qui enim jurat sine animo jurandi, intentionem efficacem jurandi habet, & inefficacem non jurandi. Pendet utique juramentum ab intentione hoc in sensu ut homo non ex subreptione, non ex lapsu linguæ, sed sciens, & advertens, seu deliberato animo jurare debeat. Porrò quandò sciens, & advertens jurat, non est in ejus potestate suspendere intus intentionem jurandi. At reipsa suspendit, inquis, animum jurandi, licèt extrinsecus juret. Respondeo suspendere inefficaciter. Quoniam dum extrinsecus jurat, hæc intentio quæ foras erumpit, efficax est, & prævalet intentioni interiori : ideò sic jurans revera pejerat. Similiter qui jurat animo non se obligandi, reipsa obligatur. Juramentum enim includit obligationem. Ergo qua voluntate quis vult juramentum, eadem vult, aut velle debet quod necessario juramentum consequitur.

CAPUT VII.

De Juramento doloso, æquivoco, & amphibologico, & de restitutionibus mentalibus.

I. PAuca delibabo *ex diff.* 3. *lib.* 5. *tom.* 3. *Theol. Christ.* Plato, Origenes, S. Hilarius, S. Joannes Climacus, Martinus Dumiensis, Cassianus licitum mendacii usum in extrema necessitate docuerunt. Ex ethnicis Aristoteles, ex Patribus Lactantius, S. Basilius, S. Gregorius, sed præ omnibus S. Augustinus calamum acuit contra mendacium duobus integris libris, quorum unus est *de mendacio*, alter *contra mendacium*. Eorumdem synopsim texui *loc. cit.* Doctrinam Augustini utpotè evangelicam adoptarunt omnes christiani Doctores, quorum nemo post Augustinum, licitum in quovis casu mendacium propugnavit umquam.

II. Decimo sexto cadente sæculo, Probabilismo invecto, restrictionum mentalium usus maximè prodit. Inter cæteros recentiores Theologos, qui latiùs, simulque laxiùs, ut mihi videtur, restrictionum mentalium inventum amplificarunt, sunt P. Sanchez, & P. Tamburinus. Paucis doctrinam istorum perstringam.

III. Sanchez *lib.* 3. *in Decal. cap.* 6. *num.* 15. „ Possunt absque mendacio verba usurpari, „ cèt ex sua significatione non sint ambigua, nec „ eum verum sensum admittant ex se, nec ex „ circumstantiis occurrentibus ; sed tamen ve„ tum sensum reddant ex aliquo mente proferen„ tis retento, quodcumque illud sit ; ut *si quis* „ (hic incipit propositio damnata ab Innoc. XI.) „ *vel solus, vel coram aliis, sive interrogatus, sive* „ *propriâ sponte, sive recreationis causa, sive quo„ cumque alio fine juret se non fecisse aliquid quod re„ verà fecit, intelligendo intra se aliquid aliud quod* „ *non fecit, vel aliam viam.* (Sanchez habet *aliam* „ *diem* : & hæc est vera lectio : mendum siqui„ dem irrepsit in propositionem damnatam) *vel* „ *quod vi aliud additum verùm* ; *reverà non men„ titur, nec est perjurus.* (Hucusque propositio „ damnata.) Sed tantùm (persequitur Sanchez) „ non dicit veritatem determinatam ; quam au„ dientes concipiunt, & verba in se significant, „ sed aliam veritatem disparatam. " Plures suæ opinionis patronos recensèt, nimirùm Navarrum, Valentiam, Salonem, Toletum, Manuelem, Philiarcum, Suarez, Leonardum. Probat verò suam sententiam auctoritate Christi Domini, qui Joan. 7. dixit : *Non ascendam ad diem festum* : „ Et tamen (inquit Sanchez) statim as„ cendit : quæ tamen oratio vera fuit ex addito „ mente Christi retento, scilicèt, non *ascendam* „ *manifestè* : quem sensum ea verba ex se non fa„ ciebant. "Plura alia argumenta tum ex Scriptura, tum à ratione petita promit, quæ missa facio, ut alias hujus doctrinæ regulas describere persequar.

IV. Eodem capite *num.* 19. hæc habet. *Causa verò utendi his amphibologiis est, quoties id ne„ cessarium, aut utile est ad salutem corporis, honorem, res familiares tuendas, vel ad quemlibet alium vir„ tutis actum, ita ut veritatis occultatio censeatur tunc expediens & studiosa.* Hæc est propositio 27. ab Innoc. XI. damnata. Addit verò *num.* 22. sub finem, causam utendi his amphibologiis esse posse jocum, seu recreationem. Verùm, inquit, si juramentum adesset, esset manifesta culpa ; *at sola esset venialis.*

V. Idem num. 24. *Potest testis prædictis æqui„ vocationibus uti, etiamsi alias juridicè rogetur, quo„ tiescumque tentetur ob aliquam causam ferre testimo„ nium, ut quia notabile damnum ipsi sequetur, &c. „ Quia cum ea causa excusante non tenetur, verè di„ cit se nescire, non vidisse, non audivisse, intelligen„ do, ita ut dicere teneatur.*

VI. Idem *num.* 29. hanc scribit : „ Quando „ taxa alicujus rei est injusta, pluris vendens, „ aut defraudans in pondere, & mensura, ità „ ut sibi satisfaciat pro pretii injustitia, & reddat „ correspondentes merces pretio dato, potest „ hic rogatus à judice, an pluris vendiderit, vel „ defecerit in pondere, id negare, affirmare, „ se pretio taxato vendidisse, & integrè pondus, „ & mensuram tradidisse intelligendo hæc : *ita* „ *ut pluris vendens, aut deficiens in pondere, & „ mensura deliquerit.* Quippè absque delicto „ utrumque fecit. Atque ita verè dicit se inte„ grè tradidisse, nempè quatenùs tenebatur eo „ pretio accepto nec excelsisse delinquendo. *At„ que ad hoc satis est opinionem esse probabilem, eam „ taxam non obligare.* " Non modò restrictiones mentales, seu mendacia hic docentur ; verum etiam Reipublicæ regimen penitùs convellitur. Si opinio probabilis satis est ut subditi valeant Principatus sanctiones contemnere, aliasque, quas ipsi probabiliter justiores existimant, substituere ; actum est sanè de Republica.

VII. Idem *num.* 31. hæc scribit : „ Quintò „ deducitur, eum cui licitum est aliqua bona „ abscondere, eo quod illis ad vitam sustentan„ dam egeat, ne à creditoribus capiantur, & sic „ cogatur mendicare, posse rogatum à judice „ jurare se nulla bona abscondita habere (atque „ idem possunt jurare id scientes, dummodò ipsis „ constet licitè eum abscondere ad hunc finem) „ intelligendo secum : *Non habere bona abscondita „ quæ judici manifestare tenetur.* " Sermo est non de extrema, sed gravi necessitate. Vult siquidem, debitorem posse retinere bona creditori, ne cogatur mendicare, & insuper jurare se ea non retinuisse. Quid validius ad fraudes invehendas omnes, & debitorum solutionem eludendam ?

VIII. Idem *num.* 32. „ Sextò deducitur, „ quotiès quispiam à cujusvis debiti obligatione „ liber est, posse rogatum à judice de illo id ne„ gare, intelligendo intra se, *ita ut debeat* : quia „ respondet ad debitam judicis mentem. Qua „ ratione optimè Covarrubias, Cepola, & Azo„ rius docent, eum qui mutuo nummos aceptos „ solvit, posse à judice rogatum de mutuo, ju„ rare se illud non accepisse, intelligendo, *ita* „ *ut tenetur solvere.* Idem docent Suarez, Pot„ taldus. *Atque idem dicendum est, si quacumque* „ *alia ex causa ab eo mutuo solvendo liber esset. At„ que ita idem credo, si tunc non teneatur solvere, eo* „ *quod terminus ad quem mutuum datum fuit, non* „ *est impletus, vel præ paupertate excusatur debi„ tor à tunc solvendo.*

IX. Idem *num.* 36. „ Nono deducitur, cre„ ditorem virtute instrumenti publici exigentem „ coram judice debitum, vulgò *executando per* „ *la deuda*, posse jure jurando asserere quantita„ tem in eo instrumento contentam esse sibi de„ bitam prout jure debetur ; etsi pars illius sum„ mæ debitæ soluta sibi sit ; si tantundem pecu„ niæ, quantumdem solutum est, sit alia via si„ bi debitum ; de quo nullum est instrumentum „ publicum, virtute cujus exigatur ... dummo„ dò tamen præjudicium non contingat alterius „ creditoris. "

X. Idem *num.* 37. „ Decimo deducitur, „ si per injuriam extorqueatur promissio jurata „ alicujus pecuniæ dandæ, licere juramti uti „ hac æquivocatione : *Juro tibi me numeraturum* „ *pecuniam*, intelligendo ut ille casus *tibi* rega„ tur à verbo *juro* ; ita ut sensus sit : *Tibi juro fo„ re ut numeram pecunias, sive tibi sive alteri* : „ quod ea oratio patiatur utrumque sensum. "

XI. Idem *num.* 38. „ Sed an liceat tunc jura„ re retinendo mente hanc conditionem : *Juro* „ *me daturum, si tibi secluso juramento sum debitor ?* „ Aliqui negant, ducti quod ea verba hanc am„ phibologiam non patiantur in communi homi„ num sensu : Cajetanus, Aragon, Soto. At „ retenta nostra sententia, *numero decimo quinto*

„ tradita dicendum est, id licere. Quia nihil re-
„ fert verba eam amphibologiam non pari, &
„ cogit necessitas ea uti. " *Porrò numero decimo quinto* citato docet : *Cur ergo erit mendacium uti verbis ex se non ambiguis, si ex conditione in mente retenta verum sensum efficiunt ? . . . Hoc est utilissimum ad tegenda multa quæ tegere opus est, nec tegi absque mendacio possent, nisi modus hic esset licitus. Quia verba ex se ambigua non passim inveniuntur.*

XII. Idem *num.* 39. „ Undecimo deducitur,
„ coactum aliquam accipere insponsam, quam
„ ducere non teneatur, posse jurare se acceptu-
„ rum, intelligendo intra se : *Si velim, vel si*
„ *placuerit mihi.*"

XIII. Idem *num.* 40. „ Decimo tertio adul-
„ teram rogatam à marito, an adulterium ad-
„ miserit, posse jurare se non fregisse matrimo-
„ nium.... Similiter potest jurare se non fecisse,
„ intelligendo intra se *ut tibi revelem.*"

XIV. Idem *num.* 43. „ Decimo quinto dedu-
„ citur, eum à quo mutua pecunia petitur, quam
„ revera habet, posse jurejurando affirmare se
„ eam non habere intelligendo intra se, *ut mu-*
„ *tuo det*, quandò non tenetur mutuare. Ita Na-
„ varrus, Philiarcus, Sayro. . . At contrarium
„ tenent Corduba, Lopez, Henriquez. At credo
„ priorem sententiam esse veriorem quoad hoc
„ ut ille non sit perjurus : quia in suo sensu ve-
„ rum dicit ; cum sensus sit : Non habeo ut tibi
„ mutuare velim. *Quare ad veritatem hujus jura-*
„ *menti nihil refert, utrum ille teneatur mutuare,*
„ *necne. Et ita non oportet adere illam limitatio-*
„ *nem, quam prædicti Doctores addunt, quandò non*
„ *tenetur mutuare.*"

XV. Idem *num.* 44. „ Ultimo deducitur,
„ pœnitentem temerè rogatum, an hoc, vel illud
„ peccarum fatsus sit, posse jurare se non con-
„ fessum, intelligendo, ita ut teneatur illi ex-
„ plicare."

XVI. Ut plenior recentioris Theologiæ notitia habeatur, libet pauca adjicere ex Tamburino, qui præ cæteris antiquæ doctrinæ regulas temperavit, atque humanitati accomodavit. *Lib.* itaque 2. *in explic. Decal. cap.* 3. §. 2. *n.* 1. hæc docet : „ Quæstio est an liceat juranti accipere
„ verba in alio sensu ab illo quem ea præsefe-
„ rant. Juro v. g. per Deum, me hac nocte
„ non dormivisse, intelligendo, vestitum : me
„ non habere pecuniam, intelligendo, quam ti-
„ bi elargiri velim : uxorem, vel maritum matri-
„ monii leges non fregisse, intelligendo manifes-
„ tè : non deberi à me tibi centum, intelligendo,
„ ita ut ea non possim mihi compensare cum
„ aliis centum quæ tu mihi debes, &c.

„ Resp. Licere, ut iidem docent (nempè
„ Lessius, Castropalaus, Rebellus, Bonacina)
„ & docetur passim, præscindendo tamen à
„ damno quod doloso hoc juramento injustè fa-
„ cerem ; etiamsi quis non sit rogatus jurare, sed
„ se offerat.

XVII. Idem ibid. *num.* 4. „ Quandò verba
„ nullo modo ex se patiuntur talem æquivoca-
„ tionem, seu mentis restrictionem, licetne
„ aliud intelligere solùm ex mea mera voluntate?
„ *Juro v. g. me non dormisse, intelligendo me non*
„ *comedisse.* Quo pacto materialiter solùm dico
„ me dormivisse, non significativè.

„ Resp. Sanchez negat licere : quia non est
„ in cujusvis arbitrio significationem verborum
„ imponere. Verùm hæc ratio non potest avellere
„ me à probabilitate, quod liceat. "

XVIII. Martinus Bonacina ferè omnes propositiones, quas ex Sanchez retulimus, exscripsit, & laxitatem clariùs docuit. Unam, & alteram isthuc transcribam. Itaque *tom.* 2. *disp.* 4. *q.* 12 *punct.* 12. *num.* 5. hæc habet. „ Quinto eum qui
„ habet justam causam celandi aliqua bona, ne
„ capiantur à creditoribus, quæ sibi necessaria
„ sunt ad vitæ sustentationem, & sine quibus co-
„ geretur mendicare, posse negare se occultasse,
„ intelligendo quæ non posset occultare, vel quæ
„ teneatur manifestare. Idem respondere possent
„ testes scientes ipsum licitè occultasse : tum quia
„ hæc responsio non est contraria intentioni in-
„ terrogantis, sed potiùs est ipsius menti confor-
„ mis : tum quia adest justa causa utendi res-
„ trictione, vel amphibologia. "

XIX. Idem Bonacina *ibidem.* „ Sexto adul-
„ teram quæ petitur à marito, an sit adulterata,
„ posse negativè respondere, intelligendo, ut
„ teneatur illi revelare.

XX. Idem Bonacina *ibid. num.* 8. „ Hinc
„ colligi potest, venditores qui cum non possent
„ alia via pretium justum ab emptore obtinere,
„ jurant rem tanti sibi stetisse alio sensu quam
„ emptor participat, non solùm ad quidquam
„ non teneri præcisè ratione juramenti, ut patet
„ ex primo quæsito ; verùm neque videri mor-
„ taliter peccare, si non afferant damnum no-
„ tabile parti, nec intendant eo pacto decipere,
„ aut obtinere aliquid supra justum, aut ex-
„ torquere pretium rigorosum, quo noluisset
„ emptor emere.

§. I.

Quid senserint posteriores Theologi post damnatas theses ab Innoc. XI.

I. Antequàm ultra provehor, ne invidiam conflare videar, sciat lector testari Lumbier apud Cardenas *diss.* 19. *c.* 1. *n.* 5. plusquam quinqua-ginta auctores cujuscumque instituti propugnasse theses proscriptas de mentalibus restrictionibus. Ex Dominicanis citantur Ferre, Candidus, Zanardus, La Cruz, & alii.

II. Posteriores Theologi variis distinctiunculis eludere tentarunt thesum proscriptionem. Distinxere restrictiones in *pure mentales*, & in *non pure mentales*. Illas secus istas, damnatas contenderunt. Alii distinxerunt veritates in duas classes, ajentes alias esse *communicabiles*, alias *incommunicabiles*. Postremi docent nos posse usurpare verba in *suppositione materiali*, ut ipsi dicunt, seu in sensu in quo nihil significent. Interrogatus Sempronius num sciat, num commiserit delictum, respondet, *Nescio, non feci.* Hæc verba nihil significant, ac si essent prolata à plistaco, quandò causa gravis adest veritatis occultandæ. Hanc doctrinam præ cæteris dilatavit P. Carolus Ambrosius Cattaneus.

III. P. Viva in commentariis ad propositiones damnatas *num.* 1. hæc scribit. *Utraque propositio à plurimis primi subsellii DD. videbatur doceri apud Dian. p.* 2. *tract.* 15. *resol.* 25. *& p.* 3. *tr.* 6. *resol.* 3. *& apud Sanchez, lib.* 3. *cap.* 6. *n.* 15. *& 19. & non remo ad quinquaginta DD. laudat pro utraque propositione. Verùm, si attentè intres plerumque, istorum cum eodem Sanchez inspiciatur, & si advertatur ad casus in quibus docent has amphibologias licere, & eorum fundamenta, liquidò apparebit eos nolle licitas esse restrictiones purè mentales, quas Pontifex ut mendacia damnat, sed solùm restrictiones non purè mentales, aut æquivocationes, & ad summum locutionem materialem.*

IV. Damnarunt ergo Pontifices summi propositiones chimæricas, quæ in nullo reperiuntur Theologorum ? Dum Jansenistæ simili effugio arguantur, se damnare quinque propositiones, *ut jacent*, at easdem non reperiri in Jansenio, quid respondet P. Viva cùm cæteris ? Utique Romana Sedes definivit quinque propositiones reperiri in libro Jansenii ; at non definivit theses de restrictionibus mentalibus reperiri in Sanchez, in Tamburino, in Escobario, & cæteris quinquaginta indicatis à Lumbier. Cæterum licèt hoc factum non declaraverit Ecclesia ; juxta tamen omnes critices regulas verum est : & dum illud negat P. Viva, necessariò infertur, damnationem pontificiam frustraneam esse. Nulla quippè doctrina damnata est, juxta P. Viva, quæ reperiatur in aliquo Theologorum. Nam Sanchez, Tamburinus, & alii citati à Lumbier laxius cæteris scripserunt de restrictionibus mentalibus : in istis tesse P. Viva non reperitur doctrina damnata ; ergo nullibi in rerum natura reperitur doctrina damnata. Ergo chimæricas theses damnavit Romana Sedes. Hæc absurda confectaria meritò omnes improperamus Jansenistis. At qua via possit P. Viva se ab iisdem defendere, sanè non video. Ad Casuistas Dominicanos supra indicatos quod attinet, sincerè ego fateor illos docuisse damnatas aliquas theses. At hanc sinceram confessionem de Sanchez, de Escobar, de Tamburino, de Castropalao, aliisque edere recusat P. Viva cum aliis.

V. P. Latroix *lib.* 3. *cap.* 2. *dub.* 4. §. 13. *n.* 295. hæc scribit : *Secundum ante dicta debent nunc post damnationem propositionum relatarum limitari multa, quæ passim inveniuntur apud graves auctores, quos referunt Wigo Sandaus ad propositionem 26. damnatam, supra Mova tom.* 2. *disp.* 1. *quæst.* 6. *qui uti Cardenas c.* 6. *cautè est legendus, quia quædam ponunt quæ merito limitari debent.*

VI. Addo ego cautissimè legendos esse in hac materia *PP. Viva*, & *Sporer*, qui ultimus *tract.* 3. *cap.* 1. *sect.* 3. *n.* 106. contra judicium P. Larroix, legendum de hoc argumento proponit P. Cardenas tamquam *satis liberalem* in explicando dictas theses. Non raro discrepant inter se benigni Casuistæ. P. Didacus de la Fuente Hurtado, & P. Carolus Casnedi, ut mihi videtur post damnatas theses defendunt restrictiones purè mentales esse licitas ex causa honesta, vel non esse damnatas, ut patam feci *loc. cit. c.* 16.

§. II.

Vera doctrina proponitur, & paucis refellitur doctrina plurium recentiorum.

I. Licitum est locutione amphibologica, seu æquivocatione, quæ aut vi verborum, aut ratione circumstantiarum, juxta communem intelligentiam, plures excipit sensus intelligibiles ab audiente, veritatem occultare ; sed non semper hæc amphibologia occurrit, neque semper sufficit ad occultandam veritatem, potissimum dum interrogans urget ut sine æquivocatione loquamur : propterea alia via occultanda sunt secreta, quæ revelari sine peccato nequeunt.

II. Prima pars propositiæ sententiæ constat ex pluribus Scripturæ sanctę exemplis. *Vos ascendite ad diem festum hunc, ego autem non ascendo ad diem festum istum, quia meum tempus nondum impletum est*, &c. Joann. cap. 7. Rursus Luc. 24. *Et ipse se finxit longius ire.* Advertendum cum Sanct. Augustino, Christum Dominum plurima in Evangelio figuratè, & sub parabolarum tegumentis locutum fuisse : & quæ imperitis mendacia videntur, mysteria esse, figurataque locutiones. Porrò locutiones figuratas, quibus usi sunt Scriptores divini, adhiere minimè possunt homines privati. Alioquin commercium, & societas humana continuo perirent. Quod ut caveret Christus Dominus dixit : *Sit sermo vester, est est, non non.* Urgente dumtaxat necessitate occultandi aliquod grave secretum, licitum est uti illa æquivocatione quæ plures admittit sensus ab audiente, aut vi verborum, aut ratione circumstantiarum intelligibiles. Quod autem audiens non advertat sensum quem qui loquitur intendit, ex illius officantia proficiscitur. Doctrina hæc communis est penes omnes.

III. Non semper tamen occurrunt locutiones istę amphibologicæ, quibus occultari absque mendacio possit veritas. Et hoc est punctum præcipuum adversùs plures recentiores, qui post damnatas restrictiones mentales ab Innoc. XI. scripserunt. Isti enim contendunt semper adesse locutiones amphibologicas ad occultandam quamcumque veritatem alicujus momenti. Nos contra dicimus aliqua occurrere facta, quæ admittunt locutiones æquivocas, quarum usus licitus est in tali casu. Piura verò facta de quorum veritate, vel falsitate interrogamur, sunt quę nulla locutione amphibologica occultari valent. Et tùm veritas aut custodienda, aut manifestanda est juxta circumstantiarum diversitatem. Exemplo res clarior fiet. Uxor adultera vitam amittit, si adulterium marito pugione dissimulanti illam imperanti fateatur : nulla occurrit vera, & extrinseca amphibologica locutio, qua occultare crimen queat. Quid tùm agendum ? Nos cum S. Augustino dicimus, moriendum potius esse quam mentiendum.

Contra nonnulli docent, semper adesse locutiones æquivocas, quibus occultari veritas possit, & in loco collocare vitam propriam. Quænam sunt istæ locutiones æquivocæ, & amphibologicæ? Sunt sequentes, reponunt illi. *Datur scientia communicabilis, & incommunicabilis.* In tali casu *verba nihil significant.* Quando, inquiunt, manifestati veritas nequit absque vitæ jactura, tunc adhibenda est scientia *incommunicabilis*; seu neganda est absolutè veritas, quia non est communicabilis; vel tunc verba nihil significant. Si hæ non sunt restrictiones omninò mentales, quænam erunt? Recentiores non pauci, ut eluderent damnationem thesium, cœperunt vocare restrictiones omninò mentales, non omninò mentales, sed exteriores. Alii dicunt, damnatum esse usum restrictionum mentalium passim, & pro quacumque re levi secus usum moderatum, & in re gravioris momenti. Quæ interpretamenta rejicimus tamquam commentitia, & vana.

IV. Auctores qui ante Vener. Innoc. XI. propugnarunt licitis restrictiones mentales, defendebant quoque licitum esse eâdem juramento confirmare. Et quia res incredibilis apparet, jubet verbis eorumdem factum reticibere. *Ex his colligo cum Trullenchio, quandam regulam notatu dignam: quotiescumque licitum est uti oratione ambiguâ, vel tacitâ restrictione, licitum est etiam uti juramento, si necessitas, vel notabilis causa id postulet, vel utilitas corporis, aut bonorum, aut rerum familiarium, vel si intercedat injusta interrogatio facta illi qui amphibologice loquitur.* Ita Antonius à Spiritu Sancto *tract. 5. de Jur. disp. 1. sect. 9. num. 52.* & pro hac opinione citantur Lessius, Castropalaus, Trullenchus, Mallæus, Diana, & alii. Heinc colligo quam periculosus sit usus Probabilismi. Ante Innoc. XI. vulgata penes non paucos erat doctrina & de licito restrictionum mentalium usu, & quod eædem restrictiones confirmati juramento possent. Damnatæ sunt restrictiones ut mendacia, & juramenta eâdem confirmantia ut perjuria. Plures nunc vigent opiniones magnoperè laxæ. Fortitan posteri Pontifices eâdem damnabunt. Cavendum itaque nobis est ab eisdem.

V. Confessarius interrogatus num sciat aliquod peccatum quod audivit in confessione, respondere jurè, & licitè absque mendacio potest se nescire, & suam negationem juramento firmare: quoniam præsumitur interogari ut homo, & ut homo revera ignorat peccatum istud, ut cum S. Thoma *in Suppiem. quæst. 11. art. 1. ad 3.* omnes Theologi docent. Quandoquidem jure præsumitur, ut dictum est, Christianorum neminem interrogare Confessarium ut Confessarium.

VI. Quid, si interrogator iniquus impereret Confessarium ut Confessarium, illumque urgeret ut revelaret crimen auditum in confessione? Docent aliqui, posse hoc quoquè in casu Confessarium negare se audivisse peccatum quod revera audivit. Nos verò dicimus, nullo modo posse, vel debere Confessarium hoc modo respondere. Talis quippè responsio manifestum continet mendacium. Siquidem dum improbus interrogator limitat suam interrogationem ad notitiam habitam in confessione, seu ad Confessarium ut ministrum Dei, tunc fieri distinctio nequit duplicis personæ, humanæ, & divinæ. Quid ergo? Revelandumne peccatum est, & violandum sigillum sacramentale? Absit. Qua itaque via custodiendum? Hoc in casu debet Confessarius apostolico pectore, & evangelica fortitudine sceleratissimum interrogatorem his verbis repellere: An ignoras, insanum caput, interrogationem tuam esse sacrilegam? An te latet Dei ministrum de auditis in sacramentali confessione neque adfirmare, neque negare quidquam posse? Divino ministerio, quo fungor, gravem inferrem maculam, si quidpiam in utramque partem hiscerem. Apagè ergo cum iniqua tua interrogatione. Hanc doctrinam sanguine confirmavit invictus Martyr S. Joannes Nepomucenus. Hanc viam Insistere Confessarius debet, sive audierit, sive non audierit in confessione crimen de quo interrogatur. Hæc ratio custodiendi sigilli sacramentalis non securior modo est, & sacramenti sanctitati, & ministerii dignitati magis consentanea, verùm etiam necessaria. Idque sequenti exemplo evinco. Mater flagitii à filia patrati conscia eam ad Confessarium ducit, ut crimen confiteatur. Post confessionem filiæ continuò mater se tribunali sistit, doloremque conceptum ob violatam pudicitiam filiæ patefacit Confessario, eumque rogat ut in qualecumque solamen sibi dicat, num filia saltem sincerè, & dolenter suum confessa sit flagitium. Quo se vertet tunc Confessarius? Si adfirmet filiam confessam esse peccatum suum, sigillum violat. Si neget, pariter sigillum infringet. Falluntur qui pro custodia sigilli sacramentalis, vel alterius secreti negationem suggerunt, ceu unicum remedium. Unica enim ratio secura, & tuta est repulsio, & objurgatio severa interrogatoris, eidemque patefacere, quàm sit sacrilega sua interrogatio. Si plura cupis de restrictionibus mentalibus, & de juramento doloso, consule *disp. 3. 4. 5. & 6. tom. 3. & 4. Theol. Christ.*

CAPUT VIII.

De Perjurio, & juramenti interpretatione, & dispensatione.

I. QUÆST. I. *Quid & quotuplex sit perjurium?* RESP. Perjurium præsè acceptum est mendacium juramento firmatum. Triplex distingui perjurium solet. 1. cui deficit veritas. 2. cui deficit justitia, dum quis rem illicitam jurat. 3. cui deficit judicium, cum quis temerè, sine justa causa jurat. Hæc duo ultima impropriè, & lato modo perjuria vocantur.

II. Perjurium gravissimum peccatum est, & post blasphemiam, & idololatriam, excedit omnium delictorum malitiam. S. Thomas, & alii graviores Theologi docent, perjurium esse ipso homicidio gravius. Quandoquidem perjurium est contra præceptum primæ Tabulæ, & directè ac proximè contra Deum. Homicidium verò est contra præceptum secundæ Tabulæ, & contra humanam justitiam. Tandem perjurium elevat, & destruit certitudinem divini testimonii. Quarè leges tùm civiles, tùm canonicæ gravissimas statuerunt adversùs perjuros pœnas, quas hic recensere non vacat.

III. PRIMA REGULA interpretandi juramenta traditur 2. 2. *quæst. 89. art. 7. ad 4.* à S. Thoma, & est ejusmodi. Jurans sine dolo obligatur secundum intentionem jurantis; jurans verò cum dolo secundum sanum intellectum ejus cui juratur. In juramento promissorio, in quo interpretatio propriè locum habet, juramentum accipiendum est secundum intentionem jurantis, quandò is bona fide jurat.

IV. REGULA SECUNDA. Multæ conditiones subintelliguntur in juramento promissorio. 1. Si Superiori placuerit. 2. Si res in eodem statu permanserit, seu si non fuerit graviter immutata. Promisisti cum juramento nuptias puellæ bonæ famæ, & sanæ. Si hæc malæ famæ, infirma evadat, eam ducere non astringeris. 3. In donatione, si alter ingratus non exstat. 4. Si is cui facta promissio est, eam acceptavit, aut tacitè non remiserit. 5. Juramentum personale est, nec transit ad hæredes, ad quos tamen transit obligatio contractus jurati. 6. Si juramentum fit alicui in dignitate constituto, transit ad ejusdem successores, si nomen exprimatur dignitatis. Si nomen dignitatis sileatur, successori renovandum juramentum est. 7. Qui jurant stare sententiæ arbitrorum tali die ferendæ, transacto die cessat juramentum. 8. Juramentum nunquam cedere debet in damnum tertii. 9. Juramentum dubium pro lege, non pro libertate interpretandum est.

V. QUÆST. II. *Quot modis juramentum cesset?* RESP. Quatuor modis. 1. Superioris absolutione; 2. commutatione; 3. remissione creditoris; 3. relaxatione judicis. Juramenta Deo facta votorum naturam imitantur. Qui possunt vota, possunt & juramenta irritare. Similiter qui habent potestatem dispensandi, vel commutandi vota, possunt dispensare, vel commutare juramenta Deo facta. Delegati tamen ad dispensandum in votis nequeunt dispensare in juramentis. Quoniam duo hæc vincula sunt diversi generis, nec unum ab altero pendet.

VI. Pontifex nequit juramentum homini factum relaxare, nisi adsit justa causa. Justa causa duplex: altera bonum commune, altera pœnam creditoris respicit. Indignitas quoque personæ cui factum juramentum est, causa relaxandi esse valet. Juramenta insuper gravi metu, aut dolo extorta relaxari queunt.

CAPUT IX.

De Adjuratione, & exorcismo.

I. ADjuratio est obtestatio divini nominis, seu rei sacræ, qua quis urgetur vel imperio, vel obsecratione ad aliquid faciendum, vel omittendum, ut 2. 2. *quæst. 90. art. 1.* S. Thomas docet. Adjuratio alia est deprecativa, alia imperativa; alia solemnis, alia privata; alia propria, alia impropria. Deprecativa est cùm aliquid petimus ab ipso Deo, ejus misericordiam, aut merita Jesu Christi, vel Sanctorum contestantes. Imperativa est cùm subditis per Divini nominis contestationem quidquam præcipitur, uti fecit 1. *ad Thessal. 5.* S. Paulus. *Adjuro vos per Dominum ut legatur epistola hæc omnibus sanctis fratribus.* Solemnis adjuratio est quæ peragitur à sacris ministris secundum ritum Ecclesiæ. Privata à quocumque fieri potest. Adjuratio actus religionis est, & ut licitè fiat, ealdem ac juramentum conditiones postulat.

II. Adjurare solemniter secundum ritum Ecclesiæ solis ministris ab Ecclesia consecratis convenit, quales sunt insigniti gradu exorcistæ. Alii verò fideles valent adjurare privatim dæmones, non publicè, & solemniter. Solæ creaturæ rationales abjurari queunt, quia hæ solæ verba percipiunt adjurationis. Nec obest quod Ecclesia exorcismos adhibeat contra brutum, locustas, grandines, aliasque ratione destitutæ: quoniam tunc non ejusmodi creaturæ irrationales, sed spiritus invisibiles, seu dæmones, qui istas creaturas movere ad hominum nocumentum solent, directè adjurantur, ut 2. 2. *quæst. 90. art. 3.* Angelicus docet.

III. Antiquissimus in Ecclesia est exorcismi usus. Salmanticenses contendunt exorcismum effectum producere ex opere operato. Sed hæc opinio pugnat cum manifesta oppositæ experientia. Dicimus itaque, exorcismus divina virtute suos parere effectus, quando, & quomodò divinæ placuerit voluntati. Frequenter peccata obsessorum, & quandoque exorcistarum impediunt effectus exorcismi.

IV. Non semper necesse est ut formulæ ab Ecclesia præscriptæ adhibeantur ad exorcismos peragendos, sed aliqui dæmones queunt sola *nominis JESU invocatione*, ut Marc. 16. habetur: *In nomine meo dæmonia ejicient.* Veritas fidei est dæmones aliquandò in hominum corporibus inhabitare. Tria verò requiruntur ut dicatur homo dæmoniacus, seu arreptitius. 1. ut dæmon ingrediatur corpus obsessi: exterior quippè absistentia haud sufficit ut quis energumenus appelletur. 2. oportet ut dæmon non media aliqua re naturali vexet hominem, sed seipso ingredi ejusdem corpus debet: alioquin maleficiati dicerentur obsessi. 3. requiritur ut dæmon habeat potestatem manendi in corpore obsessi, ceu in domicilio, illudque torquendi tùm intus, tùm extra. In qualibet corporis parte residere dæmones possunt. Si alicui corporis membro, puta

linguæ, pedi, brachio peculiarem molestiam dæmon inferat, ibi eum residere probabile est.

V. Signa quibus energumeni, seu arreptitii, & dæmoniaci cognosci valent, plura sunt. 1. si peregrinis linguis loquantur. 2. si occulta revelent, & secreta quæ humanam facultatem excedunt, & nulla virtute naturali sciri valent. 3. stupor omnium membrorum. 4. terribilis & truculentus vultus. 5. vires ingentes, quæ humanas excedunt. 6. vox inusitata. 7. dum energumenus proferre nomen JESU renuit. 8. dum energumenus conturbatur, quando ministri exorcismos peragunt. Quamquam hæc postrema signa separatim certa non sint, conjuncta tamen cum primis certitudinem pariunt.

VI. Arma quæ adhibere exorcista debet in expellendo dæmone, sunt sequentia. 1. scuto vivæ fidei se muniat minister. 2. spem erigat. 3. caritatem accendat. 4. juges preces præmittat. 5. divinum auxilium imploret. Istis quoque armis munire energumenum studeat. His præsidiis instructus impavido, & audenti animo bellum adversus nequissimum hostem aggrediatur. Præcipiat dæmoni ut à torquendo energumeno desistat. Interroget de iis quæ ad ejusdem expulsionem conducere judicabit. Caveatne quicquam interroget quod ad expulsionem necessarium non fuerit. Non permittat ut dæmon loquatur præter ea quæ necessaria sunt.

VII. Signa egressus dæmonum è corpore energumeni varia sunt; nullum tamen certum, & infallibile. Signum quod verisimilius reputatur, est, si obsessus multos dies, & longum tempus nihil incommodi patiatur. Egressum dæmonis è corporibus comitari solent hæc signa. Aspectus hominis nigri, cani, hirci, muscæ, formicæ, ingens vomitus, halitus fœtidus, magni ejulatus, clamores resonantes, timor inusitatus, in terram collisio, ac defectio energumeni, ut habetur Marc. 9. *Exclamans, & multum discerpens eum, exiit ab eo, & factus est sicut mortuus.* Hæc signa aliqualem egressus probabilitatem ingerunt, fallere tamen possunt.

DISSERTATIO II.

De Honorandis parentibus.

CAPUT I.

Propositiones damnatæ, & laxæ.

I. *Licitum est absoluto desiderio cupere mortem patris, non quidem ut malum patris, sed ut bonum cupientis, quia nimirum ei obventura est pinguis hæreditas.* 14. Innoc. XI.

II. *Licitum est filio gaudere de parricidio parentis à se in christiate patrato propter ingentes divitias indè ex hæreditate consecutas.* 15. Innoc. XI.

III. „ Alii contra affirmant, immunem esse „ tunc à culpa gravi illum qui parentibus suis „ exoptat mortem ob bonum aliquod temporale „ ipsi indè secuturum, nempè ut quamprimum „ in hæreditatem succedat, vel ut liberetur à „ dura eorum custodia. Quia hujusmodi desiderium de morte parentum tunc non tam est desiderium de malo illorum, quàm de bono indè „ secuturo: ergo non habet malitiam peccati, „ cùm illam habere non possit, nisi finis illius „ malus sit; cùm tota species actus inefficacis „ ex fine desumatur." Leander à SS. Sacram. *tr.* 1. *disp.* 2. *q.* 4. Castropalaus, & alii.

IV. „ Licet matri mortem filiarum optare, „ eo quod ob deformitatem, vel inopiam non „ possit eas juxta suum desiderium nuptui tradere. Et idem esse dicunt, si ob illarum causam „ malè tractaretur à marito posset illarum mortem optare, ut ab illo damno liberetur." Castropalaus *tom.* 1. *tr.* 6. *disp.* 4. *punct.* 1. *n.* 2.

V. „ An cum indignis possint filii licitè contrahere, patre, vel genitrice dissentiente? .. „ Fateor probabile esse, ac tutum quod possint." Tamburinus *lib.* 5. *in Decal. c.* 2. §. 3. *n.* 5.

VI. „ Filius ut eligat matrimonii statum, etsi „ consulere parentes teneatur, nisi causa justa „ illum excuset; non tamen tenetur eorum acquiescere consilio, etiam sine illa." Torrecilla *tom.* 1. *Sum. tr.* 3. *disp.* 2. *sect.* 1. *num.* 29. *fol.* 348. Diana, & alii.

VII. „ Etsi parentes teneantur corrigere, & „ diligere filios, & domini servos, non ita fa„ mulos suos." Torrecilla *tom.* 1. *Sum. tr.* 5. *p.* 2. *c.* 13. *n.* 41. *fol.* 699. Sanchez, & alii.

CAPUT II.

De Pietate filiorum in parentes.

I. PRæceptum honorandi parentes his verbis expressum *Exod.* 20. est: *Honora patrem tuum, & matrem tuam, ut sis longævus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi.* Qui nos genuerunt secundum Deum, patris nomen sibi jure vindicant. Deindè Pastores, & Sacerdotes, qui sacramentorum administratione ad vitam æternam nos regenerant, ut 1. *Cor.* 4. inquit S. Paulus. *In Christo Jesu per Evangelium ego vos genui.* Succedunt qui jus civile moderantur, ut Principes, & Magistratus Reipublicæ administratores. Tandem tutores, & curatores.

II. Peculiaris virtus, qua parentes honoramus *pietas* est, quæ cujusque status personas, ordine servato, veneratur. Officia quæ parentibus debentur, plura sunt. Primum amore summo post Deum prosequi illos debemus. Secundum officium honorem exhibet. Tertium officium est obedientia, qua illorum mandatis parere astringimur. Quartum officium est suppetias illis ferre tum in spiritualibus, pro iisdem preces Deo offerendo, tùm in temporalibus necessitatibus, iis congrua alimenta subministrando. Si in lege evangelica ignorantes sint, instruit: si in peccatis sordescant, corrigi summa reverentia debent; si penuria laborant, adjuvandi sunt; si ægrotant, inserviendum illis est.

III. QUÆST. I. *Peccantne filii contra hoc præceptum, si parentibus damnum grave desiderant?* RESP. Hoc mandatum præcipit dilectionem tum internam, tùm externam, & simul odium

odium prohibet. Quarè peccant mortaliter contra hoc mandatum, nedum contra præceptum proximum diligendi, & odio non habendi, filii qui mortem, infamiam, aliudve grave malum parentibus desiderant.

IV. QUÆST. II. *Quid dicendum de opinione Leandri, & plurium aliorum Casuistarum inquientium, posse filium ob finem acquirendi hæreditatem mortem exoptare parentibus?* RESP. Leander à SS. Sacram. *tr.* 1. *disp.* 2. *q.* 4. post relatam communem Theologorum sententiam adversus tantam impietatem hæc scribit. „ Alii contra „ affirmant, immunem esse tunc à gravi culpa „ illum qui parentibus suis exoptat mortem ob „ bonum aliquod temporale ipsi indè secutu„ rum, nempè ut quam primum in hæredita„ tem succedat, vel *ut liberetur à dura eorum* „ *custodia.* Quia hujusmodi desiderium de mor„ te parentum, tunc non tam est desiderium de „ malo illorum, quam de bono indè secuturo: „ ergo non habet malitiam peccati, cùm illam „ habere non possit, nisi finis illius malus sit; „ cum tota species actus inefficacis ex fine de„ sumatur." Sic tenet Castropalaus *tom.* 1. *tr.* 6. *disp.* 4. *de Car. punct.* 1. *num.* 2. qui citat pro se Emmanuelem Sa *verb.* Charit. *num.* 8. Azorium 1. *p. lib.* 3. *cap.* 12. *quæst.* 2. Bonacinam *disp.* 3. *quæst.* 4. *punct. ult.* & Joannem Sanchez *disp.* 2. *num.* 9.

V. Expositis his duabus oppositis sententiis, sic concludit P. Leander. „ Sed ego respondeo „ dicendum, quod ex his duabus sententiis pri„ ma sit valdè probabilis; *secunda* verò non „ minus: & quia favorabilior est pœnitenti„ bus, illa in casu occurrenti, ne in pecca„ tum ex fragilitate ruant, est eis CONSU„ LENDA. Adeoque dico, quod si quis AB„ SOLUTE desideret in hunc modum: Exopto, „ & cupio mortem patris mei, non ut malum „ patris mei est, sed ut bonum meum, seu ex „ causa mei boni, nimirum quia ex illius mor„ te ego ejus hæreditatem adibo: tunc sic exop„ tans minimè peccet mortaliter: quia tale de„ siderium est de bono fine, non de malo. Sic „ sentit Thomas Tamburinus, secutus Palaum „ *lib.* 5. *in Decal. cap.* 1. §. 3. *art.* 31. & alii „ Doctores."

VI. *Tom.* 4. *Theol. Christ. pag.* 206. scripseram hæc verba. „ Hæc sunt monstra, & por„ tenta omnium horrendissima, quorum in „ universa ethnicorum morali Philosophia nec „ leve vestigium occurrit. En Probabilismi abor„ tivos fœtus: en inaudita laxitatis commenta." Has phrases, & exclamationes acuti censores in quodam libello supplici, tamquam immane crimen produxere, alto silentio sententia, contra quam invectum est, compressa. Porrò transcripta sententia pejor est hac ab Innoc. XI. proscripta: *Licitum est absoluto desiderio cupere mortem patris, non quidem ut malum patris, sed ut bonum cupientis, quia nimirum ei obventura est pinguis hæreditas.* Detestabilior insuper est Leandri, & aliorum doctrina, qua asseritur licitum esse cupere mortem patris non modò adeundæ hæreditatis, verùm etiam vitandæ severioris educationis causa. Immo addunt, hanc doctrinam *consulendam* pœnitentibus esse. Dicant quæso censores humanissimi, num submissa voce, & languido stilo refellenda hæc laxitatis paradoxa sint? Veritum nobis ergo erit vocem extollere contra doctrinam ab Ecclesia damnatam, immò ipsa damnata immaniorem? Calumniæ illi, qui doctrinam, & communi sensui, & pietati naturali erga parentes evidenter oppositam docent, dignine sunt ut à Confessariis legantur tanquam directores, & magistri spiritualis reginiinis? Si contra prima principia lumine naturali nota adeo turpiter errant, quanto gravius errabunt in quæstionibus obscuris, & implexis? Censores, qui me accusarunt, quod severius invectus sim adversus doctrinam scandali plenissimam, caveant ne ansam perhibeant aliis credendi illos præfatam doctrinam amare. Negant? Cur ergo justissimam censuram criminati sunt? Provoco censores ut quid simile in universa sapientum ethnicorum Philosophia reperiant. Injuria ergo summa nos accusant, quod occasione data, laxissimas opiniones quorumdam Casuistarum vehementi stilo detestandas exhibeamus.

VII. Filii qui deliberato animo, & frequenter parentes torvis oculis spectant, peccant mortaliter; secus si casu fortuito, & inopinato id agant. Quoniam præceptum honorandi parentes non modò interiorem, sed etiam exteriorem benevolentiam, & reverentiam præcipit. Qui parentes, vel levitèr percutiunt, graviter peccant: quoniam licèt percussio in se levis sit, tamen inflicta parentibus enormis evadit. Immò minax brachii elatio potest esse letalis, quia gravem prodit contemptionem. Licitum filiis est à parentibus injustè percussis cum moderamine inculpatæ tutelæ sese defendere. Filii qui deliberato animo patri maledicunt, graviter peccant. *Qui maledixerit patri suo, morte moriatur:* Levit. 20.

VIII. Filii nequeunt accusare parentes de aliquo crimine apud judices, hæreseos crimine excepto, & crimine in patriam. Qua de re hæc scribit *lib.* 3. *de Offic. c.* 9. Cicero. *Quid si pater fana expilet, cuniculos agat in ærarium? Indicent magistratibus filii? Nefas id quidem est: quia etiam defendat patrem, si arguatur. Non igitur patria prestabit omnibus officiis? Immò verò. Sed ipsi patriæ conducit pios habere filios in parentes. Quid, si tyrannidem occuparet, si patriam proderet conabitur pater? Silebitne filius? Immò verò obsecrabit patrem ne id faciat. Si nihil proficiet, accusabit, minabitur etiam ad extremum, si ad perniciem patriæ res spectabit, patriæ salutem anteponet saluti patris.* En quam enucleatè ethnici naturæ mandatum explicent. Etiam de his criminibus admonendus primum pater est, exoranduſque. Si inutilis fuerit admonitio, & deprecatio, solvendum silentium est.

CA-

linguæ, pedi, brachio peculiarem molestiam dæmon inferat, ibi eum residere probabile est.

V. Signa quibus energumeni, seu arreptitii, & dæmoniaci cognosci valent, plura sunt. 1. si peregrinis linguis loquantur. 2. si occulta revelent, & secreta quæ humanam facultatem excedunt, & nulla virtute naturali sciri valent. 3. stupor omnium membrorum. 4. terribilis & truculentus vultus. 5. vires ingentes, quæ humanas excedunt. 6. vox inusitata. 7. dum energumenus proferre nomen JESU renuit. 8. dum energumenus conturbatur, quando ministri exorcismos peragunt. Quamquam hæc postrema signa separatim certa non sint, conjuncta tamen cum primis certitudinem pariunt.

VI. Arma quæ adhibere exorcista debet in expellendo dæmone, sunt sequentia. 1. scuto vivæ fidei se muniat minister. 2. spem erigat. 3. caritatem accendat. 4. juges preces præmittat. 5. divinum auxilium imploret. Istis quoque armis munire energumenum studeat. His præsidiis instructus impavido, & audenti animo bellum adversus nequissimum hostem aggrediatur. Præcipiat dæmoni ut à torquendo energumeno desistat. Interroget de iis quæ ad ejusdem expulsionem conducere judicabit. Caveatne quicquam interroget quod ad expulsionem necessarium non fuerit. Non permittat ut dæmon loquatur præter ea quæ necessaria sunt.

VII. Signa egressus dæmonum è corpore energumeni varia sunt; nullum tamen certum, & infallibile. Signum quod verisimilius reputatur, est, si obsessus multos dies, & longum tempus nihil incommodi patiatur. Egressum dæmonis è corporibus comitari solent hæc signa. Aspectus hominis nigri, cani, hirci, muscæ, formicæ, ingens vomitus, halitus fœtidus, magni ejulatus, clamores resonantes, timor inusitatus, in terram collisio, ac defectio energumeni, ut habetur Marc. 9. *Exclamans, & multum discerpens eum, exiit ab eo, & factus est sicut mortuus.* Hæc signa aliqualem egressus probabilitatem ingerunt, fallere tamen possunt.

DISSERTATIO II.

De Honorandis parentibus.

CAPUT I.

Propositiones damnatæ, & laxæ.

I. *Licitum est absoluto desiderio cupere mortem patris, non quidem ut malum patris, sed ut bonum cupientis, quia nimirum ei obventura est pinguis hæreditas.* 14. Innoc. XI.

II. *Licitum est filio gaudere de parricidio parentis à se in christiate patrato propter ingentes divitias indè ex hæreditate consecutas.* 15. Innoc. XI.

III. „ Alii contra affirmant, immunem esse „ tunc à culpa gravi illum qui parentibus suis „ exoptat mortem ob bonum aliquod temporale „ ipsi indè secuturum, nempè ut quamprimum „ in hæreditatem succedat, vel ut liberetur à „ dura eorum custodia. Quia hujusmodi desiderium de morte parentum tunc non tam est desiderium de malo illorum, quàm de bono indè „ secuturo: ergo non habet malitiam peccati, „ cùm illam habere non possit, nisi finis illius „ malus sit; cùm tota species actus inefficacis „ ex fine desumatur." Leander à SS. Sacram. *tr.* 1. *disp.* 2. *q.* 4. Castropalaus, & alii.

IV. „ Licet matri mortem filiarum optare, „ eo quod ob deformitatem, vel inopiam non „ possit eas juxta suum desiderium nuptui tradere. Et idem esse dicunt, si ob illarum causam „ malè tractaretur à marito posset illarum mortem optare, ut ab illo damno liberetur." Castropalaus *tom.* 1. *tr.* 6. *disp.* 4. *punct.* 1. *n.* 2.

V. „ An cum indignis possint filii licitè contrahere, patre, vel genitrice dissentiente? .. „ Fateor probabile esse, ac tutum quod possint." Tamburinus *lib.* 5. *in Decal. c.* 2. §. 3. *n.* 5.

VI. „ Filius ut eligat matrimonii statum, etsi „ consulere parentes teneatur, nisi causa justa „ illum excuset; non tamen tenetur eorum acquiescere consilio, etiam sine illa." Torrecilla *tom.* 1. *Sum. tr.* 3. *disp.* 2. *sect.* 1. *num.* 29. *fol.* 348. Diana, & alii.

VII. „ Etsi parentes teneantur corrigere, & „ diligere filios, & domini servos, non ita fa„ mulos suos." Torrecilla *tom.* 1. *Sum. tr.* 5. *p.* 2. *c.* 13. *n.* 41. *fol.* 699. Sanchez, & alii.

CAPUT II.

De Pietate filiorum in parentes.

I. PRæceptum honorandi parentes his verbis expressum *Exod.* 20. est: *Honora patrem tuum, & matrem tuam, ut sis longævus super terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi.* Qui nos genuerunt secundum Deum, patris nomen sibi jure vindicant. Deindè Pastores, & Sacerdotes, qui sacramentorum administratione ad vitam æternam nos regenerant, ut 1. *Cor.* 4. inquit S. Paulus. *In Christo Jesu per Evangelium ego vos genui.* Succedunt qui jus civile moderantur, ut Principes, & Magistratus Reipublicæ administratores. Tandem tutores, & curatores.

II. Peculiaris virtus, qua parentes honoramus *pietas* est, quæ cujusque status personas, ordine servato, veneratur. Officia quæ parentibus debentur, plura sunt. Primum amore summo post Deum prosequi illos debemus. Secundum officium honorem exhibet. Tertium officium est obedientia, qua illorum mandatis parere astringimur. Quartum officium est suppetias illis ferre tum in spiritualibus, pro iisdem preces Deo offerendo, tùm in temporalibus necessitatibus, iis congrua alimenta subministrando. Si in lege evangelica ignorantes sint, instruit: si in peccatis sordescant, corrigi summa reverentia debent; si penuria laborant, adjuvandi sunt; si ægrotant, inserviendum illis est.

III. QUÆST. I. *Peccantne filii contra hoc præceptum, si parentibus damnum grave desiderant?* RESP. Hoc mandatum præcipit dilectionem tum internam, tùm externam, & simul odium

odium prohibet. Quarè peccant mortaliter contra hoc mandatum, nedum contra præceptum proximum diligendi, & odio non habendi, filii qui mortem, infamiam, aliudve grave malum parentibus desiderant.

IV. QUÆST. II. *Quid dicendum de opinione Leandri, & plurium aliorum Casuistarum inquientium, posse filium ob finem acquirendi hæreditatem mortem exoptare parentibus?* RESP. Leander à SS. Sacram. *tr.* 1. *disp.* 2. *q.* 4. post relatam communem Theologorum sententiam adversus tantam impietatem hæc scribit. „ Alii contra „ affirmant, immunem esse tunc à gravi culpa „ illum qui parentibus suis exoptat mortem ob „ bonum aliquod temporale ipsi indè secutu„ rum, nempè ut quam primum in hæredita„ tem succedat, vel *ut liberetur à dura eorum* „ *custodia.* Quia hujusmodi desiderium de mor„ te parentum, tunc non tam est desiderium de „ malo illorum, quam de bono indè secuturo: „ ergo non habet malitiam peccati, cùm illam „ habere non possit, nisi finis illius malus sit; „ cum tota species actus inefficacis ex fine de„ sumatur." Sic tenet Castropalaus *tom.* 1. *tr.* 6. *disp.* 4. *de Car. punct.* 1. *num.* 2. qui citat pro se Emmanuelem Sa *verb.* Charit. *num.* 8. Azorium 1. *p. lib.* 3. *cap.* 12. *quæst.* 2. Bonacinam *disp.* 3. *quæst.* 4. *punct. ult.* & Joannem Sanchez *disp.* 2. *num.* 9.

V. Expositis his duabus oppositis sententiis, sic concludit P. Leander. „ Sed ego respondeo „ dicendum, quod ex his duabus sententiis pri„ ma sit valdè probabilis; *secunda* verò non „ minus: & quia favorabilior est pœnitenti„ bus, illa in casu occurrenti, ne in pecca„ tum ex fragilitate ruant, est eis CONSU„ LENDA. Adeoque dico, quod si quis AB„ SOLUTE desideret in hunc modum: Exopto, „ & cupio mortem patris mei, non ut malum „ patris mei est, sed ut bonum meum, seu ex „ causa mei boni, nimirum quia ex illius mor„ te ego ejus hæreditatem adibo: tunc sic exop„ tans minimè peccet mortaliter: quia tale de„ siderium est de bono fine, non de malo. Sic „ sentit Thomas Tamburinus, secutus Palaum „ *lib.* 5. *in Decal. cap.* 1. §. 3. *art.* 31. & alii „ Doctores."

VI. *Tom.* 4. *Theol. Christ. pag.* 206. scripseram hæc verba. „ Hæc sunt monstra, & por„ tenta omnium horrendissima, quorum in „ universa ethnicorum morali Philosophia nec „ leve vestigium occurrit. En Probabilismi abor„ tivos fœtus: en inaudita laxitatis commenta." Has phrases, & exclamationes acuti censores in quodam libello supplici, tamquam immane crimen produxere, alto silentio sententia, contra quam invectum est, compressa. Porrò transcripta sententia pejor est hac ab Innoc. XI. proscripta: *Licitum est absoluto desiderio cupere mortem patris, non quidem ut malum patris, sed ut bonum cupientis, quia nimirum ei obventura est pinguis hæreditas.* Detestabilior insuper est Leandri, & aliorum doctrina, qua asseritur licitum esse cupere mortem patris non modò adeundæ hæreditatis, verùm etiam vitandæ severioris educationis causa. Immo addunt, hanc doctrinam *consulendam* pœnitentibus esse. Dicant quæso censores humanissimi, num submissa voce, & languido stilo refellenda hæc laxitatis paradoxa sint? Veritum nobis ergo erit vocem extollere contra doctrinam ab Ecclesia damnatam, immò ipsa damnata immaniorem? Calumniæ illi, qui doctrinam, & communi sensui, & pietati naturali erga parentes evidenter oppositam docent, dignine sunt ut à Confessariis legantur tanquam directores, & magistri spiritualis reginiinis? Si contra prima principia lumine naturali nota adeo turpiter errant, quanto gravius errabunt in quæstionibus obscuris, & implexis? Censores, qui me accusarunt, quod severius invectus sim adversus doctrinam scandali plenissimam, caveant ne ansam perhibeant aliis credendi illos præfatam doctrinam amare. Negant? Cur ergo justissimam censuram criminati sunt? Provoco censores ut quid simile in universa sapientum ethnicorum Philosophia reperiant. Injuria ergo summa nos accusant, quod occasione data, laxissimas opiniones quorumdam Casuistarum vehementi stilo detestandas exhibeamus.

VII. Filii qui deliberato animo, & frequenter parentes torvis oculis spectant, peccant mortaliter; secus si casu fortuito, & inopinato id agant. Quoniam præceptum honorandi parentes non modò interiorem, sed etiam exteriorem benevolentiam, & reverentiam præcipit. Qui parentes, vel levitèr percutiunt, graviter peccant: quoniam licèt percussio in se levis sit, tamen inflicta parentibus enormis evadit. Immò minax brachii elatio potest esse letalis, quia gravem prodit contemptionem. Licitum filiis est à parentibus injustè percussis cum moderamine inculpatæ tutelæ sese defendere. Filii qui deliberato animo patri maledicunt, graviter peccant. *Qui maledixerit patri suo, morte moriatur:* Levit. 20.

VIII. Filii nequeunt accusare parentes de aliquo crimine apud judices, hæreseos crimine excepto, & crimine in patriam. Qua de re hæc scribit *lib.* 3. *de Offic. c.* 9. Cicero. *Quid si pater fana expilet, cuniculos agat in ærarium? Indicent magistratibus filii? Nefas id quidem est: quia etiam defendat patrem, si arguatur. Non igitur patria prestabit omnibus officiis? Immò verò. Sed ipsi patriæ conducit pios habere filios in parentes. Quid, si tyrannidem occuparet, si patriam proderet conabitur pater? Silebitne filius? Immò verò obsecrabit patrem ne id faciat. Si nihil proficiet, accusabit, minabitur etiam ad extremum, si ad perniciem patriæ res spectabit, patriæ salutem anteponet saluti patris.* En quam enucleatè ethnici naturæ mandatum explicent. Etiam de his criminibus admonendus primum pater est, exoranduſque. Si inutilis fuerit admonitio, & deprecatio, solvendum silentium est.

CA-

festam. Peccare matres istas, quæ nulla alia præter causam nobilitatis, & commodi ductæ aliis fœminis lactandos filios tradunt, mihi certum est. Gradum vero culpæ levis, aut gravis ignoro. Causę excusantes à culpa sunt imbecillitas matris, paupertas, mamillarum siccitas. Frequentissimè matres lactare filios negligunt, ut venustiores conserventur, & veneri liberius indulgeant. Quare mirandum non est, si filii communiter dissoluti sint. Plantæ ipsę, si in aspetius solum transferantur, si oleastris silvestribus inserantur, si agni ovium captis lactandi tradantur, deteriores evadunt.

IX. Mater, quæ ex aliqua justa causa nequit lactare filios, graviter peccat, si negligat bonam quærere nutricem, quando tamen gravis sit oscitantia. Quando lactare mater nequit filium, pater tenetur expensas facere, & nutricem conducere.

X. Dotare filiam pater astringitur, quia dos succedit loco alimentorum. Si indigno nubere velit, & minor sit viginti quinque annorum, non tenetur pater dotem dare; si viginti quinque annorum major sit, dotem præbere astringitur pater, etiamsi indigno nubat: quia culpæ patris vertitur, quod indignum ducat sponsum: si enim tempore congruo illam nuptui tradidisset, dignum forte sponsum duxisset.

XI. QUÆST. V. *Occurrunt in causa cur pater denegare filiis alimenta queat?* RESP. Quas ob causas exhæredare pater filios valet, potest & alimenta statui congrua denegare. Alimenta verò necessaria ad naturæ sustentationem nunquam denegari valent, cum nunquam sicitum sit quemquam interimere. Quatuordecim autem numerantur causæ ob quas exhæredare pater filios potest. 1. Si filius manus violentas in patrem injecerit. 2. Si verba judicis sententia injuriosa protulerit in patrem. 3. Si in judicio patrem, matremve accusaverit, excepta patriæ proditione, vel hæresis delicto. 4. Si filius veneficus sit, aut cum veneficis conversetur. 5. Si parentum vitæ insidias filius struxerit. 6. Si patris uxorem, aut concubinam cognoverit. 7. Si delatione filii in judicio facta grave dispendium pater expertus sit. 8. Si pro patre noluerit filius fidejubere. 9. Si patrem, aut matrem impedierit testamentum condere. 10. Si filius cum mimis, & arenariis, qui pacto pretio has artes exercent, societatem inierit. 11. Si patrem, matremve amentem curare filius negligerit. 12. Si filia nubere, patre dotem præbente, recusaverit, ut luxuriosam vitam ducat. 13. Si captivos parentes redimere contempserit filius. 14. Si à fide catholica filius defecerit. Hæc quatuordecim causæ in *Authentica* Justiniani recensentur.

CAPUT V.

De obligatione mariti erga uxorem, & uxoris erga maritum; & mutuo fratrum, & sororum debito.

I. QUÆST. UNIC. *Teneturne maritus alimenta uxori præbere?* RESP. Affirmant omnes, etiam quando sine dote liberè eam duxit. Si verò uxor promissam dotem solvere negligat, suspendere maritus alimenta valet. Quando uxor sine justa causa à amarito recedit, non tenetur maritus alimenta subministrare. Si verò maritus in causa fuerit cur recesserit, tunc eam alere astringitur. Mulieri adulteræ non astringitur maritus alimenta dare in foro interiori. In foro verò exteriori eidem denegare alimenta nequit, usquedum constiterit judicis sententia eam esse adulteram.

II. Maritus tenetur cum uxore cohabitare, cum in hunc finem institutum matrimonium sit, ut conjuges prolem generent. Ad generationem autem necessaria est cohabitatio. Plures tamen occurrere causæ valent cur hæc suspendi cohabitatio possit. 1. Consensus mutuus. 2. Exilium judicis sententia præscriptum. 3. Bellum Principis mandato susceptum. 4. Brevis peregrinatio. Denique cum vir mulieris sit caput, debet maritus curare ut uxor christianæ professionis munia impleat, ut promissionem in Baptismate Deo factam renuntiandi mundi pompis servet. Si mariti obedientes uxores avent, continuò ac ingrediuntur propriam domum in ordinem redigant, intra modestiæ & subjectionis regulæ coerceant. Si initio vel tantillum habenas laxent, jacta alea est.

III. Honorem, & obedientiam debent maritis suis uxores, peccantque dum illorum mandatis refragantur, quibus vetant vanos ornatus, & incompositos mores. Inservire præterea marito uxor tenetur in domus regimine, & ægrotanti marito supperias ferre. Peccaret uxor, quæ cohabitare cum marito, aut maritum aliò commigrantem sequi recusaret, nisi pactum ante matrimonium præcesserit non mutandi domicilium. Si tamen infirmitatis causa mutare cælum maritus cogitur, si in exilium agatur, sequi eum uxor astringitur, etiamsi pactum præcessisset. Cum gravi tamen sanitatis detrimento non astringitur uxor maritum sequi, neque ei debitum reddere: neque maritum vagum, si ante matrimonium non vagabatur, sequi uxor astringitur. Maritum pauperem debet uxor alere, cum abundat bonis dotalibus, vel paraphernalibus. Similiter si maritus debita contraxit ut uxorem aleret, defuncto marito solvere hęc debita uxor debet. Secus si maritus, cum debita contraxit, dives erat. Tunc enim tenebatur uxorem alere.

IV. In gravi necessitate tenetur frater fratri providere, & multo magis sorori, quam dotare etiam juxta vires debet. Frater succedit fratri ab intestato, jus autem succedendi in hæreditate comparatur juri prębendi alimenta. Hoc intelligitur, cum fratres ab eodem patre geniti sunt: si sint tantum uterini, tunc frater alere fratrem, & sororem debet in gravi necessitate; hanc vero dotare non astringitur.

V. Clericus beneficiatus potest in gravi necessitate alimenta præbere fratribus, & sororibus ex fructibus beneficii, quos in pauperes erogare debet. Fratres autem pauperes præferri aliis pauperibus debent. Fratres in bonorum partitione debent omnia bona in commune acervum conferre, si cum aliis portionem habere velint, iis tamen exceptis quæ aliquo peculiari jure unus fratrum possidet.

CAPUT VI.

De Officiis Ecclesiasticorum, & Principum erga subditos; & istorum erga hos Superiores cultu, & obsequio. Item de servorum debito erga dominos, & istorum in servos, & famulos.

I. PArentum nomine potissimum spirituales Pastores, Parochi, Prælati, Episcopi, Sacerdotes, & Magistri veniunt. Nec refert quod istorum aliqui mali sint: quoniam ratione dignitatis, & gradus parentum loco habentur, & eorum dignitati honor, cultus, & obsequium debetur. Illi autem verbo, & exemplo instruere fideles debent, & cælesti veritatis pabulo alere: à vitiis, quoad possunt, revocare, & in virtutis semitam redigere. Si exigere reverentiæ, & obsequii tributum velint, parentum spiritualium officia ipsi obeant.

II. Principum officium est subditorum pacem, & tranquillitatem fovere, Ecclesiam defendere, justitiam administrare, viduas, pupillosque protegere, dignioribus gradus, & dignitates exercendas distribuere.

III. Subditorum erga Principem officia sunt honor, reverentia, & obedientia, ut divinæ Scripturæ, & jus ipsum naturale clamant. Inquit enim *epist. 1. cap. 2.* S. Petrus: *Subjecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter Deum .... Servi subditi estote in omni timore domini, non tantum bonis, & modestis, sed etiam discolis.*

IV. Triplex est servitus, naturalis, legalis, & conductitia. Naturalis est ea qua voluntaria deditione imbecilliores fortioribus subjiciuntur, ut ab eisdem regantur, gubernentur, & defendantur. Legalis legibus invecta est, & hac homines subjiciuntur dominis in eorum utilitatem, & commodum. Conductitia ea est qua homines conducuntur ad certas operas faciendas. Prima nullum jus in personam, sive in actiones includit; secunda tum in personam, tum in actionem jus præbet; tertia in operas locatas tantum.

V. Servi justo bello capti fugam arripere jure valent, quamquam aliqui negent. Quoniam jus gentium, vi cujus invecta servitus ista est, hanc adjecit conditionem, ut cuique liberum sit fugam arripere, si possit. Accedit praxis universalis, & nationum consensus. Adverturt tamen istius sententiæ Theologi, tunc licitam fugam esse cum libertatem acquirere, & in patriam se recipere servi queunt.

VI. Urgente necessitate licita est servitus titulo venditionis. Qui enim sue libertatis dominus est, eam justam ob causam vendere jure valet. Quare nemini licitum est lucri causa seipsum vendere: neque pater vendere filium potest ut lucretur, sed solum ut seipsum indemnem servet ab aliquo gravi imminenti periculo. Qui à se, vel à parentibus venditus legitimè est, arripere fugam nullo modo valet, ut omnes docent, quia justum contractum violaret, & ad restitutionem teneretur. Nativitas legitimus servitutis titulus est. Natus ex matre serva, servus evadit, etiamsi pater liber sit: quia partus sequitur ventrem.

VII. Vita, & mors servorum non est in arbitrio dominorum constituta. Solus enim Deus vitæ, ac mortis Dominus est. Romanis licita erat servorum occisio; sed legibus coercita illorum potestas fuit. Moderatè eosdem punire, in carcerem detinere ne fugiant, queunt. Dominus occidens servum tenetur recompensare heredibus interfecti damnum quod passi sunt. Domini servis alimenta tum corporalia, tum spiritualia præbere debent, ut omnes affirmant.

VIII. QUÆST. UNIC. *Servi teneturne commitari dominos ad fornicandum?* RESP. Opinio affirmans falsa est, & laxa. Servi honorare dominos, revereri, & illis obedire tenentur in omnibus, quæ non repugnant divinæ legi; in iis vero quę repugnant, obedire non possunt. Debent dominorum bona ex justitia custodire. Quidquid acquirunt servi, acquirunt dominis suis.

IX. Domini solvere salarium famulis debent, quando famulatum impleverint. Famulis, qui locarunt industriam per annum, si intra hoc temporis spatium ægrotent, non tenetur dominus solvere salarium pro tempore quo famulus ægrotavit: si ante annum expletum famulus libere discedat, & dominus revera patiatur ob talem discessum detrimentum, potest compensationem repetere; si nullum subeat detrimentum, salarium solvat pro tempore quo laboravit. Domini solvere mercedem famulis tenentur juxta quantitatem, & qualitatem laboris secundum communem existimationem, etiamsi in pactum deducta merces non sit. Neque assignari præcisa justæ mercedis regula potest. Sed praxis, & consuetudo consuli debent. Si domini minus solvunt quam mereatur servitium famuli, ad restitutionem tenentur. Dominus, qui famulum conductum ad annum absque justa causa ante completum annum dimittit, tenetur integram mercedem solvere, quia famulus ob talem expulsionem grave patitur damnum. Et etiamsi damnum per accidens non subiret famulus, semper dominus injustitiæ crimen patraret. Peccant domini, si impediant ne famuli contrahant matrimonium.

CAPUT III.

De Obedientia filiorum parentibus debita.

I. QUÆST. I. *Quæ sunt præcipua officia quæ præstare parentes filiis valent, & in quibus obtdire filii parentibus debent?* RESP. Potissima sunt ut à peccatis abstineant, ut ludos fortis & pecuniarios evitent, ut prava consortia fugiant, & maximè mulierum familiarem conversationem, ut pompas, luxum, & fastum devitent, ut legem Dei observent, preces recitent, Ecclesiam frequentent, & Christiani officia exactè obeant: ut artem convenientem addiscant, ut de bonis patris absque licentia non disponant: ne multa, filii tenentur obedire parentibus in iis omnibus, quæ aut animi, Deique cultum, aut civile regimen spectant. Antequam autem filius gravis culpæ damnetur, plura spectanda sunt, præsertim materiæ gravitas, & patris deliberatum mandatum.

II. In rebus pravis filii obedire parentibus nec possunt, nec debent. Inquit enim Act. 5. S. Petrus: *Obedire oportet Deo magis quam hominibus*: & Christus Matth. c. 10. *Qui amat patrem, aut matrem plus quam me, non est me dignus.* Heinc parentibus dissuadentibus statum religiosum in regulari disciplina florentem, non tenentur filii obedire. Si verò parentes impedirent, non statum religiosum, sed ne hanc, aut illam Religionem collapsæ disciplinæ amplecterentur, & inderent ut hanc, aut illam Religionem eligerent, in qua disciplina regularis viget; tunc parentibus benè moratis, & prudentibus obedire filii deberent. Immò felices filii quibus tales Deus parentes concessit. Et quamvis parentes nequeant à statu religioso filios retrahere, possunt tamen, immò tenentur parentes expendere, num Ordo quem ingredi filius deliberat, servet disciplinam propriæ professionis, morumque sanctitate fulgeat: & tunc confirmare filios in vocatione debent. Si contra res se habeat, instruant filios ut exactæ disciplinæ Religionem seligant. Væ parentibus illis, qui ut familiam exonerent, curant ut filii indiscriminatim quamcumque Religionem ingrediantur.

III. QUÆST. II. *Possuntne filii, invitis parentibus, licitè matrimonium inire?* RESP. Si sponsi sint ejusdem conditionis, Salmanticenses cum aliis contendunt peccare dumtaxat venialiter filios, si inconsultis parentibus, & invitis nuptias celebrent. Quam opinionem rejiciendam puto. Liberi sunt filii in matrimonio contrahendo; at liberi non sunt à præcepto colendi parentes. Matrimonium est maximum familiæ negotium, & tam grave negotium peragere inconsulto patre filius poterit? Peccant mortaliter filii hoc in casu, quia in re gravissima contemnunt parentes. Peccant parentes, si ab honestis nuptiis filios retrahant. Laxior est doctrina quæ asserit, nec tunc peccare mortaliter filios, cum inconsultis parentibus indignam sponsam ducunt. Sed nimis laxam opinionem communiter Theologi improbant.

IV. QUÆST. III. *Peccantne filii qui parentes abducunt ne testamentum condant?* RESP. Affirmant communiter Theologi. Letalis culpæ rei filii sunt qui avertere parentes student ne de bonis propria industria, partis disponant, ne pia legata pauperibus distribuant. Peccarent quoque parentes, qui nullo filiorum respectu habito, extraneis patrimonium distribuerent, & in piis legatis designandis nimis excederent cum filiorum detrimento. Advertendum tamen, quod non rarò parentes incertis debitis obstricti sint, & quod multa debeant quæ veris restituere dominis nequivere, aut noluerunt, dum sani erant: idcircò instante mortis articulo, ut suę prospiciant conscientiæ, & justitiæ onera solvant, plura bona pauperibus, aut piis locis legant. Quarè cauti filii esse debent in abducendis parentibus à piis eleemosynis. Curent dumtaxat ut doctos, probosque Theologos consulant.

V. QUÆST. IV. *Quid in necessitate corporali parentibus præstare filii debeant?* RESP. Parentibus gravi necessitate pressis alimenta exhibere filii tenentur, naturæ jure eos ad id astringente. Non tenentur filii Religionem egredi, ut parentibus gravi necessitate pressis succurrant, quia Deo dicati, & consecrati sunt, ut 2. 2. q. 101. a. 4. ad 4. S. Thomas docet. Debent tamen ex Superiorum licentia omnem adhibere industriam ut eisdem suppetias ferant.

VI. Filius habens liberos, & parentes in extrema necessitate constitutos, prius parentibus quam filis succurrere tenetur. Prius enim filius erga parentes, quam erga proprios filios debitum contraxit. Similiter parentes in extrema necessitate præferendi sunt creditoribus.

CAPUT IV.

De Officiis parentum in filios.

I. PRimum omnium alere, educare, custodire, à malis præservare filios parentes debent. Legatur Catechismus Tridentinus *par. 3. n. 21. de 4. Precep.* Potissimum instruere filios parentes debent in divinæ legis mandatis, fideique articulis, continenter in Dei amore, & proximi exercere eos debent. Communiter diligentes sunt tum parentes, tum Parochi in explicandis pueris fidei articulis; at negligentes ut plurimum esse solent in exponendis morum præceptis. Immò sin verbis, saltèm praxi opposita vitia eosdem edocent. Caveant parentes ne filii jurationes superfluas, luxum, fastum, superbiam, avaritiam, aliaque vitia ab ipsis addiscant.

II. Continuò ac rationis usum adepti pueri sunt, debent parentes explicare illidem verum sensum professionis quam in Baptismate edidere. *Abrenuntio Satanæ, & omnibus pompis, & operibus ejus.* Quæ sint pompæ istæ exponere debent. Sunt autem theatra, comœdiæ, choreæ, vanus & impudicus vestitus, & opera omnia quæ referri in Dei gloriam nequeunt. Eos edocent natos esse ut Deum ament, ut vitam tuam ad vitam Christi crucifixi conformet. *Quos præscivit, & prædestinavit conformes fieri imaginis filii sui.* Non posse eos duobus dominis servire, Christo nempè, & mundo; sed alterutrum habere odio debent. Imprimant in eorundem animis vitam hanc campum esse continui prælii adversus diabolum, mundum, & propriam carnem, & sensus theatrum, & scænam brevissimè duraturam, in qua nos Deus constituit tanquam milites in vivo & ardenti bello, ut hostium victoria regnum æternum indipiscamur: huc omnia studia nostra dirigere debere. Hæc christiana Moralis imprimenda est in filiorum mentibus. Hic clavus perpetuò tundendus est. Fidei mysteria facilè addiscuntur, quia non incommodant; at christiana Moralis, utpotè contraria carni, sanguini, & appetitionibus humanis, si hodiè addiscitur, cras dediscitur: quia adversus hanc christianam Moralem hostes, caro scilicèt, mundus, & dæmones, incredibili impetu belligerant: idcircò instaurare continenter bellum debemus, & divinæ legis meditationem renovare. Studia ergo & diligentiam omnem huc conferant parentes, & Parochi, ut legis præcepta, & sinceram Christianismi professionem filios doceant. Parentes, & Parochi in hac institutione negligentes peccant in Deum, in Rempublicam, in societatem, in naturam ipsam.

III. Curare deindè parentes debent ut eas artes, & disciplinas addiscant filii, quæ proprio statui conveniunt. Illos instruant ut in statu eligendo Deum consulant, & continuis precibus ab eodem postulent lumen, & gratiam illum statum eligendi in quo faciliùs salvas facere proprias animas queant. Caveant parentes ne impedimenta filiis apponant in status electione, dummodò prudentis, & docti, probique viri consilio approbata electio sit.

IV. Insuper parentes non verbis modò, verum etiam virga corrigere, & punire filios suos tenentur, ut Scriptura divina *Prov. 13.* præscribit: *Qui parcit virgæ, odit filium suum. Qui autem diligit illum, instanter erudit.* Et rursus cap. 22. *Stultitia colligata est in corde pueri. Virga disciplinæ fugabit eam.* Moderatam virgam adhibeant parentes in puritia filiorum; dum puberes evaserunt, & adolescentes, virga rationis, & institutionis utantur. Difficillima est filiorum educatio. Extrema, aut nimiæ familiaritatis, aut nimiæ severitatis declinanda sunt; sed mediam tenere viam arduum est. Donum educationis ferventi oratione à Deo petendum est. Corrigere, & moderatè verberare filios clericos parentes posse minoribus ordinibus initiatos, quin excommunicationem incurrant, docent omnes. Probabilius quoquè & eosdem sacris ordinibus insignitos, gravi urgente causa, & solo correctionis studio, non temerè, neque ira percitos, posse parentes virga plectere filios suos, quin excommunicationem incurrant.

V. QUÆST. I. *Quid nomine alimentorum, quæ præbere filiis parentes debent, intelligitur?* RESP. Jure naturæ pater filio alimenta præbere astringitur, usquedùm sub patria potestate filius permanet. Nomine alimentorum intelliguntur victus, vestitus, & habitatio. Sub nomine victus, & vestitus veniunt quoquè medicinæ: item expensæ in artibus addiscendis, quæ proprio competunt statui, & in funere eorumdem. Uxore quoquè filiorum, quas consentientibus parentibus iidem duxerunt, alere parentes tenentur. Hæc alimenta præbere parentes debent juxta prolis status conditionem.

VI. QUÆST. II. *Peccantne parentes, si filios suos alendos in hospitali exponant?* RESP. Si parentes alere filios suos queunt, mortaliter peccant, si eosdem nutriendos hospitali tradant; secus si eos alere nequirent sine gravissimo incommodo, & vitæ periculo. Peccant similiter parentes divites, qui ad evitandam matris infamiam filios illegitimos hospitali tradunt alendos, nisi solvant expensas. Et hoc in casu ad restitutionem tenentur: & hospitale, si parentes divites resciat, jure repetere expensas valet. Domini quoquè tenentur alere servos suos, peccantque, si Ecclesiæ, aut alteri pio loco alendos exponant, cum ipsi eosdem alere queant. Peccarent quoquè divites quorum januis exposiri infantes sunt, si aliorum januis exponerent: quia in tali necessitate omnes astringuntur eleemosynam alimentorum erogare. Parentes qui exponunt filios suos, privantur potestate patria, & filii expositi liberi evadunt.

VII. QUÆST. III. *Tenenturne patres alimentare filio naturali?* RESP. Filii alii sunt naturales tantùm, qui extra matrimonium ex viro, & fœmina solutis, sed tempore conceptionis nubere simul volentibus procreati sunt. Legitimi & naturales ex matrimonio valido nascuntur. Spurii ex adulterio, & incestu, & sacrilego concubitu pariuntur. Denique, & non naturales dicuntur illi qui ex legum præcepto adoptantur. Filios naturales alere parentes astringuntur, ut omnes docent: si filiis legitimis carent, instituere hæredes naturales valent, nisi vetitum lege sit. Filios quoquè spurios nutrire parentes tenentur. Quoniam hæc spurii macula non tollit quin ejusmodi filii naturales sint. S. Pius V. constitutionem edidit, qua vetat spurios hæredes instituere. Similiter filias spurias dotare astringitur. Filii Clericorum, vel Religiosorum ali à patre debent, quandiù pater vivit, si tamen is alere eos valet. Nam si Religiosus ut voto paupertatis ligatus, nihil habet de quo disponere queat. Onus alendi filios spurios primum incumbit patri, deindè matri.

VIII. QUÆST. IV. *Teneturne matres proprio lacte filios alere?* RESP. Adfirmant omnes non Christiani modò, verum etiam ethnici. Quarè propriam professionem infamant christianæ matres, quæ aliis mulierculis filios lactandos tradunt. Recentiores plurimi docent, solam nobilitatem causam sufficientem esse cur matres tradere aliis mulieribus filios lactandos possint. Et cur hoc? Quia sic consuetudo obtinet. Hanc opinionem rejicio ut falsam, & legi naturæ infes-

LIBER V.

In V. VI. & IX. Decalogi Præceptum.

DISSERTATIO I.

De Homicidio, duello, & bello.

CAPUT I.

Recensentur propositiones damnatæ ab Alexand. VII. & Ven. Innoc. XI.

I. *VIR equestris ad duellum provocatus potest illud acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat.* 2. Alex. VII.

II. *Est licitum Religioso, vel Clerico, calumniatorem gravia crimina de se, vel de suæ Religionis spargere minantem occidere, quando aliter non potest, uti non suppetere videtur, si calumniator sit paratus vel ipsi Religioso, vel ejus Religioni publicè, & coram gravissimis viris prædicta impingere, nisi occidatur.* 17. Alex. VII.

III. *Licet interficere falsum accusatorem, falsos testes, ac etiam judicem, à quo iniqua certò imminet sententia, si alia via non potest innocens damnum evitare.* 18. Alex. VII.

IV. *Non peccat maritus occidens propria auctoritate uxorem in adulterio deprehensam.* 19. Alexand. VII.

V. *Fas est viro honorato occidere invasorem qui mittitur calumniam inferre, si aliter hæc ignominia vitari nequit. Idem quoque dicendum, si quis impingat alapam, vel fuste percutiat, & post impactam alapam, vel ictum fustis fugiat.* 30. Innoc. XI.

VI. *Regulariter occidere possum furem pro conservatione unius aurei.* 31. Innoc. XI.

VII. *Non solùm licitum est defendere defensione occisiva quæ actu possidemus, sed etiam ad quæ jus incohatum habemus, & quæ nos possessuri speramus.* 32. Innoc. XI.

VIII. *Licitum est tàm hæredi, quàm legatario contra injustè impedientem, ne vel hæreditas adeatur, vel legata solvantur, sed taliter defendere, sicut & jus habenti in cathedram, vel præbendam contra eorum possessionem injustè impedientem.* 33. Innoc. XI.

IX. *Licet præcurare abortum ante animationem fœtus, ne puella deprehensa gravida occidatur, aut infametur.* 34. Innoc. XI.

CAPUT II.

Propositiones quædam laxæ.

I. „ UBI est scripta spressa permissio à Deo ut „ Reges, & Respublicæ possint inter„ficere reos? An est in Scriptura? An in tra„ditione? Estne fidei articulus? Si solo lumine „ naturali eo ducimur, patere ex eodem lu„mine naturali dicemus, quid cuique priva„to liceat in occidendo aggressore, non solius „ vitæ, verùm etiam honoris, & rei. " Clerus Gallicanus anno 1700. in Comitiis generalibus hanc doctrinam damnavit ut *scandalosam, temerariam, & hæreticam, Regibus, & Rebus publicæ injuriosam, variis ratiociniis, & regulis vitam hominum, & morum decreta subjicientem.*

II. „ An homo religiosus, qui fragilitati ce„dens fœminam vilem cognovit, quæ honori „ ducens se postituisse viro tanto, rem enarrat, „ & eumdem infamat, possit illam occidere? Resp. *Quid scio?* " Caramuel in Theolog. fund. num. 1153. Hæret suspensus; & hoc sat est ut ex Probabilismi doctrina colligatur, id licere: quia quando lex est dubia, homo liber à lege est.

III. „ *Regulariter occidere possum furem pro con„servatione unius aurei.* Propositio damnata so„lum vult, id non licere regulariter; esto in „ aliquibus circumstantiis possit id licere. " Dominicus Viva *in Tract. in propos.* 19. *Alexand. VII. num.* 10.

IV. „ Potest quidem vir nobilis volentem im„pingere alapam gladio impedire, & ut multi „ docent, etiam defensione *occisiva* se defende„re, " Idem Viva *in propos. damn.* 17. & 18. *Alex. VII. num.* 9.

V. „ Vir equestris non tenetur fugere aggres„sorem cum suo dedecore; sed potest ab illo sese „ defendere defensione occisiva." Idem Viva *in propos. damn.* 17. *Alex. VII. num.* 5.

VI. „ Etiam ad *honorem* necessarium tuen„dum viro honorato licere occidere injustum, „ ac contumeliosum aggressorem, docent DD. „ & sine dubio verissimum est in hac suppositione „ quod vir honoratus in aliquo casu aliter igno„miniam, vel contumeliam repellere, honorem„que sibi auferendum aliter tueri non possit, nisi „ occidendo aggressorem contumeliosum." Patritius Spoter *tract.* 5. *in* 5. *Præcep. Decal. cap.* 2. *sect.* 3. §. 4. *num.* 159.

VII. „ Licet ad honorem tuendum, invaso„rem post impactam alapam, fustem, vel vul„nus fugientem insequi, & occidere. Censeo „ hanc sententiam esse probabilem, & tutam in „ praxi: quia dum adversarius fugit, & percussus „ insequitur, moraliter adhuc durat congressus." Diana *tom.* 8. *coord. tract.* 5. *resol.* 7. *num.* 3. & 6. *item resol.* 8. *n.* 2.

VIII. „ An si judex desit, possit quis intrare „ in locum ubi rem furatam in pacifica possessio„ne fur constituit, & illum occidere cum mo„deramine, &c. Respondeo affirmativè. " Idem Diana *loc. citat. resol.* 131. *in titul.* & *num.* 1.

IX. „ Si re accepta fugias, tunc possum in„sequi, & ferire; vel si necesse sit, eminus telo „ petere . . . . si invadas res meas per famulum, „ vel arte magica per dæmonem, nec alia ratione „ quam nece tua possit impediri; si conjuraveris „ in mea damna; si impedias iniquè meos credi„tores ne mihi satisfaciant; si falsa accusatione, „ vel falso testimonio me fortunis conetis ever„tere; nec alia ratio impediendi suppetat. " P. Leonardus Lessius *lib.* 2. *de Just. cap.* 9. *dub.* 2. *num.* 74. & 75.

X. „ Petes, an sit contra justitiam, si furem „ procul fugientem confician, quando res judi-

„ cio est recuperabilis? Respondetur, verius vi„ dere non esse." Idem Lessius *loc. citat.* 70. & 71.

XI. „ Fas *universim* est interficere eum, qui „ nus interficere *decrevit*, quando aliter non pa„ tet via evadendi mortem, *graveve periculum „ mortis*, quod nequitia illius ex eo decreto no„ bis imminet; sive qui id ita decrevit, dicen„ dus jam aggressor sit, sive *non*: id enim quæs„ tio est de vocabulo. " Ludovicus Molina *de Just. tom.* 4. *tract.* 3. *disp.* 12. *num.* 2.

XII. „ Probabilius respondeo licere, & abs„que meru irregularitatis, occidere *occulte* liti„gatorem, si constet apertè, & omnino certo, „ dictum litigatorem omnino injustè, & per ca„lumniam procedere, & etiam sit omnino cer„tum quod innocens sua bona irrecuperabiliter „ amissurus est, nec aliud sibi remedium ad ea „ recuperanda suppetat. " P. Leander à SS. Sacram. *part.* 5. *tract.* 2. *disp.* 13. *quæst.* 30.

XIII. „ An post Decretum Innocentii XI. „ licitum sit invasorem honoris cum moderami„ne inculpatæ tutelæ occidere? Probabilius „ multo respondeo, etiam post decretum SS. P. „ N. Innocentii XI. licitum esse: quia ex propo„ sitione particulari ad universalem non tenet „ consequentia. " Emmanuel à Conceptione, seu continuator Leandri à SS. Sacram. *part.* 4. *in ordin.* 9. *tract.* 2. *disp.* 3. *quæst.* 6.

XIV. „ An post dictum P. N. Innocentii „ decretum licitum sit occidere eum qui dicit, „ *Mentiris*; aut contumeliam profert perfectè, ut „ *tu es infamis, malè cæpit*, &c. vel imperfectè, „ ut *tu es infam. . . . malè gen. . . .* si aliter in„ juria repelli non potest? Probabilius respon„ deo affirmativè." Idem Emmanuel à Concept. *loc. cit. quæst.* 11.

XV. „ Qui invasus ab altero, sive armis, sive „ *contumeliis*, si potest fugere, & malum decli„ nare non tamen fugit, sed cum debita mode„ ratione se defendit, & *alterum occidit*, non „ tenetur ad restitutionem. " Dominicus Viva in suo cursu theologico morali. *Tom.* 1. *part.* 3. *de Rest. quæst.* 7. *art.* 1. *num.* 2.

XVI. „ Si rarissimo casu eo loco sita res est „ ut miles in exercitu, vir equestris in aula re„gia, officio, dignitate, Ducis, aut Principis „ favore, ob ignaviæ suspicionem excidere de„ beat, nisi idemtidem provocanti se sistat; non „ audeo damnare eum, qui meræ defensionis „ gratia paruerit. " Paulus Layman *lib.* 3. *de Just. tract.* 3. *part.* 3. *cap.* 3. *num.* 3.

XVII. „ Dubium autem est an liceat inno„centi id duellum acceptare, sive offerre, quan„ do certum est fore ut actor per fraudem in ju„ dicio ipsum opprimat, & ejus injustam con„ demnationem impetret. Quidam neutrum „ licere ajunt . . . . sed melius alii dicunt, lice„ re huic innocenti duellum *ad vitam, honorem, & res familiares* in notabili quantitate tuen„ das, quando constat omnino injustè, & per „ calumniam actorem procedere: & certum „ omninò est fore ut innocens hæc amittat, nec „ aliud sibi evadendi remedium suppetat . . . . . „ Atque optimè *Banez* ait, licere innocenti in

„ his casibus acceptare, & offerre duellum . . . . „ Immo, & non provocando ad duellum inter„ficere occultè actorem illum calumniosum, „ cum hæc occisio vera sit defensio. Immo be„ né Nav. ait, teneri innocentem non acceptare „ duellum, nec indicere, si potest *occul è illum „ occidendo* id vitæ, honoris, rerum familiarium „ periculum evadere. Quippe sic proprium vitæ „ periculum in duello imminens vitabit, & pec„ catum actoris offerentis, aut acceptantis duel„ lum. " Thomas Sanchez *lib.* 2. *in Decal. cap.* 39. *num.* 7.

XVIII. „ Pro re minima non videtur con„ cessum jus defensionis cum tanto alterius ma„ lo. Est enim valdè, inquiunt, ut *pro pomo*, vel „ etiam uno aureo servando alicui vita aufe„ ratur. Si tamen verteretur probro tibi, nisi „ rem furi extorqueas, posses conari, & si „ opus esset, etiam *occidere* juxta Sotum. Tunc „ enim non tam rei, quam honoris esset de„ fensio. " Lessius *de Just. & Jur. lib.* 2. *cap.* 9. „ *dub.* 2. *num.* 68.

XIX. „ In propositione 17. damnata ab „ Alexandro VII. quæ ajebat, licere Religioso, „ vel Clerico occidere calumniatorem gravia „ crimina in eos minitantem, si alio modo vi„ tari non possit, non venit damnatum dicere, „ licitum filii esse calumniatorum occidere, „ quando actu injuriosa verba in eos profert fa„ mæ valde læsiva, si alia via non est tantum „ malum vitandi. " Torrecilla *in propos. damn. ad dic. propos. num.* 14. *fol.* 471.

XX. „ Immò nec damnatum venit dicere, „ solummodo esse peccatum veniale in Religio„ so, vel Clerico, in casu propositionis damna„ tæ, occidere calumniatorem." Idem Torrecilla *ibi num.* 22. *fol.* 471.

XXI. „ In propositione 18. ab Innoc. XI. „ damnata de occisione falsi accusatoris, falsi „ testis, & judicis, à quibus imminet damnum „ quod evitari non potest, non venit damna„ tum dicere, doctrinam propositionis esse spe„ culativè probabilem, nec inhibitum dicere, „ quod si practicè id fiat, tantummodo venialè „ peccatum erit. " Idem Torrecilla *Ibid. ad dic. prop. num.* 9. *fol.* 472.

XXII. „ Adhuc stante damnatione prædic„ tæ propositionis 18. probabile est intelligen„ dam venire, & propositionem, & jus damna„ tionem de aggressore in actu proprio, non de „ aggressore in actu secundo, seu de actuali of„ fendente. " Idem Torrecilla *ibid. num.* 25.

XXIII. „ Potest vir honoratus alium occi„ dere absque lætali, quando aliter honorem „ in re gravis momenti tueri non potest. " Idem Torrecilla *tom.* 1. *Summ. tract.* 3. *disp.* 2. *cap.* 2. *sect.* 3. §. 3. *num.* 121. *fol.* 476.

XXIV. „ Negari non potest quin saltèm ho„ norem, famamque illam quæ ex virtute, & „ sapientia nascitur, quique verus honor est, „ juste defendere Clerici, & Religiosi valeant, „ ac sæpè debeant, cum hic sic proprius profes„ sionis ipsorum, quem si amittant, maximum „ bonum amittunt. Nam per hunc redduntur

Bannez, Lugo, Tapia, Serra, Navarra, & alios similes Doctores. Eamdem defendunt P. Viva, Sporer, Antonius Casnedi, qui ait omnes TT. eamdem defendere. Quoniam, inquiunt, honor vitæ comparatur. Ergo sicut ob vitæ, ita, & pro honoris licita est calumniatoris occisio.

XI. Præfata sententia hostiliter pugnat cum Christianismi spiritu, & antievangelica est. Inquit enim Evangelium Matth. 5. *Orate pro persequentibus, & calumniantibus vos.* Et laudati auctores dicunt: *Occidite calumniantes vos.* Quare rejicio hanc propositionem P. Viva in tract. ad thes. 17. Alex. VII. num. 9. *Potest quidem vir nobilis thesim istam impingere alapam, gladio impedire, & ut multi docent, etiam defensione occisiva se defendere.* Christus Jesus dicit: *Si quis te percusserit in dexteram maxillam tuam, præbe illi, & alteram.* Resp. P. Daniel Stadler in suo *de Duello honoris vindice* opere: *Rara avis in terris.* Et si hæc Probabilistarum doctrina obtineat, *rarissima hæc avis erit.* Non minus bellum Evangelio indicit hæc altera doctrina P. Viva ibidem num. 3. pag. 58. *Vir equestris non tenetur fugere aggressorem cum sua dedecore, sed potest ab illo se defendere defensione occisiva.* Nimis quoque laxa est hæc doctrina P. Lacroix: *Non tenetur fugere invasorem, si per hoc incurras gravem ignominiam* Lib. 3. p. 1. n. 803. pag. 207. Plura alia laxa paradoxa, quæ idem Viva, Sporer, Diana, & alii Probabilistæ docent, prætereo. Hæc pauca indicavi, non ut auctoribus istis, quorum intentionem, animumque pium fuisse credo, invidiam crearem; sed ut lectores cautos efficerem in legendis hujusmodi libris.

XII. Præfatam doctrinam contineri in thesi 30. damnata ab Innocentio XI. & supra relcripta, mihi certum apparet: & quod pius est, pugnare cum Evangelio videus. Nam tolerantia calumniatum, & fuga persecutionum, aut in famis est, aut secus. Si primum; infamem rem Christus præcipit, cum jubet orandum pro calumniatoribus. Hæc verò blasphemia est. Si secundum; ruit adversantium fundamentum. Pauels rem conficio. Fugere invasorem, alapam pati, calumniatores tolerare dedecet virum equestrem nobilem antichristianum, Evangelii hostem, & mundani honoris idololatram, verùm est: summopere verò decet nobilem equstrem, virum christianum, Evangelii professorem, Dei famulum, & Jesu Christi discipulum.

XIII. Duplex distinguendus honor est: alter in opinione humana, & mundi apprehensione fundatus, alter operum honestate partus. Hunc magni facere, illum contemnere Christianus debet. Fuga invasoris, tolerantia alapæ, percussionis, calumniarum, actiones sanctæ sunt, honoremque viro christiano dignum pariunt. Mundi, & diaboli asseclæ hinc infamiam, & dedecus proficisci blaterant. Consilii hæc sunt, reponunt aliqui. Gravissimi præcepti hæc sunt, intonant Evangelistæ, necessitate urgente vitandi homicidii.

XIV. QUÆST. V. *Licitum est hominis invasoris occisio ob conservationem honorum temporalium?* RESP. Adfirmat major Theologorum recentium pars, quandò bona magni momenti sunt. Evincere contendunt auctoritate Scripturæ. Nam *Exod.* 22. dicitur: *Si effringens fur domum, sive suffodiens fuerit inventus, & accepto vulnere mortuus fuerit, percussor non erit reus sanguinis.* Adducunt cap. *Interfecisti*, 2. de Homicidio. Ratione autem sic arguunt. Bona temporalia necessaria sunt ad vitæ sustentationem. Ergo qua ratione licitum est sustentare, & defendere vitam propriam etiam cum occisione invasoris, eadem licitum erit occidere furem bonorum temporalium. Accedit quòd si fures impunè rapere bona possent, omnia plena essent latrociniis.

XV. Hæc sententia mihi falsa est, & divino mandato adversa. Si auctoritatem consulo tum Evangelii, tum Pattum, tum canonum, nec probabilis apparet. Ab auctoritate solùm postremis seculis probabilitatem extrinsecam recentiorum Theologorum acquisivit. Nec unum sanè SS. Patrum recentiores Theologi allegare pro se valent. S. Augustinus vix permittit occisionem invasoris vitæ; exertè verò improbat occisionem furis, sicut, & cæteri Patres, quorum nec unus approbat hanc occisionem.

XVI. Joannes Riardus Lovaniensis *quodlib.* testatur anno 1570. communem fuisse sententiam penes Theologos, & Canonistas negantem licitum esse occidere furem bonorum dumtaxat invasorem. Perdoctus, probusque Canonista FAGNANUS ad caput *interficisti* de Homic. inquit: *Secundum canones in foro saltem pœnitentiali, & quoad Deum absolutè credimus, non posse laicum sine peccato occidere spoliatorem.* Henricus à S. Ignatio pro hac eadem sententia citat Alensem, Scotum, Summam Tabienam, Gersonem, Augustinum de Ancona, Tostatum, Vulpem Scotistam, Merbesium, Hennetum, Du Hamel, Neesen, Van-Rois, Du-Rois, Diana *tom. 8. tract. 5. resol.* 29. pro eadem sententia citat Acurtium, Panormitanum, Archidiaconum, Felinum. Eamdem sententiam tuetur Joannes Pontas, verb. *Occidere*; laudatque præter citatos Innocentium IV. super cap. *Si vera* 3. de Sent. excom. Alexandrum III. in cap. *Suscepimus* 5. de Homicid. voluntar. Actoritas igitur extrinseca summa est tum Theologorum, tum Canonistarum.

XVII. Sed quod decretorium est, lex evangelica *Non occides* absoluta est; à qua Patres solam defensionem propriæ vitæ excipiunt. Quid quod luculentissimè Christus Dominus *Matth.* 5. vetat occisionem ob defensionem bonorum temporalium? Inquiens: *Qui vult tecum in judicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei, & pallium.* Consilium hoc esse non inficior, si exercitium spectetur. At quantum ad animi præparationem præceptum est, ut docet S. Thomas cum omnibus Theologis. Sed vim, & efficacitatem horum verborum expendamus. Si in ipso tribunali, ubi lictta est defensio, intentanti litem super propria tunica, remittendum pallium est, ne-

nedum tunica, ut lites jurgia, dissidia, expensæ, & odii occisiones vitentur: numquid licitum est occidere tunicę proprię raptorem? Consilium istud vim præcepti *Non occides* sum ma perspicuitate exponit. Nihil tam necessarium homini post cibum, quam tunica, qua nuditas operitur. Christus Dominus, ut altiùs imprimeret animis nostris amutem erga proximum, horrorem contra odium, & vindictam, consulit omnia dimittenda, ut dissidia vitentur. Recentiores Theologi oppositæ sententiæ defensores non modò propter vestitum necessarium, sed propter quęcumque bona magni valoris licite occidi furem posse docent. Referibamus theles damnatas. 31. *Regulariter occidere possum furem pro conservatione unius aurei.* 32. *Non solùm licitum est defendere defensione occisiva quæ actu possidemus, sed etiam ad quæ jus incoatum habemus, & quæ non possessura speramus.* 33. *Licitum est tam hæredi, quam legatario contra injustè impedientem se tuliter defendere; sicut, & jus habenti in cathedram, vel prabendam contra eorum possessionem injustè impedientem.*

XVIII. Quis dixerit doctrinam harum trium thesium non esse trucem, crudelem, sanguinariam, antievangelicam? Et tamen non pauci Probabilistæ, qui *benigni* appellari ambiunt, non cessant eadem proscriptas theles variis fucis obtectas propugnare. P. Viva advertit, primam thesim defendi à Molina, & à Lugo, si furto adjungatur contumelia adversus virum nobilem, furtumque evadat rapina: Additque P. Viva, *quod si aliquando amissio unius aurei foret alicui pauperi ingens damnum, ut si artifici tollatur instrumentum suæ artis, quo sublato non possit suam, ac suorum vitam sustentare, tunc posset illud defensione occisiva custodire: & ideò propositio damnata forsan valet, id non licere REGULARITER; esto in aliquibus circumstantiis possit id licere.*

XIX. Viden', quam apprime hæc doctrina cum evangelica doctrina conveniat? *Regulariter*, inquit P. Viva, non licet occidere furem unius aurei; at in aliquibus circumstantiis id licet. Quid si furtum sit non unius, sed duorum? Quid si trium, quid si decem, si viginti, si quinquaginta, si centum aureorum sit? Tum tutum, nedum licitum erit furem occidere *regulariter*. Et altissimum mandatum *Non occides* subjectum hominum opiniunculis, nihil certi verat. Nam alii ob duorum, alii ob trium, alii ob decem, alii ob viginti, alii ob centum aureorum furtum juxta paupertatem, aut divitias illorum à quibus aurei surripiantur, occidere licitè homines possunt, hæc recentium Theologorum sententia admissa. Præceptum *Non occides* vetat homicidium, etiam gravi causa data. Quis enim hominum ratione præditus sine gravi causa homines occidit? Juxta verò horum recentium Theologorum opinationes *regulariter* ob furtum unius aurei homicidia parrari nequeunt. Cæterum, si aureus iste sit necessarius ad victum comparandum, si aurei sint multi, tum occidi homines poterunt.

XX. Heinc evidenter patet, admisso licito homicidio ob furtum rerum temporalium, gravissimum quintum Decalogi mandatum fermè commentitium evadere, & quasi in nihilum occidere. Nam tot sunt de licitis homicidiis opiniones, quot sunt varia furtorum genera. Siquidem alii occidi possunt ob furtum juxta hos auctores unius, juxta alios duorum, juxta alios decem, juxta alios quinquaginta, juxta alios centum aureorum. Heinc consequitur licitum esse defendere defensione occisiva *non modo ea quæ actu possidentur, sed etiam ea ad quæ jus habetur.* Et propterea licitum erit occidere illos, qui impediunt consecutionem dignitatis, & gradus, undè ingentia emolumenta proficiscuntur. Ejusmodi theles damnatæ utique sunt. At nihilominus communiter recentiores Theologi propugnat, occidi hominem posse ob furta rerum temporalium. Quoniam reponunt damnatum homicidium esse ob furtum unius aurei, secus ob furtum unius aurei adjecto verbo contumelioso, secus ob furtum duorum, decem, viginti, quinquaginta, centum aureorum. Conferto christiane lector hanc doctrinam cum doctrina evangelica, & tum, & ipse hostilem, & manifestam deprehendens oppositionem.

XXI. Non modò cum Evangelio, cum Patrum, sacrorumque canonum doctrina pugnat hæc ob bonorum temporalium furtum occisio hominis, sed ipsi naturæ juri adversatur. Vita quippè hominis est ordinis adeò superioris, ut nulla omninò sit proportio cum bonis temporalibus ordinis longè inferioris. Ergo homicidium patratum propter furtum bonorum temporalium pervertit naturæ ordinem. Quamobrem ipsæ supremæ potestates, quæ juris naturæ ordinem custodiunt, conservantque, ob simplex furtum pœna capitis non plectunt fures. Tunc solùm eos ad mortem damnant, cum furtum est *qualificatum*, ut ajunt, seu aliqua enormi circumstantia affectum. Longius non protraho argumentum, cum natura sua pateat.

XXII. Argumenta oppositæ sententiæ nullius momenti sunt. Scriptura sancta concedit homicidium furis nocturni, quia præsumitur pravus animus occidendi dominum, ut evidenter colligitur ex prohibitione immediatè adjecta occidendi furis diurni. Continuò enim additur ibidem: *Quod si orto Sole hoc fecerit, homicidium perpetravit, & ipse morietur.* Canones qui opponuntur, permittunt homicidium latronis qui bona, & vitam invadit. Cap. *Interfecisti* dicitur: *Te, tuaque*, &c. Lege Fagnanum in hoc caput. Quæ à ratione petita obtenduntur, futilia sunt. Bona temporalia sunt utique necessaria ad vitam sustentandam; at negatur latronem posse unquam ita omnia bona auferre, ut homo bonis spoliatus nequeat vitam degere. Nam si qui furtum patitur, dives est, numquid latro auferre omnia bona potest? Tandem vix contingere casus potest ut homo furtum patiens nequeat se sustentare. Ineptissimum ergo est sophisma à necessitate vitæ sustentandæ arcessitum.

„, summoperè *æstimabiles, & conspicui faculta-*
„, *tibus, quas sua virtute dirigere, ac juvare pos-*
„, *sunt: quo sublato, nec illos dirigere, nec ju-*
„, *vare poterunt.* Ergo saltèm hunc honorem po-
„, terunt Clerici, ac Religiosi cum moderami-
„, ne inculpatæ tutelæ ETIAM CUM MORTE
„, INVASORIS defendere. Quin interdum, le-
„, ge saltèm charitatis, videntur ad illum de-
„, fendendum teneri, si ex violatione propriæ fa-
„, mæ integra Religio infametur. " Franciscus Amicus *tom. 3. disp. 36. num. 118.*

CAPUT III.

Quid prohibeat quintum Decalogi mandatum NON OCCIDES. Quam grave sit homicidii scelus. De potestate Principum in facinorosos.

I. QUintum præceptum Decalogi prohibet homicidium. Homicidium definiri solet: *Injusta hominis occisio*, sive hæc fiat publica, sive privata auctoritate. Homicidii quippè rei sunt, vel ipsi Principes, si injustam impetent occisionem. Quæ autem auctoritate privata fit, semper injusta est, necessitate inculpatæ defensioni sublata. Triplex distingui homicidium solet, voluntarium, necessarium, fortuitum. Voluntarium, quod malo animo occidendi committitur. Necessarium, quod lege publica, vel necessariæ defensionis jure imperatur. Fortuitum, quod præter intentionem accidit.

II. Omnium scelerum, quæ committi in proximum valent, homicidium est gravissimum cum vitam auferat, quæ est omnium terrenorum bonorum supremum. Præceptum hoc non modò exteriorem hominis occisionem injustam, verberationem, mutilationem prohibet, verum etiam quamcumque interiorem voluntatem nocendi proximo, sive ope, sive consilio, sive desiderio.

III. QUÆST. I. *Undè habent supremæ potestates facultatem occidendi facinorosos?* RESP. A Deo supremo vitæ, & mortis Domino, *respondet Rom. cap. 3.* S. Paulus. *Non sine causa gladium portat: Dei enim minister est, vindex in iram ei qui malè agit.* Quare turpiter errant illi qui negant à Deo collatam Regibus, & Principibus potestatem occidendi facinorosos: quorum errorem proscripsit Clerus Gallicanus an. 1700. Immò ipso naturæ jure spectato necessariò confitenda est in supremis potestatibus dicta facultas. Nam necessarius est custos, & defensor, qui naturæ ordinem sartum rectum propugnet. Non potest hunc ordinem custodire Princeps, nisi coercere, & de medio auferre perturbatores posset.

IV. Principes clerici, qui temporali jurisdictione in aliquam civitatem, provinciam, aut regnum fruuntur, potestate carent occidendi facinorosos, sed jus sanguinis conferunt judicibus á se delectis. Utrum autem laici judices à Principibus Ecclesiasticis electi potestatem occidendi facinorosos habeant à potestate laica, vel ecclesiastica, quæstio est nullius momenti. Judices damnare reos nequeunt parte inaudita, nisi evidentissimè constet de crimine.

V. QUÆST. II. *Possuntne Principes conferre cuilibet privato potestatem occidendi bannitos, proposito præmio?* RESP. Difficilè in examen voco Principum potestatem, quia ejusdem consilia ignoro. Hanc potestatem omnes concedunt Principibus intra proprium territorium, secus extra. Quia quilibet Princeps est custos ordinis naturalis, & civilis intra proprium principatum, minimè extra eundem; nisi tamen accedat mutuus Principum consensus. Quarè veram judico Sotî doctrinam, quam olim rejeceram, non omnibus scilicèt probari morem illum quo suprema aliqua potestas facultatem exulibus suis à patria impertit alium occidendi proposito vitæ, & libertatis præmio. Nisi enim aliorum Principum consensus accedat, nihil potest Princeps in alio principatu concedere.

VI. Accedit quod Principes ob unicam rationem boni communis custodiendi hanc facultatem concedunt. Similiter privati solùm amore communis boni exequi hanc occisionem licitè queunt. Quis autem est qui in praxi non odii, non vindictæ imperu, aut lucri, vel commodi privati ipe has occisiones non perpetret? Præterea judex christianus tenetur concedere tempus congruum pro sacramentorum susceptione.

VII. QUÆST. III. *Utrum judex damnare possit ad mortem eum quem testes convicui reum, si ipse privatim novit innocentem?* RESP. Convenit penè omnes innocentem occidi directè non posse. Respublica nequit tradere tyranno innocentem occidendum: at ipse innocens astringitur se offerre Reipublicæ occidendum, ut servet à tyranno patriam: & tum Respublica potest tyranno innocentem tradere, ut Theologi plures docent. Verùs tamen dicendum, teneri innocentem pugnare pro patriæ conservatione, & omittere sui defensionem, seu permittere sui occisionem, ut patriam á tyranno præservet. Similiter, & Rœspublica cessare ab ejusdem protectione valet in hoc casu. Verùm hæc in praxi vix contingent: ideò obiter ea indicasse sat est, ut compertum sit quid pro servando communi naturæ ordine quisque agere debeat.

VIII. Ad propositam quæstionem dico, vix occurrere in praxi posse, quod judex nequeat liberare innocentem, quem certò talem ipse cognoscit. Nam si judex supremus sit, potest hoc in casu sua suprema potestate uti, & contra, vel præter allegata, & probata agere. Si sit judex inferior, tunc potest accusatum innocentem tradere judici supremo liberandum, ut fatentur omnes. Potest protrahere judicium, accusatores falsos, aut deceptos instruere. Tot quippè viæ patent liberandi innocentis, ut vix unquam in praxi contingat casus in quo judex cogatur secundum allegata, & probata damnare innocentem. Judicium non potest esse rectum, nisi sit conforme primæ veritati: nequit autem esse conforme, si sit falsum. Quarè semper ab innocente damnando abstinendum est.

CA-

CAPUT IV.

De Homicidio privata auctoritate perpetrato.

I. QUÆST. I. *Licitumne sit marito uxorem in adulterio deprehensam occidere?* RESP. Affirmantem opinionem propugnarunt plures Juristæ. Sed hanc opinionem damnavit Alexander VII. in hac thesi: *Non peccat maritus occidens propriam uxorem in adulterio deprehensam.* Leges quæ allegantur in favorem damnatæ thesis, permittentes sunt, non approbantes. Neque supremus princeps deprehendens uxorem, aut filiam in adulterio potest secretò, & privatim eaſdem occidere; sed solùm ut publicus judex. Et hoc in casu necessaria est publica notitia.

II. QUÆST. II. *Licitumne est homicidium ob propriæ vitæ defensionem?* RESP. Neminem astringi ad sui defensionem cum occisione invasoris, fatentur omnes; sed quisque ob Dei amorem, & charitatis fervorem permittere sui occisionem, ne alterum occidat, ut amici, vel proximi vitam servet, licitè, & strenuè potest: & tum locum præsertim obtinet hæc doctrina, cum scitur invasorem esse in peccato mortali: eo autem ipso quod quis alterius vitam invadat, scelere gravissimo inquinatus est.

III. Num verò homo invasus occidere invasorem licitè queat, disputant in utramque partem Theologi. Omnes tamen conveniunt, servandas esse regulas *inculpatæ tutelæ*; videlicet, si vita servari aliqua via possit sine invasoris morte, abstinendum à cæde est: si sola mutilatione, si fuga, si denique aliquo excogitabili medio servari vita potest, occidi licitè invasor nequit. Immò homo invasus numquam licitè intendere invasoris cædem, sed dumtaxat propriam defensionem potest, quam consequitur præter intentionem invasoris occisio. In his conveniunt omnes.

IV. Verùm etiam his servatis regulis, negant aliquo in casu licitam esse invasoris injusti occisionem Theologi plures. Alanus Magnus de Insulis contendit, sæculo 12. invectam esse contrariam opinionem, & antea communem fuisse Patrum doctrinam damnantem talem occisionem ob propriam defensionem, & contendit hanc esse S. Thomæ mentem. Hanc sententiam defendit ex recentioribus Henricus à S. Ignatio, qui citat Augustinum de Ancona, Hugonem, Richardum, Gersonem, Gossam Accursium, Almainum, Cardinalem Norisium, Gennetum, Neessem, Van-Rois, & plures alios Lovanienses.

V. Opposita sententia communis est inter Theologos, eamque perspicuè 2. 2. *qu. 64. art. 7.* discutit S. Thomas. Doctrinam S. Thomæ approbat Catechismus Tridentinus *p. 3. sec. 8.* Ratio est, quia in pari causa quisque potest propriam vitæ alterius præferre, neque plusquam semetipsum proximum diligere astringitur.

VI. Confitendum tamen sincere est, difficillimam esse in praxi hanc innoxiam occisionem. Quis est qui invasus ad mortem, solam sui defensionem, nequaquam occisionem alterius intendat? Qui iram moderetur, qui regulas inculpatæ tutelæ servet, & animi tranquillitate se defendere studeat? Quarè unicè orandus Deus est ne permittat nos tali tentatione obsideri. Si invasus pecato mortali inquinatus sit, periculo mortis se exponit, atque adeò damnationis: elicket ne, gladio districto, contritionem perfectam? Hanc contritionem elicere posset, si ne vel se, vel invasorem in infernum detruderet, permitteret sui occisionem. Quarè adeò mihi difficilis in praxi videtur innoxia hæc defensio occisiva juxta regulas inculpatæ tutelæ, ut securior permissio occisionis propriæ mihi appareat quam innoxia invasoris cædes.

VII. Innoxia uxor cum marito in lecto cubat. Deprehendit maritum sub cervicali pugionem habere ad se occidendam. Nulla ad fugam tima patet. Nisi præveniat, occiditur. Quid agendum? Non pauci præveniendum invasorem docent. Quam doctrinam evidenter falsam, & sanguinolentam damnavit Clerus Gallicanus anno 1700. Numquam enim prævenire aggressorem licet, sed solùm se defendere etiam juxta mitiorem secundum opinionem, quam retulimus. Reponunt adversarii, non aggredi, sed se defendere mulierem eo in casu. Ita ne vero? Dormientem maritum necat, & non aggreditur? Aggressio hæc, ajunt, materialis est. Similiter ajunt provocatum ad duellum posse illum acceptare, ut suum honorem defendat: quia, inquiunt, talis acceptatio non est duellum acceptare, sed se defendere. His vanissimis commentis non infrequenter non pauci laxant sanctam Evangelii legem.

VIII. Qui defendunt, numquam licitam esse occisionem invasoris hoc potissimùm argumento nituntur. Lex charitatis jubet ut salus spiritualis, & æterna proximi præferatur vitæ meæ temporali. Vera doctrina hæc est, quando vita mea temporalis medium necessarium est. Laborat quis ignorantia vincibili eorum, quæ necessaria sunt ad salutem. Ego solus occurrere possum: teneor animę æternum periclitanti succurrere cum vitæ discrimine. At invasor armata manu liberè me aggreditur, & desistere, si velit, potest. Quarè doctrina de licita defensione, ex qua sequitur invasoris occisio, vera absolutè est. Sed praxis, ut dixi, difficillima, & æterni periculi plenissima est. Propterea iterum inculco orandum Deum esse ut à tali occasione præserver.

IX. QUÆST. III. *Licitane sit calumniatoris occisio?* RESP. Affirmarunt plures. Sed thesim damnavit Alexander VII. quam descripsi *cap. 1.* Thesim docuit P. Amicus, sed disputationis gratia, inquit P. Viva in Trutina *ad thesim 17.* Sola lectio doctrinæ P. Amici declarat vanam esse interpretationem P. Viva.

X. QUÆST. IV. *Occidendumne sit calumniator ob defensionem honoris magni momenti, cum moderamine inculpatæ tutelæ?* RESP. Affirmant aliqui etiam post damnatas ab Alex. VII. theses, Quin hanc opinionem communem appellant Salmanticenses, & pro eadem referunt Molinam, Lessium, Fagundez, Vazquez, Dicastillum, Tamburinum, Leandrum, Antonium à Spiritu Sancto,

XXIII. Si plura cupis, consule *tom. 4. lib. 7. Resolut. Salmanticenses tract. 25. cap. 1. p. 4. §. 4. n. 86.* recensent sententias varias recentiorum, quorum alii docent ob unum, alii ob duos, alii ob quatuor aureos occidi hominem posse. Huc recidit benignitas probabilistica.

XXIV. QUÆST. VI. *Licitane est occisio invadentis pudicitiam?* RESP. Affirmant communiter recentiores; sed negat S. Augustinus, cujus doctrinam veram judico: & de lege permittente tales occidi, respondet *lib. 1. de Lib. arbitr. cap. 5.* S. Doctor: *Legem quidem non reprehendo, quæ talem permittit interfici; sed quo pacto ipsos defendam, qui interficiunt, non invenio.* Castitas vi impetita nullam patitur maculam, si virgo animo forti resistat. Grave, inquis, periculum imminet succumbendi tentationi. Audio. Sed non ne gravissimum imminet periculum occidendi ex ira, & vindicta stupratorem? Ad Deum ergo solum recurrendum hoc in casu est, qui cum admodum rarus sit, longiorem non postulat discussionem.

XXV. QUÆST. VII. *Licitumne est seipsum occidere?* RESP. Soli hæretici circumcelliones suicidium propugnarunt; catholica fides illud damnat: repugnat enim justitiæ nedum charitati seipsum occidere. Deo præcipienti suicidium parendum esset, secus cuicumque judici humano. Sancti, qui sibi mortem conciverunt, peculiari Dei instinctu id peregere.

XXVI. QUÆST. VIII. *Licitane est alicujus membri mutilatio?* RESP. Negant absolutè omnes. Si tamen membri mutilatio necessaria esset ad corporis sanitatem, tunc licita foret. Peccant qui semetipsos castrant ad evadendas tentationes. Similiter peccant mortaliter parentes qui filios suos castrari curant, sive consentiant filii, sive repugnent. Gravius peccant, dum eos castrati studeant, ut mimos in theatris agant; vitamque theatralem, ideòt infamem, & damnabilem inter psaltrias, & saltatrices ducant.

XXVII. Permitti tamen indirectè suicidium non modò licitum, sed sanctum esse potest. Quoniam Christus Dominus, ejusque sancti Martyres illud permiserunt: & defensionem contra vim illatam negligere ob Dei gloriam licitum esse potest. Similiter licitum est id agere, undè secutura indirectè mors prævidetur, ut patet in militibus, qui licitè in bello justo prælliantur, & in iis qui serviunt lue infectis. Teneantur tamen omnes remediis ordinariis, secus extraordinariis, & summi valoris uti, ut mortem declinent naturalem, & non vi illatam. Virtutis causa potest quis alteri extremè indigenti panem relinquere, & naufraganti tabulam, quam quis tenet, dare potest, si ille utilior sit Reipublicæ. Verum casus isti rarissimi sunt. Fœmina mortem potiùs subire debet quam permittere sui violationem.

XXVIII. QUÆST. IX. *Quid de homicidio casuali dicendum sit?* RESP. Homicidium casuale illud dicitur, quod est præter intentionem occidentis. Duplex est. Alterum quod est præter voluntatem tum in se, tum in sua causa; & hoc propriè fortuitum est, omnique peccato caret. Alterum quod licèt volitum in se non sit, in sua tamen causa indirectè volitum est; & hoc homicidium peccatum est, quandò datur opera rei illicitæ, undè homicidium sequitur. Qui verò rem licitam agunt, & omnem adhibent diligentiam, ut homicidium declinent, quod indè sequi posse prævident, à peccato immunes sunt: Quare qui projiciunt è tectis tegulas, aut lapides, si diligenter clament, moneantque transeuntes, illis nullo modo attribuuntur percussiones, & occisiones quæ sequi possent.

CAPUT V.

De duello.

BEnignitas non paucorum Casuistarum in dies latius manat, non modò in demulcendis humanis appetitionibus, choreatum, comœdiarum, ludorum, & promiscuarum conversationum approbatione, sed etiam in fundendo humano sanguine, & hominum occisione vi duellorum peracta. Quamvis Concilium Tridentinum, & plures Pontifices summi, præsertim, missis antiquioribus, Clemens VIII. Gregorius XIII. & Alexander VII. gravissimas tulerint pœnas in duellorum auctores, & casuisticas opiniones duellis faventes damnaverint; nihilosecius Casuistæ non pauci consuetis distinctiunculis decreta, & Concilii Tridentini, & summorum Pontificum eluserunt, & duella ut licita in quibusdam casibus propugnarunt. Et eo processit novæ benignitatis humanæ spiritus, ut nuper volumen integrum prodierit in duelli defensionem. Rem clarius exponam.

§. I.

Recensentur propositiones damnatæ in materia duelli à BENEDICTO XIV. feliciter regnante.

P. Daniel STADLER volumen emisit elapso anno 1751. inscriptum: DE DUELLO HONORIS VINDICE. Continuò ac opus istud lucem aspexit publicam, omnes evangelicæ doctrinæ, & christianæ disciplinæ peritos commovit, & istorum justæ lamentationes adversus dicti voluminis opinationes ad Petri solium pervenere. Quarè vigilantissimus Pontifex BENEDICTUS XIV. Congregationem EE. Cardinalium, & Theologorum instituit, in qua præfati libri doctrina seriò, & maturè discussa, & expensa, CONSTITUTIONEM edidit die 24. Novembris an. 1752. cujus initium est: *Detestabilem, ac divinæ, naturalique legi damnatum duellorum abusum.* In hac constitutione quinque sequentes propositiones damnavit tamquam falsas, scandalosas, & perniciosas. Advertere tamen lectores interest, P. Danielem Stadler singulari humilitatis exemplo sua retractasse errata, atque secundis typis suum tomum emendatum recudisse, ut ex publica fama intellexi. Siquidem hanc secundam editionem ego non vidi, atque adeò meam sententiam profecto nequeo, num reverà excerpta omnia sint quæ spongia indigent.

Vir

I.

Vir militaris, qui nisi offerat, vel acceptet duellum, tamquam formidolosus, timidus, abjectus, & ad officia militaria ineptus habeatur, indeque officio quo se, suosque SUSTENTAT, privaretur, vel promotionis aliàs sibi debitæ, ac promeritæ spe perpetuò carere deberet, culpa, & pœna vacaret, sive offerat, sive acceptet duellum.

II.

Excusari possunt etiam honoris tuendi, vel humanæ vilipensionis vitandæ gratia, duellum acceptantes, vel ad illud provocantes, quando certo sciunt punam non esse secuturam, utpote ab aliis impediendam.

III.

Non incurrit ecclesiasticas pœnas ab Ecclesia contra duellantes latas dux, vel officialis militiæ acceptans duellum ex gravi metu amissionis famæ, & officii.

IV.

Licitum est in statu hominis naturali acceptare, & offerre duellum ad servandas cum honore fortunas, quandò aliò remedio earum jactura propulsari nequit.

V.

Asserta licentia pro statu naturali applicari etiam potest statui civitatis malè ordinatæ, in qua ministrum vel negligentia, vel malitia magistratus, justitia aperte denegatur.

§. II.

Quid sit duellum.

I. Definire communiter solet, quod sit *pugna singularis ab utraque parte ex condicto acceptata, loco & tempore designato, cum periculo occisionis, aut gravis vulneris.* Distinguitur à bello, quod est pugna communis, non singularis, ut duellum, quod est inter duos, & appellari etiam solet *monomachia*, vel inter quatuor, aut docto in æqualem numerum tributos hinc, & indè præliantes. Dicitur *ex condicto*, ideòt mutuo inito pacto, ad pugnam tali loco, & tempore ineundam. Non esse duellum, inquiunt multi juniores, si tempus tantùm, aut contra locus, non assignato tempore pugnæ, indicatur, tametsi mutuo pugnantes sese percutiant. Ultima particula *cum periculo occisionis, aut vulneris gravis* indicat, duellum non esse, ubi nullum periculum vitæ, aut gravis vulneris occurrit, ut solent esse quædam certamina ad vires exercendas absque armis. Duellorum assecle imitantur quosdam Casuistas, qui una adjecta distinctiuncula leges eludunt. Similiter isti, ut duelli, & leges, & pœnas declinent, non se provocant expressè, & coniuctis formulis, sed reipsa. Dicit offensus: *Satisfactionem volo.* Reponit offensor: *Animio per urbem, neminem timeas:* vel hac alia phrasi, nempè *se interpide esse paratum ad justam defensionem propria manu, & esse suspiciendam contra quemcumque injustas agressores.* Hæc est, vera, & ut dicitur, realis provocatio, larvis, & figmentis palliata.

II. Duellum incognitum fuit vel ipsis ethnicis. Florente christiana Religione à barbaris invectum fuit, & (quod pejus est) à quibusdam Christianis probatum in nonnullis evenibus.

III. Descriptum duellum vetitum absolutè esse jure naturali, divino, canonico, & civili affirmant omnes. Rationi quippè repugnat, aut propriam vitam periculo mortis voluntariè exponere, aut alterius mortem intentare. Præterea modus iste decidendi controversias est absurdissimus, cum æquè innocens, ac reus perire queat. Quod jure divino prohibitum duellum sit, compertum est in lege vetante homicidia, & injuriarum vindictam. Decreta Pontificum, & Concilii Tridentini omnibus manifesta sunt, sicut, & Principum leges.

§. III.

Animadversiones in primam propositionem damnatam à Benedicto XIV.

I. Quamvis omnes auctores christiani vetitum duellum asserant jure naturali, divino, & canonico, nihilominus non pauci auctores moralistæ casus excogitarunt in quibus licitum duellum sit. Primùm dixerunt, ad evitandam timiditatis, ignaviæ, & pusillanimitatis notam licitum duellum esse. Istorum opinionem damnavit Alexander VII. in hac theti: *Vir equestris ad duellum provocatus potest illud acceptare, ne timiditatis notam apud alios incurrat.*

II. Alii, videntes nimis vanum, & ineptum esse hunc titulum honoris mundani, & evadendæ timiditatis notæ ad honestandum duellum, excogitarunt alium titulum, nempè defensionem fortunarum, quæ ab honore pendent. Ablato enim honore homo evadit ineptus ad officia, ad gradus, & dignitates, undè, & se, & familiam sustentat. Quare, inquiunt, ut quis periculum evadat honoris, & fortunarum, potest duellum acceptare, & etiam offerre.

III. Salmanticenses *tract. 10. cap. 4. punct. 3. num. 39.* inquiunt: „ Si sit periculum vitæ, *bonoris*, aut fortunarum, nisi acceptes duellum, illud licitè acceptare poteris, ut si minetur adversarius mortem, infamiam per falsum testimonium, vel se domos, vel agros incensurum, &c. nisi duellum accepies, & credis illud malum tibi eventurum, & non sit alia via illud evadendi, poteris acceptare; imò indicere illud: quia tunc est *justa defensio*, si alius provocet; & si tu provoces, eligis minus malum ut majus evites, & majus periculum in id quod minus est, commutare contendis: *quod licitum esse nemo* dubitat. Ita Sanchez *lib. 1. Decal. cap. 39. n. 8.* Bonacin. *n. 18.* Diana *5. p. tract. 13. res. 17.* Valentia *punct. 1. vers.* Si talis autem. Mendoza *2. 2. disp. 170. sect. 86. §. 76. & seq. §. 82.* Lessius *lib. 2. cap. 9. dub. 8. n. 49.* Palaus *num. 9.* Vviggers *2. 2. quæst. 41. art. 1.* Stephanus à S. P. *n. 60.*" Hi omnes damnatam primam propositionem propugnarunt.

IV. P. Patritius Sporer *tract. 5. in 5. Decal. Mand. cap. 2. sect. 4. n. 204.* ait: „ Quod si tamen „ in raro casu eo loco res sit ut si duellum refu„ sat miles in exercitu, vel nobilis in aula Prin-

„ cipis

„, cipis debeat cedere armis, officio, dignitate, „ aut excidere Ducis, vel principis favore, & „ gratia ob ignaviæ suspicionem; adeout tunc „ sub titulo honoris ipsius vitæ, vel familiæ con„ servatio periclitetur; omninò fatendum est cum „ *Navarro, Layman cit. aliisque communiter*, licere tunc duellum acceptare, & merè defensionis „ gratia provocanti se sistere: quia tunc esset ve„ ra, & merè *justa defensio* contra injustum ag„ gressorem, scilicet provocantem, quia sua pro„ vocatione de facto, vel actu *aggrediatur unum „ honorem, officium, dignitatem*, adeoque conser„ vationem vitæ, vel familiæ meæ, ut illa mihi „ violenter eripiat. Proindè lege naturæ eadem „ vi defendere possum, *ac debeo*, cum absque „ eorum amissione retrocedere nequeam. "

V. Alii, ut facilius eluderent thesim proscriptam ab Alex. VII. in qua continetur doctrina P. *Sporer*, & aliorum, negarunt licitum esse duellum ob periculum amittendæ dignitatis, vel Principis favoris. Propterea addunt, reducto casu ad illas angustias, quod nisi acceptet, certus moraliter sit *se ad perditissimam redactum iri* ira ut acceptare, & pugnate non tam sit duellum inire, *quam se defendere* ab injusto omnium bonorum suorum expoliatore, licitè posse duellum acceptari.

VI. Omnes isti Casuistæ defendunt primam damnatam thesim. Ut verò eluderent artificiolo verborum involucro thesim proscriptam ab Alex. VII. quæ ob timiditatis notam declinandam licitum asserebat duellum, alia comenta excogitarunt. Paucis omnia perstringam. Et primo quidam ajunt, aliquem posse timiditatis notam declinare dicendo, se non posse acceptare duellum, quia Christianum id dedecet. *Nihilominùs se intrepidè esse paratum ad justam defensionem propriæ vitæ, & esse suscepturum contra quoscumque injustos aggressores.* Hæc responsione, inquiunt, evadit quisque timiditatis notam. Esto. Sed renuntiat quoque Evangelio dicenti: *Si quis te percusserit in una maxilla, præbe illi, & alteram.* Matth. cap. 5. Recensita responsio est, sin expressa, saltem tacita provocatio ad duellum, nedum acceptatio. Adversus hominem ira furentem te sistis, eique intonas, te paratum esse ad justam defensionem propria manu, & ense suscipiendam? Iste ne Christianus qui sic loquitur? Provocator talia audiens, coactus reipsa est ad ensem distringendum, & aggrediendum talem respondentem, ne ipse vilis, timidus, abjectus appareat. Christianus ad duellum provocatus, ut fratrem suum provocantem placet, & ad meliorem frugem revocet, tenetur subire timiditatis notam apud mundum insanum: tenetur aut humili sermone, aut fuga iratum fratrem demulcere, & omni possibili modo evitare æternæ damnationis utriusque periculum. Hæc est doctrina evangelica. Distinguendus semper est honor honestate, & virtute partus, ab honore fictitio, & chimærico, opinione insanientis mundi nixo.

VII. Expendamus nunc commenta alia quibus alii obscurant, & evertunt tum evangelicam doctrinam, tum decreta Pontificum, & Concilii Tridentini. Duellum, inquiunt, non est licitum ob solum honorem defendendum. At si ab hoc honore fortunæ officium, gradus, & reditus pendeant, quibus, & se, & familiam suam sustentet provocatus, tunc, & acceptare, & indicere duellum potest. Alioquin ad mendicitatem se, & familiam reduceret. Numquid cum tanto incommodo Christi Evangelium obligat? Adde tunc non esse duellum acceptare, sed se, & sua defendere. Ea omnia horum argumenta paucis expressa.

VIII. Defensio istheæ chimærica omninò est. Quid provocatus defendit? Vitam propriam? Non: quoniam provocator non aliud intendit nisi humiliationem, & demissionem provocati. Si iste se humiliet, & confiteatur provocatorem viribus prævalere, fortioremque se esse, & magis strenuum, omnia in tuto sunt, & dissidium omne evanescit. At, reponunt laudati auctores, si provocatus hoc se gerat modo, ignominiam contrahit, timiditas, & vilem se prodit: atque adeò amittit, & dignitatem, & officium, quo se, & familiam sustentat. A quo, amabo te, privandus officio est? A provocatore? Non certè. A quo ergo? A Principe, ab Imperatore exercitus? Adversus istos ergo defendere bona sua debet provocatus, non contra provocatorem nihil de his cogitantem. At à provocatore, cui si se humiliat, ignominiam incurrit, ob quam spoliabitur officio, originem mala imminentia accessunt. Pergegeie. Connexa ne hæc sunt, & necessariò conjuncta? Justè ne Imperator exercitus spoliat virum equestrem provocatum ad duellum officio, propterea quod strenuum Christianum se prodidit, & evangelicæ fortitudinis argumentum splendidissimum prohibuit? Non minus ferè disparata hæc sunt, quam si diceres, debuisse paganos gladium distringere adversus Apostolos persuadentes fidem Christi, ob cujus professionem occidendi à Nerone, à Diocleciano erant. Allegata ergo defensio sophistica, cavillatoria, & chimerica est. Idcirco jure proscripta in prima thesi: *Indaque officio, quo se, susque sustentat, privaretur.* Immo hoc effugium damnatum jam erat ab Innocentio XI. in thesi 32. *Non solùm licitum est defendere defensione occisiva quæ actu possidemus, sed etiam ad quæ jus inchoatum habemus.* Reditus ex officio manantes actu non possidentur, sed inchoatum jus ad eosdem habetur. Addunt auctores citati, provocatum respuentem duellum spe ascendendi ad superiores gradus privari. Sed & hoc commentum damnatur in prima thesi: *Vel promotionis aliàs sibi debitæ, ac promeritæ spe perpetuò carere deberet.*

XI. Tandem defensionis oppositæ futilitas ex aliis capitibus horrida apparet. Qui duellum acceptat, periculo mortis sese exponit. Si moriatur, quis tunc familiam sustentabit? Quamdiù homo vivit, potest industria sua & se, & familiam sustentare. Et proximo mortis periculo poterit quis se exponere, ne officium amittat? Ubi confidentia in illa divina providentia quæ alimenta omnibus in se confidentibus spondet? Si provocatus provocatorem occidat, ad infernum ejus animam detrudit, & semetipsum æternæ damnationis evidenti periculo exponit. Adde occisorem debere aliud cœlum, alium Principem quærere, ut pœnam mortis in occisorem latam declinet. Vitam igitur propriam, animam, & familiam perdendam exponit provocatus, dum duellum acceptat. Prima itaque sacrosancti Evangelii principia evertunt duelli in descripto casu defensores.

§. IV.

Animadversiones in secundam damnatam thesim.

I. Hanc thesim totidem verbis defendit ex Probabilistis P. Patritius Sporer *cit. n. 5. cap. 2. sect. 4. n. 204.* sic prosequens: „ Denique excu„ sari possunt ex simili rationabili causa, etiam „ honoris tuendi, vel humanæ vilipensionis vitan„ dæ gratia duellum acceptantes, vel ad illud pro„ vocantes, quandò certò sciunt pugnam non esse „ secuturam, utpotè ab aliis impediendam, &c. „ Vide Dianam *p. 1. tract. 16. vers. 52.* & multo „ magis, si ex condicto occultè certò promittant, „ quod impediendi sint ab omni damno, etsi def„ cenderint ad locum pugnæ, gladios strinxerint, „ ictus aliquot sine aliquo periculo contorserint, „ &c. uti observat Basæus v. *Duellum n. 8.* Tam„ burinus *lib. 7. Decal. cap. 1. §. 3.* in fine, & „ alii apud ipsos. " Tamburinus præter Basæum & Dianam citat Escobarium.

II. Nullum non movent lapidem aliqui ut mundanum honorem, & axiomata insanorum hominum cum Evangelio componant. Quæ duo tamen hostiliter pugnant, non secus ac lux, & tenebræ. Non modo effectus duelli, sed duellum ipsum lex evangelica, & sacri canones vetant. Duellum itud partim verum, & partim fictum est, & utroque ex capite flagitiosum. Verum duellum ex una parte est cum ea omnia quæ ad verum duellum requiruntur, ponantur. Pugna ex condicto indicitur, & locus, tempusque designatur: & certaturi ad locum designatum tempore indicto prodeunt. Hæc omnia verum duellum constituunt, quod scandalum parit, quod Ecclesia detestatur. Quod posteà periculum mortis, vel gravis vulneris non sequatur, non tollit quin in conspectu publico duellum verum appareat. Deindè quorsum hoc fictum certamen? Ut declinetur nota vilipensionis, & timiditatis, ut honor mundanus refulgeat. Publicum ergo scandalum patrandum est ob spectrum honoris mundani, quem conculcare, ut Christi Evangelio obedias, verumque honorem virtute partum conserves, astringeris? Aut patet hominibus consilium fictæ pugnæ, aut secus. Si primum honor mundanus obtenebrescit, & infamatur. Si secundum, scandalum publicum, non declinatur. Ergo, & in conspectu Dei, & coram mundo hoc fictum duellum abominatione, & iniquitate plenum est.

§. V.

Animadversio in tertiam thesim.

I. Eam docet P. Milante in suis exercitationibus in 1. *Prop. Alex. VII.* his verbis: „ Si Dux „ vel Officialis militiæ acceptaret duellum non „ ex levi quidem timore, sed ex gravi metu ca„ dente in virum constantem, amissionis nempè „ famæ nedum, verum etiam, & officii, quo „ proculdubio spoliaretur, quia recusans duellum „ haberetur ut vilis, nec milites amplius gererent „ morem, ut consuetum est apud aliquas na„ tiones: certè iste non incurreret ecclesiasticas „ pœnas ab Ecclesia contra duellantes latas, eo „ quia Ecclesia, ceu pia mater, nunquam alligare, „ tantoque onere gravare intendit filios in tam „ immani discrimine positos. Hinc *Castropalaus*, „ &c. Confirmat etiam *Laymann*, &c.

II. Auctor iste solidam doctrinam contra duellum propugnat; at ceravit nimia benignitate in pœna Ecclesiastica minuenda. Idcirco BENEDICTUS XIV. P. M. hanc fictitiam benignitatem damnans antecessorum Pontificum pœnas contra duellantes confirmavit, & uberiùs explicavit in laudata constitutione his verbis. *Statuimus, atque decernimus ut si quis in duello sive publice, sive privatim inditto, hominem occiderit, sive hic mortuus fuerit in loco consistitus, sive extra illum ex vulnere in duello accepto, hujusmodi homicida tamquam interficiens proximum suum animo præmeditato, ac deliberato ad formam const. felic. rec. Prad. Nostri BENEDICTI XIII. &c. ab Ecclesiastica immunitatis beneficio exclusus, & repulsus omninò censeatur; ita ut à cujusque sacri, aut religiosi loci asylo, ad quod confugerit, servatis tamen de jure servandis, extrahi, & judicis competentis curiæ, pro merito puniendus tradi possit, & debeat.* Vide ibi alia plura. Subdit: *Præterea simili motu, & auctoritate decernimus, ac declaramus sepulturæ sacræ privationem à sacrosancta Trid. Synod. inflictam morientibus in loco duelli, & conflictus incurrendam perpetuò sicut etiam ante sententiam judicis, à decedente quoque extra locum conflictus ex vulnere ibidem accepto, sive duellum publice, sive privatim inditum fuerit, etiamsi vulneratus ante mortem non incerta pœnitentiæ signa dederit, atque à peccatis, & censuris absolutionem obtinuerit; sublata Episcopis, & ordinariis locorum super hac pœna inferendi, ac dispensandi facultate*, &c. Si ipsis Episcopis sublata est facultas interpretandi hanc pontificiam constitutionem, eam ne sibi usurpabunt Casuistæ aliqui? Quarè proscripta manet opinio alterius novissimi Moralistæ inquientis: *Si tamen cadaver ab excommunicatione jussu superioris facultatem habentis absolveretur, posset etiam honorari ecclesiastica sepultura.* Hoc apertè constat ex recitatis constitutionis verbis.

§. VI.

Animadversiones in quartam proscriptam thesim. Idea status naturalis quam perhibet P. Daniel Stadler, arbitraria, & commentitia.

I. Quoniam P. *Daniel Stadler* in suo volumine *de Duello honoris vindice* quartam, & quintam thesim damnatam ex instituto, & fuso calamo propugnat, operæ pretium existimavi breviter perstringere principia illa quibus proscriptam defen-

fendere doctrinam conatur, & cæteris Theologis se *altiùs fodere* velle ait, *cap. 3. pag.* 117.

II. Ideam status naturalis his verbis *ibidem* §. 2. *pag.* 119. describit: „ Status naturalis „ prout ab adventitio discernitur, scilicèt à statu „ conjugali, herili, à statu Civitatis, Reipubli- „ cæ, &c. est conditio hominum inter se æqua- „ lium, neque alterius quam Dei arbitrio subjec- „ torum... Et hæc præcipua status naturalis præ- „ rogativa, *sine subjectione vivere: spectata namque natura omnes æquales, & liberi nascimur, nec unus alteri subjectus est.*“

III. Hæc status naturalis idea chimærica est. Quod Deus potuerit efficere ut homines prodirent velut fungi è terra nemo est qui dubitet. At status iste possibilis à statu conjugali distinctus, chimæra est, & ad ea explicanda quæ in statu nostro, qui reipsa est, eveniunt, ineptissimè productus. Et tamen hunc in finem hanc commentitiam notionem auctor præmisit. Sic enim ibidem persequitur: *Homines inter se æquales sunt, non illi tantùm qui sacerdotii omnibus expertes vitam solitariam agunt; sed & ii qui licèt societatem colant, quadam tamen retinent libertatem naturæ congenitam retinent, eo quod nemini subjecti vivant: & hæc est præcipua status naturalis prærogativa, sine subjectione vivere: spectata namque natura omnes æquales, & liberi nascimur, nec unus alteri subjectus est.* Primùm describit statum naturalem à *conjugali, & herili* distinctum: qui status possibilis utique divinæ omnipotentiæ est: deindè hunc statum chimæricum cum statu conjugali, herili, &c. confundit, & pro eodem accipit. *Spectata*, inquit, *natura omnes æquales, & liberi nascimur, nec unus alteri subjectus est.*

IV. In recensita doctrina error Hobesianus non cubat modò, sed patenter se prodit. Quid? Omnes æquales, & liberi nascimur? Æquales ergo patri liberi sunt? *Nec unus alteri subjectus est.* Uxor ergo non est marito subjecta, nec filii parentibus? Subdit utique continuò, nempè *num.* 173. aliquos dubitasse, num status hic naturalis hominum detur, eo quod homo sit animal sociale. Dubitarunt ergo aliqui de hujusce chimærici status existentia? At quinam sunt isti dubitatores? Christiani non certè, cum sciamus omnes ex Scriptura sancta à primo homine cæteros homines descendere. Quid ergo chimæricos status effingunt, ut legis evangelicæ præcepta implicent, & obscurent? Dividit posteà auctor iste hominum statum in naturalem, & mixtum; sed subdit pag. 183. n. 192. *Nobis de mixto sermo est, habente tamen præcipuum caractherem status naturalis, libertatem scilicèt non dependentem ab alterè judice.* Posteà plura consectaria antievangelica ex hoc chimærico statu naturali eruit, nempè duellum licitum esse in tali statu contra calumniatores, verberatores, raptoresque bonorum. Fingit deinceps plures homines ex pluribus civitatibus confluere ad habitandum in aliquo terræ tractu nullius subjectos potestati. Homines isti facilè sese offendunt, & mutuò lædunt, proprium honorem calumniis, verberibus corpora reciprocè percutiunt, bona sibi rapiunt: judice carent, qui jus dicat. Undè colligit *Hectorem* colapho læsum à *Leandro*, provocatumque ad duellum, non debere fugere, etiamsi possit, sed acceptare duellum. Et pro hac sententia refert P. *Molinam de Just. tract. 3. disp.* 17. Posteà subdit pag. 136. *Assentitur Lessius, testatus hanc esse communem DD. sententiam. Certè Vindex GOBATI recenset omninò nonaginta sex ei faventes.* Heinc infert: *Si fama est MOLINÆ, & aliorum doctrina, multò facilius admittetur mea: primò quia illi Theologi loquuntur non de statu naturali solùm, sed etiam de civili.* P. Stadler loquitur dumtaxat de statu naturali, quem supra describit, quemque licèt chimæricum, statui naturali nostro aplicat, & indè colligit suas proscriptas opiniones.

V. Damnatam tamen thesim quartam docet *cap. 4. pag.* 181. ubi eam sic proponit: *An pro servandis fortunis ex illibato honore dependentibus liceat ei provocationem acceptare, vel etiam provocare, siquidem hoc ignominiam passo necessarium sit ad servanda bona?* Exponit claritatis gratia casum in Hectore, & Leandro, & posteà *pag.* 182. §. 1. sic resolvit: *Probatur quod licitè ad duellum comparuerit provocatus HECTOR... expresis de duello Bonacina nixus assensu Navarri, Becani, Sanchez docet.... Undè infero, Ergo etiam licitè pugnat, & duello congreditur Hector, dum Leander iniquè provocans similis damni ei causa est.* Ex erronea Bonacinæ, & aliorum doctrina, qua asseritur duellum honestum esse ad defendenda bona, quæ quis reipsa possidet, infert licitum esse duellum ut defendantur bona, quæ ex honore proficiscuntur, ad quæ *Hector* jus inchoatum habet. Et eo, inquit, P. Stadler, firmior est doctrina mea, quod ego in statu naturali licitum duellum asseroi; citati verò auctores licitum duellum in statu civili propugnant. Sic ille argutatur.

VI. Proponit deindè pag. 195. *An ad servandas unà cum honore opes etiam liceat provocare?* Respondet vero *pag.* 196. his verbis: *Ajo, licere Hectori provocare Leandrum, sicut in casu priore licebat acceptare.*

VII. Ut jam indicavi, sibi fingit auctor iste statum naturalem in alia providentia possibilem, ut heinc in hoc statu naturali qui reipsa viget, sua erronea consectaria eliciat, ut mox evidentius patebit.

§. VII.

Animadversiones in quintam proscriptam thesim.

I. P. Daniel Stadler *loc. cit. cap.* 5. propugnat quintam damnatam thesim fuso calamo. Proponit capitis initio *an asserta pro statu naturali licentia applicari etiam possit statui civitatis male ordinate?* Describit, quid sit civitas bene, & quid malè ordinata. Alia est societas perfecta, cum debita parentium, & imperantium subjectione. Hæc verò est cum magistratuum socordia negliguntur leges pro optimo regimine institutæ. Si vir militaris degat in hac civitate malè ordinata, in qua judices prætermittant læsa jura reparare, & injustos honoris, & indè manantium opum aggressores punire, quid ager, si læsum in honore, & consequenter in fortunis se sentiat? Respondet P. *Stadler* pag. 204. *Itaque AJO, me non posse damnare Theologum qui viro illi militari, aut nobili declaret, quod absque gravi conscientiæ noxa acceptare duellum possit, vel etiam, si ita res ferat, offerre: adeoque quod in statu naturali licitum esse diximus? etiam in hoc statu civitatis male ordinatæ, certo modo licitum asserimus. Jam probanda erit doctrina.*

II. Sincerè fatetur *num.* 284. auctores antiquiores casum nostrum non attigisse. Similia quippè paradoxa ante Probabilismi ortum non apparuere. Ex recentioribus pro hac sua sententia citat *P. Reiffenstuel, P. Sybold, P. Pichler, P. Ulth, item P. Sporer* saltem quoad licentiam acceptandi provocationem. *Huic numero*, inquit, *accensendus quoque venit celeberrimus Larmanus.* Allegat deindè P. Pichlerum ajentem, *omnes eos auctores pro hac doctrina nostra adduci posse, quotquot duellum permittunt ob necessariam defensionem rerum temporalium magni momenti*, qui sunt plurimi. Inter alios, subdit, P. Stadler, *Lessius adducens Bannesium, & Angelum Wiesner.* Sed quę continuò subdit P. Stadler ibi *pag.* 206. digna sunt ut notentur. *Non enim* inquit, *videtur pertinere ad rei summam, sive recta petentem fortunas meas duello compescam, sive petentem recta honorem, & per connexionem fortunas.*

III. Animadvertas in transcursu velim probabilisticam propagationem. Primò constituunt licitum esse occidere invasorem bonorum temporalium. Secundò te posse vel acceptare, vel offerre duellum ob eorumdem bonorum defensionem. Tertiò licitum duellum esse ajunt ob honoris defensionem. Quarto, ut deluderent Concilii Tridentini, & Pontificum decreta quæ damnant absolutè duella, & præsertim ob honoris defensionem, adjecerunt hæc duo verba, *sive petentem recta honorem, & per CONNEXIONEM fortunas.* Fortunæ semper connexæ cum honore sunt. Ergo semper licitum duellum est, quo defendatur honor fortunarum parens fecundissimus. Hæc omnia ex damnata propositione rejecta jam sunt.

CAPUT VI.

De Bello.

I. QUÆST. I. *Quid, & quotuplex sit bellum?* RESP. Est conflictus multorum contra multos extraneos, vi & armis, Principis jussu peractus. Dicitur conflictus multorum contra multos, & jussu Principis peractus, ut distinguatur à duello, quod est certamen unius contra alterum ex condicto initum designato loco, & tempore; & à rixa, quæ est pugna paucorum contra paucos; & à seditione, quæ fit non contra extraneos, sed inter homines ejusdem civitatis, aut regni invito Principe. Bellum aliud est defensivum, quo ab invasione defenditur. Aliud offensivum, quo Princeps exercitu armato hostem aggreditur juris vindicandi, aut compensationis obtinendæ gratia.

II. QUÆST. II. *An utrumque bellum licitum si?* RESP. Affirmant Catholici omnes, idque constat ex divina Scriptura. Nam Abraham bellum gessit, & benedictionibus repletus est: tum enim patresfamilias, & Patriarchæ potestate regia præditi erant.

III. QUÆST. III. *Quæ sint conditiones ad bellì justitiam necessariæ, & qui possint illud indicere?* RESP. Conditiones tres: 1. causa justa; 2. auctoritas Principis; 3. recta intentio bellantium. Bellum indicere soli Principes valent qui suprema potestate fruuntur. Principes supremi instituti sunt à Deo custodes legum, & ordinis in societate servandi. Illorum est hunc societatis ordinem promovere, atque ejusdem perturbatores plectere. Justa igitur præliandi causa est vel defensio propriì status, vel innocentis vindicatio, vel injuriæ acceptæ punitio.

IV. QUÆST. IV. *Utrum Princeps habens opinionem probabilem quod sibi aliquod regnum, vel civitas debeatur, possit bellum indicere Principi possessori?* RESP. Adstmantem opinionem sustinent plures Casuistæ, Diana, Filliucius, Escobar, Azorius, Sanchez, & alii, nixi illo principio, quod *qui probabiliter agit, prudenter agit.* Hæc opinio, quæ est fetus probabilismi, falsa est, & proscripta quoad principium cui innititur, ab Innocentio XI. Possessio quippè certa auferri sola probabilitate nequit. Probabilia jura sapientum discussione dirimi, non bello cum tanto subditorum detrimento, & innocentum strage debent. Moralem certitudinem habere Principes tenentur se læsos esse, vel sibi deberi id quod volunt, ut indicere bellum jure queant. Innumera sunt mala, scandala flagitia, innocentum oppressiones quæ bellum consequuntur. Quarè non nisi gravi urgenti necessitate certa moveri licitè bellum valet, ipso ethnico Livio testante: *Pia arma quæ necessaria.* Si ambitio amplificandi confinia, augendi ditionem, deprimendi vicinos, causa belli sit, omnia quæ consequuntur mala, in caput Principis detorquentur. Antequam igitur bellum moveatur, non viri politici tantùm, sed juris periti, & Theologi seriò, & sæpè consulendi sunt, curandumque ut scripto consignent vota sua. Quoniam facile est lingua, & privato sermoni adulari, jura fucis arbitrariis pingere; difficilius est scripto decipere: scripta quippè consilia, & vota aliis viris Theologis examinanda tradi queunt, & ex plurium discussione, & oppositionum diversitate erui veritas potest. Neque dicas; hęc gravia esse, & fastidii plena. Siquidem gravissimum est belli negotium: ideircò gravissimam postulat, antequam suscipiatur, diligentiam.

V. Milites extranei antequam militiæ exteri Regis nomen dent, justitiam belli habere perspectam debent. Isti quippè liberi cum sint, nullo obedientiæ pretexto excusari valent. Milites autem subditi Principis bellum inferentis, sat est ut ipsis non constet de injustitia belli. Præsumere isti debent proprium Regem nonnisi bella justa gerere. Si isti in examen revocare belli justitiam vellent, omnis imperandi potestas everteretur.

QUÆST.

VI. QUÆST. V. *Utrum Rex catholicus in bello justo contra alios Catholicos vocare in auxilium queat gentiles, & infideles?* RESP. Quamquam licitum sit Principi justè prælianti auxilium ferre, etiamsi diversæ sit religionis, dummodò id præstari sine scandalo, & fidei periculo queat, ut ex Scriptura sancta colligitur, (nam Machabæi, ut ex *lib.* 1. *cap.* 8. colligitur, fœdus cum Romanis iniere) verùm non video, quomodò fieri sine scandalo, & absque fidei periculo possit ut infideles in auxilium vocari possint in bello quod sit à Principe catholico adversùs alios catholicos. Odium enim intestinum, & vehemens aversio inter diversæ religionis professores innumera sacrilegia pariunt, & virtutum strages. Quid si referre vellem templorum profanationes, sacrarum imaginum conculcationes, virginum constuprationes, & cætera absurda quæ ejusmodi fœdera consequuntur? Alta mente repositum esse Principibus catholicis debet documentum S. Cœlestini I. ad Theodosium Imperatorem datum, & in actis Concilii Ephesini descriptum: *Major vobis fidei causa debet esse quam regni, ampliusque pro parte Ecclesiarum clementia vestra debet esse solicita, quam pro omnium securitate terrarum. Subsequuntur enim omnia prospera, si peccatis, quæ sunt Deo ciciones fervescunt . . . . Pro vestrâ enim imperii salute geritur, quidquid pro quiete Ecclesiæ, vel sanctæ Religionis laboratur.* Similia scripsit S. Leo Magnus *epist.* 75. ad Leonem Augustum. *Debet incunctanter advertere, regiam potestatem tibi, non solùm ad Mundi regimen, sed maximè ad Religionis præsidium esse collatam.* Hæc serio meditemur omnes supremæ potestates, & ob oculos habeant flagella quę Propheta Hanani minatus est Asæ Regi Judæ, propterea quod contra Regem Israel in subsidium vocaverat Benadab Syriæ Principem. *In tempore illo venit Hanani Propheta ad Asa Regem Juda: & dixit ei: Quia habuisti fiduciam in Rege Syriæ, & non in Domino Deo tuo; idcirco evasit Syriæ exercitus de manu tua. . . . Stultè igitur egisti: & propter hoc ex præsenti tempore adversùs te bella consurgent.* 2. Paralip. Mitto plura alia Scripturæ sanctæ testimonia.

VII. QUÆST. VI. *Licitumne est Clericis, & Religiosis in bello justo propria manu pugnare?* RESP. Negat communis sententia. Clerici enim, & Religiosi à curis mundi segregati, divino cultui dicati sunt, ut pro se, & populo Deo vota offerant, & animarum spiritualia negotia tractent. Huic autem eorum præcipuo instituto recta adversatur bellica pugna. Urgente tamen necessitate defendendi patriam, & Religionis jura, lege naturali, & pietate in patriam, ad necessariam se armare defensionem valent. Immò Episcopi ipsi præsse suis Clericis, & Religiosis adversus Turcas, & infideles queunt, ut Religionem, & patriam propugnent. Rarò tamen occurrere existimo casum in quo justa Religiosis occurrat bellandi ratio. Nam absolutè Christi Religio non armis, non pugna, sed mansuetudine, patientia, pace, & tolerantia defendenda est. Quare antequam Religiosi arma capessant, sapientum virorum consilio opus est.

VIII. QUÆLT. VII. *Licitumne est Christianis captivis timore mortis peccatis pro infidelibus pugnare adversùs Christianos?* RESP. Negat communis sententia, si de bello directo, & immediato sermo sit adversùs Christianos. Cum enim hoc bellum Religionis causa injustum sit, intrinsecum malum est sese tali pugnæ immiscere. Quare ejusmodi captivi nequeunt tormenta bellica explodere, naves gubernare, bombardas emittere ob metum mortis: quia hæc omnia in Christianorum cladem recidunt. De hoc vix est dissidium. Disputant verò num præfatis captivis Christianis licitum sit in Turcarum triremibus remigare, scalas apponere, propugnacula deferre, sulphur portigere ob metum mortis. Affirmant plures, quod actiones istæ indifferentes sint, nulloque modo natura sua noxię, sed sola Turcarum malitia in Christianorum damnum, & necem dirigantur. Verùm hanc probare doctrinam nequeo. Actiones præfatę indifferentes essent, dum in Lunę campo bellum perageretur. At in vero & non fictitio bello actiones noxiæ sunt circumstantiis spectatis. Aliundè bellum injustum creditur: ergo præfatæ actiones licitæ christianis captivis sunt.

IX. QUÆST. VIII. *Qui modus servandus in bello peragendo sit?* RESP. Indicto bello justo, seligere Principes debent belli Duces non modò artis militaris peritos, verùm etiam optimis moribus, integritate, & justitia ornatos; illique districtè jubere ut milites in officio continent, neque permittant, aut pro viribus tollerent, quidquam sive in itinere, sive in bello fieri quod justitiæ, & pietati repugnet, usque à Deo justitiæ vindice imprimis expectent prosperum pugnæ christiano more peractæ eventum.

X. QUÆST. IX. *Quænam sunt peccata quę patrari in bello solent?* RESP. Numera cœli stellas, si potes. Cursim communiora indicabo. Adversùs justitiam peccant, & ad restitutionem tenentur belli duces, si Principum suorum mandata transgrediantur, damna inferentes, quæ ad victoriam non conducunt: si militibus stipendia solvere congruo tempore negligant: si in militum rapinas, stupra, deprædationes injustas non animadvertant, & pro viribus non impediant, cum ad id ex officio adstringantur: si muneribus à civitatibus, pagisque acceptis, ne iisdem onera tributorum imponant, aut ne in eorumdem domibus milites collocent, postea alias civitates & provincias, quæ munera illis non solvunt, plus justo gravant onerantque: si millium censum non compleant, fictitios milites substituentes.

XI. Peccant milites, si castra deserant; si officii sui partes implere negligant, si præter stipendia accepta quidquam surripiant; si hostibus ultra jus, & fas incommoda inferant.

XII. QUÆST. X. *Licitumne est in bello justo innocentes fœtibus permixtos occidere?* RESP. Innocentes reputantur agricolæ, rustici, infantes, mercatores, peregrini, fœminæ, advenæ, legati, & inter Christianos Religiosi, Sacerdotes, qui arma non stringunt ad præliandum. Hos occidere nefarium est, & inhumanum, nisi ita permixti nocentibus forent, ut hi sine illis occidi non possent.

XIII. QUÆST. XI. *Licitque sunt repræsaliæ?* RESP. Repræsaliæ sunt compensationes malorum quæ ab hostibus sunt illata. Ut liceant plura requiruntur. 1. ut legitima auctoritate Principis læsi fiant: 2. ut mala illata manifesta sint: 3. ut hostes, qui mala intulerunt, debitam compensationem dare detrectent: 4. ut non plus damni inferatur, quam receptum sit: 5. ut non fiant cum damno innocentum, & Sacerdotum.

XIV. Disputare Theologi solent utrum bellum instituere diebus festis licitum sit? Absolutè non licet, & res de se patet. Cęterum bellum non instituitur, nisi opportunitate data. Porrò si opportunitas occurrat die festo, tùm necessitas urget. Idcircò longius hac de re disputare non vacat.

DISSERTATIO II.

De Luxuria, ejusque speciebus.

CAPUT I.

Propositiones damnatæ ab Alexandro VII. & Innocent. XI.

I. *Mollities, sodomia, & bestialitas sunt peccata ejusdem speciei infimæ: idèoque sufficit dicere in confessione, se procurasse pollutionem.* Est 24. Alex.

II. *Qui habuit copulam cum soluta, satisfecit confessioni præceptæ, dicendo, commisi cum soluta grave peccatum contra castitatem, non explicando copulam.* 25.

III. *Est probabilis opinio quæ dicit, esse tantùm venialem osculum habitum ob delectationem carnalem, & sensibilem quæ ex osculo oritur, seclusâ periculo consentiendi ulteriùs, & pollutione.* 40.

IV. *Non est obligandus concubinarius ad ejiciendam concubinam, si hæc nimis utilis esset ad oblectamentum concubinarii, vulgò regalo, dum deficiente illa, nimis ægre aret vitam, & alia æquè tedio marito concubinario afficeretur, & alia famula nimis difficilè invenietur.* 41. Alex.

V. *Tum clarum videtur fornicationem secundum se nullam involvere malitiam, & solùm esse malam, quia interdictam, ut contrarium omninò rationi dissonum videatur.* Est 48. Innoc.

VI. *Mollities sine naturæ prohibita non esset. Unde si Deus eam non esset prohibiturus, sane esset bona, & aliquandò obligatoria sub mortali.* Est 49.

VII. *Copula cum conjugata, consentiente marito, non est adulterium; adèoque sufficit in confessione dicere, se esse fornicatum.* 50.

VIII. *Famulus qui submissis humeris scienter adjuvat heram suam ascendere per fenestras ad stuprandum virginem, & malitiæ eidem subservit deferendo scalam, aperiendo januam, aut quid simile*

cooperando, non peccat mortaliter, si id faciat metu notabilis detrimenti, puta ne à domino male tractetur, ne torvis oculis aspiciatur, ne domo expellatur. 51.

IX. *Potest aliquandò absolvi qui in proxima occasione peccandi versatur, quam potest, & non vult omittere; quinimò divertè, & ex proposito quærit, aut ei se ingerit.* 61.

X. *Proxima occasio peccandi non est fugienda, quandò causa aliqua utilis, aut honesta non fugiendi occurrit.* 62.

XI. *Licitum est quærere indirectè occasionem proximam peccandi pro bono spirituali, vel temporali nostro, vel proximi.* 63. *Innoc.*

CAPUT II.

Propositiones laxæ Casuistarum quorumdam.

I. „ Rogas, utrum fornicatio, & pollutio, „ aut quæcumque alia non naturalis carnis commixtio, habita secretò in Ecclesia, sit „ sacrilegium, & hoc debeat in confessione explicari? Respondeo, esse probabile quod non.“ Caramuel *in Regul. disp.* 66. *num.* 1017. Vazquez *in* 1. 2. *D. Thomę quæst.* 72. *disp.* 98. *cap.* 6. *num.* 6. *pag.* 463.

II. „ Possunt famuli tuta conscientia meretrici, aut pellicis mense ministrare cibos non „ solùm communes, sed & calidos, & provocantes ad venerem condire, & lectum privatum „ sternere. Consultò non solùm cibos communes „ dixi, quia scio esse majorem difficultatem, si „ essent tales qui excitarent venerem. Tunc enim „ juxta aliquos Theologos deberent famuli à tali „ servitio desistere, ne in venerem illicitam coopererentur indirectè. *At prudentiores credimus* etiam „ tales cibos posse sine culpa condiri.“ Idem Caramuel *in Theol. prater intent. tom.* 4. *precep.* 6. *quæst.* 8. *cap.* 2. *n.* 1976.

III. „ Possunt lectum domino, & amasiæ sternere citra culpam venialem, confono Azorio, „ & Diana. Idem *ibid. n.* 2974.

IV. „ Non esset peccatum mortale domino „ & pellici alias rem habituris, aut lectum procurare hospitio, aut parere meliorem solito, „ aut floribus fulcire. Ratio est, quia aliud est „ fornicari, aliud meliorem in ipla fornicatione „ habere delectationem in genere luxuriæ, aliud „ & omnino diversum, habere majorem requiem „ in genere commoditatis. Sanè hanc ultimam „ domino etiam fornicaturo procurare malum „ non est.“ Idem *ibid. n.* 2977.

V. „ Non est peccatum conducere pellicem „ in domum sui domini, tametsi eam peccaturam „ prævideris. Idem *ibid. n.* 2981.

VI. „ Scio ex verbis amatorii secuturam „ pollutionem, vel ex curioso fœminæ aspectu, „ vel ex nimia comestione, aut ebrietate. Num „ sit mortale? Docet Vazquez non esse, *etsi prævisa.*“ P. Efcobar *in Sum. tract.* 1. *exam.* 8. *cap.* 3. *n.* 80.

VII. „ Circa verba quæsierim, an peccaret „ mortaliter qui fœminam sollicitaret sine intentione

VI. QUÆST. V. *Utrum Rex catholicus in bello justo contra alios Catholicos vocare in auxilium queat gentiles, & infideles?* RESP. Quamquam licitum sit Principi justè prælianti auxilium ferre, etiamsi diversæ sit religionis, dummodò id præstari sine scandalo, & fidei periculo queat, ut ex Scriptura sancta colligitur, (nam Machabæi, ut ex *lib.* 1. *cap.* 8. colligitur, fœdus cum Romanis iniere) verùm non video, quomodò fieri sine scandalo, & absque fidei periculo possit ut infideles in auxilium vocari possint in bello quod sit à Principe catholico adversùs alios catholicos. Odium enim intestinum, & vehemens aversio inter diversæ religionis professores innumera sacrilegia pariunt, & virtutum strages. Quid si referre vellem templorum profanationes, sacrarum imaginum conculcationes, virginum constuprationes, & cætera absurda quæ ejusmodi fœdera consequuntur? Alta mente repositum esse Principibus catholicis debet documentum S. Cœlestini I. ad Theodosium Imperatorem datum, & in actis Concilii Ephesini descriptum: *Major vobis fidei causa debet esse quam regni, ampliusque pro parte Ecclesiarum clementia vestra debet esse solicita, quam pro omnium securitate terrarum. Subsequuntur enim omnia prospera, si peccatis, quæ sunt Deo ciciones fervescunt . . . . Pro vestrâ enim imperii salute geritur, quidquid pro quiete Ecclesiæ, vel sanctæ Religionis laboratur.* Similia scripsit S. Leo Magnus *epist.* 75. ad Leonem Augustum. *Debet incunctanter advertere, regiam potestatem tibi, non solùm ad Mundi regimen, sed maximè ad Religionis præsidium esse collatam.* Hæc serio meditemur omnes supremæ potestates, & ob oculos habeant flagella quę Propheta Hanani minatus est Asæ Regi Judæ, propterea quod contra Regem Israel in subsidium vocaverat Benadab Syriæ Principem. *In tempore illo venit Hanani Propheta ad Asa Regem Juda: & dixit ei: Quia habuisti fiduciam in Rege Syriæ, & non in Domino Deo tuo; idcirco evasit Syriæ exercitus de manu tua. . . . Stultè igitur egisti: & propter hoc ex præsenti tempore adversùs te bella consurgent.* 2. Paralip. Mitto plura alia Scripturæ sanctæ testimonia.

VII. QUÆST. VI. *Licitumne est Clericis, & Religiosis in bello justo propria manu pugnare?* RESP. Negat communis sententia. Clerici enim, & Religiosi à curis mundi segregati, divino cultui dicati sunt, ut pro se, & populo Deo vota offerant, & animarum spiritualia negotia tractent. Huic autem eorum præcipuo instituto recta adversatur bellica pugna. Urgente tamen necessitate defendendi patriam, & Religionis jura, lege naturali, & pietate in patriam, ad necessariam se armare defensionem valent. Immò Episcopi ipsi præsse suis Clericis, & Religiosis adversus Turcas, & infideles queunt, ut Religionem, & patriam propugnent. Rarò tamen occurrere existimo casum in quo justa Religiosis occurrat bellandi ratio. Nam absolutè Christi Religio non armis, non pugna, sed mansuetudine, patientia, pace, & tolerantia defendenda est. Quare antequam Religiosi arma capessant, sapientum virorum consilio opus est.

VIII. QUÆLT. VII. *Licitumne est Christianis captivis timore mortis peccatis pro infidelibus pugnare adversùs Christianos?* RESP. Negat communis sententia, si de bello directo, & immediato sermo sit adversùs Christianos. Cum enim hoc bellum Religionis causa injustum sit, intrinsecum malum est sese tali pugnæ immiscere. Quare ejusmodi captivi nequeunt tormenta bellica explodere, naves gubernare, bombardas emittere ob metum mortis: quia hæc omnia in Christianorum cladem recidunt. De hoc vix est dissidium. Disputant verò num præfatis captivis Christianis licitum sit in Turcarum triremibus remigare, scalas apponere, propugnacula deferre, sulphur portigere ob metum mortis. Affirmant plures, quod actiones istæ indifferentes sint, nulloque modo natura sua noxię, sed sola Turcarum malitia in Christianorum damnum, & necem dirigantur. Verùm hanc probare doctrinam nequeo. Actiones præfatę indifferentes essent, dum in Lunę campo bellum perageretur. At in vero & non fictitio bello actiones noxiæ sunt circumstantiis spectatis. Aliundè bellum injustum creditur: ergo præfatæ actiones licitæ christianis captivis sunt.

IX. QUÆST. VIII. *Qui modus servandus in bello peragendo sit?* RESP. Indicto bello justo, seligere Principes debent belli Duces non modò artis militaris peritos, verùm etiam optimis moribus, integritate, & justitia ornatos; illique districtè jubere ut milites in officio continent, neque permittant, aut pro viribus tollerent, quidquam sive in itinere, sive in bello fieri quod justitiæ, & pietati repugnet, usque à Deo justitiæ vindice imprimis expectent prosperum pugnæ christiano more peractæ eventum.

X. QUÆST. IX. *Quænam sunt peccata quę patrari in bello solent?* RESP. Numera cœli stellas, si potes. Cursim communiora indicabo. Adversùs justitiam peccant, & ad restitutionem tenentur belli duces, si Principum suorum mandata transgrediantur, damna inferentes, quæ ad victoriam non conducunt: si militibus stipendia solvere congruo tempore negligant: si in militum rapinas, stupra, deprædationes injustas non animadvertant, & pro viribus non impediant, cum ad id ex officio adstringantur: si muneribus à civitatibus, pagisque acceptis, ne iisdem onera tributorum imponant, aut ne in eorumdem domibus milites collocent, postea alias civitates & provincias, quæ munera illis non solvunt, plus justo gravant onerantque: si millium censum non compleant, fictitios milites substituentes.

XI. Peccant milites, si castra deserant; si officii sui partes implere negligant, si præter stipendia accepta quidquam surripiant; si hostibus ultra jus, & fas incommoda inferant.

XII. QUÆST. X. *Licitumne est in bello justo innocentes fœtibus permixtos occidere?* RESP. Innocentes reputantur agricolæ, rustici, infantes, mercatores, peregrini, fœminæ, advenæ, legati, & inter Christianos Religiosi, Sacerdotes, qui arma non stringunt ad præliandum. Hos occidere nefarium est, & inhumanum, nisi ita permixti nocentibus forent, ut hi sine illis occidi non possent.

XIII. QUÆST. XI. *Licitque sunt repræsaliæ?* RESP. Repræsaliæ sunt compensationes malorum quæ ab hostibus sunt illata. Ut liceant plura requiruntur. 1. ut legitima auctoritate Principis læsi fiant: 2. ut mala illata manifesta sint: 3. ut hostes, qui mala intulerunt, debitam compensationem dare detrectent: 4. ut non plus damni inferatur, quam receptum sit: 5. ut non fiant cum damno innocentum, & Sacerdotum.

XIV. Disputare Theologi solent utrum bellum instituere diebus festis licitum sit? Absolutè non licet, & res de se patet. Cęterum bellum non instituitur, nisi opportunitate data. Porrò si opportunitas occurrat die festo, tùm necessitas urget. Idcircò longius hac de re disputare non vacat.

DISSERTATIO II.

De Luxuria, ejusque speciebus.

CAPUT I.

Propositiones damnatæ ab Alexandro VII. & Innocent. XI.

I. *Mollities, sodomia, & bestialitas sunt peccata ejusdem speciei infimæ: idèoque sufficit dicere in confessione, se procurasse pollutionem.* Est 24. Alex.

II. *Qui habuit copulam cum soluta, satisfecit confessioni præceptæ, dicendo, commisi cum soluta grave peccatum contra castitatem, non explicando copulam.* 25.

III. *Est probabilis opinio quæ dicit, esse tantùm venialem osculum habitum ob delectationem carnalem, & sensibilem quæ ex osculo oritur, seclusâ periculo consentiendi ulteriùs, & pollutione.* 40.

IV. *Non est obligandus concubinarius ad ejiciendam concubinam, si hæc nimis utilis esset ad oblectamentum concubinarii, vulgò regalo, dum deficiente illa, nimis ægre aret vitam, & alia æquè tedio marito concubinario afficeretur, & alia famula nimis difficilè invenietur.* 41. Alex.

V. *Tum clarum videtur fornicationem secundum se nullam involvere malitiam, & solùm esse malam, quia interdictam, ut contrarium omninò rationi dissonum videatur.* Est 48. Innoc.

VI. *Mollities sine naturæ prohibita non esset. Unde si Deus eam non esset prohibiturus, sane esset bona, & aliquandò obligatoria sub mortali.* Est 49.

VII. *Copula cum conjugata, consentiente marito, non est adulterium; adèoque sufficit in confessione dicere, se esse fornicatum.* 50.

VIII. *Famulus qui submissis humeris scienter adjuvat heram suam ascendere per fenestras ad stuprandum virginem, & malitiæ eidem subservit deferendo scalam, aperiendo januam, aut quid simile*

cooperando, non peccat mortaliter, si id faciat metu notabilis detrimenti, puta ne à domino male tractetur, ne torvis oculis aspiciatur, ne domo expellatur. 51.

IX. *Potest aliquandò absolvi qui in proxima occasione peccandi versatur, quam potest, & non vult omittere; quinimò divertè, & ex proposito quærit, aut ei se ingerit.* 61.

X. *Proxima occasio peccandi non est fugienda, quandò causa aliqua utilis, aut honesta non fugiendi occurrit.* 62.

XI. *Licitum est quærere indirectè occasionem proximam peccandi pro bono spirituali, vel temporali nostro, vel proximi.* 63. *Innoc.*

CAPUT II.

Propositiones laxæ Casuistarum quorumdam.

I. „ Rogas, utrum fornicatio, & pollutio, „ aut quæcumque alia non naturalis carnis commixtio, habita secretò in Ecclesia, sit „ sacrilegium, & hoc debeat in confessione explicari? Respondeo, esse probabile quod non.“ Caramuel *in Regul. disp.* 66. *num.* 1017. Vazquez *in* 1. 2. *D. Thomę quæst.* 72. *disp.* 98. *cap.* 6. *num.* 6. *pag.* 463.

II. „ Possunt famuli tuta conscientia meretrici, aut pellicis mense ministrare cibos non „ solùm communes, sed & calidos, & provocantes ad venerem condire, & lectum privatum „ sternere. Consultò non solùm cibos communes „ dixi, quia scio esse majorem difficultatem, si „ essent tales qui excitarent venerem. Tunc enim „ juxta aliquos Theologos deberent famuli à tali „ servitio desistere, ne in venerem illicitam coopererentur indirectè. *At prudentiores credimus* etiam „ tales cibos posse sine culpa condiri.“ Idem Caramuel *in Theol. prater intent. tom.* 4. *precep.* 6. *quæst.* 8. *cap.* 2. *n.* 1976.

III. „ Possunt lectum domino, & amasiæ sternere citra culpam venialem, confono Azorio, „ & Diana. Idem *ibid. n.* 2974.

IV. „ Non esset peccatum mortale domino „ & pellici alias rem habituris, aut lectum procurare hospitio, aut parere meliorem solito, „ aut floribus fulcire. Ratio est, quia aliud est „ fornicari, aliud meliorem in ipla fornicatione „ habere delectationem in genere luxuriæ, aliud „ & omnino diversum, habere majorem requiem „ in genere commoditatis. Sanè hanc ultimam „ domino etiam fornicaturo procurare malum „ non est.“ Idem *ibid. n.* 2977.

V. „ Non est peccatum conducere pellicem „ in domum sui domini, tametsi eam peccaturam „ prævideris. Idem *ibid. n.* 2981.

VI. „ Scio ex verbis amatorii secuturam „ pollutionem, vel ex curioso fœminæ aspectu, „ vel ex nimia comestione, aut ebrietate. Num „ sit mortale? Docet Vazquez non esse, *etsi prævisa.*“ P. Efcobar *in Sum. tract.* 1. *exam.* 8. *cap.* 3. *n.* 80.

VII. „ Circa verba quæsierim, an peccaret „ mortaliter qui fœminam sollicitaret sine intentione

cariorem vident adolescentes mulierculam, & erga quam vehementiori inardescunt concupiscentia, porrecta manu deligunt, & per circuitum saltant. Mutui tactus, & frequenter pectoris, reciproci aspectus loquacissimi, cutporum agitationes, inflexiones, politurae significantissimę, familiaria colloquia, suspiria, nutus, gestus, concentus harmonici, sonitus, musica, omnia denique inferni prestigia venerem succendunt. Ergo choreæ hodiernæ viros inter, & fœminas sunt diaboli castra, sunt vitiorum gymnasia, ubi dæmones universale bellum Christi Evangelio intentant. Ergo qui choreas hodiernas, quæ communiter aguntur inter personas diversi sexus, licitas asserunt, ignorant quid sit peccatum originale. Si enim peccatum originale, ut Catholici omnes credunt, admittunt, fatentur necessum est rebellionem carnis, & concupiscentiæ impetum masculos inter & fœminas. Ergo quemadmodum stuppa igni adjecta ardet; ita concupiscentia effrenata chorearum nexu conjungens procum cum proca ardet, & universæ castitatis virtutem exterminat. Lubet quæ dixi confirmare auctoritate non alicujus Patris, non alicujus rigidi Theologi, non alicujus severioris Concionatoris, sed *Francisci Petrarchæ* veneficii chorearum peritissimi, qui in suo dialogo 24. hæc scribit: *In choreis non tam detestatio præsens, quam speratæ delectationis auspicium. Veneris præludium illud quidem solet stupidas, ac miselias circumducere, atque urgere, ac stringere, ac specie urbanitatis attenere. Libera ibi manus, liberi oculi, liberæ voces: pedum strepitus, & multarum cantus diffoni, & tubarum clangor, concursatio, & pulvis, & quæ sæpe lotis additur, hostis pudicitiæ, & amica scelerum, nox ipsa. Hæc sunt quæ timorem, ac pudorem pellunt. His sunt libidinum stimuli, hæc laxamenta licentiæ, & hæc est, ut me falli facilem putes, illa delectatio quam simpliciter, & velut innocua chorearum appellatione profitemini, & ludi tegmine crimen obnubilatis.*

XII. Aliqui in chorearum patrocinium allegant S. Franciscum Salesium. Finge hunc Sanctum choreas inter personas diversi sexus, ut communiter ducuntur, defendisse ut licitas. Quid inde? Omnes Patres, omnia Concilia, omnes Sancti Salesio suppares choreas damnant luculentissime. Ergo si S. Franciscus Salesius choreas defendisset ut licitas, quidni erraverit? Erraverunt alii Ecclesiæ Patres in aliqua controversia Salesio longè doctiores, nec sanctitate inferiores. Quid itaque mirum quod S. Franciscus Salesius erravisset recedens ab universa Patrum, & Conciliorum doctrina hac in causa? En plene convulsum sophisma, si aliquod facesseret negotium Salesii auctoritas, quæ obtruditur.

XIII. Verùm enim verò enormem impingunt injuriam Salesio illi quos ejusdem patrocinio defendere hodiernas choreas non pudet. Ait Salesius in Isagoge ad vitam devotam 3. part. cap. 33. & 34. *Le danze, e i balli sono cose in differenti di lor natura. Choreæ natura sua indifferentes sunt.* Hæc verba transcribunt omissis quæ continuò subdit S. Præsul. *At juxta modum quo communiter peraguntur, in malum valdè propendent, atque adeò discriminibus, periculisque sexteat.* Istius compendii brevitas rescribere haud finit conditiones, & limitationes quas S. Episcopus præscribit, ut licitè choreæ duci queant. Lege *tom. 4. Theol. Christ. l. 8. diss. 2. cap. 3.* Paucis concludo, choreas hodiernas esse bellum diabolicum, quo animæ trucidantur, circulum infernalem, & veneficium pestiferum, quo non modò saltatores, & saltatrices inficiuntur, sed ipsi quoquè spectatores inquinantur. Quarè Confessarii neque *chorizantes*, neque spectatores absolvere debent, nisi abstineant à tam perniciosissimo spectaculo. Spectatores enim omnium saltantium motus, nutus, gestus, colloquia, & cætera præstigia, atque fascinia, quæ libidinis venenum in oculos transfundunt, animisque lasciviæ imagines imprimunt, contemplantur. Quamobrem ab aspectu choreatum discedunt ipsi spectatores veneris spectris, & larvis plenissimi, atque omni ex parte sauciati.

XIV. QUÆST. II. *Licitumne sit adesse theatris, & comœdiis nostri temporis?* RESP. Theatrum absolutè acceptum nihil mali præfert. Mundus, cælum, astra, montes, colles, flumina, florida prata, pulcherrima theatra sunt, & venustum exhibent spectaculum, quod ad Dei majestatem meditandam excitat. Calvarium, Christi passio, Martyrum tormenta sacrum efficiunt theatrum, & ad imitationem incitant. De istius generis theatris sermo nullus.

XV. Comœdiæ, & theatra de quibus nunc sermo est, illa sunt quæ publicè in Europa, obtinent reipsa. Sunt autem ejusmodi. Fœminę christianę lascivè indutæ, & omnibus fucis, calamistris, lenociniis ad placendum ornatæ in scænam prodeunt unà cum histrionibus suis similiter omni pomparum illicitis instructi. Mimæ istæ profani amoris causam plerumque cum suis mimis ludunt, & agunt. Eo studia, gestus, cantus, corporis inflexiones, motus omnes suos dirigunt, ut spectatores delectent, ut vel concupiscentiam, vel iram, aut vindictam, aut fastum, aut superbiam, ambitionemve concitent. Et nisi aliquam passionem, seu humanam appetitionem commoveant, & titillent, theatrum frigefecit, inepti sunt mimi, & mimæ, & spectatores desunt. Quod verò alicubi fœminarum vices gerant juvenes evirati muliebri veste, & fœmineis fucis, & præstigiis ornati, perindè, est, culpaque additur, quod vir vestem muliebrem induat. Ut autem efficaciùs mimæ, & mimi concupiscentiam commoveant, accedit musica mollis, seu *meretricia*, & cantus harmonicus, seu forniciatorius, ut Chrysostomus ait. Deindè intermedia obscœna, & choreæ impudentissimæ complent actionem theatralem. Hæc sunt theatra, hęc comœdiæ, hæc *opera*, quæ tum antiquis, tum postremis sæculis semper obtinuerunt.

XVI. Hæc autem theatra quæ reipsa ætate nostra repræsentantur, fœda, turpia, obscœna esse, nemo, nisi communi sensu destitutus sit, infi-

ficiari potest. Ergo illicita: ergo flagitiosa. Quis adeò infanus, ut neget fœminam christianam profligato pudore, peccare mortaliter, dum compta, & exquisito pomparum apparatu phalerata in scænam prodit, ac voce, gestu, cantu, & saltu artificioso, gestuque arguto, aut concupiscentiam succendit, aut alteram passionem commovet, fraudesque, dolos, thecnas, & artificia, quibus deluduntur conjugati, denique artem amatoriam edocet spectatores, vel alterius passionis exercitium? Peccant ergo, & quidem graviter mimi, & mimæ talia actitantes. Ergo peccant spectatores, qui stipendia solvunt, ejusmodi mimis peccata perpetrantibus. Agentes enim, & consentientes pari pœna puniuntur. Consentire enim aliorum peccatis peccatum est, ut testatur Apostolus, & ratio ipsa evincit.

XVII. Edisserant nobis theatrorum patroni, quid significet hæc solemnis professio in Baptismate ab omnibus Christianis emissa: *Abrenuntio Satanæ, & omnibus pompis, & operibus ejus.* In aliquibus Ritualibus exprimebatur etiam, *& spectaculis ejus.* Omnes ad unum Patres, nemine excepto, tam antiqui, quam nobis propinqui intelligunt in hac professione contineri etiam renuntiationem, & detestationem theatrorum. Adversus universalem Patrum traditionem cervicem extollent Catholici? Alterutrum ergo. Aut factum negent, aut fasces submittant veritati. Edisserant nobis verum emissæ christianæ professionis significatum. Si theatra non sunt pompæ diaboli, quænam erunt? Displicent ergo. Mala ergo sunt. An dirigi in gloriam Dei theatra valent, si sunt Paganismi obscœnæ reliquiæ?

XVIII. Quarè evanescit quod reponunt spectatores theatrorum, se nempè nullam experiri commotionem, nullum libidinis motum pati. Hanc ipsam excusationem obtrudebant Christiani primis Ecclesiæ sæculis, ut S. Joan. Chrysostomus *hom. 38. in cap. 11. Matth.* narrat. *Sed ego, inquies, offendam, nihil mihi injusti judex obfuisse.* Audi responsum. *Nam etsi tu quidem excelsi animi robore nihil inde tibi mali conraxisti; attamen quoniam alios imbecilliores exemplo tui spectaculorum studiosos fecisti, quamobrè non ipse malum contraxisti, qui causam mali committendi aliis præbuisti? Qui enim ibi coronantur, tam viri, quam mulieres OMNES CORRUPTIONIS CRIMINA, ET CAUSAM IN CAPUT TUUM TRANSFERUNT. Nam quemadmodum si non essent qui spectarent, nec etiam essent qui luderent; sic quotquot intersunt, causæque spectandi quæ committuntur, sunt, quarum etiam patiuntur. Quare quamvis animi tui in desidia efficacissimi ut nihil tibi inde obfuerit, quod ego fieri posse non arbitror; quoniam tamen alii causa ludorum, multa peccarunt, graves semper hoc pœnas luet.*

XIX. Centiès hanc doctrinam repetit, & inculcat Chrysostomus. Eamdem altiùs exaggerant Tertullianus, Cyprianus, Nazianzenus, Hieronymus, Augustinus, omnesque Ecclesiæ Patres omnium sæculorum. Nam postremis sæculis Concilia, & Episcopi sancti, instauratis theatris, antiquorum Patrum doctrinam allegarunt. Hæc ergo doctrina Ecclesię, hæc omnium sęculorum traditio. Ergo penitùs ignorant antiquam disciplinam quidam hodierni sophistæ, qui blaterant, antiquos Patres improbasse theatra ob idololatriæ crimen, vel quod nimis illa impudica erant. Nam, ut Augustinus *de Civitate Dei* narrat, ipsi sapientes ethnici theatra damnabant, quod essent luxuriæ fomenta. Nostra verò, ut omnes sanæ mentis scriptores advertunt, impudentiora, & scelestiora sunt. Nam eadem argumenta tractantur hoc solo discrimine, quod antiquorum aliquæ comœdiæ, vel tragœdiæ, quæ paucæ sunt, verbis crassioribus lasciviam referebant; hodiernæ verò drammata eamdem veneris voluptatem epotandam propinant fucis, & lenocinio artificiosius tectam, & exquisitioribus pigmentis illitam. Quamobrem ea facilius animum penetrat, altiùs vulnerat, secutius dominatur, & profundiùs inficit. Prætereo, quod multæ, & comœdiæ, & tragœdiæ hodiernæ etiam *materiolatter*, ut dicitur, obscœniores sint antiquis. Musicam sui temporis *meretriciam*, & cantum *fornicatorium* appellat Chrysostomus. Et tamen mollior, & lascivior est hodierna musica, suavior verò, & magis harmonicus cantus. Quid quod in antiquis theatris fœminæ christianæ numquam prodibant in scænam, immò nec fœminæ paganæ communiter mimas agebant, sed viri muliebri veste induti fœminarum partes exolebant, ut Patres narrant, adducto Scripturæ sanctæ testimonio, hanc vestium mutationem prohibentes. Quarè omnibus seriò perpensis, perniciosiora antiquis sunt hodierna theatra. Idcirco omnes Sancti, omnes canones, omnes ad unum veri Theologi hæc theatra damnant. Ergo evangelicam doctrinam prætereunt illi qui licitam theatrorum frequentiam defendunt. Insuper nimis incautè, & audacter adversus omnes Patres, adversus omnia Concilia, omnesque veros Theologos tantam corruptelam propugnare non erubescant. Quid si concederem turpiora nostris fuisse antiqua? Quid inde? Satis est turpia, & obscœna esse quæ nunc obtinent, ut illa damnemus.

XX. Reponunt, illicita, & obscœna theatra utique devitanda esse; at hodierna honesta esse, & pudica. Ecce ultimum perfugium. Turpitudinem honestatem, obscœnitatem pudicitiam, impudentiam modestiam vocant. Pudicitiam ergo præfert nima theatralis, quę irritat concupiscentiam, quæ artem amatoriam docet, quæ ambitionem, superbiam, iram, dedignationem, luxum, fastumque extollit? Modestiam instillat saltatrix, & histrio, quæ choreis in triumphum venerem defert? Licitum ne est humanas, rebelleşque passiones natura tua impotentes, ad libidinem, ad superbiam, ad ambitionem, ad iram, ad fastum pronas, & effrenatas irritare, titillare, provocare, inflammare? Eo cœcitatis devenium est ut hoc asseratur?

XXI. Concedunt nonnulli, hodierna theatra omnibus inspectis non esse indifferentia; negant verò graviter peccare eos qui eadem frequen-

„ consensus, & intentionis erga ipsam, non est „ sufficienter voluntaria, & imputabilis ad culpam, si proveniat ex causa, quæ etsi nec necessaria, neque utilis sit, remotè tamen ad „ pollutionem se habeat, vel in illam notabiliter „ non influat. „ Idem *ibid. sect.* 9. *num.* 39. *fol.* 586.

XXXVI. „ Pollutio, secluso eodem periculo „ consensus, & intentionis, quoties causa ex qua „ provenit, non est graviter peccaminosa in materia luxuriæ, etsi illa in se sit graviter peccaminosa in alia specie, & in illa prævideatur futura, non est peccatum mortale. Idem *ibid. n.* 63. *fol.* 589.

XXXVII. „ In propositione 48. damnata ab „ Innocentio XI. (quæ ajebat: *Tam clarum videtur fornicationem secundum se nullam involvere malitiam ut contrarium omnino rationi dissonum videatur.*) non damnatur dicere fornicationem „ non esse malam secundum se; sed modus propositionis, quatenus ait: *Tam clarum videtur.*“ Idem *in propos. damn. tract.* 8. *ad propos.* 48. *Innoc. concil.* 2. *fol.* 456.

XXXVIII. „ In propositione 49. damnata ab „ Innocentio XI. quę ajebat: *Mollities juxta naturæ prohibita non est*: non venit damnatum dicere, jure naturæ sub veniali tantum esse prohibitam.“ Idem *ibid. ad propos.* 49. *Innoc. concil.* 3. *fol.* 457.

XXXIX. „ Non est grave desiderare pollutionem quæ vel in somniis, vel etiam in vigilia, „ nulla data culpabili opera, eveniat, vel sanitatis causa, vel ob secundas tentationes, aut „ ex aliquo quovis motivo honesto.“ Idem *tom.* 1. *Sum. tr.* 3. *disp.* 2. *c.* 3. *sect.* 9. *n.* 99. *fol.* 593.

XL. „ Potest uxor, quin graviter peccet, merè passivè se habere (saltem secluso periculo „ consensus) ad sodomiam, ad quam maritus „ cogit sub mortis comminatione.“ Idem *ibid. sect.* 10. *n.* 9. *fol.* 594.

XLI. „ Audire, loqui, scribere, canere turpia, & similiter turpia gesticulari ob solam levitatem, ex se non est grave.“ Idem *ibid. sect.* 12. *n.* 171. & 172. *fol.* 610.

XLII. „ Pari modo choreę, etsi turpes, sunt indifferentes, neque intrinsecè malæ: undè ex levitate animi tantum, vanitateve, vel vana „ recreatione eas ducere, vel spectare peccatum „ veniale non excedit.“ Idem *ibid. n.* 173. *fol.* 610.

XLIII. „ Scænis assistere, illasque spectare de „ rebus etiam turpibus, & amatoriis, secluso periculo consensus, gravis culpa non est.“ Idem *ibid. n.* 176. *fol.* 610.

XLVI. Similiter gravis culpa non est, „ secluso periculo scandali, & prava provocandi intentione, tales comœdias turpes repræsentare, „ aut facere.“ Idem *ibid. n.* 181. *fol.* 611.

XLV. „ Fucare se fœminas, si ad majorem „ pulchritudinem ostendendam fiat, dummodo „ prava intentio absit, si juxta consuetudinem „ patriæ fiat, nec veniale forsan erit.“ Idem *ibid. n.* 183. *fol.* 611.

XLVI. „ Mulier, si se ornat juxta consuetu„ dinem patriæ, non peccat ut minimum gra„ viter, etiam si ornatus sit superfluus, & ma„ ximus, licèt animadvertat turpiter adornati „ posse, dum modò animo provocandi non fiat.“ Idem *ibid. disp.* 1. *cap.* 1. *sect.* 3. *n.* 120. & 121. *fol.* 257.

XLVII. Ornatus muliebris, etsi maximè in„ signis, consuetudinem patriæ non excedens, „ nullam figuram, speciemve mali habet, dum„ modò non sit habitus peculiaris meretricum.“ Idem *ibid. n.* 122.

XLVIII. „ Gravis culpa non est in fœminis „ notabilis denudatio ad mamillas ad ostendendam pulchritudinem, si fiat juxta consuetudi„ nem patriæ, dum animus provocandi desit.“ Idem Torrecil. *tom.* 1. *Sum. tract.* 3. *disp.* 2. *cap.* 3. *sect.* 12. *num.* 186. *fol.* 611.

XLIX. Gradus intra quem committitur incestus, etiamsi sit primus, non venit necessario in confessione exponendus.“ Idem *ibid. sect.* 6. *n.* 24. *fol.* 562. & *seq.* cum Diana, & aliis.

L. „ Nec est circumstantia incestus necessario confitenda, impudicè tractare, vel etiam „ fodomitice consanguineos, vel affines masculos, vel fœminas.“ Idem *ibid. num.* 45. *fol.* 564.

LI. „ Dubitatur hic, an possit absolvi qui in „ occasione peccandi proxima versatus est, ante„ quam illam tollat, præsertim si in alia confessione id promisit, & deindè non fecit promissis. Nonnulli putant, absolvi non posse extra „ casum necessitatis ... Communius tamen cum „ Suarez, Tabiena, & aliis censent, posse hujusmodi pœnitentem absolvi semel ac iterùm, „ si appareat hic, & nunc vera signa doloris, & „ propositi efficacis tollendi statim occasionem „ proximam. Ratio cur videatur posse prima, & „ secunda vice absolvi, est quia potuit pœnitens „ aut immediatè ante, aut audiendo concionem, „ aut audiendo ipsius Confessarii admonitiones „ excitari ad verum & efficax propositum non „ peccandi, in quo casu est sufficienter dispositus. Sic passim absolvuntur pœnitentes per „ hoc, quod proponant restituere, quamvis ante „ confessionem non restituerint, prout potest ... Neque ex propositione illa 61. Innocentii XI. eruitur quod absolvi non possit. Nam „ qui proponit occasionem statim tollere, non „ potest dici, quod illam velit de præsenti.“ P. Dominicus Viva *in sua Trutina in propos.* 41. *Alex. VII. n.* 16.

LII. „ Quæritur tertio, an reservatione affi„ ciatur qui cum moniali peragat, vel attentet „ actus subimpudicos de se veniales, v. g. genas „ vellicare, mamillas tangere, & solùm ex prava affectu, vel ex prava intentione mortales. „ Resp. negativè: nam juxta nostram regulam „ octavam nonnisi peccata per externam malitiam mortalem reservantur.“ *In dissertatione in casus reservatos Venetæ Diœcesis.*

CAPUT III.

De Luxuria, & ejusdem speciebus; atque de castitate oppositâ, quæ hoc mandato jubetur.

I. QUÆST. I. *Quid prohibet hoc præceptum*, Non mœchaberis? RESP. Communis Catholicorum doctrina est, Deum his verbis *non mœchaberis* non modò adulterium, quod propriè significat hoc verbum *mœchor*, sed quemcumque illicitum concubitum, & omnem ibidiinis actionem prohibere. Lege Catechismum Tridentinum *p.* 3. *in* 6. *n.* 5.

II. QUÆST. II. *Quid sit luxuria?* RESP. Est usus venereorum contra rationem. Venerea licita esse queunt, si rationis ordo servetur, sicut cibus, & potus: nam sicut cibus ad individui, ita illa ad speciei conservationem destinata sunt. Luxuria genere suo peccatum capitale, & mortale est.

III. QUÆST. III. *Quæ sunt luxuriæ filiæ, & species?* RESP. Filiæ octo, nempè cæcitas mentis, inconsideratio, præcipitatio, incontinentia, amor sui, odium Dei, affectus præsentis sæculi, & horror futuri. Species verò luxuriæ sunt septem. 1. Simplex fornicatio, 2. adulterium, 3. incestus, 4. stuprum, 5. raptus, 6. vitium contra naturam, 7. sacrilegium. Longiùs disputant Scholastici de specifica, & essentiali distinctione horum criminum. Convenit penès omnes fornicationem, pollutionem, bestialitatem, sodomiam esse species atomas, maximè post 24. thesim damnatam ab Alex. VII. Disputant, an idem dicendum sit de adulterio, incestu, stupro, raptu, & sacrilegio. Sed quia ejusmodi quæstiones ad praxim ineptæ sunt, easdem prætereo. Quisque enim Christianorum distinguit incestum ab adulterio, &c.

IV. QUÆST. IV. *Utrùm sextum præceptum præcipiat castitatem?* RESP. Quodlibet præceptum vitium prohibens, oppositam virtutem jubet. Idcircò Deus luxuriam vetat, ut castitatem colamus. Perspicuè hoc explicat Catechismus Tridentinus p. 3. in 6. Præc. n. 2. *Ipsius præcepti*, inquit, *duplex vis est: altera qua disciplinis adulterium vetat; altera qua eam sententiam includens habet ut animâ, corporisque castitatem colamus.* Non modò animum ab omni pravo desiderio, & venerea delectatione immunem custodire debemus, verùm etiam corpus ipsum purum, & immaculatum tamquàm templum Spiritus sancti servandum est. Castitas quippè à castigando effræmatas appetitiones dicitur.

V. Castitas præsè accepta peculiaris virtus est, quæ concupiscentiam compescit, & coercet à delectatione venerea. Castitas hæc duplex. Altera perfecta, quæ ab omnibus voluptatibus carnis, sivè illicitis, sivè licitis abstinet, nuptiis exclusis, & appellatur *virginalis*. Altera imperfecta, quæ solas illicitas voluptates rejicit: & hæc est duplex, altera *conjugalis*, quæ omnem copulam præter uxoriam rejicit, servatque in matrimonii usu regulas loci, temporis, finis à recta ratione præscriptas; *vidualis* altera, quæ ab omni carnis copula sibi temperat.

VI. QUÆST. V. *In quo sita sit virginitatis merito?* RESP. In proposito perpetuo abstinendi à delectatione venerea. Duplex est. *Materialis*, seu naturalis in carnis integritate à cujusque impuræ contagionis labe immuni sita, quæ amitti per matrimonium potest absque peccato. Altera *moralis*, quæ præter naturalem virginitatem includit propositum constans custodiendi eamdem integritatem. Si propositum istud temporarium sit, & non perpetuum, non habetur virtus virginitatis. Hinc puellæ ante matrimonium virgines appellantur, sed virginitatis virtute prædità non sunt ob defectum propositi perpetui. Virginitas hæc virtus distincta est à castitate. Virginitatis virtus excellentior est matrimoniali statu, omnium Catholicorum sententia, quidquid blaterent hæretici.

VII. QUÆST. VI. *Quâ ratione virginitas amittitur?* RESP. In puellis virginitas *materialis* perit ob voluntariam claustri virginalis violationem, sivè claustrum aperiatur copula, sivè actibus turpibus. Vir amittit suam virginitatem ob voluntariam carnalem copulam, & pollutionem. Ut fœmina virgo sit tria necessaria sunt: claustrum virginale incorruptum, privatio delectationis venereæ, & propositum perpetuæ abstinentiæ. Horum unum virginitatem destruit. Vir amittit virginitatem per pollutionem voluntariam, per voluntariam copulam, per delectationem veneream voluntariam. Sine culpa extra matrimonium amitti virginitas nequit. Violatio integritatis materialis vi illata puellæ non tollit virtutem in proposito perpetuo abstinendi à delectatione venerea sitam.

CAPUT IV.

De fornicatione, & concubinatu.

I. QUÆST. I. *Quid sit fornicatio, & quo jure prohibita?* RESP. Est concubitus humanus naturalis solùti cum soluta corrupta. Duę primæ particulæ distinguunt fornicationem à concubitu bestiali, idcirco dicitur *humanus*, & à mollitie, quę est contra naturam, propterea dicitur *naturalis*. Aliæ particulæ *soluti cum soluta* secernunt fornicationem & à concubitu matrimoniali, & à concubitu cum persona affine, vel consanguinea, vel voto castitatis ligata. Ultima particula *corrupta* distinguit fornicationem à stupro.

II. Dogma fidei est fornicationem simplicem grave scelus esse à Deo severissimè vetitum. Inquit enim 1. *Cor.* 6. S. Paulus: *Neque fornicarii regnum Dei possidebunt.* Non defuit qui docuit fornicationem non esse jure naturę prohibitam: quem errorem proscripsit Innocentius XI. in hac 48. thesi: *Tam clarum videtur fornicationem secundùm se nullam involvere malitiam, & solùm esse malam, quia interdicta, ut contrarium omninò rationi dissonum videatur.* Et 49. *Mollities jure naturę prohibita non est. Unde si Deus eam non in-*

terdixisset, sapè esset bona, & aliquandò obligatoria sub mortali.

III. Omnis effusio seminis à natura institutа est ad prolem generandam, & educandam. Huc non tendit fornicatio. Siquidem fornicatores duę personæ sunt nullo naturali vinculo copulatæ. Coitus fornicarius vagus est natura sua, impeditque non rarò prolis generationem. Solutio autem cujuscumque vinculi tollit educationem, quæ postulat hæc à matre, & sustentationem à patre, & educationem. Nec refert quod fornicator cum fornicatrice finire pactum queat & prolis educandæ, & sustentandæ, dotemque eidem fornicatrici assignandi: quoniam hæc omnia fortuita sunt, & accidentalia, quæ impedire nequeunt mala quæ natura sua coitum fornicarium consequuntur contra præstitutum à natura ordinem.

IV. QUÆST. II. *In quo differat concubinatus à fornicatione?* RESP. Fornicatio est concubitus vagus modo cum hac, modo cum illa fœmina. Concubinatus est cum eadem fœmina frequens copula, sivè soluta hæc sit, sivè matrimonio ligata. Canonistę describunt concubinatum hoc pacto. Est concubitus viri cum fœmina soluta, quam quis vel in domo propriâ, vel extra retinet, vel ad quam frequenter, vel ex consuetudine accedit, sivè retineat ut concubinam, sivè ut pedissequam, sive quocumque alio titulo. Aliter describit civile jus concubinatum; sed id scire nostra non interest. Vetitus concubinatus est non naturali, & divina tantum lege, verùm etiam canonico, & civili jure. Gravitatem iniqui concubinatus exponit Tridentinum *sess. 24. de Reform. c. 8.*

V. QUÆST. III. *Absolvendusne est concubinarius, antequam concubinam dimittat?* RESP. Affirmabant olim aliqui; sed eorum opinationes proscripsit Alex. VII. *Non est obligandus concubinarius ad efficiendam concubinam, si hæc nimis utilis esset ad oblectamentum concubinarii, vulgò regalo, dum deficiente illa, nimis ægrè ageret vitam & alię ęquale tædio magno concubinarium afficerent, & alia famula nimis difficilè inveniretur . . .* Et Innocentius XI. *Potest aliquandò absolvi qui in proxima occasione peccandi versatur, quam potest, & non vult omittere, quinimmò directè, & ex proposito quærit, aut ei se ingerit.*

VI. Plures Casuistæ consueris distinctiunculis eludunt thesium istarum damnationem. Moya, Antonius à Spiritu Sancto docent semel, vel bis absolvi posse concubinarium promittentem dimissionem concubinæ. Salmanticenses publicum numquam, secretum verò concubinarium in aliquo raro casu, in quo signa gravia daret contritionis, absolvi pro prima vice posse, priusquam concubinam is dimittat, defendunt. Sed has opiniones ut falsas rejicio. Laxam quoquè, & fallam reputo opinionem P. Viva, qui in Trutina sua in *thes. 41. Alex. VII. num. 16.* docet, absolvi posse semel, & iterum eum qui in occasione proxima versatur, si hic, & nunc appareant vera signa doloris, & propositi efficacis tollendi statim occasionem proximam. His benignis interpretamentis eludi proscriptæ theses solent. Regula generalis esto. Numquam absolvendus concubinarius est, aut qui in occasione proxima liberè versatur, nisi prius concubinam, aut occasionem proximam dimittat. Sola physica, & realis impotentia, ut mors instans, ab hac regula eximere valet. Dimissa concubina, vel occasione proxima, nulla permittatur familiaritas, nulla visitatio. Plura dicam cum de occasione proxima sermo erit.

VII. QUÆST. IV. *Peccatumne grave est aspectu membrorum turpium sive viri, sive mulieris?* RESP. Salmanticenses *tract. 26. cap. 3. part. 1. num. 6.* pro sententia negante citant Sanchez, sed immeritò, cum oppositum doceat. Deliberatus aspectus verendorum mulieris est peccatum mortale, quia graviter ad venerem provocat. Idem de muliere spectante viri verenda dicendum est. Excipiendi sunt aspectus fortuiti, & indeliberati, aut qui necessitatis causa fiunt, ut in medicis, & chirurgis accidit. Excipiendi quoquè sunt puerorum, & puellarum infantilis ætatis aspectus. Similiter grave peccatum absolutè non est aspicere verenda brutorum. Spectandę tamen circumstantiæ sunt, & spectantium imbecillitas, & propensio.

CAPUT V.

De Choreis virorum, & mulierum; & de theatrorum, seu comediarum frequentia. De conversatione hodierna promiscua, de osculis, tactibus, & amplexibus.

I. CHoreę, & theatra duo sunt præstigia, & veneficia, quibus dæmon inficit, & in gehennam detrudit magnam humani generis partem. Utriusque gravissimam iniquitatem paucis perstringam.

II. Saltare ex se nihil mali prodit. Saltavit David ante Arcam: saltavit Maria soror Aaronis ad submersionem Pharaonis. De his, & similibus choreis disputatio nulla. Illud in præsens quæritur, sint ne choreæ prout reipsa inter viros, & mulieres, inter amasios, & amasiunculas, omnibus spectatis, aguntur, gravi periculo obnoxiæ. Quare hęc est quæstio disputanda.

III. QUÆST. I. *Suntne choreę hodiernę occasiones peccandi adeò propinquæ, ut Christiani communiter loquendo, & aliquo casu excepto, sub gravi culpa abstinere ab eisdem debeant?* RESP. Negantem sententiam defendunt non pauci. Salmanticenses, Azorius, Bonacina, Filliucius Vvigandt, & alii. Citari etiam solent Sylvester, Angelus, Summa Tabiena; sed falsò, & injuria, cum oppositum doceant.

IV. Scripturę sanctæ choreas improbant. Eccli. 9. *Cum saltatrice ne assiduus sis, nec audias illam, ne forte pereas in efficacia illius.* SS. Ecclesiæ Patres uno ore detestantur choreas tamquam paganicæ superstitionis reliquias, & diaboli inventa. Chrysostomus hom. 48. in Matth. *Ubi enim saltus lascivus, ibi diabolus certè adest. Non*

Non enim ad tripudia pedes nobis præbuit Deus, sed ut modestè incedamus, &c. S. Ambrosius lib. 3. de Virg. cap. 5. *Nemo, ut dicit quidam sæcularium doctor, saltat sobrius, nisi insanit. Quod si juxta sapientiam sæcularem saltationis, aut temulentiæ auctor est, aut amentiæ; quid divinarum Scripturarum cautum putamus exemplis, cum Joannes præcursus Christi saltatricis optione jugulatus exemplo sit, plus nocuisse saltationis illecebram, quam sacrilegi furoris amentiam?* S. Augustinus in Psalm. 32. conc. 1. *Observa diem Sabbati, non carnaliter, non judaicis deliciis, qui otio abutuntur ad nequitiam. Melius totam diem fodierent, quam totam diem saltarent. Præterea innumera Concilia, quæ choreas ut diaboli præstigias exterminantur.*

V. S. Antoninus 2. part. tit. 6. cap. 6. *De choreantibus post moraliter exponit illud Psal. 26.* Inflammabit in circuitu inimicos ejus ignis. . . . . *Illud autem est iter diaboli: ipse enim circuit quærens quem devoret. Qui ergo tripudiant, cum faciant iter diaboli, cum eo se reperient in termino inferni. Non solum autem sequuntur tripudiantes iter diaboli, quinimmò diabolus ipse infidiam eis, ut assessor equum dicit eos; quod pulchrè ostendit Joannes Apocal. 9 ubi dicit quod de puteo abyssi ascenderunt locustę super terram . . . . . Locustæ illę sunt mulieres chorizantes. Puteus abyssi, unde ipsę ascendunt est profunditas inferni, unde suggeritur tale exercitium chorizandi à dæmonibus.*

VI. S. Carolus Borromæus *lib. mem. part. 2. cap. 6.* inquit: *Valeant execrandę illæ publicæque saltationes, Christianorum castitati adeò exitiosæ, rixarum, sugillationum, inimicitiarum, impudentiarum, pugnarum, cędumque radices, & occasiones, immò cujuscumque lasciviæ seminaria. Quid plura? Ex ejusmodi saltationum consortiis oriuntur corporum, famæ, rerum, & christianæ denique post hæc disciplinæ detrimenta. Eliminentur ergo choreę, & unà cum his tot aliis morum corruptelæ, quibus hoc maximè tempore solet Satanas hominum mentes suo imperio vindicare, prorsus abrogentur.*

VII. Hoc voce loquuntur Patres omnes. Mirifica sunt responsa P. Francolini, qui in suo *cler. Rom. lib. 2. disp. 7. column. 7. num. 33.* hæc „ scribit: Quæro, instituunt ne Patres citati „ has quæstiones: an omnes choreæ sint illicitæ? „ An hujusmodi sint choreæ inter ejusdem sexus „ personas ad fallendum tempus ductæ? An sem„per sint illicitæ, quæ exercentur inter personas „ diversi sexus? An quæ licitæ per se sunt, „ exerceri ab omnibus, ut in omni loco pos„sint? Has certè quæstiones non instituunt Pa„tres, ut faciunt *Theologi morales*, sed invehun„tur in choreas usquè non omnes: alioquin „ peccasset David animo simul, & corpore ante „ Arcam exultans: ergo solum aliquas: ita pro„fectò explicandi sunt.“

VIII. En quam verum sit, novum opinandi modum distinctionum legionibus stipatum adversus Scripturarum, SS. Patrum luculentissima testimonia præliari. SS. Patres fide bona detestati sunt acriter choreas, quæ, & nunc temporis, & nostra ætate peraguntur inter personas diversi sexus: quia non lophistas, non cavillatores agebant. Sed David saltavit ante Arcam. Maria soror Aaronis saltavit. Papè! Quot sunt nunc Davides saltantes ante Arcam? Quot nunc Mariæ *chorizantes*, ob victoriam reportatam de Pharaone prostrato? Patres, & Theologi. Patrum sectatores choreas, quæ in usu sunt damnant, & execrantur, misso aliquo casu perpeperam opposito. Quid? Saltavit David ante Arcam, saltavit Maria, ut Deo gratularentur, & exultationem patefacerent sanctam. Ergo choreæ inter amasios, & amasiunculas licitæ per se sunt? Ineptissimum comentum, quod ipse P. Paulus *Segneri* præstantissimus Jesuita in suo *Christ. Instruct. p. 3. ser. 29.* improbat his verbis latinè redditis. *Doctores morales choreas enumerant licitas: SS. Patres easdem damnant ut diabolicas. Illi ajunt: ad choreas ire non est peccatum: & isti ajunt: ire ad choreas est adire inferni festa . . . Morales loquuntur de choreis speculativè, & secundum se . . . Sed sancti Patres choreas spectant ut sunt in praxi: & quia in praxi exitiales sunt animabus christianis: propterea adeò eas damnant detestantur.*

IX. Isti duo celebres auctores mutuis antilogiis sese jugulant. Casuistæ, inquit Francolinus, sunt Doctores nostri temporis, qui decidunt casus practicos, & licitas asserunt hodiernas choreas. Patres verò abstractè locuti sunt, & *speculativè*: idcircò easdem damnarunt. Contra clamat P. Segneri: SS. Patres damnant choreas, quæ reipsa aguntur inter viros, & mulieres. Casuistæ verò, qui easdem licitas asserunt, *speculativè* loquuntur. P. Segneri vere interpretatur Patres, sed frustrà Casuistas. P. Francolinus falsò exponit Patrum doctrinam, sed sincerè interpretatur Casuistas, qui practicas choreas licitas propugnant. At tales Casuistæ evidenter errant, dum hodiernas choreas à crimine purgant.

X. Prima chorearum institutio narratur *Exod. 32.* ubi diabolo instigante, vitulum, petulcum animal, Hebræi conflarunt, & ante eumdem choreas duxerunt: ab idololatria igitur sua arcessunt primordia choreæ hodiernæ. Loco vituli aurei animalium lascivissimi, saltatores juvenes, puellas, quibuscum saltant, habent: eisdem adorantium modo procumbunt, ut ad libidinem inflamment. In his saltationibus capitalia vitia triumphant. Puellarum, & procorum studia huc pertinent, ut luxum, pompas, & fastum in triumphum agant. Non industriæ, non artificio, non superbię, non ambitioni, non fucis, non præstigiis parcunt puellæ, ut in sui idololatriam juvenes subjiciant.

XI. Plurima, & invicta rationum momenta paucis perstringo. In his choreis, ubi pudor muliebris, quo sublato omnis castitas periclitatur? Ubi verecundia? Ubi modestia? Ubi humilitas, sine qua ędificium evangelicum corruit? Ubi oculorum moderatio? Ubi specimen decoris christiani? Ubi insignia baptismalis professionis? Sensus omnes laxatis habenis circumvolant, omnia lustrant. Quam formosiorem, & sibi

ca-

„ tione executionis ob solam ostentationem amo-
„ ris, si sciat certò illam minimè ad assensum
„ alliciendam? Peccat planè, quia ad scandalum
„ illam adfert. Quid, si tam effrænatæ libidinis
„ sit qui solicitat, tantaque jam infamia circa li-
„ bidinem laboret, ut nullatenus fœmina ad scan-
„ dalum afferenda sit? Non delinquet mortaliter." Idem loc. cit. *n.* 97.

VIII. „ Scit mulier in choreis se ab aliquo „ tangi intentione prava: peccatne ejusmodi tac-„ tus admittendo? Respondeo negativè. " Idem loc. cit. *n.* 80.

IX. „ Valdè probabile est opinionem affir-„ mantem oscula, & tactus, dummodo non fiant „ in partibus ad generationem destinatis imme-„ diatè, & proximè, si fiant absque intentione „ carnali non esse peccata mortalia, sed ad sum-„ mum venialia ... Unde colligo, quod Confes-„ sor solicitans in confessione ad ejusmodi oscu-„ la, & tactus absque intentione prava, non sit „ denuntiandus vi motus proprii Gregorii XV. & „ aliorum summorum Pontificum. " P. Thomas Hurtado *tom.* 1. *Variar. resol. tract.* 3. *cap.* 3. *resol.* 27.

X. „ Dicendum est, peccata luxuriæ contra „ naturam, etiamsi magis turpia appareant, & „ majori nota infamiæ digna sint, ex genere ta-„ men suo minora esse quam peccatum furti. " P. Vazquez in 1. 2. *D. Thomæ tom.* 1. *quæst.* 73. *art.* 4. *in notation. n.* 3. *pag.* 480.

XI. „ Habens delectationem veneream, ces-„ sante tamen periculo consensus in eam, vel „ periculo in pollutionem consensus, nullo modo „ peccavit, nequidem venialiter, si solum per-„ mittat appetitum delectari, negativè se haben-„ do." Joannes Sanchez *in disp. selectâ, disp.* 21. *n.* 3. *pag.* 102. *edit. Venet. an.* 1639.

XII. „ Qui esset callida, ut somnia immun-„ da haberet, non peccaret: quia somnium *im-„ pudicum voluntarium* in causa nullo jure prohibi-„ tum est. " Idem loc. cit. *n.* 13. *pag.* 106.

XIII. „ Quandò est dumtaxat solum probabi-„ le te succubituram tentationi, certè etiam pro-„ babile est te non succubituram. Atque sicut in „ plurimis aliis materiis fas tibi est ex utralibet „ sententiarum speculativè probabilium deducere „ conclusionem tibi gratam; ita licebit tibi argu-„ mentari. Occurrunt mihi graves rationes, ob „ quas vir prudens sapienter judicare potest me „ lapsurum in novum crimen mortale, si acces-„ sero hanc domum. Viceversa sunt aliæ rationes „ etiam graves, ob quas alius æquè prudens pro-„ nuntiaret me non lapsurum. Ergo possum sine „ nota temeritatis, & imprudentiæ me commit-„ tere illi occasioni, certo non commissurus, si „ liquidò scirem me in illa admissurum illud gra-„ ve peccatum. Atque adeò fas est per se loquen-„ do committere le periculo probabili peccandi „ mortaliter." P. Georgius Gobat *in experim. Theol. vol.* 1. *tract.* 7. *cas.* 16. *n.* 725. *pag.* 595. *edit. Monachii an.* 2669.

XIV. „ Liquidò scio crebrò fieri, præsertim „ inter plebejos, & rusticos, ut eodem in lecto „ puella cum proco cubent aliquot horas induti, „ & exuti; & tamen nihil omninò impudicum „ agant; *vel non nisi oscula, & turpes attrectationes „ exerceant*: undè judico non posse à Confessario „ negari absolutionem omnibus illis puellis ple-„ bejis .... quæ non videntur habere propositum „ numquàm amplius admittendi procum in lec-„ tum suum. " Idem *Volum.* 2. cujus titulus *Quinarius Tractatuum*, &c. *tract.* 5. *cap.* 32. *sect.* 2. *num.* 19. & 20. *pag.* 553. *edit. Constant. an.* 1670.

XV. „ Si concubinarius nequeat dimittere suam „ concubinam sine jactura centum aureorum, seu „ ducatorum, poterit Confessarius pro re nata „ amplecti sententiam vel Joannis Sanchez, vel „ Oviedi, paulò ante relatam. " Idem *tract.* 7. *cas.* 17. *n.* 530. *pag.* 596.

XVI. „ Si ipsa est ita effrons, ut dimissa, pro-„ palatura sit occultum concubinatum, retinere „ eam volenti patrocinabuntur plerique ex cita-„ tis; sed utique muniendus erit peculiaribus pro-„ positis, & aliis mediis; sicut, & patrocinabun-„ tur, si ipsa sit ejus ancilla, & nequeat aliam „ adipisci absque pari periculo; cum tamen haud „ possit ullo modo carere ancilla omni. " Idem *ibid.*

XVII. „ Si rusticus à vito existimato docto, „ ac pio audisset, fornicationem, & furtum ex-„ terna esse peccata, ac licere fornicandi, aut „ furandi desiderium, quibusdam *Neotericis* doc-„ tis videtur hanc ignorantiam minimè excusa-„ re quod hic libere velit objectum externum, „ quod esse peccatum novit ... Quamvis hoc „ probabile sit, *probabilius* tamen credo, illum „ actum internum excusari omninò à malitia. " P. Thomas Sanchez *lib.* 1. *in Decal. cap.* 16. *n.* 16. & 17.

XVIII. Licèt Nav. Philliar. Azor. existiment, „ etiam conjugatum peccare mortaliter, *si vo-„ luntarie* delectetur commotione sensitiva, ac „ veneres, orta ex conjugis absentis apprehensio-„ ne, eo quod talis commotio tunc ordinari non „ possit ad actum conjugalem, sed potius ordi-„ netur ad pollutionem; opposita tamen senten-„ tia probabilitate non caret." P. Paulus Layman *tom.* 1. *lib.* 1. *tr.* 3. *c.* 6. *n.* 14.

XIX. „ An si amicus meus velit ut ego feram „ munuscula, & similia, *turpis sollicitæ amoris incita-„ menta*, quæ ipse mittit ad suam concubinam, „ possim ego sine peccato deferre? ... Fateor, si „ tibi magni sit ejusmodi amicitia, ac verè time-„ res eam amittere, excusari te posse: quia tunc „ notabilis nocumenti justus metus accedit. Si-„ mile quid erit, si à te amicus petat, ut cubi-„culum ei accommodes, in quo scis eum fornica-„ turum. " P. Thomas Tamburinus *lib.* 5. *in Dec. c.* 1. §. 4. *n.* 20.

XX. „ An ex aliqua justa causa licitum sit „ commodare cubiculum alicui petenti ad for-„ nicandum, vel locare domum meretrici, etiam-„ si ob loci circumstantiam aliquis peccatum „ admitteret, vel si meretrix domum illam com-„ ducens plurimum fœminis honestis vicinis no-„ ceret? De hoc casu olim interrogatus fui. Nam „ quidam vir nobilissimus instanter ab amico „ do-

„ domum ejus ad meretricandum petebat. At „ si hoc illi denegasset, in gravissimum damnum „ incidebat. Consuluit an peccaret hoc faciendo. „ *Et respondi negativè*, quia absque detrimento „ proprio proportionato, hoc denegare minimè „ poterat. " P. Antonius Diana *tom.* 7. *coord. tract.* 5. *resol.* 48. §. 1. *pag.* 241. *edit. Venet. an.* 1698.

XXI. „ Ex hoc colligitur quid dicendum sit „ de aurigis deferentibus meretricem ab uno loco „ ad alium, quam sciunt illuc petere ad peccan-„ dum. Hi enim regulariter excusantur à peccato, „ *quia adest causa non amittendi lucrum*, quod ex „ eo ministerio comparant. Ita ille (Merolla) & „ ego. " Idem Diana *loc. citat. resolut.* 42. *pag.* 239.

XXII. „ An sit aliqua causa excusans præ-„ bentem munera concubinæ judicis, ab illaque „ pecentem ut judicem in negotio interpellet?... „ Si negotium grave sit, videatque judicem tibi „ non esse propitium; speres autem intercessione „ concubinæ gratum fore, neque alia via appa-„ reat qua possis illum ad servandum tuum jus „ inflectere; crederem tibi licere petere à concu-„ bina ut in tali negotio intercedat ... Quod „ verò media illa intercessione concubina, & „ judex periculo peccandi exponantur, non obstat „ quominus id licitè fieri possit, urgente gravi „ causa. " P. Ferdinandus de Castropalaus *tom.* 1. *tr.* 6. *disp.* 6. *punct.* 15.

XXIII. „ Peccant sine dubio mortaliter, *re-„ gulariter loquendo*, pictores pingentes *valdè tur-„ pia*, & *obscœna*, & multò magis histriones „ ejusmodi *valdè turpia* repræsentantes, ex qui-„ bus moraliter certum est multos lapsuros gra-„ viter quoad castitatem, & pudicitiam ... Dico „ autem *regulariter loquendo*: nam in casu raro, si „ tanta est pictoris, vel histrionis necessitas ut „ *ex lucro indigeat ad victum, vestitum*, vel ejus-„ modi *quod necessarium*, semel aut iterùm licere, „ *donec* alia victus ratio occurrat, permittunt alii „ DD. cum Tamburino, dummodo absit peri-„culum mortale impuræ delectationis veneræ. " P. Patritius Sporer *tom.* 2. *tract.* 5. *in* 5. *Præcept. Decal. c.* 1. *sect.* 3. *n.* 92.

XXIV. „ Utrum pictori liceat pingere ima-„ ginem amasiæ *pro eo* quem pictor *certò* scit in „ illam turpiter esse affectum; idque extra finem „ matrimonii, præsertim si etiam essent matrimo-„ nii ad invicem incapaces? Resp. non licere „ citra peccatum mortale *regulariter loquendo*, cum „ præbeat fomentum, & incitamentum turpis „ amoris; *nisi iterùm* causa gravissimæ necessita-„ tis pictoris excusaret: cum enim talis pictura „ de se sit indifferens, & etiam bono usui defer-„ vire possit, *ac causam gravis necessitatis poterit „ pictor permittere peccatum alterius*. Idem Sporer *loc. cit. n.* 93.

XXV. „ Utrùm liceat famulo domino ascen-„ dere volenti ad rem habendam cum fœmina, „ pedem sustinere, aut scalam apponere ad mor-„ tem sibi imminentem vitandam? Negabunt „ forsàn aliqui post *decretum SS. P. N. Innocentii*. „ Sed probabilius multò respondeo affirmativè.... „ Nec obstat quod ea cooperatio damnetur „ in 51. propositione memorata *decreti Innocentii*, „ quia in decreto damnatur ea cooperatio facta „ ob causas in propositione ipsa memoratas. " Emmanuel à Conceptione, seu continuator Leandri à SS. Sacram. *in* 10. *Decal. Præcept. par.* 4. *in ord.* 9. *tr.* 7. *disp.* 5. *quæst.* 2.

XXVI. „ An famulus scribens, vel deferens „ scripta ad venerem provocantia ad evadendum „ mortis, vel gravis nocumenti periculum, pec-„ cet mortaliter? ... Probabiliter respondeo ne-„ gativè. " Idem *loc. cit. q.* 28.

XXVII. „ An liceat famulo concubinam „ portare, ne à domino malè tractetur, aut à „ domo expellatur? ... Probabilius respondeo „ affirmativè. ... De casu autem hujus quæstionis „ mentionem nullam fecit *propositio damnata* (51. „ ab Innoc. XI. ac proindè non est propter illam „ recedendum ab affirmativa sententia. " Idem *loc. cit. q.* 26.

XXVIII. „ Interesse comœdiis, *ubi turpes „ res repræsentantur*, ob solam vanam curiositatem „ absque periculo *probabili* lapsus in aliquod mor-„ tale, non est lætale. Immò quandò audiuntur „ *hujusmodi turpia* in comœdiis repræsentata *ob so-„ lam delectationem* resultantem *ex verbis turpibus*, „ non est mortale." P. Vincentius Candidus *tom.* 1. *disquisit.* 11. *art.* 2. *dubit.* 3.

XXIX. „ In re venerea, sivè in delectatione „ propriâ luxuriæ deliberatè admissa, in solutis „ potest practicè admitti parvitas materiæ." Torrecilla *tom.* 1. *tract.* 3. *disp.* 2. *cap.* 3. *tota ferè sect.* 1. *à num.* 14. *fol.* 514.

XXX. „ Fœmina cui mors, infamia, vel „ detrimentum in bonis, vel aliud simile immi-„ neret, sub lætali non teneatur vociferare, vel „ cum tanto incommodo resistere; sed, seclusо „ periculo consensus, poterit se sinere oppresso-„ ri." Idem *ibid. sect.* 2. *n.* 15. *fol.* 524.

XXXI. „ Possunt conjuges, ut saluti consu-„ lant, vel ne onerentur prole, cessare mutuo „ consensu à copula incepta, si absit periculum „ pollutionis, saltèm ut voluntariæ ipsis, quin „ lætaliter peccent. " Idem *ibid. sect.* 5. *n.* 92. *fol.* 550. cum Diana, & aliis.

XXXII. „ Seclusо periculo pollutionis, saltèm ut ipsis voluntariæ, gravis culpa non est in „ conjugatis delectari de copula præterita, vel „ futura ut præsenti sibi propolita, etiam in tem-„ pore, in quo copulam exercere non valent, „ etsi absentes sint. " Idem *ibid. n.* 134. *fol.* 554.

XXXIII. „ Seclusо item periculo pollutionis, „ saltem ut ipsis voluntariæ, grave non est in „ sponsis de futuro, aut viduis mente, vel etiam „ sensu delectari in copula licitè in matrimonio „ habenda, vel habita. " Idem *ibid. num.* 149. & 152. *fol.* 556.

XXXIV. „ Seclusо rursùs periculo pollutio-„ nis, saltèm ut ipsis voluntariæ, gravia non „ sunt in sponsis de futuro oscula, & amplexus, „ & tactus (qui prorsus libidinosi non sint) ob „ turpem aliquam delectationem. " Idem *ibid. n.* 165. *fol.* 557.

XXXV. „ Pollutio prævisa, seclusо periculo

quentant, sed tantùm venialiter. Fac me certò asserere non posse, te peccare mortaliter. Numquid tu certo asfirmare vales te solùm venialiter peccare? Peccat mortaliter mima christiana artem infamem exercendo. Tu illi mercedem suppeditas ut talem profiteatur artem, & non peccas læraliter? Jure clamat S. Augustinus: *Hinc accidit quod peccata, cum in consuetudinem venerint, aut parva, aut nulla esse creduntur. Væ peccatis hominum, quæ sola inusitata exorresimus.* Ench. *cap.* 77. Vide infra *lib.* 7. *diff.* 3. *cap.* 2. Si plura adversus theatra cupis, lege opus nostrum inscriptum *de Spectaculis theatralibus*, &c.

XXII. QUÆST. III. *Quid de hoderna conversatione virorum, & fœminarum dicendum?* RESP. Tertia libidinis fax, & incentivum est funestissima corruptela a medio citeriori sæculo in Italiam invecta. Sermo est non de civili, honesto, & necessario commercio, à quo mundi homines abstinere nequeunt; sed de corruptissima illa conversatione in qua quisque suam habet *Divam torejo*, cui inservit, quacum ludit, quam familiarissimè alloquitur, cujus brachia sustinet. Non modo illicitum hunc morem, sed ajo diram esse pudoris, verecundiæ, castitatis pestem, familiarum ruinam, divitiarum jacturam, filiorum scandalum, temporis dissipationem, & aliorum malorum caput. Hæc conversatio ut minus est dimidiata communitas uxoria, quam Plato excogitavit. Nam uxor unius mariti alteri, vel marito, vel juveni solatium præbet, & mutuò conversantur tota die, simul ludunt diu, noctuque. Mulieres ob insitam vanitatem, & ambitionem, obsequia, servitutem, ne dicam adorationes virorum captant, & aucupant. Vel ipsæ pudicæ, castæque amari, suspici, & inservirí sibi ambiunt. Ergo ut sibi inservientes viros habeant, plura iis permittere coguntur: nec enim adeò stolidi viri essent ut tot obsequia præstarent, tot incommoda subirent, nisi compensationem aliquam reportarent. Quæ minùs divites sunt, ut in vanitatis theatro emineant, non secus ac ditiores, munera ab amasio accipiunt, queis fastum sustinere possint. Ne multa, conversationes istæ palestræ veneris sunt, gymnasium impudicitiæ, ambitionis, superbiæ, fastus, & vanitatis castra, ubi diabolus universale bellum Christi Evangelio intentat. Mulieres istæ pluribus indiciis sæpe intelligunt, se impudice adamari, suspiria audiunt, obtutus fixos spectant, luxuriæ igniculos erumpentes conspiciunt, tactus amatorios nonnumquam patiuntur. Istæc omnia honesta esse mentiuntur; seque nullam experiri commotionem ajunt, undè a culpa immunes se reputant, quasi participes non essent omnium flagitiorum quæ sui amasii perpetrant, etiam admissa hypothesi quod ipsæ nullam experirentur delectationem.

XXIII. QUÆST. IV. *Quandonam verba turpia, osculæ, amplexus, tactus sint peccata mortalia?* RESP. Ab omni turpiloquio abstinendum S. Paulus docet. Turpia verba immiscere sermonibus cum puellis, cum fœminis, cum adolescentibus frequenter peccato mortali non carent. Regula præcisa designari nequit.

XXIV. Tactus, osculæ, & amplexus mutui etiam inter personas diversi sexus juxta morem patriæ, absolutè peccata non sunt, cum fiunt in signum benevolentiæ, vel mutuæ charitatis. Mos tamen iste, si alicubi obtineat inter viros, & mulieres, abolendus omninò est, plenus enim periculi est. Medicis, chirurgis muliebria tangere curationis gratia, aut alia necessitate licitum est.

XXV. Osculæ, tactus, amplexus inter personas diversi sexus, si fiant ob delectationem carnalem, peccata mortalia sunt. Quidam distinguunt triplicem delectationem, carnalem seu veneream, spiritualem, & sensibilem. Hæc ultima delectatio sensibilis consurgit ex tactus proportione, quæ potest esse sine peccato, ut dum matres osculantur infantes. Absit tamen ut excuses eam à culpa, dùm hæc oscula fiant inter juvenes, & puellas adultas. Antequam Alexander VII. damnaret hanc thesim 40. *Est probabilis opinio quæ dicit esse tantùm veniale osculum habitum ob delectationem carnalem, & sensibilem, quæ ex osculo oritur, sicluso periculo consensus ulteriori, & pollutionis*: plures propugnabant non excedere culpam venialem delectationem veneream ortam ex osculo. Verum doctrina hæc proscripta est. Nonnulli distinctiunculas, & præcisiones metaphysicas in hanc lubricam, & luculentam materiam invexerunt, quę rejiciendæ sunt tamquam periculi plenissimæ.

XXVI. Licitæne sunt osculæ, tactus, amplexus, & litteræ amatoriæ inter sponsos futuros? Affirmant non pauci, dummodò absit periculum pollutionis, & delectationis venereæ, solaque adsit delectatio sensitiva. Hæc opinio prorsus falsa mihi est. Sponsalia enim nullum jus præbent ad talia peragenda. Exceptio periculi delectationis venereæ, & pollutionis chimærica est, & fictitia. Ardet concupiscentia inter juvenes, & puellas, neque sponsalia extinguunt, sed fovent, & inflammant amorem reciprocum. Peccat mulier sentiens se impudicè tangi, nisi resistat.

XXVII. QUÆST. V. *Quid sit delectatio morosa, & an sit peccatum mortale?* RESP. Morosa nuncupatur non à temporis mora, sed à voluntate, quæ deliberatè in eadem moratur, & sibi libere complacet. Peccatum mortale est. Distinguitur à desiderio, quod fertur in operis executionem. Delectatio vero præscindit ab operis executione, & de ipsius operis practica cogitatione delectatur, quin erga operis executionem feratur. Morosa hæc delectatio per omnia peccatorum genera divagatur. Nam perindè delinquit qui de proximi malo, de homicidio, de perjurio, ac de re venerea gaudet. Ad illam peccati speciem revocatur hæc delectatio morosa ad quam pertinet objectum de quo quis delectatur.

XXVIII. Peccant mortaliter qui in motibus venereis post sufficientem advertentiam negativè se habent, seu neque consentientes, neque dissentientes, quidquid in oppositum dicant aliqui. Qui enim tacet, consentire censetur. Quod aliquis arguatur, hoc axioma in contractuum dumtaxat materia valere, secus in aliis, vana distinctio est. Quoniam urget præceptum positivum resistendi. In materia luxuriæ nulla datur parvitas materiæ, ut communiter Theologi docent, si fit deliberatè volita.

XXIX. QUÆST. VI. *Utrum vellicare genas, & tangere mammillas mulierum sit peccatum mortale?* RESP. Prodiit anno 1743. libellus, in quo docetur vellicare genas, & tangere mammillas Monialium esse actus subimpudicos de se venniales, & solum ex pravo affectu, vel prava intentione fieri mortales. Proscriptus à Romana Sede libellus fuit anno 1744. At non propterea defensores benignioris doctrinæ siluere, sed pluribus libellis damnatam propugnarunt doctrinam. Synopsim hujusce funestę historię lege *tom.* 4. *Theol. Christ. lib.* 8. *diff.* 2. *cap.* 5. Nec enim vulnera refricare interest. Sat nunc est indicasse doctrinam esse proscriptam. Tactus quippè mamillarum natura sua vehementissimè venerem accendit, & in puella, sive monali, sive laica quæ tangitur, & in viro tangente.

XXX. Mulier vi compressa non potest licitè negativè se habere, & permittere extrinsecus actus turpes, & sui violationem ob periculum vitæ, vel honoris; sed debet positivè resistere quoad potest, & clamare, ut adjuvetur. Opposita quorumdam opinio falsa reputanda est, talemque reputant communius Theologi.

CAPUT VI.

De Stupro, raptu, adulterio, incestu, & sacrilegio.

I. QUÆST. I. *Quid sit stuprum?* RESP. Est concubitus cum fœmina virgine. Non pauci contendunt, virgine libere consentiente, tametsi sub cura parentum, non perpetrari stuprum, atque adeò cessare in stupratore restitutionis debitum. Quam opinionem rejicio ut falsam. Quoniam virgo non est tuæ integritatis domina, sicut nec aliarum corporis partium. Eruere ne tibi oculos, abscindere ne pedem virgo sibi licitè valet? Hæc enim membra ab auctore naturæ virgo recepit, ut eisdem uratur, & eadem custodiat. Hanc sententiam docet S. Thomas 2. 2. *quæst.* 154. *art.* 6. Præterea hæc deflo-ratio gravem parentibus injuriam infert: eorum quippè jus quod in filiam habent, turpiter læditur. Accedit quod etiam si tam virgo, quam parentes consentirent in defloratione, non propterea stuprator crimen stupri evaderet; quemadmodum consensus mariti, & uxoris reatum adulterii non aufert. Si virgo invitis parentibus violatur, compensandum damnum est. Si sit sui juris, & liberè consentiat, cessat restitutionis debitum.

II. Heinc colliges, tam virginem, quam stupratorem debere in confessione exprimere circumstantiam defloration is: idem dicendum de delectatione, & desiderio deflorandæ virginis.

III. QUÆST. II. *Quæ pœna constituta sunt in stupratores?* RESP. Jura omnia pœnas in stuproratores constituere. Jus divinum *Exod.* 22. hæc statuit. *Si seduxerit quis virginem nondum desponsatam, dormierique cum ea, dotabit eam, & habebit eam uxorem. Si pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam juxta modum dotis quam virgines accipere consueverunt.* Jus canonicum eadem statuit *cap.* 1. *Si seduxerit*, de Adult. & Stupr. Civili jure stuproratores honestæ conditionis puniuntur publicatione dimidię partis bonorum; si abjectæ plebis sint, fustigatione, & exilio plecti debent, ut habetur in textu §. *Item Lex Julia*, Inst. de Public. Judic. §. 12. & 4. Qui vi defloraverunt virginem, capite puniendi sunt, ut sancitum est textu Inst. de Public. Judic. §. 8. Immaturæ virginis, quæ est nempè minor 12. annis, defloratori pœna quoquè mortis damnandus est. Clericus virginis defloratur in foro interno decem annorum pœnitentia punitur; in foro exteriori deponendus est. Varia nunc obtinet disciplina juxta judicis arbitrium. Nam interdum suspensione, quandòque depositione, aut pecunia multatur. Caveant judices ne nimis indulgentes sint. Si severior vigeret disciplina, pauciores essent stupratores.

VI. QUÆST. III. *Quid sit raptus?* RESP. Est violenta personæ abductio de loco ad locum explendæ libidinis causa. In raptu necessaria est vis illata, aut personæ abductæ, aut patri, aut tutori. Debet transferri de loco patriæ potestatis ad alium locum qui sit sub potestate raptoris. Plura de hoc in tract. de Matrim.

V. QUÆST. IV. *Quid sit adulterium?* RESP. Est accessus ad alienum thalamum. Committitur 1. dum solutus accedit ad conjugatam; 2. dum conjugatus accedit ad solutam; 3. quandò conjugatus agnoscit conjugatam alienam. Gravissimum est adulterii crimen. *Lev. cap.* 20. hæc pœna punitur: *Si mœchatus quis fuerit cum uxore alterius . . . morte morientur mœchus, & adultera.*

VI. Olim aliqui propugnabant uxorem non patrare adulterium consentiente marito. Sed benignam opinionem proscripsit Innocent. XI. *Copula cum conjugata, consentiente marito, non est adulterium: adeoque sufficit in confessione dicere se esse fornicatum.* Reus est adulterii qui agnoscit alterius uxorem antequam matrimonium à marito consummetur: quia matrimonium ratum verum est matrimonium. Qui contra violat sponsam de futuro, non perpetrat adulterium. Conjux habens copulam sodomiticam cum proprio marito adulterium committit monstruosum specie diversum ab adulterio communi.

VI. QUÆST. V. *Quid sit incestus?* RESP. Est copula indebita cum persona cognata, vel affine, vel consanguinea intra gradus ab Ecclesia prohibitos. Omnia incestus crimina ejusdem speciei esse contendunt non pauci. Sed hęc opinio falsa est, & contraria vera. Incestus enim cum consanguineis lineæ rectæ differunt specie ab incestibus cum consanguinei lineæ transversalis. Lumen ipsum naturæ prodit singularem, & distinctam deformitatem in concubitu cum matre, cum filia, cum sorore, à deformitate concubitus cum

cum consobrina, cum affine. Accessus ad matrem, vel filiam jure naturæ veritus est. Quarè exprimendi in confessione sunt ejusmodi gradus sive consanguinitatis lineæ rectæ, vel transversalis, vel affinitatis. Incestus cum cognatis legalibus, vel spiritualibus est specie distinctus ab incestu cum consanguineis, vel affinibus. Specie quoque differunt inter se incestus legalis, & spiritualis. Cognatio spiritualis duobus sacramentis Baptismate, & Confirmatione solemni ritu celebratis contrahitur, ut declarat *Trident. sess.* 24. *cap.* 2. Cognatio legalis contrahitur assumptione extraneæ personæ in filium, nepotem, &c.

VIII. QUÆST. VI. *Quid sit sacrilegium?* RESP. Est violatio rei sacræ per actum carnalem, quatenus est luxuriæ species. Cujuscumque rei sive animatæ, sive inanimis, quæ sit divino cultui applicata, violatio impudica sacrilegium est. Triplex est sacrilegium istud. 1. In personam sacram, ut quando vir, vel mulier est Deo voto dicata: 2. In rem sacram, ut si quis sperma effunderet in calicem, in vestes sacras, &c. 3. In locum sacrum, cum quis copulam exercet in loco divino cultui consecrato. Sacrilegium cum persona sacra tripliciter committitur. 1. Cum persona voto ligata peccat cum persona libera vel copula, vel pollutione, vel desiderio, vel delectatione, vel tactibus impudicis: 2. Quando utraque persona est voto consecrata: 3. Quando persona non sacra peccat cum persona sacra. Quando utraque persona est consecrata, duplex committitur sacrilegium: quia duo violantur vota. Si regularis Sacerdos fornicaretur, sin duo, unum certè gravissimum sacrilegium patraret: quia duo vota violaret, alterum professionis monasticæ, alterum Sacerdotio annexum. Qui voto castitatis adstrictus alium ad peccandum inducit, peccat contra votum, ut communis sententia docet. Similiter Religiosus qui de aliquo luxuriæ flagitio delectatur, sacrilegium perpetrat.

IX. Conjuges qui in Ecclesia coeunt, sacrilegium perpetrant. Quarè ut laxam rejicimus opinionem asserentium copulam fornicariam in Ecclesia non esse sacrilegium, si occultè exerceatur, violatur enim reverentia loco sacro debita. Occultatio copulæ tollit scandalum, non auferit profanationem sacri loci. Conjuges in Ecclesia tempore belli inclusi, se ut abientes reputare debent. Absunt enim à loco civili, ubi licita conjunctio est. Oscula, tactus impudici, verba turpia, desiderla, & aspectus obsceni in Ecclesia contrahunt sacrilegii rationem: debent itaque se accusare de hac circumstantia loci sacri, etiam si desideretur executio operis extra locum sacrum: quia peccatum mortale pravi desiderii in Ecclesia patratur. Sacerdos gestans Eucharistiam, si aliquod luxuriæ crimen committeret, sacrilegium patraret in rem sacram. Similiter qui gestat reliquias, aliquam sacrilegam profanationem contraheret, si luxuriæ flagitium patraret.

CAPUT VII.

De flagitiis contra naturam.

I. VItia contra naturam describuntur, quod sint inordinatus venereorum usus prolis conceptionem impediens. Quatuor sunt species: pollutio seu immundities, bestialitas, sodomia, concubitus inordinatus cum fœmina impediens prolis conceptum.

II. QUÆST. I. *Differuntne specie hæc flagitia?* RESP. Negantem opinionem damnavit Alex. VII. in hac thesi: *Mollities, sodomia, & bestialitas sunt peccata ejusdem speciei infimæ: ideoque sufficit dicere in confessione se procurasse pollutionem.* Istius opinionis falsitas natura sua patet. Nam quodlibet horum vitiorum peculiari modo opponitur castitatis virtuti.

III. QUÆST. II. *Quid sit pollutio?* RESP. Est deliberata seminis effusio extra vas fœmineum, & hæc est peccatum mortale gravissimum. Involuntaria pollutio, quæ repugnante voluntate natura semen effundit sive in somno, sive in vigilia nullum peccatum est.

IV. Quispiam olim negavit pollutionem natura sua esse peccatum mortale his verbis: *Mollities jure naturæ prohibita non est: unde si Deus eam non interdixisset, sæpè esset bona, & aliquandò obligatoria sub mortali.* Errorem hunc damnavit Innocentius XI. Pollutio procurata contactu alieno, sive fœminę, sive pueri, duplicem malitiam constituet, & specie differt à pollutione procurata propriis actibus. Si pollutio sit cum desiderio, vel delectatione personæ sacræ, inducit circumstantiam exprimendam in confessione.

V. Pollutio ita mala intrinsecus est, ut ob nullum finem sive sanitatis, sive vitæ, sive Reipublicæ servandæ evadere licita queat. Quoniam semen humanum ad generationem individui, & propagationem speciei unicè ordinatum est, & nullo modo ad propriam sanitatem, vel vitam servandam. Quarè qui voluntate se pollvit extra vas fœmineum, naturæ ordinem pervertit, ut communis sententia docet. Hinc illicitum est confricare membra ad expellendum semen corruptum, dum timetur veri seminis effusio, quidquid in oppositum dicant nonnulli, contra communem Theologorum sententiam.

VI. QUÆST. III. *Pollutio volita in causa peccatum mortale est?* RESP. Causa pollutionis duplex: altera per se, & directa, ut confricationes, & tactus turpes pudendorum, verba valdè lasciva, & cogitationes obscenę. Causæ per accidens sunt nimius cibus, & potus, studium rerum venerearum, equitatio, colloquia familiaria cum mulieribus. Causæ istæ aliæ graves, aliæ leves sunt. Gravitas causarum, quæ mediæ dicuntur, seu quæ ex se non inferunt pollutionem, ex respectu ad diversitatem personarum accipi debet. Quoniam causa quę respectu Sempronii levis est, respectu Pauli gravis evadit.

VII. Pollutio volita in causa peccatum est mortale. Quarè qui cognoscit probabile periculum pollutionis, peccat mortaliter dum applicat causam undè secuturam pollutionem prævidet, excepto necessitatis casu; ut si aliis medicis deficientibus curanda mulier esset, tunc posset medicus periclitanti fœminæ succurrere, etiamsi prævideret indè pollutionem sequi, dummodò virtutum actibus, & firma deliberatione non consentiendi ad curam accederet.

VIII. Pollutio prævisa in causa, quæ natura sua eam parit, etiamsi non intendatur, peccatum mortale est: quia qui liberè vult causam, eadem actione vult effectum ex eadem causa manantem. Nullum contra peccatum est applicare causam quæ bonum producit effectum, quamvis simul producat pollutionem per accidens, dummodò gravis urgeat necessitas, & solus bonus intendatur effectus.

IX. P. Lacroix *lib.* 3. *p.* 1. *cap.* 3. *n.* 923. refert doctrinam P. Sporer, Vazquez, Filliucli, Salas, & aliorum, qui dicunt pollutionem secutam ex osculis, tactibus, & aspectibus levitatis, vel curiositatis causa peractis esse tantùm venialem: simul etiam refert contrariam sententiam, quæ docet peccare mortaliter eum qui indicatas causas applicaret. Ipse verò Lacroix more suo alterutrius sententiæ electionem arbitrio lectoris relinquit. Quam pyrrhonicam methodum frequenter adhibet novissimus hic Probabilista. Hæc methodus in morum magistro periculi plena est, sicut, & recensita prior opinio laxa est, & improbanda. Sed clamat P. Sporer: *Difficillimum foret Confessario statim damnare peccati mortalis juvenes, & puellas, passim aliquibus tactibus, osculis, amplexibus utentes erga puellas honestè amatas, etsi voluptatem aliquam sensibilem capiant, dummodò absit periculum consensus in venerea: & longe difficilius foret talibus, si pollutionem adsint, denegare absolutionem.* Doctrina ejusmodi, nisi me omnia fallam, laxitatis plena est.

X. Non minus laxa videtur doctrina P. Viva, qui in Prop. 40. Alex. VII. num. 16. ait: *Distinguenda tantùm sunt actiones malè leviter influxivæ ad commotionem spirituum, & pollutionem, ab actionibus graviter influxivis. Nam si leviter sunt influxivæ, ut nonnulli aspectus mutuicum, nonnulli tactus, nonnullę cinædiæ, & lectiones librorum obscænorum, nonnulla verba amatoria, v. gr. dicendo* cor meum, anima mea, *ob jocum vanitatem, & ad conciliandum VANUM amorem, communis docet cum* Vazquez, Salas, Lessio, Bonacina, apud Dianam, & Tamburinum, *quod non excedant culpam venialem, quamvis in eis PRÆVIDEATUR ETIAM POLLUTIO SECUTURA; dummodò absit periculum consensus, aut grave scandalum . . . Immò communiùs etiam docent cum* DIANA, *quod non solùm actiones leviter influxivæ in pollutionem, atque adeò in genere luxuriæ leves, careant culpa mortali, si prævidetur pollutio, & non intendatur, nec subsit periculum consensus; sed etiam actiones mortaliter malę, sed non in genere luxuriæ, ut sunt crapulæ, nimius potus, NON contrahunt malitiam gravem spectantem ad luxuriam, si prævidetur ex eis pollutio secutura citra periculum consensus.*

XI. Hæc rescribere volui, ut lectores cautos efficiam in ejusmodi Casuistis legendis. Dicturi sunt, quemadmodum dixerunt adversarii mei, odio me percitum, & invidentia contra auctores, & eorum institutum talia palam facere. Sed Deus mihi testis est, eo unicè studia mea tendere, ut animas Christi sanguine redemptas à peccatis submoveam. Sed cur hos, & non alios Casuistas frequentius allegas? Quia isti sunt in manibus Confessariorum. Casuistæ Dominicani La-Cruz, Zanardus, Serra, Candidus, & alii quos laxissimas opiniones docuisse fateor, vix sciuntur, nedùm leguntur à Confessariis. Latitant enim tineis, & blattis devorandi in bibliothecis. Eorum ergo Casuistarum, cujuscumque sint instituti, opinationes laxas refello qui communiter legi à Confessariis solent. Hæc frequenter repetere cogor, ut occasione data, animi mei intentionem & finem pandam: fatisque mihi est Deum esse conscientiæ meæ judicem.

XII. P. Viva testatur passim se legisse auctores apud Dianam, & Tamburinum, quos laxis opinionibus, & proscriptis scatere compertum omnibus est. Admissa doctrina quam rescripsi ex P. Viva, qui communem inter Probabilistas esse ingenuè adfirmat, mirandum non est, si juvenes, & puellas pollutionibus, tactibus mamillaribus, aliisque obscœnitatibus inquinatas, & deturpatas audiant Confessarii, & omnes ejusmodi absolvant. Nam Confessarii legunt in his Casuistis, posse amoris mutui causa sese appellitare *cor meum, anima mea*, & præterea *nonnullos aspectus, nonnullos tactus, nonnullas comœdias, & lectiones librorum obscœnorum, nonnulla verba amatoria exercere, quin excedant culpam venialem, ut docet communis; quamvis in eis prævideatur etiam pollutio secutura.* Quis hic non videt innumerabilium turpitudinum, & voluptatum vengrearum apertam scaturiginem? Quid exaggeras! reponis. Rescribe quod continuò additur: *Dummodò absit periculum consensus, aut grave scandalum.* Næ istud efficax antidotum! Venenum propinatur, & deindè additur dummodò absit periculum mortis. Næ isti periclisimi medici! Amasiunculi, & amasiunculę, procæ, & proci se vocant *cor meum, anima mea*, se tangunt, se verbis amatoriis inflammant, impotenti concupiscentia ardent, libidinem undique versum spirant, eisdem præfata concedantur: & postea additur, *dummodò absit periculum consensus?* Quid hoc prodit? Nisi applica stuppam igni, dummodò absit periculum incendii: bibe venenum, dummodò absit periculum mortis. Et postea lamentantur dum hæc, & innumera alia detestanda proponimus. Reprehendi jure possemus, si aliquem lapsum sortitum, insolitum, & innoxium, vel occultum in apricum traduceremus. At ejusmodi laxæ opiniones frequentissimæ sunt adversus omnia plus, & minus Decalogi mandata, ut patet ex rescriptis opinionibus contra Deî, & proximi charitatem, contra præcepta de honorandis parentibus, de non occidendo, de duello, &c. Ergo jure summo moneo Confessarios, ut vel abstineant à talium lectione, vel cautissimè eosdem legant. Libri publici sunt. Cur ergo nobis vetitum

tum est eorum opiniones, quas falsas reputamus, refellere?

XIII. Peccant mortaliter contra castitatem qui non abstinent ab ebrietate, in qua prævident secuturam pollutionem, quidquid dicant aliqui in oppositum. Pollutio nocturna in somnio nullum peccatum est quandò abest consensus, & nulla sit apposita voluntaria causa. Pollutio incepta in somno absque ulla culpa, si antequam consummetur, excitetur dormiens, potest permittere egressum seminis noxii, dummodò abiit omnis complacentia. Falsa missa est doctrina sentientium licitum esse in vigilia desiderare ut in somno pollutio ob finem honestum, nempè ob sanitatem, accidat. Aliud est gaudere de levamine naturæ ex pollutione naturali secuto, aliud gaudere de ipsa pollutione, eamdem desiderare etiam desiderio inefficaci. Primum licitum, secundum flagitiosum. Plures rationeulas metaphysicas, quas obtrudere citati auctores solent, explosi *tom. 4. lib. 8. diff. 2. c. 13.*

XIV. QUÆST. IV. *Quid sit sodomia?* RESP. Est concubitus ad non debitum sexum, puta masculi ad masculum, vel fœminæ ad fœminam. Est vera sodomia si fœmina coeat cum altera fœmina, sive in vase anteriori, sive in posteriori. Quandò vir agnoscit mulierem in vase præpostero, peccat contra naturam, quia si servat debitum sexum, non servat debitum vas. Concubitus sodomiticus inter consanguineos, affines, cognatosque addit circumstantiam incestus, ut dictum de fornicatione est.

XV. Pœna mortis plectuntur sodomitæ tum in Scripturis sanctis, tum in jure civili. Jus canonicum excommunicationi subjicit laicos, ut colligitur ex cap. *Clerici*, de Excessibus Prælator. Clerici vero dejiciuntur è clero, & omni officio, beneficio, & dignitate privantur, ut in *const. S. Pii V. edita an.* 1568. statutum est. Qui semel, aut bis ex imbecillitate labitur in hoc flagitium, has pœnas non incurrit. Qui verò illud pluries perpetrant, pœnis constitutis obnoxii sunt post judicis sententiam, si sodomita occultus sit. Si verò notorius, & publicus fuerit, non expectata Judicis sententia pœnas luere astringitur.

XVI. QUÆST. V. *Quid sit bestialitas?* RESP. Est concubitus cum individuo alterius speciei, Crimen istud non variatur juxta diversas animalium species, sed unicum est specie infima, sive coitus sit cum pecude, sive cum capra, sive cum asina, &c. Ad peccatum bestialitatis revocatur concubitus cum dæmone. Crimen bestialitatis excedit omnia flagitia contra naturam.

§. UNICUS.

De remediis luxuriæ.

I. REmedium primum est divinæ in tantum crimen ultionis seria meditatio. Ob luxuriæ flagitium universali diluvio absortum est totum humanum genus, octo personis exceptis, ut habetur *Gen. 1.*

II. Remedium secundum, & omnium validissimum est fuga mulierum, chorearum, theatrorum, comœdiarum, ut Scriptura sancta *Eccli. 42.* admonet. *In medio mulierum noli commorari. De vestimentis enim ejus procedit tinea, & à mulieris iniquitas viri. Melior est iniquitas viri quam mulier benefaciens*, ideò lenociniis blandiens. Et rursus ibi cap. 9. *Speciem mulieris alienæ multi admirati reprobi facti sunt. Colloquium enim illius quasi ignis exardescit. Cum aliena muliere ne sedeas omninò.* Hæc sunt Dei oracula, & monita.

III. Christiani autem ætatis nostræ continenter sedent cum mulieribus alienis; & ac si essent Pelagiani, negant reipsa effectus originalis culpæ. Reciprocam, & familiarem conversationem cum mulieribus innoxiam ab omni gravi periculo effutiunt. Se æneos, & adamantinos jactant. Nullum concupiscentiæ motum se pati mentiuntur. Mendacii, & falsitatis Deum arguunt, cum Deus centies testetur ex hac reciproca, & familiari conversatione ignem exardescere concupiscentiæ, & reprobos conversantes fieri. Libido nec Regum sceptra, nec squallorem mendicantium, nec Ecclesiasticorum dignitates reformidat. Cum hac immanissima lue totum humanum genus invadente, conferas velim plurium Probabilistarum suavissimam benignitatem. Quis, inquiunt, confessiones exciperet, quinam sacramenta frequentarent, si illis qui ejusmodi oblectamentis indulgent, deneganda absolutio esset? Hac via se blandos, & benignos exhibent omnibus, & turbas amplissimas, & acclamationes conciliant. Benignitas ergo est, infirmorum fovere vulnera, & eorumdem corruptelas, quæ in infernum æternum pertrahunt, honestatis velo obducere?

IV. Tertium remedium est cibi, & potus sobrietas, jejuniorum moderata frequentia, vestitus modestia, oculorum custodia, ut Evangelia Christi, & Prophetæ inculcant. *Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius, & filiarum ejus*: Ezech. c. 16. & rursus Eccli. 9. *Virginum ne conspicias, ne forte scandalizeris in decore ejus... Averte faciem tuam à muliere compta.*

V. Remedium quartum est abstinentia à libris obscœnis, vulgò *Nobelar*, & à poeticis dramatibus, quæ eo sunt perniciosiora, quo delicatiora; ut sunt quædam hac nostra ætate, & nostris diebus, repetitis typis evulgata in Italia. Verba turpia, obscœna, & impudentia non sunt; sed elegantissimus sermo est, & exquisitis lenociniis, atque sucis illitus. Quamobrem ultimos animi recessus subit, & penetrat, passiones, appetitionesque ita permovet, atque in affectus dominatur, ut animus voluptatis mancipium evadat. Libri isti sunt opera diaboli, pluresque habent auditores, & asseclas quam Evangelia, & ministri Christi. Istorum librorum lectio, ceu animarum pestis, & fascinium devitanda est. Qui hos libros flammis addicere renuunt, ab altari omninò arcendi sunt. Neque illorum excusationes audias qui hosce libros amatorios, seu Romanzos, modestos, castosque effutiunt. Sunt utique alii aliis turpiores; at omnes communiter pestiferi sunt: idcirco concremandi unà cum omnibus picturis, seu tabellis obscœnis.

VI. Libris obscœnis substituantur sanctæ Scripturæ, & librorum piorum lectio, aspectus Crucifixi, & sacratum imaginum, æternitatis, & novissimorum meditatio, atque sacramentorum frequentia. Sed Confessarius eligatur experrectus, evangelicæ doctrinæ peritus, atque totius mundi, & humanorum respectuum, propriæque gloriæ proculcator strenuus.

LIBER VI.

In VII. VIII. & X. Decalogi mandatum.

DISSERTATIO I.

De Furto.

Non furtum facies: Exod. 20.

Non concupisces rem proximi tui: ibid.

CAPUT I.

Propositiones damnatæ ab Innocent. XI.

I. *PErmissum est furari non solùm in extrema necessitate, sed etiam in gravi.* Est 36.

II. *Famuli, & famulæ domestici possunt occultè heris suis furripere ad compensandam operam suam, quam majorem judicant salario quod recipiunt.* Est 37.

III. *Non tenetur quis sub pœna peccati mortalis restituere quod ablatum est per pauca furta, quantumcumque sit magna summa totalis.* Est 38.

Aliæ propositiones in hac materia damnatæ à Clero Gallicano.

IV. *Potest uxor viro furripere pecuniam, etiam ad ludendum, si mulier talis conditionis sit, ut ludus honestus pari loco cum alimentis, ac vestitu debeatur.* 47.

V. *Qui alium movet, aut inducit ad inferendum grave damnum tertio, non tenetur ad restitutionem ejus damni illati.* 49.

VI *Etiamsi donatarius præsumptum sit bona sibi donata fuisse à quopiam ea mente ut creditores fraudentur, non tenetur restituere, nisi eam donationem suaserit, vel ad eam induxerit.* 50.

CAPUT II.

Propositiones laxæ Casuistarum.

I. „SI aliquem qui injustum damnum alteri „inferre decreverat, consilio, vel hortatu, tu *magis etiam confirmasti*, utrum ad restitutionem damnificato teneris? Resp. probabiliter „negari posse." P. Paulus Layman in Theol. Mor. *lib. 3. tract. 2. cap. 5. n. 5.*

II. „ Neque obstare videtur, etsi hortatu „ tuo causa fueris ut citius, atque expeditius „ damnum inferretur." Idem *loc. cit.*

III. „ Si furti furandi gratia ascendenti scalam teneas, quam etsi nemo teneret, tamen asi „ cenderet; etsi asportando rem furtivam, ad„ juves aliquem, quam sine tuo subsidio auferret, „ & furaretur; non teneris ad restitutionem. Hæc „ omnia multum ad praxim conducunt. Ex quibus multos scrupulos, & onera restitutionis „ prudens Confessarius tollet." P. Antoninus Diana *tom. 8. coord. tr. 7. resol. 39. §. 2.*

IV. „ Notandum tertiò, compensationem „ etiam licitam esse, quamvis debitum actu non „ debeatur. Potest enim aliquandò creditor præ„ venire, & compensare sibi nunc pro eo quod „ debitor nondum debet, sit tamen tempore solu„ tionis debitum non sit solvendum." Idem *tom. 6. coord. tr. 3. res. 150. §. 5.*

V. „ Non solùm creditor justè faceret com„ pensationem existentibus creditoribus *anteriori*„ *bus* . . . sed etiam licèt possideret rem *jure de*„ *posiii*." *loc. cit. res. 153. §. 4.*

VI. „ An si quis tradat aliquibus vinum, ut „ nomine suo vendatur, si agnoscat illos minuen„ do mensuram, & admiscendo aquam vendi„ turos peccet? . . . In hoc posse excusari sic tra„ dens vinum, si duo supponantur, existimo. Pri„ mò, si adsit causa justa tradendi, quia videlicèt „ pateretur grave damnum; secundum quod tra„ dat ministris vinum vendendum justo pretio: „ nec obstat *quod sciat* dictos ministros fraudibus „ usuros." Idem ibid. *res. 94. §. 2.*

VII. „ An quis possit vendere aliquid cum „ vitio occulto, *quod si emptor sciret, non esset „ empturus* saltem eodem pretio? Resp. affirma„ tivè, dummodo venditor de pretio diminuat „ quantò minus res propter defectum valet." Idem *ibid. res. 112.*

VIII. „ Aliquis *ludendo falsis aleis* pecunias „ lucratus est, earumque partem aliquam socio „ suo donavit, *quamvis scienti*, tamen non coope„ ranti ad fraudem committendam. *Reste* dici po„ test, socium ad nullam restitutionem obligari, „ si luser ille pecunias *ludo iniquo* acceptas cum „ propriis miscuerat." P. Layman *in Theol. Mor. lib. de just. tr. 4. §. 3. n. 22.*

IX. „ Observantiæ sunt conditiones à DD. „ requisitæ ut fieri possit occulta compensatio. „ Quarum prima est, &c. Tertia, quod non „ *possit* facilè via juris debitum obtineri. Quamvis „ probabiliter si hæc conditio desit, non peccet „ mortaliter qui utitur occulta compensatione." P. Dominicus Viva in *Tract. Theol. in propos. 37. Innoc. XI. n. 1.*

X. „ Quod in hac thesi proscribitur, est posse „ famulos occultè compensare id quod ipsi judi„ cant ex justitia sibi deberi in salarium ... idcir„ cò ad occultam hanc compensationem facien„ dam requiritur judicium viri docti simul, & „ periti." Idem Viva *loc. cit. n. 7. & in Cursu Theol. tom. 1. part. 2. q. 6.*

XI. „ Si non potest creditor sine gravi in„ commodo ad judicem recurrere, poterit sen„ tentiam quam judex proferret, amplecti, & sic „ compensare sibi debitum *probabile probabilitate „ juris*, quamvis in praxi, sit valdè periculosum." Idem in *Curs. Theol. loc. cit. ar. 3. n. 2.*

XII. „ Quattò docet Less. posse hæredem ab „ in-

tum est eorum opiniones, quas falsas reputamus, refellere?

XIII. Peccant mortaliter contra castitatem qui non abstinent ab ebrietate, in qua prævident secuturam pollutionem, quidquid dicant aliqui in oppositum. Pollutio nocturna in somnio nullum peccatum est quandò abest consensus, & nulla sit apposita voluntaria causa. Pollutio incepta in somno absque ulla culpa, si antequam consummetur, excitetur dormiens, potest permittere egressum seminis noxii, dummodò abiit omnis complacentia. Falsa missa est doctrina sentientium licitum esse in vigilia desiderare ut in somno pollutio ob finem honestum, nempè ob sanitatem, accidat. Aliud est gaudere de levamine naturæ ex pollutione naturali secuto, aliud gaudere de ipsa pollutione, eamdem desiderare etiam desiderio inefficaci. Primum licitum, secundum flagitiosum. Plures rationeulas metaphysicas, quas obtrudere citati auctores solent, explosi *tom. 4. lib. 8. diff. 2. c. 13.*

XIV. QUÆST. IV. *Quid sit sodomia?* RESP. Est concubitus ad non debitum sexum, puta masculi ad masculum, vel fœminæ ad fœminam. Est vera sodomia si fœmina coeat cum altera fœmina, sive in vase anteriori, sive in posteriori. Quandò vir agnoscit mulierem in vase præpostero, peccat contra naturam, quia si servat debitum sexum, non servat debitum vas. Concubitus sodomiticus inter consanguineos, affines, cognatosque addit circumstantiam incestus, ut dictum de fornicatione est.

XV. Pœna mortis plectuntur sodomitæ tum in Scripturis sanctis, tum in jure civili. Jus canonicum excommunicationi subjicit laicos, ut colligitur ex cap. *Clerici*, de Excessibus Prælator. Clerici vero dejiciuntur è clero, & omni officio, beneficio, & dignitate privantur, ut in *const. S. Pii V. edita an.* 1568. statutum est. Qui semel, aut bis ex imbecillitate labitur in hoc flagitium, has pœnas non incurrit. Qui verò illud pluries perpetrant, pœnis constitutis obnoxii sunt post judicis sententiam, si sodomita occultus sit. Si verò notorius, & publicus fuerit, non expectata Judicis sententia pœnas luere astringitur.

XVI. QUÆST. V. *Quid sit bestialitas?* RESP. Est concubitus cum individuo alterius speciei, Crimen istud non variatur juxta diversas animalium species, sed unicum est specie infima, sive coitus sit cum pecude, sive cum capra, sive cum asina, &c. Ad peccatum bestialitatis revocatur concubitus cum dæmone. Crimen bestialitatis excedit omnia flagitia contra naturam.

§. UNICUS.

De remediis luxuriæ.

I. REmedium primum est divinæ in tantum crimen ultionis seria meditatio. Ob luxuriæ flagitium universali diluvio absortum est totum humanum genus, octo personis exceptis, ut habetur *Gen. 1.*

II. Remedium secundum, & omnium validissimum est fuga mulierum, chorearum, theatrorum, comœdiarum, ut Scriptura sancta *Eccli. 42.* admonet. *In medio mulierum noli commorari. De vestimentis enim ejus procedit tinea, & à mulieris iniquitas viri. Melior est iniquitas viri quam mulier benefaciens*, ideò lenociniis blandiens. Et rursus ibi cap. 9. *Speciem mulieris alienæ multi admirati reprobi facti sunt. Colloquium enim illius quasi ignis exardescit. Cum aliena muliere ne sedeas omninò.* Hæc sunt Dei oracula, & monita.

III. Christiani autem ætatis nostræ continenter sedent cum mulieribus alienis; & ac si essent Pelagiani, negant reipsa effectus originalis culpæ. Reciprocam, & familiarem conversationem cum mulieribus innoxiam ab omni gravi periculo effutiunt. Se æneos, & adamantinos jactant. Nullum concupiscentiæ motum se pati mentiuntur. Mendacii, & falsitatis Deum arguunt, cum Deus centies testetur ex hac reciproca, & familiari conversatione ignem exardescere concupiscentiæ, & reprobos conversantes fieri. Libido nec Regum sceptra, nec squallorem mendicantium, nec Ecclesiasticorum dignitates reformidat. Cum hac immanissima lue totum humanum genus invadente, conferas velim plurium Probabilistarum suavissimam benignitatem. Quis, inquiunt, confessiones exciperet, quinam sacramenta frequentarent, si illis qui ejusmodi oblectamentis indulgent, deneganda absolutio esset? Hac via se blandos, & benignos exhibent omnibus, & turbas amplissimas, & acclamationes conciliant. Benignitas ergo est, infirmorum fovere vulnera, & eorumdem corruptelas, quæ in infernum æternum pertrahunt, honestatis velo obducere?

IV. Tertium remedium est cibi, & potus sobrietas, jejuniorum moderata frequentia, vestitus modestia, oculorum custodia, ut Evangelia Christi, & Prophetæ inculcant. *Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ sororis tuæ, superbia, saturitas panis, & abundantia, & otium ipsius, & filiarum ejus*: Ezech. c. 16. & rursus Eccli. 9. *Virginum ne conspicias, ne forte scandalizeris in decore ejus... Averte faciem tuam à muliere compta.*

V. Remedium quartum est abstinentia à libris obscœnis, vulgò *Nobelar*, & à poeticis dramatibus, quæ eo sunt perniciosiora, quo delicatiora; ut sunt quædam hac nostra ætate, & nostris diebus, repetitis typis evulgata in Italia. Verba turpia, obscœna, & impudentia non sunt; sed elegantissimus sermo est, & exquisitis lenociniis, atque sucis illitus. Quamobrem ultimos animi recessus subit, & penetrat, passiones, appetitionesque ita permovet, atque in affectus dominatur, ut animus voluptatis mancipium evadat. Libri isti sunt opera diaboli, pluresque habent auditores, & asseclas quam Evangelia, & ministri Christi. Istorum librorum lectio, ceu animarum pestis, & fascinium devitanda est. Qui hos libros flammis addicere renuunt, ab altari omninò arcendi sunt. Neque illorum excusationes audias qui hosce libros amatorios, seu Romanzos, modestos, castosque effutiunt. Sunt utique alii aliis turpiores; at omnes communiter pestiferi sunt: idcirco concremandi unà cum omnibus picturis, seu tabellis obscœnis.

VI. Libris obscœnis substituantur sanctæ Scripturæ, & librorum piorum lectio, aspectus Crucifixi, & sacratum imaginum, æternitatis, & novissimorum meditatio, atque sacramentorum frequentia. Sed Confessarius eligatur experrectus, evangelicæ doctrinæ peritus, atque totius mundi, & humanorum respectuum, propriæque gloriæ proculcator strenuus.

LIBER VI.

In VII. VIII. & X. Decalogi mandatum.

DISSERTATIO I.

De Furto.

Non furtum facies: Exod. 20.

Non concupisces rem proximi tui: ibid.

CAPUT I.

Propositiones damnatæ ab Innocent. XI.

I. *PErmissum est furari non solùm in extrema necessitate, sed etiam in gravi.* Est 36.

II. *Famuli, & famulæ domestici possunt occultè heris suis furripere ad compensandam operam suam, quam majorem judicant salario quod recipiunt.* Est 37.

III. *Non tenetur quis sub pœna peccati mortalis restituere quod ablatum est per pauca furta, quantumcumque sit magna summa totalis.* Est 38.

Aliæ propositiones in hac materia damnatæ à Clero Gallicano.

IV. *Potest uxor viro furripere pecuniam, etiam ad ludendum, si mulier talis conditionis sit, ut ludus honestus pari loco cum alimentis, ac vestitu debeatur.* 47.

V. *Qui alium movet, aut inducit ad inferendum grave damnum tertio, non tenetur ad restitutionem ejus damni illati.* 49.

VI *Etiamsi donatarius præsumptum sit bona sibi donata fuisse à quopiam ea mente ut creditores fraudentur, non tenetur restituere, nisi eam donationem suaserit, vel ad eam induxerit.* 50.

CAPUT II.

Propositiones laxæ Casuistarum.

I. „SI aliquem qui injustum damnum alteri „inferre decreverat, consilio, vel hortatu, tu *magis etiam confirmasti*, utrum ad restitutionem damnificato teneris? Resp. probabiliter „negari posse." P. Paulus Layman in Theol. Mor. *lib. 3. tract. 2. cap. 5. n. 5.*

II. „ Neque obstare videtur, etsi hortatu „ tuo causa fueris ut citius, atque expeditius „ damnum inferretur." Idem *loc. cit.*

III. „ Si furti furandi gratia ascendenti scalam teneas, quam etsi nemo teneret, tamen asi „ cenderet; etsi asportando rem furtivam, ad„ juves aliquem, quam sine tuo subsidio auferret, „ & furaretur; non teneris ad restitutionem. Hæc „ omnia multum ad praxim conducunt. Ex quibus multos scrupulos, & onera restitutionis „ prudens Confessarius tollet." P. Antoninus Diana *tom. 8. coord. tr. 7. resol. 39. §. 2.*

IV. „ Notandum tertiò, compensationem „ etiam licitam esse, quamvis debitum actu non „ debeatur. Potest enim aliquandò creditor præ„ venire, & compensare sibi nunc pro eo quod „ debitor nondum debet, sit tamen tempore solu„ tionis debitum non sit solvendum." Idem *tom. 6. coord. tr. 3. res. 150. §. 5.*

V. „ Non solùm creditor justè faceret com„ pensationem existentibus creditoribus *anteriori*„ *bus* . . . sed etiam licèt possideret rem *jure de*„ *posiii*." *loc. cit. res. 153. §. 4.*

VI. „ An si quis tradat aliquibus vinum, ut „ nomine suo vendatur, si agnoscat illos minuen„ do mensuram, & admiscendo aquam vendi„ turos peccet? . . . In hoc posse excusari sic tra„ dens vinum, si duo supponantur, existimo. Pri„ mò, si adsit causa justa tradendi, quia videlicèt „ pateretur grave damnum; secundum quod tra„ dat ministris vinum vendendum justo pretio: „ nec obstat *quod sciat* dictos ministros fraudibus „ usuros." Idem ibid. *res. 94. §. 2.*

VII. „ An quis possit vendere aliquid cum „ vitio occulto, *quod si emptor sciret, non esset „ empturus* saltem eodem pretio? Resp. affirma„ tivè, dummodo venditor de pretio diminuat „ quantò minus res propter defectum valet." Idem *ibid. res. 112.*

VIII. „ Aliquis *ludendo falsis aleis* pecunias „ lucratus est, earumque partem aliquam socio „ suo donavit, *quamvis scienti*, tamen non coope„ ranti ad fraudem committendam. *Reste* dici po„ test, socium ad nullam restitutionem obligari, „ si luser ille pecunias *ludo iniquo* acceptas cum „ propriis miscuerat." P. Layman *in Theol. Mor. lib. de just. tr. 4. §. 3. n. 22.*

IX. „ Observantiæ sunt conditiones à DD. „ requisitæ ut fieri possit occulta compensatio. „ Quarum prima est, &c. Tertia, quod non „ *possit* facilè via juris debitum obtineri. Quamvis „ probabiliter si hæc conditio desit, non peccet „ mortaliter qui utitur occulta compensatione." P. Dominicus Viva in *Tract. Theol. in propos. 37. Innoc. XI. n. 1.*

X. „ Quod in hac thesi proscribitur, est posse „ famulos occultè compensare id quod ipsi judi„ cant ex justitia sibi deberi in salarium ... idcir„ cò ad occultam hanc compensationem facien„ dam requiritur judicium viri docti simul, & „ periti." Idem Viva *loc. cit. n. 7. & in Cursu Theol. tom. 1. part. 2. q. 6.*

XI. „ Si non potest creditor sine gravi in„ commodo ad judicem recurrere, poterit sen„ tentiam quam judex proferret, amplecti, & sic „ compensare sibi debitum *probabile probabilitate „ juris*, quamvis in praxi, sit valdè periculosum." Idem in *Curs. Theol. loc. cit. ar. 3. n. 2.*

XII. „ Quattò docet Less. posse hæredem ab „ in-

ratiocinabatur Eva, antequam furtum pomi pararet. Ad Dei mandatum animum intende: *Non furtum facies.* Lex non distinguit nec furtum leve, nec furtum grave, sed absolutè omnem furtum prohibet. Ab omni ergo furto abstinendum.

VII. QUÆST. III. *Quid de furtis minutis dicendum?* RESP. Triplici pacto committi furta minuta queunt. 1. ab eadem, & unica persona levia bona furripi pluries valent: 2. à pluribus personis: 3. plures ab eadem persona parvas res auferre valent. Qui ab uno vel pluribus leves res minutatim furripit animo perveniendi ad notabilem quantitatem, prima vice mortaliter peccat ob animi pravitatem: si tamen reipsa non pertingat ad notabilem quantitatem, non tenetur sub gravi ad restitutionem. Qui modica ab aliquo furripit, tametsi animo non attingendi summam gravem, dum repetitis furtulis pertingit ad gravem quantitatem, peccat mortaliter in ultimo parvo furto, & ad restitutionem tenetur. Post completum furtum grave, si modicum furripias, non peccas mortaliter, sed venialiter: si vero additis novis furtulis perveniatur ad gravem quantitatem, novum peccatum grave patratur. Qui modica multis furatur, licèt singulis grave damnum non inferat, dum pervenit ad quantitatem gravem, peccat mortaliter, & ad restitutionem tenetur, quia graviter justitiæ ordinem lædit.

VIII. QUÆST. IV. *Plures ab eodem modica furripiunt: peccantne singuli mortaliter?* RESP. Si mutuo consensu furantur ab eodem modica, quæ constituant materiam gravem, omnes peccant mortaliter, quia omnes conspirant in grave damnum tertii, & singuli in solidum, cæteris deficientibus, tenentur ad restitutionem. Si vero separatim absque omni conspiratione, sed prorsus fortuito singuli modica furripiant, nemo mortaliter peccat, & nemo ad restitutionem tenetur sub gravi.

IX. QUÆST. V. *Quando plures seorsim modica furantur, quorum quilibet scit, sed advertit ab aliis modica furripi, absque tamen communi consilio, peccantne singuli mortaliter?* RESP. Negant Salmanticenses, Sanchez, Trullench, Lessius, Salas, Busembau, Lacroix, Antoine, & alii; quoniam, inquiunt, admissa contraria sententia adfirmante, mortaliter peccaret qui unum asseu à Rege furriperet, cum sciat plures esse qui Regibus furantur.

X. Contrariam sententiam adfirmantem propugnant graviores Theologi, Suarez, Vazquez, Medina, Tapia, Rebellus, Major, Ledesma, & alii plures; & si verò in seculo explicetur, probabilior est. Sermo ergo est de furtis minutis conjunctis. Videt aliquis vineam ex pluribus angulis obsideri, illi paucos fructus, isti alios paucos, alii paucos furripiunt cum maximo domini detrimento. Omnes sunt, vel plures istius damni illati conscii, & nihilominùs furantur & ipsi. Nemo alium hortatur ad furtum, & sic nemo est causa consulens, seu impellens, at omnes conscii, & cognoscentes damnum illatum sunt causa cooperans, & influens in tale damnum. Qui levem rem furripit Regi, vel alteri diviti, non peccat mortaliter, licèt sciat diversis temporibus multa eisdem auferri, quia talia furtula non sunt mortaliter conjuncta. Tunc itaque parva furtula à pluribus patrata evadunt mortalia, & singuli scienter, & advertenter illa perpetrant, cum sint mortaliter conjuncta, quia eodem tempore patrata cum gravi domini detrimento.

XI. Qui post furtum mortale ab eodem modica furatur, si prioris furti pœnituit, & restitutionem vel fecit, vel proposuit, non peccat mortaliter, si postea modicum furetur. Contra si furem prioris furti non pœnituit, immò perseverat in voluntate augendi domino detrimentum, furtula posteriora, & si modica evadunt mortifera.

XII. QUÆST. VI. *Licitumne est in extrema necessitate furari?* RESP. Adfirmant omnes: quia in tali casu positus non furatur, sed sua accipit, cum omnia tunc communia sint quantum ad vitæ sustentationem. Quisque ex justitia, nedum ex charitate, tenetur extremè indigenti succurrere. Nec, transacta necessitate, bona accepta quæ consumpsit, tenetur restituere, bona tamen accepta extremæ necessitatis tempore, si elapsa necessitate, supersint, restituenda sunt. Bona surrepta à non egente, si iis extremam egestatem incidat, eaque consumat in tali necessitate constitutus, restituenda sunt, necessitate sublata, quidquid in oppositum asserant nonnulli. Delictum enim adversùs justitiam perpetratum, semper compensandum est, tametsi extremæ necessitatis tempore debitum restitutionis suspendatur.

XIII. QUÆST. VII. *Licitumne est in necessitate gravi furari?* RESP. Adfirmantem opinationem defenderunt aliqui. Eam damnavit Innoc. XI. in hac thesi, ordine 36. *Permissum est furari non solùm in extrema necessitate, sed etiam in gravi.* P. Viva exponens in sua Tridua hanc thesim n. 3. imponit P. Banner, quod docuerit, esse in extrema necessitate constituendum illum cui gravissimum dedecus esset mendicare. Banner narrat solùm *non deesse opinantes* qui asserunt. Inter istos verò opinantes est ipse P. Viva, qui non raro laxa educens eadem aliis imponit, ut frequenter in Theologia Christiana animadverti testimoniis luculentissimis adductis. Nobilis qui propria industria vel laborando, vel mendicando sustentare vitam potest, non est in extrema necessitate constitutus. Pudor illius, qui obruditur, mundanus est, & vitiosus. P. Viva, ut mihi videtur *loc. cit. n.* 2. eludit thesis damnationem asserens, in necessitate *valdè gravi* licitum esse furari; quia necessitas valdè gravis, non infert vitæ jacturam: alioquin non valdè gravis, sed extrema esset. Ideo falsa est doctrina P. Viva, & P. Lacroix, qui eamdem ac P. Viva doctrinam propugnat. Nunquam igitur licitum est furari in necessitate gravi, tametsi urgente, & magna, quæ egentis industria reparari valet: quæ enim reparari nequit, extrema est, non gravis. Ea verò necessitas dicitur extrema, quæ

quæ nisi repellatur, infert vitæ jacturam. Spectandæ semper sunt circumstantiæ, distinguendi sunt casus rari, & bona fides, & conscientiæ status indigentis, ut extrema rigoris, & laxitatis declinentur.

CAPUT IV.

De occulta compensatione.

I. QUÆST. I. *Quid sit compensatio?* RESP. Est debiti, & crediti inter se invicem contributio. Tu mihi debes centum, & ego tibi totidem. Mutua compensatione remitti hæc duo debita posse adfirmant omnes, dum ambæ partes liberè conveniunt.

II. QUÆST. II. *Licitane est occulta compensatio: & quæ sint ejusdem conditiones?* RESP. Antequam ad quæstionem respondeo, refcribo thesim damnatam ab Innoc. XI. quæ est 37. *Famuli, & famulæ domesticæ possunt occultè heris suis furripere ad compensandam operam suam, quam majorem judicant salario, quod recipiunt.* P. Viva in expositione hujus thesis inquit: *Quod in hac thesi proscribitur, est posse famulos occultè compensare id quod judicant ex justitia sibi deberi in salario.* Hoc est proscriptum in thesi: cæterum si non ipsi famuli judicent, sed accedat *viri docti* judicium, quo decernatur majus deberi salarium, tum licita est occulta compensatio. Subdit enim ibi n. 7. *Idcircò ad occultam hanc compensationem faciendam requiritur judicium viri docti, ac periti, & passione deauduti, qui spectatis omnibus judicet moraliter certum esse quod majus salarium debeatur.* Hoc idem docet P. Lacroix *lib.* 3. *p.* 1. *n.* 974. & alii Casuistæ.

III. Hæc opinio mihi laxa videtur, & in damnata thesi contenta. Nec enim plus juris in dominorum bona habent docti & periti Casuistæ, quam famuli. Quid? In causa justitiæ una sola parte, & quidem ignobiliori audita, nempè famulis, sententia pronuntiatur, & adversus dominos judicium fertur? Quænam lex hoc concedit? Commentum igitur istud proscriptum est, nisi fallor ipse, in dicta thesi. Sed missa famulorum compensatione damnata, videndum num compensatio occulta aliquando licita sit, & quæ conditiones requirantur.

IV. Ad licitam compensationem prima conditio necessaria est, quod debitum sit liquidum, & omninò certum, & quod tempus solutionis elapsum sit. Docent aliqui, compensationem fieri posse, etiam quando res actu non debetur, si timetur rem non esse solvendam tempore debito; quæ doctrina falsa est. Secunda conditio est ut res quæ occultè accipitur, sit debitoris, & non alterius: & hæc conditio necessaria est, non in foro exteriori modo, sed etiam in interiori. Volunt alii, te posse accipere rem quam debitor tuus mittit ad alterum in donum, vel in solutionem debiti, dummodò ab altero non sit acceptata, sed sit sub debitoris tui dominio: quę etiam opinio nobis falsa videtur.

V. Tertia conditio est ut rem tibi debitam, nequeas *commodè*, seu facilè obtinere. Tùm autem facilè, & commodè obtinere nequis, cum pro illa obtinenda litem intentare, tribunalia adire magnis expensis debes; vel periculum incurris amittendæ amicitiæ ipsius debitoris, vel judicis, inquiunt qui asserunt defectum istius conditionis non inducere culpam mortalem. Hanc quoquè opinionem ut falsam rejicio. Si enim ordo justitiæ à legitimo judice exercendæ non cadit sub præcepto, omnia perturbantur, & Respublica fraudibus, & furtis obnoxia est.

VI. Quarta conditio est ut occulta compensatio fiat absque detrimento ipsius debitoris, ne plus videlicet accipias quam tibi deberur: præterea curandum est ne compensatione facta debitum tibi, aut hæredibus solvatur, atque adeò ut debitor conscius fiat solutionis factę, ne in culpę conscientia persistat.

VII. Quinta conditio est ut compensatio fiat absque damno tertii: si enim dum tu rem occultè furripis, Sempronius accusaretur furti à tuo debitore, & cogeretur ad restitutionem, compensatio esset cum damno tertii. Dicunt aliqui hoc per accidens esse, & consequenter te posse uti compensatione; sed hoc legi evangelicæ adversari videtur.

VIII. Sexta conditio est ut compensatio fiat, si possit, in eadem specie; si non possit, in quacumque specie.

IX. Septima conditio est ut compensatio fiat absque detrimento aliorum creditorum, ut si essent creditores anteriores, compensatio fieri non posset cum istorum detrimento. Juniores acriter mutuo disputant de hac conditione, alijs negantibus, aliis adfirmantibus esse necessariò servandam.

X. Descriptis, & explicatis conditionibus occultę compensationis, dicendum nunc superest, num ea licita sit, & justa, dum tales conditiones servantur. Adfirmat communior Theologorum sententia. Doctissimus Jesuita P. Elizalde *lib.* 8. *q.* 7. §. 4. negantem opinionem defendit gravissimis rationum momentis nixus.

XI. Insitum genibus omnibus est ne quispiam inauditus condemnetur. Sed opinio occultę compensationis inauditos debitores, qui plura in sui favorem allegare possent, condemnat. Ergo falsa. Præterea contra naturæ lumen est quod quispiam judex sit in propria causa. Sed opinio adducta constituit creditores judices in propria causa. Ergo falsa. Rursus, leges quæ commune Reipublicæ bonum spectant, & confusionem, perturbationemque civilis regiminis impediunt, observandæ sunt etiam cum detrimento hujus, vel illius privati. Hinc lex præscriptionis jure gentium invecta ad tollenda innumera mala, & confusionem possessionum, constitit etiam cum detrimento interdum legitimi domini. Accedit quod rerum dominia nequeunt transferri, nisi aut voluntate privati domini, aut publica potestate. Rem quam tu compensator accipis, revera est sub dominio creditoris. Qua via transit in tuam potestatem? Via compensationis; sed hæc via injusta est, quia non accedit neque vo-

lun-

„intestato uti compensatione occulta, contra eum „ qui bona defuncti possidet ex testamento mi„ nus solemni : quia *probabilis est sententia* , quod „ ea bona debeantur hæredi ab intestato, cui opi„ nioni potest se conformare. " Idem Viva *loc. cit. n.* 12.

XIII. „ Famulus, vel officialis, qui ob erro„ rem , necessitatem , vel aliam similem causam „ operam suam minoris justo locavit , quia *fal„ tem secundùm quid* involuntarius fuit , adeoque „ animum donandi non habuit, poterit defectum „ stipendii jure exigere ; & si aliter habere ne„ queat , occultè compensare : & dominus sibi „ imputet. " P. Patritius Sporer *tit. 2. tr. 7. in Præcept. Decal. c. 5. sect. 3. §. 4. n. 83.*

XIV. „ Pro omnibus casibus licitum non est „ uti compensatione occulta , cum soleat datur „ opinio probabilis pro utraque parte , debitoris „ scilicet, & creditoris; sed in casibus particulari„ bus, id licet : & etiam licet in omnibus, quan„ do datur major probabilitas ex parte creditoris „ quod tale debitum sibi deberur. " Collegium „ Salmanticense in *Curs. Theol. Mor. tom. 3. tract. 13. c. 1. punct. 19. §. 3. n. 319.*

XV. „Si dominus occupet famulum vel alios „ hotis , vel in aliis ministeriis quam conventum „ est, potest famulus uti compensatione. " Idem Collegium *loc. cit. §. 2. n. 316.*

XVI. „ Si tu alium injustè infamasti , qui te „ antea infamaverat , non teneris ei ad restitutio„ nem , si ipse tibi restituere nolit ; sed potest uti „ compensatione, servata tamen æqualitate, quan„ tum fieri potest." P. Leonardus Lessius *de Just. & Jur. lib. 2. dub. 25. n. 132.*

XVII. „ Quando unus alterum injustè infa„ masset, neque, ut teneretur , vellet eam famam „ illi restituere; tunc injustè infamatus, qui dam„ num in fama alteri non dedisset , posset in pecu„ nia compensare damnum famæ , in quo est , id„ que non *solùm non solvendo debitum antiquum „ occultum*, quantùm ad æqualitatem sufficere ju„ dicaretur ad competentem compensationem fa„ mæ , in quo est , *sed etiam occultè accipiendo de „ novo quantum satis esset ad eandem compensatio„ nem* ; dummodò non interveniret scandalum; „ & aliter commodè obtinere non posset restitu„ tionem suæ famæ ; & denique dummodò in„ tervenirent conditiones omnes requisitæ ut licì„ tè in conscientiæ foro fiat occulta compensatio „ debiti. " P. Ludovicus Molina *de Just. & Jur. tom. 4. tract. 4. disp. 49. n. 5.*

XVIII. „ Confessario dedi pecunias meo cre„ ditori restituendas , & post elapsum tempus scio „ Confessarium non restituisse : teneor denuo res„ tituere ?.... Affirmo non teneri. " P. Antonius Escobat *in Sum. Theol. Mor. tr. 3. exam. 2. cap. 6. n. 20.*

XIX. „ An cedens bonis , tuta conscientia „ possit sibi , & familiæ suæ , ne indecore vivat, „ necessaria retinere ?... Assero posse : quod qui„ dem est verum , licèt debita pro quibus dedit, „ sint ex injustitia , & notorio delicto contracta, „ quamvis tunc non possit tantum quantum aliàs „ sibi retinere. " Idem Escobat *loc. cit.*

XX. „ Si tu , dum occultè tibi compensas „ debitum, prævides alicui tertio, tamquam fur„ tum ab ipso faisset commissum, fore imputan„ dum , non obligaris id præcavere , nisi facilè „ possis. P. Thomas Tamburinus *lib. 8. in Dec. tr. 2. c. 3. §. 1. n. 3.*

XXI. „ Furatus es , v. g. decem aureos nu„ dius tertius , utique cum peccato ; verùm ho„ diè existens in gravi necessitate, pura in gravi „ morbo , sine ulla spe habendi pecuniam , illos „ ad vitam conservandam expendis : obligaberis„ ne ad *meliorem fortunam redient* ad restitutio„ nem ? Non est improbabilis sententia te nunc „ liberans ab omni restitutione." Idem Tamburinus *lor. cit. c. 6. §. 2. n. 3.* Castropalaus *tom. 1. sum. tr. 3. disp. 2. c. 4. sect. 2. à n. 12.*

XXII. „ Si quis ab eodem per parva furtiola „ gravem furatur quantitatem, lætaliter non pec„ cat in ultimo jam complente , dummodò tem„ pus quatuor mensium inter ea medier. " Torrecilla *tom. 1. tr. 6. disp. 2. punct. 10. n. 3.*

XXIII. „Non est grave retinere alienum ex „ injusta acceptione , quandiù quis est in gravi „ necessitate, saltem si creditor æquali non urgea„ tur , immò etsi urgeatur." Idem *ibid. sect. 3.*

XXIV. „ Non est de gravi damnandus de„ bitor qui tatione contractus aliquid restituere „ teneretur, licèt in mora sit restituendi creditori „ sæpius satisfactionem petenti , etsi justam cau„ sam differendi non habeat ; dummodò absque „ gravi damno creditoris , perniciosque , ut debi„ tum nusquam satisfieri valeat , & cum inten„ tione satisfaciendi id fiat. " Idem Torrecilla *in propos. damn. tr. 5. consult. 10. n. 2.*

XXV. „ Ex contractu trino aliquid ultra sor„ tem in pactum deducere, non est lætale." Idem *ibid. consult. 3. sect. 3. n. 24.*

XXVI. „Etiam deficiente titulo lucri cessan„ tis , & damni emergentis , pignoribus adhuc „ pro securitate capitalis acceptis , potest exigi „ lucrum , etsi ad 7. pro 100. accedat , ex solo „ titulo periculi,& difficultatis(quæ semper acci„ dit) sortem recuperandi. " Idem *ibid. n. 25.*

XXVII. „ Adhuc deficiente in præfato trino „ contractu titulo lucri cessantis, & damni emer„ gentis , & periculo capitalis perdendi , potest „ quis ex alio titulo lucrari ; immo & 5. vel 8. „ pro 100. ferre, videlicèt pecuniam ad quæstum „ mercatori exponendo , ut cum ea lucretur: „ etiam cum capitalis assecutatione. Idem *ibid. num. 26.*

XXVIII. „ Probabile est justum pretium re„ rum venalium esse totum id quod absque vio„ lentia, vel fraude extorqueri potest ab emptore." Sic Trde Jesu Matia in quadam *cons.* quę apud prędictum P. Tor. habetur *t. 2. consult. tr. 4. consult. 7.*

XXIX. „Quando merces in publica subhasta„ tione exponuntur, etiamsi dimidio tantummo„ dò sui valoris pretio eas quis amat , nil resti„ tuere tenetur. Et idem dicendum de qualibet „ specie venali omnibus exposita. " Idem *ibid. num. 2.*

XXX. „ Mercator in qualibet merce potest „ plusquam 15. pro 100. ab emptore exigere, etsi „ ad

„ ad 24. accedat. " Fr. Joannes ab Assumptione *ibid. num. 14.*

XXXI. „ Mercator qui pretio ad annum „ solvendo rem vendit , lucrum exigere valet, „ etsi ad 8. vel 12. pro 100. accedat. " Idem Fr. Joannes ab Assump. *ibid. n. 18.*

XXXII. „ Qui per unum , vel duos annos „ multoties repetit se restituere nolle quod ex „ justitia tenetur , unicum tantùm peccatum „ mortale committit ; dummodò per actus con„ trarios intentionem non retractet. " Torrec. *tom. 2. Sum. tract. 2. disp. 2. c. 1. n. 14.*

XXXIII. „ Satis probabile existimo tributa, „ tametsi justa , fraudare , sive in toto singulo„ rum , sive in parte , grave non esse conscientię, „ si ab exactoribus non petantur. " Idem *ibid. disp. 4. c. 3. n. 8.*

XXXIV. „ Nec probabilitate caret de eisdem „ tributis dicere , etiam merces occultare licere, „ ne tributa ab exactoribus exigantur." Id. *ibid.*

XXXV. „ Probabile, & *securum* in praxi est, „ quod qui tenetur restituere , satisfaciat obli„ gationi suæ , si Confessario , vel alio viro pru„ denti det ut restituat , etsi id non præstiterit „ postea animadvertat. " Idem *ibid. disp. 5. cap. 4. n. 12.*

XXXVI. „ In provisione beneficii, præben„ dæ , vel cathedræ , facta præcedente voca„ tione per edictum, & oppositionem literariam, „ probabilissimum est electores non teneri ex „ justitia ad eligendum digniorem , dummodò „ dignum eligant. " Idem *ibid. tr. 3. sect. 1. cap. 24. num. 9.*

CAPUT III.

De furti notione , & divisione , de rapina , de quantitate ad furtum requisita , & de furtis minutis.

I. QUÆST. I. *Quid , & quotuplex sit furtum?* RESP. Furti notio hæc est: *Occulta acceptio rei alienæ invito domino.* Furtum multiplex. Primum est simplex , quod describsi. Alterum est *peculatus* , quod etiam *qualificatum* dicitur , & est illud quo patrimonium publicum dilapidatur. Tertium est *plagium* in hoc situm quod homo liber in servitutem reducatur , aut surripiatur alienus servus. Quarta furti species est *abigeatus* , in abductione pecorum , equorum, idque genus animalium positus.

II. Theologi duas furti species distinguunt. Altera est *sacrilegium* , quando nimirum aufertur vel sacrum de sacro , vel non sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro. Furtum crumenę in Ecclesia est sacrilegium , quidquid dicant nonnulli recentiores. Altera furti species est *rapina* , quæ varias significationes admitti. Aliquando enim sumitur pro quacumque illicita alienæ rei usurpatione. Cæterùm propriè rapina est rei alienæ violenta , & injusta usurpatio facta præsente , & invito domino. Peccatum est natura sua gravius furto , ob contumeliam quam personæ infert. Quare evenire potest ut contumelia sit mortalis , licèt res ablata sit levis materia furti. Rapinæ reus est qui incusso metu alteri rem extorquet. Quare rapaces sunt viri potentes , & ministri publici , qui rem indebitam ab aliis inferioribus postulant ; cum isti ob timorem negare illam non audent. Quamvis enim exterius vis non inferatur , interiori tamen animo non audenti reluctari vis incutitur. Lege Catechismum Tridentinum 3. *part. cap. 8. num. 9. & seq.* ubi varia furtorum genera perspicuè describuntur.

III. QUÆST. II. *Quinam sit quantitas necessaria ad furtum mortale ?* RESP. Furtum , & rapina genere suo peccata mortalia sunt; sed evadunt venialia ex materiæ parvitate. Novem circiter sunt Theologorum sententiæ super quantitate ad furtum lętale necessaria. Navarrus ait, septem , vel octo asses constituere furtum mortale. As valet bajoccum Romanum , seu duos solidos Venetos. Alii unum , alii tres , alii quatuor , alii sex julios requirunt. Communis sententia quatuor personarum genera distinguit. 1. Sunt Reges , Magnates , & opulenti ; 2. honesti cives , qui ex redidibus vivunt ; 3. artifices ; 4. mendici. Auctores communiter fatentur , unum aureum esse materiam gravem etiam respectu Regum; respectu secundi generis tres julios ; respectu tertii duos ; respectu quarti unum julium.

IV. P. Antoine contendit tres libras , seu rem quæ exæquat valorem sexaginta asium , esse materiam gravem etiam respectu Regum , aitque alios Doctores minorem quantitatem exigere respectu ditissimorum. Absolutè non auderem ego peccati mortalis damnare qui Regi ditissimo surriperet sex julios. Sat est statuere terminum magnitudinis constituentem furtum lętale , & hunc esse unum aureum respectu etiam opulentissimi Regis , ut dictum est. Hinc tamen non inferas furtum medii aurei non posse esse lętale etiam respectu Regis. Nam aliud est quot major summa, juxta communem existimationem requiratur ad mortale peccatum ; aliud , quod summa inferior non possit esse crimen mortiferum. Nam etiam medius aureus surreptus Principi , vel Regi potest esse gravis materia. Datur ergo materia gravis absolute respectu omnium jam indicata : & similiter levis respectu omnium sicut furtum unius oboli.

V. Communiter tamen in praxi gravitas, vel levitas furti desumitur relatè ad personas : nam eadem res respectu divitis est levis , & respectu pauperis est gravis. Materia quæ sufficit ad alimentum unius diei personę cui res aufertur , solet juxta communiorem sententiam constitui materia gravis. Hac ratione dicitur, quod tres , vel quatuor julii ablati etiam ditissimo sint materia gravis ; duo surrepti mediocriter diviti ; unus ablatus artifici ; & medius surreptus pauperi, quia medius julius reputatur materia sufficiens ad alendum pauperem.

VI. Hinc colligas velim , quam diligenter cavendum à furto sit. Nam varia Theologorum placita securitatem tibi non dant. Ne ergo dicas : Nonquid suavissima Christi lex ob paucos asses ad infernum damnabit animas ? Hoc pacto

luntas legitimi domini, neque potestas publica. Cedo. *Nemo judex in propria causa. Nemo inauditus damnetur.* Leges istæ justæ ne sunt? Ergo servandæ tum in interiori, tum in exteriori foro.

XII. Quid? Damnabis ergo compensationem occultam, quam communiter Theologi defendunt? Ego non damno, sed rationes quas obiter perstrinxi, summum mihi facessunt negotium. Addo, conditiones quas Theologi assignant, perquam rarò in praxi observari. Ergo in praxi Theologi nobiscum sentiunt. Sententia adfirmans licitam esse occultam compensationem, periculorum plena est. Nam conditiones præscribit quæ vix in praxi servari queunt. Viam aperit ad violandas leges tum divinas, tum humanas, ad tribunalium judicia perserutenda, ad rerum dominia transferenda absque legitima potestate. Denique animam præbet furtis, & fraudibus, ordinemque Reipublicæ, & societatis perturbat; ut privatorum quorumdam damnis occurrat innumeras injustitias, dolos, & jurium omnium confusionem invehit.

XIII. Quod si à Theologorum sententia valdè communi recedere nolis, saltem caveto à plurium opinationibus contrariis communi Theologorum doctrinæ. Conditiones enim quas graviores Theologi pro licita compensatione præscribunt, adeò laxarunt recentiores non pauci, ut nihilum ferè redegerint. Famulis, ministris, officialibus numquam occultam compensationem permittas, causa augendi mercedem, quam justo minorem asserunt, quia id damnavit Ecclesia. Reponunt plures damnatam esse hanc compensationem judicio famuli, ministri, vel officialis, secus judicio Confessarii, vel docti & periti viri peractam. Unius voculæ additione eludetur pontificia condemnatio? Si domini, si mercatores, si Principes perciperent damna, & furta quæ vi benignitatis probabilistæ patiuntur, non adeò plauderent opinionibus laxis fuco benignitatis obtectis. Si ego referibere vellem bona quæ famuli dominis, officiales mercatoribus, ministri Principibus furripiunt titulo compensationis honestata, horrorem excitarem adversùs saltem plurium Probabilistarum opinationes.

XIV. In foro exteriori omnis occulta compensatio, facta invito domino, damnatur. Quidni ergo & in foro interiori? Leges quibus utuntur judices fori externi ad damnandam compensationem, illæ ipsæ sunt quibus utuntur judices fori interni. Ergo ubique damnanda est occulta compensatio. Si reponis, forum externum respicere publicam tranquillitatem, & bonum commune illæsum à fraudibus, & furtis; respondeo ego, potiori jure judices fori interioris hæc omnia spectare debere.

CAPUT V.

De Furtis domesticorum.

I. QUÆST. I. *Peccantne filii qui bona furantur parentibus?* RESP. Filii etiam sub patria potestate constituti habent dominium, & administrationem bonorum *castrensium*, & *quasi castrensium*. De his disponere pro arbitrio valent. Bonorum quæ *adventitia* nuncupantur, proprietatem filii, administrationem, & usumfructum parentes habent. *Profectitiorum* verò & proprietas, & ususfructus penès parentes sunt. Filii qui furripiunt gravem quantitatem bonorum quorum parentes vel dominium, vel administrationem habent, absque eorumdem parentum consensu, peccant mortaliter. Quænam autem quantitas requiratur ut furta filiorum sint mortifera, varia sunt Theologorum placita. Spectandæ sunt circumstantiæ, & præsertim finis ob quem filii furantur parentibus, parentum divitiæ, numerus filiorum, expensæ domus, & plura alia, ut omnibus perpensis possit prudens facer minister definire quandonam furta filiorum mortifera sint; quandò parentes sint, nec ne inviti. Filii excusantur à furti reatu, quandò parentes omittunt subministrare ipsis congrua pro victu, & vestitu juxta propriam conditionem.

II. QUÆST. II. *Furtumne perpetrant uxores quæ bona mariti furripiunt?* RESP. Communis sententia docet, furtum lætale patrare uxores quæ invitis maritis bona quorum dominium, & administratio est penès eosdem, furripiunt. Bonorum quæ *paraphernalia* nuncupantur, dominium, & administratio est penès uxores, & de his disponere valent uxores pro arbitrio. Quantitatem majorem in ejusmodi furtis Theologi requirunt quam in furtis extraneorum, ut gravis culpa committatur. Sed regula designari precisa nequit. Illud certò scimus, furtum esse veritum. Porrò quotiès uxores verum furtum committunt, cur in eisdem major requiritur quantitas? Quia mariti præsumuntur consentientes? At tunc furtum non perpetrant. Ergo quotiès uxores verum furtum perpetrant, non video cur major in his furtis quantitas requiratur quam in furtis extraneorum. Nihilominus circumstantiæ spectandæ sunt.

III. Plures casus assignantur in quibus uxores absque furti reatu furripere maritis quædam bona valent. 1. Quandò mariti præbere omittunt necessarios sumptus ad familiæ onera sustinenda. Quoniam tunc irrationabiliter inviti mariti sunt. 2. Ad impediendum grave familiæ damnum. 3. Ad erogandas congruas eleemosynas, & consuetas; cavendum tamen ne uxores falsa pietate deceptæ excedant justos limites. 4. Si patet filiis necessaria non portigat ad discendas artes statui necessarias, mater de bonis mariti supplere potest. 5. Si maritus furiosus sit, & uxor administratrix. 6. Si prudenter præsumatur mariti consensus. 7. Quando occurrit casus sucurrendi extremè indigenti.

IV. Regula tamen generalis esto. Nihil uxores disponant de maritorum bonis ipsis insciis, & invitis, exceptis casibus evidenter, & graviter urgentibus. Facilè sibi uxores arrogant facultatem, & dominium in bona mariti. Quarè Confessarius curet diligenter ut uxores subditæ in omnibus viris suis sint; & necessaria tam sibi, quam familiæ à maritis petant quoad fieri potest.

QUÆST.

V. QUÆST. III. *Quid de opificum furtis dicendum?* RESP. Opifices qui materiam elaborandam à domino suscipiunt, ut sartores, textores, molitores, & similes, furtum perpetrant, dum quidquam materiæ sibi traditæ furripiunt, invito domino. Sartores ferè in more habent furripere fragmenta, & lacinias: isti omnes fures sunt, quoties hæc fragmenta utilia domino sunt. Si autem nihil domino prosint, tum nullum furtum perpetrant.

VI. QUÆST. IV. *Quid de furtis Religiosorum?* RESP. Si Religiosi claustrales furentur ab extraneis, perindè se habent sicut alii fures. Si furentur de communni Monasterii penù gravem quantitatem, peccant & contra justitiam, & contra votum, atque adeò & injusti, & sacrilegi sunt. Quantitas sufficiens ad mortale in homine laico sufficit etiam in Religioso. Quarè falsam existimo opinionem illorum qui furta Claustralium comparant cum furtis filiorum. Parentes enim domini sunt bonorum, & filii nullo voto adstringuntur. Prælati autem regulares custodes tantùm sunt & administri bonorum Monasterii: quarè nequeunt consentire in surreptionem bonorum: & Religiosi solemni paupertatis voto devincti sunt. Nulla ergo occurrit ratio cur quantitas in furtis Religiosorum augenda sit. Si bona surrepta à Religioso constitant, restitui debent. Si consumpta fuerint, à restitutionis onere immunes Religiosi sunt.

DISSERTATIO II.

De Falso testimonio.

Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium. Exodi 16.

CAPUT I.

Propositiones laxæ Casuistarum.

I. „ AD tormenta, damnaque gravia vitanda „ posse quemlibet sibi falsum grave crimen imponere, etiamsi mors sit sibi secutura.“ P. Thomas Tamburinus *lib. 9. in Decalog. cap. 3. §. 6. n. 6.*

II. „ An si alio modo te ab injusto teste „ tueri nequeas, licitè falsa crimina illi possis „ objicere, quanta sufficiunt ad tuam justam defensionem? Duo affero. Unum mihi satis probabile; alterum satis incertum. Probabile mihi est te, si id facias, non peccare contra „ justitiam: undè nec obligare ad restitutionem. Incertum mihi est an id possit fieri licitè sine ulla culpa.“ Idem Tamb. *loc. cit. c. 2. §. 2. n. 4. 5. & 6.*

III. „ Si sit necesse publicas scripturas emendari, possit ne Notarius publicus ad hoc induci, si Notario constaret mea innocentia? „ Quidni? respondebis. Id enim non est esse infidelem Reipublicæ, sed maximè fidelem; dum „ ejusdem Reipublicæ innocentes sic defendun-„ tur. Verùm si aperiatur hujusmodi ostium, quomodò stabunt publica judicia? Inveniantur, respondebis, testes veri, ut sancta requirunt tribunalia. Dum enim falsi testes quacumque arte repelluntur, publica judicia firmantur potiùs „ quam infirmantur. Sed ego iterum audio: liberter nondum hunc in aliud tempus evolvendum reservo. Idem Tamb. *loc. cit. n. 7.*

IV. „ Quandò taxa alicujus rei est injusta, „ si pluris vendens, aut deftaudans in pondere, „ ita ut sibi satisfaciat pro pretii injustitia, & „ reddat correspondentes merces pretio dato, „ potest hic rogatus à judice, an pluris vendiderit, vel defecerit in pondere, aut mensura, „ id negare, asserereque se pretio taxato vendidisse, & integrè pondus, & mensuram tradidisse, intelligendo hæc, ita ut pluris vendens, „ aut deficiens in pondere, & mensura deliquerit. Atque ad hoc satis est opinionem esse probabilem, eam taxam non obligare.“ P. Thomas Sanchez *lib. 5. in Decal. c. 6. n. 29.*

V. „ Quotiès sive verè, sive fictè promittens „ matrimonium, immunis est *ob aliquam causam* „ ab implenda obligatione, probavimus, posse „ eum à judice vocatum *jurare* se non promisisse, „ intelligendo, ita ut tenear implere. Quod divinius *procedere* non tantùm quandò est certa „ causa non implendi, sed etiam *quotiès sapienter judicio est probabile* non teneri servare. „ Quia potest *amplectendo opinionem probabilem* „ existimare se tuta conscientia non obligatum.“ Idem Sanchez *loc. cit. num. 32.*

VI. „ Clericus rogatus à custodibus, an aliqua portet, eo fine ut gabellam solvere compellatur, potest jurare se nihil portare, intelligendo, ex quo gabellam debeat.“ Idem Sanchez *loc. cit.*

VII. „ Idem credo, quotiès laicus aliqua „ portat, aut habet, aut vendidit ex quibus „ gabellam *aliqua ratione* non debet, aut non „ debet integram juxta probabilem opinionem. „ Potest enim juramento negare se habere, portare, vendidisse eam solam quantitatem ex qua „ gabellam non debet, intelligendo *intra se*, ita „ ut ex illa debeat.“ Idem Sanchez *loc. cit.*

VIII. „ An habens justam, vel probabilem „ causam occultandi Fisco, vel creditoribus aliqua bona, possit uti restrictione mentali, jurando se non occultasse? Respondeo probabilius, posse.“ P. Leander à SS. Sacramento *in Decal. tom. 2. tr. 1. disp. 45. quæst. 16.*

IX. „ An sit peccatum mortale jurare cum restrictione mentali *absque justa causa?* Probabilius respondeo, non esse mortale, sed veniale tantum.“ Idem Leander *loc. cit. quæst. 12.*

X. „ Is à quo mutua pecunia petitur, quam „ reveta habet, potest jurejurando affirmare absque perjurio, & peccato, se eam non habere „ pecuniam in alio loco.“ P. Vincentius Candidus *tom. 2. disquis. 26. art. 5. dub. 12.*

XI. „ Mutuo accipiens centum aureos solvendos post annum, si terminus ad quem mutuum datum fuit, non est impletus, rogatus à „ judice de mutuo, jurare potest se illud non „ ac-

„ accepisse, intelligendo, ita ut teneatur solvere „ ante terminum implerum.“ Idem P. Candidus *l. c. tit. dub.* 18.

XII. „ Mercatores qui non possunt justum „ pretium ab emptoribus obtinere, nisi jurent „ tanti, vel tanti sibi merces stare, cum de fac- „ to non stet; jurare quidem possunt, tanti sibi „ stare, subintelligendo cum alia merce quam „ habent domi, vel alibi emerant.“ Ferdinandus de Castropalao, *part. 3. tr. 14. punct. 7. n. 6.*

XIII. „ Etiamsi rogans omnem æquivoca- „ tionem vellet excludere, & ultra juramentum „ de calumnia, exigat juramentum dicendi veri- „ tatem sincere absque ulla æquivocatione; adhuc „ poteris jurare amphibologico juramento, & „ restrictione facta: quia subintelligere potes te „ juraturum absque æquivocatione injusta. Nul- „ la enim propositio ita simplè sumi potest quin „ aliquam restrictionem habere possit in mente.“ Idem Castrop. *loc. cit. versic. Denique.*

XIV. „ Quandò tamen non occurrit *commo-* „ *da* æquivocatio, aut restrictio externa, si causa „ sit gravis, tutiùs possunt usu duplicis scientiæ, „ communicabilis, & incommunicabilis faciè „ obvio veritatem occultare, non animo deci- „ piendi, sed solum permittendi deceptionem.“ P. Dominicus Viva in *Tent. Theol. in propos.* 26. & 27. *Innoc. XI. n.* 14.

XV. „ Qui consuetudinem habet leviter „ mentiendi, etiamsi eam habeat verùm absque „ necessitate jurandi, non ex hoc in statu pec- „ cati mortalis est constituendus; etsi quandoque „ ex utraque consuetudine perjuret.“ P. Martinus Torrecilla *tom. 1. Sum. tr. 3. disp. 1. c. 2. sect. 1. num.* 87.

XVI. „ Contumeliæ, conviciaque erunt ve- „ nialia, si ex defectu cautelæ inter rixantes pro- „ ferantur, ut accidit in mulierculis, quæ ira „ correptæ mutuo sibi graviter convicIantur.“ Idem *ibid. sect. 6. §. 1. n. 3.*

XVII. „ Grave non est adhuc temerariè ju- „ dicare de alio, stirpe esse Judæum, vel spu- „ tium, & quævis mala non moralia; dumno- „ do ex hoc eum non contemnamus, neque dif- „ famemus.“ Idem *ibid. sect. 7. §. 1. n. 3.*

XVIII. „ Non est judicium temerarium ma- „ lum, etsi grave, de proximo ex solis indiciis, „ vel conjecturis probabilibus judicare.“ Idem *ibid. n. 6.*

XIX. „ Suspicio de crimine quantumvis „ enormi de persona honesta, etiamsi sit teme- „ raria, numquam est grave peccatum; licet de „ crimine hæresis, vel incestus, & similium sus- „ picio sit.“ Idem *ibid. n. 22.*

CAPUT II.

De Falso testimonio, octavo præcepto vetito, & de mendacio.

I. QUÆST. I. *Quid sit falsum testimonium?* RESP. Testimonium est dictum illud quod testis interrogatus a judice in ipso judicio judici profert: est verum, aut falsum prout respondet, aut dissonat vel mentis conceptioni, vel rebus à teste conceptis. Quandò falsum testimonium conjunctum perjurio est, mortiferum quoque est. Si verò à perjurio separatum sit, tum erit peccatum lætale contra justitiam, cum justitia graviter læsa fuerit adversùs proximum. Qui testificatur est in judicio falsum, tenetur illud retractare cum suæ famæ dispendio, etiam quandò nulla est spes liberandi innocentem.

II. QUÆST. II. *Quid sit mendacium?* RESP. Est enuntiatio falsi cum voluntate ad fallendum prolata, inquit Angelicus 2. 2. *quæst.* 110. *art.* 1. Sub enuntiatione comprehenditur verbum scriptura, signis, nutibus, aut voce expressum. Voluntas fallendi auditorem est complementum mendacii; cum natura mendacii consistat in prolatione falsi cum deliberatione falsum dicendi, hoc est contra mentem loqui. Contra si falsum enuntiet quis reputans esse verum, non mentitur, sed materialem profert falsitatem, & vocatur mendacium materiale; cum primum descriptum sit formale.

III Ratione finis dividitur mendacium in *jocosum*, quod vel proprium, vel alienum spectat oblectamentum; in *officiosum*, quod utilitatem propriam, vel aliorum respicit; & in *perniciosum*, quod in aliorum damnum profertur, & est genere suo peccatum mortale, & veniale evadit ob materiæ levitatem. Aliud est mendacium *jactantiæ*, cum quis majora de se prædicat quam conveniat. Aliud mendacium *ironiæ*, quod minora, quæ vera sunt, negat.

IV. QUÆST. III. *Sitne semper mendacium etiam ob finem bonum prolatum, malitia infectum?* RESP. Mendacia omnia sive jocosa, sive officiosa, sive perniciosa natura sua mala sunt, ut Catholici omnes docent. Jocosum, & officiosum natura sua non sunt peccatum mortale, cum neutrum inferat proximo nocumentum. Cæterùm cum omne mendacium natura sua malum sit, humanæ societati adversum, nullo fine quantumvis optimo, honestari valet.

V. Si quis in confessione negaret aliquod peccatum veniale patratum, non peccaret lætaliter, ut ego quidem arbitror. Si tamen interrogatus pœnitens à Confessario num consuetudine peccandi venialiter laboret, eamque, quandò vera est, negaret, non videretur immunis à gravi culpa, quoniam notabile detrimentum infert animæ suæ, & in periculo se le constituit labendi in mortale.

CAPUT III.

De Contumelia, susurratione, derisione, maledictione, & detractione.

I. QUÆST. I. *Quid sit contumelia?* RESP. Est dehonoratio alicujus per verba, quibus id quod est contra honorem illius, deducitur in notitiam ejus, & aliorum, inquit 2. 2. *quæst.* 72. *art.* 1. S. Thomas. Contumelia in verbis in faciem hominis prolatis sita in primis est; ut si dicas, *tu es latro, mœchus* &c. Si defectus qui objiciuntur, sint naturales, ut si dicatur, *tu es claudus, cæcus, gibbus* &c. appellatur *convicium*. Si in memoriam revoces eidem præteritam indigentiam, beneficia collata, &c. *improperium* nuncupatur.

II. Contumelia ex genere suo est peccatum mortale, quia lædit honorem. Contingit verò esse veniale tum respectu honoris qui leviter lædit, tum ex intentione improperantis, qui non ut honorem lædat, sed ut delinquentem corrigat, verba contumeliosa profert, aut si ex subreptione ex ore contumelia prolabitur. Communiter suavitate, & benignitate lucrandi sunt fratres nostri. Interdum tamen ad deprimendam pervicacem superbiam delinquentis adhibenda est contumeliosa objurgatio ad aliorum exemplum, & institutionem. Tolerantia contumeliarum est singularis Christianorum prærogativa: in præparatione animi semper est in præcepto, quandò id gloriæ Dei expedit. *Quandoque tamen* (inquit Angelicus 2. 2. quæst. 72. art. 3.) *oportet ut contumeliam illatam repellamus maximè propter duo. Primò quidem propter bonum ejus qui contumeliam infert, ut videlicet ejus audacia reprimatur, & de cætero talia non attentet; secundum illud Proverb.* 26. Respondе stulto juxta stultitiam suam, ne sibi sapiens videatur. *Alio modo propter bonum multorum, quorum profectus impeditur propter contumelias nobis illatas. Unde Gregorius dicit super Exeq.* 9. *Illi quorum vita in exemplo imitationis est posita, debent, si possunt, detrahentium sibi verbum comprimere, ne eorum prædicationem non audiant qui audire poterant, & ita in pravis moribus remanentes bene vivere contemnant.*

III. QUÆST. II. *Quid sit susurratio?* RESP. Est verbum seminans inter amicos discordias. Genere suo peccatum mortale est. Susurratores enim sunt bono communi, nedum privato, infesti. Malitia tamen specifica susurrationis ex fine desumitur. Susurratio quæ honestam amicitiam, perversa; quæ pravam amicitiam dissolvere studet, bona est, laudeque digna. In his tamen semper præ oculis habenda est regula illa: *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* Quarè huic regulæ adversatur quorumdam doctrina, qua defendunt licitum esse manifestare defectus naturales, ut aliquis expellatur ab officio, eo fine ut ipsi manifestatores locum expulsi occupent.

IV. QUÆST. III. *Quid sit derisio?* RESP. Est verborum ludus ex proximi defectibus, ut erubescat. Si jocosa sit derisio de levi malo, aut nullum, aut veniale peccatum est. Quandoque tamen peccare quis graviter potest deridendo alterum ob malum non grave, si prævideat gravissimè contristandum proximum suum. Communiter tamen levium defectuum derisores gravis culpæ damnandi non sunt, quia vehementis commotionis causa non est derisio, seu fatuitas derisi, qui ob levem derisionem graviter perturbatur.

V. QUÆST. IV. *Quid sit maledictio?* RESP. Est mali imprecatio, quæ fieri potest vel optando, vel imprecando; quod peccatum frequens est in rusticis, in mulieribus, quæ quo imbecilliores sunt, eo impotentioti abripiuntur ira. Tum est peccatum mortale, cum ex animo deliberato grave malum optatur proximo. Nec semper impetus iræ excusat à gravi culpa, quandò grave malum quis imprecatur proximo. Quoniam ipsa vehemens ira peccatum est, & si ex consuetudine accidat, gravior culpa est. Nec diabolo, nec creaturis irrationalibus, quæ humanæ sustentationi inserviunt, maledicendum est, ut docet Angelicus 2. 2. *quæst.* 76. *art.* 2.

VI. QUÆST. V. *Quid sit detractio?* RESP. Est denigratio alienæ famæ per occulta verba. Si presente proximo ejus fama denigratur, detractioni additur contumelia. Est genere suo peccatum mortale, ut docet 2. 2. *quæst.* 73. *art.* 2. S. Thomas, ubi duplicem distinguit detractionem: alteram formalem, qua ex animo infamandi proximi ejus crimina occulta patefiunt; alteram materialem, quæ non denigrandæ famę animo, sed alio fine proximi occulta flagitia retegunturPrima semper est peccatum: secunda juxta finis bonitatem, aut malitiam bona, aut mala est. Octo recensentur modi, quibus detrahitur, his versibus comprehensi:

Imponens, augens, manifestans, in mala vertens,
Qui negat, aut reticet, minuit, laudatve remisse.

VII. Quandò falsum crimen imponitur gravissimum scelus est, & dicitur *calumnia*. Similiter dum crimen augetur, *calumnia* immiscetur. Quandò verum crimen occultum revelatur, propriè detractio est. Quandò actio indifferens, aut bona in pravum finem traducitur, & promulgatur, detractionis crimen committitur. Hi quatuor modi rectam famam proximi lædunt; & ideò vocatur detractio *directa*. Indirectè, & per cuniculos fama proximi denigratur, vel negando illius bonum; vel malitiosè reticendo, dum prævidetur silentium esse confirmationem detractionis; vel bonum, quod narratur, minuendo; vel denique frigidè laudando, quandò hæc versuta, & ironica laus in proximi detrimentum cedit. Sola reticentia non inducit debitum restitutionis, quandò ex officio non fit peculiare debitum manifestandi alterius merita.

VIII. QUÆST. VI. *Estne peccatum grave conficere libellos famosos?* RESP. Affirmant omnes; eoque est gravius, quo latiùs fama prosciditur. Scriptum enim manet, & apud ipsos posteros: nedum in præsens famam denigrat. Peccant ejusmodi libellatores tum contra justitiam, tùm contra charitatem; nec assequi salutem æternam valent, nisi altera scriptura, aut præconis voce vitia evulgata retractent. Immò præter peccatum pœnas jure & civili, & canonico latas incurrunt. Jus civile capitis damnat auctores libelli famosi *lib. 1. cap. de Libellis famosis*. Jus canonicum eosdem virgis verberandos decernit *cap. Qui in alterius*. Inventores libelli famosi peccant mortaliter, si eum agnoscentes ut talem non lacerant, aut comburunt. Qui contra Papam, aut Cardinales scribunt libellos famosos, incurrunt ipso facto excommunicationem.

De-

UNIVERSIDAD DE NAVARRA DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

IX. Detrahere defunctis peccatum est juxta materiæ gravitatem, vel levitatem. In detractionibus spectare prudens Confessarius debet circumstantias præsertim personarum. Quoniam communiter asserere tales juvenes qui cum amasiis conversantur, esse lascivos, vanos, impudicos, nullum peccatum est, quia ipsi se de ejusmodi peccatis jactant. Contra talia asserere de honesto vel juvene, vel puella, vel Religioso grave scelus est, aut facile esse potest. Auctoritas quòque detrahentis spectanda est: quia viri probi, & magnæ æstimationis, vel auctoritatis alitius feriunt. Insidiosissimum detrahendi genus illud est quo maledici sigillatim nihil revelant, sed confuse plurima indicant. Revelare viro gravi, proboque aliquod grave crimen, consilii capiendi causa, nullum peccatum est. Si tamen vel uni soli manifestetur absque rationabili, gravique causa, peccatum est gravius, & levius juxta circumstantiarum diversitatem.

X. QUÆST. VII. *Qui crimen publicum in uno loco scit, peccatne, si narret illud in alio loco ubi non est publicum?* RESP. Delictum notorium est: 1. *facto*, quod coram multitudine actum est; 2. *jure*, quando judicis sententia declaratum est; 3. fama quando majori parti civitatis, loci, conventus, &c. notum est. Crimen publicè patratum coram multitudine, narrari absolutè potest in quocumque alio loco, quia hic peccator emisit jus ad famam. Idem dicendum de crimine judicis sententia declarato, & publicato, tametsi criminis notitia facilè pervenire ad talem locum non posset: quia judex publicando crimen, juris ordine servato, privat reum jure ad famam. Spectandus tamen finis est ob quem quis notitia criminis in loca dissita defert, & ibidem evulgat. Nam si finis pravus sit, & animus odio percitus, tùm à culpa excusari non posset. Quando sententia publicata est contra delinquentem in aliqua congregatione, collegio, vel Religione, referri extra talia loca peccata nequeunt: ejusmodi enim sententiæ non sunt absolutè publicæ, nisi intra eamdem Congregationem, vel Religionem. Quare graviter peccarent qui extra hæc loca delicta manifestarent. De delicto noto notorietate *famæ* cauti omnes sint oportet, quia facilè fugitur hæc publica fama.

XI. Quid si diffamatus honestè vivendo post publicatam sententiam suam famam recuperaret? Tum & contra charitatem, & contra justitiam peccaret, qui præterita crimina in memoriam revocaret. Quoniam legitima præscriptione abolita erat tallium criminum notitia.

XII. Licitum est ob delinquentis emendationem revelare Superiori, & judici delictum occultum, præmissa tamen correctione fraterna, si delictum non adversetur directè bono publico. Si innocens accusatur de gravi crimine, pandendus reus est, quando scitur. Qui injustè acquisivit notitiam alicujus criminis, quod cedit in publicum grave damnum, tunc revelare crimen valet. Peccavit utique, dum injustè notitiam comparavit, pura aperiendo litteras obsignatas; at uti in bonum finem tali notitia potest. Ignorantia alicujus publici professoris, puta medici, advocati, quæ vergit in damnum aliorum, manifestari potest, animo non detrahendi, sed succurendi innocentibus. Animadvertendum tamen ferio est, ne spiritus æmulationis, odii, & invidiæ latitet.

XIII. QUÆST. VIII. *Essne peccatum detractionis traducere Theologos ut Rigoristas, vel laxonet?* RESP. Novum detractionis genus hoc nostro sæculo grassatur. *Rigoristæ* illi sunt qui doctrinam evangelica rigidiorem, & laxones qui evangelica laxiorem docent. Qui utrosque patefaciunt, & refutant, non modò non peccant, sed virtutis actum exercent. Hoc tamen fieri servato charitatis ordine debet. Auctorum quoad fieri potest excusanda pia intentio est. Scripsisse illos judicare nos decet aut æquo rigidiùs, aut æquo laxiùs, quia id expedire Ecclesiæ bono existimarunt. Illorum animus divino relinquendus judicio est. Eorumdem opinationes nostro subsunt examini. Detractionis virus quod hodiè serpit, eò pertinet, ut hæc *Rigoristæ* larva sanioris doctrinæ Theologis affingatur. Ut quis *Rigoristæ* traducatur, sat est quod Probabilissimum improbet, & quorundam Probabiliorum opiniones nimium à christiana doctrina declinantes oppugner. Potrò qui sic pro libito ut *Rigoristæ* traducunt Theologos, nullam rigidiorem evangelica doctrina sententiam docentes, detractionis rei sunt: & nisi eosdem ignorantia, vel mentis subreptio excuset, graviter peccant, & ingentem invidiam creant sanæ doctrinæ, perniciemque invehunt in animas christianas, & demùm infamant evangelicam morum doctrinam apud infideles, & hæreticos.

XIV. Nemo infamare seipsum potest. Utique dominus quisque est suæ famę; at si eam absque justa causa prodigat, peccat contra charitatem. *Curam habe de bono nomine: hoc enim magis permanebit tibi, quam mille thesauri pretiosi, & magni.* Eccli. 41.

XV. QUÆST. IX. *Peccatne qui detractoris audit?* RESP. Qui verbis, gestu, delectatione alios inducit ad detrahendum, peccat & contra charitatem, & contra justitiam, quando detractio est de re gravi; si de re levi sit, peccatum veniale erit. Si verò nullo exteriori signo auditores provocent detractorem, sed tantum interiori gaudio, & lętitia audiant detractorem in re gravi, peccant lętaliter contra charitatem, secus contra justitiam. Si verò gaudium, vel delectatio sit de lepore, de jocis, & eloquentia detractoris tantùm, peccatum leve est. Superiores, & Prælati impedire, quoad possunt, subditorum detractiones debent. Immò privati homines compescere detractores debent, cum possint. Varii sunt correctionis modi. Silentium, vultus tristitia, interruptio sermonis, &c. Plures tamen spectandę circumstantiæ sunt antequam auditores gravis culpæ damnentur, eo quod detractori non resistant.

XVI. QUÆST. X. *Quid de secreti revelatione dicendum?* RESP. Secretum dicitur quod occultum est. De secreto sacramentalis confessionis nullus nunc sermo est. Secretum de quo in præsens, triplex. 1. quod rei naturam consequitur, ut cum alienum occultum crimen noveris, quod sua natura occultari debet. 2. est quod tu promisisti servare. 3. quod ab alio tibi commissum est. Omnes astringuntur servare secretum quod rei naturam consequitur, justitię lege. Secretum secundi generis revelare, quando nullum sequitur damnum vel in fortunis, vel in fama, peccatum grave non est, nisi tu sub gravi obligatione tuendi te obstrinxeris. Obligatio servandi secretum tertii generis, quod est *commissum*, & *promissum*, gravissima est, ab ipsa justitia commutante manans.

XVII. Tria sunt capita quæ à secreto servando excusant: 1. materiæ tenuitas; 2. inadvertentia, & imperfecta deliberatio; 3. commodum, & utilitas illius qui secretum commisit. Si enim ex secreti custodia grave, qui secretum commisit, subiret detrimentum, tum in commodum ejusdem revelandum esset, etiamsi juramento firmatum, quia juramentum promissionis naturam consequitur. Peccatum est alienum secretum insidiis, & versutis interrogatiunculis extorquere. Obsignatas litteras aperire peccatum est. Qui deperditas invenit apertas, peccat legens, si prævideat quidquam grave occultum contineri in eisdem; & si legerit, tenetur sub secreto custodire quod legeris, si dignum secreto sit.

CAPUT IV.

De Judicio temerario, Suspitione, & dubitatione.

I. QUÆST. I. *Quid sit judicium temerarium?* RESP. Est firmus assensus de aliquo proximi peccato ex levibus indiciis conceptus. Si enim indicia non levia sint, sed gravia, tùm judicium temeritate vacat. Difficilè autem est discernere quando conjectura & indicia solida sint, quæ temeritatem judicio adimant. Quare quisque cavere sibi à judicandis proximi actionibus debet. Judicium enim temerarium genere suo peccatum mortale est, nisi parvitas materiæ excuset. Judicium temerarium est, etiamsi verum sit, quando indicia levia sunt. Contra temerarium non est, tametsi falsum, quando gravia, & solida indicia sunt. Interdum inadvertentia excusare à gravi culpa valet.

II. QUÆST. II. *Quid sit suspicio?* RESP. Est assensus de malo proximi cum formidine alterius partis contrariæ. Differt ab opinione, quod hæc indifferenter se habeat ad bonum, & malum. Suspicio verò est infirmus assensus de malo. Quamobrem definiri etiam solet quod sit *debilis opinio mali*. Suspicio includit majorem formidinem quam opinio.

III. Disputant Theologi, sit ne suspicio genere suo peccatum mortale, quandò probabilibus conjecturis destituta est. Negat Cajetanus, quem sequuntur Navarrus, Lessius, Laymanus, Tamburinus, & alii recentiores communiter. Affirmant alii. Quo familiarior est materia, eo est perniciosior aberratio. Sermo est de suspicione, sublata quacumque passione odii, invidiæ, & alterius pravæ affectionis. Nam quando ex his radicibus proficiscitur, facilè malitiam lętalem induere potest. Imbecillitati meæ videtur suspicionem, quæ ex nullo pravo affectu ortum ducit, sed ex solo intellectus errore proficiscitur, quæque levia indicia æquo majora reputans inducit ad suspicanda peccata communia, & confueta, & non valdè infamantia, non esse genere suo peccatum mortale. Hanc doctrinam tradit S. Thomas *Quodlibeto* 12. *art.* 34. ubi inquit: *Suspicio autem est quid imperfectum in genere judicii; & ideò est imperfectus motus: & ideò non est mortale ex genere suo; quamvis si fiat ex odio, erit aliquandò mortale.* Suspicionem collocat in genere judicii: includit enim mentis assensum: at quia imperfectus est assensus iste in genere judicii, idcircò genere suo peccatum mortiferum non est, præcisis circumstantiis odii, invidiæ, & alterius pravæ affectionis. Cavendum tamen diligenter ab his suspicionibus, quia *charitas non cogitat malum*, præsertim quia periculum est ne invidia, & odium occultè latitent. Et sæpè ex his suspicionibus gravia oriuntur mala. De opinione alibi dictum est.

IV. QUÆST. III. *Quomodò dubia in meliorem partem sint interpretanda?* RESP. Dubium est quandò intellectus æqualibus rationum ponderibus pressus, anceps hæret, quin in unam, vel alteram partem inclinet. Intellectus voluntatis imperio subjectus est. Quæritur num voluntas in partem meliorem inclinare dubitantem intellectum debeat? Duplex distinguit dubium 2. 2. *quæst.* 60. *art.* 4. S. Thomas: aliud quod circa res, aliud quod circa personas versatur. Dubia de rebus seu factis non in meliorem, sed in veriorem partem sunt interpretanda. Audis propositionem: si hæretica apparet ob solidas rationes, ut hæretica; si laxa, ut laxa; si rigida, ut rigida habenda est. Auctorem autem propositionis, nisi evidentia occurrant rationum momenta, non debes neque hæreticum, neque laxonem, neque rigoristam judicare; quia dubia de hominum malitia in meliorem partem sunt interpretanda, ut *loc. cit.* Angelicus docet: nemo quippè in dubio privandus est possessione sive fortunarum, sive famæ: melior enim est conditio possidentis famam suam. Leges ipsæ clamant, *in dubio non esse præsumendum delictum.* In dubiis de malo evitando præsertim Superiores cauti sint oportet: suspendant judicium circa personas; sed diligentiam adhibeant ut mala declinent. Suspiciosos præbere non se debent, quia cum suspiciosis nulla est amicitia; sed simul vigiles, experrecti, & providi sint necesse est. Si dubium oriatur super proximi fama, non debes suspendere judicium, si ejusdem optimam præconceperas opinionem, quia suspensio judicii minuit existimationem; sed pulso dubio confirmare animum tuum debes in sententia de illius fama.

CAPUT V.

De restitutione famæ denigratæ per detractionem.

I. QUÆST. I. *Necessariane est famæ læsæ restitutio ad salutem æternam obtinendam?* RESP. Affirmant omnes. Quoniam non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Porro non minus est necessaria restitutio famæ quam pecuniæ. Si alium infamasti etiam bona fide, vel inadvertenter, continuo ac relecta ejusdem infamationem, lege justitiæ, nedum charitatis, ut aliqui contendunt, astringeris ad restitutionem: quoniam si præcelsit res accepta, sequi restitutio debet.

II. Restitutio hæc omni meliori quo fieri modo potest facienda est. Restitui primum hæc fama debet coram auditoribus quibus revelatum delictum est: & simul si potest, coram auditoribus mediatis, seu illis quibus immediate detractoris auditores narrarunt. Ne multa detractor tenetur quoad potest omne detrimentum proximum sui reparare. Quare si Sempronio imposuisti furtum, vel aliud delictum, ob quod ad tribunal traductus plura expendit ut se defenderit: omnia hæc compensare damna astringeris: quia hæc per se consequuntur infamiam a tua detractione inducta. Nec refert quod delictum sit verum, si fuerit omnino occultum: quia quandiu occultum crimen est, nil damni sufert auctori: ergo omnia damna proficiscuntur ex tua injusta detractione.

III. QUÆST. II. *Mortuo detractore transeatne ad hæredes debitum restitutionis?* RESP. Restituendæ famæ onus cessat detractoris morte. Restitutio vero damnorum, quæ diffamationem consequuntur, ad hæredes transit. Siquidem restitutio famę solam afficit personam detractoris, restitutio vero damnorum afficit bona ejusdem detractoris, quæ bona ad hæredes transeunt cum gravamine.

IV. QUÆST. III. *Quinam sit modus restituendæ famæ?* RESP. Qui alteri calumniam affinxit, tenetur testari se fallum dixisse. Si agnoscit simplicem attestationem languidam, & inefficacem esse, addere juramentum debet. Difficilior est restitutio famæ veri criminis manifestatione denigratæ. S. Thomas 2. 2. quæst. 62. art. 2. suggerit ut detractor *dicat se male dixisse, vel quod injuste diffamaverit: vel si non possit famam restituere, debet ei aliter recompensare.* Si vero hæc restitutio ob versutam hominum malitiam nocumentum sit illatura, omittenda est; sed alia via curet reparationem læsæ famæ: laudibus occasione opportuna oblata efferat diffamatum. Nunquam mendacium dicere debet ut famam restituas. Salmanticenses cum aliis docent, posse detractorem *asserere se dixisse falsum*: quia ejusmodi assertio non continet mendacium. Finge detractorem velle mentiri in famæ restitutione: alia ne expressione uti potest, quam asserendo *se dixisse falsum*, dum verum crimen narravit? Pulsis itaque mendaciis ille seligatur modus qui aptior judicatur ad famam restituendam.

V. QUÆST. IV. *Occurruntne causæ quæ à restitutione famæ excusent?* RESP. Plures assignant Theologi. 1. est quando detractio fuit absque culpa, ut si peccatum fuit publicum, immo tunc non est detractio. 2. cum detractio fuit tantum contra charitatem, sola enim justitiæ læsio onus infert restitutionis. 3. si peccatum detractoris veniale fuit. 4. si detractionem consecuta non sit infamia. 5. si crimen quod tu narras, erat jam publicatum, aut brevi erat publicandum. 6. si auditores fidem non adhibuerint detractioni: aut si infamatus jam erat antea de tali crimine diffamatus. 7. impossibilitas restitutionis. Hę sunt generales causæ quas Theologi assignant ad excusandum detractorem à debito restitutionis.

VI. Si in restituenda fama periculum sit vel animæ, vel vitæ temporalis, vel servitutis, recisionis alicujus membri, aut famæ, non urgere præceptum restitutionis, communiter Theologi docent, cum fama sit bonum inferioris ordinis ipsa vita. Si tamen diffamatus in eodem vitæ, aut servitutis periculo reperiretur, tunc detractor etiam cum vitæ, vel servitutis periculo deberet famam restituere: quia in pari causa innocens reo præferendus est. Crimen capitale imposuisti proximo, qui propterea pœna mortis plectendus est: in hoc casu cum periculo vitæ pandere veritatem astringeris. Potiori jure subeunda est moderata pecuniarum jactura, quando necessaria est ad famæ restitutionem. Si infamatus alia via recuperavit famam suam, ad nihil detractor tenetur. Similiter quando oblivione antiquata infamia sit, liber à restitutione detractor est.

VII. Quando restitui fama nequit, compensari pecunia debet, si fieri potest, ut S. Thom. 2. 2. *quæst. 62. art. 2. ad 1.* docet. Nec admittenda est mutua compensatio in famę restitutione, sicut in pecuniis. Duo se mutuò infamarunt. Unus recusat famam restituere; alter nequit uti compensatione: quoniam hæc compensatio non restituit famam denigratam, sicut evenit in pecuniis. Ergo actio vindictę est. Præterea lex evangelica vetat ne maledictum pro maledicto reddamus; immo jubet ut in bono vincamus malum, & mutuam faveamus benevolentiam. Reciproca damnaxat amicitia remittere ambo sibi possunt injurias illatas.

VIII. Recentiores plures docent, te infamatum à Petro, si is restituere famam nolit, posse uti compensatione, nempè surripiendo Petro tot pecunias quæ æquivaleant tuę famæ læsæ. Hæc opinio falsa est. Quis enim est justus judex quantitatis pecuniæ accipiendæ pro famæ læsę compensatione? Ipse infamatus? Ipse judex erit in propria causa? Lege *tom. 4. lib. 10. diff. 2. c. 15.*

CA-

CAPUT VI.

Pauca perstringuntur de nono, & decimo mandato.

I. QUamvis in explicatione sexti, & septimi mandati de duobus postremis aliqua dicta sint, lubet nihilosecius pauca obiter addere. Nono præcepto alienæ uxoris concupiscentia vetatur. *Non concupisces uxorem proximi tui.* Deut. 5. Uxoris alienæ nomine omnes libidines prohibentur. Decimo prohibetur concupiscentia rerum. Additur enim ibi, *non domum, non agrum, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum, & universa quæ illius sunt.*

II. Concupiscentia altera bona, quæ à Deo est, queque rationis regimine, & terrena, & in primis cœlestia appetit. *Transite ad me omnes qui concupiscitis me.* Eccli. 24. *Concupiscite sermones meos:* Sap. 6. Altera concupiscentia mala, quę triplex est, ut S. Joannes ait epist. 1. *Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ; quæ non est ex Patre, sed ex mundo est.*

III. Concupiscentia uxoris alienæ tum peccatum est, inquit Catechismus Tridentinus, cum animus vel assentitur, vel non repugnat. Ipsa enim non repugnantia peccatum est, quatenus interpretativus consensus reputatur. Quare falsa est mihi aliorum opinio quæ defendit, concupiscentia sensus demulcente, & animum tentante, licitum esse *negative* se habere.

IV. Sacramento Baptismatis abstergitur ab anima omne id quod propriam peccati rationem habet; ipsa tamen concupiscentia, quæ materiale peccati dicitur, & radix, seu fomes remanet in regeneratis ad certamen, & coronam. Nam qui legitimè certaverit, coronabitur, ut Concil. Trident. *sess. 5.* declarat.

V. Qui rem alienam contra justitiam, & voluntatem domini desiderant, peccant contra decimum mandatum. Nec adeo ratum est hoc desiderii peccatum præsertim in divitibus, qui amplificare patrimonia, augere divitias vehementer percupiunt; & ideo ex his pravis desiderils incidunt in laqueos diaboli.

VI. Tandem ad plenlorem Decalogi intelligentiam advertendum est, quod licut cætera mandata, quæ dum vitium vetant, oppositam virtutem præcipiunt; sic hoc ultimum, dum injusta desideria vetat, jubet ut voluntatem nostram, & appetitiones supremæ divinæ voluntati subjiciamus, & sursum desideria nostra erigamus, ut ad Tit. 2. S. Paulus ait: *Ut abnegantes impietatem, & sæcularia desideria, sobrie, juste, & pie vivamus in hoc sæculo, expectantes beatam spem, & adventum gloriæ magni Dei.* Hæc passionum pondera, & desideriorum sarcinas nobis reliquit Servator noster divinus, ut veluti pressi, & fessi, ad ipsius implorandæ auxilia, & gratias continenter accedamus, quemadmodum ille ipse explicat his verbis: *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite jugum meum super vos. ... Jugum meum suave est:* Matth. 11.

LIBER VII.

IN QUINQUE ECCLESIÆ PRÆCEPTA.

DISSERTATIO I.

De Festorum Sanctificatione.

CAPUT I.

Recensentur propositiones damnatæ.

I. PRæceptum servandi festa non obligat sub mortali, sepositio scandalo, si absit contemptus. Est 52. Innoc. XI.

II. *Satisfacit præcepto Ecclesiæ de audiendo Sacro qui duas ejus partes, immò quatuor simul à diversis celebrantibus audit.* Est 53. ejusdem.

CAPUT II.

Propositiones laxę plurium Casuistarum.

I. „ VErè impleret audiendi Sacri præcep-
„ tum, illud ex contemptu audiens. Er-
„ go à fortiori cum intentione non satisfacien-
„ di. “ Thomas Sanchez *in Decal. lib. 1. c. 13. num. 13. pag. 65. edit. Parm. 1723.*

II. „ Colligo, posse te brevissimo temporis
„ interstitio Missam audire, si quatuor, v. g.
„ altaribus variæ Missæ proportionata tempo-
„ ris anterioritate sic celebrentur, ut dum una
„ inchoatur, secunda ab Evangelio tunc in
„ consecrationem procedat, tertia à consecra-
„ tione in consumptionem, quarta denique á
„ consumptione usque ad terminum. Ita ille
„ (Antonius Escobar) & novissimè Gesualdus
„ in Theolog. Moral. *tom. 1. tract. 17. cap. 2.*
„ *n. 16.* Unde patet quam parum modestè locuti
„ sunt Turrianus in select. *disp. 16. dub. 7.* &
„ Ledesma *part. 1. cap. 27.* post 5. conclusio-
„ nem, qui hanc affirmativam sententiam im-
„ probabilem vocant. Est enim satis probabilis.“
P. Antonius Diana *tom. 2. operis coord. ref. 29. pag. 166. edit. Venet.*

III. „ Dominus qui habet oratorium, non
„ tenetur rogare, aut ullo expendito conducere
„ Sacerdotem qui faciat sacrum sibi non valenti
„ adire Ecclesiam. “ P. Georgius Gobat *tract. 5. num. 350. pag. 252. edit. Venet.*

IV. „ Pridiè festum læsi nimio potu valetu-
„ dinem, ut nequirem altero die ædem sacram
„ subire, hancque impotentiam orituram prævi-
„ di. Resp. Tametsi perægre suscipio patrocinium
„ lurionum; attamen illum de quo proponitur
„ hæc quæstio, excuso à mortali, inquantum præ-
„ cisè ponit impedimentum Sacri de jure audien-
„ di die sequenti.“ Idem Gobat *loc. cit. n. 425. pag. 256.*

V. „ Dico 2. Nemo obligatur pridiè festi,
„ non ponere impedimenta Sacri postridiè au-
„ diendi. Sic docui *cit. cap. 27. n. 33.* cum Sua-

CAPUT V.

De restitutione famæ denigratæ per detractionem.

I. QUÆST. I. *Necessariane est famæ læsæ restitutio ad salutem æternam obtinendam?* RESP. Affirmant omnes. Quoniam non remittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. Porro non minus est necessaria restitutio famæ quam pecuniæ. Si alium infamasti etiam bona fide, vel inadvertenter, continuo ac relecta ejusdem infamationem, lege justitiæ, nedum charitatis, ut aliqui contendunt, astringeris ad restitutionem: quoniam si præcelsit res accepta, sequi restitutio debet.

II. Restitutio hæc omni meliori quo fieri modo potest facienda est. Restitui primum hæc fama debet coram auditoribus quibus revelatum delictum est: & simul si potest, coram auditoribus mediatis, seu illis quibus immediate detractoris auditores narrarunt. Ne multa detractor tenetur quoad potest omne detrimentum proximum sui reparare. Quare si Sempronio imposuisti furtum, vel aliud delictum, ob quod ad tribunal traductus plura expendit ut se defenderit: omnia hæc compensare damna astringeris: quia hæc per se consequuntur infamiam a tua detractione inducta. Nec refert quod delictum sit verum, si fuerit omnino occultum: quia quandiu occultum crimen est, nil damni sufert auctori: ergo omnia damna proficiscuntur ex tua injusta detractione.

III. QUÆST. II. *Mortuo detractore transeatne ad hæredes debitum restitutionis?* RESP. Restituendæ famæ onus cessat detractoris morte. Restitutio vero damnorum, quæ diffamationem consequuntur, ad hæredes transit. Siquidem restitutio famę solam afficit personam detractoris, restitutio vero damnorum afficit bona ejusdem detractoris, quæ bona ad hæredes transeunt cum gravamine.

IV. QUÆST. III. *Quinam sit modus restituendæ famæ?* RESP. Qui alteri calumniam affinxit, tenetur testari se fallum dixisse. Si agnoscit simplicem attestationem languidam, & inefficacem esse, addere juramentum debet. Difficilior est restitutio famæ veri criminis manifestatione denigratæ. S. Thomas 2. 2. quæst. 62. art. 2. suggerit ut detractor *dicat se male dixisse, vel quod injuste diffamaverit: vel si non possit famam restituere, debet ei aliter recompensare.* Si vero hæc restitutio ob versutam hominum malitiam nocumentum sit illatura, omittenda est; sed alia via curet reparationem læsæ famæ: laudibus occasione opportuna oblata efferat diffamatum. Nunquam mendacium dicere debet ut famam restituas. Salmanticenses cum aliis docent, posse detractorem *asserere se dixisse falsum*: quia ejusmodi assertio non continet mendacium. Finge detractorem velle mentiri in famæ restitutione: alia ne expressione uti potest, quam asserendo *se dixisse falsum*, dum verum crimen narravit? Pulsis itaque mendaciis ille seligatur modus qui aptior judicatur ad famam restituendam.

V. QUÆST. IV. *Occurruntne causæ quæ à restitutione famæ excusent?* RESP. Plures assignant Theologi. 1. est quando detractio fuit absque culpa, ut si peccatum fuit publicum, immo tunc non est detractio. 2. cum detractio fuit tantum contra charitatem, sola enim justitiæ læsio onus infert restitutionis. 3. si peccatum detractoris veniale fuit. 4. si detractionem consecuta non sit infamia. 5. si crimen quod tu narras, erat jam publicatum, aut brevi erat publicandum. 6. si auditores fidem non adhibuerint detractioni: aut si infamatus jam erat antea de tali crimine diffamatus. 7. impossibilitas restitutionis. Hę sunt generales causæ quas Theologi assignant ad excusandum detractorem à debito restitutionis.

VI. Si in restituenda fama periculum sit vel animæ, vel vitæ temporalis, vel servitutis, recisionis alicujus membri, aut famæ, non urgere præceptum restitutionis, communiter Theologi docent, cum fama sit bonum inferioris ordinis ipsa vita. Si tamen diffamatus in eodem vitæ, aut servitutis periculo reperiretur, tunc detractor etiam cum vitæ, vel servitutis periculo deberet famam restituere: quia in pari causa innocens reo præferendus est. Crimen capitale imposuisti proximo, qui propterea pœna mortis plectendus est: in hoc casu cum periculo vitæ pandere veritatem astringeris. Potiori jure subeunda est moderata pecuniarum jactura, quando necessaria est ad famæ restitutionem. Si infamatus alia via recuperavit famam suam, ad nihil detractor tenetur. Similiter quando oblivione antiquata infamia sit, liber à restitutione detractor est.

VII. Quando restitui fama nequit, compensari pecunia debet, si fieri potest, ut S. Thom. 2. 2. *quæst. 62. art. 2. ad 1.* docet. Nec admittenda est mutua compensatio in famę restitutione, sicut in pecuniis. Duo se mutuò infamarunt. Unus recusat famam restituere; alter nequit uti compensatione: quoniam hæc compensatio non restituit famam denigratam, sicut evenit in pecuniis. Ergo actio vindictę est. Præterea lex evangelica vetat ne maledictum pro maledicto reddamus; immo jubet ut in bono vincamus malum, & mutuam faveamus benevolentiam. Reciproca damnaxat amicitia remittere ambo sibi possunt injurias illatas.

VIII. Recentiores plures docent, te infamatum à Petro, si is restituere famam nolit, posse uti compensatione, nempè surripiendo Petro tot pecunias quæ æquivaleant tuę famæ læsæ. Hæc opinio falsa est. Quis enim est justus judex quantitatis pecuniæ accipiendæ pro famæ læsę compensatione? Ipse infamatus? Ipse judex erit in propria causa? Lege *tom. 4. lib. 10. diff. 2. c. 15.*

CA-

CAPUT VI.

Pauca perstringuntur de nono, & decimo mandato.

I. QUamvis in explicatione sexti, & septimi mandati de duobus postremis aliqua dicta sint, lubet nihilosecius pauca obiter addere. Nono præcepto alienæ uxoris concupiscentia vetatur. *Non concupisces uxorem proximi tui.* Deut. 5. Uxoris alienæ nomine omnes libidines prohibentur. Decimo prohibetur concupiscentia rerum. Additur enim ibi, *non domum, non agrum, non servum, non ancillam, non bovem, non asinum, & universa quæ illius sunt.*

II. Concupiscentia altera bona, quæ à Deo est, queque rationis regimine, & terrena, & in primis cœlestia appetit. *Transite ad me omnes qui concupiscitis me.* Eccli. 24. *Concupiscite sermones meos:* Sap. 6. Altera concupiscentia mala, quę triplex est, ut S. Joannes ait epist. 1. *Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ; quæ non est ex Patre, sed ex mundo est.*

III. Concupiscentia uxoris alienæ tum peccatum est, inquit Catechismus Tridentinus, cum animus vel assentitur, vel non repugnat. Ipsa enim non repugnantia peccatum est, quatenus interpretativus consensus reputatur. Quare falsa est mihi aliorum opinio quæ defendit, concupiscentia sensus demulcente, & animum tentante, licitum esse *negative* se habere.

IV. Sacramento Baptismatis abstergitur ab anima omne id quod propriam peccati rationem habet; ipsa tamen concupiscentia, quæ materiale peccati dicitur, & radix, seu fomes remanet in regeneratis ad certamen, & coronam. Nam qui legitimè certaverit, coronabitur, ut Concil. Trident. *sess. 5.* declarat.

V. Qui rem alienam contra justitiam, & voluntatem domini desiderant, peccant contra decimum mandatum. Nec adeo ratum est hoc desiderii peccatum præsertim in divitibus, qui amplificare patrimonia, augere divitias vehementer percupiunt; & ideo ex his pravis desiderils incidunt in laqueos diaboli.

VI. Tandem ad plenlorem Decalogi intelligentiam advertendum est, quod licut cætera mandata, quæ dum vitium vetant, oppositam virtutem præcipiunt; sic hoc ultimum, dum injusta desideria vetat, jubet ut voluntatem nostram, & appetitiones supremæ divinæ voluntati subjiciamus, & sursum desideria nostra erigamus, ut ad Tit. 2. S. Paulus ait: *Ut abnegantes impietatem, & sæcularia desideria, sobrie, juste, & pie vivamus in hoc sæculo, expectantes beatam spem, & adventum gloriæ magni Dei.* Hæc passionum pondera, & desideriorum sarcinas nobis reliquit Servator noster divinus, ut veluti pressi, & fessi, ad ipsius implorandæ auxilia, & gratias continenter accedamus, quemadmodum ille ipse explicat his verbis: *Venite ad me omnes qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Tollite jugum meum super vos. ... Jugum meum suave est:* Matth. 11.

LIBER VII.

IN QUINQUE ECCLESIÆ PRÆCEPTA.

DISSERTATIO I.

De Festorum Sanctificatione.

CAPUT I.

Recensentur propositiones damnatæ.

I. PRæceptum servandi festa non obligat sub mortali, sepositio scandalo, si absit contemptus. Est 52. Innoc. XI.

II. *Satisfacit præcepto Ecclesiæ de audiendo Sacro qui duas ejus partes, immò quatuor simul à diversis celebrantibus audit.* Est 53. ejusdem.

CAPUT II.

Propositiones laxę plurium Casuistarum.

I. „ VErè impleret audiendi Sacri præcep-
„ tum, illud ex contemptu audiens. Er-
„ go à fortiori cum intentione non satisfacien-
„ di. “ Thomas Sanchez *in Decal. lib. 1. c. 13. num. 13. pag. 65. edit. Parm. 1723.*

II. „ Colligo, posse te brevissimo temporis
„ interstitio Missam audire, si quatuor, v. g.
„ altaribus variæ Missæ proportionata tempo-
„ ris anterioritate sic celebrentur, ut dum una
„ inchoatur, secunda ab Evangelio tunc in
„ consecrationem procedat, tertia à consecra-
„ tione in consumptionem, quarta denique á
„ consumptione usque ad terminum. Ita ille
„ (Antonius Escobar) & novissimè Gesualdus
„ in Theolog. Moral. *tom. 1. tract. 17. cap. 2.*
„ *n. 16.* Unde patet quam parum modestè locuti
„ sunt Turrianus in select. *disp. 16. dub. 7.* &
„ Ledesma *part. 1. cap. 27.* post 5. conclusio-
„ nem, qui hanc affirmativam sententiam im-
„ probabilem vocant. Est enim satis probabilis.“
P. Antonius Diana *tom. 2. operis coord. ref. 29. pag. 166. edit. Venet.*

III. „ Dominus qui habet oratorium, non
„ tenetur rogare, aut ullo expendito conducere
„ Sacerdotem qui faciat sacrum sibi non valenti
„ adire Ecclesiam. “ P. Georgius Gobat *tract. 5. num. 350. pag. 252. edit. Venet.*

IV. „ Pridiè festum læsi nimio potu valetu-
„ dinem, ut nequirem altero die ædem sacram
„ subire, hancque impotentiam orituram prævi-
„ di. Resp. Tametsi perægre suscipio patrocinium
„ lurionum; attamen illum de quo proponitur
„ hæc quæstio, excuso à mortali, inquantum præ-
„ cisè ponit impedimentum Sacri de jure audien-
„ di die sequenti.“ Idem Gobat *loc. cit. n. 425. pag. 256.*

V. „ Dico 2. Nemo obligatur pridiè festi,
„ non ponere impedimenta Sacri postridiè au-
„ diendi. Sic docui *cit. cap. 27. n. 33.* cum Sua-

„ rio, Becano, Bonacina, Palao, Dicastillo, „ quos ibidem refero, ubi etiam expressi, licèt „ impedimentum ponatur per actionem pessi- „ mam, non tamen esse necesse in confessione „ quidquam dicere de omisso Sacro.... Confit- „ mo hanc doctrinam resolutione casus quem „ Tamburinus *in Decal. lib. 4. cap. 2. §. 3. num. 9.* „ recenset de duobus adolescentibus, destinanti- „ bus proficisci die sabbati ad venationem inf- „ tituendam loco tam remoto ab omni Ecclesia, „ ut fuerit impossibile die dominico audire Mis- „ sam.

CASUS VENATORIUS.

VI..... *Quidam ex congregatione nobilium selecti adolescentes* (verba sunt Tamburini loc. cit.) *ad ferat in remoto nemore venandi se egressuros, ut sit, ex commallo decreverunt, quo in nemore opportunitas audiendi Sacrum nequaquam suppetebat. Agebatur autem dies veneri illius hebdomadæ, & die consequenti iter arripere cum contenderent, interrogaverunt à P. Sodalitatis Præfecto, an illis liceret, quandoquidem sore prævidebant, ut die dominico instanti, in eo loco ab Ecclesiis remotissimo Missæ non adsint interfuturi: Respondit Pater, fine culpa licere. . . . Verùm adolescens quidam ex illis, paulo cæteris religiosior, hujusce Patris consilio non acquiescens, P. Rectorem ejusdem Collegii, quid de hoc ipse sentiret, interrogavit, qui nequaquam licere respondit. . . .*

„ Hactenùs non solùm narratio, sed etiam „ judicium P. Tambutini, qui licèt utrumque „ responsum meritò habeat pro probabili; *ego ta- „ men pro probabiliore habeo Præsidis*, utpotè ni- „ xi, & melioribus rationibus, & auctoritate „ quinque DD. " Idem Gobat *tract. 5. num.* 447. *& seq. pag.* 258.

VII. „ Excusaretur à mortali qui tertiam „ partem diei festi insumeret in opere servili, „ sumpta hac tertia parte duntaxat de eo tem- „ pore quod regulariter solet insumi in opere ser- „ vili. " P. Zacharias Pasqualigus *decis.* 300. *n.* 6. *& seq.*

VIII. „ An in die festo liceat torneamenta, „ choreas, alios similes ludos exercere? . . . Te- „ nenda est sententia (affirmativa) quia hujus- „ modi torneamenta, & alii ludi hujus generis „ ex sua natura, & intrinseco sine ordinantur ad „ relaxandos animos: quia cum causent delec- „ tationem, faciunt ipsos quiescere, atque adeò „ refocillari . . . & hoc habet locum etiam res- „ pectu eorum qui exercent hujusmodi ludos: „ quia licèt fatigentur in corpore, recreantur ta- „ men in animo." Idem Pasqualigus *decis.* 251.

IX. „ Non peccaret mortaliter qui efficeret, „ ut plures per totum integrum diem festum la- „ borarent, sed singuli solum pro modico tem- „ pore, si id faceret ob lucrum quod indè per- „ cipit." P. Leander à SS. Sacram. *de Observat. festor. tr. 1. disp. 6. quæst. 10.*

X. „ An satisfaceret qui, etiamsi toto Missæ „ tempore cum aliis confabularetur, ludetet, &c. „ hoc non faceret continuò, sed interpolatè mo- „ dò ad Missam attendendo, & modo confabu- „ lando, &c.? Respondeo satisfacere in hoc ca- „ su, dummodò attentè assistat consecrationi, „ & aliis quæ in Missa principalia sunt. " Idem Leander *part. 3. in 5. præcept. Ecclesiæ, tract. 2. de Audit. Missæ, disp. 1. quæst. 78.*

XI. „ An qui ex vi præcepti, voti, & pœni- „ tentiæ obligatur audire tres Missas, satisfaciat „ his omnibus obligationibus audiendo eas si- „ mul? Respondeo satisfacere. Quia præfatus au- „ diens verè audit tres Missas. Quod verò faciat „ eodem, vel diverso tempore, unico, aut plu- „ ribus actibus, hoc nihil obest." Idem Leander *loc. cit. quæst. 59.*

XII. „ Probabiliter respondeo, licitum esse „ typographis in diebus festis characteres compo- „ nere, seu ordinare." Idem *loc. cit. tract. 1. de Observ. fest. disp. 4. quæst. 1.*

XIII. „ Maximè probabile judico accedem- „ tem ad audiendum Sacrum tempore quo præ- „ fatio dicitur, & non extet aliud celebrandum, „ minimè teneri reliquis illius Missæ interes- „ se. " Joannes Sanchez *in disp. selectis, disp. 15. num. 5.*

XIV. „ An opinio quæ dicit, satisfieri, si „ successivè audiantur duæ medietates Missæ, sit „ adhuc probabilis: ut v.g. si quis ad elevationem „ unius Missæ veniat in templum, & posteà au- „ diat sequentem Missam usque ad elevationem „ tantum? . . . Dicendum est, opinionem illam „ adhuc manere probabilem. " P. Claudius La- croix *tom. 1. lib. 3. de Observ. fest. n. 611.*

XV. „ An autem ille qui per longum tem- „ pus confitetur, Missam audiat, variæ sunt sen- „ tentiæ..... Alii dubitant..... Alii absolutè ne- „ gant..... Alii absolutè affirmant..... Alii dis- „ tinguunt.... Omnes hæ sententiæ sunt probabi- „ les." Idem Lacroix *loc. cit. n. 655. §. 6.*

XVI. „ Multi negant, propter lucrum no- „ tabile posse omitti Missam; affirmant tamen „ Azor. Bass. Jord. Tamburin. *anm. 7.* Gob. *à n.* „ 492. qui etiam putat, si sis tenuis fortunæ, te „ excusari ob lucrum duorum ducatorum; si sis „ verè pauper, unius ducati: quia hoc lucrum „ respectu illorum est notabile, quo non cen- „ setur Ecclesia velle eos privari. " Idem La- croix *loc. cit. n. 681. §. 6.*

XVII. „ Si Missam negligas ut iter agas cum „ aliquo socio, qui faciet expensas itineris, aut „ multum sublevabit excusant te Suar. Dicastil. „ & alii cum Gobat. Immo, & secundùm aliquos „ sola derelictio sociorum itineris videtur esse „ causa sufficienter excusans. " Idem Lacroix *loc. cit. n. 682. §. 7.*

XVIII. „ Auriga qui per consuetudinem ha- „ bent jus vehendi aliqua die festo etiam habent „ jus omittendi Missam, si hæc audita vehere non „ possunt.... Addunt aliqui, etsi tu posses vectu- „ ram omittere sine notabili damno, tamen ple- „ rosque non posse; & ideo te posse cum illis uti „ privilegio consuetudinis. " Idem Lacroix *loc. cit. num. 684. §. 9.*

XIX. An peccet mortaliter qui die festo mandat „ sex famulis, ut singuli una hora laborent? Res- „ pondeo, si mandet ut laborent simul, secluso scan-

„ scandalo, est veniale tantum. " Idem Lacroix *loc. cit. n. 580.*

XX. „ Excusat item, saltem à gravi pecca- „ to, parvitas operis, seu temporis. Undè gra- „ ve non videtur una hora laborare (die festo)... „ Immò durum videtur mortalis damnare, si „ quis duas, aut tres horas impendat. " P. Her- manus Busembaum *lib. 3. cap. 3. dub. 2. septima causa*, apud Claudium Lacroix ejusdem interpre- tem *lib. 3. part. 1. n. 583.*

XXI. „ Tamquam certum respondeo, non „ teneri fideles ex vi præcepti colendi Deum in „ festo ad exercendum intra illum diem aliquem „ actum internum divini cultus. " P. Leander „ à SS. Sacramento *in 5. præcept. Eccl. part. 3. tract. 2. disp. 2. q. 72.*

XXII. „ Præcepto Ecclesiæ de audiendo „ Sacro satisfacit qui duas Missæ partes audit, „ non simul à duplici celebrante, sed divisim." Torrecilla *ibid. n. 26.*

XXIII. „ Præcepto Sacrum audiendi satis- „ facit qui externè compositus, internè volun- „ tariè distrahitur." Idem Torrecill. *ibid. n. 21.*

XXIV. „ Etsi digni reprehensione sint qui „ Sacrificio Missæ ludendo, ridendo, & confa- „ bulando assistunt; dummodò tamen consecra- „ tioni, & consumptioni attenti sint, tantum- „ modò peccatum venialè committent . . . quate- „ nùs peccatum grave tantummodo constituit is „ eo qui toto tempore Sacrificii est ludens, vi- „ dens, & confabulans." Idem Torrec. *ibid. n. 28.*

XXV. „ Opinio DD. dicentium, præcep- „ tum Missæ usque ad annos pubertatis, vel cir- „ citer non obligare, probabilitate non caret. Et „ idem dicendum venit de præceptis etiam con- „ fessionis, & communionis annualis. " Idem Torrec. *ibid. cap. 3. à n. 7. ad n. 23.*

XXVI. „ Distantia unius leucæ, vel trium „ millium passuum excusat ab obligatione Mis- „ sam audiendi, etiam hominem robustum. " Idem Torrec. *ibid. n. 15.*

CAPUT III.

De obligatione servandi festos dies.

I. JURE naturali, & divino tribuendus Deo cultus est. In lege Mosaica dies sabbati Deo consecratus erat. *Memento ut diem sabbati sanctifices.* Exod. 20. Morale, & naturale est hoc man- datum, quatenùs tempus designat quo colendus Deus est; legale verò, & ceremoniale prout sabbati diem determinavit, in memoriam libe- rationis à captivitate Ægyptiaca.

II. Dies sabbati ab Apostolis in diem domi- nicum translatus est, quia cum jure naturali, & divino aliquis dies in cultum Dei determinandus sit, aptior ab illis judicatus est primus hebdo- madæ dies, dictus ad ethnicis dies Solis. Hoc quippè die, & mundus initium accepit, & Christus à mortuis resurrexit, & eodem die Spi- ritus Sanctus Apostolis apparuit, & Apostoli ini- tium duxerunt prædicationis evangelicæ, & tan- dem hunc diem selegerunt Apostoli, ne quid commune cum Judæis haberent.

III. Observantia istius diei Dominici non est juris divini, sed ecclesiastici, ut S. Thomas 2. 2. *q.* 122. *art.* 4. *ad* 4. & Catechismus Tride- tinus 3. *p. in* 3. *præcep. Decalog. n.* 19. & commu- niter Theologi docent. Utique jure naturali, & divino aliquo die cultus offerri Deo debet; sed determinatio primæ, vel secundæ, vel tertiæ diei juris est ecclesiastici.

IV. Concilium generale, Summi Pontifices habent potestatem instituendi festa in universa Ecclesia, Episcopi in sua Diœcesi, habito cleri, & populi consensu. Principes seculares possunt dies festos instituere, ut subditi à laboribus va- cent, & publicæ lætitiæ indulgeant; secus in Dei cultum: quoniam sub hac acceptione ad spiri- tualem potestatem pertinet festorum institutio.

V. QUÆST. I. *Observatio festorum obligans sub mortali?* RESP. Affirmant omnes, & contra- riam opinionem proscripsit Innocentius XI. in hac thesi: *Præceptum servandi festa non obligat sub mortali, sepposito scandalo, si absit contemptus.* Obligatio hæc incipit à media nocte, & perdurat utique ad alteram mediam noctem.

VI. QUÆST. II. *Quinam teneantur dies festos observare?* RESP. Omnes usu rationis prædi- ti, secus infantes tali usu destituti. Infideles quoquè liberi sunt ab hoc præcepto. Festa universalia Ec- clesiæ omnes, & ubique observare obstringun- tur. Homines vagi tenentur celebrare festa lo- corum ubi reperiuntur. Peregrini, seu viatores non tenentur ad festa propria suæ patriæ, à quâ absunt. Quoniam institutio alicujus peculiaris festi in aliquo territorio, vel diœcesi, non afficit personas, sed locum. Astringuntur verò pere- grini observare festa locorum per quæ transeunt, sicut, & jejunia. Quoniam hoc expedit optimo regimini: & Episcopi jure animadvertere possent in viatores non servantes festa, & jejunia suæ diœcesis, in qua reperiuntur, licèt in transeur- su. Similiter scholares, milites, mercatores, mer- cenarii servare debent festa, & jejunia illius ci- vitatis in qua majori anni parte commorantur. Et his legibus subjecti sunt peregrini, & viato- res, licèt uno, aut altero die in tali civitate com- morentur, ut communis sententia docet. Immò etiamsi media duntaxat die morentur in tali ci- vitate ubi viget festum, vel jejunium, debent illa observare; nempè abstinere ab opere ser- vili, audire Missam, si opportunitas adsit, non man- ducare carnes. Si peregrini dormiunt in loco ubi celebratur festum, si manè discedere debent, & pervenire ad locum ubi festum non est, audire Missam astringuntur, quia subjecti sunt legibus loci ubi dormierunt, ut opinio mihi probabilior docet. Similiter incolæ egredientes manè è loco, ubi celebratur festum, debent, cum possint, an- te discessum Missam audire: neque enim discef- sus iste liberat ab observatione præcepti. Manè enim astringit: ergo si fieri potest, implen- dum est.

VIII. Non licet discedere à propria civitate, vel territorio, in quo urget præceptum festi, aut jejunii, hac expressa intentione adeundi alium lo-

cum, ubi tale præceptum non urget, sublata necessitatis causa. Et quamvis præceptum istud non afficiat personas, sed locum, non materialem, sed formalem, seu communitatem ipsam; tamen qui hac expressa intentione discedunt, ut legis obligationem declinent, legi, & Deo illudere tentant, ut ex se patet. Rationabilis, & prudens ejusmodi præceptorum interpretatio videtur hæc esse. Si justa discedendi causa occurrat, tum videtur qui discedit liber à præcepto. Qui contra, nulla causa ductus, & sola intentione declinandi præcepti observationem discedit, illusor præcepti est. Sic enim omnes cives discedere possent, & pertidiculum reddere tale præceptum.

VIII. Regulares tenentur observare festa quæ pro universa diœcesi Episcopi indicunt, vel diœcesana Synodus, ut *sess.* 25. *c.* 12. declarat Tridentinum. Immo servare festa debent ex populi voto, Episcopo approbante, incicta pro hac, aut illa civitate. Episcopi, & omnes legislatores subjecti sunt legibus, quas ferunt in subditos pro communi bono Reipublicæ.

CAPUT IV.

De operibus servilibus vetitis diebus festis.

I. QUÆST. I. *Quænam sunt opera servilia vetita diebus festis?* RESP. Præceptum sanctificandi festa adstrimans est, cultum Dei præcipiens, & negans, opera servilia prohibens. Duplex operum genus. *Liberale* primum, quod ab anima in primis pendet, & licet organo corporeo exerceatur, eo tendit ut animam illuminet. *Servile* alterum, quod licet ab anima pendeat, corpore tamen exercetur, & corporis commodo, & usitati inservit, ut terram colere, domos ædificare, & cætera opera artificiosa construere. Triplex opus servile. Religiosum, quod famulatum Deo præstat; vitiosum, quo homo peccatum induitur; humanum, quo homo rebus corporalibus vacat. De tripici hoc genere differendum est.

II. QUÆST. II. *An qui peccant mortaliter die festo, graviter vio. ut præceptum sanctificandi festa?* RESP. Omnes adstrmant peccata die festo patrata peculiarem aliquam malitiam contrahere. Disputatur solum sit necne mortalis malitia hæc? Adfirmantem sententiam defendunt Catechismus Tridentinus, 3. *p. de* 3. *præcept. n.* 21. S. Antoninus, Tostatus, Alexander Alensis; Albertus Magnus, Gerlonius, S. Bonaventura, Lyranus, Scotus, Gabriel, Adrianus, Nyder, Medina, Catharinus, Major, Natalis Alexander, Henricus à S. Ignatio, Gennetus, Pontas, Cordubensis.

III. P. Franciscus Suarez *tom.* 1. *de Relig. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 3. ingenuè fatetur contrariam sententiam recens invectam esse, cui tamen ipse subscribit, eamque communiter defendunt Moralistæ recentes.

IV. Prioris sententiæ argumenta hæc sunt. Omnis irreverentia loco, vel tempori sacro impacta præter propriam deformitatem, sacrilegii malitiam induit. Furtum in loco sacro patratum malitiam sacrilegam, & mortiferam induit. Porrò non minus sacrum est tempus Deo dicatum, quam Ecclesia. Eadem ergo utriusque ratio. Præterea omne peccatum externum magis cultui divino adversatur quam opus servile sua natura indifferens. Si igitur opera mechanica vetita sunt, utpotè cultui debito opposita; potiori jure prohibita sunt peccata mortalia, & ipsa servilia, cum hominem servum diaboli efficiant. Scriptura sancta has profanationes vehementer detestatur Isai. cap. 1. *Iniqui sunt cœtus vestri, kalendas vestras, & solemnitates vestras odivit anima mea. Facta sunt mihi molesta.* Iterum Malach. 2. *Dispergam super vultum vestrum fœcem solemnitatum vestrarum.* Neminem fugit Judæos summa religione diebus festis semper abstinuisse ab operibus mechanicis. Sua ergo festa profanabant flagitiorum perpetratione.

V. Sermo non est de peccatis internis, neque de omnibus externis. Nam qui meditur die festo, non cenetur gravem injuriam inferre tempori sacro. Illa peccata gravi profanatione polluere tempus sacrum festorum videntur quæ professionem baptismalem publicè violant, ut sunt pompæ immoderatæ mulierum, quæ in triumphum festis diebus deferunt luxum, fastum, & ea omnia quibus in baptismate renuntiarunt; ut sunt ebrietates, lixæ, choreæ, comœdiæ, fornicationes, adulteria, idque genus similia. Adverto tamen, non esse fideles, qui in præteritis confessionibus omiterunt se de hac circumstantia accusare, vexandos ut generalem confessionem instaurent: quoniam in iis fumus in quibus ignorantia excusare valet. Sed instruendi sunt ut de præteritis culpis patratis diebus festis sese accusent, & ut in posterum diligentiores in festis sanctificandis sint.

VI. QUÆST. III. *Quænam sunt opera mechanica servilibus diebus festis vetita?* RESP. Hæc sequenti versu continentur:

Rus, numus, anna, rates, vultur, lana, faber.

Rus agriculturam, *Numus* venationem, *Anna* militarem, *Rates* navalem, *Vultur* chirurgiam, *Lana* textrinam, & sutoriam, & id genus alia, *Faber* argentariam, ferrariam, carpentariam, cæteraque similes indicant. Hæ omnes artes, si præsè loqui velimus, mechanicę sunt, & serviles; licèt unius, vel alterius ex ipsis exercitium quandoque licitum sit etiam diebus festis, ut infra dicetur.

VII. Aliqui negant pingere in die festo peccatum esse, opusque servile. Sed communior, & vera sententia jure improbat talem opinionem ut laxam, & falsam. Ars enim pingendi sive acu, sive penicillo omnino mechanica est, sicut & sculpere statuam. Quod enim hæc opera acu, vel scalpro, vel penicillo efficiantur, perinde est.

VIII. Venatio opus servile est, & ideo prohibitum diebus festis. Et tamen auctor doctrinæ christianæ Tridenti edita anno 1736. in tertium Decalogi mandatum *pag.* 81. inquirit: *Si può andare alla caccia, in giorno di festa?* idest *Licitumne venari est festo die?* Et respondet: *Dalla consuetudine, è reso lecito, è dalla regione ancora, perchè quest' azione non è di sua natura servile.* Nempè: *Vi consuetudinis hoc licitum factum est; & etiam vi rationis, quia hæc actio natura sua servilis non est.* Peregregiè. Si hoc opus ex se servile non est, cur consuetudine licitum evasit? Quæ servilia non sunt, natura sua licita sunt. Quæ genere suo licita sunt, conditionis beneficio non egent ut licita evadant. Responsio præfata seipsam jugulat, ut omni fallæ doctrinæ evenit, quia falsa constare sibi nequeunt.

IX. A recta norma nimis pariter exorbitant quæ ibidem continuò auctor subjicit hac interrogatione: *Qual è l' occasione publica, che permette il poter senza peccato lavorare il giorno di festa?* videlicèt: *Quænam est occasio publica quæ permittit laborare absque culpa festo die?* Respondet ibi pag. 82. *Per occasione di qualche pubblica allegrezza, o di spettacoli, o di COMMEDIE: è questo communemente è stimato lecito; perchè tali opere sono necessarie per il condecente stato del Pubblico, e communità. Sarà però conveniente prendere licenza dal Prelato:* idest: *Communiter existimatur licitum (opera servilia exercere) occasione alicujus publicæ lætitiæ, aut spectaculorum, aut COMMEDIARUM. Quoniam ejusmodi opera decoro publici status, & communitatis necessaria sunt. Conveniens tamen erit à Prælato licentiam petere.*

X. Quod in aliquo laxiore Casuista similia paradoxa occurrant, malum est; at quod in ipso Catechismo pro rudibus instruendis tam laxæ præceptiones evulgentur, deplorari pro dignitate nequit. Quodnam scandalum hæc & hæreticis, & infidelibus non pariunt? Festis diebus comœdias repræsentare, & spectacula, vel ipsæ civiles leges, nedum sacri canones severissimè vetant. Et tempore nostro pro christiana doctrina obtruditur, licitum esse opera servilia diebus festis peragi, ut spectacula, & comœdiæ repræsententur? Eo malorum delapsi sumus, ut paganorum corruptelæ tantò habeantur in pretio, ut Christianorum festa profanare licitum sit causa eisdem vacandi. Certus sum, hos, & alios laudatæ christianæ doctrinæ errores latere præclarissimum Episcopum, cujus imperio evulgata asseritur. Conveniens, inquit est, non necessarium, petere licentiam ab Episcopo exercendi diebus festis opera servilia, ut spectacula, & comœdiæ repræsententur. Opus haud est severiore confutatione. Inaudita enim paradoxa seipsis horrorem auribus christianis incutiunt.

XI. Piscatio quoquè, necessitate sublata, vetita est festis diebus, ut patet ex cap. *Licet*, de fer. ubi Alexander III. inquit: *Indulgemus, ut liceat parochianis vestris diebus dominicis & aliis festis, si alteia terræ se inclinaverint, earum captioni, ingruente necessitate, intendere.* Ob solam urgentem necessitatem dispensationem Pontifex impertitur. Neque absolutè dispensat, sed cum onere quod *post factam capturam Ecclesiis circumpositis & Christi pauperibus congruam faciant portionem.* Similiter iter inter opera servilia reputatur. Monendi itaque fideles sunt ne sine rationabili causa iter diebus festis arripiant. Iter enim abstrahit à divino cultu.

XII. Agasones, & muliones nequeunt diebus festis, necessitate sublata, bestias oneratas conducere: quia diei festi pars in servilibus operibus insumitur. Iter tamen inchoatum die non festo licitum est illud perfequi die festo, quia nimis incommodum miseris hominibus esset iter intercipere. Frequens quoquè necessitas istos excusat vel publica, vel privata transferendi merces. Missam tamen agasones, & muliones audire tenentur.

XIII. Choreas ducere, ludos theatrales repræsentare omni tempore, sed in primis diebus festis vetitum est. Innumera sunt Conciliorum decreta quæ hæc omnia severissimè prohibent. Plura retuli *tom.* 5. *lib.* 1. *diss.* 2. *c.* 4. quæ ibi videre poteris. Severi, ad hoc quod attinet, sint Confessarii in negandis sacramentis illis qui ab his corruptelis, undè innumera manant flagitia, & absolvendis, abstinere recusant.

XIV. Docere qualcumque scientias, addiscendem incumbere, & eas scribere licitum est. Hæc enim ars liberalis est. Officium verò transcribendi opus mechanicum esse, inciteto illicitum, nisi rationabilis causa excuset, docent plures, & graves Theologi. Contra alii longè plures defendunt licitum esse: quoniam sicut scribere in doctore non est opus servile, ita neque in amanuensi, seu transcriptore. Verum ratio ista consistere non videtur. Dum magister, seu doctor interpretatur scientias, mentem imbuit, veritates meditatur, easque comparare studet. At professio transcribendi lucri causa, ars mechanica est, quę manuum labore victum comparat. Licet transcribere absolute opus mechanicum non sit, nec finis lucri rerum naturas transmutet, tamen in morali acceptione, & juxta prudentum existimationem, artem istam exercere ad vitam sustentandam mechanica consideratur, non secus ac typographica. Ante typorum inventionem isti transcriptores erant publici Impressores. Ars autem impressorum mechanica juxta omnes est. Occurrunt tamen non infrequentes causæ, quæ librarios istos transcribentes excusant, ut necessitas, licèt non adeo urgens, & publica utilitas. Heinc illicita sunt ratiocinia, & longæ supputationes mercatorum diebus festis peracta, & hæc de uno in alium librum transcribere, nisi necessitas excuset.

XV. QUÆST. IV. *Quid de operibus naturalibus, Religionis, & pietatis dicendum?* RESP. Comedere, & bibere sunt actus naturales. Ars verò præparandi, & coquendi cibos servilis est quæ in lege evangelica prohibita non est. Ad ea tamens ars culinaria arctanda est, quę nec anticipari, nec postponi valent. Quamobrem non licet coquere die festo panem, nec molere frumentum in pistrino, nisi aliqua urgeat necessitas, quidquid argutentur nonnulli. Licitè chirurgi diebus festis venas scindunt, & suos ægrotos curare satagunt: quia hæc necessaria sunt.

XVI. Opera quæ proximè cultum divinum pro-

promovent, ut pulsare campanas, & organa, deferre imagines, canere divinas laudes, non modò licita, sed debita sunt. Quæ remotè divino cultui inserviunt, ut conficere hostias pro sacrificio, scopis templum mundare, tabulata erigere ad solemnitatem, aulæis ornare parietes, sublata aliqua non adeò frequenti necessitate, nequeunt in diem festum transferri, sed anticipari debent.

XVII. QUÆST. V. *Licitumne est mercatus, & judicia forensia diebus festis exercere?* RESP. Hæc prohibentur cap. *Omnes* tit. 9. de fer. his verbis: *Omnes dies dominicos à vesperis in vesperam omni veneratione determinamus observari, & ab omni illicito opere abstinere: ut in diebus mercatus minimè fiat, neque placitum, neque aliquis ad mortem, vel ad pœnam judicetur, nec sacramenta, nisi pro pace, vel alia necessitate præstentur.*

XVIII. Mercatus, qui primo loco inhibetur, comprehendit, & publicas nundinas, quę semel vel bis in anno fiunt, & quæ semel in hebdomada peragi solent. Abrogatum hoc jus Canonicum, & Civile contraria consuetudine plures contendunt, sed alii clamant, non consuetudinem hanc esse, sed corruptelam. Quoniam ut legi prævaleat consuetudo opposita, necesse est ut bonum commune promoveat, vel saltem ne eidem adversetur. At vix sperari potest hunc nundinarum morem auferri. Ex alia parte cum Superioris consensus accedat, non videtur absolutè improbandus. Festa enim mutationi obnoxia sunt. Nec deest congrua mutationis ratio, & necessitas tum rusticorum, tum pauperum artificum, qui pro festis diebus adire nundinas nequeunt. Audire tamen isti Missam debent, & quoad possunt, pietatis opera exercere. Adverto tamen, Superiores licitè posse has publicas nundinas permittere, quia respectu multitudinis, & locorum, vel ob mercium penuriam necessariæ sunt: & ideò qui aliqua rationabili causa urgentur, licitè eisdem frequentare valent. At qui nulla premuntur necessitate, non video cur illas adire valeant sola negotiandi, & lucrandi, augendique divitias spe ducti. Spectandæ igitur circumstantiæ sunt. Tabernatii, falsamentarii, salarii, porcinarii, aliique similes, qui merces vendunt ad sustentandum, vel curandum corpus; sicuti qui in parvis oppidis vendunt merces ad rusticorum, & pauperum commodum, excusantur. Recensere singula non vacat. Prudens Confessarius spectet locorum, & circumstantiarum diversitatem. Boni, moratique Christiani seipsis discernere in his casibus solent quid liceat nec ne, quando ab immoderata cupiditate liberi sunt. SS. D. N. BENEDICTUS XIV. duas constitutiones edidit attinentes ad nundinas, & mercatus. Prior incipit *Paternæ charitatis* tom. 1. Bull. pag. 378. & in ea statuit Senogallienſium nundinarum tempore abstinendum esse ab operibus servilibus diebus festis. Altera incipit *Ab eo tempore* ibi pag. 582. ubi statuit, *mercatus, & nundinas festis diebus non licere.* Lege plura ibi: præstituta enim brevitas non sinit plura huc transcribere.

XIX. Placitum, quod secundo loco prohibetur, prodit judicium tum civile, tum criminale, seu comprehendit omnes actiones quę ad tribunal attinent, sunt autem citatio partis, formatio processus, causæ cognitio, & prolatio sententiæ. Et hæc omnia vetita sunt diebus festis excepta necessitatis, aut pietatis causa.

CAPUT V.

De causis excusantibus ab observantia præcepti prohibentis opera servilia die festo.

I. QUÆST. I. *Quæ temporis parvitas excusat à transgressione præcepti vetantis opera servilia?* RESP. Plures in hac materia sunt laxæ opiniones, quas nec refellere vacat. Datur in hac re absolutè materię parvitas, ut est unius horæ quadrans. Similiter laborem duarum, vel trium horarum certò reputarem materiam gravem. Num postea labor unius horæ, vel unius cum dimidia sit materia gravis, quis definire certò valet? Regula certa præfiniri nequit. Spectandę circumstantię sunt, necessitas, finis, paupertas. Abstinendum ab opere servili est festis diebus. Hoc est certum: hoc igitur servandum. Si Christianus cupiditate lucrandi, non necessitate se sustentandi, per integram horam laboraret, nisi promitteret cessationem futuram, non absolverem: quia licèt ignorem criminis gravitatem, certò tamen scio hunc peccare: & cum certò definire nequeamus sive levitatem, sive gravitatem culpę, juxta omnes abstinendum est. Nimis laxa est opinio Tamburini inquientis, posse Christianum per duas horas laborare singulis diebus festis. Si quæras ab eo cur hoc asserat; reponit, quia sic docent Sanchez, & Bonacina. Sed iterum reponimus, auctores istos ex arbitrio legem infiectere. Prudens ergo Confessarius circumstantias ferìò expendat, consideret paupertatem, & finem laborantis.

II. Domini cogentes famulos, servosque laborare alios una, alios altera hora, graviter, & insidiosè peccant. Servi verò non peccant, si talem omittere laborem nequeunt absque gravi damno. Curare tamen debent, si possint, omissis his malis dominis, inservire dominis christianis, qui Ecclesiæ leges servent.

III. QUÆST. II. *Quæ necessitas excusat laborantes die festo?* RESP. Prima est necessitas sustentandæ vitæ. Itaque excusantur pauperes laborantes, ut se, & familiam alant. Excusantur coqui cibos parantes, agricolę fructus terræ colligentes, ut grandini, aliove periculo, quod probabiliter proximum prævidetur, subducant. Altera necessitas spectat aliorum salutem; chirurgi licitè venas scindunt, morbosque curant, & pharmacopolæ medicamina parant.

IV. Barbitonsores absolutè nequeunt suam artem, utpotè servilem, exercere diebus festis. Excusantur dum barbam radunt pastoribus, pauperi artifici, agricolis, qui pro festis diebus sine gravi incommodo adire barbitonsores nequeunt. Similiter dum ipsi barbitonsores alere se, & familiam nequeunt, excusari videntur. At minimè

nimè excusantur Christiani illi qui otio diffluentes tota hebdomada, dominico die, aut altero festo adeunt barbitonsores, ut comptuli, pulituli, & formosuli appareant. Isti minimè excusantur, quia licèt parum temporis insumatur in hac, aut illa barba radenda, nihilominùs corruptelam scandali plenam fovent, coguntque barbitonsores festa violare. Ad quam corruptelam tollendam Episcoporum desideratur vigilantia, & sollicitudo.

CAPUT VI.

De Missa audienda diebus festis, aliisque pietatis operibus peragendis.

I. QUÆST. I. *Qui notabilem Missæ partem audire negligeret, graviterne peccaret?* RESP. Præcepto astringuntur fideles integram audire Missam. De parte, cujus omissio sit graviter vitiosa, breviter dico, quod ille qui omitteret audire introitum, collectas, & Epistolam, non satisfaceret præcepto; illud verò impleret, si ab Epistola inclusivè assisteret Missæ usque ad finem. Verum ineptimus nos tales instituendo quæstiones. Nam vel adest necessitas omittendi partem Missæ; & tum si necessitas vera sit, excusatur. Sublata verò necessitate peccatum contingit. Hoc sat est ut vitetur. Quænam autem pars constituat culpam gravem, cum vix definiri queat, urgendi fideles sunt ut integram, quoad possunt, Missam audiant: & quidem damnata est opinio aliquorum in hac thesi: *Satisfacit præcepto Ecclesię de audiendo Sacro qui duas ejus partes, immò quatuor simul à diversis celebrantibus audit.* Plures alias similes opinationes excogitarunt nonnulli, quas præterire interest. Obiter dumtaxat rejicio opinionem aliorum qui docent, satisfacere præcepto fideles, qui mediam Missæ partem audiunt ab uno, & mediam ab altero successivè. Hęc sunt inventa ex disputandi nimia cupiditate excogitata. Opinio hæc falsa est, & improbanda.

II. QUÆST. II. *Quæ præsentia requiritur ad Missam audiendam?* RESP. Moralis, quæ tunc est cum auditor est intra Ecclesiam, vel in loco ita contiguo ut censeatur unam constare locieratem cum his qui sunt intra Ecclesiam. Moraliter præsentes sunt qui extant in platea, in campo ante templum populo plenum, & qui existunt in atrio exteriori, in cancellis, in cubiculis, & oratoriis Ecclesiæ annexis, ibique Missam audiunt. Qui tamen Missam audiret in sacello separato, aut nimis distante à templi parte in qua Missa celebratur, aut è fenestra propriæ domus via aliqua licèt angusta sejunctæ, non impleret, mea quidem sententia, præceptum. Omnes enim Missæ assistentes simul cum Sacerdote Deo sacrificium offerunt: ergo moraliter conjuncti sint oportet. Prudentia semper opus est in morum decisionibus. Quando ob templi angustiam, aut populi multitudinem omnes ingredi templum nequeunt, animo tamen, & corpore conjuncti cum aliis sunt, præcepto satisfaciunt.

III. Locus in quo auditi Missa debet, est Ecclesia. Quamvis congruum sit ut fideles in propria Parochiali Ecclesia Missam audiant, satisfaciunt tamen, si Missæ assistant in quacumque Ecclesia, etiam Regularium. Implent quoquè præceptum qui audiunt Missam in Oratoriis Episcoporum, Conventuum Regularium; & in parvulis Ecclesiis quæ januam habent expositam publico ingressui. De Oratoriis privatis laicorum fusè disputant Theologi. Certum existimo neminem ibi satisfacere præcepto audiendi Missam præter illos qui in privilegio speciali exprimuntur: quos tamen ipsos, nisi infirmitas, aut alia gravis honesta causa excuset, vehementer hortandos censeo ut cum cęteris fidelibus publica adeant templa, ut supremum omnium Dominum in loco majestatis suæ veneantur, & adorent, ut reverà solent Christiani pii priùores vel inter nobiles.

IV. Ad tempus quod attiner, singulis diebus festis audire Missam vi præcepti fideles astringuntur. De hora nihil præscriptum habemus. Sacerdotibus vetitum est vel ante auroram, vel post meridiem celebrare. Si tamen vel ante, vel post celebrent, & fideles audiant, implent præceptum.

V. QUÆST. III. *Quæ attentio, & intentio requiratur ut impleatur præceptum Missæ audiendæ?* RESP. Requiritur voluntas libera Missam audiendi, quin sit necessaria intentio satisfaciendi præcepto. Contendunt plures, præceptum implere illos qui ob finem pravum spectandi impudicè mulierem pergerent ad audiendam Missam: quam opinionem ut laxam, & falsam rejicio. Auditio enim Missæ ita sancta est ut per actum malum ejusdem impleri præceptum nequeat; sicuti communionis paschalis præcepto non satisfit per communionem sacrilegam.

VI. Attentio aliqua necessaria est. Externam omnes asserunt necessariam; interioris necessitatem negant plures recentiores: sed communis, & vera sententia illam requirit. Vide quæ de attentione ad Horas Canonicas persolvendas necessaria dicta sunt. Eadem quippè ratio est.

VII. QUÆST. IV. *An Christiani diebus dominicis præter Missę auditionem teneantur interesse vesperis, concionesque audire, aliisque pia opera exercere?* RESP. Communiter recentes Theologi defendunt solam auditionem Missæ cadere sub præcepto affirmante, sub præcepto negante cessationem ab opere servili. Quid si Christiani, audita Missa, ludis, oblectamentis, confabulationibus toto die festo operam darent, otioque diffluerent? Peccarent, inquiunt, contra alias virtutes, secus contra præceptum sanctificandi festa: quam opinionem defendit, vel ipse perdoctus P. Suarez *tom. 1. de Relig. lib. 2. cap. 16.*

VIII. Hæc opinio, licèt magna Theologorum multitudine vallata, mihi videtur Patrum, Conciliorumque doctrinę adversa, & ex ipsorum Theologorum principiis falsa. Concedo præceptum ecclesiasticum nihil aliud præter Missæ auditionem imponere; sed ajo præceptum divinum, *Memento ut sabbatum sanctifices*, alia pia opera præscribere, ut omnes Patres, & Concilia, quorum

rum testimonia dedi *tom. 5. lib. 1. disp. 3. c. 6.* testantur.

IX. Ratione ex principiis adversariorum arcessita evincitur hujusce opinionis falsitas. Docent laudati Theologi omnes, unicam diei festi horam in conspectu totius diei parvam esse materiam; ita ut qui per integram horam (alii addunt dimidiam, & alteram integram alii) laboraret, non violaret graviter præceptum negans, & prohibens opera servilia. Ergo qui per quadrantem circiter horæ audit Missam, longè minus implet præceptum adfirmans, & præcipiens cultum divinum. Igitur missio nunc præcepto ecclesiastico imponente onus Missæ audiendæ, spectandum est divinum mandatum, quod abrogatum non est per præceptum ecclesiasticum. Hoc divinum præceptum duplex est, negans, & adfirmans. Christiani qui laborant per unam integram horam, & juxta alios per duas, non violant divinum præceptum prohibens opera servilia. Quoniam una laboris hora parvitas materiæ est, & parum pro nihilo reputatur, inquiunt omnes citati Theologi. Ergo potiori jure non implet præceptum ut adfirmans, & præcipiens satisfactionem diei festi, qui per totum circiter quadrantem Deo cultum offert, quia parum pro nihilo reputatur. Quid? Hora una erit parvitas materiæ respectu præcepti negantis; erit verò satis respectu præcepti adfirmantis? In genere mali una integra hora pro nihilo reputatur; & quarta pars horæ in genere boni totum diem sanctificabit?

X. Institutio festorum eo spectat ut fideles Deo cultum offerant, & divina meditentur mysteria; ut proptiam conscientiam à sordibus per hebdomadam contractis purgent; ut languores, & vulnera sanent; ut visitandis infirmis, pauperibusque juvandis operam navent; ut corpus laborum cessatione recreent. Ita clamant Concilia, & Patres. Et miseri Christiani unico quadrante in audienda breviore Missa, quæ aliquando vix decem minuta perdurat, insumpto, integrum diem festum dilapidant modo in otio sordido, modò in tabernis, choreis, venationibus, spectaculis, & dissolutionibus. Quamobrem jure exclamat *part. 2. tit. 9. §. 4.* S. Archipræsul Antoninus: *O miseranda cæcitas Christianorum! Quia plura peccata faciunt, & graviora diebus festivis. Alii diebus laborant, ut possint vivere; diebus festivis, quandò laborare deberent pro anima, & Deo vacare, implicant se in multis vitiis.* Sed liceat, & mihi exclamare: O miseranda illorum Parochorum, & Confessariorum cæcitas qui ejusmodi profanatores ad sacramenta admittunt, qui desides sunt, & oscitantes in eorum instructione!

XI. Causæ excusantes ab auditione Missæ sunt impotentia, damnum grave, ignorantia, consuetudo, charitas. Impotentia triplex. Spiritualis, dum quis est interdictus, vel excommunicatus: physica, si quis infirmitate, vel carcere detineatur: moralis, ut est nimia distantia à loco ubi Missa celebratur: quæ distantia definiri nequit: nam respectu unius tria milliaria erit distantia sufficiens, secùs respectu alterius. Quarè spectandæ circumstantiæ sunt. Damnum grave quod probabiliter imminet, ut contingere potest in custodibus arcium, ovium, armentorum, vinearum, & mercium. Si tamen plures sunt, & Missæ etiam plures, vices mutare debent, & successivè Missam audire. Ignorantia excusat, quandò est invincibilis. Consuetudo, ut excuset, debet esse approbata, & rationabilis. Alicubi viduæ ratione consuetudinis post mariti mortem excusantur ab audienda Missa. Verùm an alicubi nunc vigeat talis consuetudo vix crediderim. Nam vix occurrunt nunc viduæ, quæ mœrore, & tristitia afflictæ intra domum per plures dies sese contineant. Charitas infervlendi proximo justa esse causa potest Missæ omittendæ. Christiani astringuntur non ponere impedimenta Missæ audiendæ.

DISSERTATIO II.

De Jejunio.

CAPUT I.

Propositiones damnatæ ab Alexandro VII.

I. *FRangens jejunium Ecclesiæ, ad quod tenetur, non peccat mortaliter, nisi ex contemptu, vel inobedientia hoc faciat, puta quia non vult se subjicere præcepto.* Est 23.

II. *In die jejunii qui sepiùs modicum quid comedit, etsi notabilem quantitatem in fine comedat, non frangit jejunium.* Est 29.

III. *Omnes officiales qui in Reipublicæ corporaliter laborant, sunt excusati ab obligatione jejunii; nec debent se certificare, an labor sit compossibilis cum jejunio.* Est 30.

IV. *Excusantur absolutè à præcepto jejunii omnes illi qui iter agunt equitando, utcumque iter agant, etiamsi iter necessarium non sit, & etiamsi iter unius diei conficiant.* Est 31.

V. *Non est evidens quod consuetudo non comedendi ova, & lacticinia in Quadragesima obliget.* Est 32.

CAPUT II.

Propositiones laxæ Casuistarum.

I. „ DOrmire quis nequit nisi sumpta vesperè cœna, teneturne jejunare? Minime. Si sufficit manè collatiunculam sumere, „ & vesperè cœnare, teneturne ad id? Non tenetur. Quia nemo tenetur pervertere ordinem „ refectionis. " Ita Filliucius, Escobarius Theol. Moral *tr. 1. exam. 13. c. 3. n. 67.* Leander *tr. 5. disp. 8. quæst. 30.*

II. „ Qui in die jejunii dat operam ludo pile, venationi, vel actibus veneris, ex intentione, ut factus impotens non jejunet, non „ peccat contra præceptum jejunii. " Rocafull. *in Praxi Theol. Moral. tom. 2. lib. 3. cap. 9. n. 193.* apud Dianam *coord. tom. 4. tract. 6. resp. 18.* ubi ait *num. 2.* „ Hanc sententiam impugno, quatenus ait, dantem in die jejunii mere voluntariè „ operam ludo, venationi, immo, quod pejus „ est,

„ est, & nimio coitui in fraudem jejunii, ea intentione ut effectus impotens non jejunet, non „ peccare ullo modo contra præceptum jejunii, „ neque etiam quandò opponit tale impedimentum jejunii, cum illa expressa intentione, ut „ postea non jejunet. " Hanc sententiam docet etiam Martinus à S. Joseph *tom. 1. lib. 2. tr. 12. n. 3.* & alii Casuistæ.

III. „ Dicendum nobis est, quod per se, & „ universaliter loquendo, fœminæ quinquagenariæ omninò liberæ maneant à lege jejunio„ rum. " Leander *tr. 5. disp. 8. q. 19.*

IV. „ Religiosi sexagenarii, & Religiosæ „ quinquagenariæ non tenentur ad jejunia suæ „ Regulæ. " Pasqualigus *decis. 259. n. 3.* Tamburinus *de Jur. Abbatis, disp. 12. q. 5. num. 7.* Sed iubet referre rationem quam in favorem mulierum obtrudit Leander *quæst. 19.* „ Fœminæ, „ ut communis fatetur sententia, post quinquagesimum annum, nullo modo possunt generare „ ob defectum virtutis naturalis..... Ergo in „ hac ætate jam vere reputandæ sunt senes, & „ consequenter *liberæ à jejunio Ecclesiæ.*

V. „ Qui noctu dormire per notabile tempus non potest, nisi cœnet, nimis onerosum „ esset sic jejunare. Ita Fag. *loc. cit.* Joan. Sanch. „ *d. 54. n. 13.* Layman *lib. 4. c. 3. n. 4.* Neque „ hunc obligo manè jentare, seque serò plane „ reficere: quo pacto jam jejunium factum tecum, ut ex supradictis patet, conservaret. „ Non obligo, inquam, licet id commodè facere queat: quia nemo in jejunando est obligandus ad extraordinaria remedia, & ad relinquendum suum jus comedendi circa meridiem. " Tamburinus *lib. 4. cap. 5. §. 7. n. 14.* Videsne quantum suavitatis? Etiamsi commodè ad vesperam cœnam differre, sumpto circa meridiem jentaculo, posset Christianus de quo loquitur, eum ad jejunium non obligaret. Cur? Quia non est obligandus ad extraordinaria remedia, neque suo jure comedendi circa meridiem spoliandus? Extraordinarium ergo remedium est ad vesperam jejunium solvere? Et tamen id familiare pluribus seculis fuit nostris patribus: familiare etiam est, & pluribus Christianis, & aliis gentibus. Non tenetur ergo relinquere suum jus manducandi circa meridiem, etiam dum commodè potest, ut jejunii præceptum observet.

VI. „ Dico denique, propter auctoritatem „ Doctorum esse probabile, nullos artifices, atque adeo sutores, obligari ad jejunia: quia Eugen. vel concesit (ajunt) iis privilegium non „ jejunandi, vel declaravit eos non comprehendi „ à lege jejunii. Ita Trull. *lib. 1. n. 9.* citans Fag. „ Sa, Azor. Sp. *lib. 7. cap. 17. quæst. 8.* " Huculque Tamburinus *loc. cit. n. 28.* Ut de eo quod rem facti spectat, obiter duo proferam verba, quibus sinceritas quorumdam Casuistarum ubique, data occasione, comperta fiat; referam quod scribit Azorius loco proximè laudato. „ Octavo „ quæritur, an il qui laborant, cujusmodi sunt „ agricolæ, & plerique artifices, juxta etiam „ jejunii excusationem habeant? Respondeo eos „ habere. Tales sunt fabri, sive ferrarii, sive ligna„ tii, sive cœmentarii, agrorum cultores, & „ cæteri hujus generis operarii, & artifices: his „ enim cibus non sufficit semel tantum in die „ sumptus ob immodicos, & nimios corporis „ labores.... Et addit Rosella Eugenium IV. „ concessisse, aut potiùs declarasse ut opifices qui „ laboriosas artes exercent, & agrorum cultores, „ sive divites sint, sive pauperes, liberi sint à „ lege jejunii. " Liquet Azorium hic sermonem minimè habere de omnibus indiscriminatim artificibus; sed solùm de agrorum cultoribus, de fabris ferrariis, aliisque id genus, quibus propter immodicos, nimiosque labores unica refectio non sufficit. Et istos ajunt quidam, ab Eugenio IV. fuisse declaratos à lege jejunii solutos. Porrò quam rectè, ac validè auctoritas Azorii adducatur à Tamburino, sive à Scriptoribus qui ab eodem laudantur, pro omnibus artificibus, judicent æqui rerum æstimatores; colligantque quid fidei tribuere communiter debeant longo illi auctorum censui, quem sæpè penès Casuistas offendunt. Si enim tempus, & otium suppeterent omnes singillatim consulendi; plures sanè reperirem qui non plus ac Azorius illis favent opinionibus in quarum præsidium citantur. Quod de Eugenio IV. referunt, nullo producto documento, nullam meretur fidem. D. Antoninus, Eugenio suppar, nec verbum habet de hoc privilegio: quod retulisset certè, si extitisset. Quarè mirari satis non possum ausum Leandri, qui *tract. 5. disp. 8. quæst. 69.* nullo adducto documento præter attestationem Navarri, qui pariter nil producit in confirmationem ejusdem privilegii, tamquam factum manifestum obtrudit, Eugenium IV. dispensasse omnes artifices: impugnatque Pasqualigum contrarium adfirmantem.

VII. Caramuel in sua Theologia fundamentali quærit *num. 1537. edit. Rom.* „ An usus matrimonii sit causa sufficiens ad omittenda je„ junia? Et ratio dubitandi est, nam sutores, „ sartores, barbitonsores, & alii mechanici so„ lent à jejunio excusari, cum tamen certum sit „ magis debilitari hominem venerem exercendo, quam fuendo, fartiendo, tondendo. " Deindè laudato Diana, atque alio casu matrimonii usum spectante narrato, non amplius in persona propria, ut fecerat in editione priori Francofordiensi, sed alienam induens personam, ne videatur ex propria sententia loqui, sic persequitur. „ Hos duos casus vitis doctis decidendos proponis. Si respondeant severè, repetes „ an tantum probabiliter stringant? Qui enim „ probabiliter stringit, ipsissimus probabiliter „ laxat. Si dicant severam certam, benignam „ improbabilem esse debebunt hanc ipsam im„ probabilitatem demonstrativè persuadere: non „ enim improbabilitas alicujus sententiæ pro„ babiliter potest probari. Si benignam esse certam, aut probabilem dicant, voles scire, qui „ sint in mundo qui debeant jejunare. Sutores, „ sartores, barbitonsores, fossores, ferrarii, & „ similes: Prædicatores, Lectores, Confessarii, „ &c. ad vocati, procuratores, scriptores, &c.

„ etiam

rum testimonia dedi *tom. 5. lib. 1. disp. 3. c. 6.* testantur.

IX. Ratione ex principiis adversariorum arcessita evincitur hujusce opinionis falsitas. Docent laudati Theologi omnes, unicam diei festi horam in conspectu totius diei parvam esse materiam; ita ut qui per integram horam (alii addunt dimidiam, & alteram integram alii) laboraret, non violaret graviter præceptum negans, & prohibens opera servilia. Ergo qui per quadrantem circiter horæ audit Missam, longè minus implet præceptum adfirmans, & præcipiens cultum divinum. Igitur missio nunc præcepto ecclesiastico imponente onus Missæ audiendæ, spectandum est divinum mandatum, quod abrogatum non est per præceptum ecclesiasticum. Hoc divinum præceptum duplex est, negans, & adfirmans. Christiani qui laborant per unam integram horam, & juxta alios per duas, non violant divinum præceptum prohibens opera servilia. Quoniam una laboris hora parvitas materiæ est, & parum pro nihilo reputatur, inquiunt omnes citati Theologi. Ergo potiori jure non implet præceptum ut adfirmans, & præcipiens satisfactionem diei festi, qui per totum circiter quadrantem Deo cultum offert, quia parum pro nihilo reputatur. Quid? Hora una erit parvitas materiæ respectu præcepti negantis; erit verò satis respectu præcepti adfirmantis? In genere mali una integra hora pro nihilo reputatur; & quarta pars horæ in genere boni totum diem sanctificabit?

X. Institutio festorum eo spectat ut fideles Deo cultum offerant, & divina meditentur mysteria; ut proptiam conscientiam à sordibus per hebdomadam contractis purgent; ut languores, & vulnera sanent; ut visitandis infirmis, pauperibusque juvandis operam navent; ut corpus laborum cessatione recreent. Ita clamant Concilia, & Patres. Et miseri Christiani unico quadrante in audienda breviore Missa, quæ aliquando vix decem minuta perdurat, insumpto, integrum diem festum dilapidant modo in otio sordido, modò in tabernis, choreis, venationibus, spectaculis, & dissolutionibus. Quamobrem jure exclamat *part. 2. tit. 9. §. 4.* S. Archipræsul Antoninus: *O miseranda cæcitas Christianorum! Quia plura peccata faciunt, & graviora diebus festivis. Alii diebus laborant, ut possint vivere; diebus festivis, quandò laborare deberent pro anima, & Deo vacare, implicant se in multis vitiis.* Sed liceat, & mihi exclamare: O miseranda illorum Parochorum, & Confessariorum cæcitas qui ejusmodi profanatores ad sacramenta admittunt, qui desides sunt, & oscitantes in eorum instructione!

XI. Causæ excusantes ab auditione Missæ sunt impotentia, damnum grave, ignorantia, consuetudo, charitas. Impotentia triplex. Spiritualis, dum quis est interdictus, vel excommunicatus: physica, si quis infirmitate, vel carcere detineatur: moralis, ut est nimia distantia à loco ubi Missa celebratur: quæ distantia definiri nequit: nam respectu unius tria milliaria erit distantia sufficiens, secùs respectu alterius. Quarè spectandæ circumstantiæ sunt. Damnum grave quod probabiliter imminet, ut contingere potest in custodibus arcium, ovium, armentorum, vinearum, & mercium. Si tamen plures sunt, & Missæ etiam plures, vices mutare debent, & successivè Missam audire. Ignorantia excusat, quandò est invincibilis. Consuetudo, ut excuset, debet esse approbata, & rationabilis. Alicubi viduæ ratione consuetudinis post mariti mortem excusantur ab audienda Missa. Verùm an alicubi nunc vigeat talis consuetudo vix crediderim. Nam vix occurrunt nunc viduæ, quæ mœrore, & tristitia afflictæ intra domum per plures dies sese contineant. Charitas infervlendi proximo justa esse causa potest Missæ omittendæ. Christiani astringuntur non ponere impedimenta Missæ audiendæ.

DISSERTATIO II.

De Jejunio.

CAPUT I.

Propositiones damnatæ ab Alexandro VII.

I. *FRangens jejunium Ecclesiæ, ad quod tenetur, non peccat mortaliter, nisi ex contemptu, vel inobedientia hoc faciat, puta quia non vult se subjicere præcepto.* Est 23.

II. *In die jejunii qui sepiùs modicum quid comedit, etsi notabilem quantitatem in fine comedat, non frangit jejunium.* Est 29.

III. *Omnes officiales qui in Reipublicæ corporaliter laborant, sunt excusati ab obligatione jejunii; nec debent se certificare, an labor sit compossibilis cum jejunio.* Est 30.

IV. *Excusantur absolutè à præcepto jejunii omnes illi qui iter agunt equitando, utcumque iter agant, etiamsi iter necessarium non sit, & etiamsi iter unius diei conficiant.* Est 31.

V. *Non est evidens quod consuetudo non comedendi ova, & lacticinia in Quadragesima obliget.* Est 32.

CAPUT II.

Propositiones laxæ Casuistarum.

I. „ DOrmire quis nequit nisi sumpta vesperè cœna, teneturne jejunare? Minime. Si sufficit manè collatiunculam sumere, „ & vesperè cœnare, teneturne ad id? Non tenetur. Quia nemo tenetur pervertere ordinem „ refectionis. " Ita Filliucius, Escobarius Theol. Moral *tr. 1. exam. 13. c. 3. n. 67.* Leander *tr. 5. disp. 8. quæst. 30.*

II. „ Qui in die jejunii dat operam ludo pile, venationi, vel actibus veneris, ex intentione, ut factus impotens non jejunet, non „ peccat contra præceptum jejunii. " Rocafull. *in Praxi Theol. Moral. tom. 2. lib. 3. cap. 9. n. 193.* apud Dianam *coord. tom. 4. tract. 6. resp. 18.* ubi ait *num. 2.* „ Hanc sententiam impugno, quatenus ait, dantem in die jejunii mere voluntariè „ operam ludo, venationi, immo, quod pejus „ est,

„ est, & nimio coitui in fraudem jejunii, ea intentione ut effectus impotens non jejunet, non „ peccare ullo modo contra præceptum jejunii, „ neque etiam quandò opponit tale impedimentum jejunii, cum illa expressa intentione, ut „ postea non jejunet. " Hanc sententiam docet etiam Martinus à S. Joseph *tom. 1. lib. 2. tr. 12. n. 3.* & alii Casuistæ.

III. „ Dicendum nobis est, quod per se, & „ universaliter loquendo, fœminæ quinquagenariæ omninò liberæ maneant à lege jejunio„ rum. " Leander *tr. 5. disp. 8. q. 19.*

IV. „ Religiosi sexagenarii, & Religiosæ „ quinquagenariæ non tenentur ad jejunia suæ „ Regulæ. " Pasqualigus *decis. 259. n. 3.* Tamburinus *de Jur. Abbatis, disp. 12. q. 5. num. 7.* Sed iubet referre rationem quam in favorem mulierum obtrudit Leander *quæst. 19.* „ Fœminæ, „ ut communis fatetur sententia, post quinquagesimum annum, nullo modo possunt generare „ ob defectum virtutis naturalis..... Ergo in „ hac ætate jam vere reputandæ sunt senes, & „ consequenter *liberæ à jejunio Ecclesiæ.*

V. „ Qui noctu dormire per notabile tempus non potest, nisi cœnet, nimis onerosum „ esset sic jejunare. Ita Fag. *loc. cit.* Joan. Sanch. „ *d. 54. n. 13.* Layman *lib. 4. c. 3. n. 4.* Neque „ hunc obligo manè jentare, seque serò plane „ reficere: quo pacto jam jejunium factum tecum, ut ex supradictis patet, conservaret. „ Non obligo, inquam, licet id commodè facere queat: quia nemo in jejunando est obligandus ad extraordinaria remedia, & ad relinquendum suum jus comedendi circa meridiem. " Tamburinus *lib. 4. cap. 5. §. 7. n. 14.* Videsne quantum suavitatis? Etiamsi commodè ad vesperam cœnam differre, sumpto circa meridiem jentaculo, posset Christianus de quo loquitur, eum ad jejunium non obligaret. Cur? Quia non est obligandus ad extraordinaria remedia, neque suo jure comedendi circa meridiem spoliandus? Extraordinarium ergo remedium est ad vesperam jejunium solvere? Et tamen id familiare pluribus seculis fuit nostris patribus: familiare etiam est, & pluribus Christianis, & aliis gentibus. Non tenetur ergo relinquere suum jus manducandi circa meridiem, etiam dum commodè potest, ut jejunii præceptum observet.

VI. „ Dico denique, propter auctoritatem „ Doctorum esse probabile, nullos artifices, atque adeo sutores, obligari ad jejunia: quia Eugen. vel concesit (ajunt) iis privilegium non „ jejunandi, vel declaravit eos non comprehendi „ à lege jejunii. Ita Trull. *lib. 1. n. 9.* citans Fag. „ Sa, Azor. Sp. *lib. 7. cap. 17. quæst. 8.* " Huculque Tamburinus *loc. cit. n. 28.* Ut de eo quod rem facti spectat, obiter duo proferam verba, quibus sinceritas quorumdam Casuistarum ubique, data occasione, comperta fiat; referam quod scribit Azorius loco proximè laudato. „ Octavo „ quæritur, an il qui laborant, cujusmodi sunt „ agricolæ, & plerique artifices, juxta etiam „ jejunii excusationem habeant? Respondeo eos „ habere. Tales sunt fabri, sive ferrarii, sive ligna„ tii, sive cœmentarii, agrorum cultores, & „ cæteri hujus generis operarii, & artifices: his „ enim cibus non sufficit semel tantum in die „ sumptus ob immodicos, & nimios corporis „ labores.... Et addit Rosella Eugenium IV. „ concessisse, aut potiùs declarasse ut opifices qui „ laboriosas artes exercent, & agrorum cultores, „ sive divites sint, sive pauperes, liberi sint à „ lege jejunii. " Liquet Azorium hic sermonem minimè habere de omnibus indiscriminatim artificibus; sed solùm de agrorum cultoribus, de fabris ferrariis, aliisque id genus, quibus propter immodicos, nimiosque labores unica refectio non sufficit. Et istos ajunt quidam, ab Eugenio IV. fuisse declaratos à lege jejunii solutos. Porrò quam rectè, ac validè auctoritas Azorii adducatur à Tamburino, sive à Scriptoribus qui ab eodem laudantur, pro omnibus artificibus, judicent æqui rerum æstimatores; colligantque quid fidei tribuere communiter debeant longo illi auctorum censui, quem sæpè penès Casuistas offendunt. Si enim tempus, & otium suppeterent omnes singillatim consulendi; plures sanè reperirem qui non plus ac Azorius illis favent opinionibus in quarum præsidium citantur. Quod de Eugenio IV. referunt, nullo producto documento, nullam meretur fidem. D. Antoninus, Eugenio suppar, nec verbum habet de hoc privilegio: quod retulisset certè, si extitisset. Quarè mirari satis non possum ausum Leandri, qui *tract. 5. disp. 8. quæst. 69.* nullo adducto documento præter attestationem Navarri, qui pariter nil producit in confirmationem ejusdem privilegii, tamquam factum manifestum obtrudit, Eugenium IV. dispensasse omnes artifices: impugnatque Pasqualigum contrarium adfirmantem.

VII. Caramuel in sua Theologia fundamentali quærit *num. 1537. edit. Rom.* „ An usus matrimonii sit causa sufficiens ad omittenda je„ junia? Et ratio dubitandi est, nam sutores, „ sartores, barbitonsores, & alii mechanici so„ lent à jejunio excusari, cum tamen certum sit „ magis debilitari hominem venerem exercendo, quam fuendo, fartiendo, tondendo. " Deindè laudato Diana, atque alio casu matrimonii usum spectante narrato, non amplius in persona propria, ut fecerat in editione priori Francofordiensi, sed alienam induens personam, ne videatur ex propria sententia loqui, sic persequitur. „ Hos duos casus vitis doctis decidendos proponis. Si respondeant severè, repetes „ an tantum probabiliter stringant? Qui enim „ probabiliter stringit, ipsissimus probabiliter „ laxat. Si dicant severam certam, benignam „ improbabilem esse debebunt hanc ipsam im„ probabilitatem demonstrativè persuadere: non „ enim improbabilitas alicujus sententiæ pro„ babiliter potest probari. Si benignam esse certam, aut probabilem dicant, voles scire, qui „ sint in mundo qui debeant jejunare. Sutores, „ sartores, barbitonsores, fossores, ferrarii, & „ similes: Prædicatores, Lectores, Confessarii, „ &c. ad vocati, procuratores, scriptores, &c.

„ etiam

„ parvitates cibi usque ad gravitatem, si humanum non potus noceat; dummodo in fraudem legis non fiat." *Idem ibid. n.* 15.

XXXVI. „ Generatim senes, sivè viri sexagenarii, seu fœminæ quinquagenariæ, jejunio non tenentur." *Idem ibid. c. 6. n. 7.*

XXXVII. „ Opera etiam ingenii, & mentis continuata à jejunio excusant." *Id. ibid. n.* 15.

CAPUT III.

De Præcepto jejunii Ecclesiastici.

I. QUÆST. I. *Quid sit jejunium Ecclesiasticum, & quotuplex ejus pars?* RESP. Jejunium genericè acceptum significat abstinentiam ab omni cibo, & potu; ut ecclesiasticum, *est parsimonia victus, & abstinentia ciborum juxta formam ab Ecclesia præscriptam.* Præceptum istud natura sua obligat sub peccato mortali, ut patet ex thesi proscripta ab Alex. VII.

II. Tres sunt jejunii ecclesiastici partes, unica refectio, abstinentia à carnibus, tempus definitum. Unica refectio est veluti pars essentialis, & abstinentia à carnibus pars secundaria.

III. QUÆST. II. *Quæ cibos sub carnium nomine Ecclesia prohibeat?* RESP. Omnes carnes animalium terrestrium. Generatim ea omnia animalia, quę diù extra aquam vivere solent, computari inter carnes debent. Aves, licèt aliquæ nutriantur in aquis, carnium nomine veniunt. Corvi marini, fulicæ, vulgo *folega*, quamvis piscium quemdam saporem habeant, diebus jejunii comedi nequeunt. Idem dic de camæ leone, de carnium jusculo, de sanguine, & lardo. Locustæ, ranę, limaces, testudines, & conchæ comedi diebus jejunii possunt.

IV. QUÆST. III. *Quandonam licitum est tempore jejunii carnes comedere?* RESP. Convenit penès omnes peccare mortaliter fideles qui die jejunii carnes comedunt, nisi materię parvitas, vel necessitas excuset. Qui tamen nullum alium cibum haberet, comedere carnes posset: quia præceptum Ecclesiæ non obligat cum periculo vitę, vel salutis. Qui tamen panem sufficientem haberet, non posset carnes illo die comedere, quidquid effutiant aliqui. Quotiès enim homines sani solo pane, uno die vivunt, etiam sublato præcepto jejunii? Licitum est pueris ante septennium, & perpetuo amentibus carnes comedere. Dispensatus à carnibus tempore jejunii solas salubres potest comedere, quia talis est facultas quæ à dispensante impertitur, ut patet ex decreto Clementis XI. Romæ publicato anno 1702. in quo hæc habentur. *Animadvertant & Medici, & qui petunt licentiam, ut attendant qualitatem carnium, quod nempè sint salubres; quia hæ solùm permittuntur in Quadragesima his qui ex justa causa nequeunt vesci cibis quadragesimalibus.*

V. QUÆST. IV. *Quid de hodiernis dispensationibus ab esu carnium dicendum?* RESP. Deploranda amaris lacrymis corruptela est potiùs quam refellenda. Lanienæ carnibus cujuscumque generis abundant, & publicè patent in amplioribus civitatibus tempore Quadragesimæ, fermè ac tempore bacchanalium. Ut mundi, & diaboli pompis, ideò choreis, larvis, comœdiis operam dent, ita vegeti, robusti, & fortes Christiani sunt, ut diu, noctuque vigilent, ut corpora exagitent crapularum, & saltationum ictibus. Continuò ac Quadragesima urgere incipit, debiles, languidi, infirmique reperiuntur. Parochos, & Superiores adeunt, immò Medici nonnumquàm ipsi domos magnatum, nobilium, & divitum petunt, & dispensationes distribuunt, non secus ac pharmaca. Hoc est tremendum Dei judicium, quo istorum jejunia improbantur. Respuit enim Deus mundi, & dæmonis mancipiorum impura jejunia, & tremenda permissione disponit ut non minùs Quadragesimæ, quam bacchanalium tempore diabolo inserviant. Caveant Parochi, & Superiores, ne istorum criminum complices fiant. Scandalum cum hæreticis, tum Catholicis facta est sancta Quadragesima nostra, & pœnitentiæ tempus evasit dissolutionum, & flagitiorum occasio. Ad pauperes, & rusticos redacta est jejuniorum observantia. *Nisi pœnitentiam egeritis, omnes similiter peribitis*, clamat Christus. Si divites, & nobiles nec in ipsa Quadragesima pœnitentiam agunt, numquid eamdem peragent post Pascha, vel æstatis, vel autumni, vel bacchanalium tempore? Sed mittamus istos mundi affecias, & ad alia pergamus.

VI. QUÆST. V. *Dispensatio abstinentiæ à carnibus inferne dispensationem à jejunio.* RESP. Tandem BENEDICTUS XIV. decretum evulgavit, quo jejunio addictos declarat illos, qui non infirmitatis titulo, sed ob solum ciborum quadragesimalium nocumentum, usum carnium obtinent. Evulgatum decretum nonnulli emollire pertentarunt. Idcircò opus fuit ut SS. Pontifex aliud decretum ederet quo istorum ora obstruerer. Nec defuere qui ambo decreta vanis distinctiunculis eludere ausi sint, quorum lepida commenta recenset P. Eusebius AMORT in suo cursu Theologico, & post varias confutationes Germaniæ Theologorum, qui ajunt hæc decreta pontificia neque esse *Brevia*, neque *Bullas*, respondet, Christum Dominum jubere ut oves audiant vocem Pastoris. Non ait Christus, inquit *Amort*, audiendam esse vocem *bullatam*, aut *brevigtam*, sed absolutè Pastoris vocem, & Pastori obediendum. Lepida sanè, sed vera responsio. Obediant ergo Pontifici præcipienti, & christiano jejunio pro virium facultate se fideles subjiciant. Tria hæc de re volumina edidi. 1. *La Quaresima Appellante.* 2. *La Disciplina antica, e moderna*, &c. 3. *In rescriptum* BENEDICTI XIV.

VII. QUÆST. VI. *Quot peccata committit qui diebus jejunii carnes comedit?* RESP. Totiès peccat, quotiès carnes comedit, quia præceptum negativum est. Idem dicendum de eo qui comederet ova, & lacticinia, ubi vetita sunt. Totiès quoquè peccaret, quotiès carnes comederet ille, qui votum edidisset non comedendi carnes tali die.

CA-

CAPUT IV.

De Abstinentia à lacticiniis, unica comestura, & collatiuncula serotina.

I. QUÆST. I. *Obligatne sub gravi culpa abstinentia à lacticiniis?* RESP. Consuetudo hęc in ipsa primitiva Ecclesia obtinebat. Nonnulli negabant evidentem obligationem hujusce consuetudinis, quorum opinionem proscripsit Alexander VII. in hac thesi: *Non est evidens quod consuetudo non comedendi ova, & lacticinia in Quadragesima obliget.* Quod verò in Quadragesimæ obligatio hæc gravis sit, communis est, & vera Theologorum sententia. De diebus dominicis ejusdem Quadragesimæ negarunt non pauci, quorum opinio communiter improbatur. Extra Quadragesimam verò varia est regionum consuetudo, & omnes suę patrię morem servent. Universales regionum consuetudines observare tenentur etiam Regulares, quia & ipsi in talem consuetudinem consenserunt.

II. Pauperes qui ostiatim cibos quærunt, si cibo quadragesimali pro unica comestura careant, possunt velei lacticinis, secus si habeant cibos esurialeș. Rustici, agricolæ, paupereșque degentes in oppidis, & villis, qui mendicato non vivunt, abstinere à lacticiniis debent, quia isti affluenti sunt, & possunt cibis esurialibus vesci. Neque enim isti manducare pisces solent. Verum utinam divites, ac nobiles sic abstinerent à carnibus, quemadmodum isti abstinent à lacticiniis, quibus istorum plures non vescuntur, etiam quando obtenta est dispensatio? Si usus lacticiniorum necessarius sit, servandum jejunium est. Ne multa, ex pœnitentia agenda est quæ fieri potest, declinatis extremis.

III. QUÆST. II. *Necessariane est observantia unicæ comesturæ in jejunio ecclesiastico, & quæ hora peragenda?* RESP. Sensus non est quod jejunantes debeant necessario comedere semel in die, immò possunt, si valetudo, & vires permittant, abstinere per plures dies ab omni cibo. Sed posito quod comedere velint, semel tantùm in die prandere queunt. Et qui repeteret comesturas, multiplicaret peccata, ut probabiliùs tenet opinio. Hora istius comestionis primis Ecclesię sæculis fuit vespertina in jejunio quadragesimali. Postea redacta fuit ad nonam, & tandem ad sextam, seu meridianam, quæ nunc obtinet. Hoc enim ab Ecclesiæ auctoritate pendet, cui standum est. Notabilis anticipatio, necessitate sublata, culpa non vacat. Hora verò jejunii incipit à puncto mediæ noctis, & desinit in puncto mediæ noctis sequentis.

IV. QUÆST. III. *Licitane est collatiuncula serotina?* RESP. Unicam comesturam admittere jejunium ecclesiasticum fatentur omnes, & hæc consuetudo pluribus sæculis viguit. Invectus postea est collatiunculæ serotinæ usus, qui in solo potu sæculo XIII. consistebat. Sæculo XVI. usus iste dilatatus fuit, & potui aliquid cibi adjectum fuit. De hac refectiuncula loquens S. Carolus in Actis Eccl. Mediol. pag. 812. ait: *Vespere panis unciam cum dimidia, & vini pocalum tantùm accipere licet.* Adhuc amplius postea jejunium relaxatum est. Nam alii amplificarunt hanc collatiunculam ad tres, alii ad quatuor, alii ad sex, alii ad octo uncias, & alii ad quartam cœnæ partem. Ajunt naturam humanam ætate nostra debiliorem evasisse, aliasque fabulas nonnulli excogitarunt. Quos omnes redarguit disciplina Græcorum, etiam schismaticorum, qui semel tantùm in die comedunt tempore Quadragesimæ. Quid de tot Religiosis dicam, qui in hac collatiuncula frustulum panis, aut potus noceat, tantummodò sumunt?

V. Recensitis opinionibus rejectis, non improbo consuetudinem dictæ refectiunculæ, sed ejusdem abusum. Expensa disciplina tum antiqua, tum propinquiore ætati nostræ, dicerem, fumi posse in dicta collatiuncula duas uncias panis, & unam fructuum, aut nucum, aut amygdalarum, aut ficuum, rejectis piscibus, & piscículis cujuscumque generis, etiam sale conditis, aut fumo exsiccatis. Finis enim afflictio corporis est, & carnis repressio. Rigidam vocabis hanc opinionem, & alteram octo unciarum acclamabis, inquit Diana *tom. 4. tract. 6. decis. 116.* ubi hæc habet: *Cum quantitatem unciarum esto in dicta collatione licitum esse statutum sit, in hoc puncto non multos habebimus adversarios: quia talem quantitatem ab omnibus cum acclamatione, & brachiis expansis sustinendam esse video.* Et P. Patritius Sporer *in append. ad 3. Præcept. Decal. sec. 2. §. 3.* indignatur Layman, quod in hac sola materia sit austerus. *Ego miror P. Paulum Layman, alias tam benum Germanum, in hac sola materia patriotis sibi fuisse tam austerum.* Hæc sunt plurium ætatis nostræ axiomata, hi canones, hęc Scripturarum testimonia. Dum venti, & gulæ bellum indicimus, rigoristæ audimus: dum eisdem favemus, brachiis expansis nos extollunt.

VI. QUÆST. IV. *An potus chocolatis licitum sit tempore jejunii?* RESP. Eques Franciscus Felinus opusculum Genuæ anno 1678. edidit inscriptum, *Risposta dimostrativa, che la cioccolata rompe il digiuno*, seu *Responsum demonstrativum, quod chocolates frangat jejunium.* Eques iste artem medicam Genuæ profitebatur, & ejusdem peritissimum se prodit. Omni argumentorum genere evincit, chocolatem alimentum esse, & quidem valdè nutriens. Adducit Medicorum celebriorum auctoritatem, & experimenta omnium forbillantium suavem liquorem, qui post potum instauratas sentiunt vires. Narrat *pag. 51.* Serenissimum Carolum secundum Mantuæ Ducem sententiam capitis in facinorosum latam mutasse in solum chocolatis potum quindecim dierum intervallo. Singulis diebus infelix damnatus ad mortem mane, & sero cyatum chocolatis potavit, & elapso intervallo vegetus, & robustus, ac si pleno cibo nutritus fuisset, è carcere prodiit.

VII. *Pag. 43.* adducit auctoritatem ipsius Dianæ; qui *p. 4. resol. 194.* scribit: *Plus nutriunt duæ unciæ chocolatis, quam tres carnis, immò quod unica uncia chocolatis nutriat per 24. ho-*

„ etiam musici : iter agentes, prægnantes, & „ lactantes? Qui ergo manent? Sanè cives qui „ nullum munus habent. At isti omnes, aut fetè, „ conjugati sunt. Quem igitur tenet jejunii ec- „ clesiastici lex, si etiam conjugati excusantur? " Adjicio verò hanc exilem decisionem. „ Respon- „ deo nihilominùs conjugatos hoc solo nomine „ non excusari." Istius autem suæ decisionis nul- lam profert rationem, nec probabiliter, nec de- monstrativè suadentem: neque argumenta quæ pro laxa opinione opponit, resolvit. Consistit ergo laxa opinio, suaque fruitur probabilitate: quoniam juxta Caramuelem, non potest improbabilitas alicujus sententiæ probabiliter probari; sed debet demonstrativè persuaderi. Porrò, ut dictum est, Caramuel oppositam tantùm asserit opinionem; nullo vero modo, nec tenui probabi- litate, nedum validâ demonstratione eam firmat. Ergo laxam opinionem, suæ assertioni contrariam inconcussam relinquit. *Quem ergo* (ut ille ait) *tenet jejunii ecclesiastici lex, si etiam conjugati excusantur?* Quisque sibi in animum induc- et, huic legi Monachos saltem, religiososque viros subjectos esse. At misericors Caramuel, & istos jugo legis subducere enititur *num.* 1339. his verbis: „ An Religiosi teneantur jejunare? Legis „ titulum, mirarique, in dubium reduci rem „ tam claram. Teneri ecclesiasticos ais, & præ- „ cipuè Monachos, qui majorem perfectionem „ sunt professi. At ego te non incuso; sed hunc „ syllogismum propono. Musici, inquam, à je- „ junio excusantur; at omnes Religiosi sunt mu- „ sici, nec in mundo sunt musici qui plus can- „ tent quam Monachi, & Benedictini præcipuè; „ ergo Monachi non tenentur jejunare. Quæ ra- „ tio idem de cæteris Religiosis evincit: nulli „ enim qui non cantent plus quam seculares. Puto „ quidem consequentiam legitimam, minorem „ certam, & majorem probo citando Sanctum, „ Dianamque. " Productis autem utriusque ra- tionibus, concludit Caramuel: *Ergo si etiam Religiosos excludimus, qui erunt in Ecclesia Romana qui tentantur observare jejunia?* In priori edi- tione hæc alia sex vocabula repetiuntur, quæ sublata sunt in hac posteema Romana: *Volo non severè, sed sanctè erudiri.* Hac via inducere la- xitatem conatur Caramuel; simulque ab omni censura sese constituere immunem: quoniam personam non afferentis, sed referentis Dianæ sententiam gerit. At umbra ista citò evanescit, si id quod de Diana ille prædicat, in memoriam revocamus. Caramuel autem in epistola ad Di- nam, quæ in præludio Theologiæ fundamentalis Francofordianę editionis habetur, hæc in Dianę ejusdem doctrinæ laudem effatur: *Diana est Ag- nus Dei tollens peccata mundi.* Deindè paulò infe- rius subdit: „ Sequimur hunc Agnum (mirum „ *Dianam*) quocumque ierit. Certè enim sumus, „ tanto illius dogmata Theologorum firmari nu- „ mero, ut quærenti an hoc, vel illud liceat? „ sufficiat respondere, *Diana dixit.* " Sufficit ergo juxta Caramuelem quod Diana docuerit, Religiosos solutos esse à jejunii lege, ratione cantus, tu opinio isthæc probabilis sit. Diana in posteriore editione recenset hanc Caramuelis opinionem *t.* 4. *tr.* 6. *res.* 26. his verbis. „ Sed, „ pace viti amicissimi, hæc argumenta aperiunt „ viam ad opinionem singularem *contra praxim* „ *omnium Religiosorum.* Et cum hanc sententiam „ viris doctis referrem, alii referunt, alii in aram „ bllem iverunt. Et quidam Pater Societatis Jesu „ jocosè, & facetè: Si sententia Caramuelis esset „ vera, malem Societatem esse adstrictam ad ca- „ nendum in choro, nam essem deobligatus à je- „ junio. " Persequitur deindè Diana amicissimi Caramuelis argumenta refellere. Sed ego persequar alias recensere non minus laxas propositiones.

VIII. „ Non peccant caupones qui in die je- „ junii nolunt suscipere hospites, nisi cœnent: „ quia non intendunt violationem jejunii; sed „ intendunt lucrum. " Pasqualigus *decis.* 367.

IX. „ An possint parentes ministrare cœnam „ filiis nolentibus jejunare, quandò ad id tenen- „ tur? .... Respondeo posse, *immò, & tenetur* „ quia ad parentum munus pertinet providere „ filiis de victu; non verò regere conscientias „ ipsorum (maximè quandò sunt in ætate pro- vecta) ita ut debeant peccata ipsorum punire, „ & hoc modo impedire: undè subministrando „ cœnam faciunt quod fuerum numerum est. „ Nec per hoc cooperantur peccato filiorum; „ cum cœna de se sit indifferens, utpotè ordina- ta ad sustentationem naturę; & potest benè vel „ malè exhiberi. Undè quod malè à filiis adhi- „ beatur, imputandum est malitiæ ipsorum, non „ parentibus exhibentibus cœnam. " Leander *tr.* 5. *disp.* 9. *quæst.* 12.

X. „ Domini non tenentur negare cœnam „ famulis nolentibus jejunare; etiamsi scirent id „ famulis profuturum. " Pasqualigus *decis.* 361. *num.* 9.

XI. „ Excusantur à jejunio qui labore ali- „ quo defatigantur, quamvis illum in alium „ diem commodè differre queant; & etiam si data „ opera, ut non jejunent, hoc agerent; etiamsi „ in fraudem jejunii id agerent, nullius negotii „ causa, itinerando, sed solo desiderio non fer- „ vandi jejunium. " Sancius *in selectis diff.* 4. *n.* 14. apud Dianam coord. *tr.* 6. *res.* 16. *tom.* 4.

XII. „ Excusantur à jejunio qui noctu cale- „ fieri non possunt, nisi cœnent. " Leander *tr.* 5. *disp.* 8. *q.* 29.

XIII. „ Qui assumit media illicita, & ita la- „ boriosa, ut sint incompatibilia cum jejunio, ex „ intentione non servandi jejunium, non peccat „ contra præceptum jejunii. " Pasqualigus *decis.* 320. *num.* 6.

XIV. „ Qui non haberet vinum, aut quod „ solet loco vini adhiberi, in regionibus ubi adest „ penuria vini, neque teneretur jejunare: quia eo „ subtracto, subtrahitur magna refocillatio, & „ quæ plurimum roboris afferat. " Pasqualigus *decis.* 275. *n.* 5.

XV. „ Si precibus, aliove modo posset con- „ jux removere alterum à petendo debitum; ad- „ huc tamen non teneretur uti hoc remedio; at- „ que adeò posset non jejunare, & sic reddere. Ita „ Thom. Sanch. Ratio est, quia personalis obli- „ ga-

„ gatio reddendi est ex justitia, quæ non obli- „ gat nisi ad reddendum personaliter debitum, „ non verò ad conquirenda, vel ponenda reme- „ dia, ne alter petat. " Tamburinus *lib.* 4. *in Decal. cap.* 5. §. 7. *num.* 37.

XVI. „ Cathedratici legentes magno cum „ plausu exiguntur à lege jejunii.... Addo, idem „ affirmandum esse de legentibus unam, aut alte- „ ram lectionem *ostentationis*, aut oppositionis „ causa. " Leander *tract.* 5. *disp.* 8. *q.* 118.

XVII. „ Si quis excipiat hospitio virum mag- „ natem, non videtur posse sine gravi incommo- „ do servare jejunium. Nam si non parat cœ- „ nam, hospes censebit se non excipi cum illa „ magnificentia quæ sibi debetur; & proindè „ concipiet malum animum erga hospitantem. „ Si verò parat cœnam, & ipse accumbat, & „ non comedat, aut saltem parum, etiamsi præ- „ seferat jejunium obligans; hoc imputabitur ad „ quandam importunam correctionem aliorum, „ aut quod ægrè ferat expensas cœnæ: undè vi- „ de cœnandum apud mediante hospitio deberet ac- „ quirere apud talem magnatem, aut Principem, „ potiùs ipsum offender. " Pasqualig. *decis.* 350.

XVIII. „ Concionatores, qui in Quadrage- „ sima concionantur ter, vel quater in hebdo- „ mada, *communiter, & regulariter* excusantur, „ ita ut *in nullo die Quadragesimę* teneantur je- „ junare ..... Quia hoc videtur requisitum ad „ robur necessarium ad bene, & fructuosè con- „ cionandum. " Thom. Sanchez *lib.* 5. *consil. cap.* 1. *dub.* 13. *num.* 6.

XIX. „ Dispensatus ad carnes edendas liber „ est à jejunio. Hinc illi cui conceduntur ob „ dispensationem carnes, licet serò cœnare, „ immò pluries in die se reficere. " Tambur. *tom.* 1. *lib.* 4. *in Decal. cap.* 5. §. 1. *num.* 2.

XX. „ An difficultas in jejunando sit suffi- „ ciens causa ad dispensandum in jejunio? ..... „ Probabilius respondeo, esse sufficientem cau- „ sam ad dispensandum. " Leander *tract.* 5. *disp.* 10. *quæst.* 32.

XXI. „ Tenendum est quod labor ingenii „ eximat ab obligatione jejunandi. " Pasqualigus *decis.* 325. *num.* 2.

XXII. „ An labor *voluntarie* susceptus, si sit „ magnus, extinguat obligationem jejunandi? „ Probabilius respondeo extinguere. " Leander *tract.* 5. *disp.* 8. *quæst.* 154.

XXIII. „ An labor *voluntarius* possit assu- „ mi in diebus jejunii semper, quantum, & „ quotiès libuerit? Probabilius respondeo, pos- „ se assumi *semper, & toties quoties libuerit.* " Idem Leander *loc. cit. quæst.* 155.

XXIV. „ Probabilius respondeo, esse exemp- „ tum à jejunio, nec peccasse adhuc in causa „ contra præceptum jejunii, qui talem laborem „ assumpsit *ob honestum finem* (*ob quærendam* „ *concubinam, aut alium malum finem.*) " Idem Leander *loc. cit. quæst.* 156.

XXV. „ Non tenentur parentes cogere fi- „ lios ad jejunandum, quando nollent jejunare, „ etiamsi constaret quod non haberent causam „ excusantem .... Quia licèt parentes debeant „ habere majorem curam filiorum quam servo- „ rum ... non tamen habent supra ipsos juris- „ dictionem spiritualem; & ideò in ordine ad „ spiritualia non possunt supra ipsos exercere „ aliquam vim coercitivam, nec punire, quan- „ do delinquant in spiritualibus. " Pasqualigus *decis.* 362. *num.* 4.

XXVI. „ Si probabiliter, vel certò moraliter „ sciant tabernarii quod hospites peccent cœ- „ nando, DD. (Navar. Tolet. &c.) permittunt „ quod illis cœna ministretur .... Quia minis- „ tratio illa immò, & ultronea invitatio, non „ fit directè ad non jejunandum; sed solùm ex „ intentione lucri invitantur ad cœnam. " P. Dominicus Viva in Cursu Theologico Morali *tom.* 1. *part.* 2. *quæst.* 10. *art.* 4. *num.* 7.

XXVII. „ Dicendum est, senes sexagenarios, „ *quamvis fortes, & robustos*, liberos esse ab „ obligatione jejunii. " P. Sebastianus Gerbaldi in Theol. Moral. *tom.* 1. *tract.* 8. *cap.* 3. *dub.* 1. §. 1. *num.* 95.

XXVIII. „ In fœminis autem probabiliter ... „ definit obligatio jejunandi, inchoato anno „ quinquagesimo. " P. Viva in Curs. Theol. Mor. *tom.* 1. *part.* 2. *quæst.* 10. *art.* 6. *num.* 8.

XXIX. „ An qui ex justa causa non tenetur „ jejunare, possit sine peccato invitare amicum, „ quem scit sumpsisse prandium, & obligatum „ jejunare, ad secum cœnandum? Respondeo, „ nullo modo peccare, qui urbanitatis causa „ alium jam paratum, & alibi cœnaturum, in- „ vitaret ad cœnam. " P. Gerbaldi *loc. cit. n.* 143.

XXX. „ Certum est jentaculum sumi posse; „ dubium verò, an hi cibi substantiales sint ex- „ clusi. Igitur prævalet libertas illos assumendi. „ Sic discurrit Tamburin. cujus sententiam non „ amplecterer, nisi putarem consuetudinem jam „ introductam ut etiam exigua parte piscis ma- „ joris, cum pane vesci possimus in debita quan- „ titate octo unciarum: quam si quis parum ex- „ cederet addendo unam vel alteram unciam, „ nonnisi venialiter peccaret. " P. Viva *loc. cit. art.* 3. *num.* 3.

XXXI. „ Non est lethale prohibitis vesci car- „ nibus absque dispensatione, consultationevè, „ etiam si necessitas dubia tantùm existimetur. " P. Martin. Torrecilla *tom.* 2. *tract.* 1. *disp.* 4. *cap.* 2. *sect.* 1. *num.* 74.

XXXII. „ In privilegio cruciatę pro vescen- „ dis carnibus diebus prohibitis, conceditur quod „ etsi causa sufficiens non existimetur ad eas ves- „ cendas; dum tamen sufficiens sit ut Papa dis- „ penset, Medicus spiritualis dispensare valeat. " Idem Torrecilla *ibid. num.* 78.

XXXIII. „ In jejunii collatione, vel refec- „ tincula serotina binæ unciæ ultrà consuetas „ octo, gravem adhuc non inferunt transgressio- „ nem. " Idem ibid. *sect.* 3. *num.* 8.

XXXIV. „ Jejunans, ne potus noceat, po- „ test toties quoties aliquam parvitatem sume- „ re, etiamsi quælibet parvitas dimidiam un- „ ciam attingat. " Idem Torrecilla *ibid. cap.* 4. *num.* 9. & 10.

XXXV. „ Non frangitur jejunium iterando

ras absque corporis debilitatione, & efficiat quod homo non egeat somno.

VIII. Quid quod omnes qui negant potum chocolatis frangere jejunium, uno ore fatentur illud frangere, si pastillum quod aqua diluitur, manducetur. Aliquorum testimonia transcribam. P. Thomas Hurtado *tr.*10. *c.*1. *n.* 10. hæc scribit. *Conveniunt omnes, quod si ea materia, quæ aquæ dilutæ est, manducetur, frangit jejunium: amittit enim formam potus.* Leander *tract.* 5. *disp.* 5. *q.* 5. hæc candidè fatetur: *Non est difficultas inter Doctores (Casuistas) nec quæstio, an videlicet sumptis chocolatis in se, hoc est* en pasta, *sit fractivus in se jejunii: nam hoc apud omnes certum est, quod chocolates in se sumptus sit verè cibus.* Cardinalis Cozza *tom. de jejun. p.* 3. *art.* 1. *dub.* 9. inquit: *In hoc concordant, quod chocolates in se, & ex natura sua habeat rationem cibi.*

IX. Si cibus iste, inquiunt, aqua solvatur, & tertium mixtum fiat potabile, tunc non frangit jejunium, quoniam *liquida non frangunt.* Communi sensui renuntiandum est, ut tale formetur ratiocinium, inquit laudatus Medicus, & Eques Felinus *pag.* 41. clamatis: *Si in substantia solida sumptus chocolates frangit jejunium, ut fatentur oppositores, cur non frangit aqua liquatus? Aqua non tollit, sed auget vim nutriendi.* Plurimis argumentis hanc luculentissimam veritatem confirmat ab arte medica arcessitis, allegatque verba Caldera, qui *tract. de Chocol. pag.* 494. docet: *Si ingredientia compositionum, & massam sumantur per se antequàm massam conficiant, & in aquam injiciantur, violant certè jejunium, ut patet. Ergo idem dicendum postquam soluta sunt in aqua, si bibatur. Nam propria substantia cujusque non mutatur illo artificio, sed tantùm variatur figura, dum ex solida massa fit potus, & solùm superveniente aliqua accidentali.* Addit Eques Felinus *pag.* 108. aquam sua humiditate, subtilitate, & igne calefacta efficaciùs, celeriùsque vim nutrientem perferre ad stomachum, & per corpus diffundere vires, instaurare, & fovere, dulcius, & suavius palatum vellicare, & famem auferre, adducta Hippocratis auctoritate.

X. Concludit tandem laudatus Felinus *pag.* 130. his verbis: „ Meis rationibus haud con„tentus adii Patres Societatis Jesu, vellut illos „ qui sunt Magistri Magistrorum, & merito re„putantur Cresi spirituales omnium virtutum „ thesauros possidentes. Illorum aliqui prudenter Arpocratem imitantes siluerunt .... Alii „ laconismo respondernnt, multorum Theolo„gorum sententiam esse chocolatem non fran„gere jejunium .... Inter alios tamen unus P. „ Jesuita more illius insignis, & illustrissimæ „ Religionis doctissimus, quamvis priùs fuisset „ invictissimus Achiles pro potu chocolatis, „ nihilominùs, auditis meis rationum momen„tis, non modo mihi testatus est se persuasum „ esse potum chocolatis frangere jejunium, ve„rùm etiam adjecit, reos illos esse aut mani„festæ obstinationis, aut vitioſe ignorantiæ, „ qui veritati adeo evidenti resistunt. " Hactenus Medicus Felinus elapso sæculo scripsit, cujus ideirco memini, ut nonnullos pudeat Casuistas, quorum laxa commenta vel ipsi laici, & mundani homines improbant. Audiant isti quid de Casuistis ejusmodi scribat Felinus pag. 145. & seq. *Mirum haud est, Casuistas, qui medicam artem ignorant, adeò enormiter errasse, dicentes chocolatem non frangere jejunium. Quarè merito deridentur, & in fabulam adducuntur à doctis Medicis: & eo rationabilius exsibilantur, quod isti non scriptores, sed transcriptores sint. Dummodò typis publicis libros edant, hoc illis sufficit. Debuissent a Medicis hanc veritatem inquirere.* Plura alia adversus similes Casuistas, qui se mutuo Doctores appellitant, scribere persequitur Eques Felinus.

XI. Paucis ego rem expediam. Chocolates componitur ex cacao, cinnamomo, saccharo, & vaginula. Cacao distribuitur pauperibus Indis in eleemosynam à divitibus, quemadmodum apud nos panem pauperibus dant divites, ut omnes testantur. Nemine itaque dissentiente chocolates est cibus valdè nutriens, palato suavis, & gulæ titillandæ opportunissimus. Atqui comestibilia suapte natura nutrientia, sivè solida sumantur, sivè liquata, jejunium violant. Aliqui lac, ova sorbilia, & benè liquata potari, ubi lacticinia permittuntur, tempore jejunii possent. Qui dispensantur ut carnes in Quadragesima comedant, jejunio servato, liquefacere capones, & pullos columbarum possent, eosque potare. Nihil itaque valet dictum istud: *Liquida non frangunt: Chocolates sumitur per modum potus*: Ergo non frangit jejunium. Liquida quæ veram rationem potus habent, sumuntur in mensa ad faciliorem cibi distributionem, & digestionem: sumuntur extra mensam ad sitim extinguendam, aridaque fauces refrigerandas. Quis est qui loco potus sivè in mensa, sivè extra mensam chocolatem potet ut sitim extinguat? Nemo unus. Immò chocolatores communiter vel ante, vel post potum chocolatis poculum aquæ sumunt ad temperandum calorem, & siccitatem chocolatis. Ergo minùs rectè, minusque verè dixeris panem, & chocolatem frangere jejunium, si solida manducentur, secus si liquata sorbeantur.

XII. Opponunt 1. Cervisia ex hordeo, & frumento, vinum ex uva non frangunt jejunium. Ergo neque chocolates. Resp. Si quis ex hordeo, vel frumento comminuto, & trito, & ex aqua simul mixtis, & calefactis faceret pappatium, sicut fit ex chocolate, & aqua, posserne tempore jejunii tale pappatium sumi? Ex frumento, vel uvis extrahuntur liquores ad sitim extinguendam, & in hunc finem adhibentur in mensa, & extra mensam. Numquid chocolates potus est institutus ad sitim temperandam?

XIII. Opponunt 2. Consuetudo obtinet sorbendi chocolatem. Ergo licitus est ejusdem potus. Resp. Consuetudo hæc putida est corrupte-la, quæ obtinet penès gulę mancipia. Nec viri docti, & pii illum absque vera necessitate sumere solent.

XIV. Opponunt 3. Licitus saltèm erit chocolatis usus ratione parvitatis materiæ. Resp. Parvitas materiæ excusat à peccato mortali, secus à veniali. Qui deliberate quotidiè venialiter peccant summo manè tempore pœnitentiæ agendæ, in proximo versantur periculo prolabendi in mortalia. Deindè quis definiet confinia hæc parvitatis materiæ? Pasqualigus hanc parvitatem restringit ad octavam, vel sextam unciæ partem. Alii majorem quantitatem assignant. Nemo certam parvitatem designare valet. Abstine ergo ab hac potionis voluptate, si cavere peccata cupis. Nisi vel ipsa jejunia præcepta serves, demptis effugiis, quandonam pœnitentiam ages? Chocolates non modò jejunium frangit, sed libidinem accendit, & venerem inflammat.

XV. Heine collige si plures in re adeò manifesta, & cum sensu communi pugnante errant, & habenas laxant; quandò facilius, & laxius errabunt in quæstionibus à sensibus remotis, & difficilioribus? Audi Vincentium Gravinam nullius rigoris suspectum in *Orat. de Rep. sent. doct.* sic clamantem: *Facessant à Christianorum scholis fallaces illę distinctiunculæ liquidorum, & solidorum, quibus jejunium restinguendarum cupiditatum remedium potentissimum susulerunt, quibusque, ut verbis D. Hieronymi utar,* abstinentiæ nomen quæsivere deliciis, *ut audeant (o frontem hominum!) præter horas cibo statutas permittere jejunantibus indicas potiones non modò contra jejunii naturam, & legem tristitiæ nutrientes, ac sensu obtellantes, verùm etiam contra communia fas hominum vetitas cupidines incedentes.* Pelagianos, dixerim, se isti produnt, si putent se non indigere vel in ipsa Quadragesima concupiscentiæ depressione, & carnis mortificatione.

CAPUT V.

De Personis subjectis jejunio, & de causis excusantibus.

I. QUÆST. I. *Quo ætatis anno juvenes subjecti sunt jejunii præcepto?* RESP. Communis sententia jam obtinet, juvenes post expletum annum vigesimum primum præcepto astringi. Ex aliis verò titulis, domandę nempè concupiscentiæ, publicæ calamitatis, & in pœnitentiam delictorum, sæpè adolescentes jejunare astringuntur, plus, & minus juxta virium, & sanitatis diversitatem. Debent quoque aliquot dies in hebdomada jejunare juvenes, ut assuescant, & præparentur ad præceptum servandum. Jejunium enim in communi cadit sub præcepto juris naturalis, & divini; determinatio autem temporis est Juris Ecclesiastici. Qui infra Quadragesimam complent annum vigesimum primum, obnoxii sunt præcepto, etiamsi unus dies supereſſet.

II. QUÆST. II. *Senes expleto anno sexagesimo adstringuntur de præcepto jejunii, si firmæ sint valetudinis?* RESP. Negant aliqui. Hæc opinio falsa mihi est. Senes sæpè excusantur non ratione senectutis, sed quia plura in senectute experiuntur incommoda, & infirmitates. Cæterum plurimi senes firmæ valetudinis faciliùs jejunant quam viri triginta, vel quadraginta annorum. Quarè adversa opinio nullo probabilitatis gradu fruitur, sed penitùs rejicienda est. Oraculum S. Pii V. quod obtrudunt aliqui, fabulosum est, ut ostendi *tom.* 3. *lib.* 2. *diss.* 2. *cap.* 19. *num.* 9.

III. QUÆST. III. *Qui non potest totum jejunium implere, tenetur ne ad partem: & utrum sepius modica comedentes graviter peccent?* RESPOND. Negabant olim primam partem non pauci, unde inferebant, exemptos ab abstinentia à carnibus liberos esse à jejunio: quorum opinio improbata est. Solvendum est pœnitentiæ debitum eo modo quo solvi potest. Dividuum enim est jejunii debitum. Qui non potest totum, solvat partem, ut ratio naturalis dictat. Qui non potest vesci piscibus, utatur lacticiniis: qui carnibus verè indiget, servet unicam comesturam: qui nihil potest, nihil solvat. Quid benignius excogitari potest? Sed quilibet cogitet quod Deus non irridetur.

IV. Qui extra unicam comesturam, & collatiunculam in die jejunii comederet integram unciam cibi, graviter juxta communem prudentum existimationem peccaret. Idem dicendum de illis qui modica sæpiùs comederent, quandò hæc modica efficerent quantitatem gravem. Negabant hoc olim nonnulli; sed illorum opinio proscripta est ab Alex. VII. in hac thesi: *In die jejunii qui sepiùs modicum quid comedit, etsi notabilem quantitatem in fine comederit, non frangit jejunium.*

V. Advenæ, peregrini, viatores jejunia universalia Ecclesiæ, ubicumque fuerint, servare tenentur. Tenentur quoquè servare jejunia peculiaria locorum ubi commorantur, ut communiter Theologi docent.

VI. Qui jejunio non est adstrictus, graviter peccat, si alium invitet, & alliciat ad cœnandum secum, sciens quod jejunium frangeret. Caupones nequeunt cœnam ministrare hospitibus, quos sciunt tempore jejunii prandisse. Neque audiendi sunt oppositum sustinentes. Neque refert caupones prævidere hospites suos ad alios accessuros: quia non licet propter commodum temporale cooperari ruinæ spirituali proximi. Si verò caupones dubitent, num hospites teneantur jejunare, aut dubium deponant, aut modestè interrogent. Graviter peccant caupones, qui hospites recipere nolunt, nisi cœnent, cum jejunare astringuntur. Peccant quoquè graviter caupones qui carnes in Quadragesima hospitibus ministrant non requisiti, exceptà necessitate, aut privilegio. Famuli, & ancillæ, quæ coguntur à dominis parare tempore jejunii cibos veritos, cum patet dominos non egere carnibus, neque esse dispensatos, debent, quoad possunt, alios perquirere dominos. Communiter famuli, & ancillæ præsumere debent dominos suos, aut dispensatos, aut indignos ejusmodi escarum. Cæterum si ita scelestos cognoscerent ut jejunia contemnerent, recedere ab illis deberent.

VII. Patresfamilias, & domini curare debent ut domestici, filii, famuli, & alii jejunia præscripta observent, tum exemplo, tum adhortatione. Peccant domini cogentes servos ad opera gravia, quæ jejunium impediunt, quando ejusmodi opera gravia commodè differri in aliud tempus queunt.

VIII. QUÆST. IV. *Quænam sunt causæ à jejunio excusantes?* RESP. Prima est impotentia. De hac impotentia innumeras quæstiunculas instituunt aliqui. Impotentes vocant qui dormire, qui calefieri nequeunt. Distinguenda est difficultas ab impotentia: hæc, non illa excusat. Si difficultas, & molestia infirmitatem induceret, tunc prudentis arbitrio temperandum jejunium est. Qui collatione manè sumpta, prandio in vesperam dilato, jejunare possit, deberet hunc ordinem servare, quamvis negent aliqui, ut eximant similes à jejunio.

IX. QUÆST. V. *An conjugati liberi sint à jejunio, ut solvant debitum conjugale?* RESP. Patres, & antiqui tum Theologi, tum Canonistæ docuerunt, conjugatos servare continentiam debere jejunii tempore: idque ex Scriptura sancta eruunt, Joelc inquiente cap. 2. *Sanctificate jejunium.... Egrediatur sponsus de cubili suo, & sponsa de thalamo suo.* Plures recentiores adeo distant ab hac cælesti doctrina, ut asserant uxorem frangere jejunium posse ut debitum reddat, neque debere precibus removere maritum à petendo, quod reddere sine violatione jejunii nequit. Doctrina hæc tamquam adversa Scripturæ, Patribus, & antiquioribus Theologis rejicienda est: multoque magis doctrina illorum qui asserunt uxores, & puellas jejunium frangere posse, ne macilentæ appareant. Prudentes tamen sint oportet Confessarii in suadenda conjugatis continentia.

X. QUÆST. VI. *Quisnam labor à jejunio excuset?* RESP. Certum est quemcumque laborem à jejunio non excusare, ut patet in hac thesi ab Alex. VII. proscripta: *Omnes officiales qui in Republica corporaliter laborant, sunt excusati ab obligatione jejunii, nec debent se certificare, an labor sit incompatibilis cum jejunio.* Artifices ergo aliqui robusti, & sani jejunare astringuntur. Sutores, sartores, barbitonsores, pictores, nullo modo vi artium à jejunio excusantur. Si aliquis debilis sit, & labori addictus, ut se, & familiam alat, dispensationem obtineat. Itinerantes, equitantes, & similes non excusantur absolutè à jejunio, ut defendebant non pauci, quorum opinionem proscripsit Alex. VII. in hac thesi: *Excusantur absolutè à præcepto jejunii omnes illi qui iter agunt equitando, utcumque iter agant, etiamsi iter necessarium non sit, & etiam si iter unius diei consciant.* Si iter longum sit, & ita necessarium quod differri nequeat, & componi cum jejunio non possit, tunc tales itinerantes excusantur à jejunio.

XI. QUÆST. VII. *Utrum concionantes excusentur à jejunio?* RESP. Duo sunt in jejunio consideranda: abstinentia à carnibus, & unica comestio. Quantum ad primum Concionatores, qui præire exemplo debent, non excusantur ab abstinentia à carnibus. Constitutiones Ordin. Præd. tit. de Prædicat. ita decernunt apud Fontanam. *Concionatores qui tempore Quadragesimæ à carnibus abstinere non valent, per Quadragesimam ad populum concionari non possint, ne plus tantò scandalò offendant quam verbis ædificent.* Constitutiones Servitarum *tom. 2. pag. 124.* hæc decernunt: *Qui cibis quadragesimalibus vesci non possunt, si propter ædificationem proximi extra domus nostras concionaturi non mittantur.* Concionatores non pauci vescuntur carnibus, populo non ignorante, singulis Quadragesimæ diebus. Mirum ergo haud esse debet, si parum, aut nihil in populo proficiant. Clamabat Paulus: *Castigo corpus meum, & in servitutem redigo, ut cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar.* Quantum ad secundum, qui singulis diebus concionantur, si jejunare nequeant, dispensationem à Superiore petant. Mihi falsa est opinio P. Thomæ Sanchez, qui *lib. 5. cons. cap. 1. dub. 13. num. 6.* eos excusat à jejunio qui ter, vel quater in hebdomada concionantur: quoniam, inquit, debet conservare vires pro futuris Quadragesimis. Confessarii, Magistri, Lectores nullo modo à jejunio excusantur.

XII. Altera causa quæ à jejunio excusat, est dispensatio, quam Superiores Ecclesiastici impertiri valent. Medici nullo modo dispensare queunt, sed solum judicium proferre, quòd infirmitas, vel debilitas grave nocumentum inferat, nisi jejunium solvatur. Non enim quælibet difficultas, vel capitis dolor sufficiens est dispensandi causa. Sed plurimi ex medicis potissimum in causa sunt cur jejunia passim violentur: isti enim, ut auram popularem aucupentur, & multiplicem clientum turbas, omnibus, & præcipuè nobilibus, adulantur, & attestationem pro dispensatione offerunt etiam non quæsiti. Causas justæ dispensationis alibi explicabo.

XIII. QUÆST. VIII. *Quænam opera conitari jejunia Christianorum debent?* RESP. Jejunium Christianorum officium virtutis est. Quare primum omnium abstinendum à peccatis est. *Declina à malo, & fac bonum.* Gravia, & difficillima sunt plurimis Christianis jejunia, quia cum anima onusta sit peccatorum pondere, fructum, & dulcedinem pœnitentiæ non gustant. *Ecce* (inquit Isai. cap. 48.) *in die jejunii vestri inventur voluntas vestra.* Mundata anima à peccatis exercere debent Christiani virtutum officia, præsertim eleemosynam, orationem, & infirmorum visitationem. Totam ferè dissertationem insumpsi in resolvendis casibus, in distinendis quæstiunculis, quæ inutiles, & ineptæ forent, nisi necessitas vindicandæ veritatis ad id urgeret. Patres omnes eo studia sua conferunt, ut jejuniorum observantiam suadeant, & virtutum, præsertim eleemosynæ, & orationis officia inculcent. Et hæc est optima differendi ratio. Verùm eò infelicitatis devenit ætate nostra tradendæ morum Theologiæ ratio, ut tota litigiosa, sophistica, & pugnacissima sit, quæ vitilitigatores, & argutatores efficiat lectores, minimè verò humiles, & exactos observatores. Hoc sæpiùs indicavi, & milliès repetam. Vide plura *tom. 5. lib. 2. dis. 2. cap. 27. & 28.*

DISSERTATIO III.

De tertio, & quarto præcepto Ecclesiæ, nempè annuæ confessionis, & paschalis communionis.

CAPUT I.

Recensentur propositiones damnatæ.

I. *QUI facit confessionem voluntariè nullam, satisfecit præcepto Ecclesiæ.* Est 14. ex damnatis ab Alex. VII.

II. *Qui habuit copulam cum soluta, satisfecit confessionis præcepto, dicens, commisi cum soluta grave peccatum contra castitatem, non explicando copulam.* Est 25.

III. *Præcepto communionis annuæ satisfit per sacrilegam Domini manducationem.* Est 55. Innocentii XI.

CAPUT II.

Ecclesia præceptum edidit, quod pro se obligat omnes fideles ad peccatorum confessionem singulis annis.

I. INnocentius III. Pontifex Summus in Concilio generali Lateranensi IV. anno 1215. hunc edidit canonem. *Omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua solus peccata confiteatur fideliter saltem semel in anno proprio Sacerdoti, & injunctam sibi pœnitentiam studeat pro viribus adimplere, suscipiens reverenter ad minus in Pascha Eucharistiæ Sacramentum nisi forte de consilio proprii Sacerdotis ob aliquam rationabilem causam ad tempus ab ejus perceptione duxerit abstinendum: alioquin, & vivens ab ingressu Ecclesiæ arceatur, & moriens christiana carear sepultura.* Hoc Concilii Lateranensis statutum confirmavit Tridentina Synodus *sess. 14. can. 8.* his verbis: *Si quis dixerit confessionem omnium peccatorum, qualem Ecclesia servat, esse impossibilem, & traditionem humanam à piis abolendam, aut ad eam non teneri omnes, & singulos utriusque sexus Christifideles, juxta magni Concilii Lateranensis constitutionem, semel in anno, & ob id suadendum esse Christifidelibus ut non confiteantur tempore Quadragesimæ, anathema sit.*

II. Hoc præceptum astringit non Catholicos modò, verùm etiam hæreticos, illos proximè, istos remotè, quatenus tenentur reconciliari Ecclesiæ, ut ab excommunicatione soluti fiant Ecclesiæ membra. Præceptum enim astringit omnes baptizatos, atque adeo etiam hæreticos, qui validè baptizati sunt.

III. Vi istius præcepti fideles obstringuntur confiteri peccata mortalia tum externa, tum interna Sacerdoti, ut omnes Theologi fatentur, & Tridentinum definivit *sess. 14. cap. 5.* his verbis. *Ex his colligitur oportere à pœnitentibus omnia peccata mortalia, quorum post diligentem sui discussionem, conscientiam habent, in confessione recensiri, etiamsi occultissima illa sint.* Præceptum hoc mortalia, secùs venialia comprehendit. Qui nullum mortale per totum annum perpetraverit, effetus obnoxius huic præcepto? Fusè disputant auctores hac de re; sed inutilis disputatio est. Quoniam qui abstinet à mortalibus, pluries in annum confitetur, & evanescit difficultas. Utcumque autem res se se habeat, fidelis qui vi præcepti tenetur suscipere communionem paschalem, debet se sistere Confessario, eique manifestare conscientiam suam.

IV. QUÆST. I. *Qua anni parte obligat hoc præceptum?* RESP. Communior sententia docet obligare semel in anno, nulla anni parte designata. Petrus Soto auctor gravissimus *lib. de Confess.* defendit præceptum illud in determinata anni parte obligare, nempè in Quadragesima, & in Paschate. Hæc secunda sententia praxim fidelium spectat, qui reipsa cum in Paschate communicare debeant, confiteri etiam solent. Itaque si præceptum absolute spectetur, semel in anno confiteri jubet, nulla determinata anni parte; si verò simul cum paschali communione accipiatur, in Quadragesima, & in Paschate executioni demandatur. Annus verò computatur à Paschate ad aliud Pascha. Si per integrum annum quis confessus non fuerit, tenetur cum primùm commodè potest confiteri, ut communis, & verâ sententia docet. Qui prævidet infrà annum se impediendum fore, tenetur prævenire confessionem. Qui confessus est omnia peccata quæ memoriæ occurrunt, si postea recordetur peccati mortalis oblitì, tutiùs erit intra annum illud confiteri, licèt plures negent. Idem dicendum de eo qui propter justam causam scienter omittit. Tenetur enim cum primùm commodè potest illud confiteri. Quoniam præceptum totum annum respicit, & qui non potest in una anni parte, tenetur in altera parte illud implere.

V. QUÆST. II. *An præceptum impleatur per confessionem invalidam?* RESP. Affirmarunt olim nonnulli, quorum opinio damnata est ab Alex. VII. in hac thesi: *Qui facit confessionem voluntariè nullam, satisfacit præcepto Ecclesiæ.* Qui facit confessionem voluntariè nullam, non suscipit Sacramentum. Præceptum autem divinum jubet, ut suscipiatur Sacramentum. Præceptum verò Ecclesiasticum determinat ut suscipiatur semel in anno.

CAPUT III.

De illis qui huic præcepto subjecti sunt, & de causis excusantibus.

I. QUÆST. I. *Quo ætatis anno tenentur pueri confiteri?* RESP. Communis, & vera sententia docet, cum primùm istis affulget rationis lumen, quod circiter septennium contingit. Pru-

Prudentia tamen, & patientia Parochis, & Confessoribus opus est ut discernatur quandonam pueri isti apti sint ad præceptum implendum. Plures tam patresfamilias, tum Parochi, & Confessarii negligentes sunt in hac puerorum instructione. Cæteri quoque fideles omnes sive viri, sive fœminæ, sive senes, sive juvenes huic præcepto subjecti sunt, nemine, neque ipso Summo Pontifice excepto.

II. QUÆST. II. *Quænam sunt causæ ab hoc præcepto excusantes?* RESP. 1. Est impotentia physica, quando omni adhibita diligentia Confessarius reperiri nequit. Impotentia quoque moralis, quando nempè absque gravissimo incommodo reperiri Confessarius non potest. Regula præcisa hujusce impotentiæ moralis præscribi nequit. Ieer unius, & alterius diei excusabit puellam, secus hominem. Quare prudentis arbitrio hoc relinquitur. Vix hoc accidere potest in regionibus nostris, ubi Confessarii abundant.

III. Grave periculum famæ, honoris, vel fortunæ excusat quoquè ab istius præcepti observantia: quia lex ecclesiastica cum tanto periculo non obstringit. Detrimentum tamen famæ, vel honoris, quod subire deberet apud Confessarium, qui de te optimam conceperat opinionem, te non excusaret à præcepto implendo.

IV. QUÆST. III. *Fidelis qui ignorat idioma Confessarii, tenetur se confiteri per interpretem?* RESP. Negat communis, & vera sententia, præceptum ecclesiasticum obligare cum tanto onere. In articulo verò mortis divinum præceptum urgere etiam per interpretem ad confessionem mihi videtur valdè probabile, & est doctrina S. Thomæ in *suppl. q. 9. art. 3. ad 2.* Immò probabilius mihi videtur Sacerdotem in peccato mortali existentem, & volentem celebrare præcepto divino obstringi ad confessionem per interpretem prudentem, & probum, si adsit. Scio plurimos Theologos oppositum docere; sed ratio quam produnt, non videtur convincere. Supplendum, inquiunt, est per contritionem justificantem. At isti ipsi Theologi docent contritionem donum esse adeò rarum, ut nollint eam esse necessariam ad confessionem: & nunc illam obviam omnibus perhibent. Detrimentum famæ quod opponitur, nullius est momenti. Nam æquè interpres, ac Confessarius sigillo sacro obstringuntur. Quid quod communiter homines sua peccata communicant aliis, nulla urgente necessitate? Et ut in turo collocent salutem suam, divinumque præceptum impleant, famæ detrimentum opponunt? Verum hoc rarò contingit: idcircò longiorem non postulat discussionem.

V. Mutus, qui nequit voce, debet per nutus, aut scripturam confiteri, ut probabilior, & communior sententia docet.

VI. QUÆST. IV. *Quæ pœnæ impositæ sunt omittentibus implere præceptum annuæ confessionis?* RESP. Jure communi nulla pœna imponitur ipso facto incurrenda. Nam in cap. *Utriusque sexus* solùm arcentur transgressores ab ingressu Ecclesiæ, & ab ecclesiastica sepultura post judicis sententiam. Plures tamen Episcopi in suis diœcesibus ferunt excommunicationem ipso facto incurrendam in transgressores hujus præcepti, vel utriusque, confessionis, & communionis. Quam excommunicationem incurrunt etiam illi qui faciunt confessionem voluntariè nullam. Pueri ramen ante annum decimum omittentes hoc præceptum excommunicationem non contrahunt. Huic excommunicationi subjectæ sunt meretrices, quia tenentur sese convertere.

CAPUT IV.

De communione paschali.

I. QUÆST. I. *Datur ne præceptum communionis paschalis?* RESP. Affirmant omnes catholici, tutumque est in Concilio Lateranensi cap. *Utriusque sexus.* Hoc præceptum obligat solos fideles baptizatos. Hæretici huic præcepto subditi sunt, quatenus redire in Ecclesiæ sinum astringuntur. Antiquitùs infantes statim post Baptismum sacram recipiebant Eucharistiam; & hæc disciplina, quæ pluribus obtinuit seculis, solùm post XIII. penitus exolevit.

II. In præsentia disputant Theologi, quo anno ætatis accedere pueri ad communionem teneantur. P. Suarez cum pluribus aliis designat annum duodecimum. Quia Sacramentum Eucharistiæ dignius esse Sacramento Pœnitentiæ: & hoc præ illo magis necessarium est. Verum mihi probabilius videtur tempus illud quod opportunum judicatur pro confessione, aptum esse pro communione. Immo facilius suadetur infanti adoratio, & fides Eucharistiæ, quam instruatur pro confessione peragenda. Conceptionem doloris, & firmi propositi non adeò facilè infantes percipiunt. Quarè si circiter septennium, vel octennium judicantur habiles pro confessione, habiliores erunt pro communione. Accedit quod hæc nostra sententia perspicuè eruitur ex Concilliis Lateranensi, & Tridentino, & Catechismo Tridentino *part. 2. n. 63.*

III. QUÆST. II. *Qua anni parte urget hoc præceptum?* RESP. Ecclesiæ inuitio communio quotidiana erat: defervescente fidelium charitate fuit tribus, & tandem unica sub præcepto. Tempus præcepti istius implendi est paschale, ut ex Lateranensi colligitur: *Ad minus in Pascha.* Paschatis nomine quindecim dierum spatium comprehenditur. De consilio tamen Confessarii ultra tempus paschale differri observantia hujus præcepti potest, ut omnes fatentur. Quarè si Confessarius non deprehendit pœnitentem satis dispositum pro obtinenda absolutione, differre illam potest donec eumdem ex certis moraliter signis contritum agnoscat. Qui verò absque consilio Sacerdotis omittit communionem sive ex impotentia, sive ex malitia, sive ex oblivione, cum primùm potest, implere communionis paschalis præceptum astringitur, ut communior, & probabilior sententia docet.

IV. QUÆST. III. *An qui prævidet se non posse infrà intervallum paschale communionem suscipere, teneatur illam anticipare?* RESP. Negant Suarez, Azorius, Reginaldus, Ghetius, Leander, & alii apud ipsum. Contraria sententia mihi probabilior est. Quoniam dum præceptum in primis jubet substantiam actus, deindè circunstantiam ejusdem, si utrumque impleri nequit, saltem ponenda est actus substantia. Porrò quod primum imponit mandatum, est communio semel in anno. *Nisi manducaveritis carnem Filii hominis, & biberitis ejus sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Secundario verò præscribit circunstantiam temporis paschalis. Ergo qui prævidet non posse se hanc circunstantiam exequi, tenetur prævenire, & anticipare communionem, ut observet substantiam, & quod primum præceptum imponit. Idem dictum est de præcepto annuæ confessionis. Similiter qui prævidet circa meridiem impediendum fore ab audiendo Sacro, tenetur cum potest summo mane Sacrum audire.

V. QUÆST. IV. *An qui indigne communicant, hoc præceptum implent?* RESP. Sententia adfirmans damnata ab Alex. VII. fuit, ut patet ex thesi supra relata.

VI. Excommunicati, & interdicti excusantur à sumptione Eucharistiæ, dummodo ipsi in causa non sint cur à censuris non absolvantur. Si autem ipsi sua contumacia obicem ponunt ne absolvantur, tunc ipsi peccant contra hoc præceptum.

VII. Quilibet parochianus tenetur in sua propria parochia communionem sumere, aut alibi de licentia proprii Parochi. Sacerdotes tamen celebrantes in quacumque Ecclesia implent hoc præceptum. Regulares, & in mortis articulo, & in tempore paschatis suis familiaribus, & servitoribus in suis Monasteriis, & locis à Parochorum jurisdictione exemptis administrare valent Eucharistiam. Item contendunt nonnulli, posse Regulares tempore Paschali sæcularibus administrare Eucharistiam pro præcepto implendo, & adducunt privilegia Nicolai V. & Julii II. Sed privilegia hæc commentitia mihi sunt, nec in Bullariis reperiuntur. Idcircò rejicienda omninò sunt tanquam praxi universali contraria; sicuti rejicienda est opinio docentium, in articulo mortis posse Regulares administrare laicis Eucharistiam per modum Viatici. Allegata quippè privilegia Pauli IV. apocrypha sunt. Solùm Parocho deficiente, Regulares, & singuli Sacerdotes administrare in articulo mortis viaticum fidelibus valent.

VII. Advenæ, & peregrini qui ad proprias Parochias redire nequeunt, Paschatis tempore satisfaciunt præcepto communionis paschalis in quacumque Ecclesia sive Regularium, sive aliorum Sacerdotum, si suscipiant Eucharistiam à Sacerdotibus facultatem habentibus illam administrandi: Plura alia dicentur de Sacramentis Pœnitentiæ, & Eucharistiæ.

DISSERTATIO IV.

De Decimis quinto Ecclesiæ præcepto impositis.

CAPUT I.

Decimarum notio, origo, & solvendarum obligatio.

I. QUÆST. I. *Quid sint Decimæ, & quanam earum origo?* RESP. Decima est illa fructuum pars quę quotannis Ecclesiæ Ministris persolvitur. Decima nuncupatur, quia est omnium bonorum mobilium, sive fructuum jure quæsitorum pars decima. Decimarum origo quamcumque legem scriptam antecedit. Abrahami quippè ante legem Mosaycam decimas solvit Sacerdoti Melchisedech. Lex enim ipsa naturalis suggerit alendos esse Sacerdotes divino cultui applicatos, & pro populo apud Deum precantes, & intercedentes peccatorum remissionem. Lex autem positiva, seu scripta definivit hanc alimentorum quantitatem debere esse decimam bonorum mobilium partem.

II. QUÆST. II. *Quot sunt decimarum genera?* RESP. Tribuuntur communiter in *reales, personales*, & *mixtas. Reales*, seu *prædiales* solvuntur de fructibus prædiorum, agrorum, vinearum, pratorum, hortorum, arborum, demorum locatarum, silvarum. Prædia, alia quæ semper fuerunt culta; alia quæ vocantur *novalia*, quæ nempè ex hominum memoria ante culta non fuerunt. *Personales* sunt quę solvuntur ex bonis propria industria, puta militia, negotiatione, scientia, officio, & quavis alia arte acquisitis. *Mixtæ* partim reales sunt, partim personales. *Prædiales* dividuntur in *majores*, quæ de frumento, vino, & oleo solvuntur; & in *minores*, quæ de vitulis, agnis, pullis, butyro, caseo, leguminibus, & hortorum fructibus offeruntur. Tandem aliæ *ecclesiasticæ*, quas ministris Ecclesiæ pro eorum sustentatione populus solvit; aliæ *laicales*, quæ ex concessione Ecclesiæ à laicis percipiuntur.

III. QUÆST. III. *An jure tantum ecclesiastico decimæ in lege gratiæ solvantur?* RESP. Sermo est de decimarum quantitate, quam Canonistæ aliqui contendunt esse juris divini. Quam opinionem omninò falsam improbant Theologi plures defendentes hanc quantitatis determinationem esse juris ecclesiastici. Quamobrem consuetudine abrogari posset debitum decimarum, si alia via provisum ministris Ecclesiæ esset. Quia cessante titulo, cessat debitum. Titulus decimarum est sustentatio ministrorum. Ergo si aliundè ministri haberent undè viverent, jam cessaret titulus decimarum. Verum hoc nunquam evenier. Consuetudo dumtaxat obtinet quod decimæ solvantur ex his rebus, non item ex aliis.

IV. QUÆST. IV. *Quinam solvere decimas debent?* RESP. Omnes fideles baptizati vi juris communis per se lequendo, nisi aliquo fruantur privilegio, ad solvendas decimas astringuntur.

Hinc

Hæinc Infideles, Turcæ, Judæi, cæterique qui baptizati non sunt, decimarum oneri non subjiciuntur, si fermo sit de decimis personalibus. Nam si infideles prædia possiderent in provinciis subjectis Principibus christianis, decimas pendere tenerentur, quæ talia prædia consequuntur. Summus Pontifex, & Episcopi decimas personales solvere non tenentur. Pontifices verò solvere decimas prædiales tenentur de illis terris, & fundis, quos possident titulo patrimonii privati temporalis. Quoniam omne istud reale est prædiis annexum, solvendum illis Parochis intra quorum territorium prædia constituta sunt. Idem potiori jure dicendum de Episcopis est. De prædiis Episcopatus solvere decimas non debent, sed solùm de prædiis quæ titulo hæreditatis possident. Idem quoque dicendum de Parochis, & Curatis est. Clerici simplices tenentur decimas solvere tum personales, tum reales. Quoniam decimæ personales debentur ratione sacramentorum quæ Clerici à Parochis suscipiunt. Duplici titulo lucrari Clerici valent, nempè spirituali Missam celebrando, aut defunctorum cadavera sepeliendo, &c. & de his solvere decimas non astringuntur, & temporali, seu profano, & de his quæ hac industria lucrantur, offerre decimas tenentur. Pauperes gravi, vel extrema necessitate laborantes à decimarum solutione liberi sunt. Qui verò sunt in communi paupertate, non eximuntur à decimarum solutione, sicuti non liberantur à pendendo Regi tributo. Cavendum autem est ne ejmgatur pauperias gravis ubi non est.

V. Regulares vi suorum privilegiorum exempti sunt à solvendis decimis non solùm de novalibus, sed etiam de aliis terris ante, & post Concilium Lateranense acquisitis, propriisque sumptibus cultis, ut communis sententia docet, & apertè declaratum est in textu cap. *Audientiam*. De tertiis verò traditis colonis colendis solvere decimas tenentur, dum coloni propriis sumptibus terras excolunt. Contendunt Salmanticenses, exemptos esse Regulares etiam à pendendis decimis de illis prædiis quæ ipsi Religiosi conducunt, aut in emphyteusim accipiunt, propriisque sumptibus, aut manibus excolunt, & adducunt ex Garcia privilegium Martini V. cuidam Ordini concessum, & per communicationem ad cæteros Ordines ampliticatum. Hæc communicatio utpotè odiosa, & noxia juri Parochorum, rejicienda est. Quarè dicta opinio Salmanticensium, & aliorum plurium non mihi videtur vera.

CAPUT II.

De quibus rebus decimæ tam personales, quam prædiales, quove tempore solvi debeant.

I. QUÆST. I. *De quibus lucris solvendæ decimæ personales sint?* RESP. De omnibus proventibus per industriam acquisitis decimæ solvendæ vi juris communis sunt, ut omnes Canonistæ, & Theologi docent. Quarè omnes mercatores, milites, advocati, notarii, judices, venatores, piscatores, artifices, famuli, & ancillæ, de lucris, & mercede acquisita ad decimas tenentur. De turpi verò lucro, ut de meretricio, Ecclesia non recipit decimas, ne videatur peccato consentire.

II. Recensitæ decimæ, quæ vi juris communis debentur, vi oppositæ consuetudinis omnes abrogatæ sunt, & nullibi jam solvuntur. Si alicubi tamen solvantur, patriæ mos servandus est.

III. QUÆST. II. *De quibus rebus decimæ prædiales solvendæ sint?* RESP. Vi juris communis Ecclesiæ decimæ debentur de omnibus terræ fructibus, etiam de pratis, de pascuis, de lino, canape, de auri, argentique fodinis, de proventibus domorum, molendinorum, clibanorum; verùm hodiè de his omnibus, aliisque decimæ non penduntur. Quarè cujuscumque patriæ consuetudo servanda est,

IV. QUÆST. III. *An peccent qui decimas non solvunt?* RESP. Solutio decimarum, quibus aluntur Ecclesiæ ministri, est actus justitiæ, & quatenus Deo offeruntur, est actus Religionis. Quarè qui easdem defraudant, peccant tum contra justitiam, tum contra Religionem.

V. QUÆST. IV. *Latæne sunt aliquæ pœnæ contra defraudantes decimas?* RESP. Latam esse pœnam excommunicationis, quam ipso facto incurrunt, docet Rebuffus, cujus opinio falsa est, ut ex Tridentino *sess.* 25. *c.* 12. colligitur. *Qui decimas aut subtrahunt, aut impedimt, excommunicentur; nec de hoc criminè, nisi plenè restitutione facta, absolvantur.* Non ergo decimarum defraudatores sunt ipso facto excommunicati, sed excommunicari jure valent. Huic enim pœnæ contumacia præire debet. Qui fructus non decimatos furatur, ad restitutionem tenetur, sicut, & illi qui comburunt segetes, cæterosque fructus terræ.

VI. QUÆST. V. *Quibus Ecclesiis, & personis solvendæ decimæ sint?* RESP. Olim solvebantur cœtui clericorum, quorum distributor erat loci Episcopus, qui Ecclesiæ ministris easdem distribuebat. Facta bonorum distributione, jure communi hodierno solis Parochis decimæ debentur. Olim Episcopis *Quarta* debebatur, sed vi juris hodierni nulla decimarum portio Episcopis solvitur. Quando verò prædia non sunt alicui Ecclesiæ adnexa, vel sunt adfixa Ecclesiæ Cathedrali cujus Parochus sit ipse Episcopus, tunc huic solvendæ decimæ sunt.

VII. Ut paucis rem perstringam, fideles diligentes, & prompti sint in decimis reddendis juxta consuetudinem hodiernam cujuscumque patriæ, ut mercedem à Deo recipiant, qui in præmium etiam temporale terras fecundabit, ut *cap.* 3. Malachias Propheta spondet. *Inferte omnem decimam in horreum, & sit cibus in domo mea: & probate me super hoc, dicit Dominus, si non aperuero vobis cataractas cæli, & effudero vobis benedictionem usque ad abundantiam, & increpabo pro vobis devorantem, & non corrumpet fructum terræ vestræ: nec erit sterilis vinea in agro, dicit Dominus exercituum. Et beatos vos dicent omnes gentes: eritis enim vos terra desiderabilis, dicit Dominus exercituum.* Peccant fideles decimarum solutionem omittentes; sed gravius peccant Ministri Dei quoties eisdem decimis abutuntur, quoties quod victui, & vestitui supereſt, non distribuunt pauperibus.

CAPUT III.

De Primitiis.

I. MUltiplex primitiarum significatio. 1. Temporis initia prodit, ut inquit *Rom.* 8. S. Paulus: *Nos ipsi primitias spiritus habentes.* 2. Dignitatem quandam præfert, & peculiarem bonitatem, ut fructus terræ selectiores, & præstantiores. Primitiæ, de quibus nunc fermo est, sunt primi fructus agrorum, & arborum, qui Deo offeruntur, de quibus S. Thomas 2. 2. *q.* 86. fusè loquitur.

II. Primitiæ à decimis distinguuntur, quod hæ in Ministrorum Ecclesiæ sustentationem, & pauperum subsidium exhibeantur; illæ verò in grati animi argumentum pro acceptis beneficiis Deo offeruntur.

III. Omnes ferè gentes naturali lumine perfusæ aliquid frugum Deo offerre in more habent, ut advertit Angelicus *loc. cit. art.* 4. In veteri lege fuisse præceptum à Deo impositum filiis Israel de primitiarum oblatione, aperta Scripturarum testimonia declarant, ut habetur *Exod. c.* 22. & 23.

IV. In lege gratiæ jus divinum non imponit solutionem primitiarum: fuit olim præceptum ecclesiasticum, sed nunc consuetudine abrogatum est experientia teste.

V. Oblatio ad Deum relata comprehendit sacrificium, decimas, primitias, easque res omnes quas fideles sponte in divinum cultum conferunt. Quæ verò liberaliter Dei Ministris donantur in sustentationem, oblationes propriè nuncupantur. Oblationes quę à fidelibus fiunt, soli Parocho debentur, sive fiant intra, sive extra Ecclesiam. Similiter oblationes factæ sacris imaginibus in sacellis aliquibus pertinent ad Parochum illius parochię in quâ sunt imagines. Item si imago sit depicta in pariete alicujus domus, per quam patrare Deus miracula velit, oblationes eidem factæ ad Parochum attinent. Si plura de primitiis scire cupis, consule S. Thom. *loc. cit. & tom.* 3. *Tract. Christ. lib.* 3. *diss.* 2.

LIBER VIII.

DE OFFICIIS HOMINUM, SEU DE ACTIBUS humanis, atque de lege tum naturali, tum positiva: item de vitiis, & peccatis.

DISSERTATIO I.

De Officiis hominum.

CAPUT I.

De officiis voluntariis, & liberis.

I. QUÆST. I. *Quid sit officium voluntarium?* RESP. Est *actus à principio intrinseco procedens cum cognitione finis.* Primæ particulæ distinguunt motum voluntarium à motu per vim, aut per artem producto, seu à motu violento, & artificiali, qui à principio extrinseco proficiscitur. Ultimæ particulæ *cum cognitione finis* præsè accipiendæ sunt prout cognoscitur finis ut finis, seu ut bonum movens voluntatem, & ut respectum explicans ad mediorum proportionem cum eodem fine. Hæinc actiones brutorum non sunt voluntariæ: quia licèt ab intrinseco manent, carent tamen cognitione comparante finem cum mediis.

II. QUÆST. II. *Quotuplex voluntarium?* RESP. Multiplex. Aliud *in actu*, quod est actio ipsa egrediens à principio intrinseco cum cognitione finis; aliud *in potestate*, quatenus in voluntate continetur. Tribuitur deindè voluntarium *in elicitum*, quod à voluntate immediatè producitur; & in *imperatum*, quod voluntate imperante ab aliis potentiis efficitur. Rursus voluntarium aliud *directum*, quod voluntatis reali influxu producitur; aliud *indirectum*, seu interpretativum, quod ex omissione, qua non impedit quis, cum possit, & teneatur, resultat. Tandem voluntarium aliud *perfectum*; aliud *imperfectum*; aliud *necessarium*, aliud *liberum*. Necessarium duplici ex capite oritur: aut ex perfectissima cognitione summi boni clarè visi, & possessi, ut est amor beatorum; aut ex imperfectissima apprehensione finis, ut est brutorum appetitio necessaria, & imperfectè voluntaria.

III. Omissio non est voluntaria absque omni actu voluntatis vel præcedente, vel comitante. Ut omissio sit vitiosa, & eorum præceptum seu debitum illam evitandi oportet. Absque præcepto tamen voluntaria esse potest, & meritoria, ut patet in omissione nubendi, vescendi cibis delicatioribus, aliisque similibus.

IV. QUÆST. III. *Quod sint involuntarii causæ?* RESP. Quatuor. 1. Violentia, 2. metus, 3. concupiscentia, 4. ignorantia. Violentia parit involuntarium, cum vis extrinsecùs infertur. Duo requiruntur ad violentiam: alterum quod principium vim inferens sit extraneum; alterum quod qui vim patitur, resistat: si enim indifferens esset, vim non pateretur.

QUÆST.

Hæinc Infideles, Turcæ, Judæi, cæterique qui baptizati non sunt, decimarum oneri non subjiciuntur, si fermo sit de decimis personalibus. Nam si infideles prædia possiderent in provinciis subjectis Principibus christianis, decimas pendere tenerentur, quæ talia prædia consequuntur. Summus Pontifex, & Episcopi decimas personales solvere non tenentur. Pontifices verò solvere decimas prædiales tenentur de illis terris, & fundis, quos possident titulo patrimonii privati temporalis. Quoniam omne istud reale est prædiis annexum, solvendum illis Parochis intra quorum territorium prædia constituta sunt. Idem potiori jure dicendum de Episcopis est. De prædiis Episcopatus solvere decimas non debent, sed solùm de prædiis quæ titulo hæreditatis possident. Idem quoque dicendum de Parochis, & Curatis est. Clerici simplices tenentur decimas solvere tum personales, tum reales. Quoniam decimæ personales debentur ratione sacramentorum quæ Clerici à Parochis suscipiunt. Duplici titulo lucrari Clerici valent, nempè spirituali Missam celebrando, aut defunctorum cadavera sepeliendo, &c. & de his solvere decimas non astringuntur, & temporali, seu profano, & de his quæ hac industria lucrantur, offerre decimas tenentur. Pauperes gravi, vel extrema necessitate laborantes à decimarum solutione liberi sunt. Qui verò sunt in communi paupertate, non eximuntur à decimarum solutione, sicuti non liberantur à pendendo Regi tributo. Cavendum autem est ne ejmgatur pauperias gravis ubi non est.

V. Regulares vi suorum privilegiorum exempti sunt à solvendis decimis non solùm de novalibus, sed etiam de aliis terris ante, & post Concilium Lateranense acquisitis, propriisque sumptibus cultis, ut communis sententia docet, & apertè declaratum est in textu cap. *Audientiam*. De tertiis verò traditis colonis colendis solvere decimas tenentur, dum coloni propriis sumptibus terras excolunt. Contendunt Salmanticenses, exemptos esse Regulares etiam à pendendis decimis de illis prædiis quæ ipsi Religiosi conducunt, aut in emphyteusim accipiunt, propriisque sumptibus, aut manibus excolunt, & adducunt ex Garcia privilegium Martini V. cuidam Ordini concessum, & per communicationem ad cæteros Ordines ampliticatum. Hæc communicatio utpotè odiosa, & noxia juri Parochorum, rejicienda est. Quarè dicta opinio Salmanticensium, & aliorum plurium non mihi videtur vera.

CAPUT II.

De quibus rebus decimæ tam personales, quam prædiales, quove tempore solvi debeant.

I. QUÆST. I. *De quibus lucris solvendæ decimæ personales sint?* RESP. De omnibus proventibus per industriam acquisitis decimæ solvendæ vi juris communis sunt, ut omnes Canonistæ, & Theologi docent. Quarè omnes mercatores, milites, advocati, notarii, judices, venatores, piscatores, artifices, famuli, & ancillæ, de lucris, & mercede acquisita ad decimas tenentur. De turpi verò lucro, ut de meretricio, Ecclesia non recipit decimas, ne videatur peccato consentire.

II. Recensitæ decimæ, quæ vi juris communis debentur, vi oppositæ consuetudinis omnes abrogatæ sunt, & nullibi jam solvuntur. Si alicubi tamen solvantur, patriæ mos servandus est.

III. QUÆST. II. *De quibus rebus decimæ prædiales solvendæ sint?* RESP. Vi juris communis Ecclesiæ decimæ debentur de omnibus terræ fructibus, etiam de pratis, de pascuis, de lino, canape, de auri, argentique fodinis, de proventibus domorum, molendinorum, clibanorum; verùm hodiè de his omnibus, aliisque decimæ non penduntur. Quarè cujuscumque patriæ consuetudo servanda est,

IV. QUÆST. III. *An peccent qui decimas non solvunt?* RESP. Solutio decimarum, quibus aluntur Ecclesiæ ministri, est actus justitiæ, & quatenus Deo offeruntur, est actus Religionis. Quarè qui easdem defraudant, peccant tum contra justitiam, tum contra Religionem.

V. QUÆST. IV. *Latæne sunt aliquæ pœnæ contra defraudantes decimas?* RESP. Latam esse pœnam excommunicationis, quam ipso facto incurrunt, docet Rebuffus, cujus opinio falsa est, ut ex Tridentino *sess.* 25. *c.* 12. colligitur. *Qui decimas aut subtrahunt, aut impedimt, excommunicentur; nec de hoc criminè, nisi plenè restitutione facta, absolvantur.* Non ergo decimarum defraudatores sunt ipso facto excommunicati, sed excommunicari jure valent. Huic enim pœnæ contumacia præire debet. Qui fructus non decimatos furatur, ad restitutionem tenetur, sicut, & illi qui comburunt segetes, cæterosque fructus terræ.

VI. QUÆST. V. *Quibus Ecclesiis, & personis solvendæ decimæ sint?* RESP. Olim solvebantur cœtui clericorum, quorum distributor erat loci Episcopus, qui Ecclesiæ ministris easdem distribuebat. Facta bonorum distributione, jure communi hodierno solis Parochis decimæ debentur. Olim Episcopis *Quarta* debebatur, sed vi juris hodierni nulla decimarum portio Episcopis solvitur. Quando verò prædia non sunt alicui Ecclesiæ adnexa, vel sunt adfixa Ecclesiæ Cathedrali cujus Parochus sit ipse Episcopus, tunc huic solvendæ decimæ sunt.

VII. Ut paucis rem perstringam, fideles diligentes, & prompti sint in decimis reddendis juxta consuetudinem hodiernam cujuscumque patriæ, ut mercedem à Deo recipiant, qui in præmium etiam temporale terras fecundabit, ut *cap.* 3. Malachias Propheta spondet. *Inferte omnem decimam in horreum, & sit cibus in domo mea: & probate me super hoc, dicit Dominus, si non aperuero vobis cataractas cæli, & effudero vobis benedictionem usque ad abundantiam, & increpabo pro vobis devorantem, & non corrumpet fructum terræ vestræ: nec erit sterilis vinea in agro, dicit Dominus exercituum. Et beatos vos dicent omnes gentes: eritis enim vos terra desiderabilis, dicit Dominus exercituum.* Peccant fideles decimarum solutionem omittentes; sed gravius peccant Ministri Dei quoties eisdem decimis abutuntur, quoties quod victui, & vestitui supereſt, non distribuunt pauperibus.

CAPUT III.

De Primitiis.

I. MUltiplex primitiarum significatio. 1. Temporis initia prodit, ut inquit *Rom.* 8. S. Paulus: *Nos ipsi primitias spiritus habentes.* 2. Dignitatem quandam præfert, & peculiarem bonitatem, ut fructus terræ selectiores, & præstantiores. Primitiæ, de quibus nunc fermo est, sunt primi fructus agrorum, & arborum, qui Deo offeruntur, de quibus S. Thomas 2. 2. *q.* 86. fusè loquitur.

II. Primitiæ à decimis distinguuntur, quod hæ in Ministrorum Ecclesiæ sustentationem, & pauperum subsidium exhibeantur; illæ verò in grati animi argumentum pro acceptis beneficiis Deo offeruntur.

III. Omnes ferè gentes naturali lumine perfusæ aliquid frugum Deo offerre in more habent, ut advertit Angelicus *loc. cit. art.* 4. In veteri lege fuisse præceptum à Deo impositum filiis Israel de primitiarum oblatione, aperta Scripturarum testimonia declarant, ut habetur *Exod. c.* 22. & 23.

IV. In lege gratiæ jus divinum non imponit solutionem primitiarum: fuit olim præceptum ecclesiasticum, sed nunc consuetudine abrogatum est experientia teste.

V. Oblatio ad Deum relata comprehendit sacrificium, decimas, primitias, easque res omnes quas fideles sponte in divinum cultum conferunt. Quæ verò liberaliter Dei Ministris donantur in sustentationem, oblationes propriè nuncupantur. Oblationes quę à fidelibus fiunt, soli Parocho debentur, sive fiant intra, sive extra Ecclesiam. Similiter oblationes factæ sacris imaginibus in sacellis aliquibus pertinent ad Parochum illius parochię in quâ sunt imagines. Item si imago sit depicta in pariete alicujus domus, per quam patrare Deus miracula velit, oblationes eidem factæ ad Parochum attinent. Si plura de primitiis scire cupis, consule S. Thom. *loc. cit. & tom.* 3. *Tract. Christ. lib.* 3. *diss.* 2.

LIBER VIII.

DE OFFICIIS HOMINUM, SEU DE ACTIBUS humanis, atque de lege tum naturali, tum positiva: item de vitiis, & peccatis.

DISSERTATIO I.

De Officiis hominum.

CAPUT I.

De officiis voluntariis, & liberis.

I. QUÆST. I. *Quid sit officium voluntarium?* RESP. Est *actus à principio intrinseco procedens cum cognitione finis.* Primæ particulæ distinguunt motum voluntarium à motu per vim, aut per artem producto, seu à motu violento, & artificiali, qui à principio extrinseco proficiscitur. Ultimæ particulæ *cum cognitione finis* præsè accipiendæ sunt prout cognoscitur finis ut finis, seu ut bonum movens voluntatem, & ut respectum explicans ad mediorum proportionem cum eodem fine. Hæinc actiones brutorum non sunt voluntariæ: quia licèt ab intrinseco manent, carent tamen cognitione comparante finem cum mediis.

II. QUÆST. II. *Quotuplex voluntarium?* RESP. Multiplex. Aliud *in actu*, quod est actio ipsa egrediens à principio intrinseco cum cognitione finis; aliud *in potestate*, quatenus in voluntate continetur. Tribuitur deindè voluntarium *in elicitum*, quod à voluntate immediatè producitur; & in *imperatum*, quod voluntate imperante ab aliis potentiis efficitur. Rursus voluntarium aliud *directum*, quod voluntatis reali influxu producitur; aliud *indirectum*, seu interpretativum, quod ex omissione, qua non impedit quis, cum possit, & teneatur, resultat. Tandem voluntarium aliud *perfectum*; aliud *imperfectum*; aliud *necessarium*, aliud *liberum*. Necessarium duplici ex capite oritur: aut ex perfectissima cognitione summi boni clarè visi, & possessi, ut est amor beatorum; aut ex imperfectissima apprehensione finis, ut est brutorum appetitio necessaria, & imperfectè voluntaria.

III. Omissio non est voluntaria absque omni actu voluntatis vel præcedente, vel comitante. Ut omissio sit vitiosa, & eorum præceptum seu debitum illam evitandi oportet. Absque præcepto tamen voluntaria esse potest, & meritoria, ut patet in omissione nubendi, vescendi cibis delicatioribus, aliisque similibus.

IV. QUÆST. III. *Quod sint involuntarii causæ?* RESP. Quatuor. 1. Violentia, 2. metus, 3. concupiscentia, 4. ignorantia. Violentia parit involuntarium, cum vis extrinsecùs infertur. Duo requiruntur ad violentiam: alterum quod principium vim inferens sit extraneum; alterum quod qui vim patitur, resistat: si enim indifferens esset, vim non pateretur.

QUÆST.

V. QUÆST. IV. *Quomodò ea quæ fiunt ex metu, sint involuntaria?* RESP. Metus est mentis trepidatio instantis periculi causa. Alius metus justus, qui grave malum probabiliter objicit menti, & dicitur *cadens in virum constantem*, quia etiam viri fortes ejusmodi metu percelluntur. Gravitas metus à diversitate etiam personarum sumitur. Metus qui respectu viri levis est, respectu mulieris, vel pueri potest esse gravis. Metus dupliciter se habere potest respectu agentis timidi: vel tanquam causa moraliter movens ad agendum, vel omittendum; vel concomitanter, quando revera non est causa cur homo agat, vel omittat; sed tantùm comitatur actionem, quę fit cum metu, sed non ex metu.

VI. Responsio communis ad quæstum est. Ea quæ fiunt ex metu, simpliciter sunt voluntaria; sunt verò involuntaria secundum quid, ut fusè *tom. 2. q. 6. art. 6.* explicat S. Thomas. Hinc contractus celebrati ex metu, jure naturę sunt validi, quia voluntarii simpliciter, & libeti.

VII. QUÆST. V. *Quæ fiunt ex concupiscentia, sunt ne involuntaria?* RESP. Concupiscentia duplex: altera antecedens, quæ præcedit voluntatis actum, estque ejusdem causa; altera consequens, quę actionem voluntatis consequitur. Hæc non diminuit, sed auget voluntarium actionis quam consequitur. Concupiscentia verò antecedens potest diminuere voluntarium quatenùs liberum est, quia obscurare, dum vehemens est, judicium potest, & diminuere ejusdem indifferentiam, atque adeo malitiam. Cæterum illa voluntarium ut voluntarium præcisum à libero non minuit, sed auget, ut docet *loc. cit. art. 7.* Angelicus.

VIII. Ignorantia antecedens, & invincibilis aufert voluntatium, & liberum, secus ignorantia consequens, & vincibilis. Hæc minuere, minimè tollere voluntarium potest. Verum quia de ignorantia fusè egimus supra, ideò ab eadem nunc abstinemus.

IX. QUÆST. VI. *Quid requiritur ut voluntas liberè agat?* RESP. Si plura de libertate cupis, lege *tom. 6. lib. 1. diff. 1. cap. 6.* Paucis nunc rem expediam. Tria requiruntur ad libertatem: 1. Ut voluntas sit activa, tum seipsam, tum cæteras facultates movens, ut causa princeps; 2. ut sit indifferens ad agendum, & non agendum, ad agendum hoc, vel illud; 3. ut plenum suarum actionum dominium habeat, sivè istæ elicitæ sint, sivè imperatæ. Vera hæc omnia sunt; sed quia vera istius indifferentiæ notio, & undè dimanet, non explicatur, idcircò perpetuæ lites fervent. Quoniam dum voluntas & à se, & à Deo ad operandum determinata infallibiliter operatur, & fieri nequit ut non operetur, præsuppositâ libera determinatione, clamitant multi veram libertatis notionem ignorantes, liberam non esse voluntatem: quia indifferens non est, inquiunt, ad eliciendum actum contrarium. Dico, nunquàm voluntatem sua privari libertate, nisi auferatur judicii indifferentia, quę est radix proxima libertatis. Indifferentis autem judicii causa est immaterialitas, seu spiritualitas animæ, ut *1. 2. q. 17. art. 1. ad 2.* S. Thomas docet. Clarius rem explico. Ratio voluntati objectum proponit ut bonum finitum, & limitatum, quod æquare ejusdem voluntatis amplitudinem nequit. Si bonum finitum est, ergo cum indifferentia proponitur ab intellectus judicio, atque adeò acceptari, vel respui à voluntate potest. Præter hoc primum judicium proponens bonum cum indifferentia, intervenit aliud quod practicum appellatur. Quoniam in qualibet actione deliberata quædam syllogistica ratiocinatio occurrit, ut ista. Bonum amandum est: hoc est bonum: ergo amandum. Secunda propositio expendi solet, quia de prima nemo ambigit. Et expensis in utramque partem rationibus evincentibus hoc revera bonum esse, & conveniens hic & nunc voluntati, judicium practicum decernit tale bonum esse eligendum. Nec quidquam præjudicii infertur libertati, quod post media proposita cum indifferentia eligenda, peracta consultatione voluntas certò eligat bonum per judicium practicum determinatum. Quoniam libertas consurgit ex collectione actuum, & consultatione præcedente hoc practicum judicium, quod infallibiliter voluntatis operatio liberè consequitur, ut perspicuè S. Thomas *q. 24. de Verit. art. 2.* explicat. Undè legitimè sequitur, posita indifferentia judicii, libertatem perfectam, integramque consistere. Quoniam si judicii indifferentia causa proxima libertatis est, fieri nequit ut, consistente hac judicii indifferentia, non consistat libertas. Clarius mox hoc patebit.

X. QUÆST. VII. *Utrùm ex parte finis obiecti proficiscatur voluntatis necessitas?* RESP. Quia multi diversas, variasque libertatis notiones sibi effingunt, idcircò lites, & jurgia fervent. Plutimi considerant libertatem veluti bilancem inter duo pondera, quasi in equilibrio ad alterutram partem, seu in quadam indifferentia sola subjectiva ad utrumque extremum. Sub hoc aspectu bruta ipsa libera dicenda forent, cum certum sit in illdem indifferentiam subjectivam ad fugam, & prolecutionem reperiri. Præ oculis ergo semper habenda est vera & germana libertatis notio, sita in ratione proponente bonum cum indifferentia jam explicata. Hæc autem indifferentia auferri nequit, nisi duobus modis. Primò si ratio ipsa tollatur, ut contingit in amentibus. Secundò si bonum infinitum clarè visum proponatur, quod æquet, & superet ipsam voluntatis amplitudinem. In his duobus casibus libertas perit. Homo in amentiam lapsus eamdem omnino indifferentiam subjectivam voluntatis retinet, quam ante amentiam habebat. At quia ratione ordinatè proponente objecta caret, libertate destitutus est.

XI. Hinc evidentissimè consequitur voluntatem humanam ratione descripta ornatam à sola infinita bonitate objectiva clarè visa necessitatem posse suscipere. Quoniam hæc sola infinita bonitas indifferentiam aufert judicii, cum expleat, & superet voluntatis sphæram. Ergo quacumque motionis efficacitate Deus præveniat,

niat, & prædeterminet voluntatem, nullam eidem imprimit necessitatem. Quid? Numquid Deus imprimere necessitatem voluntati nequit? Valet sane, sed libertatis causam, nempè judicii indifferentiam destruendo. Cæterùm usque dum ratio, & indifferentia judicii non auferuntur, illæsa consistant libertatis jura necesse est. Qui enim vult primum, & alterum velit oportet cum eodem indivulsè connexum. Hæc autem indifferentia judicii tolli non potest nisi per claram infiniti boni visionem. Bonum enim finitum, & limitatum inferius est voluntatis capacitate, & latitudine: idcircò cum indifferentia ad illud respuendum, & amplectendum ab intellectu proponitur. Quocumque igitur auxilio, quantumvis efficacissimo Deus moveat voluntatem, promoveat, & prædeterminet; nullam necessitatem imprimere eidem valet, nisi vel auferat judicii indifferentiam, vel eidem proponat bonum infinitum clarè visum. Quid igitur jurgantur, quid clamitant gratiam naturæ efficacem libertatem lædere? Clamores isti, & oppositiones ex ignorantia notionis libertati humanæ proficiscuntur. Invidiam conflare student huic voci *prædeterminatio* doctrinæ S. Augustini oppugnatores, comparantes hominem à Deo prædeterminatum homini catenis ligatum: quo nihil ineptius, nihil insciticus excogitari potest. Sed omnes istorum oppositiones proficiscuntur, ut dixi, ex veræ libertatis humanæ notionis ignorantia. Si enim Deus intrinsecus voluntatem movet, ut de fide certum est, profecto, cum sit primum movens, illam præmoveat oportet. Movet verò illam auxilio non versatili, non ductili in utramque partem, & ab humana voluntate determinabili, alioquin voluntas esset primum determinans; sed auxilio, & gratia sanante, & determinante ad bonum. Et quo gratia hæc efficacior est, eo liberior voluntas evadit. Impossibile enim est ut voluntas necessitatem recipiat ex parte principii operantis, nisi tollatur judicii indifferentia. Hoc autem judicium indifferens Deus non modò non tollit, sed lumine cælesti perfundit, perficitque ut discernere bonum à malo queat, & sub hoc judicio indifferenti sua efficacissima, & potentissima gratia voluntatem erigit, sanat, determinatque.

XII. Hinc est quod Lutherus, Calvinus, & Jansenius destructum blasphemarunt liberum arbitrium per primum peccatum Adami. Undè consequitur istorum errore posito voluntatem humanam semper necessariò agere, quocumque auxilio etiam versatili moveatur, quemadmodum bruta destituta ratione, atque adeò libertate. Si plura cupis, lege *tom. 6. lib. 1. Diff. 1. c. 6.* De his enim nunc plusquam satis.

XIII. QUÆST. VIII. *In quo sita est harmonia & ordo actuum humanorum?* RESP. Duplex ordo in animæ nostræ officiis distinguitur, intentionis nempè, & executionis. Actio prima est *finis cognitio*: nil quippè volitum, quin præcognitum. Hanc consequitur *simplex volitio*, quæ etiam velleitas, seu actio languida vocatur. Succedit posteà *finis intentio*, quæ finem spectat, ut est ratio volendi media. Intentioni succedit *consilium* situm in ratiocinio intellectus practici, media, quibus finis obtinetur, explorantis. In hoc judicio includuntur duo actus, nempè *inquisitio mediorum*, & *judicium*, quo eorumdem mediorum utilitas, & convenientia cum fine judicatur. *Consilium* agendorum summoperè inculcat Scriptura: *Ego sapientia in consilio habito*: Prov. 8. Consilium sequitur *voluntatis consensus*, quo proposita media approbantur. Post voluntas unum præ alio medio eligit, quæ actio *electio* nuncupatur. Electionem comitatur *imperium*, jubens mediorum executionem. Imperio succedit *usus activus* voluntatis. In hoc usu difficultas sita est. Postremus & nonus actus est *fruitio finis*, in quo voluntas sistit, & sibi complacet.

CAPUT II.

De Actuum humanorum moralitate.

I. QUÆST. I. *Sitne est actuum humanorum moralitas in libertate, an in denominatione extrinseca?* RESP. Omnes docent libertatem præcedere moralitatem, tamquam ejus fundamentum, & causam effectricem. Actio enim quæ libera non est in hoc statu viæ, nec bona esse valet, nec mala. Hęc autem moralitas in ordine, & conformitate ad regulas morum sita est, ut Angelicus *1. 2. q. 18. a. 8.* docet.

II. Hæ morum regulæ duæ sunt: altera extrinseca, quæ est lex æterna Dei; altera intima, quæ est mentis ratio, sivè practicum dictamen.

III. QUÆST. II. *Undè actus morales speciem capiant?* RESP. Ab objecto. Si objectum absolutè spectetur, actio ab eodem sumit bonitatem genericam. At nullum reipsa reperitur objectum quod non sit in aliqua specie constitutum: idcircò ab eodem actio suscipit suam specificam bonitatem, vel malitiam, quæ sunt duæ moralitatis species.

IV. Objectum & finis operis eodem recidunt, & pro eodem habentur. Finis operis intrinsecus eleemosynæ est pauperum levamen; simulque est objectum quod præbet primam speciem moralitatis. Hinc dicitur actionem speciem capere à fine, videlicet operis. Ut verò actio digna sit præmio æterno, dirigi debet ab operante in finem æternum, nempè Deum. Præter hanc primam essentialem bonitatem, vel malitiam occurrunt aliæ bonitates, vel malitiæ accidentales, quę à circumstantiis suam speciem recipiunt majorem, aut minorem. Hujusmodi circumstantiæ sunt sequentes:

Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodò, quandò.

Quis personę conditionem, seu gradum designat. *Quid* indolem actionis determinat. *Ubi* loci circumstantiam prodit, puta locum sacrum. *Quibus auxiliis*, nempè quibus instrumentis usus peccator est. *Cur* actionis finem significat. *Quomodò* qualitatem præsefert actionis. *Quandò* temporis horam designat.

V. Idem actus successivè potest esse bonus, & malus, secùs eodem tempore. Quare si quis furetur ut det eleemosynam, furtum illud semper est malum, quin honestari queat à fine bono. Malitia quippè quę est ex objecto, utpotè essentialis, inepcum reddit actum ad suscipiendam bonitatem ex fine. Commune axioma est: sæpè sunt bona mixta malis, & mala mixta bonis. Non desunt Theologi, qui hoc in eodem actu evenire contendant; ita ut idem actus bonus sit ex objecto, malus ex fine. Quæ sententia penitus falsa est. Sunt sæpè mala mixta bonis, & contra, quia plures intervenjunt actus.

VI. QUÆST. III. *Utrùm dentur actus indifferentes in individuo?* RESP. Dari actus indifferentes ex objecto, & specie sua, adfirmat communis sententia. Disputatur solùm verum in individuo detur actus indifferens ab homine deliberatè agente. Negat S. Thomas 1. 2. *quæst.* 18. *art.* 9. & tota ejus schola, atque celebriores Theologi. Plura sunt divinarum Scripturarum testimonia, quæ negant hanc individualem, ut sic loquar, indifferentiam, præcipiuntque omnia in finem honestum dirigenda. Inquit enim 1. *Corint.* 10. S. Paulus: *Sive ergo manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite*: & Christus Jesus *Matth.* 12. ait: *Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicii.*

VII. Ratio evidens id quoquè evincit. Omnis actus dicitur humanus qui ab homine deliberatè agente elicitur. Homo enim, ex quo ratione præditus sit, tenetur operari propter finem honestum. Porrò aut bonus, aut malus finis est. Si bonus, bona; si malus, mala erit actio.

VIII. Sententię oppositæ patroni negant hoc luculentissimum S. Thomę principium. Sat enim est, inquiunt, hominem agere propter commoditatem naturæ, & voluntatem sensuum. An licitum non erit appetitui humano suis frui actibus, auribus cantus suavitate, & instrumentorum sonitu, oculis florum varietate, palato ciborum sapore delectari? Hanc doctrinam damnavit Innocentius XI. *Comedere, & bibere usque ad satietatem ob solam voluptatem, non est peccatum, modo non obsit valetudini: quia licitè potest appetitus naturalis suis actibus frui.* Altera quoquè thesis in hac materia ab eodem Pontifice proscripta est: *Opus conjugii ob solam voluptatem exercitum caret culpa, ac defectu veniali.* Postremò omnis locutio otiosa mala moraliter est, ut Christus ipse testatur. Illud autem est verbum, vel opus otiosum quod aut honesta intentionis rectitudine, aut justa necessitatis, vel convenientiæ ratione caret. Ergo omnis actio, vel locutio in honestum finem non directa, otiosa, atquè adeò in die judicii punienda est. Ergo nulla actio reipsa datur quæ spectatis omnibus indifferens sit.

DISSERTATIO II.

De Lege tum naturali, tum positiva.

CAPUT I.

De Lege in communi. Undè suum repetat originem. Ejusdem notio, & divisio.

I. JUS pro lege, & lex pro jure usurpatur. Lex, seu jus est norma & regula actuum humanorum. Jus istud tribuitur in *naturale*, & *positivum*. Positivum in *divinum* & *humanum*. Istud in *sacrum*, & *profanum*. Profanum in illud quod est omnibus commune, & dicitur *jus gentium*, & in illud quod *civile* nuncupatur. Civile aliud *publicum*, quod est publica auctoritate institutum, & respicit publicam utilitatem, & coalescit partim ex præceptis naturalibus, partim ex placitis gentium, quod idem ferè est ac *universale*, quod omnes ferè gentes, & civitates comprehendit. Aliud vocatur *particulare*, quod unam gentem & populum, ut Athenienśem, Romanum, Germanum, Venetum &c. spectat.

II. Hanc legis notionem tradit 1. 2. *q.* 90. *art.* 4. S. Thomas. *Est ordinatio*, inquit, *rationis ab bonum commune ab eo qui curam communitatis habet, promulgata.* Ordinatio hæc præcipiens est, ex quo lex à consilio distinguitur. Particula *ad bonum commune* legem à præcepto distinguit. Ultima particula requirit legitimam potestatem in eo qui legem condit, promulgatque.

III. Aciter Theologi disputant, sit ne lex intellectus, an voluntatis actus. Verùm disputatio hæc nullius momenti est. Nos cum S. Thoma, ejusque schola ad intellectum pertinere asserimus.

IV. Promulgandam legem esse, docent omnes, ut obligandi vim obtineat. Porrò juxta legum diversitatem varia reperitur promulgationis ratio. Lex æterna promulgatur divina illustratione. Lex naturalis lumen est in hominum frontibus signatum. Lex divina positiva modo promulgatur interna revelatione, qua Deus multa Prophetis manifestavit; modò exteriore solemnitate, ut lex Mosaica in monte Sinai, & lex Evangelica in die Pentecostes.

V. Promulgatio hæc conditio necessaria est. De modo promulgationis disident auctores, num videlicet in sola Regia, an in singulis provinciis fieri debeat. Si praxis spectetur, leges Conciliorum in singulis diœcesibus promulgari solent. Hoc tamen non impedit quominus leges pontificiæ Romæ solemniter promulgatæ obligent omnes continuò, ac subditi moraliter certi sunt legem Romæ promulgatam esse. Principes supremi lege justa, & legitimè promulgata cogere subditos valent ad talem legem acceptandam: quoniam inquit *ad Romanos* 13. S. Paulus: *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi à Deo. Quæ autem sunt à Deo, ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati: Dei ordinationi resistit.* Peculiari ve-

verò ratione summus Pontifex, potest leges ferre, non expectato consensu, & justas leges singulari obligatione acceptare subditi fideles astringuntur.

VI. Notanda propositio damnata est ab Alex. VII. in hac thesi: *Populus non peccat, etiamsi absque ulla causa non recipiat legem à Principe promulgatam.* Legem non acceptatam invalidam evadere docet nonnemo, undè infert non peccare eum qui contra eamdem operatur. Etiam hic error proscriptus est.

VII. QUÆST. UNIC. *Sitne in Deo lex æterna, & quid sit lex ista?* RESP. In qualibet Republica benè instituta reperitur legislator, qui omnia administrat in bonum commune. Deus autem est Supremus Princeps totius universi, qui sua indefectibili, & immobili lege omnia dirigit, & disponit. Istius autem legis notionem tradit 1. 2. *quæst.* 93. *art.* 1. S. Thomas inquiens: *Lex æterna dicitur ratio divina sapientiæ, secundùm quod est directiva omnium actuum, & motionum creaturarum in ordine ad bonum commune totius universi.* Dupliciter accipi hæc lex potest. Primò pro ipsa passiva creaturarum directione; & hoc in sensu temporanea, non æterna lex est. Secundò activè ex parte Dei; & sub hoc respectu æterna est in Deo existens.

CAPUT II.

De Lege naturali, & præceptis in eadem contentis. De ejusdem immutabilitate, & dispensatione.

I. QUÆST. I. *Quid sit lex naturalis?* RESP. Sub duplici considerari aspectu potest, hominis, & Dei. Respectu hominis duplicem prodit respectum: alterum objectivum: qui est ordo ille, qui ipsis rebus inhæret, de quo infra; alterum formalem ipsi intellectui hærentem, & est lumen illud quo ordo ipsis rebus affixus cognoscitur. Respectu Dei auctoris legis naturalis duplex quoque in eadem lege respectus concipitur: alter objectivus, qui est ipsa essentia divina, idea archetypa, & exemplaris omnium ordinum, rerumque creatarum; alter formalis, qui est ipsa æterna ratio, qua Deus suam infinitam essentiam, omnesque ordines, & rerum relationes cum eadem necessariò connexas contemplando, omnia decernit, præcipit, aut verat juxta ordinem, relationem, aut repugnantiam cum eadem sua essentia.

II. Aliqui pro eodem accipiunt legem naturalem, synderesim, & conscientiam; quæ tria tamen maximè differunt. Nam lex naturalis est ordinatio rationis nobis à Deo impressa; synderesis est lumen quo ipsam divinam ordinationem cognoscimus; conscientia verò est practicum dictamen intellectus, quo legem ipsam applicamus, & judicamus quid hic & nunc agendum sit. Synderesis versatur circa ipsa principia generalia absque ullo discursu, quæ ignorare nemo valet, ut *bonum est amandum, malum fugiendum.* Conscientia contra medio *syllogismo practico* suas elicit conclusiones. Heinc tot conscientiæ, quot homines. Lex vero naturalis eadem semper est.

III. Lex naturalis non est habitus propriè acceptus, neque potentia, neque actus; sed propositiones universales, non enuntiativæ, ut sunt propositiones intellectus speculativi, sed intellectus practici, præcipientes bonum, & vetantes malum. Hæ propositiones, seu hæc *dictata* sunt nobis insita ab ipso Deo, suntque participationes legis æternę Dei; & quamquàm habitus non sint, fixæ tamen sunt, constantes, & immobiles. Lex ista eò spectat ut hominem imbuat in cognitione veri practici, non meditandi, sed exequendi.

IV. Ex pictura delineata legis naturalis hæc ejusdem notio, seu descriptio colligi potest: *Lex naturalis est rationis practicæ in bonum commune ordinatis, menti nostræ à Deo indita, eaque præcipient, aut vetans quæ lumine naturali cognosci possunt.* Descriptio ex iis quę dicta sunt, patet. Quęlibet lex est rationis practicæ ordinatio in bonum commune. Legis autem naturalis differentia propria est quod menti nostræ à Deo impressa sit, & quod ea præcipiat, aut vetet quę lumine naturali cognoscuntur. Hæc lex naturalis in nobis *participativè* lex est secundaria, & proxima; quæ dirigit operationes nostras per conformitatem ad primam regulam, nempè ad legem æternam Dei, ut 1. 2. *quæst.* 71. *art.* 6. *ad* 4. docet S. Thomas.

V. QUÆST. II. *Utrùm detur bonum exlex, & an bonitas, & turpitudo insint rebus ante omnem legem formalem?* RESP. Homo natura sua exlex nuncupatur, qui nulla lege ante suam liberam determinationem obstringitur, sed ei pro ratione & lege stat sua voluntas. Hominem hunc repugnare asserimus, quia ante ejus liberam determinationem insunt intrinsecùs rebus, seu officiis bonitas, aut malitia. Bonum situm in ordine est, remque cui inest, perficit. Malum in recessu ab ordine residet, eamdemque rem inficit. Si res omnes ante quamcumque legem formalem indifferentes essent, homo natura sua esset exlex: quia obligatione conformandi actiones suas ad res ipsas ordine directas minimè astringeretur. Obligatio enim connexio est actionis cum ordine rebus ipsis hærente.

VI. Ut luculentiùs hunc ordinem concipiat, omnia cum Angelico revocanda sunt ad unum. Hoc primum unum est divina natura, quæ Dei intellectum, & voluntatem præcedere concipitur, & est rerum omnium fons, & exemplar. Omnia creata ad hanc divinam naturam, tamquàm ad primam normam, essentialem ordinem, & subjectionem exprimunt. Deus hanc suam essentiam contemplans videt quę necessariam connexionem cum eadem habent, & hæc ut honesta probat, & præcipit: videt similiter illa quæ cum eadem pugnant, & hæc ut turpia, seu mala improbat. Hæc sunt prima principia.

VII. Hinc sponte & necessariò consequitur, homines constitutos in aliqua remotissima insula, absque ullo superiore, vel Principe diri-

V. Idem actus successivè potest esse bonus, & malus, secùs eodem tempore. Quare si quis furetur ut det eleemosynam, furtum illud semper est malum, quin honestari queat à fine bono. Malitia quippè quę est ex objecto, utpotè essentialis, inepcum reddit actum ad suscipiendam bonitatem ex fine. Commune axioma est: sæpè sunt bona mixta malis, & mala mixta bonis. Non desunt Theologi, qui hoc in eodem actu evenire contendant; ita ut idem actus bonus sit ex objecto, malus ex fine. Quæ sententia penitus falsa est. Sunt sæpè mala mixta bonis, & contra, quia plures intervenjunt actus.

VI. QUÆST. III. *Utrùm dentur actus indifferentes in individuo?* RESP. Dari actus indifferentes ex objecto, & specie sua, adfirmat communis sententia. Disputatur solùm verum in individuo detur actus indifferens ab homine deliberatè agente. Negat S. Thomas 1. 2. *quæst.* 18. *art.* 9. & tota ejus schola, atque celebriores Theologi. Plura sunt divinarum Scripturarum testimonia, quæ negant hanc individualem, ut sic loquar, indifferentiam, præcipiuntque omnia in finem honestum dirigenda. Inquit enim 1. *Corint.* 10. S. Paulus: *Sive ergo manducatis, sive bibitis, sive aliud quid facitis, omnia in gloriam Dei facite*: & Christus Jesus *Matth.* 12. ait: *Dico autem vobis, quoniam omne verbum otiosum quod locuti fuerint homines, reddent rationem de eo in die judicii.*

VII. Ratio evidens id quoquè evincit. Omnis actus dicitur humanus qui ab homine deliberatè agente elicitur. Homo enim, ex quo ratione præditus sit, tenetur operari propter finem honestum. Porrò aut bonus, aut malus finis est. Si bonus, bona; si malus, mala erit actio.

VIII. Sententię oppositæ patroni negant hoc luculentissimum S. Thomę principium. Sat enim est, inquiunt, hominem agere propter commoditatem naturæ, & voluntatem sensuum. An licitum non erit appetitui humano suis frui actibus, auribus cantus suavitate, & instrumentorum sonitu, oculis florum varietate, palato ciborum sapore delectari? Hanc doctrinam damnavit Innocentius XI. *Comedere, & bibere usque ad satietatem ob solam voluptatem, non est peccatum, modo non obsit valetudini: quia licitè potest appetitus naturalis suis actibus frui.* Altera quoquè thesis in hac materia ab eodem Pontifice proscripta est: *Opus conjugii ob solam voluptatem exercitum caret culpa, ac defectu veniali.* Postremò omnis locutio otiosa mala moraliter est, ut Christus ipse testatur. Illud autem est verbum, vel opus otiosum quod aut honesta intentionis rectitudine, aut justa necessitatis, vel convenientiæ ratione caret. Ergo omnis actio, vel locutio in honestum finem non directa, otiosa, atquè adeò in die judicii punienda est. Ergo nulla actio reipsa datur quæ spectatis omnibus indifferens sit.

DISSERTATIO II.

De Lege tum naturali, tum positiva.

CAPUT I.

De Lege in communi. Undè suum repetat originem. Ejusdem notio, & divisio.

I. JUS pro lege, & lex pro jure usurpatur. Lex, seu jus est norma & regula actuum humanorum. Jus istud tribuitur in *naturale*, & *positivum*. Positivum in *divinum* & *humanum*. Istud in *sacrum*, & *profanum*. Profanum in illud quod est omnibus commune, & dicitur *jus gentium*, & in illud quod *civile* nuncupatur. Civile aliud *publicum*, quod est publica auctoritate institutum, & respicit publicam utilitatem, & coalescit partim ex præceptis naturalibus, partim ex placitis gentium, quod idem ferè est ac *universale*, quod omnes ferè gentes, & civitates comprehendit. Aliud vocatur *particulare*, quod unam gentem & populum, ut Athenienśem, Romanum, Germanum, Venetum &c. spectat.

II. Hanc legis notionem tradit 1. 2. *q.* 90. *art.* 4. S. Thomas. *Est ordinatio*, inquit, *rationis ab bonum commune ab eo qui curam communitatis habet, promulgata.* Ordinatio hæc præcipiens est, ex quo lex à consilio distinguitur. Particula *ad bonum commune* legem à præcepto distinguit. Ultima particula requirit legitimam potestatem in eo qui legem condit, promulgatque.

III. Aciter Theologi disputant, sit ne lex intellectus, an voluntatis actus. Verùm disputatio hæc nullius momenti est. Nos cum S. Thoma, ejusque schola ad intellectum pertinere asserimus.

IV. Promulgandam legem esse, docent omnes, ut obligandi vim obtineat. Porrò juxta legum diversitatem varia reperitur promulgationis ratio. Lex æterna promulgatur divina illustratione. Lex naturalis lumen est in hominum frontibus signatum. Lex divina positiva modo promulgatur interna revelatione, qua Deus multa Prophetis manifestavit; modò exteriore solemnitate, ut lex Mosaica in monte Sinai, & lex Evangelica in die Pentecostes.

V. Promulgatio hæc conditio necessaria est. De modo promulgationis disident auctores, num videlicet in sola Regia, an in singulis provinciis fieri debeat. Si praxis spectetur, leges Conciliorum in singulis diœcesibus promulgari solent. Hoc tamen non impedit quominus leges pontificiæ Romæ solemniter promulgatæ obligent omnes continuò, ac subditi moraliter certi sunt legem Romæ promulgatam esse. Principes supremi lege justa, & legitimè promulgata cogere subditos valent ad talem legem acceptandam: quoniam inquit *ad Romanos* 13. S. Paulus: *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi à Deo. Quæ autem sunt à Deo, ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati: Dei ordinationi resistit.* Peculiari ve-

verò ratione summus Pontifex, potest leges ferre, non expectato consensu, & justas leges singulari obligatione acceptare subditi fideles astringuntur.

VI. Notanda propositio damnata est ab Alex. VII. in hac thesi: *Populus non peccat, etiamsi absque ulla causa non recipiat legem à Principe promulgatam.* Legem non acceptatam invalidam evadere docet nonnemo, undè infert non peccare eum qui contra eamdem operatur. Etiam hic error proscriptus est.

VII. QUÆST. UNIC. *Sitne in Deo lex æterna, & quid sit lex ista?* RESP. In qualibet Republica benè instituta reperitur legislator, qui omnia administrat in bonum commune. Deus autem est Supremus Princeps totius universi, qui sua indefectibili, & immobili lege omnia dirigit, & disponit. Istius autem legis notionem tradit 1. 2. *quæst.* 93. *art.* 1. S. Thomas inquiens: *Lex æterna dicitur ratio divina sapientiæ, secundùm quod est directiva omnium actuum, & motionum creaturarum in ordine ad bonum commune totius universi.* Dupliciter accipi hæc lex potest. Primò pro ipsa passiva creaturarum directione; & hoc in sensu temporanea, non æterna lex est. Secundò activè ex parte Dei; & sub hoc respectu æterna est in Deo existens.

CAPUT II.

De Lege naturali, & præceptis in eadem contentis. De ejusdem immutabilitate, & dispensatione.

I. QUÆST. I. *Quid sit lex naturalis?* RESP. Sub duplici considerari aspectu potest, hominis, & Dei. Respectu hominis duplicem prodit respectum: alterum objectivum: qui est ordo ille, qui ipsis rebus inhæret, de quo infra; alterum formalem ipsi intellectui hærentem, & est lumen illud quo ordo ipsis rebus affixus cognoscitur. Respectu Dei auctoris legis naturalis duplex quoque in eadem lege respectus concipitur: alter objectivus, qui est ipsa essentia divina, idea archetypa, & exemplaris omnium ordinum, rerumque creatarum; alter formalis, qui est ipsa æterna ratio, qua Deus suam infinitam essentiam, omnesque ordines, & rerum relationes cum eadem necessariò connexas contemplando, omnia decernit, præcipit, aut verat juxta ordinem, relationem, aut repugnantiam cum eadem sua essentia.

II. Aliqui pro eodem accipiunt legem naturalem, synderesim, & conscientiam; quæ tria tamen maximè differunt. Nam lex naturalis est ordinatio rationis nobis à Deo impressa; synderesis est lumen quo ipsam divinam ordinationem cognoscimus; conscientia verò est practicum dictamen intellectus, quo legem ipsam applicamus, & judicamus quid hic & nunc agendum sit. Synderesis versatur circa ipsa principia generalia absque ullo discursu, quæ ignorare nemo valet, ut *bonum est amandum, malum fugiendum.* Conscientia contra medio *syllogismo practico* suas elicit conclusiones. Heinc tot conscientiæ, quot homines. Lex vero naturalis eadem semper est.

III. Lex naturalis non est habitus propriè acceptus, neque potentia, neque actus; sed propositiones universales, non enuntiativæ, ut sunt propositiones intellectus speculativi, sed intellectus practici, præcipientes bonum, & vetantes malum. Hæ propositiones, seu hæc *dictata* sunt nobis insita ab ipso Deo, suntque participationes legis æternę Dei; & quamquàm habitus non sint, fixæ tamen sunt, constantes, & immobiles. Lex ista eò spectat ut hominem imbuat in cognitione veri practici, non meditandi, sed exequendi.

IV. Ex pictura delineata legis naturalis hæc ejusdem notio, seu descriptio colligi potest: *Lex naturalis est rationis practicæ in bonum commune ordinatis, menti nostræ à Deo indita, eaque præcipient, aut vetans quæ lumine naturali cognosci possunt.* Descriptio ex iis quę dicta sunt, patet. Quęlibet lex est rationis practicæ ordinatio in bonum commune. Legis autem naturalis differentia propria est quod menti nostræ à Deo impressa sit, & quod ea præcipiat, aut vetet quę lumine naturali cognoscuntur. Hæc lex naturalis in nobis *participativè* lex est secundaria, & proxima; quæ dirigit operationes nostras per conformitatem ad primam regulam, nempè ad legem æternam Dei, ut 1. 2. *quæst.* 71. *art.* 6. *ad* 4. docet S. Thomas.

V. QUÆST. II. *Utrùm detur bonum exlex, & an bonitas, & turpitudo insint rebus ante omnem legem formalem?* RESP. Homo natura sua exlex nuncupatur, qui nulla lege ante suam liberam determinationem obstringitur, sed ei pro ratione & lege stat sua voluntas. Hominem hunc repugnare asserimus, quia ante ejus liberam determinationem insunt intrinsecùs rebus, seu officiis bonitas, aut malitia. Bonum situm in ordine est, remque cui inest, perficit. Malum in recessu ab ordine residet, eamdemque rem inficit. Si res omnes ante quamcumque legem formalem indifferentes essent, homo natura sua esset exlex: quia obligatione conformandi actiones suas ad res ipsas ordine directas minimè astringeretur. Obligatio enim connexio est actionis cum ordine rebus ipsis hærente.

VI. Ut luculentiùs hunc ordinem concipiat, omnia cum Angelico revocanda sunt ad unum. Hoc primum unum est divina natura, quæ Dei intellectum, & voluntatem præcedere concipitur, & est rerum omnium fons, & exemplar. Omnia creata ad hanc divinam naturam, tamquàm ad primam normam, essentialem ordinem, & subjectionem exprimunt. Deus hanc suam essentiam contemplans videt quę necessariam connexionem cum eadem habent, & hæc ut honesta probat, & præcipit: videt similiter illa quæ cum eadem pugnant, & hæc ut turpia, seu mala improbat. Hæc sunt prima principia.

VII. Hinc sponte & necessariò consequitur, homines constitutos in aliqua remotissima insula, absque ullo superiore, vel Principe diri-

tarium Paulum, qui æquali jure potitur in agrum, super quo lis pendet, perseverare in possessione queat. Unde evincunt Probabilistæ, subditos evidenter posse dere libertatem adversus legem? Non secus ac pisces, obmutescant oportet. Certò sciunt homines se libertatem habere. At quis judex definivit, in dubio de legis existentia homines certò possidere libertatem adversus talem legem? Adfirmant Probabilistæ; negant Probabilioristæ hanc libertatis possessionem. Dubia ergo evidenter est hæc possessio libertatis, quam obtrudunt Probabilistæ. Ergo non benè allegatot illa, ut eximantur homines ab observanda præfata lege.

V. QUÆST. III. *Qui certus de lege, dubitat verò, an in hoc particulari casu subjectus legi sit, exemptus ne à lege est?* RESP. Mutuo pugnant super hac quæstione, vel ipsi Probabilistæ inter se. Nam alii negant, ut Salmanticenses cum aliis, quia cum certus sis de lege, & dubites an tenearis in hoc casu, possidet lex. Ergo melior est conditio legis possidentis.

VI. P. Lacroix *lib 1. de Lege num. 589. quæst. 86.* censum texit opinionum Probabilistarum mutuo pugnantium; & more suo eosdem lectorum arbitrio porrigit, ut beneficio *Probabilismi* quilque quod sibi magis arridet seligat. Censum opinionum contrariarum rescripsi ex hoc auctore *tom. 6. lib. 1. disc. 5. cap. 7.* ut cuique notum sit methodum probabilisticum propendere ut mihi videtur, in purum, putumque *Pyrrhonismum*.

VII. Ad quæstionem igitur propositam respondeo, præfatum dubitantem obstringi ad legis observantiam. Nam cum lex certa sit, possessio hoc in casu evidenter stat pro lege. Vera autem Doctorum, tum Canonistarum, tum Theologorum regula est. *In dubio tutior pars est eligenda.*

VIII. QUÆST. IV. *An homines, cum mortis, vel gravis damni periculo teneantur leges servare?* RESP. Quæ natura sua mala sunt, ut fornicari, mentiri, pejerare, &c. obligant semper, & in omni casu. Quæ verò natura sua mala non sunt, sed ideò mala, quia vetita, absolutè cum periculo mortis, aut gravis damni non obligant. Hcinc observatio jejuniorum, festorum, abstinentia à carnibus die veneris, non obligant neque cum vitę, neque cum gravis damni periculo. Tum duntaxat hæc præcepta obligarent cum vitæ, vel damni periculo, cum eorumdem transgessio cederet in contemptionem legis, vel scandalum aliorum.

IX. Lex humana, sive Ecclesiastica, sive Civilis absolutè non obligat cum vitę, aut infamiæ, aut amissionis bonorum periculo. Quisque tamen ex virtutis amore potest periculo mortis propriam vitam exponere. Quilibet Christianus charitatis amore inservire lue infectis valet: amore pudicitiæ negligere verendorum curationem potest: donare tabulam in naufragio fratri pereunti, dummodò sincero virtutis amore id fiat. Ipsæ divinæ leges naturales suas exceptiones habent ob diversitatem circumstantiarum. Lex Naturalis vetat absolutè furtum, homicidium, &c. at in extrema necessitate defendendæ proprię vitæ, aut alendæ non urgent.

CAPUT IX.

De necessaria intentione legis implendæ, & de observantia plurium præceptorum unico actu.

I. PRæcepta legis alia sunt positiva, alia negativa. Hæc per cessationem ab opere vetito, illa per executionem operum, seu per actus positivos implentur. Duplex distinguitur actus voluntatis in lege positiva implenda: alter intentionis, quo voluntas intendit præceptum implere; alter imperatus, quo res præcepta executioni demandatur.

II. QUÆST. I. *Necessariane est aliqua intentio, vel expressa, vel virtualis adimplendi præceptum, aut, sufficit intentio ponendi rem præceptam?* RESP. Convenit penès omnes non requiri expressam intentionem legis implendæ. Præter hanc expressam intentionem aliam Theologi vocant interpretativam. Hanc illi habent qui deliberatè e. g. Missam audiunt die festo, Divinum Officium recitant: isti absque alia intentione implent præceptum.

III. QUÆST. II. *Ut quis legem impleat, detinne finem legis intendere?* RESP. Finis legis alius intrinsecus, & est ipsa res præcepta; alius extrinsecus, & est id quod legislator intendit. Sine primo consistere res præcepta nequit. Absque posteriore rei præceptę substantia reperiri valet. Non est necesse, ut quis finem extrinsecum legis intendat; sed sat est intendere finem intrinsecum præcepti, seu rem præceptam, quam eo ipso intendit quod deliberato animo eam executioni demandat. Si legislator expresse præciperet finem extrinsecum, puta jejunandi ad avertendam calamitatem, tum subditi conformare se deberent ad legislatoris finem.

IV. Actu vitioso non impletur præceptum. Accedit quis ad Ecclesiam ob finem ridendi, & contemplandi mulierem affectu venereo, & simul Missam audit. Actus istius substantia vitiosa est. Finis intrinsecus audiendi sacri est Religiosum obsequium. Qui animo videndi amasiæ ad sacrum audiendum accedit, non religionis efficium, sed veneris flagitium exercet. Ergo præceptum non implet. Impleret verò, si præcipuè ad audiendum sacrum accederet, & aliqua prava circumstantia inficeret non opus præceptum, sed ipsum auditorem.

V. QUÆST. III. *Implerine unus actu plura præcepta valent?* RESP. Plura præcepta justitiæ uno actu impleri nequeunt; puta solvendi centum ex contractu, & restituendi quinquaginta ex furto debita. Certum quoquè est plura præcepta quæ eamdem materiam afficiunt, unico impleri actu posse: eadem quippè Missæ auditione satisfacis præcepto diei dominicæ, & præcepto alterius festivitatis eodem die recurrentis: Sacerdos unica officii recitatione satisfacit præcepto tum ordinis, tum beneficii. Certum similiter est posse Superiorem aliquod præceptum imponere peculiari actu implendum. Edidisti votum jejunandi: Confessarius tibi imponit jejunium in culparum pœnitentiam. Unico jejunio nequis utrique debito satisfacere; sed duo jejunia requiruntur.

VI. QUÆST. IV. *Satisfierine potest eodem tempore diversis præceptis?* RESP. Adfirmant communiter omnes, quandò eodem tempore præcepta cadunt. Vales igitur eodem tempore, & Missam audire, & Horas Canonicas persolvere: quia hæc duo præcepta eumdem finem spectant. Si Confessarius imponat pro pœnitentia tres Missas audiendas, non potes eodem tempore omnes simul audire à tribus Sacerdotibus. Falsa quoquè est plurium opinio, qua asserunt, non peccare eum qui voluntariè impedimentum apponit, ut liber à servanda lege sit. Qui enim impedimentum apponit ne lex servetur, eodem animo vult legis transgressionem. Respondent adversarii, hunc non habere animum legis violandæ, sed liberandi se ab observantia legis. Callida, & versuta cavillatio hæc est. Lex enim quæ officium imperat, simul prohibet appositionem obstaculi officium istud impedientis alioquin ludrica lex est. Peccant quoquè contra præceptum qui non removent, cum possint sine gravi damno, impedimenta quæ obstant ne præceptum observetur.

VII. QUÆST. V. *Qui non potest totum implere opus præceptum, astringiturne partem quam potest, exequi?* RESP. Adfirmant nunc omnes, quando dividuum præceptum est. Tunc autem dividuum est præceptum, cum partes separatim acceptæ fini à legislatore intento conducunt. Sic quia in qualibet horarum canonicarum recitatione, in abstinentia à carnibus, vel in unica comestura respiendet finis præceptorum; ideò servanda est pars, quandò servari non potest totum. Principium illud, *Major pars trahit ad se minorem*, proscriptum ab Innocentio XI. est in hac thesi: *Qui non potest recitare Matutinum, & Laudes; potest autem reliquas horas, ad nihil tenetur: quia major pars trahit ad se minorem.* Quandò duo occurrunt præcepta, quæ simul servari nequeant, præferri quod præstantius est, inferiori debet.

CAPUT X.

De Legis cessatione, interpretatione, dispensatione, & consuetudine.

I. QUÆST. I. *Utrum cessante fine legis in particulari cesset lex?* RESP. Finis legis duplex, ut dictum est, unus intimus: extrinsecus alter. Primus est ipsa res præcepta, alter est intentus à legislatore. Quando actus præcepti natura sua honesti sunt, finis extrinsecus legislatoris conjungi solet cum fine intrinseco. Quandò lex præcepit actus natura sua honestos, tum consistit lex, etiamsi cesset finis extrinsecus legislatoris: quoniam ipsa actuum internorum bonitas finis est præcipuus legis. Quandò res præcepta est indifferens, pluresque sunt fines intenti à legislatore, ex quibus coalescit totus finis adæquatus, deficiente uno fine particulari non cessat lex. Cum verò finis adæquatus legis omninò cessat respectu omnium, cessat lex. Prohibita est communicatio unius civitatis ob pestis periculum vitandum. Sublato omni periculo pestis, cessat lex. Prohibitus est ingressus in talem domum ob mulierem malæ famæ. Hæc mulier alio abiit: tum cessat lex vetans ingressum in talem domum.

II. Non requiritur expressa declaratio Principis definientis legem cessasse, nec sufficit judicium hujus, aut illius particularis, ut dicatur legem cessasse; sed requiritur, ut docet Dominicus Soto, vel consuetudo, vel communis Reipublicę consensus.

III. Falsa mihi est opinio asserentium, sat esse opinionem probabilem, qua judicetur legis cessasse finem adæquatum, ut lex ipsa amplius non obliget. Lex quæ firma possessione fruitur, sola auferri probabilitate nequit.

IV. Animadvertendum ex Cajetano est, finem legis cessare duobus modis posse. Primò *negativè*, quandò lex inutilis est bono communi; tamen si illam impleas, malum non est. Secundò *contrariè*, quandò legis observantia in hoc casu vitiosa est, quem casum à lege exemptum esse docet S. Thomas.

V. QUÆST. II. *An cessante negativè fine adæquato legis in particulari, cesset lex?* RESP. Adfirmat prior sententia quam defendunt Henriquez, Navarrus, Ledesma, Diana, Viva.

VI. Recitata opinio falsa est mihi, & opposita vera, & sola probabilis, quam communiter defendunt Moralistæ. Ratio patet. Lex fertur propter bonum commune, & propter id quod communiter accidit. Hoc fine adæquato legis in commune vigente, numquam lex cessat in particulari, seu nullus particularis subditus exemptus à lege est. Quoniam lex non fertur propter particularem casum, sed propter id quod communiter accidit. Quare licet respectu hujus vel illius privati non eveniat malum quod lex vetat, non propterea cessat finis legis etiam respectu talis particularis: quoniam finis legis est obstringere omnes ad implendum, aut vitandum id quod communiter accidit.

VII. Tandem plura absurda contrariam opinionem consequuntur. Ea quippè admissa, omnes ferè humanæ leges in nihilum occiderent. Siquidem quilibet pro suo ingenio, & affectu contenderet respectu sui legis finem locum non habere. Quisque diceret: Lex vetans theatra respectu mei non urget, quia nullam experior commotionem. Divites contenderent finem veritæ fornicationis non urgere respectu illorum, quia patrimonium habent, unde, & concubinam, & prolem susceptam alere. Librorum hæreticorum lectionem, accessum ad moniales, delationem armorum, & plurima alia quisque sibi licita fore judicaret.

VIII. QUÆST. III. *Quid sit abrogatio legis, & quis abrogare eam valet?* RESP. Abrogatio de me-

CAPUT IV.

De Lege positiva humana.

§. I.

Legum humanarum fundamentum humana societas.

I. ANtequam legis humanæ notionem, & effectus explico, paucis ejusdem fundamenta exponam. Legum itaque humanarum fundamentum societas est. Prima humana societas est *conjugalis*, maris, & fœminæ sobolis procreandæ causa inita. Hanc consequitur *paternæ* liberi quippe absque parentum subsidio vivere nequeunt. Ex debito parentum alendi filios oritur *potestas patria* in eosdem. Altera societas *herilis* nuncupatur, quæ est servorum cum dominis. Ex hac triplici societate *conjugali, paterna, & herili* coalescit societas *domestica*, seu familiæ, quæ spectato naturæ jure, perfecta quodammodo dici potest. Has quatuor societates consequitur altera, nempe *civica*, quæ perfectior cæteris est.

II. Homo ita est animal sociale, ut sine societate consistere humanum genus non queat. Tolle societatem maris cum fœmina, & tota humana species evanescit. Porrò ita connexæ sunt descriptæ societates, ut una alteram pariat. Hæc pauca indicasse sufficiat de fundamento legum humanarum. Admissa enim societate, sine qua consistere humanum genus nequit, necessario admittendæ leges sunt quæ societatem moderentur. Si plura aves, lege *tom. 6. lib. 1. diss. 4.*

§. II.

De Jure Civili, publico, & privato.

I. COmmunis juris civilis publici finitio hæc est: *Jus est quod directè, & principaliter ad publicas causas, & utilitatem universalem constitutum est.* Tribuunt illud in antiquum, & hodiernum. Istius auctor est summa potestas, in imperio Imperator, in Regno Rex, in principatu Princeps, in republica Magistratus. Hoc jus legale vocatur, cum sit vera lex. Quælibet respublica, immò quæque civitas non subjecta alicui sua habet jura tum publica, tum privata.

II. Juris civilis privati notio hæc est: *Jus auctoritate supremæ potestatis conditum, ad singulorum civium utilitatem immediatè, & principaliter ordinatum.* Per hanc finitionem jus civile privatum distinguitur à quolibet alio: à naturali, quod non pendet à voluntate humana; à jure gentium, quia istud non est alicujus civitatis, aut principatus, sed omnium gentium; à jure publico, quod istud proximè, & per se ad publicam utilitatem dirigatur, undè singulorum utilitas manat: contra jus civile privatum directè singulorum commodum respicit, ex quo postea commune bonum, & publica utilitas coalescit.

III. Hoc jus privatum multiplex. Aliud vocatur *merum*, quod ex sola hominum voluntate pendet: aliud *mixtum*, quod jus naturale, vel gentium includit. Rursùs aliud *commune*, quod extenditur ad universum Principatum; aliud *particulare*, seu *municipale*, quod intra fines provinciæ, vel civitatis concluditur. Aliud est *scriptum*, aliud *non scriptum*.

IV. Juris civilis idea hæc est. Modo interpretatur juris naturalis, & gentium ambiguos casus; modo plura adjicit solo humano arbitrio, prout tali nationi, aut populo expedire judicat. Plura confectaria ex jure naturæ, vel gentium deducuntur, quę juxta mentium humanarum diversitatem in varias trahi partes queunt. Jus autem civile sensum definit in quo hæc ambigua accipienda sunt. Plura adjicit, ut illa jura magis confirmet.

§ III.

De Jure Canonico, seu Ecclesiastico.

I. CAnon vox Græca est, quæ *regulam* latine significat. Jus itaque Canonicum *jus regulare* est, quod regulis constet. Hac ratione etiam jus civile nuncupari canonicum posset, cum regulis constet. Verum usus obtinuit ut solum jus Ecclesiasticum appelletur Canonicum.

II. Jus Canonicum est *jus positivum ab Ecclesia Catholica conditum, approbatumque, quo societas universalis Christi Jesu ad tranquillitatem, pacem, æternamque beatitudinem dirigitur.* Dicitur *ab Ecclesia conditum*, vel in Concilio generali congregata, vel à Romano Pontifice ejusdem capite approbatum, vel institutum.

III. Jus Canonicum suam repetit originem ab Apostolis, qui pro Ecclesiæ regimine omnium primi Concilia celebrarunt. Plura alia pro Ecclesiæ disciplina constituerunt Apostoli non scripturis, sed cordibus impressa. Decursu temporis Ecclesiæ Pastores, vel in Synodis, vel extra plurimos ediderunt canones, & Pontifices summi plures constitutiones, bullas, & decreta, quæ in magnam creverunt molem; & decem circiter constituunt collectiones, quas recensere in præsens non vacat. Lege *tom. 6. lib. 1. diss. 4. cap. 5.*

CAPUT V.

De potestate leges condendi, & de personis eisdem subjectis.

I. OMnes Catholici fatentur, supremas Potestates facultate condendarum legum instructas esse. Christus Dominus legem Cæsaream de tributo pendendo observari præcepit. *Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari.* Hac potestate pollent omnes Principes supremi, aliis non subjecti, in propriis principatibus. Disputant Jurispublicistæ, valeatne Regina leges condere: & communiter affirmant, Reginam non conjugatam condere leges posse, non secus ac Regem. Si quidem qua ratione capax est regni, eadem condere leges valet. Si conjugata Regina sit, mul-

multi contendunt ad maritum Regem transire ferendarum legum potestatem. Sed hæc opinio falsa mihi est. Jure quippe matrimonii non fit hæc translatio, nisi voluntatis pactio Reginę accedat. Dare marito dotem uxor debet, secus suam hæreditatem.

II. QUÆST. I. *Utrum Principes supremi æquè ac subditi, subjecti legibus à se latis sint?* RESP. Subditi sunt legibus subjecti *vi coactiva*, qua cogi possunt ad earum observationem. Principes supremi subjecti sunt legibus à se latis *vi directiva*. Quando potestas condendi leges residet penes Rempublicam, seu communitatem, tum singula membra *vi coactiva* cogi ad observantiam queunt. Principes verò supremi, ut Pontifices summi, Imperatores, & Reges, & cæteri legumlatores astringuntur vi directiva servare leges à se latas, secus vi coactiva, ut docet S. Thom. 1. 2. *quæst. 96. art. 5. ad 3.*

III. Salmanticenses cum Bonacina, Azorio, Castropalao, aliisque, se nunquam intellexisse ajunt, quod legislator queat per legem à se latam obligari, quia par in parem non habet potestatem. Lex autem est imperium superioris in inferiorem. Undè colligunt, legislatores ex sola convenientia, ex jure naturali orta, legum observationi obstringi.

IV. Hæc opinio mihi falsa est. Recta ratio supra omnes Principes, & legumlatores dominatur. Huic rectæ rationi patere omnes Principes supremi debent. Ab hac recta ratione omnes leges justæ manant. Hæc recta suprema ratio, quid bono communi expediat, quid repugnet, decernit, legesque condit. Hæc suprema ratio in terris parem non habet, sed omnibus supremis Potestatibus imperat, & dominatur. Principes itaque soluti sunt à lege coactiva, & pœnali in hac vita, secus in altera, quia subjecti sunt legi dirigenti. Peccant, & quidem graviter, si legem in materia gravi à se latam violent. Accedit quod subditi scandalum patiuntur, dum violari leges à Principe vident.

V. QUÆST. II. *Pueri septennes, infideles, amentes, ebrii subjectine legibus sunt?* RESP. Continuò ac pueris affulget rationis lumen, subjecti legibus sunt. Et quia communiter hoc evenit circiter septennium, ideò dicitur pueros septennes legibus subjectos esse. Infideles legibus Ecclesiasticis subjecti non sunt, quia in eosdem Ecclesia jurisdictionem non habet. Amentes, & ebrii comprehensi sub lege sunt, sed ab actuali legis observantia excusantur ob amentiam, vel ignorantiam, vel infirmitatem.

VI. QUÆST. III. *Quomodo Clerici, peregrini, & advenæ subjecti fiant legibus suæ patriæ, & locorum per quæ transeunt?* RESP. Clerici, sublato privilegio exemptionis, subjecti legibus civilibus sunt, utpotè Reipublicæ membra. Hoc tamen non impedit quominus Clerici privilegio Ecclesiasticæ immunitatis fruantur: quæ immunitas alicubi major, alicubi minor est.

VII. Peregrini dicuntur qui à loco proprii domicilii recedunt, animo redeundi. Vagi nullibi sedem fixam habent. Advenę, & forenses in uno loco habent domicilium, in alio habitant. Certum est peregrinum, advenam, forensem ad aliquem locum accedentes animo ibidem perpetuò commorandi, continuò obnoxios esse ejusdem loci legibus. Idem dicendum quando majori parte anni ibidem commorantur. Certum quoque est servare eosdem debere leges contractuum, testamentorum, matrimoniorum solemnitates spectantes. Mihi quoque probabilius est ejusmodi peregrinos, & advenas servare debere leges loci per quem transeunt, etiamsi ibi per unum, & alterum diem maneant. Quoniam id expedit tranquillitati, paci, & optimo regimini. Adversa sententia quoad hoc exleges facit homines istos, cum non teneantur neque legibus suæ patriæ, neque legibus locorum per quæ transeunt.

VIII. Peccant, ut jam diximus supra, qui deliberato animo discedunt à proprio territorio ut declinent observantiam jejunii, aut dici festi: quia nemini sua fraus debet patrocinari. Aliæ similes quæstiunculæ solutę sunt in explicandis præceptis jejunii, & festorum dierum.

CAPUT VI.

De Legum humanarum effectibus, & vi obligandi.

I. QUÆST. I. *Qui sunt legis effectus?* RESP. Primum legis officium est subditos bonos, virtuososque efficere. Alter effectus est subditos obligare ad ea præstanda, quæ leges præscribunt. Leges autem jubent, vetant, permittunt.

II. QUÆST. II. *Quænam sit legis humanæ materia?* RESP. Sunt actus humani, qui præcipi, aut vetari possunt, quatenus aut conferunt, aut repugnant bono communi, quod lex unicè respicit. Ea potissimum vetare leges humanę solent quæ societatem turbant; leviora autem permittunt, ut graviora devitent. Actus indifferentes, ut indifferentes, non sunt materia legis: at quia in individuo nullus actus indifferens est, ideò quilibet actus indifferens secundum speciem, potest in hac, aut illa circunstantia præcipi, aut vetari, quatenus conducit, aut repugnat bono communi.

III. QUÆST. III. *Valeantne legislatores humani, sive Ecclesiastici, sive civiles actus internos directè, & absolutè præcipere?* RESP. Affirmant plures. Glossa, *cap. Cogitationes, dist. 1. de Pœnit.* Major in 4. *dist. 12. quæst. 7.* Pighius *lib. 6. de Hierarch. cap. 16.* Adrianus *in 4. quæst. 4.* Jacobus Latomus *de Confess. secret.* Medina, Rosella, Sylvius 22. 9. 104. Henricus à S. Ignatio *tom. 2. lib. 1. cap. 16.*

IV. Oppositam sententiam communiter defendunt recentiores Theologi. Quæ mihi videntur probabiliora, paucis expediam. Et primo dico, legislatorem Ecclesiasticum, nedum civilem, præcipere haud posse actus meiè internos directè, & per se lege coactiva coactione externa. Hanc sententiam conceptis verbis defendit S. Thomas 1. 2. *quæst. 91. art. 4.* quoniam de his potest homo legem ferre de quibus potest judicare. At ju-

judicium hominis de actibus internis esse nequit. Ergo hos præcipere directè, & per se nequit lege cogente coactione exteriore. Hanc doctrinam utraque sententia admittit, & penès omnes communis est.

V. Illud in disputationem cadit, num legislator possit præcipere directè actus internos lege dirigente, coactione interna, ideò obligante ad culpam, sublato judicio exteriore, & pœna. Mihi valdè probabile est, posse legislatorem Ecclesiasticum præcipere lege directiva actus merè internos in iis casibus in quibus judicaverit id consentaneum esse ad salutem æternam. Nam Princeps Ecclesiasticus, ut distinguitur à civili, non solum exteriorem subditorum felicitatem, sed primo & per se spectat salutem animarum æternam. Huc enim spectat potestas quam Christus Ecclesiæ contulit: inquit enim Petro, ejusque successoribus: *Pasce oves meas*: Joann. 21. & Matth. 16. *Quæcumque ligaveris super terram, erunt ligata & in cœlis*. Animæ non solùm exterius, sed interius quoque nutriri indigent. Confirmat hoc Ecclesiæ mos. Innocentius XI. damnavit hanc thesim: *Non tenemur proximum diligere actu interno*. Nec reponas, Pontificem nihil hic præcipere, aut vetare, sed id tantùm declarare, quod naturali, & divina lege vetitum est: Quoniam Pontifex præcipit ut interius omnes hanc doctrinam defendant. Alexander VII. damnavit quoque hanc thesim: *Qui facit confessionem voluntariè nullam, satisfacit præcepto Ecclesiæ*: & aliam similem damnavit Innocentius XI. de communione sacrilega. In his thesibus de interioribus actibus sermo est. Quid quod Tridentinum *sess. 6.* in prœmio prohibet ne aliter creatur quam quod in suo decreto statuitur?

VI. Ratio quoque id evincit. Ecclesia moderatur socieratem non modo civilem, verùm etiam christianam, quæ ut talis ad finem supernaturalem tendit, cujus finis salus æterna est. Porrò actus interiores media oportuna sunt ad hujusmodi finem. Ergo animarum pastor, cujus est animas in hunc finem dirigere, præfata jubere media valet. Et reipla Ecclesia præcipit attentionem orationi necessariam. Et licet attentio hæc connexa sit cum exteriore oratione, non apparet cur Ecclesia præcipere non possit per horam, aut horæ medietatem interiorem mediationem. Quod autem Ecclesia possit indirectè actus internos cum externis connexos præcipere, communior est Theologorum sententia.

VII. QUÆST. IV. *Obligatne sub gravi lex humana?* RESP. Qui legem humanam violant, non modò contra hanc, sed adversus ipsam æternam legem peccant: quoniam Principes Dei nomine imperant. *Per me Reges regnant, & legum conditores justa decernunt*: Prov. 8. Omnis itaque vera lex ad culpam obligat, & ad pœnam. Quarè constitutiones Ordinum regularium quæ ad culpam non obligant, sed ad pœnam, non sunt veræ leges. Nec propterea minùs astringunt ad observantiam, non sub culpa, sed sub pœna.

VIII. QUÆST. V. *Leges injustæ pariuntur obligationem?* RESP. Leges injustæ, quia contrariè sunt bono divino, numquam observandæ sunt. Leges injustę, vel quia excedunt limites potestatis legislatoris, vel quia opponuntur bono communi, licèt nullam pariant obligationem, servandæ interdum sunt ad evitandum scandalum quod parere inobservantia posset.

IX. QUÆST. VI. *Undè colligenda sit gravis obligatio legis?* RESP. Ex voluntate legislatoris, & voluntas legislatoris ex ejusdem verbis, quæ produnt imperium, & obligationem legis. Communiter legislator, ut manifestet suam voluntatem, adhibet sequentia verba, *Jubeo, mando, præcipio, volumus, decernimus, intendimus*, &c. Obligatio verò sub mortali colligitur ex gravitate materiæ, ex verborum efficacitate, ex pœnæ impositione, & his similibus. Prudens quippè legislator materiam gravem sub gravi, & levem sub levi obligatione imponit. Disputant Theologi, num legislator possit in materia gravi obligare sub levi. Sed disputationes istę superfluæ sunt. Nam, ut dictum est, prudentis legislatoris est rem gravem sub gravi obligatione præcipere, & levem sub levi. Gravis materia esse potest, vel in se, vel respectu finis.

X. QUÆST. VII. *Quid de lege pœnali dicendum est?* RESP. Lex pœnalis à pœna, quam imponit, nomen subit, & distinguitur à lege morali, quę conscientiam obstringit, nulla adjecta transgressoribus pœna. Lex ista duplex. Altera simplex, & purè pœnalis, quæ nullo imposito præcepto solam pœnam imponit, ut si legislator dicat: *Si quis arma detulerit, tantum pecuniæ solvet*. Altera mixta, quæ præceptum, & pœnam includit. Pœnæ aliæ positivæ, ut pecuniarum solutio, flagellatio, &c. aliæ privativæ, ut excommunicatio, irregularitas, aliæ tandem mixtę, quæ ex positivis, & negativis coalescunt. Pœnæ aliæ temporales, aliæ spirituales, quæ bonis divinis privant.

XI. QUÆST. VIII. *Undè nam argui potest legem pœnalem mixtam obligare sub gravi culpâ?* RESP. Leges aliæ Ecclesiasticę, aliæ civiles. Ecclesiasticæ quę aliquid præscribunt sub excommunicationis majoris pœna, semper obligant sub gravi culpa; illæ verò quæ solam minoris excommunicationis pœnam adjiciunt, communiter non obligant sub gravi. Attendenda igitur est materiæ gravitas, vel parvitas, quæ legi subest. Nam si materia præscripta gravis sit, transgressio gravis erit, si materia levis, similiter levis erit violatio. Leges pœnales mixtæ in materia gravi obligant sub gravi culpa.

XII. Disputant Theologi, num lex merè pœnalis obliget sub culpa, an dumtaxat sub pœna adjecta. Plures recentiores propugnant legem mere pœnalem non obligare in conscientia. Hanc opinionem defendunt *Salmanticenses*, qui citant *Sanchez*, *Suarez*, *Castropalaum*, *Bonacinam*, *Aravium*. Opposita opinio mihi est probabilior: quia Principes in materia gravi intendunt

dunt obligare totius potestatis conatu: pœnas quippè adjiciunt, ut hinc subditi evidentius intelligant obligationis gravitatem. Lex enim quæ conscientiam non ligat, non est lex, ut dictum est supra.

XIII. Pœnæ *latæ sententiæ* inflictæ à legislatore, si spirituales sint, subeundæ à transgressoribus sunt ante judicis sententiam; secus si sint *ferendæ* sententiæ. In hac tamen materia spectandæ sunt Tribunalium consuetudines. Pœnas quæ inhabiles reddunt homines ad aliqua bona, seu jura acquirenda, sive illæ adjectæ sint à Jure Canonico, sive à Jure Civili: incurri ante judicis sententiam, communiter Theologi docent. Quarè beneficiarii, qui Officium Divinum non recitant, incurrunt pœnam restitutionis ante judicis sententiam. Similiter qui sponte resilit à contractu, subire pœnam conventionalem justè appositam debet ante judicis sententiam, ut mihi probabilius videtur. Si quidem conventio ista pœnalis quidam contractus est libero consensu celebratus. Sed quilibet honestus, ac justus contractus non spectata judicis sententia executioni demandandus est. Ergo etiam dictus contractus conventionalis.

XIV. QUÆST. IX. *An leges in præsumptione fundatæ obligent in conscientia?* RESP. Duplex præsumptio. Alia juris, alia facti. Præsumptio *juris* ea dicitur quæ in tali, aut tali contractu dignoscit periculum fraudis, damni, fallaciarum communiter occurrere: idcirco legem absolutam condit legislator, quæ talem contractum in omni casu vetat, quamquam in aliquo casu periculum illud non adesset. Præsumptio *facti*, quam etiam *definitionis* vocant, determinat in hoc particulari casu rem accidere: & ex hac suppositione judex, aut legislator decernit rem ita se habere, in quo judicio tacita conditio includitur: *si factum reipsa ita se habeat*. Quarè si falsitas præsumptionis in foro exteriori probaretur, liber subditus à lege esset. Tridentinum prohibuit matrimonia clandestina ex præsumptione fraudum, dannorum, &c. quæ communiter ejusmodi matrimonia consequuntur. Idcircò legem absolutam tulit, ut absolutè talia matrimonia nulla sint, etiamsi fraus nulla in aliquo matrimonio contingeret. Præsumptio juris non est propriè dicta præsumptio, quia lex quæ prohibet in omni eventu absolutè aliquem actum, non innititur præsumptione, sed judicio certo, & absoluto.

CAPUT VII.

De Lege tributorum.

I. QUÆST. UNIC. *Lex tributorum obligatne in conscientia?* RESP. Negant Navarrus, Medina, & alii: quorum opinio falsa est, & Dei verbo repugnans. Inquit enim *Rom. 13.* S. Paulus: *Ideò, & tributa præstatis. Ministri enim Dei sunt in hoc ipsum servientes. Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum; cui vectigal, vectigal*. Rursus Matth. 22. *Reddite ergo quæ sunt Cæsaris Cæsari*. Ratio naturalis id evincit. Tributa enim sunt patrimonia, undè Principes sustentantur, & populos protegunt, & defendunt. Populi siquidem conducunt Principes ad regendam, moderandamque Rempublicam; & Principes locant suam industriam in regimine principatus, sicuti ministri, & famuli locant servitutem dominis suis pacto pretio. Jure ergo naturæ, nedum positivo lex tributorum obstringit subditos ad tributum solvendum.

II. Consuetudo opposita, quæ obtruditur, corruptela est. Injusta, inquis, sunt tributa. Quis est justitiæ judex? Numquid subditi? Numquid Principes injustitiæ rei sunt, dum quidquam præscribunt subditorum cupiditati adversum? Absit. In dubio, num justum nec ne tributum sit, solvendum est: quia in dubio æquali pro Principis justitia præsumendum est.

CAPUT VIII.

De Lege irritante, & lege dubia.

I. LEX irritans non prohibet modò, verùm etiam nullos efficit actus. Legumlatores autem, & prohibere, & irritare actus valent. Lex irritans duplex, alia quæ reipsa contractum irritat, nullumque ipso facto declarat. Altera quæ irritum declarandum decernit. Prior lex dicit: *Sit ipso facto nullus*: posterior dicit: *Si hoc modo fiat, abrogatur*. Prior ante, secunda post judicis sententiam actum nullum facit.

II. QUÆST. I. *Lex irritans obligatne in conscientia?* RESP. Affirmant communiter Theologi: quia lex irritans vera lex est. Leges autem veræ, & justæ obligant in conscientia. Ut autem cognoscatur, num lex irritet nec ne substantiam alicujus actus, consulenda sunt legis verba, & sincerè interpretanda.

III. QUÆST. II. *Qui dubitat, existatne lex an secus, liberne à lege est?* RESP. Intrepidè affirmant Probabilistæ, dubitantem de legum existentia ab observada lege liberum esse: idque probabilius esse definit P. Viva *tom. 1. de Leg. quæst. 4. art. 4. n. 2.* quia, inquit, *in dubio melior est conditio possidentis*. Hoc loco indefectibilis regulæ, & primi principii constituunt Probabilistæ. Audi P. Carolum Casnedi *tom 2. diss. 16. num. 179. pag. 510.* sic fantem: *Ergo homo ex natura sua, & pro primi ad omnium legem est liber libertate Theologica, seu est liber ab omni lege. Ergo nisi lex certò probetur, cum possessio libertatis theologicæ sit certa, non potest homo ea spoliari. Ergo dubium de existentia legis, seu dubium de libertate, bis, & nunc ab obligatione bujus legis particularis optimè solvitur per possessionem libertatis universalis ab omni lege, in qua homo nascitur.* Hæc doctrina rejicienda omnino est.

IV. Si in materia justitiæ dubia esset agri possessio, quid tum? Numquid allegari tum potest pro inconcusso principio hæc regula: *Melior est conditio possidentis*? Nemo id asseruerit. Certa ergo sit oportet, & extra disputationem posita agri possessio, ut Petrus possessor contra adversa-

gente, non esse exleges, sed omnes subjectos esse ordini isti, qui omnia in principium primum dirigit, eoque homines subjicit huic naturali ordinationi, quæ bonum commune spectat. Singuli itaque homines quocumque in loco constituti, licèt Principe carerent, essent subjecti legi naturali, & illorum quisque evitare deberet ea, quæ huic legi repugnant, & exequi ea quæ ordini sunt conformia. Nemo alterum lædere jure posset; & læsus deberet patienter perferre injuriam, nec quisquam agere deberet quod hunc ordinem turbaret. Hæc omnia servanda essent, sola naturali lege spectata. Quid quod Adamo primo homine creato legem Deus tulit, qua naturalem confirmavit, impressitque hominum animis? Omnes autem homines à Deo creati huic divinæ legi subjecti sunt: & ea omnia exequi naturali, & divino jure astringuntur quæ homines ipsos Deo conjungunt, eoque mutuò pacificos, & benevolos efficiunt. Si plura cupis, lege *tom. 6. lib. 1. diff. 2.* Disputant auctores num hæc bonitas, aut malitia ante omnem legem fundamentalis sit, an formalis. Verum disputatio tanti non est ut discussionem nostram nunc postulet.

VIII. QUÆST. III. *Quæ præcepta continentur in lege naturali?* RESP. Lex naturalis plura continet præcepta, quæ ab uno tamquàm à prima radice pendent. S. Thomas 1. 2. *quæst.* 94. *art.* 2. omnia revocat ad hoc primum principium: *Quodlibet est, vel non est.* Itaque quod primum menti occurrit, est esse, seu ens. Et primum quod voluntati sese offert, est bonum. Primum igitur principium in genere appetibilium est istud: *Bonum amandum, malum fugiendum.* Ex hoc primo principio manant naturalia præcepta in primis, quæ propriæ vitæ conservationem spectant, removentque opposita. Huc pertinent præcepta comedendi, sobrietatis servandæ, & abstinendi ab iis, quæ sunt noxia sanitati. Altera inclinatio hominis speciem suam propagandam spectat. Hinc oriuntur præcepta quæ matrimonii officia, & prolis educationem respiciunt. Tertia inclinatio rationis naturam consequitur undè manant omnia mandata quæ Dei cultum, & proximi societatem moderantur. Hinc primæ tabulæ præcepta, quæ cultum Dei, vota, & juramenta custodienda præscribunt. Reliqua secundæ tabulæ mandata de honorandis parentibus, de homicidiis, de vago concubitu, de adulteriis, de furtis, de mendaciis, de pravis desideriis vitandis, fugiendisque, sunt pariter ipsi naturæ insita. Alia præcepta tum universalia, tum particularia ad Decalogum revocantur, vel tamquàm principia in conclusionibus, vel tamquàm conclusiones in suis principiis.

IX. QUÆST. IV. *Lex naturalis estne immutabilis?* RESP. Præcepta juris naturalis sunt diversi generis. Alia sunt quæ humanum consensum prætupponunt, quo constituto, sequit naturæ jus, quod in pactis, in promissionibus, in contractibus, in juramentis, in votis, cæteris-que resplendet. Huc quoquè pertinent præcepta quæ bonorum proprietatem respiciunt. Gentium quippè consensu rerum partitio invecta est, qua posita, jus naturæ vetat, quempiam invitum suis bonis spoliari.

X. His constitutis respondeo, aliqua præcepta juris naturæ ita esse immutabilia, sibi constantia, & firma, ut semper, & in quocumque casu obligent, ut, *Deus est colendus, non mentiendum, non perjurandum, non falsum testimonium dicendum, non calumniandum, non odio habendum: servanda justitia, amplectenda virtutes, temperate vivendum.* Hæc, & similia præcepta nullam excipiunt circumstantiam, nullamque subeunt mutationem. Alia sunt præcepta juris naturæ secundaria, quæ absolutè spectata similiter immutabilia sunt, sed circumstantias excipiunt, quarum ratione id prohibent quod tali circumstantia sublata præcipiunt. Hæc quoquè præcepta sunt in se immutabilia, quia eadem semper absolutè aut præcipiunt, aut vetant; sed non præcipiunt, vel vetant sub hac aut illa circumstantia. Dicuntur hæc præcepta mutabilia quatenus sub hac, aut illa circumstantia non obligant. Verum hæc non est mutatio propriè dicta. Quoniam ab æterno semper verum fuit, depositum absolutè esse reddendum, non esse verò reddendum sub hac, aut illa circumstantia; homicidium esse licitum publica auctoritate justum, illicitum verò privata auctoritate patratum: illicitum furtum, licitum vero in tali circumstantia. Hæc igitur præcepta dicuntur mutabilia non in se, sed ratione circumstantiarum; seu circumstantiæ mutantur, non præcepta: & ab æterno verum fuit quod sub hac circumstantia non obligant, sub altera obligant.

XI. Lex itaque naturalis sita est in ordine rerum, & officiorum ad essentiam divinam ideam archetypam omnium ordinum, & naturarum, quę indissolubili nexu cum eadem conjunctæ sunt. Porrò ordinem hunc antecedere rationis signo vel ipsam divinam voluntatem, dictum supra est. Lex ergo naturalis absolutè, & in se ipsa cujuscumque variationis, & dispensationis expers est. Tota mutatio quæ contingere potest in præceptis, sivè primariis, sivè secundariis, nullo modo afficit ipsam legem naturalem, sed circumstantias quæ mutantur. Quarè jure hæc mutatio vocatur *materialis*, secus *formalis*.

XII. QUÆST. V. *Quæ sunt naturæ juris, possuntne aliqua potestate dispensari?* RESP. Primum certum est nullam potestatem humanam posse ab hac naturali lege dispensare, quia nullus inferior dispensare in lege superioris valet. Lex autem naturalis superior est omni humana potestate tum laica, tum ecclesiastica. Ergo huic potestati subjecta minimè est.

XIII. QUÆST. VI. *Potestne Deus sua absoluta potestate dispensare in aliquibus juris naturę præceptis?* RESP. Affirmant plures absolutè respectu cujuscumque juris naturę præceptis alii ajunt, posse dispensare Deum in præceptis secundariis, secus in primariis: alii denique defendunt, dispensare posse in solis præceptis re-

motis, seu quæ sunt conclusiones remotæ juris naturę. Sed his opinionibus missis, cum S. Thoma dico, in nullo juris naturæ præcepto fieri posse ut Deus revera dispenset. Dispensatio enim est solutio à lege, quę manet, & obligat alios. At fieri nullo modo potest ut Deus licentiam impertiat agendi contra legem naturalem, quæ in his circumstantiis, in quibus dispensat, vigeat, urgeatque. Quoniam actio opposita legi naturali sua natura mala est. Ergo probari à Deo nequit. Lege S. Thomam 1. 2. *quæst.* 100. *art.* 8. Omnia præcepta juris naturæ dirigunt homines, ut ordinatè se gerant erga se ipsos, erga Deum, & erga proximum. Hic autem ordo non excipit dispensationem.

XIV. Opponunt, quemliber legislatorem posse dispensare in legibus à se latis. Ergo & Deus dispensare à lege naturali à se lata potest. Responsio patet ex dictis. Admissa hypothesi quod Deus creare voluerit universum, quod non creare absolutè poterat, cum omnia quæ extra ipsum sunt, liberè producat, necessitate hypothetica manante ex sua infinita perfectione astringitur, ut omnia producat juxta ordinem, quem in signo rationis antecedente suam divinam voluntatem exprimunt cum sua divina essentia, & recta ratione, ut dictum est.

XV. Opponunt, Deum reipsa dispensasse ut Abraham perimeret filium suum, ut Samson conficeret semetipsum, ut Israelitæ vasa Ægyptiorum surriperent. Responsio ex dictis patet. Plura, ut adverti, sunt juris naturę præcepta quæ varias suscipiunt circumstantias, in quibus præcipiunt quæ absolutè vetant, & vetant quę absolutè præcipiunt. At hæc ipsa mandata sunt in se immutabilia, & solùm eorum materia subest variis circumstantiis, in quibus illa præcepta excipiunt, & ab æterno exceperunt ejusmodi casus. Deus autem supremus ordinis naturalis conditor comprehendit casus omnes, in quibus officia humana aut conveniunt, aut pugnant cum fine ultimo. Lex naturalis vetat occisionem injustam privata auctoritate peractam, secùs justam, quæ publica potestate jubetur. Occiso innocentis Isaac Deo litanda gloriam Dei promovebat. Bona Ægyptiorum subjecta erant Dei dominio, sicut & Samsonis vita. Si plura cupis, lege *tom. 6. lib. 1. diff. 2. cap. 14.*

XVI. QUÆST. VII. *Quid sit jus gentium?* RESP. Est jus medium inter jus positivum, & naturale. Gentium jus nuncupatur, quod omnium gentium, vel plurimarum consensu invectum est. Hinc omnes ferè gentes, nullâ sivè Principum, sivè subditorum factâ distinctione obstringit. Gentium nomine non intelliguntur omnes populi barbari incogniti, aut stupidæ nationes quæ morum honestate destitutæ brutalem vitam ducunt; sed gentes cultæ, moratæque, quales semper fuerunt plurimæ, ut gens Judaica, Græca, Ægyptiaca, Europea, & præsertim Romana. Consensio istarum gentium non fuit verbis expressa, sed tacitè, & reipsa consenserunt in certas fixas regulas; ut inire societatem, sancire fœdera, agere commercia, celebrare contractus, plectere fraudes, & dolos. Porrò has leges tacito consensu firmatas *jus gentium* appellamus. Aliqua quæ ad jus gentium attinent, scriptis consignata sunt, ut illa quæ fœdera, pacta, & cætera id genus spectant. Dividi solet jus gentium in affirmativum, & negativum. Hoc jus mutationi obnoxium est. Jus istud obligat in conscientia plus & minus juxta materiæ gravitatem.

CAPUT III.

De Lege positiva divina.

I. LEgi Naturali succedit lex voluntaria in divinam, & humanam tributa. Pauca nunc de divina. Prima lex scriptis consignata, quam Deus mundo intimavit, est Mosaica. Præcesserunt utiquè multa præcepta indita in cordium humanorum tabulis. Præceptum intimavit Deus Adæ in statu innocentiæ. Post Adę lapsum aliqua alia Deus præscripsit quæ spectant sacramentorum usum, quo tam adulti, quam infantes mundarentur à peccato originali. Item ante diluvium quædam animalia munda, quædam immunda reputata fuere.

II. Post legem Mosaicam Deus per Filium suum unigenitum legem evangelicam promulgavit: quæ lex *nova* appellatur, quod renovet homines, Deique filios constituat gratiæ dono. Appellatur etiam *Testamentum*, seu *pactum*, quo nobis Deus suum Filium donavit. Lex Evangelica differt à Mosaica, quia hæc ordinata fuit ad novam, à qua perficienda erat. Mosaica lex erat servitutis, & timoris; Evangelica lex libertatis, & amoris. Præcepta legis evangelicæ tribuuntur in classes tres. Alia *moralia*, quæ juris naturæ sunt, & ad illud revocantur, quæque Christus non instituit, sed clarius explanavit, ab erroribus quibus hominum pravitate implicata erant, purgavit, atque consiliorum præsidio munivit. *Ceremonialia* alia sunt, seu sacramentalia, quæ Christus ipse instituit, abrogatis quæ à Mosaica lege præscripta erant. Alia tandem sunt *fidei* præcepta, quæ priùs umbris, & figuris involuta erant, quequę Christus nova luce perfudit, atque declaravit. Quarè quæ priùs ante Christi adventum confusè, & implicitè credebantur, nunc expressè credenda sunt. Præcipuum discrimen legis Mosaicę ab Evangelica est quod hæc vim justificandi, & sanctificandi continet, secùs illa, ut S. Paulus *ad Galat. cap. 2.* docet. *Scientes autem, quod non justificatur homo ex operibus legis nisi per fidem Jesu-Christi; & nos in Christo Jesu credimus ut justificemur ex fide Christi; & non ex operibus legis: propter quod ex operibus legis non justificatur omnis caro.*

medio tollit legem promulgatam. Duplex est: alia *negativa*, qua lex desuetudine aboletur; alia *positiva*, qua lex lata revocatur, nova ejus loco substituta. Leges etiam justæ abrogari queunt, dummodò rationabilis, & gravis causa occurrat. Et quandò lex nova simul cum antiqua servari nequit, abrogata censetur, etiamsi desit vox abrogationis. Qui fert legem, eam abrogare valet. Inferior legem Superioris abrogare non potest.

IX. QUÆST. IV. *Quid sit legis interpretatio?* RESP. Interpretatio est declaratio legis, quæ duplex est: alia *authentica* dicitur, seu *jurisdictionis*, quæ à solo legislatore fit, & habet vim legis; alia *doctrinalis*, quæ vi legis caret, & Doctorum judicio innititur. Quandò legislator vetat legis suæ interpretationem, non licet Doctoribus eamdem interpretari. Opposita opinio mihi falsa est, & Superiorum jurisdictioni infesta.

X. QUÆST. V. *Quæ regula in interpretatione servanda?* RESP. 1. Spectanda est legislatoris intentio, quæ est veluti legis anima. Verba autem sunt instrumenta, quibus legislator suam prodit intentionem. Quarè verba intentioni, non verbis intentio subdenda est. Si intentio legislatoris ambigua sit, hærendum verbis est. 2. Quandò idem sermo duas sententias exprimit, ea accipiatur quæ rei agendæ aptior erit. 3. Quandò legis verba ambigua apparent, interpretanda sunt juxta communem loci, & patriæ intelligentiam. 4. Quandò de valore actus disputatur, sit necne validus, interpretanda lex est ut valeat actus, quia nemo præsumitur quidquam inutile agere velle, servatis tamen servandis, & præsertim verborum proprietate. 5. Lex in favorabilibus ampliauda, in odiosis restringenda est. 6. Lex non extenditur ad casum non comprehensum ob similitudinem rationum; quandò tamen est omninò eadem adæquata ratio, nisi quidquam in oppositum urgeat, extendenda lex videtur ad casum non comprehensum, seu non expressum. 7. Lex generalis non extenditur ad casum non comprehensum ob rationum similitudinem, quantum ad pœnam.

XI. QUÆST. VI. *Quid sit epikeja, & ubinam locum habeat?* RESP. Epikia, seu epikeja est legis correctio, & emendatio, & exemptio casus particularis, ob circumstantias, quæ si legislatori innotuissent, illum casum excepissent. In iis ergo casibus epikeja locum habet in quibus si lex servetur, peccatum committitur; ut si redderes depositum gladium illi qui in patriæ proditionem illum verteret. Ne multa, tunc epikeja locum habet, ut perdoctè more suo Cajetanus ait, cum finis legis cessat contrarie, ideòque quandò legis observantia vitiosa evadit.

XII. Ut usus epikejæ licitus sit, non satis est quælibet probabilitas, sed requiritur, inquit 2. 2. *quæst.* 147. *art.* 4. S. Thomas, certitudo evidens.

XIII. QUÆST. VII. *Quid sit dispensatio à lege?* RESP. Est juris relaxatio ab habente legitimam potestatem ex justa causa facta. Differt ab interpretatione, & epikeja, quæ non sunt jurisdictionis actus, sicut dispensatio. Aliquandò tamen dispensatio pro interpretatione accipitur. Sed dispensatio præsè accepta actus est jurisdictionis. Includit interpretationem, quia dispensator expendere, & benè interpretari legem debet.

XIV. Ut subditus liber à lege sit, sat minimè est ut præsumat superiorem fore dispensaturum. Dispensatio enim est vulnus legis, atque adeò odiosa: ergo restringenda, non ampliandа.

XV. Dividitur dispensatio in partialem, quæ partem, & integram, quæ totam obligationem tollit. Item tribuitur in expressam, quæ verbis; & in tacitam, quę signis exhibetur.

XVI. QUÆST. VIII. *Undè cilligi possit Prælatum velle dispensare?* RESP. Quandò Superior præcipit actum qui exerceri absque dispensatione nequit; ut si Episcopus sciens te esse irregularem, super qua irregularitate dispensare valet, te promoveat ad sacros ordines, tecum dispensare præsumitur.

XVII. Solam taciturnitatem Prælati signum sufficiens esse dispensationis docent nonnulli. Sed illorum opinio mihi falsa est, quam rejiciunt communiter Theologi, & Canonistæ. Nam taciturnitas Prælati quid aliud prodit nisi permissionem? Nihil sanè aliud, saltem certum, colligi ex ejusdem taciturnitate potest. Taciturnitas Prælati proficisci valet, & sæpissimè proficiscitur. 1. Ex negligentia, 2. ex nimia conniventia, 3. ex pusillanimitate, 4. ex ignorantia, 5. ex malitia, 6. ex studio vitandi scandali, 7. ex præsione rebellionis subditorum. Ex aliqua harum causarum oriri taciturnitatem posse, nemo negaverit. Immò Patres omnes clamant, ex otiositantia, & negligentia Prælatorum disciplinæ oriri dissolutionem. Et ex istorum pernicioſa taciturnitate mali subditi dispensationem à legibus colligunt.

XVIII. QUÆST. IX. *Quibus competat dispensatio à legibus humanis?* RESP. Potestas duplex: una ordinaria, altera delegata: illa annexa dignitati est, hæc impertitur ab eo qui dignitatem possidet. Qui legem tulit, dispensare ab ea valet. Pontifex dispensare in universa Ecclesia potest ab omnibus ecclesiasticis legibus justa occurrente causa. Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi dispensare in suis Diœcesibus valent in legibus aut à se, aut à Synodis latis. Inferior nequit in legibus Superioris dispensare absque ejusdem consensu. Legislator supremus potest cum dispensatione aliquid commutationis adjungere.

XIX. QUÆST. X. *Utrum licita, & valida sit dispensatio absque justa causa data?* RESP. Dispensationum necessitas ipsam legis naturam consequitur, quia lex quæ communiter accidunt, spectat, secus casus particulares. Idcircò legum custodes pro casuum diversitate temperare legum observantiam debent. Ab extremis sibi cavere magnoperè Superiores debent, quod adeò difficilè est ut Christus *Luc.* 12. exclamaverit: *Quis putas est fidelis dispensator, quem constituit dominus super familiam suam?* Peccant Superiores, si nimium legum cortici hærent. Frequentiùs in laxitatis quam in rigoris extremum impingunt. Hostibus domesticis, nempè affectuum diversitate continenter obsidentur.

XX. Salmanticenses *tract.* 11. *cap.* 5. *part.* 6. *num.* 66. defendunt, Superiores non peccare mortaliter pro ingenio absque justa causa dispensantes in lege à se condita, præciso scandalo, & damno tertii. Concedunt tamen talem Superiorem peccare venialiter.

XXI. Præfata opinio mihi falsa est. Sermo est enim de legibus graviter obligantibus. Porrò Patres omnes, & graviores Theologi docent, peccare mortaliter Superiores etiam supremos qui in legibus graviter obligantibus etiam à se latis dispensant absque justa causa. Dispensatores isti à Patribus vocantur proditores, infideles, destructores, & perditores universæ disciplinę. Patrum autem, Conciliorum, aut canonum aliquis numquam pronuntiavit ejusmodi prodigos dispensatores sine justa causa peccare venialiter. Undè ergo recentes hauserunt hanc distinctionem in hac materia? Legumlatores etiam supremi subjecti legibus directivis sunt. Ridicularia autem subjectio esset, si dispensare pro ingenio possent. Omnis lex justa grave commodum confert communi bono. Ergo qui tali legi absque causa derogant, grave damnum inferunt Reipublicæ. Ergo graviter peccant.

XXII. Non modò illicitæ, sed etiam invalidæ sunt dispensationes istæ. Quoniam dispensationes sine justa causa concessas subreptitias, nullas, prævaricationes, & legum dissipationes Patres appellant. Innumera testimonia referibere possem; sed unicum Concilii Tridentini *ex sess.* 25. *cap.* 18. affero. *Quod si urgens, justaque ratio, & major quandoque utilitas postulaverit, cum aliquibus dispensandum esse, id causa cognita, ac summa maturitate præstandum erit. Aliterque facta dispensatio SUBREPTITIA ERIT.* Quid ad hæc oppositum sentientes? Quid si Bernardi, S. Thomæ, Bellarmini, Toleti, aliorumque gravium Theologorum testimonia afferrem? Toletus lib. 5. cap. 83. *Papæ dispensatio sine causa non habet locum in foro interiori, & coram Deo, sed tantùm in foro exteriori*, &c. Bellarminus in epistola ad Nepotem plurima de hoc argumento habet.

XXIII. QUÆST. XI. *Quænam sunt causæ justæ dispensationis?* RESP. Nulla designari certa regula potest. Causarum quippè æquitas à pluribus pendet circumstantiis. Generalis regula, quam Patres, & Theologi tradunt, est quod sufficientia causæ pro legitima dispensatione accipienda, pensandaque sit ex respectu ad bonum commune. Huc semper spectare quisque dispensator debet. Quandò de sufficientia causæ dubitatur, tutior pars est eligenda. Valida est dispensatio, dum revera adsit justa causa, licèt dispensator illam ignoret. Peccat verò dispensator dispensans absque justa causa cognita. Causa legitima occurrente vitandi mali dispensator tenetur dispensationem concedere. Est enim custos legum in bonum commune subditorum. Sicuti autem observatio, sic interdum, & relaxatio legis confert ad bonum commune. Ergo sicuti peccat dum omittit dispensator promovere legis observantiam, ita etiam peccare potest, si recuset eamdem pro temporis opportunitate relaxare. Verum in primo, secus in secundo capite peccari solet: sæpè delinquunt, quod cum amicis, sibique benè affectis beniguiùs quam par sit dispensent, cum cæteris æquo severiores aliqui esse soleant.

XXIV. QUÆST. XII. *Quid de dispensatione subreptitia, obreptitia, & per metum extorta dicendum?* RESP. *Subreptitia* dispensatio est quandò à petente dispensationem tacentur ea quę dicenda sunt. *Obreptitia*, quandò exponitur falsitas. Utraque nulla est. Disputant auctores cujusnam veritatis reticentia efficiat dispensationem *subreptitiam?* Regula generalis designari nequit. Si quidquam eorum reticetur, etiam sine dolo, & fraude, quæ secundum jura, & stilum Cancellariæ dicenda sunt, dispensatio nulla est. Si quidpiam reticeatur veritatis, aut exponatur fallitatis, quę judicem impellat ad dispensandum, nulla dispensatio est.

XXV. Dispensatio per metum extorta absolutè valida est, quia metus simpliciter voluntarium non tollit. Si verò dispensator absolutè consensum non præberet, tunc nulla dispensatio esset.

XXVI. QUÆST. XIII. *Quibus de causis dispensatio cessat?* RESP. Si dispensatio fortita sit suum ultimum effectum, revocari nequit. Contractum matrimonium istæ, susceptique sunt sacri ordines vi dispensationis datæ. Hæc revocari amplius non potest. Disputatur à Theologis, num si post obtentam dispensationem, & nondum executioni demandatam cesset omninò causa finalis ejusdem, cesset dispensatio? Negant Salmanticenses *tract.* 11. *cap.* 5. *part.* 8. *num.* 88. quia, inquiunt, semel ablata per dispensationem lege, hæc iterùm non reviviscit. Laudant pro hac opinione *Castropalaum*, *Suarez*, *Salas*, & alios.

XXVII. Oppositа sententia mihi probabilior, & vera est. Quid? Christianus dispensatus est ab audienda Missa diebus festis, à jejuniis, à recitando officio per mensem ex justa aliqua causa. Hæc omninò evanuit antequam dispensatio executioni demandetur, & Christianus iste dispensatione tali uterur? Nemo profectò Christianorum, qui sit sincerus suæ salutis æternæ amator, talem adhibebit dispensationem. Quarè rejicio sequentem Salmanticensium *loc. cit. n.* 91. opinionem. *Si detur infirmitas, quæ moraliter judicetur perpetuò duratura, & obtineas à Pontifice dispensationem concedendi carnes pro tota vita, non recitandi Divinum Officium, non jejunandi, etiamsi postmodùm salutem* PERFECTAM *acquiras, poteris uti tali dispensatione. Idem dicimus, si pro hoc anno, pro hac Quadragesimâ obtineas dispensationem à Superiore non jejunandi, vel abstinendi à carnibus, quia infirmitas pro tota illa tempestate duratura, etiamsi per accidens cessat, potest uti tali dispensatione. Ita auctores citati, qui licèt non omnes ita in particulari loquantur, mens tamen illorum est quam diximus.*

XXVIII. QUÆST. XIV. *Cessatne dispensatio ob mortem dispensatoris?* RESP. Si dispensatio absolutè concessa sit, duretque ejusdem causa, non ces-

cessat ob mortem dispensatoris. Contra si conditioni illigata dispensatio sit, tunc cessat morte dispensatoris; ut si ejusmodi clausulis circumscripta fuerit: *Donec nobis placuerit, ad arbitrium nostrum*, &c. Si inceptus actus sit, poteris illum persequi. Dispensationem juste concessam revocare dispensator nequit absque justa causa: justa verò causa occurrente revocare eamdem valet. Injustam verò dispensationem revocare astringitur. Inferior Superioris dispensationem revocare non potest; Superior verò valet inferioris dispensationem revocare. Dispensatus potest renuntiare dispensationi absque damno tertii: si contra renuntiatio lædat jus tertii, dispensatus non valet renuntiare dispensationi, sed ut renuntiatio valida sit, voluntas dispensatoris requiritur.

XXIX. QUÆST. XV. *Quid sit consuetudo, & quotuplex?* RESP. *Est jus quoddam moribus institutum*, quod pro lege suscipitur, ubi deficit lex. Dupliciter accipi consuetudo solet. Pro jure nempe, & pro facto.

XXX. Consuetudo facti non aliud est quam actuum repetitio, & usus, seu mos, & format materiam consuetudinis juris. Hoc enim jus consurgit ex hac actuum humanorum frequentatione. Hoc quippè jus non voce, non scripto, sed moribus patitur. Quare alii describunt hoc pacto consuetudinem: *Est jus rationabile, legitimo tempore præscriptum, moribus perfectæ communitatis volentis se obligare, & Principis consensu inductum.* Rationabilis sit consuetudo oportet, non secus ac lex, quia utraque bonum communitatis publicum spectare debet. Quare nulla consuetudo vim legis obtinere valet, si sit contra bonum commune societatis. Non cujuscumque communitatis, sed perfectæ dumtaxat mores invehere consuetudinem queunt. Ad consuetudinem obliganiem inducendam non sufficit actuum frequentia, sed requiritur voluntas sese obligandi.

XXXI. Hæc consuetudo differt à stilo, & præscriptione, & cum eisdem aliquo modo convenit. Cum stilo convenit, quia, & hic quædam consuetudo est; differt verò, quia stilus restringitur ad fori judicia. Differt consuetudo à præscriptione, quod hæc etiam in singulari persona locum habeat, secùs illa, quæ communitatem dumtaxàt respicit. Cum eadem convenit quatenus requirit determinatum tempus non interruptum.

XXXII. Consuetudo triplex. Alia contra legem, quæ novam legem non inducit, sed abrogat antiquam. Alia est secundùm legem, quæ non tam consuetudo, quam interpres legis est, & lege abrogata, ipsa consuetudo cessat. Tertia est præter legem. Hæc ex frequentia actuum producitur in materia de qua lex scripta nihil decernit. Hæc sola novum jus inducit, quando necessariæ conditiones adsint. Ratione materiæ dividuntur in ecclesiasticam, & civilem.

XXXIII. QUÆST. XVI. *Quinam invehere consuetudinem queunt: & quinam conditiones necessariæ sint?* RESP. Consuetudinem abrogantem legem illi soli invehere possunt qui legem servare tenentur, quia lex abrogatur per actus contrarios. Nullus privatus, neque Princeps ipse, sed sola communitas, & quidem perfecta, qualis est Civitas, Provincia, Regnum, inducere consuetudinem potest. Communitas quippè imperfecta, ut familia, collegium parere consuetudinem nequit. Requiritur, ut major perfectæ communitatis pars in actuum frequentia, aut in eorumdem omissione concurrat, ut consuetudo introducatur.

XXXIV. QUÆST. XVII. *Quot sint conditiones ad veram consuetudinem necessariæ?* RESP. Quinque. 1. Quod sit rationabilis; 2. quod fit ex publica frequentia actuum liberorum; 3. quod congruo temporis intervallo duret; 4. quod interveniat Principis consensus; 5. quod ex animo se obligandi inducatur. Ea autem consuetudo rationabilis est quæ bono communi congrua, & utilis est. Contra legem sive naturalem, sive divinam nulla prævalere consuetudo potest: quia actus contrarii illis legibus sua natura vitiosi sunt.

XXXV. Contra legem humanam prævalere dumtaxat consuetudo potest. Quotiescumque tamen consuetudo bono communi societatis advertatur non consuetudo, sed corruptela vocanda est.

XXXVI. Triplicem consuetudinis statum distinguunt Theologi, inceptionis, progressus, & præscriptionis. Qui contra legem consuetudinem introducunt, peccant toto tempore quo lex prævalet: quarè non solùm in exordio, sed etiam in progressu illi legem violant, usquedum lex prævaleat.

XXXVII. QUÆST. XVIII. *Quantum temporis requiritur ad introducendam consuetudinem?* RESP. Omnes affirmant, longum tempus requiri ad consuetudinem inducendam; sed circa ejusdem quantitatem non una est omnium sententia. Communior opinio est decennium sufficere ad consuetudinem contra legem civilem. Contra legem canonicam verò requiri quadraginta annos. Cæterùm circumstantiæ spectandæ sunt, & natura legis abrogandæ. Tempus illud continuum sit oportet, sicut, & in præscriptione. Quarè si hoc tempore aut major communitatis pars oppositum consuetudini quidquam agat, aut Princeps resistat, interruptum tempus est, & elapsum ampliùs non computatur.

XXXVIII. Actus qui necessarii sunt ad consuetudinem debent esse liberi, publici, & frequentes. Aliqui contendunt duos, aut tres actus sat esse; sed hæc opinio communiter rejicitur ut falsa. Nemo tamen definire potest numerum horum actuum; sed prudentum arbitrio id remittitur. Profectò in longo tempore nec tres, aut quatuor, immò nec sex, nec octo frequentiam pariunt. Actus isti liberi sint oportet, quia sicut lex, ita, & consuetudo à recta ratione proficisci debet. Quarè si populus metu coactus quidquam agit, non præsumitur velle consuetudinem introducere. Ignorantia quoquè impedit ne consuetudo introducatur. Tandem actus isti liberi, & frequentes publici sint necesse est: quoniam actus occulti dici nequeunt facti ex consensu Principis, & communitatis. Non requiritur tamen juridica manifestatio, sed satis est publica notitia facti.

Quin-

XXXIX. Quinta conditio, ut indicatum est, postulat ut populus animo se obligandi consuetudinem incipiat, eamque tali animo toto tempore necessario pro consuetudine continuet. At undenam colligi poterit populum incepisse, & continuasse consuetudinem animo se se obligandi? Hæc assignari indicia solent. 1. Quandò populus in materia sua natura gravi, uniformi observantia talem consuetudinem servavit. 2. Si Superiores istius consuetudinis violatores severè puniant. 3. Si viri prudentes, optimeque morati culpæ damnent ejusmodi consuetudinis transgressores. Quandò hæc tria concurrunt, argumentum est communitatem animo se se obligandi consuetudinem invexisse.

XL. Ne verò corruptelæ sub consuetudinis larva occultentur, advertendum est, non omnem tolerantiam, & patientiam Principum signa esse taciti consensus. Quandò Superiores zelo Dei ardent, suntque vigiles, & experrecti in eliminandis corruptelis, & extirpandis zizaniis, quandò nullum obest impedimentum aut vitandæ rebellionis, aut declinandi majora mala, tunc patientia, & tolerantia esse potest argumentum taciti consensus. Cæterùm, ut dictum supra est, patientia, & tolerantia Superiorum non raro oritur ex eorumdem ignavia, & nimio quietis, & vitiosæ pacis amore, quia tranquillam, & hilarem ducere vitam avent.

XLI. QUÆST. XIX. *Quinam sint effectus consuetudinis, & quibus modis cesset?* RESP. Tres, 1. Consuetudo legitima vim legis habet: quarè sicut lex, ita consuetudo obligare sub gravi culpa potest. 2. Est antiquæ legis abrogatio. 3. Est legis interpretatio.

XLII. Consuetudo iis modis cessat quibus lex. Præcipuè tamen duobus modis consuetudo abrogatur, nempè per legem expressam, & per consuetudinem oppositam. Tum verò lex consuetudinem abrogat, cum eidem expressè adversatur. Si in lege sit clausula generalis abrogans omnes, & singulas consuetudines oppositas, tum licèt non fieret peculiaris mentio hujus aut illius consuetudinis, singulæ abrogatæ essent. Excipi tamen solet consuetudo immemorabilis, quæ nisi expressè revocata sit, consistit. Consuetudo alia consuetudine abrogari potest, si necessariis fruatur conditionibus. Advertendum tamen, neque legem, neque consuetudinem per non usum abrogari, sed solùm per actus oppositos.

CAPUT XI.

De Privilegiis.

I. AMplum esset de privilegiis disputandi argumentum; sed in hoc compendio paucis rem expediam, tum quia parum necessaria est pro animarum regimine, tum quod disputatio pluribus implexa sit commentis, & vitilitigationibus nullius sæpè momenti. Ad rem igitur.

II. QUÆST. I. *Quid sit privilegium, & quomodò à dispensatione differat?* RESP. *Est facultas concessa, & permanens agendi, aut non præstandi aliquid contra, vel præter legem.* Distinguitur à dispensatione, quod lex casum peculiarem spectet, & transeuntem; illud verò permanens, & constans est. Dividitur in *reale*, quod attingit ipsas res, ut merces, statum, dignitatem, locum; & in *personale*, quod personam ipsam afficit, & cum eadem transit, reale verò transit de uno ad alterum. Rursus dividitur privilegium in *scriptum*, & *non scriptum*, seu ore traditum. Aliud quod gratis, & liberaliter datur, vocaturque *gratiosum*. Aliud quod meritis conceditur, & appellatur *remuneratorium*. Aliud absolutum nulla affectum conditione; aliud quod cum pacto impertitur, & vocari solet *conventionale*. Item aliud *commune*, quod totam communitatem spectat. Aliud *privatum*, quod privatæ dumtaxàt personæ hæret. Aliud *odiosum*, quod uni favendo, alterum lædit. Aliud *favorabile*, quod favet privilegiato, quin alteri incommodum afferat. Aliud quod in utroque foro tum interno, tum externo valet. Aliud quod in solo conscientiæ tribunali vim habet. Aliud *perpetuum*, aliud *temporale*.

III. QUÆST. II. *Quis impertiri privilegium valet?* RESP. Qui legem ferre valet. Privilegium enim à lege eximit: ergo ille solus impertiri privilegium valet, qui eximere à legis obedientia potest. Ut vim habeat privilegium, acceptari ab eo debet cui concessum est, si gratiosum sit. Remuneratorium autem privilegium acceptationem non postulat.

IV. QUÆST. III. *Utine privilegiatus potest extra ditionem concedentis, privilegio sibi concesso?* RESP. Si privilegium absque limitatione ad locum, & tempus impertitum sit personale, eo uti privilegiatus potest extra ditionem concedentis, nisi aliqua lex obstet, vel scandalum. Nam si in territorio ad quod privilegiatus accedit, vigeret lex pugnans cum privilegio, aut scandalum paterentur incolæ talis loci, tunc licitus haud esset talis privilegii usus. Si privilegium sit reale, res ipsas afficiens, tum intra solam ditionem concedentis mandandum executioni est. Privilegiati renuntiare valent privilegio personali privato afficienti solam personam, secus privilegiis realibus, vel communibus, quæ transeunt ad alios, quia talis renuntiatio esset cum damno tertii.

V. QUÆST. IV. *Quomodo interpretanda privilegia sunt?* RESP. Communis sententia docet, privilegium quod *favorabile* vocant, lato in sensu, servata tamen verborum proprietate, explicandum esse, cum nemini damnum inferat. Privilegium contra quod *odiosum* appellatur, stricti oris est interpretationis, quia lædit jus aliorum, & damnum infert. Ita tamen interpretandum est ut inutile non reddatur. Præterea duplex interpretatio. Alia *authentica*, quam solus qui privilegium concessit, dare valet; alia *doctrinalis*, quam quilibet vir doctus exhibere potest. Prælati Regularium, nempè Generales pro universo Ordine interpretari privilegia valent doctrinaliter. Addunt aliqui etiam authentice, ex concessione Julii II. Immo addunt etiam Provinciales, & Visitatores ex concessione Clementis VI. & Sixti IV. Libenter viderem istas concessiones, quibus pa-

rum fidei habeo usquedum in medium afferantur.

VI. QUÆST. V. *Quot modis privilegia amittuntur* ? RESP. Pluribus. Personale privilegiati morte evanescit. Reale verò durat cum rebus quas afficit, cum eildem transit ad alios. Privilegium absolutè concessum non cessare, cessante causa finali movente, & ut vocant, *totali*, contendunt non pauci. At opinio hæc falsa mihi est. Quoniam sicuti concessio privilegii absque ulla causa vitiosa esset, ita duratio privilegii, omni, & integra conversionis causa sublata, injusta foret. Cessat quoque privilegium quo alicui conceditur aliqua actio in gravamen aliorum, & amittitur præsertim per non usum facultatis concessæ: quoniam illi qui dato privilegio gravantur, præscribunt contra privilegiatum, dummodo tempus præscriptioni congruum accedat. Præterea privilegium cessat per voluntariam renuntiationem acceptatam á concedente: qui si acceptare recuset, consistit privilegium, eoque uti privilegiatus, mutata voluntate, potest. Tandem amittitur privilegium per ejusdem abusum post sententiam judicis, qui declaret reipsa privilegiatum abuti suo privilegio. Similiter cessat privilegium per revocationem concedentis. Quamobrem damnata fuit ab Alexandro VII. hæc thesis: *Regulares possunt in foro conscientiæ uti privilegiis suis, quæ sunt expressè revocata per Concilium Tridentinum.* Revocatis privilegiis unius Ordinis, non censentur revocata hæc ipsa privilegia respectu aliorum Ordinum.

VII. QUÆST. VI. *Quid de communicatione privilegiorum inter mendicantes* ? RESP. Diffusa, & implexa quæstio discutienda se se offert; at ea tanti momenti non est ut nostram requirat industriam, præsertim in hoc compendio. Omnes Religiones mendicantes communicant in omnibus privilegiis tum concessis, tum concedendis, nisi inseratur privilegio aliqua clausula, quæ expressè, & perspicuè hanc impediat communicationem.

VIII. QUÆST. VII. *Quid de privilegiis in particulari dicendum* ? RESP. Si de privilegiis singulis concessis tum Clericis omnibus absolutè, tum Regularibus agere vellem, plura volumina non sufficerent. Quarè, missa vasta disputatione, pauca in transcursu indicabo. Jure divino omnes Ecclesiastici in iis omnibus quæ Ecclesiæ disciplinam spectant, á laica potestate exempti sunt. Jure verò Canonico, & Civili ecclesiastici pluribus fruuntur privilegiis, quæ, & eorum personas, & res plures eximunt á potestate sæculari. Quarè vi privilegii, quod *Canonis* vocatur, nequeunt in carcerem detrudi, judicari, puniri, á magistratu sæculari. Neque solùm Ecclesiasticæ personæ, verùm etiam illorum bona tum ecclesiastica, tum patrimonialia libera sunt á tributis, & gabellis sæcularium Principum. De Clericis in minoribus constitutis, aut sola tonsura insignitis hæc *sess.* 23. *cap.* 6. statuit Tridentinum: *Fori privilegio non gaudeant, nisi aut clericalem habitum, & tonsuram deferentes alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi inserviant, vel in seminario clericorum, aut in alia quæ Schola, vel Universitate de licentia Episcopi, quamdiu in via ad suscipiendos majores Ordines, versentur.* His conditionibus deficientibus privilegio fori clericus non gaudet, nec exemptione á tributis.

IX. Plura hic dicenda essent de locorum immunitate, & de ejusdem immunitatis violatoribus: item de privilegiis regularium Ordinum. Verum hæc omnia nimium ab instituto mihi præstituto abducerent; idcircò silentio obvolvo.

DISSERTATIO III.

De Peccatis universè, & sigillatim.

CAPUT I.

Vitii, & peccati notiones, & divisiones.

I. VItii nomen á vitando arcessitur. Amplè acceptum in quolibet defectu á regula situm est. In præsentia pro recessu á regula rationis usurpatur. Illud naturæ, vel artis; hoc morum vitium appellatur.

II. Vitium, seu peccatum in communi describi potest, quod sit *perturbatio voluntariæ naturæ rationalis in iis quæ merèt respiciunt.* Vitium, & peccatum accipi promiscuè solent. Differunt tamen sicut actus, & habitus. Nam peccatum præsertim acceptum est actus malus moraliter; vitium autem prava dispositio natura sua tendens, & inclinans in officia moraliter mala. Vitium virtuti opponitur: quia sicut virtus disponit animum secundum naturæ suæ convenientiam, ita vitium pervertit animum contra naturæ suæ regulas. Peccatum actibus virtutis opponitur, & ejus vitio est: quia qui malè agit, pejor illo est qui ad malum agendum est dispositus. Hæc omnia 1. 2. *quæst.* 71. fuso calamo S. Thomas discutit.

III. QUÆST. I. *Quænam sit peccati finitio* ? RESP. S. Augustinus *lib.* 22. *cap.* 27. contra Faustum respondet: *Peccatum est dictum, factum, vel concupitum contra legem æternam.* Hæc Augustini finitio omnia comprehendit peccata, cordis, oris, & operis. Ultima particula *contra legem æternam* includit peccata omnia etiam quæ sunt directè contra leges humanas: quia qui justas humanas leges violant, etiam in legem æternam peccant saltem mediatè.

IV. Contra datam Augustini finitionem opponi solet, in illa non includi nec peccatum omisionis, nec habituale, nec originale. Respondet *loc. cit.* S. Thomas: *Affirmatio, & negatio reducuntur ad idem genus . . . . & ideo pro eodem est accipiendum dictum, & non dictum, factum, & non factum.* Peccatum habituale actibus voluntatis gignitur, & ideo sub illis includitur. Peccatum originale dici factum voluntarium potest, in primi parentis voluntate situm. Peccatum veniale non est contra, sed præter legem.

V. QUÆST. II. *Quid, & quotuplex sit peccati macula* ? RESP. Maculam in anima relinqui ex peccati commissione, Scriptura sancta testatur. *Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion:* Isa. 4. & S. Paulus: *Inquinata sunt eorum mens, & conscientia:* ad Tit. 1. ad peccandum concurrunt actus intellectus, & voluntatis. Per voluntatis affectus, quibus peccator afficitur erga terrenas voluptates, anima polluta, concupiscentiæ luto inquinata, & illecebrarum sordibus conspurcata remanet. Macula hęc in privatione gratiæ in ordine ad actum præteritum malum sita est. Duplicem distinguunt Theologi maculam, juxta duplicem nitorem quem in anima considerant. Primus nitor ex rationis lumine dirigente; secundus ex lumine fidei, & gratiæ illustrante consurgit. Prima macula lumen rationis obscurat. Secunda, expulso nitore, qui ex divina gratia refulgebat, divinæ inimicitię, seu aversionis á Deo, & conversionis ad creaturam, imprimit notam, & deforme signaculum in anima peccatrice. Tertiam addunt maculam á peccato veniali inductam, quæ charitatis fervorem minuit, & decorem, atque pulchritudinem ex fervore charitatis refulgentem aliquantulum obnubilat.

VI. Prima peccati divisio est in originale, & actuale. Illud ex Adamo contrahitur; istud propriâ peccantis voluntate committitur. Peccatum personale duplex. Aliud actuale quod est ipse actus inordinatus, & dissormis á moralitatis regulis. Aliud habituale, & est macula remanens ex actu malo non retractato.

VII. Secundò aliud est peccatum commissionis, quod in transgressione præcepti negativi consistit; aliud est peccatum omissionis contra præceptum affirmativum, quo omittitur actus bonus præceptus. Peccatum commissionis absolutè gravius est omissionis culpa. Hoc absolutè certum est. Cæterùm omissiones in Superioribus secum pertrahere solent horrendissima consectaria, & absurda, quę funestissimam disciplinæ, & gregis evangelici stragem inducunt.

VIII. Tertiò alia sunt peccata simpliciter talia; alia sunt peccata in Spiritum Sanctum. Hæc sunt sex, desperatio, præsumptio, impœnitentia, obstinatio, impugnatio veritatis cognitæ, & invidentia fraternæ gratiæ.

IX. Quartò alia vocantur peccata carnalia, alia spiritualia. Ex septem capitalibus quinque sunt spiritualia, scilicèt superbia, avaritia, invidia, ira, acedia; & duo carnalia, nempè luxuria, & gula.

X. Quintò alia sunt peccata propria, quæ ipse peccans committit; & alia aliena, eaque sunt quæ alii nostro consilio, jussu, patrocinio, exemplo, adulatione, dissimulatione, silentio vitioso, omissione correctionis, aliisque modis perpetrant.

XI. Sextò tandem alia sunt peccata cordis, oris, & operis. Alia item sunt contra Deum, contra proximum, contra seipsum. Utique omnia peccata sunt contra Deum; verùm quædam sunt quæ modo peculiari Deo adversantur, quatenùs recta impetunt virtutes illas, quæ pro objecto Deum habent, ut fides, spes, charitas, religio. Peccata contra proximum illa dicuntur quæ violant virtutes proximum respicientes, justitiam, misericordiam, &c. Peccata contra seipsum illa vocantur quæ violant virtutes ad proprias passiones domandas directas, ut temperantiam, castitatem, &c.

CAPUT II.

De Distinctione peccati mortalis á veniali. Quorumdam Probabilistarum, & plurium scitulorum axiomata refelluntur.

I. PErdifficilem quæstionem disputandam aggredior. Pauca primum delibabo quæ certa sunt. Lutherani, & Calvinistæ omnia peccata natura sua mortalia esse propugnant. Istorum errorem damnavit Concilium Tridentinum *sess.* 14. *cap.* 14. Scripturæ sanctæ lucidissimis testimoniis allatis. De fide itaque est dari peccata venialia á mortalibus distincta.

II. Sex potissimùm sunt quæ peccato mortali adscribuntur. 1. Solvit amicitiam cum Deo, corrumpit gratiam, charitatem, omnesque virtutes morales infusas. 2. Parit animæ mortem. 3. Infert peccatori malum infinitum. 4. Malum hoc natura sua irreparabile est. 5. Est offensa Dei infinita. 6. Peccatorem æternum damnat. Hæc omnia manant ex peccato mortali, cujus natura, & essentia sita est in *aversione á Deo, & conversione ad creaturam tamquam ad ultimum finem.*

III. Peccatum mortale, & veniale aliud *ex genere suo* tale, aliud tale *per accidens.* Peccatum mortale *ex genere suo* tale illud est quod ex se opponitur charitati Dei, & proximi: ut sunt ea, quæ opponuntur fidei, spei, charitati, justitiæ. Peccatum veniale *ex genere suo* illud vocatur, quod ex se non opponitur charitati Dei, & proximi, ut mendacium simplex, verbum otiosum, risus immoderatus, &c. Peccatum mortale, & veniale per *accidens* est quod ex mortali fit veniale, aut contra.

IV. QUÆST. I. *Quomodò peccatum mortale possit desinere in veniale* ? RESP. Non est sensus quod peccatum veniale evadere mortale, aut mortale veniale fieri queat. Sed sensus est quod actus ille, qui natura sua esset peccatum mortale, possit fieri veniale. Duobus modis inquirit 1. 2. q. 88. *art.* 6. S. Thomas. 1. Ex imperfecta deliberatione. 2. Ex parvitate materiæ. Plura tamen sunt quæ parvitatem materiæ non excipiunt, ut infidelitas, odium Dei, perjurium, & alia quæ directè Deo adversantur. Omnia verò peccata ex genere suo mortalia fieri venialia queunt ex imperfecta deliberatione, quia nullum peccatum sine libertate.

V. At undè cognoscemus materiam esse gravem, aut levem? Rem difficilem postulasti. Hæ sunt regulæ quas Theologi assignant. 1. Materia tum gravis est quando actus præceptus valdè conducit ad charitatem aut Dei, aut proximi.

rum fidei habeo usquedum in medium afferantur.

VI. QUÆST. V. *Quot modis privilegia amittuntur* ? RESP. Pluribus. Personale privilegiati morte evanescit. Reale verò durat cum rebus quas afficit, cum eildem transit ad alios. Privilegium absolutè concessum non cessare, cessante causa finali movente, & ut vocant, *totali*, contendunt non pauci. At opinio hæc falsa mihi est. Quoniam sicuti concessio privilegii absque ulla causa vitiosa esset, ita duratio privilegii, omni, & integra conversionis causa sublata, injusta foret. Cessat quoque privilegium quo alicui conceditur aliqua actio in gravamen aliorum, & amittitur præsertim per non usum facultatis concessæ: quoniam illi qui dato privilegio gravantur, præscribunt contra privilegiatum, dummodo tempus præscriptioni congruum accedat. Præterea privilegium cessat per voluntariam renuntiationem acceptatam á concedente: qui si acceptare recuset, consistit privilegium, eoque uti privilegiatus, mutata voluntate, potest. Tandem amittitur privilegium per ejusdem abusum post sententiam judicis, qui declaret reipsa privilegiatum abuti suo privilegio. Similiter cessat privilegium per revocationem concedentis. Quamobrem damnata fuit ab Alexandro VII. hæc thesis: *Regulares possunt in foro conscientiæ uti privilegiis suis, quæ sunt expressè revocata per Concilium Tridentinum.* Revocatis privilegiis unius Ordinis, non censentur revocata hæc ipsa privilegia respectu aliorum Ordinum.

VII. QUÆST. VI. *Quid de communicatione privilegiorum inter mendicantes* ? RESP. Diffusa, & implexa quæstio discutienda se se offert; at ea tanti momenti non est ut nostram requirat industriam, præsertim in hoc compendio. Omnes Religiones mendicantes communicant in omnibus privilegiis tum concessis, tum concedendis, nisi inseratur privilegio aliqua clausula, quæ expressè, & perspicuè hanc impediat communicationem.

VIII. QUÆST. VII. *Quid de privilegiis in particulari dicendum* ? RESP. Si de privilegiis singulis concessis tum Clericis omnibus absolutè, tum Regularibus agere vellem, plura volumina non sufficerent. Quarè, missa vasta disputatione, pauca in transcursu indicabo. Jure divino omnes Ecclesiastici in iis omnibus quæ Ecclesiæ disciplinam spectant, á laica potestate exempti sunt. Jure verò Canonico, & Civili ecclesiastici pluribus fruuntur privilegiis, quæ, & eorum personas, & res plures eximunt á potestate sæculari. Quarè vi privilegii, quod *Canonis* vocatur, nequeunt in carcerem detrudi, judicari, puniri, á magistratu sæculari. Neque solùm Ecclesiasticæ personæ, verùm etiam illorum bona tum ecclesiastica, tum patrimonialia libera sunt á tributis, & gabellis sæcularium Principum. De Clericis in minoribus constitutis, aut sola tonsura insignitis hæc *sess.* 23. *cap.* 6. statuit Tridentinum: *Fori privilegio non gaudeant, nisi aut clericalem habitum, & tonsuram deferentes alicui Ecclesiæ de mandato Episcopi inserviant, vel in seminario clericorum, aut in alia quæ Schola, vel Universitate de licentia Episcopi, quamdiu in via ad suscipiendos majores Ordines, versentur.* His conditionibus deficientibus privilegio fori clericus non gaudet, nec exemptione á tributis.

IX. Plura hic dicenda essent de locorum immunitate, & de ejusdem immunitatis violatoribus: item de privilegiis regularium Ordinum. Verum hæc omnia nimium ab instituto mihi præstituto abducerent; idcircò silentio obvolvo.

DISSERTATIO III.

De Peccatis universè, & sigillatim.

CAPUT I.

Vitii, & peccati notiones, & divisiones.

I. VItii nomen á vitando arcessitur. Amplè acceptum in quolibet defectu á regula situm est. In præsentia pro recessu á regula rationis usurpatur. Illud naturæ, vel artis; hoc morum vitium appellatur.

II. Vitium, seu peccatum in communi describi potest, quod sit *perturbatio voluntariæ naturæ rationalis in iis quæ merèt respiciunt.* Vitium, & peccatum accipi promiscuè solent. Differunt tamen sicut actus, & habitus. Nam peccatum præsertim acceptum est actus malus moraliter; vitium autem prava dispositio natura sua tendens, & inclinans in officia moraliter mala. Vitium virtuti opponitur: quia sicut virtus disponit animum secundum naturæ suæ convenientiam, ita vitium pervertit animum contra naturæ suæ regulas. Peccatum actibus virtutis opponitur, & ejus vitio est: quia qui malè agit, pejor illo est qui ad malum agendum est dispositus. Hæc omnia 1. 2. *quæst.* 71. fuso calamo S. Thomas discutit.

III. QUÆST. I. *Quænam sit peccati finitio* ? RESP. S. Augustinus *lib.* 22. *cap.* 27. contra Faustum respondet: *Peccatum est dictum, factum, vel concupitum contra legem æternam.* Hæc Augustini finitio omnia comprehendit peccata, cordis, oris, & operis. Ultima particula *contra legem æternam* includit peccata omnia etiam quæ sunt directè contra leges humanas: quia qui justas humanas leges violant, etiam in legem æternam peccant saltem mediatè.

IV. Contra datam Augustini finitionem opponi solet, in illa non includi nec peccatum omisionis, nec habituale, nec originale. Respondet *loc. cit.* S. Thomas: *Affirmatio, & negatio reducuntur ad idem genus . . . . & ideo pro eodem est accipiendum dictum, & non dictum, factum, & non factum.* Peccatum habituale actibus voluntatis gignitur, & ideo sub illis includitur. Peccatum originale dici factum voluntarium potest, in primi parentis voluntate situm. Peccatum veniale non est contra, sed præter legem.

V. QUÆST. II. *Quid, & quotuplex sit peccati macula* ? RESP. Maculam in anima relinqui ex peccati commissione, Scriptura sancta testatur. *Si abluerit Dominus sordes filiarum Sion:* Isa. 4. & S. Paulus: *Inquinata sunt eorum mens, & conscientia:* ad Tit. 1. ad peccandum concurrunt actus intellectus, & voluntatis. Per voluntatis affectus, quibus peccator afficitur erga terrenas voluptates, anima polluta, concupiscentiæ luto inquinata, & illecebrarum sordibus conspurcata remanet. Macula hęc in privatione gratiæ in ordine ad actum præteritum malum sita est. Duplicem distinguunt Theologi maculam, juxta duplicem nitorem quem in anima considerant. Primus nitor ex rationis lumine dirigente; secundus ex lumine fidei, & gratiæ illustrante consurgit. Prima macula lumen rationis obscurat. Secunda, expulso nitore, qui ex divina gratia refulgebat, divinæ inimicitię, seu aversionis á Deo, & conversionis ad creaturam, imprimit notam, & deforme signaculum in anima peccatrice. Tertiam addunt maculam á peccato veniali inductam, quæ charitatis fervorem minuit, & decorem, atque pulchritudinem ex fervore charitatis refulgentem aliquantulum obnubilat.

VI. Prima peccati divisio est in originale, & actuale. Illud ex Adamo contrahitur; istud propriâ peccantis voluntate committitur. Peccatum personale duplex. Aliud actuale quod est ipse actus inordinatus, & dissormis á moralitatis regulis. Aliud habituale, & est macula remanens ex actu malo non retractato.

VII. Secundò aliud est peccatum commissionis, quod in transgressione præcepti negativi consistit; aliud est peccatum omissionis contra præceptum affirmativum, quo omittitur actus bonus præceptus. Peccatum commissionis absolutè gravius est omissionis culpa. Hoc absolutè certum est. Cæterùm omissiones in Superioribus secum pertrahere solent horrendissima consectaria, & absurda, quę funestissimam disciplinæ, & gregis evangelici stragem inducunt.

VIII. Tertiò alia sunt peccata simpliciter talia; alia sunt peccata in Spiritum Sanctum. Hæc sunt sex, desperatio, præsumptio, impœnitentia, obstinatio, impugnatio veritatis cognitæ, & invidentia fraternæ gratiæ.

IX. Quartò alia vocantur peccata carnalia, alia spiritualia. Ex septem capitalibus quinque sunt spiritualia, scilicèt superbia, avaritia, invidia, ira, acedia; & duo carnalia, nempè luxuria, & gula.

X. Quintò alia sunt peccata propria, quæ ipse peccans committit; & alia aliena, eaque sunt quæ alii nostro consilio, jussu, patrocinio, exemplo, adulatione, dissimulatione, silentio vitioso, omissione correctionis, aliisque modis perpetrant.

XI. Sextò tandem alia sunt peccata cordis, oris, & operis. Alia item sunt contra Deum, contra proximum, contra seipsum. Utique omnia peccata sunt contra Deum; verùm quædam sunt quæ modo peculiari Deo adversantur, quatenùs recta impetunt virtutes illas, quæ pro objecto Deum habent, ut fides, spes, charitas, religio. Peccata contra proximum illa dicuntur quæ violant virtutes proximum respicientes, justitiam, misericordiam, &c. Peccata contra seipsum illa vocantur quæ violant virtutes ad proprias passiones domandas directas, ut temperantiam, castitatem, &c.

CAPUT II.

De Distinctione peccati mortalis á veniali. Quorumdam Probabilistarum, & plurium scitulorum axiomata refelluntur.

I. PErdifficilem quæstionem disputandam aggredior. Pauca primum delibabo quæ certa sunt. Lutherani, & Calvinistæ omnia peccata natura sua mortalia esse propugnant. Istorum errorem damnavit Concilium Tridentinum *sess.* 14. *cap.* 14. Scripturæ sanctæ lucidissimis testimoniis allatis. De fide itaque est dari peccata venialia á mortalibus distincta.

II. Sex potissimùm sunt quæ peccato mortali adscribuntur. 1. Solvit amicitiam cum Deo, corrumpit gratiam, charitatem, omnesque virtutes morales infusas. 2. Parit animæ mortem. 3. Infert peccatori malum infinitum. 4. Malum hoc natura sua irreparabile est. 5. Est offensa Dei infinita. 6. Peccatorem æternum damnat. Hæc omnia manant ex peccato mortali, cujus natura, & essentia sita est in *aversione á Deo, & conversione ad creaturam tamquam ad ultimum finem.*

III. Peccatum mortale, & veniale aliud *ex genere suo* tale, aliud tale *per accidens.* Peccatum mortale *ex genere suo* tale illud est quod ex se opponitur charitati Dei, & proximi: ut sunt ea, quæ opponuntur fidei, spei, charitati, justitiæ. Peccatum veniale *ex genere suo* illud vocatur, quod ex se non opponitur charitati Dei, & proximi, ut mendacium simplex, verbum otiosum, risus immoderatus, &c. Peccatum mortale, & veniale per *accidens* est quod ex mortali fit veniale, aut contra.

IV. QUÆST. I. *Quomodò peccatum mortale possit desinere in veniale* ? RESP. Non est sensus quod peccatum veniale evadere mortale, aut mortale veniale fieri queat. Sed sensus est quod actus ille, qui natura sua esset peccatum mortale, possit fieri veniale. Duobus modis inquirit 1. 2. q. 88. *art.* 6. S. Thomas. 1. Ex imperfecta deliberatione. 2. Ex parvitate materiæ. Plura tamen sunt quæ parvitatem materiæ non excipiunt, ut infidelitas, odium Dei, perjurium, & alia quæ directè Deo adversantur. Omnia verò peccata ex genere suo mortalia fieri venialia queunt ex imperfecta deliberatione, quia nullum peccatum sine libertate.

V. At undè cognoscemus materiam esse gravem, aut levem? Rem difficilem postulasti. Hæ sunt regulæ quas Theologi assignant. 1. Materia tum gravis est quando actus præceptus valdè conducit ad charitatem aut Dei, aut proximi.

perbiæ crimen patrare? Clamabunt: Numquid tu certò asserere vales lætaliter istos superbia infectos peccare. Ablit. Sed ajo superbiam dominari in genus humanum. Hic est morbus prævalens, & dominans. Ergo plurimi ex hoc morbo pereunt. Confectio hæc necessaria videtur.

V. Et quia eò est lues ista perniciosior, quò est occultior; idcircò Patres omnes tanti hostis insidias trementes reformidabant. Et hæc sunt illa peccata superbiæ, ambitionis, vanæ gloriæ, quorum confinia ipsos latebant, quorum malitiam mortalem, aut venialem ignorabant; & ideo pavidi, vigilesque orabant Deum ne decipercntur, & continenter sese in humilitatis virtute exercebant. Hanc virtutem à Christo magistro nostro in primis nobis commendatam sciebant tamquam efficacissimum superbiæ antidotum.

VI. Sed heu nos miseri! Quemadmodùm in aliquibus libris pro conscientiarum regimine destinatis brevis est de superbiæ vitio capitali institutio; sic de humilitatis præcepto aut nullus, aut exiguus, ariduque sermo est. Hanc virtutem explicandam communiter relinquunt magistris asceticis, seu librorum, ut vocant, spiritualium auctoribus, ac si virtus hæc propriè dumtaxat esset & conveniens animabus illis quæ ad quamdam perfectionem aspirant, non ex præcepto impositam, sed consilio tantum propositam. Superbia vitium capitale est, & quidem primum, quia caput omnium malorum existit. Ejus antidotum humilitas est, & hæc est illa virtus omnibus necessaria quæ totius evangelici ædificii basis, & fundamentum vocatur.

VII. Hanc humilitatem verbo, & exemplo Christus magister noster nos docuit: hanc commendavit, hanc inculcavit: *Discite à me quia mitis sum & humilis corde*: Matth. 11. & rursus c. 18. clamat: *Amen dico vobis, nisi conversi fueritis, & efficiamini sicut parvuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Quicumque ergo humiliaverit se sicut parvulus iste, hic major est in regno cœlorum.* Et iterum Luc. 18. *Omnis qui se exaltat, humiliabitur, & qui se humiliat, exaltabitur.* Da mihi hominem humilem, & eum ut sanctum Christianum colam. Si humilitate caret, regno Dei ineptus est, Christo ipso teste. Expergiscimini ergo Confessarii omnes. Evangelium Christi legite, si saceram humilitatis imaginem contemplari, & addiscere cupitis, ut in eadem instruere fideles valeatis. Plurima mihi dicenda de gravissimo hujusce tam necessariæ virtutis præcepto essent; sed hujusce compendii brevitas non sinit.

§. IV.

De Avaritia.

I. AVaritia est *inordinatus divitiarum amor*, ut 2. 2. *quæst.* 118. *art.* 1. S. Thom. docet. Hic perversus habendi amor considerari potest primò erga proximum, aut per excessum in accipiendo, aut per defectum in tribuendo, quo in sensu est *peccatum in proximum*. Secundò erga seipsum, dum quis immoderate divitias amat, aut desiderat, aut delectatur in eis. Et hoc modo avaritia est peccatum hominis in se ipsum. Priori modo avaritia est peccatum mortale ex suo genere, si sit contra justitiam, & charitatem, aut misericordiam. Posteriori modo potest esse peccatum veniale.

II. Avaritia vitium capitale est; non carnale, sed spirituale, ut *loc. cit. art.* 6. inquit Angelicus. Hoc peccatum perpetrant homines 1. dum per fas, & nefas divitias congregant; 2. quando tanto divitiarum amore flagrant ut in eisdem constituant ultimum finem; 3. dum ita cupide temporalia bona amant ut eadem nullo modo diminuere nec propter Deum, nec propter proximum velint; 4. cum nullum terminum propriæ cupiditati imponunt, & ita lucro inhiant ut negligant ea, quæ ad salutem æternam requiruntur. Præ oculis habendum oraculum S. Pauli Apostoli est. *Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia, & nociva, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes erraverunt à fide*: 1. ad Tim. Innumera sunt Scripturarum oracula adversus avaritiæ pestem. Clamat Dominus per Isaiam: *Væ qui conjungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis usque ad terminum loci: numquid habitabitis vos soli in medio terræ?* Isai. 5. & Propheta Amos cap. 6. *Væ qui opulenti estis in Sion. . . . . Qui dormitis in lectis eburneis, & lascivitis in stratis vestris, qui comeditis agnum de grege, & vitulos de medio armenti, qui canitis ad vocem psalterii, bibentes vinum in phialis, & optimo unguento delibuti, & nihil patiebantur super contritionem Joseph.*

III. Non minùs tremenda sunt oracula novi fœderis, & supplicia in avaros contorta. Describit c. 12. S. Lucas divitem avarum intra se dicentem: *Quid faciam, quia non habeo quo congregem fructus meos? Et dixit: Hoc faciam: destruam horrea mea, & majora faciam, & illuc congregabo omnia quæ nata sunt mihi, & bona mea; & dicam animæ meæ: Anima, habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus: Stulte, hac nocte repetent animam tuam à te. Quæ autem parasti, cujus erunt?*

IV. Sed omnium tremendissimum est Jesu Christi oraculum *Marc.* 10. ubi exclamat: *Quam difficile qui pecunias habent, in regnum Dei introibunt! Discipuli autem obtupescebant in verbis ejus. At Jesus rursus respondens ait illis: Filioli, quam difficile est confidentes in pecuniis in regnum Dei introire! Facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in regnum Dei. Qui magis admirabantur dicentes ad semetipsos: Et quis poterit salvus fieri?*

V. Si Confessarii in hæc oracula Christi, qui nec fallere, nec falli valet, animum humilem, & serium intenderent, fastidirent sanè plures opiniunculas, quibus divitibus mollia cervicalia submittuntur; detestarentur illa commenta quibus fenora fucantur. Adeò distat hæc Christi doctrina à quorumdam Moralistarum sententiis ut componi simul nullo pacto queant. Porrò judicium divinum secundum hæc evangelica oracula fiet. Evangelium Christi ergo, ò Confessarii, missis sophisticis disputationibus hominum, diurna, & nocturna manu revolvite. Responsum discipulorum S. Augustino admirationem ingerit. *Quis poterit salvus fieri?* Quid? Divites pauci sunt: nec omnes ad unum damnari, asserere possumus: nonne ergo plurimi salvandi superstunt? Quid ergo clamitant: *Quis poterit salvus fieri?* Ineptum ergo discipulorum videtur responsum. Sed ego ineptissimus, & ignorantissimus, si minùs opportunum judicarem responsum istud. Pauci, inquit S. Doctor, re divites sunt, sed communiter omnes affectu divites sunt; idcircò reposuere discipuli: *Quis poterit salvus fieri?* Difficilè quippè salutem assequuntur sive qui divitias possident, sive qui divitias ardenter appetunt. Ut verò hanc reprimamus cupiditatem, & intra justos limites coerceamus, Dei gratia singulari opus est, ut Christus ipse subdit. *Et intuens illos Jesus ait: Apud homines impossibile est, sed non apud Deum . . . . Et cœpit ei Petrus dicere: Ecce nos dimisimus omnia & secuti sumus te.* Si seria meditatione animarum moderatores divina hæc oracula contemplari fuerint, & semetipsos, & suos pœnitentes in viam salutis dirigent.

VI. Avaritiæ filiæ sunt proditio, fraus, fallacia, perjuria, inquietudo, violentiæ, obduratio, furtum, homicidium, usura, simonia, divinorum neglectus, fiducia in rebus sæculi, & mala pene omnia.

§. V.

De Luxuria, & Gula.

I. INter septem vitia capitalia duo tantùm carnalia sunt, quæ facillimè ab omnibus cognoscuntur: cætera quinque spiritualia sunt, idcircò cognitu difficillima; immò ita sæpè nos decipiunt ut vitii effigie abscondita, virtutis larvam præferant. Contra luxuriæ, & gulæ crimina omnibus comperta sunt.

II. De luxuria, quæ est *inordinatus appetitus voluptatis venereæ*, satis dictum est in explicatione sexti præcepti Decalogi.

III. Gula, luxuriæ soror, & mater, est *inordinatus comedendi, & bibendi appetitus*. Appetitus iste semper perversus est, dum in delectatione, & voluptate cibi, & potus finem constituit. In gulæ favorem erat thesis damnata ab Innocentio XI. *Comedere, & bibere*, &c. post damnationem detestabilis evasit. Idque omnes qui debito obsequio Sedis Apostolicæ decreta suscipiunt, *facilè, non difficilè intelligunt*.

IV. Neque heinc inferas, saporem cibi, & potus peccatum esse. Humana enim infirmitas non modò cibo, verùm etiam sapore indiget, quo medio sumere cibum, potumque valeat. Tunc peccarum est, dum hoc saporis medium in finem convertitur. Idem dicendum de aliis sensuum oblectationibus. Hinc patet falsitas doctrinæ P. Viva, qui in commentariis in dictam thesim, &c. *num.* 6. inquit: *Verum quidem est quod possit PROPTER SE intendi directè oblectatio aliqua quæ reperitur in ludo v. gr. in olfactu floris, in auditionem musicæ, & aliis similibus moraliter indifferentibus.* Voluptas cibi, & potus necessaria est ut medium ad sustentationem corporis: & nihilominùs *si propter se directè* intendatur, damnata est. Numquid voluptas ludi, musicæ, olfactus rosæ necessaria est ad vitam sustentandam? Ergo voluptas captata ex musica, ex ludo &c. *& propter se directè intenta* damnabilis est æquè ac cibi, & potus voluptas.

V. Tribuitur gula in duas species: in *comessationem*, seu crapulam, & *ebrietatem*. Utraque vitia sunt genere suo peccatum mortale. Nihilominùs scribit P. Busembaum *lib.* 5. *cap.* 3. *dub.* 5. apud P. Lacroix *num.* 293. *pag.* 43. „ Hinc probabile est quod docet *Navar. Tolet.* &c. & non „ repugnat *Laymann*, secluso scandalo, & alio „ *veniale* tantùm esse *usque ad vomitum* se cibo, „ & potu IMPLERE: idque etiam si quis VO„ MAT, UT ITERATO POSSIT BIBERE.“ Num hæc doctrina Epicureismum sapiat, doctiores judicent. Scripturæ sanctæ clamant: *Væ qui potentes estis ad bibendum vinum*: Isai. cap. 5. & Evangelista Lucas: *Væ qui saturati estis, quia esurietis*: cap. 6.

VI. Ebrietas est excessus in potando usque ad violentam usus rationis privationem. Malitia itaque ebrietatis in hoc sita est ut homo volens & sciens bibat cum tanto excessu, ut rationis usu sese privet. Contra ebrietatis flagitium clamant Scripturæ sanctæ: *Væ qui consurgitis manè ad ebrietatem sectandam, & potandum usque ad vesperum, ut vino æstuetis*: Isai. cap. 5. & Luc. cap. 21. *Attendite vobis, ne forte graventur corda vestra in crapula, & ebrietate.*

VII. Laxa paradoxa de ebrietate non pauci Probabilistæ docent. P. Busembaum *lib.* 5. *cap.* 3. *dub.* 1. *artic.* 2. apud P. Lacroix *num.* 308. docet, peccare eum qui se inebriat absque *justa causa*. Occurrit ergo justa causa se inebriandi? Quidni? Reponit enim ibi: *Non est peccatum inebriare se ex præscripto medicorum, si aliter sanitas recuperari non possit.* An ab Hippocrate ethnico præscripta occurrit ebrietas isthæc? Adjicit ibid. P. Lacroix *num.* 313. „ Ad morbum gravem, etiam „ non letalem curandum, aut cavendum licitum „ esse inebriationem, docent multi *cum Gobat* „ à num 15. si aliter curari, aut caveri nequit.“ Quam laxa sit opinio hæc, judicent sapientiores. Pergit ibi P. Busembaum: *Non item est peccatum* (se inebriare) *si quis ingatur intento esse.* Ebrietas genere suo peccatum mortale est. Et hæc ebrietas licita erit ad mortem evitandam? Licitum ergo erit fornicari, adulterare, pejerare ad declinandam mortem.

VIII. P. Lacroix plures *loc. cit.* opiniones recenset excusantes ebrietatem. P. Ilsung docet cubantes super *lupulum*, & se inebriantes non peccare, quia inquit, *talis inebriatio caret magno voluptatis illicio.* Addit P. Lacroix ibi num. 317. *Ang. Tamer. Fagund. Gobat cap.* 6. *n.* 37. *universaliter docent ebrietatem nullam esse mortalem, nisi diu privet usu, & potentia rationis.* Non parum, sed diu privare ebrietas debet, non modo *usu*, sed etiam

nuntio satanæ, & omnibus pompis, & operibus ejus. In aliquibus Ritualibus expiimebatur olim etiam hoc verbum *spectaculis*; quod alioquin continetur in priori voce *pompis*. Quot Christiani, ne dicam quot Sacerdotes, qui germanum hujusce professionis sensum comprehendant? Deinceps *singuli scire tenentur ea quæ ad eorum statum, & officium pertinent.* Viri Ecclesiastici, Prælati, Episcopi, Judices, advocati, patres, & matres familias, mercatores, medici, artifices, &c. singuli scire astringuntur ea omnia quæ ad proprium statum, & officium attinent.

XVII. Quam, quæso, diligentiam adhibere Christiani debent ut scientiam illam comparent quæ ad proprium ministerium rectè, & scitè obeundum requiritur? Regula designari præcila nequit. Theologi tractantes de contractibus docent, quod contrahentes, dum inire contractum volunt in utriusque utilitatem cedentem, illam diligentiam adhibere debent, quam adhibent diligentiores in simili casu; si verò contractus cedit in utilitatem unius, hic uti ea diligentia astringitur quam adhibent diligentissimi. In laudata professione baptismali initus solemni ritu contractus est Deum inter, & nos super unico omniumque maximo æternæ salutis negotio. Deus æternam nobis spondet mercedem, æternamque vitam beatam. Nos Evangelicæ legis suæ observantiam promisimus. Singulari providentia Deus disposuit ut in quolibet statu, & professione essent, & sint viri sivè Ecclesiastici, sivè laici, diligentes, diligentiores, & diligentissimi in æternæ salutis negotio. Hos ergo imitari omnes possunt, & debent. Ergo si imitari eorum diligentiam, & sollicitudinem recusant, istorum negligentia, & ignorantia vitiosa, criminosa, & vincibilis est. Percutre singulos hominum status, gradus, professiones, dignitates, & artes. Paucos invenies qui aptiora media ignorent quæ conducunt ad augendas divitias, ad comparandos gradus, dignitates, & honores. Fœminæ ipsę peritissimæ sunt, consuluntque celebriores artifices, qui elegantiùs eas in hoc amplo vanitatis, & ambitionis theatro ornare sciant.

XVIII. In æterno autem salutis negotio, in implendo contractu cum Deo inito, communiter quisque leges contractus ad propriarum appetitionum commodum temperat: quisque doctor, & interpres legum est. Communiter eos Magistros, & Confessarios consulunt qui liberaliùs absolutionis beneficium impendunt, qui benignius eorum appetitionibus indulgent, & adulantur. Istorum ne ignorantia, & inadvertentia innoxia, & invincibilis? Absit. Istorum desidia vafra, vetsura, fraudulenta. Isti nolunt intelligere ut bene agant. Istorum ignorantia affectata, supina, & crassa est. Eam quippè diligentiam adhibere in æternæ salutis negotio recusant quam in quolibet rei tranfeuntis, & vanæ contractu adhibent.

CAPUT III.

De Peccatis originali, commissionis, & omissionis.

I. PEccati originalis notionem, & effectus supra *lib. 1. c. 11.* descripli. Quarè ne actum agam, vide quæ ibidem scripsi. Peccati originalis notitiam, & humanę per Christum Jesum redemptionis fidem, duos esse Religionis christianę cardines præcipuos, docet S. Augustinus *epist. 89.* Missa itaque de peccato originali disputatione, de aliis duobus peccatis propositis differam.

II. QUÆST. I. *Peccatum commissionis consistit ne in aliquo positivo, vel privativo?* RESPOND. Disputant in utramque partem Theologi. Prior opinio, quæ illud constituit in aliquo privativo, mihi probabilior est. Verùm tempore abuterer, si longius eam discuterem.

III. QUÆST. II. *In quo situm est peccatum omissionis.* RESP. In carentia, seu prætermissione actus præcepti. Nullus quippè actus positivus ejusdem essentiam ingreditur, cum per hoc distinguatur à commissionis peccato. Requiritur tamen actus qui causa, vel occasio omissionis sit.

IV. Peccatum commissionis, & omissionis, dum idem motivum, ut ajunt, formale spectant, sunt in genere moris ejusdem speciei. Peccata enim specie distinguuntur ex diversa ratione formali. Ergo quando eadem est utriusque formalis ratio, eadem quoque est malitiæ species.

V. Actus qui sunt omissionis causa, aut occasio, licèt secundum se boni sint, mali evadunt. Qui enim liberè vult omissionis pravæ causam, vult ipsam omissionem. Ergo qui liberè talem causam ponit, peccat. Quarè qui omitteret die festo sacri auditionem propter studium, propter venationem, propter scriptionem, non solum mala omissio esset, verùm etiam malum studium foret, mala venatio, mala scriptio.

VI. Disputant Theologi num actus qui est causa omissionis, habeat malitiam distinctam ab ipsa omissione? Communior, & vera sententia negat: quia studium in casu posito malum est ob solam omissionem sacri.

VII. Qui causam culpabiliter omissionis ponit peccare incipit tempore quo liberè ponit causam; peccatum verò consummatur tempore quo urget præceptum. Causæ positio voluntaria est: ergo mala, cum sit effectus mali, & criminosi causa. Deindè instante præcepto denuò peccat, nisi retractet deliberationem. Disputant Theologi num omissio vitiosa sit, & imputabilis ebrio, vel dormienti, cum isti libertate careant. Verùm respondent alii sufficere voluntarium, & liberum in causa, in qua prævisus effectus est, aut prævideri poterat, & debuerat. Verùm disputatio hæc, ad praxim quod attinet, inutilis est.

MONITUM.

VIII. Illud potiùs cum timore, & tremore meditandum, nempè æternam Christianorum perditionem ex omissionum pravitate tamquam ex funesta radice proficisci. Neglectus orationis, reflexionis, & meditationis fons exitialis est, & caput omnium malorum. Quot sunt Christianorum qui quotidiè aliquod temporis intervallum, qui horæ quadrantem in evangelicis punctis meditantis impendant?. Hæc meditatio, inquiunt, ejusmodi preces, monachis, & claustralibus competunt, secùs laicis. Sed heu cœcorum infelicissimi! Si Religiosi à sæculi curis segregati his præsidiis indigent, ut hostium evadant victores; quanto magis iisdem opus habent Christiani qui in aperto campo dimicant, & undiquè versum hostium aggressibus obsidentur? Si armatura, & scuto fidei, & meditationis æternæ vitæ clypeo instructi continenter, quoad valent, non incedunt, inimicorum ictibus succumbent, & tandem eorum præda evadent. Si corpus citò succumberet, quando congruo careret cibo; profectò, & animus deficiat in via opus est, nisi æternarum veritatum pane dentibus meditationis benè manso nutriatur. Quid? Animę intrinsecus superbia, ambitione, invidentia, odio, concupiscentia ardentes, & extrinsecus pravis exemplis, dæmonum, hominumque machinationibus obsessę æternum assequenter bravium, cum per totam ferè vitam sub hostium tyrannide contrucidatæ jaceant?

IX. Animadvertunt Patres, in extremo, tremendoque judicio Christum Dominum solas omissiones improperaturum: *quia non dedisti mihi manducare, non dedisti mihi bibere, non suscepisti me*, &c. quasi flagitia commissionis sua manifesta malitia ipsis scelestos damnent.

CAPUT IV.

De Distinctione specifica, & numerica peccatorum.

I. QUÆST. I. *Undè specifica peccatorum distinctio reputatur?* RESP. A specifica objectorum diversitate. Peccatum enim est actus malus à libera voluntate, quæ in objectum tendit, procedens: ergo ab eodem objecto speciem capit. Objecta autem in morali ordine specie differunt per diversam difformitatem, aut conformitatem ad legem æternam, & rectam rationem. Sumitur quoquè distinctio præceptorum ex diversitate rerum præceptarum.

II. QUÆST. II. *An diversitas specifica peccatorum formatur etiam ex circumstantiis?* RESP. Circumstantiæ morales sunt extra essentiam actuum moralium, & illas extrinsecus dumtaxat comitantur, seu circumstant; septemque numerantur. *Quis* personam, statumque prodit; *ubi* locum factum, vel profanum; *quibus auxiliis* instrumenta adhibita ad peccandum; *cur* finem; *quomodò* modum actus; *quandò* tempus denotat.

III. Dupliciter circumstantia afficere actum potest: aut transferendo illum ad aliam speciem distinctam ab ea quæ intrinsecus actui hæret ex proprio objecto, ut si quis fornicetur cum persona Dei consecrata per votum; aut augendo actum intra eamdem speciem, ut si quis furetur in maxima quantitate. Circumstantiæ prioris generis vocantur mutantes speciem, posteriores aggravantes intra eandem speciem: istæ aliæ leviter, aliæ graviter aggravant. De his fusiùs sermo erit *in lib. de Pœnit.*

IV. Ad quæsitum respondeo, peccata novam suscipere malitiæ speciem ex circumstantiis quæ speciem mutant. Interdum circumstantiæ possunt primam malitiæ speciem tribuere, ut si quis elargiatur eleemolynam propter inanis gloriæ finem, vel Sacrum audiat propter finem spectandi impudicè mulierem.

V. QUÆST. III. *Undè sumatur distinctio numerica peccatorum?* RESP. Ex interruptione eorumdem actuum: quæ interruptio ex triplici capite valet accidere: 1. per expressam retractationem; 2. per cessationem voluntariam; 3. per cessationem naturalem, aut oblivionem, aut distractionem, vel per somnum.

VI. Falsa est mihi opinio Salmanticensium, qui *tract. 20. c. 12. part. 3. §. 1. n. 37.* docent, unum peccatum committere illum qui per *unum annum* persistat in voluntate non restituendi, quando hunc actum non retractet, & pro hac opinione citant Dianam, Lugo, Vazquez, & alios. Falsa quoquè mihi videntur quæ *ibid. n. 36.* docent, asserentes, eum qui intendit occidere inimicum, arma præparat, viam capefsit, & per multos dies illum quærit, & tandem occidit, unum committere peccatum, *& satisfacere præcepto confessionis dicendo, se homicidium perpetrasse, quin sit necessarium declarare, quo tempore duravit in illa prava voluntate, & quoties eam inculcavit.* Sincerè patefacienda omnia in confessione sunt, nempè temporis diuturnitas, dies, hebdomadę, menses, &c. ut hinc colligat Confessarius criminum multitudinem, & gravitatem. Peccata quoquè multiplicantur ex multiplicatione objectorum. Sicut enim peccata specie multiplicantur ex objectis specie diversis, ita quoquè numero distinguuntur ex distinctione objectorum. Hinc qui diversis calumniis hominem eumdem infamaret, plura committeret peccata. Similiter qui plures hominem eadem contumelia infamaret, tot peccata patraret quot essent homines infamati. Item qui uno actu quatuor homines occidit, quatuor committit peccata.

VII. Heinc mihi falsa est opinio Salmanticensium, qui *ibi n. 46.* docent, Confessarium peccato mortali inquinatum plures successive audientem confessiones, & absolventem pœnitentes, unum committere peccatum. Falsa quoquè est opinio Bonacinæ, Filliucii, & aliorum docentium, illum qui uno actu intendit occidere integram familiam, aut eam infamare, unum patrare peccatum. Familia enim pluribus constat personis. Ergo plura is peccata committit.

VIII. Disputant recentiores, utrum in eodem physico actu possint esse plures malitiæ numero distinctæ? Opinionem negantem defendunt Suarez, Layman, Filliucius, Leander, & alii. Sed adfirmantem *in 2. sent. disp. 42. art. 1.* propugnat S. Thomas, & cum eodem omnes Thomistæ, graviorefque Theologi extranei. Ratio evidens est. Idem numero actus physicus plures malitias spe-

cie

cie distinctas habere potest. Ergo potiori jure pluribus affici pravitatibus solo numero distinctis potest.

IX. QUÆST. IV. *Qui à venialibus abstinere non satagit, essne in periculo labendi in mortalia?* RESP. Tremenda, atque formidanda est proposita quæstio, non speculativa, sed practica, cujus discussio centum quæstiunculis, quæ agitari à Scholasticis de peccatorum distinctionibus solent, prævalet. Patres autem omnes, & graviores Theologi super proposita quæstione adstrmantem sententiam defendunt. Sunt enim peccata venialia, ceu vermiculi quidam spiritualis vitæ medullam corrodentes, sunt nubeculæ quædam nitorem virtutum offuscantes, & charitatis fervorem refrigerantes, sunt tineæ quædam, quæ ad gratiæ jactutam disponunt. Porrò qui se amittendæ divinæ gratiæ periculo exponit, & peccandi mortaliter, parum abest à peccato mortali.

X. Innumera sunt Scripturarum oracula quę hanc terribilem veritatem inculcant. *Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter*: (alii legunt *negligenter*:) inquit Jerem. cap. 48. Non minùs formidanda sunt Joannis verba: *Utinam frigidus esses, aut calidus; sed quia tepidus es . . . incipiam te evomere de ore meo*: Apoc. 3. Qui languidi, & desides sunt in Dei amore, Dei vomitum, & detestationem provocant. Quid si illhuc reducerem parabolas illas de virginibus fatuis, de servo pigro, de ficulnea sterili, de talentis abiconditis, quæ vel ipsis sanctissimis viris terrorem ingerunt? An ferventes, & calidæ in Dei amore dicendæ sunt Christianæ ille, qui omni pomparum apparatu, & vanitatum sarcinis onustæ ad ipsum sacrum Pœnitentię tribunal, divinamque mensam accedunt? An Christiani qui totam fere vitam ducunt, aut terrenis curis distentam, aut otio, vanis solatiis, ludis immersam, calidi, & vigiles sunt in Dei servitute? Quid de Ecclesiasticis, quid de Sacerdotibus illis, qui torosuli, & formosuli, qui barbatuli, & cincinnati, qui mente ineptissimis cogitationibus occupata, & gravida ad tremendissimum Sacrificium accedunt, nulla aut brevissima præparatione præcedente, nulla devotione comitante: immo tàm indevotè, & tanta festinatione sacra illa mysteria tractant, & perficiunt, ut credere omne aliud, præter realem Christi præsentiam, Deique Majestatem ibidem residere, videantur? Istine *ex toto corde, ex tota anima, ex totis viribus* Deum diligunt? Clamat S. Bernardus epist. 91. *Minimè profectò est bonus, qui melior esse non vult: & ubi incipit nolle fieri melior, ibi etiam desinit esse bonus.* Et rursus epist. 203. addit: *Nulle proficere deficere est. Non vis proficere, ô Christiane? Non? Vis ergo deficere.*

CAPUT V.

De septem vitiis capitalibus.

PAucis perstrinxi disputationem de peccatis universè, & generatim spectatis, quod plurimæ quæstiunculæ, quas fuso calamo versare Theologi solent, parum, aut nihil ad reformandos mores conferant. In præsentia instituendus sermo est de septem illis vitiis capitalibus quæ constant legionem illam infernalem quæ modò conjunctim, modò divisim animas obsidet. Singula distinctis §§. discutiam.

§. I.

De superbia omnium vitiorum fonte.

I. QUÆST. UNIC. *Quid sit superbia?* RESP. Est, inquit 2. 2. q. 162. S. Thomas, *inordinatus appetitus propriæ excellentiæ.* Gravissimum est superbiæ peccatum, præsertim ex aversione à Deo, & postea etiam ex conversione ad creaturam. Augetur ejusdem pravitas, quod sit omnium vitiorum caput, & quod omnibus virtutibus bellum intentet, & justis magnoperè insidias struat. Justum enim Angelum, justum Adam superbia impetivit, & devicit. Quarè S. David continenter Deum precabatur: *Non veniat mihi pes superbiæ*: Ptalm. 35. Quis est qui, dum seriò incredibilem istius vitii nequitiam, fraudem, astutiam meditatur, qui dum victum Luciferum, & cum eo tertiam Angelorum partem, dum primum humani generis parentem omnium virtutum spleudore coruscantem prostratum cum universo humano genere considerat, non paveat, non contremiscat?

II. Quatuor enumerat 2. 2. q. 162. *art.* 4. S. Thomas superbiæ species: 1. æstimare bonum à seipso habere: 2. sibi datum bonum desuper credere pro meritis accepisse: 3. jactare se habere quod non habet: 4. despectis cæteris appetere singulariter videri habere id quod non habet. Primæ duæ species sunt peccata mortalia, cum ex deliberata voluntate procedunt. Tertia, & quarta ob materiæ levitatem excusari à gravi culpa possunt; si tamen gravem Dei irreverentiam, & grave proximi damnum, vel contemptum conjuncta habeant, gravia peccata sunt.

III. S. Bernardus duodecim superbię gradus totidem humilitatis gradibus oppositos enumerat, nempè curiositatem, mentis levitatem, ineptam lætitiam, jactantiam, singularitatem, arrogantiam, præsumptionem, defensionem peccatorum, simulatam confessionem, rebellionem, libertatem, peccandi consuetudinem. Qua de re lege S. Thomam 2. 2. q. 162. *art.* 4. *ad* 4.

IV. Superbia nunc descripta vitium speciale est. Nunc indico modos quatuor quibus esse vitium generale potest. 1. Secundum causam finalem, quatenus alia peccata ordinantur ad finem superbiæ, qui est propria excellentia. 2. Superbia initium est, & causa omnis peccati, prout parit inordinatam concupiscentiam erga bonum commutabile, quæ est universalis proxima causa peccandi. 3. Superbia causa peccati est removendo Christi gratiam, cujus ope peccatum declinatur. 4. Denique superbia generale peccatum dicitur ratione objectorum in quæ velut in propriam materiam tendit. Excellentia enim personæ objectum superbiæ est. Hæc autem excellentia ex variis rebus assurgit.

§. II.

§. II.

De filiabus superbiæ, & inanis gloriæ.

I. TRes sunt filiæ superbiæ. *Inanis gloria, ambitio, & præsumptio. Vana gloria*, quæ à S. Gregorio primum vitium capitale reputatur, & ab aliis ut filia primogenita superbię habetur, à S. Thoma 2. 2. *quæst.* 132. *art.* 1. desctibitur, quod sit *perversus, & inordinatus appetitus manifestationis propriæ excellentiæ.* Vide plura ibi. Superbia appetit propriam excellentiam, hanc manifestare studet vana gloria.

II. *Ambitio* est perversus appetitus honoris, & dignitatis; ut si ambitis officia, & dignitates ad quas assequendas, vel exercendas meritis careas. Tripliciter hoc contingit, inquit S. Thomas. 1. Cum homo appetit testimonium de excellentia quam non habet; 2. cum honorem ambit, illum in Deum non referendo; 3. cum quiescit in honore, eum non referendo ad aliorum utilitatem.

III. *Præsumptio* aut est de Dei misericordia, aut de propriis viribus. De hac nunc secùs de illa sermo est; & definitur *appetitus inordinatus aggrediendi aliquid supra vires*; ut cùm quis appetit officium Judicis, Advocati, Superioris, Confessarii, Concionatoris, &c. dotibus necessariis ad talia munia destitutus.

IV. Primogenitam superbię diximus esse *vanam gloriam*, cujus septem sunt filię. 1. *Inobedientia*, quod ex contemptu violat Superioris præceptum. 2. *jactantia*, quę est inordinata propriæ excellentię deprædicatio per verba. 3. *Hypocrisis*, quę interdum affectat probitatem, ut viam ad honores, & dignitates sibi parat, quam voco *negotiationem*; interdum simulat sanctitatem; qua de re lege S. Thomam 2. 2. *quæst.* 111. *art.* 4. ubi pluta offendes scitu digna. 4. *Contentio*, quæ est impugnatio veritatis cum altercatione verborum. Peccant graviter, inquit Merbesius *Sum. Christ. p.* 2. *quæst.* 7. Sacerdotes illi qui novis imbuti opiniunculis, regulas à S. Carolo Borromæo pro ministrando Sacramento Pœnitentiæ ex Patribus excerptas contentiosè oppugnant. Peccant quoquè plurimi scituli qui è scholis abeuntes, in quibus nihil ferè præter insanabile disputandi cacoethes didicere, nihilosecius sanioris doctrinæ regulas in disputationem magno, obstinatoque clamore adducunt. Verùm serio, & humili animo animadvertendum ne falsitas pro veritate accipiatur, ne intus latitet insidiosissimus, & vaferrimus opinionis semel imbutę, aut proprię scholę defendendę perversus amor. Præ oculis habe regulam quam *tr.* 8. *in* 1. *epist. Joan.* tradit S. Augustinus: *Dilige, & quodvis fac: sive taceas, dilectione taceas; sive clames, dilectione clames; sive emendes, dilectione emendes; sive parcas, dilectione parcas. Radix sit intus dilectionis. Non potest de ipsa radice nisi bonum existere.* De iis disputa in terris quæ prosunt in cælis. De rebus vanis, & ineptis ad salutem contendere ad solam famam, vanamque gloriam captandam, instituere pugnacissimas disputationes peccato non caret. Quamobrem clamat 2. *ad Tim.* 2. S. Paulus: *Stultas autem, & sine disciplina quæstiones devita.* Lege ibi plura. 5. *Pertinacia*, quę est adhęsio proprię sententię plusquam oportet, dum quis in ea perseverat contra aguitam veritatem, inquit 2. 2. *quæst.* 138. *art.* 2. S. Thomas. Mortalis est, dum manifestæ doctrinæ fidei, vel morum resistit, & in proprio errore obstirmatè persistit. 6. *Discordia*, quæ in voluntatum contrarietate sita est. 7. *Præsumptio novitatum*, ut cum quis inani gloria inflatus novas excogitat opiniones, novasque vestitus formas in animarum, & professionis baptismalis perniciem.

§. III.

Admoneatur Confessarii frequentem esse superbię culpam, cujus remedium est christiana humilitas.

I. PLura de superbia dicta sunt *lib.* 1. Verùm quia superbia initium est omnium malorum, nonnulla adjicere lubet: quia numquam nimis quod numquam satis. Communiter recentes obiter dumtaxat de superbia disputant; de gula verò, de luxuria fusissimè. Heinc, & Confessarii, & Christiani tanti sceleris pravitatem ignorant.

II. Nobile & splendidum reputatur superbiæ crimen, & vix inter virtutes non colitur. Erubescunt communiter honesti viri de gula, de ebrietate, de luxuria, de fraude. At quis est quem superbię, quem vaneglorię, ambitionisque pudeat? Habent enim hæ vitia sua splendida vela, sub quibus ambitiosi, superbique exultant, atque triumphant. Quis Confessariorum examen instituit pœnitentium, quis pœnitentium se accusat de his criminibus?

III. Recentiores Theologi vix patrari à Christianis existimant peccatum mortale superbię: inquiunt enim: quis est qui ultimum finem constituat in propria excellentia, aut se Deo æqualem reputet? Vix aliquis adeò stultus est qui tam furenter infanìat. Ita ratiocinantur non pauci.

IV. Ut nos ab his spectris caveamus, fidei capita meditanda sunt. Nos omnes veluti ex asse hęredes à protoparente nostro Adam crimen istud accepimus, & contraximus. Hęc est infirmitas originaria, hic est morbus prævalens, & dominans in totum humanum genus. An non imperitissimi medici illi qui neglecta infirmitate prevalente, & omnium morborum radice prętermissa, furculos dumtaxat, & consequentes morbos curarent, radice ipsa venefica intacta relicta? Nonne dum aliquis morbus veneficus in aliqua dominatur provincia, communiter ex illo morbo moriuntur homines? Pestis nostra superbia est, lues nostra ambitio est, & vana gloria. Serpit intra nos, & ultimos subit animi nostri recessus, quin nos stragem, quam parit, advertamus. Dum Theologi explicare modum quo Lucifer, & Adam superbiæ crimen patrarunt, conantur, balbutiunt, distinguunt, & vix è falebris exire queunt, nullamque claram imaginem modi quo illud peccatum commissum fuit, perhibere sciunt. Factum istud verum est. Et illos postea non pudet tam audacter definire, raro nunc homines mortale su-

per-

Contra si parum conferat, levis reputabitur. 2. Si res præcepta, tametsi in se levis sit, nihilominùs multum confert in legislatoris finem, gravis existimanda est. 3. Videndum si materia suscipiat magis & minus. Si enim hos gradus non admittit, gravis reputanda est. Si autem hos gradus admittat, tum spectanda est persona peccantis, finis legis, seu ordo ad legem ipsam. Interdùm enim quod est veniale in subdito, mortale est in Superiore.

VI. QUÆST. II. *Quomodò veniale fieri mortale possit?* RESP. Respondet 1. 2. q. 88. *ar.* 4. S. Thomas, tripliciter id posse intelligi. Primo ut idem numero actus primò sit peccatum veniale, & postea mortale: & hoc fieri nullo modo potest. Alio modo potest intelligi ut id quod est veniale ex genere, fiat mortale; & hoc quidem possibile est, quatenus in eo finis ultimus constituitur, vel refertur ad peccatum mortale sicut ad finem. Tertio modo quod multa peccata venialia constituant unum mortale: & hoc quoquè fieri omnino repugnat, non secùs ac ut multæ formicæ conficiant unum leonem.

VII. Undè infert Angelicus: *Si verò intelligatur quod multa peccata venialia faciant unum mortale dispositivè, sic verum est, sicut supra ostensum est... secundum duos modos, dispositionis quibus peccatum veniale disponit ad mortale.*

VIII. Heinc collige quantum à veritate aberrent non pauci ajentes, illum qui haberet animum committendi omnia peccata venialia, non peccare mortaliter, sed paratare dumtaxat unum peccatum veniale gravissimum. Doctrina hæc mihi falsa est, & plurium absurdorum plenissima. Christianus iste similis aliquo modo esset nauclero qui animum haberet introducendi in navim omnes guttas aquæ, vel omnia arenæ grana. Multiplicata enim peccata venialia ita rodunt omnes virtutes, & animam ipsam affligunt, ut hæc seipsam occidat mortalia patrando. Qui autem tantam malorum multitudinem deliberato animo suæ animæ vult, eo ipso velit oportet ejusdem mortem. Qui enim dispositionem proximam vult ad mortem, & mortem ipsam velle cogitur. Singula peccata venialia deliberata disponunt ad mortalia. Omnia autem venialia simul accepta, proxima ad mortalia dispositio sunt. Ergo qui vult hanc proximam dispositionem, vult quoquè ipsum peccatum mortale. Itaque ex hoc solo capite dictus Christianus peccat mortaliter. Quod posteà inter peccata venialia aliqua sint ita propinqua mortalibus, ut qui vult prima, velit posteriora, aliud caput est cur Christianus ejusmodi peccaret mortaliter. Præclarè S. Augustinus *tract.* 12. in Joannem inquit: *Plura minuta peccata, si negliguntur, occidunt; quemadmodùm minuta grana arenæ, si multa sunt, premunt, atque opprimunt; & aqua paulatim per sentinam intrando, si non exhauritur, mergit navim.* Quamvis enim similitudo, si ad metaphysicè regulas expendatur, non sit omninò exacta, cum omnes guttæ aquæ, & grana arenæ sint ejusdem speciei, & simul conjunctæ pondus gravissimum constituant, quod seipso navim mergit; in sensu tamen morali & prudenti similitudo optima est, quia hæc peccata venialia deliberata reipsa disponunt ad mortem. Pluriès labuntur justi ex subreptione, ex infirmitate, & inadvertentia. Nisi à deliberatis abstineamus, periculum grave est ne repetitæ guttæ, & multiplicata arenæ grana naviculam animæ ad æternam disponant submersionem.

IV. Hactenùs facilia perstrinxi. Quæ summum facessunt negotium, quæ vel ipsos sanctissimos viros perterrefaciunt, illa sunt quæ peccata esse scimus, eorum verò confinia ignoramus. Audi Augustinum, qui *lib.* 21. *cap.* 27. *de Civit. Dei* hæc scribit: *Sed quis iste sit modus, & quæ sint ista peccata, quæ ita impediunt perventionem ad regnum Dei, ut tamen sanctorum amicorum meritis impetrent indulgentiam, difficillimum est invenire, periculosissimum definire. Ego certè usque ad hoc tempus, cum indè satagerem, ad eorum indaginem pervenire non potui. Et fortassis propterea latent, ne studium proficiendi ad omnia peccata cavenda perficeret.* Doctorum aquila Augustinus difficillimum invenire, periculosissimum definire, ait, quænam peccata sint quæ ita impediunt assecutionem regni æterni, ut tamen sanctorum meritis impetrent indulgentiam. Quid ad hoc nos? cum iterum *in Ench. c.* 77. clamet S. Augustinus: *Quæ fiat autem levia, & quæ gravia peccata, non humano, sed divino, sunt pensanda judicio... Hinc accidit quod peccata, cum in consuetudinem venerint, aut parva, aut nulla esse creduntur. Ve peccatis hominum quæ sola inusitata exhorrescimus.*

X. Ex his collige quam cæci sint spectatorum, seu comœdiarum ætatis nostræ defensores, blaterantes ad summum peccare venialiter illos, qui eadem frequentant. Undè, quæso illos, qui eruerunt hæc peccati venialis confinia? Viri probi, & docti, inquis, ita sentiunt, cum frequentantes theatra ad sacramenta admittant. Viros istos probos, doctosque omnium Scripturarum testimonlis, & SS. Patrum traditione penitus illusos, & deceptos esse multi constanter affirmant. Superbia, luxus, ambitio, invidia, luxuria in triumphum efferuntur: avaritia omnia confinia justitiæ prætergreditur, in explenda siti mimarum & mimorum, qui plura aureorum millia exigunt, ut infamem artem exerceant: & quo sunt ad demulcendos sensus, & excantandas passiones impudentiores, eo majorem pecuniarum summam colligunt. Hæc omnia theatro eveniunt. Et hæc omnia peccati venialis limites non transilire asseremus? Finge nos non posse definire hęc omnia efficere peccatum mortale, uti Patres omnes definiunt: numquid tu certas bilances habes peccati venialis? Fac incertum esse malitiæ gradum, & principia solida deesse quibus definiatur gravitas, aut parvitas iniquitatis: tunc omnibus consentientibus mortaliter peccant, qui ejusmodi iniquitati certæ quidem quantum ad genus, incertæ verò quantum ad gravitatem, patrandæ se exponunt.

Quid

XI. Quid de nimio fucato, & phalerato ornatu mulierum dicam? Capillos ignito ferro cincinnatos, & crispos cum fanitatis etiam detrimento efficiunt: tumentia ubera nigro, alboque ornatu distincta ostentant, ut vehementiùs spectatorum oculos alliciant. Luxum, & pompas quibus renuntiarunt in Baptismate, & non rarò pauperum, & artificum sanguine partos, explicant, & in triumphum deferunt; & mulierculas istas peccare venialiter blateratis? Cavete Confessarii, & iterùm dico cavete, ne istas ad sacramenta admittatis. Scriptura sancta clamat: *Declina à malo, & fac bonum.* Non ait *declina à malo mortali, vel veniali*, sed absolutè ait *à malo.* Nisi igitur istæ absolutè declinent ab hoc malo deliberato, nolite vos Sanctum dare canibus. Sancti Ecclesiæ Patres sæpissimè ignoraruntmalitiæ confinia: & vos fidem adhibetis nonnullis Scripturarum, Canonum, traditionisque Patrum, prout ex eorumdem libris conflat, valdè insciis, dum sibi scientiam arrogant definiendi iniquitatis gravitatem, aut parvitatem? Audite iterùm Augustinum. *Sunt autem quædam quæ levissima putarentur, nisi in Scripturis demonstrarentur opinione graviora. Quis enim dicentem fratri suo, Fatue, reum gehennæ putaret, nisi veritas diceret? Aut quis æstimaret, quam magnum peccatum sit dies observare, sicuti observant, qui certis diebus, sicut mensibus, sicut annis volunt, vel nolunt aliquid inchoare, tò quod secundùm vanas doctrinas hominum, fausta, vel infausta existimant tempora, nisi hujus mali magnitudinem ex timore Apostoli pensarentus? Qui talibus ait: Timeo vos ni forte sine causa laboraverim in vobis.* In Ench. cap. 77.

XII. Expergiscimini ergo filii hominum, & oculos in Scripturas sanctas clamantes: *Declina à malo, & fac bonum: Ab omni specie mala cavete: Est via quæ videtur homini recta, & novissima deducunt ad mortem:* intendite. Patres Sanctos, & Concilia seriò meditamini. Scitulorum ætatis nostræ plurimorum axiomata evangelicę sanctitati infesta contemnite. Multitudine peccantium putidissimas corruptelas honestare, & consuetudinis larvam induere eosdem non pudet. Istos omnes, inquit Paulus, devitate.

XIII. QUÆST. III. *Quæ advertentia sufficit ut peccatum sit mortale, & quæ ignorantia excuset?* RESP. Tria ad peccatum mortale requiri dictum est, nempè materię gravitatem, advertentiam mentis, consensum voluntatis. Dictum quoquè est, peccatum mortale ex genere fieri posse veniale ex mentis inadvertentia. Graviores Theologi concedunt non requiri advertentiam actualem, & expressam ad constituendum peccatum mortale; sed sufficere virtualem, interpretativam, & indirectam. In quo sita est hęc advertentia indirecta, & interpretativa? In hoc quod tu tenearis, & valeas actionis malitiam cognoscere. In hoc quippè ignorantia invincibilis á vincibili distinguitur, quod illam non potes, hanc superare vales. Quatè falluntur apertissimè qui ajunt, te non peccare mortaliter, dum cares advertentia actuali. Nam videndum est, num potueris, & debueris talem advertentiam habere. Si enim potuisti, & debuisti advertere, licèt non adverteris, peccasti, quia habuisti advertentiam interpretativam, & indirectam, ut 1. 2. q. 8. *art.* 8. docet S. Thomas. *Alio modo dicitur ignorantia voluntaria ejus quod quis scire potest, & debet. Sic enim non agere, non velle, voluntarium dicitur. Hoc igitur modo dicitur ignorantia, sivè cum aliquis actu non considerat quod considerare potest, & debet; quæ est ignorantia malæ electionis, vel ex passione, vel ex habitu provenientis; sivè cum aliquis notitiam quam debet habere, non curat inquirere.*

XIV. Sed undè potero deprehendere, me posse, & debere scire istius, aut illius actionis malitiam? Respondet 1. 2. q. 77. *art.* 2. idem S. Thomas hoc pacto. *Ignorantia in hoc à nescientia differt, quod nescientia dicit simplicem scientiæ negationem. Unde cuicumque deest aliquarum rerum scientia, potest dici nescire illas.... Ignorantia verò importat scientiæ privationem, dum scilicet alicui deest scientia eorum, quæ natus est scire. Horum autem quædam aliquis scire tenetur, illa scilicet sine quorum scientia non potest debitum actum exercere: undè omnes tenentur committere scire ea quæ sunt fidei, & universalia juris præcepta; singuli autem ea quæ ad eorum statum, vel officium spectant. Quædam verò sunt quę etsi aliquis natus est scire, non tamen ea scire tenetur, sicut theoremata Geometriæ, & contingentia particularia, NISI IN CASU. Manifestum est autem quod quicumque negligit habere, vel facere id quod tenetur habere, vel facere, peccat peccato omissionis. Undè propter negligentiam ignorantia eorum quæ aliquis scire tenetur, est peccatum. Non autem imputatur homini ad negligentiam, si nescit ea quę scire non potest: undè horum ignorantia invincibilis dicitur, quia studio superari non potest.*

XV. Plura sunt in hac angelica doctrina animadversione digna. Scire Christianus debet quæ *sunt fidei*, idest articulos Symboli Apostolici; *& universalia juris præcepta*, nempè mandata Decalogi, præcepta Ecclesię, septem Sacramenta, septem peccata Capitalia. Conclusiones verò remotas, quæ ex præceptis Decalogi universalibus deducuntur, scire absolutè Christianus non tenetur, nisi dum reipsa agenda occurrunt. Alioquin omnes deberent esse Theologi, & omnes casuum particularium resolutiones perspectas habere. Hoc non requiritur, inquit Angelicus; sed sat est ut dum celebrandus contractus est, dum agendum hoc vel illud est, notitiam ejusdem habeat. *Quædam autem sunt quæ etsi aliquis natus est scire, non tamen ea scire tenetur, sicut theoremata Geometriæ, & contingentia particularia, NISI IN CASU.* In casu itaque celebrandi contractus, adeundi theatri, ludendi, saltandi, scire Christianus hic, & nunc tenetur talium actionum malitiam, aut honestatem.

XVI. *Singuli autem tenentur scire ea quę ad eorum statum, & officium pertinent.* Primus est status christiani hominis. Singuli ergo Christiani tenentur scire quid primum omnium significet hæc solemnis professio baptismalis, *Abrenuntio*

etiam *prærecta rationis*, ut sit peccatum mortale. Et quæ temporis longitudo requiritur? Una hora, inquiunt, videtur esse longum tempus. Qui verò per tres quadrantes mero ingurgitatus, & destitutus effet usu, & potentis rationis, ut bestia, venialiter tantùm peccaret juxta Tannerum, Fagundez, Gobat, & Lacroix, qui ibidem *num.* 329. hæc addit: *Si quis ex gravi causa faciat inebriari alterum ad eliciendas secreta quæ alter tenetur manifestare, multi dicunt, non peccare, si ad materialem tantùm ebrietatem inducat.* Alium calum ibi *num.* 332. adjicit. *Injuste in custodia detentus non peccat inducendo custodes ad materialem ebrietatem.* Judicent docti, & christiani viri, num hæc sint theoremata opportuna pro conscientiarum regimine.

IX. Sed quando dicendus ebrius homo est? Respondet P. Busembaum *lib. 3. cap. 3. art. 2.* his verbis. *Si quis post potum discernere adhuc possit inter bonum, & malum, licèt omnibus phantasia turbata sit, aut sequatur vomitus, lingua titubet, pedes vacillent, oculi cernant duplicia, vel domus gyrari videatur; nondum plena est ebrietas: ideòque tantùm peccatum veniale, quamvis ex gravioribus si DELIBERATE sit commissum V. Layman loc. cit. Plena ebrietas notatur ex his signis quæ dat Lessius num. 30. &c. Si quis non meminerit dictorum, factorum, quomodò, vel quandò domum deduxit. 2. Si committit ea quæ nunquam sanâ mente solet, v. gr. si præter morem turpia sit locutus, turbavit domum, uxorem verberavit, &c.*

X. Quamvis ergo homines mero se ingurgitent usque ad vomitum *ipsa secutum*; quamvis oculi emissitii, & revoluti *cernant duplicia*; quamvis domus *gyrari* videatur, & lingua *titubet*; quamvis domum, ceu porcelli, deportentur; si tamen meminerint se portatos esse, quamvis *deliberate* usque ad hunc excessum potent, & sese vino impleant; nihilominùs liberi sunt a peccato mortali, & solùm venialem culpam ex gravioribus perpetrant. Quis ab hac doctrina non abhorreat?

§. VI.

Malitia iræ, ejusque sex filiæ exponuntur.

I. IRA definitur quod sit *injusta vindictæ inordinatus appetitus*. S. Augustinus vindictam appellat *libidinem ulciscendi*. Injusta, & indebita vindicta est 1. quandò quis innocentem punire concupiscit; 2. dum reum æquo majori pœnæ plecti cupit; 3. cum læsus præter ordinem justitiæ puniri reum desiderat vel à se ipso, vel ab alio auctoritate destituto; 4. dum quis vindictam appetit ob indebitum finem.

II. Distinguendus est vindictæ appetitus de quo dictum est, ab ira, quæ animum commovet, & ad concitationem excitat absque vindictæ desiderio. Hæc ira aut nullum, aut veniale peccatum est, nisi sit excessus. Qui repentino iræ motu commoventur, ut senes, mulieres, pueri, melancholici, communiter venialis culpæ limites non transiliunt; dummodo nullus sit deliberatus vindictæ appetitus. Si sit appetitus levis vindictæ, leve erit crimen. Qui se sentiunt ex naturæ conditione propensos ad iram, vel imprecationes, diligenti industria comprimere, & coercere hanc inclinationem debent: alioquin præsumitur voluntatis deliberatus assensus.

III. Tres iræ gradus distinguit Evangelista Matthæus cap. 5. *Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo, reus erit judicio.* Primis verbis reprehenduntur Pharisæi, qui homicidium & adulterium damnantes, licitam internam vindictam, & mœchiam defendebant. Primò itaque lætaliter peccat qui ira inflammatus grave damnum proximo expetit. *Omnis qui irascitur fratri suo, reus erit judicio*; idest capitis pœna puniendus non humano, sed divino judicio, cui peccatum internum patet. Non solùm itaque homicidium externum, ut contendebant Pharisæi, sed etiam internum peccatum est.

IV. Secundum iræ gradus est cum quis hunc internum injustum vindictæ animum signo aliquo externo manifestat. *Qui autem dixerit fratri suo, Racha, reus erit concilio.* Vox ista *racha* interjectio est, quæ convicium aliquod significat, vel *sine cerebro*, ut vult S. Hieronymus, vel morum pravitatem, ut contendunt alii.

V. Tertius denique iræ præfatę, seu appetitus injustę vindictæ gradus in aliquo externo convicio completur. *Qui dixerit fratri suo, Fatue* (idest exprobando stultitiam, quæ convicium gravius priori *racha* est,) *reus erit gehennę ignis.* Hoc ultimum peccatum gravius est duobus prioribus. Vide S. Thomam 2. 2. *q.* 158. *art.* 5. *ad* 3.

VI. Ita vitium capitale est, ut *ibid. art.* 6. ostendit S. Thomas, habetque sex filias sequentes: quarum 1. est *indignatio*, 2. *tumor mentis*, 3. *clamor*, seu inordinata, & confusa vocis elatio, 4. *contumelia*, seu injuriosa locutio contra proximum prælentem, & audientem, 5. *blasphemia*, 6. *rixa*. De his duabus postremis dictum supra est.

§. VII.

De invidię iniquitate, & quæ sint illius filię.

I. QUÆST. UNIC. *Quid sit invidia?* RESP. Est *tristitia de bono alterius, perindè ac si nostrum malum foret, quatenus ille æquari nobis in excellentiam, aut minui conspicimus.* Invidia communiter fervet inter æquales juxta teitum proverbium, *Figulus, figulo invidet*, ut 2. 2. *q.* 36. *art.* 1. explicat S. Thomas.

II. Invidia monstruosus superbiæ abortus est; & quemadmodum superbia plus & minùs dominatur in omnes, sic invidia capitale, & universale vitium est. Monstrum istud viridis coloribus depingit S. Joannes Chrysostomus *homil.* 42. *in Matth.* cujus verba relcripta invenies *tom.* 10. *Theol. Christ. lib.* 4. *diff.* 2. *c.* 9.

III. P. Thomas Tamburinus *lib.* 5. *in Decal. c.* 1. §. 3. *n.* 33. *& seq.* hæc scribit. „ Inquires „ tertiò, an sicut potest quis modò hactenùs ex„ plicato *gaudere de malo alterius*, quia sibi bo„ num sit; ita, è contra licitè queat tristari de „ alterius bono ut sibi malum est. Hic videtur „ esse

„ esse actus invidiæ, quàm sic communiter des„ cribunt Doctores ex S. Thoma 2. 2. *q.* 36. *a.* „ 2. & 3. Valent. Comm. Suar. Bonac. aliique apud „ Castropal. *Est inordinata tristitia, qua quis dolet „ de bono alterius, non quatenus est illius bonum, „ sed quatenus videtur diminuere propriam excellen„ tiam, seu proprium bonum.*

„ Num. 36. Hæc *communiter*. Quæ tamen mihi „ semper difficilia visa sunt. " Contra hanc communem Theologorum doctrinam sic persequitur ibid. *num.* 37.

„ Jam sic arguo. Quandò doleo de bono alte„ rius ut est diminutivum meæ excellentiæ, non „ doleo de bono alterius absolutè, sed formaliter „ de malo meo, seu de diminutione meæ excel„ lentiæ, quæ mihi mala est.... Sicut enim „ si gauderem de malo alterius, v. gr. *de morte „ patris, ut causante immediatè bonum meum*, pu„ ta hęreditatis successionem, *non esse peccatum, „ supra omnes vidimus; sic contra si doleam de bono „ alterius ut causante immediatè malum meum, culpa „ non erit.*"

IV Ut invidiam capitale crimen de medio tollat P. Tamburinus, præmittit doctrinam à S. Apostolica Sede damnatam. *Sicut, si gauderem de morte patris ut causante immediatè bonum meum, puta hęreditatis successionem, non esse peccatum supra vidimus omnes.* Quid? Qui sunt isti *omnes* qui hanc damnatam doctrinam docent? Antiprobabilistæ? Nequaquam. Quinam ergo sunt isti *omnes*? Penes Tamburinum sit, qui ex hac damnata doctrina ab Innoc. XI. in thesi 13. hanc aliam sententiam infert: *Sic contra si doleam de bono alterius ut causante immediatè malum meum, culpa non erit.*

V. An æquè damnabilis, vel damnabilior sit hæc de invidia doctrina, quam defendit P. Tamburinus, ac illa quam docet cum aliis de gaudio mortis patris ob futuram successionem in hæreditate, docti judicent.

VI. Filię invidiæ sunt *odium, simulatio, detractio, exultatio in adversis proximi, afflictio in prosperis*, quas ex S. Gregorio describit S. Thomas 2. 2. *q.* 36. *art.* 4.

§. VIII.

De Acedia, ejusque filiabus.

I. QUÆST. UNIC. *Quid sit acedia?* RESP. Est *tristitia de bono spirituali in quantum est bonum divinum non in se spectatum, sed prout in nobis.* Odium Dei adversatur bono divino prout in Deo. Acedia est tristitia de bono divino prout in nobis, seu de bono divino imperato, & necessario ad salutem.

II. Acediam peccatum esse, Scriptura divina testatur, *Subjice humerum tuum, & porta illam, & ne acidieris in vinculis ejus*: Eccles. 6. Plura de hoc vitio scribit S. Thomas 2. 2. *q.* 35.

III. Quam sit virulenta, & immanis acedię pravitas ex bello quod divinis præceptis intentat, colligere quisque valet. In primis adversatur primo & maximo mandato diligendi Deum ex toto corde, ex tota anima, & ex totis viribus. Acediosus continenter hoc præceptum violat, cujus tepor vomitum, & indignationem divinam contra se provocat. Violat præterea acedia præceptum, quo astringimur in Domino exultare, & delectari. *Gaudete, & exultate, quoniam merces vestra copiosa est in cœlis*: Matth. 5. Adversatur denique acedia præceptis vigilandi, orandi, operandi cum tremore & timore salutem nostram, & præcavendi tentationes, atque proficiendi in via Domini.

IV. Acedię filiæ sunt *malitia, rancor, pusillanimitas, desperatio, torpor circa præcepta, evagatio mentis circa illicita.*

V. *Malitia* est voluntarius horror, derisio, & contemptio bonorum spiritualium, & probotum hominum, qui concionibus, & exhortationibus, atque virtutum exemplis ad christianę professionis observantiam excitare acediosos studeut.

VI. *Rancor* est indignatio, qua acediosi turgentes, & æstuantes cervicem erigunt contra Superiores, Pastores, Confessarios, & Scriptores, qui aut voce, aut scripto illuminare, & corrigere eosdem studeut.

VII. *Pusillanimitas* est propriarum virium diffidentia, qua quis officia, & opera ardua refugit. Hanc pusillanimitatem peccatum esse, ex parabola servi pigri, qui acceptam pecuniam domini sui fodit in terram, constet.

VIII. *Desperatio* sceius est quo quispiam de ultimi finis consecutione desperans, omne salutis studium deponit. De hujusce sceleris gravitate dixi supra. Ex hac desperatione, ex vitiorum multitudine & gravitate proficiscente, oritur incredulitas, quæ hodiè adeò late patet.

IX. *Torpor* est animi ignavia, seu languor, quo quis præceptorum observantiam vel omittit, vel oscitanter implet. Periculosissimus est torpor iste. Quemadmodum in negotiis mundi torpidi, & ignavi marcescunt miseria, nihilque magni conantur; sic in æternę salutis stadio torpidi pereunt, quia media ad salutem necessaria negligunt, & præliari adversus tentationes carnis, mundi, & dæmonis refugiunt: contra quos *Roman.* 12. S. Paulus inquit: *Sollicitudine non pigri, spiritu fervente, Domino servientes.* Languor iste spiritus omnem devotionem exsiccat, vires extenuat, quotidie zizania vitiorum spargit, mentis stuporem, & obscuritatem inducit, & ita animam hebetat, atque corrumpit, ut eam ineptam ad solida vitæ tutum officia reddat.

FINIS PRIMI TOMI.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

THEOLOGIA CHRISTIANA

DOGMATICO-MORALIS,

In duos Tomos, unico comprehensos volumine, contracta:

AUTHORE

P. F. DANIELE CONCINA,

ORD. PRÆDICATORUM.

Editio secunda Hispana, á pluribus mendis correcta, et Authoris Vita novissime aucta.

TOMUS SECUNDUS

COMPLECTENS RELIQUOS QUINQUE LIBROS.

SUPERIORUM PERMISSU:

MATRITI: Apud Viduam ÆLISÆI SANCHEZ, in Platea, vulgò, *de Santa Catalina de los Donados.* Anno MDCCLXVII.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN

DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

domino tenetur sine pretio? ibid.
Quæst. 17. *Qui mala fide rem alienam à latrone emit, domino ne, an furi restituere debet?* 18.
Quæst. 18. *Qui bona fide rem emptam à latrone vendit alteri, tenetur ne pretium domino reddere, an emptori?* ibid.
Quæst. 19. *Qui monetam falsam accipit, & alteri eam expendendo tradit, ad quid tenetur?* ibid.
Quæst. 20. *Qui rem alienam majori pretio vendit, tenetur ne incrementum domino restituere?* ibid.
Quæst. 21. *Si vendis rem tuam furi, à quo bona fide in præmium accipis furtivas pecunias, obnoxius ne restitutioni es?* ibid.
Cap. II. *De illis qui aut impediunt alios ne aliquod bonum assequantur, aut cooperantur ad damnum alterum*, ibid.
Quæst. 1. *Qui efficax impedimentum adjicit ne quis assequatur beneficium, ad quod jus habet sive in re, sive ad rem, obnoxius ne restitutioni est?* ibid.
Quæst. 2. *Ad quid tenetur qui impiam promissionem factam impedit?* 19.
Quæst. 3. *Quid de cooperantibus alterius damno dicendum?* ibid.
Quæst. 4. *Quando dubitas num aliqua ex recensitis cooperationibus in duobus versibus contentis sit efficax damni faciens, teneris ne ad restitutionem?* ibid.
Quæst. 5. *Qui suo pravo exemplo causa est ut alii malum perpetrent, tenetur ne ad restitutionem?* 26.
Quæst. 6. *Quid de illis qui jussione, consilio, consensu in proximi damnum influunt?* ibid.
Quæst. 7. *Quid de iis qui negative cooperantur ad alterius malum, ut sunt mutus, non obstans, non manifestans?* 21.
Quæst. 8. *Quem servare ordinem debent in restitutione cooperantes actioni injustæ?* ibid.
Quæst. 9. *Quomodo causæ recensitæ omnes tenentur restituere in solidum?* ibid.
Quæst. 10. *Utrum ex flagitiosa promissione oriatur obligatio exequendi rem promissam?* 22.
Quæst. 11. *Quid de quæstu meretricio dicendum?* ibid.
Quæst. 12. *Utrum virgines, matronæ, & honestæ fœminæ præmium accipientes pro vendita pudicitia, restituere illud teneantur?* ibid.
Quæst. 13. *Scorta, sive publica, sive occulta tenentur ne restituere pretium ob turpem concubitum acceptum à Religioso?* 23.
Quæst. 14. *An recipiens pretium pro injusta sententia ferenda restituere illud debeat?* ibid.
Quæst. 15. *Quandò id quod restituitur, ad manus creditoris non pervenit astringitur, ne debitor denuò restituere?* 24.
Quæst. 16. *Quo in loco, & cujus expensis fieri restitutio debet?* ibid.
Cap. III. *De illis quibus fieri restitutio debet; & de ordine in restitutione servando*, ibid.
Quæst. 1. *Cuinam restitui res debet accepta à possessore bonæ fidei?* ibid.
Quæst. 2. *Cuinam facienda est restitutio quando dominus est ignotus?* ibid.
Quæst. 3. *Qui ordo servandus in restitutione est?* 25.
Quæst. 4. *An creditoribus privilegiatis præferri venditor debeat, dum res in specie extat apud emptorem?* ibid.
Quæst. 5. *Qualis ordo servandus est inter debita aut ex contractu onerosa, & gratuito, aut ex contractu & ex delicto?* ibid.
Quæst. 6. *Quomodo creditores hypothecarii præferendi aliis sint?* ibid.
Quæst. 7. *Qualis ordo servandus est inter creditores simplices non privilegiatos?* ibid.
Quæst. 8. *Potest ne debitor admonere secreto amicum creditorem, ut prior petat, eique integrum debitum solvere cum aliorum creditorum detrimento?* ibid.
Cap. IV. *Quænam sint causæ ob quas omitti, aut differri restitutio possit?* 26.
Cap. V. *De restitutione propter homicidium, vel mutilationem, vel stuprum, vel adulterium?* ibid.
Quæst. 1. *Occisor, aut mutilator tenetur ne compensare injuriam personalem fortunæ bonis?* ibid.
Quæst. 2. *Quæ damna compensare interfector debet?* ibid.
Quæst. 3. *An ex homicidio casuali oriatur debitum restitutionis?* 27.
Quæst. 4. *Quibus facienda sit restitutio damnorum quæ ex homicidio sequerentur?* ibid.
Quæst. 5. *Quid restituere debet deflorator virginis?* ibid.
Quæst. 6. *Quid ob adulterium quod partus consequitur, restituendum est?* ibid.
Quæst. 7. *Adulter certo sciens ex suo adulterio procreatam prolem esse, quid reddere filiis legitimis tenetur?* 28.

DISSERTATIO III.

De Contractibus universè & partitè.

Cap. I. *Contractus finitio, ejusque causæ, & proprietates*, ibid.
Quæst. 1. *Quid sit contractus?* ibid.
Quæst. 2. *Quomodo perficiuntur contractus?* 29.
Cap. II. *De variis contractibus*, ibid.
Quæst. 1. *Utrum contractus ex metu gravi celebratus sit validus?* ibid.
Quæst. 2. *An dolus irritet contractum?* 30.
Quæst. 3. *Quid de contractibus initis sub causa, modo, demonstratione, & conditione dicendum?* ibid.
Quæst. 4. *Quomodo interpretandus est contractus ad diem, vel sub disjunctione?* ibid.
Quæst. 5. *Quomodo obligat contractus conditioni illigatus?* ibid.
Cap. III. *De illis qui validè, & licitè inire contractus valent: de solemnitate juris necessaria. Quid firmitatis addat juramentum contractui. Quibus competat restitutio in integrum*, 31.
Quæst. 1. *Quinam possunt contractum inire?* ibid.
Quæst. 2. *Quæ juris solemnitas ad contractus valorem requiritur?* ibid.
Quæst. 3. *Quomodo juramentum confirmet contractus jure naturæ, vel positivo irritos?* ibid.
Quæst. 4. *Quibus competat beneficium restitutionis in integrum?* 32.
Cap. IV. *De contractu venditionis, & emptionis. De illis qui vendere, & emere possunt. Quænam sint res venales*, ibid.
Quæst. 1. *Quid sit empitio?* ibid.
Quæst. 2. *Res vendita duobus emptoribus, cui tradenda? cui perit ante traditionem?* ibid.
Quæst. 3. *Ad quem pertinent fructus rei venditæ ante pretii solutionem?* ibid.
Quæst. 4. *Possunt ne contrahentes pactum inire ut emptor fructus rei, aut eorumdem pretium reddat venditori, donec pretium solverit?* ibid.
Quæst. 5. *Cujusnam sint fructus medio tempore percepti, quando venditionis contractus dissolvi contingat?* ibid.
Quæst. 6. *Qui vendere queant, & quæ res venales sint?* 33.
Quæst. 7. *Quæ pecuniis alienis emuntur, fiunt ne emptoris, an pecuniarum domini?* ibid.
Quæst. 8. *Valida ne est rei alienæ venditio?* ibid.
Quæst. 9. *Utrum licita venditio sit earum rerum quæ adhibentur in pravos usus?* ibid.
Quæst. 10. *Peccant ne qui vendunt venena, fucos muliebres, chartas aleatorias, idola, & cætera id genus?* ibid.
Quæst. 11. *Utrum Probabilissmus sit vendibilis à judice?* 34.
Cap. V. *De negotiatione, & de his quibus vetita, aut permissa est*, ibid.
Quæst. 1. *Sit ne Clericis, & Religiosis vetita negotiatio?* ibid.
Quæst. 2. *An Clerici, vel Monachi negotiari per alios possint?* 35.
Quæst. 3. *Quot modis negotiatio illicita laicis fiat?* ibid.
Quæst. 4. *Qui mercaturam exercent, licitè ne carius merces vendere queunt quam ii qui negotiatio-*
Cap. VI. *De Monopoliis licitis, & illicitis. De venditione cum pacto retrovendendi*, ibid.
Quæst. 1. *Licitum ne venditoribus est conspirationem inire non vendendi merces nisi pretio summo?* ibid.
Quæst. 2. *Constituto semel monopolio à mercatoribus vendendi merces pretio injusto, alii mercatores monopolii ejus non participes, peccant ne contra justitiam, si hoc pretio injusto suas merces vendant*, ibid.
Quæst. 3. *Quid de pacto retrovendendi, & retroemendi dicendum?* ibid.
Quæst. 4. *Licitus ne est contractus gentilitius?* 36.
Quæst. 5. *Licitus ne est contractus mohatra?* ibid.
Quæst. 6. *Qui merces vendendas à domino suscipiunt, aliquid ne sibi retinere valent, si pluris easdem vendant quam à domino præscriptum fuit?* ibid.
Cap. VII. *De justo rerum pretio, & de ejusdem augmento ob dilatam solutionem*, ibid.
Quæst. 1. *Qui rerum pretium augent, vel diminuunt, sunt ne restitutioni obnoxii?* ibid.
Quæst. 2. *Sunt ne aliquæ causæ ob quas licitum sit aut pluris vendere, aut minoris emere quam merx absolutè valeat?* 37.
Quæst. 3. *Quæ in subhastatione exponuntur venalia, emi ne, aut vendi possunt quocumque pretio sive vili, sive summo?* ibid.
Quæst. 4. *Unde desumatur pretium vulgare, seu naturale, & quænam sint illius augendi causæ?* ibid.
Quæst. 5. *Quænam sunt circumstantiæ in quibus rerum pretia decrescunt?* ibid.
Quæst. 6. *Possunt ne mercatores pretio currenti merces vendere, dum sciunt brevi mercium copiam superventuram, atque adeo rerum pretium diminuendum?* 38.
Quæst. 7. *An iis qui Principis lege monetam interdictum iri, aut ejus valorem minuendum præscit, queat ante promulgationem legis suam distrahere monetam?* ibid.
Quæst. 8. *Quæ notanda sunt circa pretium publica auctoritate præscriptum?* ibid.
Quæst. 9. *An exquisitioribus mercibus immisceri viliores possint, & taxato pretio vendi?* ibid.
Quæst. 10. *Potest ne mercator ob dilatam solutionem pretii carius merces vendere?* ibid.
Quæst. 11. *Licitus ne est contractus quo in Hispania, & alibi certæ merces communiter credito venduntur majori pretio quam vendi pecunia numerata soleant?* ibid.
Quæst. 12. *Licitum ne est emere credita, vel chirographa minori pretio quam valeant, ob anticipatam solutionem?* 39.

INDEX

LIBRORUM, DISSERTATIONUM, CAPITUM, PARAGRAPHORUM, & Quæstionum, qui in hoc Tomo continentur.

THEOLOGIÆ CHRITIANÆ

DOGMATICO-MORALIS.

LIBER IX.

De Justitia, et Jure.

DISSERTATIO I.

De Justitiæ notione, & divisione.

CAP. I. *Propositiones damnatæ ab Alex. VII. & Innocentio XI.* pag. 1.
Cap. II. *Opiniones laxæ plurium Casuistarum*, ibid.
Cap. III. *Variæ juris deceptiones: justitiæ notiones, & divisiones*, 9.
Quæst. 1. *Quid, & quotuplex sit justitia?* ibid.
Quæst. 2. *An justitia commutativa distinguatur à justitia vindicativa?* ibid.
Quæst. 3. *Justitia commutativa distinguitur ne specie à justitia distributiva?* 10.
Quæst. 4. *Quænam sunt vitia justitiæ oppositæ?* ibid.
Cap. IV. *De dominio, ejusque divisione, & bonorum partitione*, ibid.
Quæst. 1. *Quid, & quotuplex sit dominium?* ibid.
Quæst. 2. *Quinam sunt fructus quibus frui usufructuarius potest, & quid præstare iste debeat?* 11.
Quæst. 3. *Quid sit contractus emphyteusis, & feudi?* ibid.
Quæst. 4. *Quid sit possessio, & modus eam comparandi, vel amittendi?* ibid.
Quæst. 5. *Qui sint dominii capaces?* ibid.
Quæst. 6. *Animalia mansueta natura sua capere ne alicui licèt?* ibid.
Quæst. 7. *Quid de piscatione, aucupio, venatione dicendum?* 12.
Quæst. 8. *Cujus sunt silvæ, montes, & pascua?* ibid.
Cap. V. *De rerum inventarum, & eorum quæ vi alluvionis, aut alio modo accrescunt, dominio, & de præscriptione*, ibid.
Quæst. 1. *Quid dicendum de dominio vi alluvionis, &c.* ibid.
Quæst. 2. *Quomodo acquiratur dominium vi præscriptionis, seu usucapionis?* 13.
Quæst. 3. *Quid sit præscriptio jure civili inducta?* ibid.
Quæst. 4. *Quid de dominio filiorum patriæ potestati subjectorum?* 14.

DISSERTATIO II.

De restitutione tum in communi, tum in particulari.

Cap. I. *Restitutionis notio, & principia è quibus proficiscitur. Debitores morosi, & eorum Confessarii monentur*, ibid.
Quæst. 1. *Quid sit restitutio, & undè nascatur?* ibid.
Quæst. 2. *Utrum statim facienda sit restitutio?* ibid.
Quæst. 3. *Quid de Confessariis absolventibus debitores morosos dicendum?* 15.
Quæst. 4. *Qualis injustitiæ culpa infert debitum restitutionis?* ibid.
Quæst. 5. *Sola ne culpa theologica debitum inducit restitutionis?* ibid.
Quæst. 6. *An professores alicujus artis teneantur ad restitutionem ex culpa levi, vel levissima?* ibid.
Quæst. 7. *Quænam culpa juridica requiritur in contractu, ut inducat restitutionis debitum?* ibid.
Quæst. 8. *Quomodo possessor bonæ, aut malæ fidei tenetur ad restitutionem?* 16.
Quæst. 9. *Qui res usu consumptibiles bona fide à latrone emit, vel recipit, tenetur ne rem, si extet, restituere, aut in quo factus est ditior?* ibid.
Quæst. 10. *Si fur rapiat rem quæ apud dominum periisset, tenetur ne eandem restituere, si illam conservet, aut pretium, si perit?* ibid.
Quæst. 11. *Cuinam crescit res furto sublata?* 17.
Quæst. 12. *Quomodo dubiæ fidei possessor rem alicui tum restituere debet?* ibid.
Quæst. 13. *Quos fructus restituere tenetur possessor bonæ fidei?* ibid.
Quæst. 14. *Quos fructus restituere possessor malæ fidei debet?* ibid.
Quæst. 15. *Quas expensas detrahere possessor sive bonæ, sive malæ fidei debet?* ibid.
Quæst. 16. *Qui rem bona fide emit, valet ne eam furi reddere, pretium repetendo, an restituere de-*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Quæst. 13. *Quid de obligatione venditoris patefaciendi defectus mercium dicendum est?* 40.

DISSERTATIO IV.

De Mutuo, & usura.

Cap. I. *Mutui finitio, ejusque proprietates*, 41.
Quæst. unic. *Quid sit mutuum?* ibid.
Cap. II. *Usuræ notio: omnis usura, sive parva, sive magna sive à divite, sive à paupere exacta, divino jure vetita est*, ibid.
Quæst. 1. *Quid sit usura?* ibid.
Quæst. 2. *Est ne omnis usura, sive à divitibus, sive à pauperibus percepta, jure naturali, nedum divino prohibita?* 42.
Cap. III. *Quædam quæstiunculæ de usura resolvuntur*, 43.
Quæst. 1. *Datur ne materiæ parvitas in usuræ peccato?* ibid.
Quæst. 2. *Sit ne pecunia præsens numerata æstimabilior absente, & titulus accipiendi aliquid ultra sortem?* ibid.
Quæst. 3. *Licitum ne est aliquid accipere supra sortem ob molestiam ortam ex precatione pecuniæ mutuo traditæ?* ibid.
Cap. IV. *De periculo amittendæ sortis. Nonnullæ opiniones laxæ refelluntur. Caput* Naviganti *in suo vero sensu exponitur, rejectis juniorum commentis*, ibid.
Quæst. 1. *Quid, & quotuplex sit sortis periculum?* ibid.
Quæst. 2. *Quid dicendum de titulo quem excogitarunt Lugo, & Tamburinus?* 45.
Quæst. 3. *Licitum ne est aliquid exigere supra sortem ratione laboris in numeranda pecunia?* 47.
Quæst. 4. *An licitum sit aliquid exigere ob obligationem mutuandi, vel non repetendi mutuum infra tempus præfinitum?* ibid.
Cap. V. *De damno emergente*, 48.
Quæst. 1. *Quid sit damnum emergens?* ibid.
Quæst. 2. *Periculum damni emersuri est ne verus titulus vi cujus fieri conventio possit aliquid supra sortem solvendi?* ibid.
Quæst. 3. *Utrum liceat initio contractus pactum pœnæ conventionalis, si debitor sit in mora?* ibid.
Cap. VI. *De lucro cessante, ejusque conditionibus*, 49.
Quæst. 1. *Quid sentiat S. Thomas de hoc lucro cessante*, ibid.
Quæst. 2. *Utrum mutuator ultroneus possit aliquid exigere ratione lucri cessantis?* ibid.
Quæst. 3. *Quot conditiones assignant propugnatores lucri cessantis, ut in pactum deduci queat?* 50.
§. unic. *Auctoris consilium*, ibid.
Cap. VII. *De usura mentali, & pactis mutuo adjectis*, 51.
Quæst. 1. *Licet ne separare aliquid ex mutuo?* ibid.
Quæst. 2. *Qui celebravit contractum usurarium bona fide, potest ne retinere lucrum, cognita usura, dum poterat alium licitum contractum inire?* ibid.
Quæst. 3. *Cujus sunt fructus pignoris traditi mutuatori in assecurationem sortis?* 52.
Quæst. 4. *Licitum ne est pactum legis commissoriæ in pignorum traditione?* ibid.
Quæst. 5. *Quid de usuris pupillaribus, & dotalibus dicendum?* ibid.
Quæst. 6. *Fœnerator ne est qui mutuum dat ut beneficium, vel officium, vel munus à lingua, ab obsequio, à manu afferatur?* ibid.
Quæst. 7. *Qui mutuum dat cum pacto, ut ad ejus molendinum, officinam, &c. mutuatarius accedat, fœnerator ne est?* ibid.
Quæst. 8. *Licet ne mutuum dare cum pacto ut alter in posterum remutuet?* ibid.
Quæst. 9. *Fœnerator ne est qui obligat mutuatarium ad reddendam eamdem tritici, vini, olei &c. mensuram, si pretium auctum sit?* ibid.
Quæst. 10. *In restitutione pecuniæ mutuatitiæ valor ne an species considranda?* ibid.
Quæst. 11. *Probabilis ne opinio est, mutuatarium eligere posse in fidejussorem ipsum mutuantem?* ibid.
Quæst. 12. *Probabilis ne est eorum opinio qui mutuatori accipienti pignus, simul lucrum concedunt?* 53.
Cap. VIII. *De montibus pietatis*, 54.
Quæst. 1. *An qui revera pauperes non sunt, neque ob paupertatem levandam mutuam pecuniam à sacro monte accipiunt, peccent, & ad restitutionem teneantur?* ibid.
Quæst. 2. *Qui in his montibus pecunias collocant, possunt ne licitè accessionem accipere dempto titulo?* ibid.
Cap. IX. *De contractu trino, aliisque contractibus*, ibid.
Quæst. 1. *Quid sit contractus trinus?* ibid.
Quæst. 2. *Licitus ne est contractus societatis duplex, in quo aut capitale, aut lucrum assecuratur?* 57.
Quæst. 3. *Quid de societate animalium decendum?* 58.
Quæst. 4. *Sunt ne fœneratores domini lucri quod usuris acquirunt?* ibid.
Quæst. 5. *Licitum ne est ab usurario mutuum petere sub usuris?* ibid.

DIS-

DISSERTATIO V.

De Cambiis, censibus, locatione, ludo, & sponsione, promissione, donatione, & testamentis.

Cap. I. *De cambio, ejusque divisione, & conditionibus*, ibid.
Quæst. 1. *Quid, & quotuplex sit cambium?* ibid.
Quæst. 2. *Quo titulo licitum est cambium manuale?* 59.
Quæst. 3. *Quo titulo licitum est cambium locale cum lucro?* ibid.
Quæst. 4. *Quid de cambio cum recambio dicendum est?* ibid.
Quæst. 5. *Quid de cambio ad nundinas dicendum?* 60.
Quæst. 6. *Quid de cambio civico dicendum?* ibid.
Cap. II. *De censibus realibus, & personalibus, eorumque divisione*, 61.
Quæst. un. *Quid, & quotuplex sit census?* ibid.
Cap. III. *De censu personali, mirifico usuræ pallio?* ibid.
Quæst. 1. *Jure naturæ spectato licitum ne est pactum quo obstringitur censuarius, ut redimat censum ad arbitrium emptoris?* 63.
Quæst. 2. *Perunte fundo, subjecto censui, perit jure naturæ census?* ibid.
Quæst. 3. *Licitus ne est census cui ampliores fundi subjiciuntur, non designata parte determinata?* ib.
Quæst. 4. *Licitus ne est census vitalitius?* ibid.
Quæst. 5. *Licitus ne est contractus vulgò dictus à godere? ad gaudendum?* ibid.
Cap. IV. *De ludo, & sponsione*, 64.
Quæst. 1. *Ludus propter lucrum principaliter intentum vitiosus ne est?* ibid.
Quæst. 2. *Licitus ne est ludus aleæ, seu fortunæ?* ibid.
Quæst. 3. *Sponsiones*, vulgo apuestas, *licitæ ne sunt?* ibid.
Cap. V. *De assecuratione, pignore, transactione, emphyteusi, feudo, commodato, precario, depósito, locatione, conductione, promissione, & donatione*, ibid.
Quæst. 1. *Quid sit assecuratio?* ibid.
Quæst. 2. *Quid sit fidejussio, pignus, hypotheca, & transactio?* ibid.
Quæst. 3. *Quid sit emphyteusis?* 65.
Quæst. 4. *Quid sit feudum?* ibid.
Quæst. 5. *Quid sit commodatum?* ibid.
Quæst. 6. *Quid sit depositum?* ibid.
Quæst. 7. *Quid sit locatio?* ibid.
Quæst. 8. *Peccant ne qui domos locant ad usuras exercendas, ad meretricandum?* ibid.
Quæst. 9. *Quid sit promissio, & quænam obligatio?* ibid.
Quæst. 10. *Quid sit donatio?* ibid.
Cap. VI. *De testamentis*, 66.
Quæst. 1. *Quid, & quotuplex sit testamentum?* ibid.
Quæst. 2. *Quæ solemnitates requirantur ad testamentum nuncupativum?* ibid.
Quæst. 3. *Quas solemnitates postulat testamentum ad pias causas?* ibid.
Quæst. 4. *Quid sit testamentum imperfectum?* ibid.
Quæst. 5. *Quinam possunt testamentum condere?* ibid.
Quæst. 6. *Quinam in hæredes instituì nequeant?* ibid.
Quæst. 7. *Quomodo filii spurii, & naturales succedunt patri?* ibid.
Cap. VII. *De hæredibus necessariis, eorumque substitutione*, 67.
Quæst. 1. *Quomodo filii parentibus, & patres filiis succedunt?* ibid.
Quæst. 2. *Quibus de causis exhæredari filii à parentibus, & parentes à filiis possunt?* ibid.
Quæst. 3. *Quid de hæredibus ab intestato dicendum?* ibid.
Quæst. 4. *Quid sit substitutio vulgaris, pupillaris, &c.* ibid.
Quæst. 5. *Quomodo testamenta valida revocari queant?* ibid.
Quæst. 6. *Quam obligationem habeant hæredes?* ibid.
Quæst. 7. *Quænam sit obligatio executoris testamentarii?* 68.
Cap. VIII. *De legatis, eorumque diversitate*, ibid.
Quæst. 1. *Quid, & quotuplex sit legatum?* ibid.
Quæst. 2. *An legatum destinatum puellis hujus civitatis, tradi extraneis possit?* ibid.
Quæst. 3. *Valet ne aliquis testamento derogare?* ibid.
Quæst. 4. *Quando ex legatis deduci Falcidia possit?* ibid.
Cap. IX. *De obligationibus eorum qui foro assistunt*, ibid.
§. 1. *De judice*, ibid.
Quæst. 1. *Quænam sint judicis munia, ut rectè judicet?* ibid.
Quæst. 2. *Quomodo se gerere judex debet quando jura dubia sunt?* 69.
Quæst. 3. *Accipere ne munera à partibus judex valet?* ibid.
Quæst. 4. *Quomodo inquisitio fieri à judice debet?* ibid.
Quæst. 5. *Sententia justa judicis obligat ne in conscientia?* 70.
§. 2. *De accusatore, & denuntiatore*, ibid.
Quæst. 1. *An quis astringatur accusare, vel denuntiare?* ibid.

Quæſt. 2. *Si delictum occultum ſit, & probari poſſit, debet ne accuſatio fieri?* ibid.
§. 3. *De reo*, ibid.
Quæſt. 1. *An reus teneatur fateri veritatem?* ibid.
Quæſt. 2. *Num licitum reo ſit fugere, ut pœnam evitet?* 71.
§. 4. *De teſtibus?* ibid.
Quæſt. 1. *Quandonam homines tenentur teſtificari?* ibid.
Quæſt. 2. *Quinam liberi ſint ab obligatione teſtificandi?* ibid.
Quæſt. 3. *Quandonam teſtis graviter peccat, & tenetur ad reſtitutionem?* 72.
§. 5. *De obligationibus Advocatorum, aliorumque fori miniſtrorum*, ibid.
Quæſt. 1. *Quæ ſint Advocatorum obligationes?* ibid.
Quæſt. 2. *An liceat Advocato defendere cauſam minus probabilem?* ibid.

LIBER X.

DE SACRAMENTIS NOVÆ LEGIS.

DISSERTATIO I.

De Sacramentis generatim.

Cap. I. *Propoſitiones ab Eccleſia damnatæ*, 73.
Cap. II. *Propoſitiones laxæ Caſuiſtarum*, ibid.
Cap. III. *De Sacramentis novæ legis latæ per Chriſtum*, 76.
Quæſt. 1. *Quid ſit Sacramentum novæ legis?* ibid.
Quæſt. 2. *Quænam ſunt partes Sacramentorum novæ legis?* ibid.
Quæſt. 3. *Materiam, & formam Baptiſmi, & Euchariſtiæ determinavit ne Chriſtus Dominus?* ibid.
Quæſt. 4. *Aliorum quinque Sacramentorum determinavit ne Chriſtus res, & verba in ſpecie?* ibid.
Quæſt. 5. *Quæ mutatio materiæ vel formæ reddat nullum Sacramentum?* 77.
Quæſt. 6. *Quot variari modis forma ſacramentalis poteſt*, ibid.
Quæſt. 7. *Licitum ne eſt in perficiendis Sacramentis uti materia, aut forma dubia?* ibid.
Quæſt. 8. *Licitus ne eſt uſus formæ conditionatis?* ibid.
Quæſt. 9. *Quot ſunt Sacramenta novæ legis?* ibid.
Quæſt. 10. *Quænam ſit Sacramentorum efficacia in conferenda gratia?* ibid.
Quæſt. 11. *Sacramenta novæ legis phyſicè ne, an moraliter gratiam producunt?* ibid.
Quæſt. 12. *Quænam ſit gratia, quam novæ legis Sacramenta conferunt?* ibid.
Quæſt. 13. *An ſacramenta novæ legis, præter gratiam ſanctificantem peculiarem aliquam gratiam, quæ Sacramentalis dicitur, conferant?* 78.
Quæſt. 14. *An ſacramenta vivorum per accidens producant primam gratiam?* ibid.
Quæſt. 15. *An ſacramenta novæ legis imprimant characterem?* ibid.
Quæſt. 16. *Quomodo differant Sacramenta novæ à ſacramentis veteris legis?* ibid.
Quæſt. 17. *An Chriſtus Dominus immediatè omnia Sacramenta inſtituerit?* ibid.
Cap. IV. *De Sacramentorum miniſtris*, ibid.
Quæſt. 1. *Quinam ſint Sacramentorum miniſtri legitimi*, ibid.
Quæſt. 2. *Utrum in perficiendis Sacramentis requiratur intentio in miniſtris?* ibid.
Quæſt. 3. *Ut validum ſit Sacramentum, requiritur ne in miniſtro fides, aut intentio producendi effectum ſacramentalem?* 79.
Quæſt. 4. *An ad Sacramenti integritatem requiratur ut miniſter intendat facere id quod facit Eccleſia Romana?* ibid.
Quæſt. 5. *An neceſſaria ſit intentio actualis, vel ſufficiat virtualis?* ibid.
Quæſt. 6. *Validum ne Sacramentum eſt forma conditionali adminiſtratum?* ibid.
Quæſt. 7. *Peccant ne lethaliter Sacerdotes qui ſibi gravis culpæ conſcii ſacramenta ex officio adminiſtrant?* ibid.
Quæſt. 8. *An peccet mortaliter Sacerdos qui mortalis culpæ reus Euchariſtiam adminiſtrat?* ibid.
Quæſt. 9. *Peccat ne Sacerdos qui in peccato mortali audit confeſſiones?* 80.
Quæſt. 10. *An miniſter ſibi peccati mortalis conſcius teneatur confiteri ſacramentaliter antequam Sacramentum adminiſtret, ſi abſit copia Confeſſarii, & non urgeat neceſſitas ſuccurrendi periclitanti?* ibid.
Quæſt. 11. *Quando, & quibus adminiſtrari ſacramenta debent?* ibid.
Quæſt. 12. *Licitè ne adminiſtrantur Sacramenta indignis?* ibid.
Quæſt. 13. *Licet ne ſimulare Sacramentorum adminiſtrationem?* 81.
Quæſt. 14. *Licitum ne eſt petere Sacramenta à miniſtro indigno?* ibid.

DISSERTATIO II.

De Baptiſmo, & Confirmatione.

Cap. I. *Baptiſmi notio, ejuſque materia*, ibid.
Quæſt. 1. *Quid ſit baptiſmus novæ legis?* ibid.
Quæſt. 2. *Quænam Baptiſmi materia?* ibid.
Quæſt. 3. *Num vetuſtus, & probandus uſus ſit quo Eccleſia Romana conficerat aquam Baptiſmo inſervientem?* ibid.

Quæſt.

Quæſt. 4. *Quænam aqua dicenda ſit naturalis?* ibid.
Quæſt. 5. *Quænam ſit materia proxima baptiſmi?* 82.
Quæſt. 6. *Infans in utero matris incluſus baptizari ne valet utero matris abluto?* ibid.
Quæſt. 7. *Licitumne eſt ſecare alvum mulieris deſperatæ ſanitatis, ut baptizetur infans?* ibid.
Cap. II. *De forma, & triplici Baptiſmo*, ibid.
Quæſt. 1. *Legitimane eſt forma verborum, qua Eccleſia Latina utitur?* ibid.
Quæſt. 2. *Requiriturne ad valorem Baptiſmi ut exprimatur actus baptizantis per verbum* baptizo, *aut* baptizatur? ibid.
Quæſt. 3. *Qui deliberatè omitteret hanc particulam* ego *in forma Baptiſmi, graviter ne peccaret?* ibid.
Quæſt. 4. *Qui baptizaret hac forma*: Ego te baptizo in nomine Patris, in nomine Filii, in nomine Spiritus Sancti, *validum ne conferret Baptiſma?* ibid.
Quæſt. 5. *Quotuplex eſt Baptiſmus?* 83.
Quæſt. 6. *Quæ diſpoſitiones requirantur in adultis ad ſuſcipiendum martyrium?* ibid.
Cap. III. *De miniſtro Baptiſmi, ejuſdem inſtitutione, obligatione, & neceſſitate?* ibid.
Quæſt. 1. *Quotuplex eſt Baptiſmi miniſter*, ibid.
Quæſt. 2. *An unus miniſter unica aſperſione poſſit baptizare plures?* ibid.
Quæſt. 3. *Quandonam Baptiſmus inſtitutus eſt?* 84.
Quæſt. 4. *Quænam eſt ſuſcipiendi Baptiſmi neceſſitas?* ibid.
Quæſt. 5. *Quo tempore ſuſcipi Baptiſmus debet?* ibid.
Quæſt. 6. *Præceptum ſuſcipiendi Baptiſmi obligatne ut adulti quamprimum commodè poſſunt, ſuſcipiant Baptiſmum?* ibid.
Quæſt. 7. *Baptizari ne poſſunt infantes infidelium reluctantibus parentibus?* ibid.
Cap. IV. *De diſpoſitionibus adultorum ad ſuſcipiendum Baptiſmum, & de ejuſdem effectibus, & cæremoniis*, 85.
Quæſt. 1. *Requiriturne in adultis ad Baptiſmum ritè ſuſcipiendum fides, dolor de peccatis, & charitas inchoata?* ibid.
Quæſt. 2. *Qui ſunt Baptiſmi effectus?* ibid.
Quæſt. 3. *An Baptiſmus ficte ſuſceptus, recedente fictione peccata deleat?* ibid.
Quæſt. 4. *Quænam ſunt Baptiſmi cæremoniæ*, 85.
Cap. V. *De profeſſionis baptiſmalis obligatione?* ibid.
Cap. VI. *De Sacramento Confirmationis*, 87.
Quæſt. 1. *Eſtne Confirmatio Sacramentum novæ legis?* ibid.
Quæſt. 2. *Quænam eſt hujus ſacramenti materia?* ibid.
Quæſt. 3. *Quænam eſt forma Sacramenti Confirmationis*, 88.
Quæſt. 4. *Quiſnam iſtius Sacramenti auctor?* ibid.
Quæſt. 5. *An ſolus Epiſcopus ſit ordinarius hujus Sacramenti miniſter?* ibid.
Quæſt. 6. *Quinam ſunt capaces ſuſcipiendi hoc Sacramentum?* ibid.
Quæſt. 7. *Quænam diſpoſitiones in adultis confirmandis requirantur?* ibid.
Quæſt. 8. *Quinam ſunt Confirmationis effectus?* ibid.
Quæſt. 9. *Daturne præceptum ſuſcipiendi hoc Sacramentum?* ibid.
Quæſt. 10. *Qui ſunt ritus iſtius Sacramenti ſuſcipiendi*, 89.

DISSERTATIO III.

De Auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento.

Cap. I. *Euchariſtiæ notio, ejuſque materia, ac forma*, ibid.
Quæſt. 1. *Quid ſit Euchariſtia?* ibid.
Quæſt. 2. *Utrum ſolus panis triticeus, & vinum de vite ſit materia Euchariſtiæ?* ibid.
Quæſt. 3. *Utrum panis conſecrandus debeat eſſe azymus, aut fermentatus?* 90.
Quæſt. 4. *Utrum vinum de vite ſit materia Euchariſtiæ?* ibid.
Quæſt. 5. *Utrum aqua vino admiſcenda ſit in calicis conſecratione?* ibid.
Quæſt. 6. *Utrum hæc ſola dominica verba*: Hoc eſt corpus meum, *ſint eſſentialia conſecrationi panis Euchariſtici?* ibid.
Quæſt. 7. *Sola ne hæc verba*: Hic eſt calix Sanguinis mei, *ſeu* Hic eſt Sanguis meus, *ſunt de eſſentia conſecrationis calicis; an verò etiam alia quæ ſequuntur* Novi, & æterni, *&c.?* ibid.
Cap. II. *Nonnullæ quæſtiones quæ ſuper reali Chriſti præſentia in Euchariſtia excitari ſolent*, 91.
Quæſt. 1. *An Chriſtus ſit totus in qualibet ſpecierum parte?* ibid.
Quæſt. 2. *An accidentia, ſeu ſpecies ſacramentales corrumpi, & nutrire valeant?* ibid.
Quæſt. 3. *An Chriſtus in Euchariſtia adorandus ſit cultu latriæ?* ibid.
Cap. III. *De Euchariſtiæ miniſtro, & de illis quibus adminiſtrari debet*, ibid.
Quæſt. 1. *An ſolus Sacerdos ſit diſpenſandæ Euchariſtiæ miniſter ordinarius?* ibid.
Quæſt. 2. *Teneturne Parochus tempore peſtis cum vitæ periculo communicare ſuos parochianos?* 92.
Quæſt. 3. *Adminiſtrandane parvulis eſt Euchariſtia?* ibid.
Quæſt. 4. *An concedenda ſit Euchariſtia publicis peccatoribus?* ibid.

Quæst. 5. *Potest ne Sacerdos ob metum mortis, aut notabilis suæ infamiæ administrare Eucharistiam publico peccatori?* ibid.

Cap. IV. *De necessitate istius Sacramenti, ejusque effectibus*, ibid.

Quæst. 1. *Est ne Eucharistia necessaria vi præcepti divini?* ibid.

Quæst. 2. *Qui paulò antequam incideret in mortis periculum, communicavit, astringitur ne iterum sumere sacrum viaticum?* 93.

Quæst. 3. *An hoc divinum præceptum pluries obligeat?* ibid.

Quæst. 4. *Obligat ne hoc divinum præceptum ut Eucharistia sumatur sub utraque specie?* ibid.

Quæst. 5. *Quinam sint Eucharistiæ effectus?* ibid.

Cap. V. *De dispositionibus ad Eucharistiam; & de frequenti communione. Plures quorumdam opiniones refelluntur?* ibid.

Quæst. 1. *An præceptum de præmittenda Confessione ab eo qui est in peccato mortali, sit divinum, vel humanum?* ibid.

Quæst. 2. *Quid sentiendum de interpretatione aliquorum in præceptum Tridentini confitendi quamprimum?* ibid.

Quæst. 3. *Quid dicendum de interpretatione P. Lacroix, Viva, & aliorum in præfatum Tridentini decretum?* ibid.

Quæst. 4. *Quid de contritione, quam præmittendam à laico conscio peccati mortalis docet P. Tamburinus, urgente necessitate?* 94.

Quæst. 5. *Quid dicendum de opinione asserentium, Sacerdotem mortaliter peccantem in ipsa celebratione Missæ non obstringi ad confitendum quamprimum?* ibid.

Quæst. 6. *Quid dicendum de opinione asserente, dari posse casum in quo communicans in mortali novum peccatum non committat?* 95.

Quæst. 7. *Quid de dispositione ex corporis ad Eucharistiam necessariis dicendum?* ibid.

Quæst. 8. *An licitum sit accedere ad Eucharistiam post conjugalem copulam?* ibid.

Quæst. 9. *Quid de frequenti communione dicendum?* ibid.

DISSERTATIO IV.

De Sacrificio Missæ.

Cap. I. *Sacrificii notio, ejusque necessitas*, 96.

Quæst. 1. *Quid, & quotuplex sit sacrificium?* ibid.

Quæst. 2. *An fidei dogma sit, Missam esse Sacrificium?* ibid.

Quæst. 3. *Utrum essentia Sacrificii Missæ sita sit in oblatione?* ibid.

Cap. II. *De valore Sacrificii Missæ. Pro quibus offerri, & à quo ministrari possit*, 97.

Quæst. 1. *Est ne infinitus valor Sacrificii Missæ?* ibid.

Quæst. 2. *Qui sint effectus Sacrificii Missæ?* ibid.

Quæst. 3. *Cui, & pro quibus Missæ Sacrificium offertur?* ibid.

Quæst. 4. *Utrum offerri Sacrificium possit pro animabus in Purgatorio detentis?* ibid.

Quæst. 5. *Quisnam est minister Sacrificii Missæ?* ibid.

Quæst. 6. *An Sacerdotes scelesti, hæretici, schismatici, suspensi, excommunicati, degradati, valide Sacrificium perficiant?* ibid.

Cap. III. *De eleemosynis pro Missis celebrandis*, 98.

Quæst. 1. *A quo taxanda est eleemosyna conferenda Sacerdoti Missam celebranti?* ibid.

Quæst. 2. *An liceat Sacerdoti divitis eleemosynam accipere ut Missam celebret?* ibid.

Quæst. 3. *Quinam Sacerdotes in celebrando suspicionem simoniæ præbeant?* ibid.

Quæst. 4. *Utrum Sacerdos possit per alium celebrare, retenta sibi parte stipendii accepti?* ibid.

Quæst. 5. *An Sacerdos possit accipere duplex stipendium, alterum pro officiatura, ut dicitur, in Ecclesia designata, alterum pro applicatione?* 99.

Quæst. 6. *Potest ne unica Missa pluribus satisfieri obligationibus?* ibid.

Quæst. 7. *Quibus diebus animarum curam habentes applicare Missam pro commisso sibi grege debent?* 100.

Quæst. 8. *Qua hora celebrare licet?* ibid.

Quæst. 9. *Quandonam licet pluries eodem die celebrare?* ibid.

Quæst. 10. *Quo in loco celebrandum est?* ibid.

Quæst. 11. *Quid de Oratoriis privatis dicendum?* ibid.

Quæst. 12. *Quid dicendum de Ecclesiæ consecratione, ejusdemque pollutione?* ibid.

Quæst. 13. *An Sacerdos teneatur Missam offerre?* 101.

Cap. IV. *De ritu, seu cæremoniis, & rubricis, quibus celebrari debet*, ibid.

Quæst. 1. *Quotuplex est cæremoniarum Missæ genus* ibid.

Quæst. 2. *Quot in partes Missa tribuitur?* ibid.

Quæst. 3. *Est ne peccatum mortale negligere rubricas in Missa celebranda?* 102.

Quæst. 4. *Qui omitteret aliquam Missæ partem, peccaret ne mortaliter?* ibid.

LIBER XI.

De Sacramento Pœnitentiæ.

DISSERTATIO I.

De Virtute, & Sacramento Pœnitentiæ.

Cap. I. §. 1. *Propositiones à S. Sede damnatæ*, ibid.

§. 2. *Opiniones plurium Casuistarum quæ videntur æquo laxiores*, 103.

§. 3. *Opiniones quæ P. Balthasari Francolino æquo rigidiores videntur*, 111.

Cap. II. *Axiomata quorumdam Casuistarum, quæ sunt veluti loci theologici, seu fontes, unde isti suas hauriunt conclusiones, & resolutiones*, 113.

Cap. III. *De virtute pœnitentiæ*, 117.

Quæst. 1. *Quid sit pœnitentia generatim accepta?* ibid.

Quæst. 2. *Quot gradibus ad pœnitentiæ virtutem pervenitur?* 118.

Quæst. 3. *Quinam sint pœnitentiæ effectus?* ibid.

Cap. IV. *De Sacramento Pœnitentiæ, ejusque materia remota, & proxima*, ibid.

Quæst. 1. *Quid sit Sacramentum Pœnitentiæ?* ibid.

Quæst. 2. *Quænam est materia istius Sacramenti?* ibid.

Quæst. 3. *Quænam est materia proxima istius Sacramenti?* ibid.

Cap. V. *De contritione prima pœnitentiæ parte, ejusque naturali, divinoque præcepto?* ibid.

Quæst. 1. *Quid sit contritio generatim sumpta?* ibid.

Quæst. 2. *Præceptum contritionis obligat ne statim ac homo peccavit?* 119.

Quæst. 3. *Quid de opinione Leandri asserentis, præceptum contritionis obligare per se tantum in articulo mortis, dicendum?* ibid.

Quæst. 4. *Quid sentiendum de opinione P. Sporer?* ibid.

Quæst. 5. *An præceptum contritionis ex charitate concepta deficiat in lege evangelica, admisso Sacramentorum usu?* ibid.

Quæst. 6. *Peccator qui per annum confiteri nequit ex defectu confessarii, tenetur ne ad contritionem?* 120.

Quæst. 7. *Utrum sit nimium laxa opinio De-Lugo negantis præceptum contritionis in articulo mortis?* ibid.

Cap. VI. *De insufficientia attritionis formidolosæ, seu servilis ad Sacramentum Pœnitentiæ validè suscipiendum*, ibid.

§. 1. *Status quæstionis aperitur*, 121.

§. 2. Præjudicium primum. *Evidenter falsum est, Tridentinum definisse attritionem servilem sufficere ad Sacramentum Pœnitentiæ; immo aperte repugnat tali opinioni?* ibid.

§. 3. Præjudicium secundum, *quo plures præventi falsò existimant, charitatem in quocumque gradu etiam remisso justificare impium extra Sacramentum*, ibid.

§. 4. Præjudicium tertium, *quo Attritionarii Rigorismi notam inurunt charitati evangelicæ, & formidolosam attritionem benignitatis larva induunt*, 122.

§. 5. *Pauca præmittuntur de diversitate timoris*, 123.

§. 6. *Insufficientia attritionis servilis ad Sacramentum Pœnitentiæ ostenditur*, ibid.

§. 7. *Diluuntur adversariorum objectiones*. 124.

Cap. VII. *De necessitate amoris, seu charitatis inchoatæ ad Sacramentum Pœnitentiæ*, ibid.

§. 1. *Scripturarum, & Concilii Tridentini testimoniis evincitur amoris initialis necessitas in quacumque peccatoris conversione*, ibid.

§. 2. *SS. Augustini, & Thomæ testimoniis necessitas charitatis inchoatæ demonstratur*, 126.

§. 3. *Rationibus è Scripturis sanctis hausris evincitur necessitas charitatis inchoatæ ad Pœnitentiæ Sacramentum ritè suscipiendum*, 127.

§. 4. *Diluuntur adversariorum objecta*, 128.

§. 5. *Sententia formidolosæ attritionis in 1. thesi ab Innoc. XI. proscripta vi evidentis ratiocinii evincitur contenta*, ibid.

§. 6. *Paradoxon Salmanticensium paucis refellitur, & sententia nostra confirmatur*, 130.

Cap. VIII. *Nonnullæ quæstiones de dolore, & proposito non peccandi resolvuntur*, ibid.

Quæst. 1. *An pœnitens elicere dolorem debeat de peccato cum intentione confitendi?* ibid.

Quæst. 2. *An dolor præcedere confessionem debeat, an satis sit ut post confessionem ante absolutionem eliciatur?* ibid.

Quæst. 3. *Quid dicendum de opinione P. Viva asserentis, dolorem conceptum ex motivo damni temporalis sat esse ad confessionem?* 131.

Quæst. 4. *Quid dicendum de opinione P. Tamburini docentis, non esse inculcandum peccatori ut doleat de illo peccato cujus magno afficitur amore?* ibid.

Quæst. 5. *Requiritur ne propositum formale, & explicitum non peccandi de cætero?* ibid.

Cap. IX. *Imago justificationis christianæ sanctarum Scripturarum lineamentis depicta*, 132.

§. 1. *Justificationem christianam firmam, ac stabilem Scripturæ sanctæ repræsentant*, ibid.

§. 2. *Rationum momenta, & communi hominum sensu justificationis christianæ stabilitas confirmatur*, 133.

§. 3. *Nova, & falsa inter Christianos divinæ justificationis idea concipitur. Cur christiani factarum justificationum horrenda spectra non perhorrescant? Quia via media invecta est*. 134.

Cap. X. *Conditionis propositi necessarii ad confessionem*,

Quæst. 13. *Quid de obligatione venditoris patefaciendi defectus mercium dicendum est?* 40.

DISSERTATIO IV.

De Mutuo, & usura.

Cap. I. *Mutui finitio, ejusque proprietates*, 41.
Quæst. unic. *Quid sit mutuum?* ibid.
Cap. II. *Usuræ notio: omnis usura, sive parva, sive magna sive à divite, sive à paupere exacta, divino jure vetita est*, ibid.
Quæst. 1. *Quid sit usura?* ibid.
Quæst. 2. *Est ne omnis usura, sive à divitibus, sive à pauperibus percepta, jure naturali, nedum divino prohibita?* 42.
Cap. III. *Quædam quæstiunculæ de usura resolvuntur*, 43.
Quæst. 1. *Datur ne materiæ parvitas in usuræ peccato?* ibid.
Quæst. 2. *Sit ne pecunia præsens numerata æstimabilior absente, & titulus accipiendi aliquid ultra sortem?* ibid.
Quæst. 3. *Licitum ne est aliquid accipere supra sortem ob molestiam ortam ex precatione pecuniæ mutuo traditæ?* ibid.
Cap. IV. *De periculo amittendæ sortis. Nonnullæ opiniones laxæ refelluntur. Caput* Naviganti *in suo vero sensu exponitur, rejectis juniorum commentis*, ibid.
Quæst. 1. *Quid, & quotuplex sit sortis periculum?* ibid.
Quæst. 2. *Quid dicendum de titulo quem excogitarunt Lugo, & Tamburinus?* 45.
Quæst. 3. *Licitum ne est aliquid exigere supra sortem ratione laboris in numeranda pecunia?* 47.
Quæst. 4. *An licitum sit aliquid exigere ob obligationem mutuandi, vel non repetendi mutuum infra tempus præfinitum?* ibid.
Cap. V. *De damno emergente*, 48.
Quæst. 1. *Quid sit damnum emergens?* ibid.
Quæst. 2. *Periculum damni emersuri est ne verus titulus vi cujus fieri conventio possit aliquid supra sortem solvendi?* ibid.
Quæst. 3. *Utrum liceat initio contractus pactum pœnæ conventionalis, si debitor sit in mora?* ibid.
Cap. VI. *De lucro cessante, ejusque conditionibus*, 49.
Quæst. 1. *Quid sentiat S. Thomas de hoc lucro cessante*, ibid.
Quæst. 2. *Utrum mutuator ultroneus possit aliquid exigere ratione lucri cessantis?* ibid.
Quæst. 3. *Quot conditiones assignant propugnatores lucri cessantis, ut in pactum deduci queat?* 50.
§. unic. *Auctoris consilium*, ibid.
Cap. VII. *De usura mentali, & pactis mutuo adjectis*, 51.
Quæst. 1. *Licet ne separare aliquid ex mutuo?* ibid.
Quæst. 2. *Qui celebravit contractum usurarium bona fide, potest ne retinere lucrum, cognita usura, dum poterat alium licitum contractum inire?* ibid.
Quæst. 3. *Cujus sunt fructus pignoris traditi mutuatori in assecurationem sortis?* 52.
Quæst. 4. *Licitum ne est pactum legis commissoriæ in pignorum traditione?* ibid.
Quæst. 5. *Quid de usuris pupillaribus, & dotalibus dicendum?* ibid.
Quæst. 6. *Fœnerator ne est qui mutuum dat ut beneficium, vel officium, vel munus à lingua, ab obsequio, à manu afferatur?* ibid.
Quæst. 7. *Qui mutuum dat cum pacto, ut ad ejus molendinum, officinam, &c. mutuatarius accedat, fœnerator ne est?* ibid.
Quæst. 8. *Licet ne mutuum dare cum pacto ut alter in posterum remutuet?* ibid.
Quæst. 9. *Fœnerator ne est qui obligat mutuatarium ad reddendam eamdem tritici, vini, olei &c. mensuram, si pretium auctum sit?* ibid.
Quæst. 10. *In restitutione pecuniæ mutuatitiæ valor ne an species considranda?* ibid.
Quæst. 11. *Probabilis ne opinio est, mutuatarium eligere posse in fidejussorem ipsum mutuantem?* ibid.
Quæst. 12. *Probabilis ne est eorum opinio qui mutuatori accipienti pignus, simul lucrum concedunt?* 53.
Cap. VIII. *De montibus pietatis*, 54.
Quæst. 1. *An qui revera pauperes non sunt, neque ob paupertatem levandam mutuam pecuniam à sacro monte accipiunt, peccent, & ad restitutionem teneantur?* ibid.
Quæst. 2. *Qui in his montibus pecunias collocant, possunt ne licitè accessionem accipere dempto titulo?* ibid.
Cap. IX. *De contractu trino, aliisque contractibus*, ibid.
Quæst. 1. *Quid sit contractus trinus?* ibid.
Quæst. 2. *Licitus ne est contractus societatis duplex, in quo aut capitale, aut lucrum assecuratur?* 57.
Quæst. 3. *Quid de societate animalium decendum?* 58.
Quæst. 4. *Sunt ne fœneratores domini lucri quod usuris acquirunt?* ibid.
Quæst. 5. *Licitum ne est ab usurario mutuum petere sub usuris?* ibid.

DIS-

DISSERTATIO V.

De Cambiis, censibus, locatione, ludo, & sponsione, promissione, donatione, & testamentis.

Cap. I. *De cambio, ejusque divisione, & conditionibus*, ibid.
Quæst. 1. *Quid, & quotuplex sit cambium?* ibid.
Quæst. 2. *Quo titulo licitum est cambium manuale?* 59.
Quæst. 3. *Quo titulo licitum est cambium locale cum lucro?* ibid.
Quæst. 4. *Quid de cambio cum recambio dicendum est?* ibid.
Quæst. 5. *Quid de cambio ad nundinas dicendum?* 60.
Quæst. 6. *Quid de cambio civico dicendum?* ibid.
Cap. II. *De censibus realibus, & personalibus, eorumque divisione*, 61.
Quæst. un. *Quid, & quotuplex sit census?* ibid.
Cap. III. *De censu personali, mirifico usuræ pallio?* ibid.
Quæst. 1. *Jure naturæ spectato licitum ne est pactum quo obstringitur censuarius, ut redimat censum ad arbitrium emptoris?* 63.
Quæst. 2. *Perunte fundo, subjecto censui, perit jure naturæ census?* ibid.
Quæst. 3. *Licitus ne est census cui ampliores fundi subjiciuntur, non designata parte determinata?* ib.
Quæst. 4. *Licitus ne est census vitalitius?* ibid.
Quæst. 5. *Licitus ne est contractus vulgò dictus à godere? ad gaudendum?* ibid.
Cap. IV. *De ludo, & sponsione*, 64.
Quæst. 1. *Ludus propter lucrum principaliter intentum vitiosus ne est?* ibid.
Quæst. 2. *Licitus ne est ludus aleæ, seu fortunæ?* ibid.
Quæst. 3. *Sponsiones*, vulgo apuestas, *licitæ ne sunt?* ibid.
Cap. V. *De assecuratione, pignore, transactione, emphyteusi, feudo, commodato, precario, depósito, locatione, conductione, promissione, & donatione*, ibid.
Quæst. 1. *Quid sit assecuratio?* ibid.
Quæst. 2. *Quid sit fidejussio, pignus, hypotheca, & transactio?* ibid.
Quæst. 3. *Quid sit emphyteusis?* 65.
Quæst. 4. *Quid sit feudum?* ibid.
Quæst. 5. *Quid sit commodatum?* ibid.
Quæst. 6. *Quid sit depositum?* ibid.
Quæst. 7. *Quid sit locatio?* ibid.
Quæst. 8. *Peccant ne qui domos locant ad usuras exercendas, ad meretricandum?* ibid.
Quæst. 9. *Quid sit promissio, & quænam obligatio?* ibid.
Quæst. 10. *Quid sit donatio?* ibid.
Cap. VI. *De testamentis*, 66.
Quæst. 1. *Quid, & quotuplex sit testamentum?* ibid.
Quæst. 2. *Quæ solemnitates requirantur ad testamentum nuncupativum?* ibid.
Quæst. 3. *Quas solemnitates postulat testamentum ad pias causas?* ibid.
Quæst. 4. *Quid sit testamentum imperfectum?* ibid.
Quæst. 5. *Quinam possunt testamentum condere?* ibid.
Quæst. 6. *Quinam in hæredes instituì nequeant?* ibid.
Quæst. 7. *Quomodo filii spurii, & naturales succedunt patri?* ibid.
Cap. VII. *De hæredibus necessariis, eorumque substitutione*, 67.
Quæst. 1. *Quomodo filii parentibus, & patres filiis succedunt?* ibid.
Quæst. 2. *Quibus de causis exhæredari filii à parentibus, & parentes à filiis possunt?* ibid.
Quæst. 3. *Quid de hæredibus ab intestato dicendum?* ibid.
Quæst. 4. *Quid sit substitutio vulgaris, pupillaris, &c.* ibid.
Quæst. 5. *Quomodo testamenta valida revocari queant?* ibid.
Quæst. 6. *Quam obligationem habeant hæredes?* ibid.
Quæst. 7. *Quænam sit obligatio executoris testamentarii?* 68.
Cap. VIII. *De legatis, eorumque diversitate*, ibid.
Quæst. 1. *Quid, & quotuplex sit legatum?* ibid.
Quæst. 2. *An legatum destinatum puellis hujus civitatis, tradi extraneis possit?* ibid.
Quæst. 3. *Valet ne aliquis testamento derogare?* ibid.
Quæst. 4. *Quando ex legatis deduci Falcidia possit?* ibid.
Cap. IX. *De obligationibus eorum qui foro assistunt*, ibid.
§. 1. *De judice*, ibid.
Quæst. 1. *Quænam sint judicis munia, ut rectè judicet?* ibid.
Quæst. 2. *Quomodo se gerere judex debet quando jura dubia sunt?* 69.
Quæst. 3. *Accipere ne munera à partibus judex valet?* ibid.
Quæst. 4. *Quomodo inquisitio fieri à judice debet?* ibid.
Quæst. 5. *Sententia justa judicis obligat ne in conscientia?* 70.
§. 2. *De accusatore, & denuntiatore*, ibid.
Quæst. 1. *An quis astringatur accusare, vel denuntiare?* ibid.

domino tenetur sine pretio? ibid.
Quæst. 17. *Qui mala fide rem alienam à latrone emit, domino ne, an furi restituere debet?* 18.
Quæst. 18. *Qui bona fide rem emptam à latrone vendit alteri, tenetur ne pretium domino reddere, an emptori?* ibid.
Quæst. 19. *Qui monetam falsam accipit, & alteri eam expendendo tradit, ad quid tenetur?* ibid.
Quæst. 20. *Qui rem alienam majori pretio vendit, tenetur ne incrementum domino restituere?* ibid.
Quæst. 21. *Si vendis rem tuam furi, à quo bona fide in præmium accipis furtivas pecunias, obnoxius ne restitutioni es?* ibid.
Cap. II. *De illis qui aut impediunt alios ne aliquod bonum assequantur, aut cooperantur ad damnum alterum*, ibid.
Quæst. 1. *Qui efficax impedimentum adjicit ne quis assequatur beneficium, ad quod jus habet sive in re, sive ad rem, obnoxius ne restitutioni est?* ibid.
Quæst. 2. *Ad quid tenetur qui impiam promissionem factam impedit?* 19.
Quæst. 3. *Quid de cooperantibus alterius damno dicendum?* ibid.
Quæst. 4. *Quando dubitas num aliqua ex recensitis cooperationibus in duobus versibus contentis sit efficax damni faciens, teneris ne ad restitutionem?* ibid.
Quæst. 5. *Qui suo pravo exemplo causa est ut alii malum perpetrent, tenetur ne ad restitutionem?* 26.
Quæst. 6. *Quid de illis qui jussione, consilio, consensu in proximi damnum influunt?* ibid.
Quæst. 7. *Quid de iis qui negative cooperantur ad alterius malum, ut sunt mutus, non obstans, non manifestans?* 21.
Quæst. 8. *Quem servare ordinem debent in restitutione cooperantes actioni injustæ?* ibid.
Quæst. 9. *Quomodo causæ recensitæ omnes tenentur restituere in solidum?* ibid.
Quæst. 10. *Utrum ex flagitiosa promissione oriatur obligatio exequendi rem promissam?* 22.
Quæst. 11. *Quid de quæstu meretricio dicendum?* ibid.
Quæst. 12. *Utrum virgines, matronæ, & honestæ fœminæ præmium accipientes pro vendita pudicitia, restituere illud teneantur?* ibid.
Quæst. 13. *Scorta, sive publica, sive occulta tenentur ne restituere pretium ob turpem concubitum acceptum à Religioso?* 23.
Quæst. 14. *An recipiens pretium pro injusta sententia ferenda restituere illud debeat?* ibid.
Quæst. 15. *Quandò id quod restituitur, ad manus creditoris non pervenit astringitur, ne debitor denuò restituere?* 24.
Quæst. 16. *Quo in loco, & cujus expensis fieri restitutio debet?* ibid.
Cap. III. *De illis quibus fieri restitutio debet; & de ordine in restitutione servando*, ibid.
Quæst. 1. *Cuinam restitui res debet accepta à possessore bonæ fidei?* ibid.
Quæst. 2. *Cuinam facienda est restitutio quando dominus est ignotus?* ibid.
Quæst. 3. *Qui ordo servandus in restitutione est?* 25.
Quæst. 4. *An creditoribus privilegiatis præferri venditor debeat, dum res in specie extat apud emptorem?* ibid.
Quæst. 5. *Qualis ordo servandus est inter debita aut ex contractu onerosa, & gratuito, aut ex contractu & ex delicto?* ibid.
Quæst. 6. *Quomodo creditores hypothecarii præferendi aliis sint?* ibid.
Quæst. 7. *Qualis ordo servandus est inter creditores simplices non privilegiatos?* ibid.
Quæst. 8. *Potest ne debitor admonere secreto amicum creditorem, ut prior petat, eique integrum debitum solvere cum aliorum creditorum detrimento?* ibid.
Cap. IV. *Quænam sint causæ ob quas omitti, aut differri restitutio possit?* 26.
Cap. V. *De restitutione propter homicidium, vel mutilationem, vel stuprum, vel adulterium?* ibid.
Quæst. 1. *Occisor, aut mutilator tenetur ne compensare injuriam personalem fortunæ bonis?* ibid.
Quæst. 2. *Quæ damna compensare interfector debet?* ibid.
Quæst. 3. *An ex homicidio casuali oriatur debitum restitutionis?* 27.
Quæst. 4. *Quibus facienda sit restitutio damnorum quæ ex homicidio sequerentur?* ibid.
Quæst. 5. *Quid restituere debet deflorator virginis?* ibid.
Quæst. 6. *Quid ob adulterium quod partus consequitur, restituendum est?* ibid.
Quæst. 7. *Adulter certo sciens ex suo adulterio procreatam prolem esse, quid reddere filiis legitimis tenetur?* 28.

DISSERTATIO III.

De Contractibus universè & partitè.

Cap. I. *Contractus finitio, ejusque causæ, & proprietates*, ibid.
Quæst. 1. *Quid sit contractus?* ibid.
Quæst. 2. *Quomodo perficiuntur contractus?* 29.
Cap. II. *De variis contractibus*, ibid.
Quæst. 1. *Utrum contractus ex metu gravi celebratus sit validus?* ibid.
Quæst. 2. *An dolus irritet contractum?* 30.
Quæst. 3. *Quid de contractibus initis sub causa, modo, demonstratione, & conditione dicendum?* ibid.
Quæst. 4. *Quomodo interpretandus est contractus ad diem, vel sub disjunctione?* ibid.
Quæst. 5. *Quomodo obligat contractus conditioni illigatus?* ibid.
Cap. III. *De illis qui validè, & licitè inire contractus valent: de solemnitate juris necessaria. Quid firmitatis addat juramentum contractui. Quibus competat restitutio in integrum*, 31.
Quæst. 1. *Quinam possunt contractum inire?* ibid.
Quæst. 2. *Quæ juris solemnitas ad contractus valorem requiritur?* ibid.
Quæst. 3. *Quomodo juramentum confirmet contractus jure naturæ, vel positivo irritos?* ibid.
Quæst. 4. *Quibus competat beneficium restitutionis in integrum?* 32.
Cap. IV. *De contractu venditionis, & emptionis. De illis qui vendere, & emere possunt. Quænam sint res venales*, ibid.
Quæst. 1. *Quid sit empitio?* ibid.
Quæst. 2. *Res vendita duobus emptoribus, cui tradenda? cui perit ante traditionem?* ibid.
Quæst. 3. *Ad quem pertinent fructus rei venditæ ante pretii solutionem?* ibid.
Quæst. 4. *Possunt ne contrahentes pactum inire ut emptor fructus rei, aut eorumdem pretium reddat venditori, donec pretium solverit?* ibid.
Quæst. 5. *Cujusnam sint fructus medio tempore percepti, quando venditionis contractus dissolvi contingat?* ibid.
Quæst. 6. *Qui vendere queant, & quæ res venales sint?* 33.
Quæst. 7. *Quæ pecuniis alienis emuntur, fiunt ne emptoris, an pecuniarum domini?* ibid.
Quæst. 8. *Valida ne est rei alienæ venditio?* ibid.
Quæst. 9. *Utrum licita venditio sit earum rerum quæ adhibentur in pravos usus?* ibid.
Quæst. 10. *Peccant ne qui vendunt venena, fucos muliebres, chartas aleatorias, idola, & cætera id genus?* ibid.
Quæst. 11. *Utrum Probabilissmus sit vendibilis à judice?* 34.
Cap. V. *De negotiatione, & de his quibus vetita, aut permissa est*, ibid.
Quæst. 1. *Sit ne Clericis, & Religiosis vetita negotiatio?* ibid.
Quæst. 2. *An Clerici, vel Monachi negotiari per alios possint?* 35.
Quæst. 3. *Quot modis negotiatio illicita laicis fiat?* ibid.
Quæst. 4. *Qui mercaturam exercent, licitè ne carius merces vendere queunt quam ii qui negotiatio-*
Cap. VI. *De Monopoliis licitis, & illicitis. De venditione cum pacto retrovendendi*, ibid.
Quæst. 1. *Licitum ne venditoribus est conspirationem inire non vendendi merces nisi pretio summo?* ibid.
Quæst. 2. *Constituto semel monopolio à mercatoribus vendendi merces pretio injusto, alii mercatores monopolii ejus non participes, peccant ne contra justitiam, si hoc pretio injusto suas merces vendant*, ibid.
Quæst. 3. *Quid de pacto retrovendendi, & retroemendi dicendum?* ibid.
Quæst. 4. *Licitus ne est contractus gentilitius?* 36.
Quæst. 5. *Licitus ne est contractus mohatra?* ibid.
Quæst. 6. *Qui merces vendendas à domino suscipiunt, aliquid ne sibi retinere valent, si pluris easdem vendant quam à domino præscriptum fuit?* ibid.
Cap. VII. *De justo rerum pretio, & de ejusdem augmento ob dilatam solutionem*, ibid.
Quæst. 1. *Qui rerum pretium augent, vel diminuunt, sunt ne restitutioni obnoxii?* ibid.
Quæst. 2. *Sunt ne aliquæ causæ ob quas licitum sit aut pluris vendere, aut minoris emere quam merx absolutè valeat?* 37.
Quæst. 3. *Quæ in subhastatione exponuntur venalia, emi ne, aut vendi possunt quocumque pretio sive vili, sive summo?* ibid.
Quæst. 4. *Unde desumatur pretium vulgare, seu naturale, & quænam sint illius augendi causæ?* ibid.
Quæst. 5. *Quænam sunt circumstantiæ in quibus rerum pretia decrescunt?* ibid.
Quæst. 6. *Possunt ne mercatores pretio currenti merces vendere, dum sciunt brevi mercium copiam superventuram, atque adeo rerum pretium diminuendum?* 38.
Quæst. 7. *An iis qui Principis lege monetam interdictum iri, aut ejus valorem minuendum præscit, queat ante promulgationem legis suam distrahere monetam?* ibid.
Quæst. 8. *Quæ notanda sunt circa pretium publica auctoritate præscriptum?* ibid.
Quæst. 9. *An exquisitioribus mercibus immisceri viliores possint, & taxato pretio vendi?* ibid.
Quæst. 10. *Potest ne mercator ob dilatam solutionem pretii carius merces vendere?* ibid.
Quæst. 11. *Licitus ne est contractus quo in Hispania, & alibi certæ merces communiter credito venduntur majori pretio quam vendi pecunia numerata soleant?* ibid.
Quæst. 12. *Licitum ne est emere credita, vel chirographa minori pretio quam valeant, ob anticipatam solutionem?* 39.

INDEX

LIBRORUM, DISSERTATIONUM, CAPITUM, PARAGRAPHORUM, & Quæstionum, qui in hoc Tomo continentur.

THEOLOGIÆ CHRITIANÆ

DOGMATICO-MORALIS.

LIBER IX.

De Justitia, et Jure.

DISSERTATIO I.

De Justitiæ notione, & divisione.

CAP. I. *Propositiones damnatæ ab Alex. VII. & Innocentio XI.* pag. 1.
Cap. II. *Opiniones laxæ plurium Casuistarum*, ibid.
Cap. III. *Variæ juris deceptiones: justitiæ notiones, & divisiones*, 9.
Quæst. 1. *Quid, & quotuplex sit justitia?* ibid.
Quæst. 2. *An justitia commutativa distinguatur à justitia vindicativa?* ibid.
Quæst. 3. *Justitia commutativa distinguitur ne specie à justitia distributiva?* 10.
Quæst. 4. *Quænam sunt vitia justitiæ oppositæ?* ibid.
Cap. IV. *De dominio, ejusque divisione, & bonorum partitione*, ibid.
Quæst. 1. *Quid, & quotuplex sit dominium?* ibid.
Quæst. 2. *Quinam sunt fructus quibus frui usufructuarius potest, & quid præstare iste debeat?* 11.
Quæst. 3. *Quid sit contractus emphyteusis, & feudi?* ibid.
Quæst. 4. *Quid sit possessio, & modus eam comparandi, vel amittendi?* ibid.
Quæst. 5. *Qui sint dominii capaces?* ibid.
Quæst. 6. *Animalia mansueta natura sua capere ne alicui licèt?* ibid.
Quæst. 7. *Quid de piscatione, aucupio, venatione dicendum?* 12.
Quæst. 8. *Cujus sunt silvæ, montes, & pascua?* ibid.
Cap. V. *De rerum inventarum, & eorum quæ vi alluvionis, aut alio modo accrescunt, dominio, & de præscriptione*, ibid.
Quæst. 1. *Quid dicendum de dominio vi alluvionis, &c.* ibid.
Quæst. 2. *Quomodo acquiratur dominium vi præscriptionis, seu usucapionis?* 13.
Quæst. 3. *Quid sit præscriptio jure civili inducta?* ibid.
Quæst. 4. *Quid de dominio filiorum patriæ potestati subjectorum?* 14.

DISSERTATIO II.

De restitutione tum in communi, tum in particulari.

Cap. I. *Restitutionis notio, & principia è quibus proficiscitur. Debitores morosi, & eorum Confessarii monentur*, ibid.
Quæst. 1. *Quid sit restitutio, & undè nascatur?* ibid.
Quæst. 2. *Utrum statim facienda sit restitutio?* ibid.
Quæst. 3. *Quid de Confessariis absolventibus debitores morosos dicendum?* 15.
Quæst. 4. *Qualis injustitiæ culpa infert debitum restitutionis?* ibid.
Quæst. 5. *Sola ne culpa theologica debitum inducit restitutionis?* ibid.
Quæst. 6. *An professores alicujus artis teneantur ad restitutionem ex culpa levi, vel levissima?* ibid.
Quæst. 7. *Quænam culpa juridica requiritur in contractu, ut inducat restitutionis debitum?* ibid.
Quæst. 8. *Quomodo possessor bonæ, aut malæ fidei tenetur ad restitutionem?* 16.
Quæst. 9. *Qui res usu consumptibiles bona fide à latrone emit, vel recipit, tenetur ne rem, si extet, restituere, aut in quo factus est ditior?* ibid.
Quæst. 10. *Si fur rapiat rem quæ apud dominum periisset, tenetur ne eandem restituere, si illam conservet, aut pretium, si perit?* ibid.
Quæst. 11. *Cuinam crescit res furto sublata?* 17.
Quæst. 12. *Quomodo dubiæ fidei possessor rem alicui tum restituere debet?* ibid.
Quæst. 13. *Quos fructus restituere tenetur possessor bonæ fidei?* ibid.
Quæst. 14. *Quos fructus restituere possessor malæ fidei debet?* ibid.
Quæst. 15. *Quas expensas detrahere possessor sive bonæ, sive malæ fidei debet?* ibid.
Quæst. 16. *Qui rem bona fide emit, valet ne eam furi reddere, pretium repetendo, an restituere de-*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Quæſt. 2. *Si delictum occultum ſit, & probari poſſit, debet ne accuſatio fieri?* ibid.
§. 3. *De reo*, ibid.
Quæſt. 1. *An reus teneatur fateri veritatem?* ibid.
Quæſt. 2. *Num licitum reo ſit fugere, ut pœnam evitet?* 71.
§. 4. *De teſtibus?* ibid.
Quæſt. 1. *Quandonam homines tenentur teſtificari?* ibid.
Quæſt. 2. *Quinam liberi ſint ab obligatione teſtificandi?* ibid.
Quæſt. 3. *Quandonam teſtis graviter peccat, & tenetur ad reſtitutionem?* 72.
§. 5. *De obligationibus Advocatorum, aliorumque fori miniſtrorum*, ibid.
Quæſt. 1. *Quæ ſint Advocatorum obligationes?* ibid.
Quæſt. 2. *An liceat Advocato defendere cauſam minus probabilem?* ibid.

LIBER X.

DE SACRAMENTIS NOVÆ LEGIS.

DISSERTATIO I.

De Sacramentis generatim.

Cap. I. *Propoſitiones ab Eccleſia damnatæ*, 73.
Cap. II. *Propoſitiones laxæ Caſuiſtarum*, ibid.
Cap. III. *De Sacramentis novæ legis latæ per Chriſtum*, 76.
Quæſt. 1. *Quid ſit Sacramentum novæ legis?* ibid.
Quæſt. 2. *Quænam ſunt partes Sacramentorum novæ legis?* ibid.
Quæſt. 3. *Materiam, & formam Baptiſmi, & Euchariſtiæ determinavit ne Chriſtus Dominus?* ibid.
Quæſt. 4. *Aliorum quinque Sacramentorum determinavit ne Chriſtus res, & verba in ſpecie?* ibid.
Quæſt. 5. *Quæ mutatio materiæ vel formæ reddat nullum Sacramentum?* 77.
Quæſt. 6. *Quot variari modis forma ſacramentalis poteſt*, ibid.
Quæſt. 7. *Licitum ne eſt in perficiendis Sacramentis uti materia, aut forma dubia?* ibid.
Quæſt. 8. *Licitus ne eſt uſus formæ conditionatis?* ibid.
Quæſt. 9. *Quot ſunt Sacramenta novæ legis?* ibid.
Quæſt. 10. *Quænam ſit Sacramentorum efficacia in conferenda gratia?* ibid.
Quæſt. 11. *Sacramenta novæ legis phyſicè ne, an moraliter gratiam producunt?* ibid.
Quæſt. 12. *Quænam ſit gratia, quam novæ legis Sacramenta conferunt?* ibid.
Quæſt. 13. *An ſacramenta novæ legis, præter gratiam ſanctificantem peculiarem aliquam gratiam, quæ Sacramentalis dicitur, conferant?* 78.
Quæſt. 14. *An ſacramenta vivorum per accidens producant primam gratiam?* ibid.
Quæſt. 15. *An ſacramenta novæ legis imprimant characterem?* ibid.
Quæſt. 16. *Quomodo differant Sacramenta novæ à ſacramentis veteris legis?* ibid.
Quæſt. 17. *An Chriſtus Dominus immediatè omnia Sacramenta inſtituerit?* ibid.
Cap. IV. *De Sacramentorum miniſtris*, ibid.
Quæſt. 1. *Quinam ſint Sacramentorum miniſtri legitimi*, ibid.
Quæſt. 2. *Utrum in perficiendis Sacramentis requiratur intentio in miniſtris?* ibid.
Quæſt. 3. *Ut validum ſit Sacramentum, requiritur ne in miniſtro fides, aut intentio producendi effectum ſacramentalem?* 79.
Quæſt. 4. *An ad Sacramenti integritatem requiratur ut miniſter intendat facere id quod facit Eccleſia Romana?* ibid.
Quæſt. 5. *An neceſſaria ſit intentio actualis, vel ſufficiat virtualis?* ibid.
Quæſt. 6. *Validum ne Sacramentum eſt forma conditionali adminiſtratum?* ibid.
Quæſt. 7. *Peccant ne lethaliter Sacerdotes qui ſibi gravis culpæ conſcii ſacramenta ex officio adminiſtrant?* ibid.
Quæſt. 8. *An peccet mortaliter Sacerdos qui mortalis culpæ reus Euchariſtiam adminiſtrat?* ibid.
Quæſt. 9. *Peccat ne Sacerdos qui in peccato mortali audit confeſſiones?* 80.
Quæſt. 10. *An miniſter ſibi peccati mortalis conſcius teneatur confiteri ſacramentaliter antequam Sacramentum adminiſtret, ſi abſit copia Confeſſarii, & non urgeat neceſſitas ſuccurrendi periclitanti?* ibid.
Quæſt. 11. *Quando, & quibus adminiſtrari ſacramenta debent?* ibid.
Quæſt. 12. *Licitè ne adminiſtrantur Sacramenta indignis?* ibid.
Quæſt. 13. *Licet ne ſimulare Sacramentorum adminiſtrationem?* 81.
Quæſt. 14. *Licitum ne eſt petere Sacramenta à miniſtro indigno?* ibid.

DISSERTATIO II.

De Baptiſmo, & Confirmatione.

Cap. I. *Baptiſmi notio, ejuſque materia*, ibid.
Quæſt. 1. *Quid ſit baptiſmus novæ legis?* ibid.
Quæſt. 2. *Quænam Baptiſmi materia?* ibid.
Quæſt. 3. *Num vetuſtus, & probandus uſus ſit quo Eccleſia Romana conficerat aquam Baptiſmo inſervientem?* ibid.

Quæſt.

Quæſt. 4. *Quænam aqua dicenda ſit naturalis?* ibid.
Quæſt. 5. *Quænam ſit materia proxima baptiſmi?* 82.
Quæſt. 6. *Infans in utero matris incluſus baptizari ne valet utero matris abluto?* ibid.
Quæſt. 7. *Licitumne eſt ſecare alvum mulieris deſperatæ ſanitatis, ut baptizetur infans?* ibid.
Cap. II. *De forma, & triplici Baptiſmo*, ibid.
Quæſt. 1. *Legitimane eſt forma verborum, qua Eccleſia Latina utitur?* ibid.
Quæſt. 2. *Requiriturne ad valorem Baptiſmi ut exprimatur actus baptizantis per verbum* baptizo, *aut* baptizatur? ibid.
Quæſt. 3. *Qui deliberatè omitteret hanc particulam* ego *in forma Baptiſmi, graviter ne peccaret?* ibid.
Quæſt. 4. *Qui baptizaret hac forma*: Ego te baptizo in nomine Patris, in nomine Filii, in nomine Spiritus Sancti, *validum ne conferret Baptiſma?* ibid.
Quæſt. 5. *Quotuplex eſt Baptiſmus?* 83.
Quæſt. 6. *Quæ diſpoſitiones requirantur in adultis ad ſuſcipiendum martyrium?* ibid.
Cap. III. *De miniſtro Baptiſmi, ejuſdem inſtitutione, obligatione, & neceſſitate?* ibid.
Quæſt. 1. *Quotuplex eſt Baptiſmi miniſter*, ibid.
Quæſt. 2. *An unus miniſter unica aſperſione poſſit baptizare plures?* ibid.
Quæſt. 3. *Quandonam Baptiſmus inſtitutus eſt?* 84.
Quæſt. 4. *Quænam eſt ſuſcipiendi Baptiſmi neceſſitas?* ibid.
Quæſt. 5. *Quo tempore ſuſcipi Baptiſmus debet?* ibid.
Quæſt. 6. *Præceptum ſuſcipiendi Baptiſmi obligatne ut adulti quamprimum commodè poſſunt, ſuſcipiant Baptiſmum?* ibid.
Quæſt. 7. *Baptizari ne poſſunt infantes infidelium reluctantibus parentibus?* ibid.
Cap. IV. *De diſpoſitionibus adultorum ad ſuſcipiendum Baptiſmum, & de ejuſdem effectibus, & cæremoniis*, 85.
Quæſt. 1. *Requiriturne in adultis ad Baptiſmum ritè ſuſcipiendum fides, dolor de peccatis, & charitas inchoata?* ibid.
Quæſt. 2. *Qui ſunt Baptiſmi effectus?* ibid.
Quæſt. 3. *An Baptiſmus ficte ſuſceptus, recedente fictione peccata deleat?* ibid.
Quæſt. 4. *Quænam ſunt Baptiſmi cæremoniæ*, 85.
Cap. V. *De profeſſionis baptiſmalis obligatione?* ibid.
Cap. VI. *De Sacramento Confirmationis*, 87.
Quæſt. 1. *Eſtne Confirmatio Sacramentum novæ legis?* ibid.
Quæſt. 2. *Quænam eſt hujus ſacramenti materia?* ibid.
Quæſt. 3. *Quænam eſt forma Sacramenti Confirmationis*, 88.
Quæſt. 4. *Quiſnam iſtius Sacramenti auctor?* ibid.
Quæſt. 5. *An ſolus Epiſcopus ſit ordinarius hujus Sacramenti miniſter?* ibid.
Quæſt. 6. *Quinam ſunt capaces ſuſcipiendi hoc Sacramentum?* ibid.
Quæſt. 7. *Quænam diſpoſitiones in adultis confirmandis requirantur?* ibid.
Quæſt. 8. *Quinam ſunt Confirmationis effectus?* ibid.
Quæſt. 9. *Daturne præceptum ſuſcipiendi hoc Sacramentum?* ibid.
Quæſt. 10. *Qui ſunt ritus iſtius Sacramenti ſuſcipiendi*, 89.

DISSERTATIO III.

De Auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento.

Cap. I. *Euchariſtiæ notio, ejuſque materia, ac forma*, ibid.
Quæſt. 1. *Quid ſit Euchariſtia?* ibid.
Quæſt. 2. *Utrum ſolus panis triticeus, & vinum de vite ſit materia Euchariſtiæ?* ibid.
Quæſt. 3. *Utrum panis conſecrandus debeat eſſe azymus, aut fermentatus?* 90.
Quæſt. 4. *Utrum vinum de vite ſit materia Euchariſtiæ?* ibid.
Quæſt. 5. *Utrum aqua vino admiſcenda ſit in calicis conſecratione?* ibid.
Quæſt. 6. *Utrum hæc ſola dominica verba*: Hoc eſt corpus meum, *ſint eſſentialia conſecrationi panis Euchariſtici?* ibid.
Quæſt. 7. *Sola ne hæc verba*: Hic eſt calix Sanguinis mei, *ſeu* Hic eſt Sanguis meus, *ſunt de eſſentia conſecrationis calicis; an verò etiam alia quæ ſequuntur* Novi, & æterni, *&c.?* ibid.
Cap. II. *Nonnullæ quæſtiones quæ ſuper reali Chriſti præſentia in Euchariſtia excitari ſolent*, 91.
Quæſt. 1. *An Chriſtus ſit totus in qualibet ſpecierum parte?* ibid.
Quæſt. 2. *An accidentia, ſeu ſpecies ſacramentales corrumpi, & nutrire valeant?* ibid.
Quæſt. 3. *An Chriſtus in Euchariſtia adorandus ſit cultu latriæ?* ibid.
Cap. III. *De Euchariſtiæ miniſtro, & de illis quibus adminiſtrari debet*, ibid.
Quæſt. 1. *An ſolus Sacerdos ſit diſpenſandæ Euchariſtiæ miniſter ordinarius?* ibid.
Quæſt. 2. *Teneturne Parochus tempore peſtis cum vitæ periculo communicare ſuos parochianos?* 92.
Quæſt. 3. *Adminiſtrandane parvulis eſt Euchariſtia?* ibid.
Quæſt. 4. *An concedenda ſit Euchariſtia publicis peccatoribus?* ibid.

Quæst. 5. *Potest ne Sacerdos ob metum mortis, aut notabilis suæ infamiæ administrare Eucharistiam publico peccatori?* ibid.

Cap. IV. *De necessitate istius Sacramenti, ejusque effectibus*, ibid.

Quæst. 1. *Est ne Eucharistia necessaria vi præcepti divini?* ibid.

Quæst. 2. *Qui paulò antequam incideret in mortis periculum, communicavit, astringitur ne iterum sumere sacrum viaticum?* 93.

Quæst. 3. *An hoc divinum præceptum pluries obligeat?* ibid.

Quæst. 4. *Obligat ne hoc divinum præceptum ut Eucharistia sumatur sub utraque specie?* ibid.

Quæst. 5. *Quinam sint Eucharistiæ effectus?* ibid.

Cap. V. *De dispositionibus ad Eucharistiam; & de frequenti communione. Plures quorumdam opiniones refelluntur?* ibid.

Quæst. 1. *An præceptum de præmittenda Confessione ab eo qui est in peccato mortali, sit divinum, vel humanum?* ibid.

Quæst. 2. *Quid sentiendum de interpretatione aliquorum in præceptum Tridentini confitendi quamprimum?* ibid.

Quæst. 3. *Quid dicendum de interpretatione P. Lacroix, Viva, & aliorum in præfatum Tridentini decretum?* ibid.

Quæst. 4. *Quid de contritione, quam præmittendam à laico conscio peccati mortalis docet P. Tamburinus, urgente necessitate?* 94.

Quæst. 5. *Quid dicendum de opinione asserentium, Sacerdotem mortaliter peccantem in ipsa celebratione Missæ non obstringi ad confitendum quamprimum?* ibid.

Quæst. 6. *Quid dicendum de opinione asserente, dari posse casum in quo communicans in mortali novum peccatum non committat?* 95.

Quæst. 7. *Quid de dispositione ex corporis ad Eucharistiam necessariis dicendum?* ibid.

Quæst. 8. *An licitum sit accedere ad Eucharistiam post conjugalem copulam?* ibid.

Quæst. 9. *Quid de frequenti communione dicendum?* ibid.

DISSERTATIO IV.

De Sacrificio Missæ.

Cap. I. *Sacrificii notio, ejusque necessitas*, 96.

Quæst. 1. *Quid, & quotuplex sit sacrificium?* ibid.

Quæst. 2. *An fidei dogma sit, Missam esse Sacrificium?* ibid.

Quæst. 3. *Utrum essentia Sacrificii Missæ sita sit in oblatione?* ibid.

Cap. II. *De valore Sacrificii Missæ. Pro quibus offerri, & à quo ministrari possit*, 97.

Quæst. 1. *Est ne infinitus valor Sacrificii Missæ?* ibid.

Quæst. 2. *Qui sint effectus Sacrificii Missæ?* ibid.

Quæst. 3. *Cui, & pro quibus Missæ Sacrificium offertur?* ibid.

Quæst. 4. *Utrum offerri Sacrificium possit pro animabus in Purgatorio detentis?* ibid.

Quæst. 5. *Quisnam est minister Sacrificii Missæ?* ibid.

Quæst. 6. *An Sacerdotes scelesti, hæretici, schismatici, suspensi, excommunicati, degradati, valide Sacrificium perficiant?* ibid.

Cap. III. *De eleemosynis pro Missis celebrandis*, 98.

Quæst. 1. *A quo taxanda est eleemosyna conferenda Sacerdoti Missam celebranti?* ibid.

Quæst. 2. *An liceat Sacerdoti divitis eleemosynam accipere ut Missam celebret?* ibid.

Quæst. 3. *Quinam Sacerdotes in celebrando suspicionem simoniæ præbeant?* ibid.

Quæst. 4. *Utrum Sacerdos possit per alium celebrare, retenta sibi parte stipendii accepti?* ibid.

Quæst. 5. *An Sacerdos possit accipere duplex stipendium, alterum pro officiatura, ut dicitur, in Ecclesia designata, alterum pro applicatione?* 99.

Quæst. 6. *Potest ne unica Missa pluribus satisfieri obligationibus?* ibid.

Quæst. 7. *Quibus diebus animarum curam habentes applicare Missam pro commisso sibi grege debent?* 100.

Quæst. 8. *Qua hora celebrare licet?* ibid.

Quæst. 9. *Quandonam licet pluries eodem die celebrare?* ibid.

Quæst. 10. *Quo in loco celebrandum est?* ibid.

Quæst. 11. *Quid de Oratoriis privatis dicendum?* ibid.

Quæst. 12. *Quid dicendum de Ecclesiæ consecratione, ejusdemque pollutione?* ibid.

Quæst. 13. *An Sacerdos teneatur Missam offerre?* 101.

Cap. IV. *De ritu, seu cæremoniis, & rubricis, quibus celebrari debet*, ibid.

Quæst. 1. *Quotuplex est cæremoniarum Missæ genus* ibid.

Quæst. 2. *Quot in partes Missa tribuitur?* ibid.

Quæst. 3. *Est ne peccatum mortale negligere rubricas in Missa celebranda?* 102.

Quæst. 4. *Qui omitteret aliquam Missæ partem, peccaret ne mortaliter?* ibid.

LIBER XI.

De Sacramento Pœnitentiæ.

DISSERTATIO I.

De Virtute, & Sacramento Pœnitentiæ.

Cap. I. §. 1. *Propositiones à S. Sede damnatæ*, ibid.

§. 2. *Opiniones plurium Casuistarum quæ videntur æquo laxiores*, 103.

§. 3. *Opiniones quæ P. Balthasari Francolino æquo rigidiores videntur*, 111.

Cap. II. *Axiomata quorumdam Casuistarum, quæ sunt veluti loci theologici, seu fontes, unde isti suas hauriunt conclusiones, & resolutiones*, 113.

Cap. III. *De virtute pœnitentiæ*, 117.

Quæst. 1. *Quid sit pœnitentia generatim accepta?* ibid.

Quæst. 2. *Quot gradibus ad pœnitentiæ virtutem pervenitur?* 118.

Quæst. 3. *Quinam sint pœnitentiæ effectus?* ibid.

Cap. IV. *De Sacramento Pœnitentiæ, ejusque materia remota, & proxima*, ibid.

Quæst. 1. *Quid sit Sacramentum Pœnitentiæ?* ibid.

Quæst. 2. *Quænam est materia istius Sacramenti?* ibid.

Quæst. 3. *Quænam est materia proxima istius Sacramenti?* ibid.

Cap. V. *De contritione prima pœnitentiæ parte, ejusque naturali, divinoque præcepto?* ibid.

Quæst. 1. *Quid sit contritio generatim sumpta?* ibid.

Quæst. 2. *Præceptum contritionis obligat ne statim ac homo peccavit?* 119.

Quæst. 3. *Quid de opinione Leandri asserentis, præceptum contritionis obligare per se tantum in articulo mortis, dicendum?* ibid.

Quæst. 4. *Quid sentiendum de opinione P. Sporer?* ibid.

Quæst. 5. *An præceptum contritionis ex charitate concepta deficiat in lege evangelica, admisso Sacramentorum usu?* ibid.

Quæst. 6. *Peccator qui per annum confiteri nequit ex defectu confessarii, tenetur ne ad contritionem?* 120.

Quæst. 7. *Utrum sit nimium laxa opinio De-Lugo negantis præceptum contritionis in articulo mortis?* ibid.

Cap. VI. *De insufficientia attritionis formidolosæ, seu servilis ad Sacramentum Pœnitentiæ validè suscipiendum*, ibid.

§. 1. *Status quæstionis aperitur*, 121.

§. 2. Præjudicium primum. *Evidenter falsum est, Tridentinum definisse attritionem servilem sufficere ad Sacramentum Pœnitentiæ; immo aperte repugnat tali opinioni?* ibid.

§. 3. Præjudicium secundum, *quo plures præventi falsò existimant, charitatem in quocumque gradu etiam remisso justificare impium extra Sacramentum*, ibid.

§. 4. Præjudicium tertium, *quo Attritionarii Rigorismi notam inurunt charitati evangelicæ, & formidolosam attritionem benignitatis larva induunt*, 122.

§. 5. *Pauca præmittuntur de diversitate timoris*, 123.

§. 6. *Insufficientia attritionis servilis ad Sacramentum Pœnitentiæ ostenditur*, ibid.

§. 7. *Diluuntur adversariorum objectiones*. 124.

Cap. VII. *De necessitate amoris, seu charitatis inchoatæ ad Sacramentum Pœnitentiæ*, ibid.

§. 1. *Scripturarum, & Concilii Tridentini testimoniis evincitur amoris initialis necessitas in quacumque peccatoris conversione*, ibid.

§. 2. *SS. Augustini, & Thomæ testimoniis necessitas charitatis inchoatæ demonstratur*, 126.

§. 3. *Rationibus è Scripturis sanctis hausris evincitur necessitas charitatis inchoatæ ad Pœnitentiæ Sacramentum ritè suscipiendum*, 127.

§. 4. *Diluuntur adversariorum objecta*, 128.

§. 5. *Sententia formidolosæ attritionis in 1. thesi ab Innoc. XI. proscripta vi evidentis ratiocinii evincitur contenta*, ibid.

§. 6. *Paradoxon Salmanticensium paucis refellitur, & sententia nostra confirmatur*, 130.

Cap. VIII. *Nonnullæ quæstiones de dolore, & proposito non peccandi resolvuntur*, ibid.

Quæst. 1. *An pœnitens elicere dolorem debeat de peccato cum intentione confitendi?* ibid.

Quæst. 2. *An dolor præcedere confessionem debeat, an satis sit ut post confessionem ante absolutionem eliciatur?* ibid.

Quæst. 3. *Quid dicendum de opinione P. Viva asserentis, dolorem conceptum ex motivo damni temporalis sat esse ad confessionem?* 131.

Quæst. 4. *Quid dicendum de opinione P. Tamburini docentis, non esse inculcandum peccatori ut doleat de illo peccato cujus magno afficitur amore?* ibid.

Quæst. 5. *Requiritur ne propositum formale, & explicitum non peccandi de cætero?* ibid.

Cap. IX. *Imago justificationis christianæ sanctarum Scripturarum lineamentis depicta*, 132.

§. 1. *Justificationem christianam firmam, ac stabilem Scripturæ sanctæ repræsentant*, ibid.

§. 2. *Rationum momenta, & communi hominum sensu justificationis christianæ stabilitas confirmatur*, 133.

§. 3. *Nova, & falsa inter Christianos divinæ justificationis idea concipitur. Cur christiani factarum justificationum horrenda spectra non perhorrescant? Quia via media invecta est*. 134.

Cap. X. *Conditionis propositi necessarii ad confessionem*,

nem, 136.
Quæst. 1. *Quid dicendum de opinione quæ docet, propositum sufficere ad confessionem, licèt pœnitens certo sciat se relapsurum?* ibid.
Quæst. 2. *Quid dicendum de censura quam P. Francolinus iunxit Episcopo Gennet, quia is vult propositum esse firmum & constans?* 137.
Quæst. 3. *Quid dicendum circa propositum universale vitandi omnia mortalia?* ibid.
Quæst. 4. *Quas vitare occasiones debet pœnitens, ut propositum dicatur efficax?* ibid.
Quæst. 5. *Quid de proposito vitandi occasiones proximas doceant Probabilistæ plures?* ibid.
Quæst. 6. *Quid dicendum de regula quam proponunt PP. Sporer, Gobat, Caranuel, & alii circa propositum vitandæ occasionis in qua probabiliter scis te lapsurum?* 138.
Quæst. 7. *Quid si occasio propinqua, & an pœnitens habere propositum debeat illam evitandi?* ibid.
Quæst. 8. *Quid dicendum de opinione PP. Sporer, Layman, & aliorum circa debitum derelinquendi occasiones propinquas?* ibid.
Quæst. 9. *Quid dicendum de opinione docente, absolvendos adolescentes qui laborando cum fœminis, consensu, tactibus, & copula peccant, quia non habitant in eadem domo?* ibid.
Quæst. 10. *Quid dicendum de illorum opinione qui in peccatore justificando non requirunt expressos actus fidei, & spei?* 139.

DISSERTATIO II.

De Confessione sacramentali, & satisfactione.

Cap. I. *Quid sit confessio sacramentalis, & quandò divinum ejus præceptum obliget?* ibid.
Quæst. 1. *Quo tempore divinum hoc præceptum per se obliget?* ibid.
Quæst. 2. *An quandò adest periculum oblivionis alicujus, vel multorum peccatorum mortalium, teneatur quis confiteri ante annum?* ibid.
Quæst. 3. *Quid dicendum de infrascripta opinione P. Gobat?* 140.
Quæst. 4. *Quid dicendum de opinione Leandri negantis debitum confitendi illorum qui recipere alia sacramenta volunt præter Eucharistiam?* ibid.
Cap. II. *De confessionis sacramentalis conditionibus,* ibid.
Quæst. 1. *Utrum formaliter integra esse debeat confessio?* ibid.
Quæst. 2. *Quæ diligentia adhibenda in examine conscientiæ sit?* ibid.
Quæst. 3. *Quid dicendum de regula examinis quam P. Viva proponit?* ibid.
Quæst. 4. *Exprimendus ne est peccatorum numerus?* 141.
Quæst. 5. *Qui diuturna consuetudine peccavit, satis ne eidem est tempus sui vitiosi status exponere non explicato peccatorum numero?* ibid.
Quæst. 6. *Quid dicendum de opinione negante debitum confitendi effectus peccati?* ibid.
Cap. III. *De obligatione confitendi circumstantias peccatorum,* ibid.
Quæst. 1. *Quid dicendum de opinione negante debitum confitendi circumstantias mutantes speciem, dum peccator de eisdem non dubitat?* ibid.
Quæst. 2. *An Religiosus initiatus sacris Ordinibus explicare teneatur circumstantiam voti solemnis?* 142.
Quæst. 3. *An Confessarius peccans cum pœnitente teneatur id fateri?* ibid.
Quæst. 4. *Quid dicendum de opinione negantium debitum confitendi consuetudinem peccandi?* ibid.
Quæst. 5. *Quid dicendum de peccatis ex consuetudine patratis?* 143.
Quæst. 6. *Quid dicendum de opinione P. Tamburini dicentis, non esse manifestandos gradus consanguinitatis peccati patrati cum matre, cum consobrina, &c.* ibid.
Cap. IV. *De obligatione confitendi circumstantias aggravantes mortaliter, intra eamdem speciem. Vindicatur D. Thomæ doctrina,* ibid.
Cap. V. *De cæteris circumstantiis,* 144.
Quæst. 1. *Quinam sit significatus circumstantiæ quid?* ibid.
Quæst. 2. *Quid prodit circumstantia ubi?* 145.
Quæst. 3. *Quid dicendum de opinione negante tactus impudicos in Ecclesia esse sacrilegos?* ibid.
Quæst. 4. *Qui indicant circumstantiæ quibus auxiliis, & cur?* ibid.
Cap. VI. *An peccata dubia confitenda sint?* ibid.
Quæst. 1. *Quid dicendum de opinione docente, non teneri ad confitendum peccata certo commissa, si dubitas an confessus illa fueris?* 146.
Quæst. 2. *Utrum qui dubitat an peccatum quoddam commiserit, teneatur illud confiteri?* ibid.
Quæst. 3. *An peccatum mortale dubium debeamus confiteri ut dubium?* ibid.
Cap. VII. *De causis excusantibus ab integritate materiali confessionis. De moribundo sensibus destituto, & de iterandis confessionibus. Laxæ opiniones refelluntur,* 148.
Quæst. 1. *Quænam sint causæ excusantes ab integritate materiali confessionis?* ibid.
Quæst. 2. *Quid dicendum sit de opinione asserente, frequentiam magnam pœnitentium ratione scientiæ excusare ab integritate materiali?* ibid.
Quæst. 3. *Utrum persona complicis manifestanda sit in confessione?* ibid.
Quæst. 4. *Absolvi ne possit moribundus sensibus destitutus, quando petiit confessionem ante adventum Sacerdotis?* ibid.
Quæst. 5. *An moribundus sensibus repentè destitutus, qui nec petiit, nec signa dedit confessionis, si tamen piè, & christianè vixerit, sit absolvendus?* ib.
Quæst. 6. *Quid dicendum de opinione P. Gormaz?* ibid.
Quæst. 7. *Quid dicendum de opinione P. Gobat, qua eludit suæ Societatis decretum prohibens absolutionem moribundi destituti sensibus?* 149.
Quæst. 8. *Datur ne confessio valida, & informis?* ibid.
Quæst. 9. *Quo in casu iteranda confessio est?* ibid.
Cap. VIII. *De Satisfactione, tertia Pœnitentiæ Sacramenti parte integrali,* ibid.
Quæst. 1. *Quid sit satisfactio Sacramentalis?* ibid.
Quæst. 2. *Quæ sunt opera quibus satisfacere homo potest Deo pro peccatis?* ibid.
Quæst. 3. *Qui sunt satisfactionis effectus?* 150.
Quæst. 4. *Quænam fuit antiqua Ecclesiæ disciplina in satisfactionibus imponendis?* ibid.
Cap. IX. *De qualitate, quantitate, & tempore satisfactionis injungendæ pœnitentibus,* ibid.
Quæst. 1. *Quotuplex sit satisfactionis genus?* ibid.
Quæst. 2. *Quid præscripsit Tridentinum circa quantitatem pœnitentiæ injungendæ?* ibid.
Quæst. 3. *In pœnitentiis injungendis reflectere ne Confessarii debent ad antiquos canones?* 151.
Quæst. 4. *Quid dicendum de quorumdam praxi imponentium levem pro gravibus delictis satisfactionem?* ibid.
Quæst. 5. *Quid dicendum de opinione docentium, nullam, aut modicam injungendam esse pœnitentiam, dum pœnitentes confitentur ad lucrandam indulgentiam?* 152.
Quæst. 6. *Quid dicendum de opinione docentium leves pœnitentias pro gravissimis delictis imponendas esse?* ibid.
Cap. X. *De obligatione pœnitentium acceptandi satisfactionem impositam à Confessario pro peccatis mortiferis?* ibid.
Quæst. 1. *Tenentur ne sub mortali pœnitentes acceptare pœnitentiam impositam à Confessario?* ibid.
Quæst. 2. *An pœnitentiæ ideo sint suspectæ, quia à Mendicantibus injunguntur?* 153.
Cap. XI. *De indulgentiis,* ibid.

DISSERTATIO III.

De Ministro Pœnitentiæ Sacramenti, ejusque jurisdictione.

Cap. I. *De sublimi dignitate, & dotibus Confessarii,* 156.
§. 1. *De spiritu fortitudinis, & libertatis Confessarii,* ibid.

§. 2. *De Charitate, & prudentia Confessarii,* 157.
§. 3. *De scientia Confessarii. Unde illam haurire debeat. PP. Lacroix, Gobat, & aliorum axiomata refelluntur,* 158.
§. 4. *Extrema laxitatis, & rigoris æquo severioris vitanda,* 161.
§. 5. *Sanctorum Patrum tum antiquæ, tum postremæ ætatis auctoritate confirmatur periculum labendi in Laxismum,* 162.
Cap. II. *De jurisdictione ministri pœnitentiæ Sacramenti,* 163.
Quæst. 1. *Solus ne Sacerdos est minister Sacramenti Pœnitentiæ?* ibid.
Quæst. 2. *Quotuplex sit Sacerdotis potestas?* ibid.
Quæst. 3. *Utrum regularis præsentatus Episcopo, & injustè rejectus, jurisdictionem acquirat, & validè absolvat?* ibid.
Quæst. 4. *Quid sit jurisdictio ordinaria, & delegata?* 164.
Quæst. 5. *Utrum omnis Sacerdos in articulo mortis habeat jurisdictionem absolvendi à peccatis, & à censuris?* ibid.
Quæst. 6. *Quisnam sit proprius minister vagorum, peregrinorum, & eorum qui in duplici parochia habent domicilium?* ibid.
Quæst. 7. *An jurisdictio expiret morte concedentis?* 165.
Quæst. 8. *An error communis deficiente titulo colorato, sit satis ut dicatur jurisdictionem conferri?* ibid.
Quæst. 9. *An sufficiat jurisdictio dubia, & probabilis?* ibid.
Cap. III. *De casuum reservatione,* 166.
Quæst. 1. *An ignorantia excuset à casuum reservatione?* ibid.
Quæst. 2. *An peccata intelligantur reservata, quandò dubitatur de eorum reservatione?* 167.
Quæst. 3. *Quinam possit à reservatis absolvere,* ibid.

DISSERTATIO IV.

De Absolutione sacramentali impertienda, differenda, deneganda; de sigillo Confessarii, & de solicitatione.

Cap. I. *De forma absolutionis sacramentalis,* 168.
Quæst. 1. *Quibus verbis constet forma Sacramentalis?* ibid.
Quæst. 2. *Licitum ne est formæ absolutionis conditionem adjicere?* ibid.
Quæst. 3. *Impertienda ne est absolutio absenti?* ibid.
Quæst. 4. *Quæ præsentia pœnitentis requiritur ut concedi absolutio possit?* 169.
Cap. II. *Vera peccatoris conversi imago ex Scripturis sanctis, & Patribus,* ibid.

§. un.

Cap. II. *Quomodò simonia committatur dum res temporalis traditur aut tamquam pretium, vel tamquam motivum, vel ut gratuita compensatio*, 207.
Quæst. 1. *Qui dat pecuniam tamquam motivum non immediatè obtinendi rem spiritualem, sed tamquam motivum medium honestum, ex quo expectatur res spiritualis, committit ne simoniam?* ibid.
Quæst. 2. *Utrum liceat dare temporale sub spe obtinendi à donatario spirituale, & contra, titulo amicitiæ, & gratitudinis?* 208.
Quæst. 3. *An Sacramentorum vendatio sit simoniaca?* ibid.
Quæst. 4. *An sit simonia vendere, aut emere actus jurisdictionis potestatis ecclesiasticæ?* ibid.
Quæst. 5. *Simonia ne est quidquam accipere pro ingressu in monasteria?* ibid.
Quæst. 6. *Est ne simonia jure divino vetita, beneficia quæcumque conferre intuitu temporalis emolumenti?* ibid.
Quæst. 7. *Permutari ne beneficia valent absque simonia?* 209.
Quæst. 8. *Quomodò resignari beneficium absque simonia possit?* 210.
Quæst. 9. *An renuntiatio confidentialis beneficiorum sit simoniaca?* ibid.
Cap. III. *De pœnis contra simoniacos, & de restitutione eorum quæ per simoniam acquisita sunt*, ibid.
Quæst. 1. *Subjacent ne pœnis contra simoniam conventionalem latis, quando simonia non est completa ex utraque parte?* ibid.
Quæst. 2. *Quæ pœnæ impositæ sunt sacros Ordines simoniacè recipientibus?* ibid.
Quæst. 3. *An simonia in beneficiorum collatione privet beneficiis ante ritè obtentis?* 211.
Quæst. 4. *An acquisita per simoniam restitui debeant?* ibid.

DISSERTATIO III.

De Beneficiis.

Cap. I. *Beneficii ecclesiastici notio, & varia beneficiorum genera*, ibid.
Quæst. 1. *Quid sit beneficium ecclesiasticum?* ibid.
Quæst. 2. *Quotuplex sit beneficium?* ibid.
Cap. II. *De pensionibus, & coadjutoriis*, 212.
Quæst. 1. *Quid sit pensio, & quis imponere eam jure queat?* ibid.
Quæst. 2. *Quænam requiruntur causæ ut imponi licitè pensiones queant?* ibid.
Quæst. 3. *Quinam sint clericalis pensionis capaces?* ibid.
Quæst. 4. *Quotuplex sit coadjutoria?* ibid.
Cap. III. *De pastorum residentia*, ibid.
Quæst. 1. *Utrum animarum pastores jure naturali & divino residere in suis Ecclesiis teneantur?* ibid.
Quæst. 2. *Romanus Pontifex, ejusque Cardinales tenentur ne residere, ut cæteri pastores?* 213.
Quæst. 3. *Quæ causæ excusant Episcopos à personali residentia?* ibid.
Quæst. 4. *Possunt ne Episcopi unius anni trimestre conjungere cum trimestri alterius anni?* ibid.
Cap. IV. *De qualitatibus ad validam, & licitam beneficiorum acquisitionem necessariis*, ibid.
Quæst. 1. *Quæ ætas requiritur in promovendis ad beneficia ecclesiastica?* ibid.
Quæst. 2. *Quæ scientia, & morum probitas requiritur in promovendis ad beneficia?* ibid.
Quæst. 3. *An licitum sit desiderare regimen animarum?* 214.
Quæst. 4. *Licitum ne est petere vacantem Ecclesiam?* ibid.
Quæst. 5. *Quot modis acquiri beneficia possunt?* ibid.
Cap. V. *De dignioribus ad beneficia ecclesiastica eligendis*, 215.
Quæst. 1. *An dignior, omisso digno, ad beneficia ecclesiastica eligi debeat?* ibid.
Quæst. 2. *Translatio Episcoporum est ne jure naturali, & divino, an tantum ecclesiastico prohibita?* 216.
Quæst. 3. *Quid sit resignatio beneficii?* ibid.
Cap. VI. *De pluralitate beneficiorum*, ibid.
Quæst. unic. *Utrum pluralitas beneficiorum jure naturali, nedum canonico vetita sit?* 217.
Cap. VII. *Beneficiarii ex justitia, nedum ex charitate astringuntur dispensare omnia superflua pauperibus?* ibid.

LIBER XIII.

DE MATRIMONIO, CENSURIS, ET STATU Religioso.

DISSERTATIO I.

De Matrimonio.

Cap. I. *De Matrimonii essentia, & institutione*, 219.
Quæst. 1. *An in lege veteri matrimonium fuerit Sacramentum?* ibid.
Quæst. 2. *Matrimonium in lege evangelica est ne verum Sacramentum?* ibid.
Quæst. 3. *Utrum matrimonium inter fideles absentes per procuratorem, celebratum, sit verum Sacramentum*, ibid.
Cap. II. *De materia, forma, & ministro Sacramenti matrimonii*, 220.
Quæst. 1. *Quænam est matrimonii Sacramenti materia?* ibid.
Quæst. 2. *An Sacerdos assistens contrahentibus sit Sacramenti minister, ejusque verba habeant rationem formæ?* ibid.
Cap. III. *De conditionibus consensus mutui ad matrimonium necessarii*, 221.
Quæst. 1. *An ut matrimonium sit validum, requiratur utriusque conjugis consensus?* ibid.
Quæst. 2. *An consensus metu extortus nullum efficiat matrimonium?* 222.
Cap. IV. *De proprietatibus matrimonii, & de polygamia simultanea, & successiva*, 223.
Cap. V. *De indissolubilitate vinculi conjugalis, & de divortio*, ibid.
Quæst. 1. *An vinculum matrimoniale sit indissolubile?* ibid.
Quæst. 2. *Quid de matrimonio infidelium dicendum?* ibid.
Quæst. 3. *Si conjux infidelis consentiat pacificè habitare cum conjuge fideli, potest ne fidelis conjux aliam ducere?* 224.
Quæst. 4. *An matrimonium Judæorum per libellum repudii nullum evaserit?* ibid.
Quæst. 5. *Utrum matrimonium Christianorum per adulterium dissolvatur?* ibid.
Quæst. 6. *Solvitur ne Christianorum matrimonium ratum non consummatum, per solemnem professionem Religionis approbatæ?* ibid.
Quæst. 7. *Utrum matrimonium Christianorum ratum, & consummatum dirimatur per ingressum in Religionem?* ibid.
Quæst. 8. *Quid sit divortium, & an in utroque conjuge jus ad illud par sit?* ibid.
Quæst. 9. *Quibus in casibus licitum divortium est inter Christianos?* 225.
Quæst. 10. *Quot sunt casus in quibus ob fornicationem licitum divortium non est?* ibid.
Cap. VI. *De sponsalibus, eorumque conditionibus*, ibid.
Quæst. 1. *Quid sint sponsalia?* ibid.
Quæst. 2. *Quibus verbis contrahenda sponsalia sint?* ibid.
Quæst. 3. *Quæ ætas requiritur tum ad sponsalia, tum ad matrimonium contrahendum?* 220.
Quæst. 4. *Quando tempus præfinitum sponsalibus non est, celebrari ne illico matrimonium debet?* ibid.
Quæst. 5. *Utrum licitum sit sponsalibus adjicere obligationem ad pœnam?* ibid.
Quæst. 6. *An dissolvi mutuo consensu sponsalia queant?* ibid.
Quæst. 7. *An post sponsalia contracta juramento firmata possit altera pars licitè ingredi Religionem?* ibid.

Quæst. 8. *Licitumne est, contractis sponsalibus, emittere simplex castitatis votum*, 227.
Quæst. 9. *An sponsalia dirimantur aut per temporis dilationem, aut per unius sponsi absentiam, vel domicilii mutationem?* ibid.
Quæst. 10. *Quænam sint causæ supervenientes quæ sufficiunt ad sponsalia dirimenda?* ibid.
Quæst. 11. *Quæ causæ antecedentes dirimunt sponsalia?* 228.
Quæst. 12. *Quis judex legitimus dirimendi sponsalia?* ibid.
Quæst. 13. *Peccantne mortaliter filii qui insciis, & invitis parentibus sponsalia, vel matrimonium contrahunt?* ibid.
Cap. VII. *De matrimonio clandestino, & de proclamationibus quæ præcedere matrimonium debent*, ibid.
Quæst. 1. *Quid sit matrimonium clandestinum?* ibid.
Quæst. 2. *An in aliquo casu post Tridentinum validum sit matrimonium clandestinum?* ibid.
Quæst. 3. *Quid sit Parochus præscriptus à Tridentino?* 229.
Quæst. 4 *Qui præter Parochum, vel Sacerdotem ab eo designatum, assistere matrimonio valeat?* ibid.
Quæst. 5. *Utrum ad valorem Sacramenti matrimonii requirantur duo testes?* ibid.
Quæst. 6. *Quæ præstare Parochus debet in matrimonii celebratione?* ibid.
Quæst. 7. *An denuntiationes futuri matrimonii sint necessariæ necessitate Sacramenti, an præcepti?* 230.
Quæst. 8. *Peccantne conjuges, si consumment matrimonium ante benedictionem nuptialem?* ibid.

DISSERTATIO II.

De impedimentis dirimentibus, & impedientibus, eorumque dispensatione.

Cap. I. *De impedimentis dirimentibus*, ibid.
Quæst. 1. *An error personæ dirimat matrimonium?* ibid.
Quæst. 2. *Quid nomine conditionis intelligitur?* ibid.
Quæst. 3. *Quid sit impedimentum voti, & Ordinis sacri?* 231.
Quæst. 4. *Quid sit impedimentum cognationis?* ibid.
Quæst. 5. *Quid, & quotuplex sit consanguinitas?* ibid.
Quæst. 6. *Quot sunt regulæ quæ à Theologis, & Canonistis assignantur pro graduum consanguinitatis computatione?* ibid.
Quæst. 7. *Quid sit impedimentum criminis?* 232.
Quæst. 8. *Quid sit impedimentum disparis cultus?* ibid.
Quæst. 9. *Quid sit impedimentum coactionis, &*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN ®
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

§. un. *Panci peccatores habituati, vel recidivi facile relabentes in pollutiones, in fornicationes, in oscula, & tactus, brevi temporis intervallo convertentur: idque omnium Concionatorum auctoritate confirmatur. Monitum pro Missionariis*, 171.

Cap. III. *Plures quæstiones de absolutione impertienda, vel differenda peccatoribus recidivis, & in occasione peccandi versantibus*, 172.

§. 1. *Propositiones de occasione proxima ab Ecclesia damnatæ*, 173.

§. 2. *Falsæ opiniones quorumdam Casuistarum refelluntur*, 174.

Quæst. 1. *An possit absolvi concubinarius antequam expellat concubinam?* ibid.

Quæst. 2. *An possit absolvi concubinarius, non ejecta è domo concubina, quod nequeat absque magno detrimento suæ vitæ, honoris, vel pecuniæ?* ibid.

Quæst. 3. *An possit absolvi concubinarius, non ejecta è domo concubina, eo quod famam amitteret, si concubinam expelleret?* ibid.

Quæst. 4. *An possit absolvi, non ejecta concubina, concubinarius qui dictæ fœminæ debit mutuo v.gr. centum aureos, & credit se illos esse amissurum, si domo illam expellat?* ibid.

Quæst. 5. *An possit absolvi pœnitens qui adhuc post repetitam monitionem modò cum una, modò cum altera fornicatur?* 175.

Quæst. 6. *An possit absolvi Confessarius qui ex devotione excipit confessiones, in quibus audiendis crebrò voluntarie pollitur?* ibid.

Quæst. 7. *An possit absolvi medicus, vel chirurgus, qui in medendis fœminis sæpè peccant, si propositum cessandi à curatione non habeant?* ibid.

Quæst. 8. *An possit absolvi hospita sine proposito non recipiendi hospitem quocum pluries peccavit, quandò absque magno scandalo, aut detrimento non posset eum hospitio suo prohibere?* ibid.

Quæst. 9. *Absolvendi ne sunt histriones, mimæ, cantatrices, & saltatrices, comœdæ?* ibid.

Quæst. 10. *An liceat adire occasionem in qua probabile est te lapsurum?* 176.

Quæst. 11. *Quid dicendum de opinione quæ defendit, non esse denegandam absolutionem plebeis juvenibus exutis in eodem lecto cum puellis eubantibus, & nolentibus proponere separationem?* ibid.

Quæst. 12. *Utrum absolvi possit persistens in occasione propinqua moraliter peccandi, quia sine gravi incommodo corporis, famæ, vel fortunarum eam tollere non potest?* ibid.

Quæst. 13. *Quid dicendum circa absolutionem recidivorum?* ibid.

Quæst. 14. *Quid dicendum de quadam P. Lacroix opinione?* 177.

Quæst. 15. *Quid sentiendum sit de doctrina recens tradita in quadam dissertatione typis vulgata an. 1754.?* ibid.

§. 3. *Nonnullæ quæstiunculæ de officio Confessarii, quæ praxim spectant, resolvuntur?* 182.

Quæst. 1. *Quid in primis observare Confessarius debet confessiones auditurus?* ibid.

Quæst. 2. *Quid observare debet Confessarius in interrogatione pœnitentium?* ibid.

Quæst. 3. *Utrum Confessarius interrogare de socio criminis debeat?* ibid.

Quæst. 4. *An Confessarius astringatur admonere pœnitentes eorum quæ ignorant sive vincibiliter, sive invincibiliter?* ibid.

Quæst. 5. *Quid si Confessarius interrogetur à pœnitente ut veritatem eorum quæ ignorat, pandat?* 183.

§. 4. *Accommodare ne Confessarii se debent opinionibus pœnitentium, relictis propriis?* ibid.

§. 5. *Quomodo se gerere debeat Confessarius in concedenda, aut differenda absolutione?* 185.

Cap. IV. *De sigillo confessionis*, 186.

Quæst. 1. *Quo jure Confessarii custodire secretum eorum quæ audierunt in confessione debent?* ibid.

Quæst. 2. *Quam gravis sit sigilli custodia, & an liceat aliquo in casu illud violare?* ibid.

Quæst. 3. *Potest ne Confessarius loqui de auditis in confessione ex licentia pœnitentis?* ibid.

Quæst. 4. *Quid respondere Confessarius debet rogatus an audierit confessionem concubinæ, meretricis, &c.* 187.

Quæst. 5. *Potest ne Confessarius dicere, in tali oppido, communitate, collegio gravia crimina patrari, dum ea in confessione audivit?* ibid.

Quæst. 6. *Quomodo se gerere Confessarius debet quandò interrogatur de auditis in confessione?* ibid.

Quæst. 7. *Quinam teneantur ad hoc sigillum?* ibid.

Cap. V. *De solicitatione*, 188.

Quæst. 1. *Denuntiari ne debent Confessarii solicitantes mascvulos ad turpia?* 190.

Quæst. 2. *Denuntiandus ne est Confessarius qui chartam provocantem ad turpia mulieri confitenti legendam tradit?* ibid.

Quæst. 3. *Sacerdotes qui fingunt se Confessarios, cum non sint, denuntiari ne debent, si soliciteni ad turpia?* ibid.

Quæst. 4. *Quem sensum hæc verba, in actu sacramentalis confessionis, vel ante, vel immediatè post, præferunt?* ibid.

Quæst. 5. *Quem sensum hæc verba, vel occasione, vel prætextu confessionis, prodant?* ibid.

Monitum ad Confessarios, ibid.

LI-

LIBER XII.

DE SACRAMENTIS EXTREMÆ UNCTIONIS, & Ordinis: de Simonia, & Beneficiis.

DISSERTATIO I.

De Extrema unctione, & Ordine.

Cap. I. *Propositiones damnatæ, & laxæ recensentur quæ reliqua tria sacramenta extremæ unctionis, Ordinis, & matrimonii respiciunt*, 192.

§. 1. *Theses proscriptæ ab Alexandro VII. & Innocentio XI.* ibid.

§. 2. *Propositiones laxæ quorumdam Casuistarum*, ibid.

Cap. II. *De Sacramento extremæ unctionis, ejusque materia, & forma; de ministro, subjecto, & dispositionibus ad illud suscipiendum*, 196.

Quæst. 1. *Extrema unctio est ne verum Sacramentum?* ibid.

Quæst. 2. *Quænam est istius Sacramenti materia?* 197.

Quæst. 3. *Quænam sit istius sacramenti forma?* ibid.

Quæst. 4. *Quis sit Extremæ unctionis minister?* ibid.

Quæst. 5. *Quibus ministrandum est hoc Sacramentum?* ibid.

Quæst. 6. *An istius Sacramenti susceptio sit sub præcepto?* ibid.

Quæst. 7. *Quæ dispositiones præcedere hoc Sacramentum debent?* ibid.

Cap. III. *De Sacramento Ordinis*, 198.

Quæst. 1. *Quid sit Ordo sacer, quo consecrantur personæ ecclesiasticæ?* ibid.

Quæst. 2. *An sint plures sacri Ordines?* ibid.

Quæst. 3. *Quid sit Ostiariatus, & quænam ejus munia?* ibid.

Quæst. 4. *Quid sit Lectoratus, ejusque munia?* ibid.

Quæst. 5. *Quid sit Exorcistatus, & quænam ejus officia?* ibid.

Quæst. 6. *Quid sit Acolythatus, ejusque officia?* ibid.

Quæst. 7. *Quid sit Subdiaconatus, & quæ illius munia?* ibid.

Quæst. 8. *Quid sit Diaconus, & quænam ejus officia?* ibid.

Quæst. 9. *Quid erant Diaconissæ?* ibid.

Quæst. 10. *Quid sit Presbyteratus, & quænam ejus munia?* ibid.

Quæst. 11. *Quid Episcopatus, & quæ illius munia?* ibid.

Quæst. 12. *Sunt ne singuli Ordines Sacramenta?* 199.

Cap. IV. *De materia, & forma Sacramenti Ordinis*, ibid.

Cap. V. *De ministro, & subjecto Sacramenti Ordines, ejusque effectibus*, ibid.

Quæst. 1. *An solus Episcopus sit hujus Sacramenti minister?* ibid.

Quæst. 2. *An consecrandum Episcopum quot Episcopi requiruntur?* 200.

Quæst. 3. *Quo tempore administrari licitè sacri Ordines queunt?* ibid.

Quæst. 4. *Quinam apti sunt ad sacros Ordines?* ibid.

Quæst. 5. *Qui non confirmatus Ordines suscipit, peccat ne mortaliter?* ibid.

Quæst. 6. *Quotuplex est titulus clericalis?* ibid.

Quæst. 7. *Quot sunt effectus Sacramenti Ordinis?* 201.

Cap. VI. *De vocatione initiandorum, & signis quibus dignosci queat*, ibid.

Quæst. 1. *Quænam sunt signa vocationis ad statum religiosum, & clericalem?* 202.

Quæst. 2. *Licitum ne Clericis est dignitates ecclesiasticas, & animarum regimen appetere?* ibid.

Cap. VII. *De iis quæ præstare, & iis à quibus abstinere Clerici debent*, 203.

Quæst. 1. *Peccant ne moraliter Clerici qui nec vestem clericalem, nec tonsuram deferunt?* ibid.

Quæst. 2. *Peccant ne Clerici, qui habitum clericalem ad formam habitus laicalis accomodant, comasque adscititias, & cincinnatas, & pulvere odorifero aspersas deferunt, tonsura vix apparente?* ibid.

Quæst. 3. *Peccant ne moraliter Clerici accipientes beneficium cum animo deserendi statum Clericalem, si opportunitas occurrerit?* 204.

Quæst. 4. *A quibus abstinere Clerici debent?* ibid.

Quæst. 5. *Peccant ne Presbyteri sæculares qui matronis ancillantur?* ibid.

Quæst. 6. *Utrum negotiatio Clericis sit interdicta?* ibid.

Quæst. 7. *An venatio sit interdicta Clericis?* ibid.

Quæst. 8. *Utrum Clericis vetiti sint ludi aleorum?* ibid.

§. unic. *De scientia ordinandorum*, 205.

DISSERTATIO II.

De Simonia.

Cap. I. *Simoniæ notio, ejus variæ species: & quæ prætii rationem habent in simonia contrahenda*, 206.

Quæst. 1. *Quid sit simonia?* ibid.

Quæst. 2. *Quotuplex sit simonia?* ibid.

Quæst. 3. *Utrum fictus simoniacus veram simoniam committat?* ibid.

Quæst. 4. *Quæ habent rationem prætii in simonia?* ibid.

Cap.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

Iugaminis ? ibid.
Quæſt. 10. *Quid ſit impedimentum publicæ honeſtatis, & inter quos contrahatur* ? ibid.
Quæſt. 11. *Quid ſit impedimentum affinitatis*, 233.
Quæſt. 12. *Quid ſit impedimentum impotentiæ* ? ibid.
Quæſt. 13. *Quid ſit impedimentum clandeſtinitatis, & raptus* ? ibid.
Cap. II. *De impedimentis impedientibus*, 234.
Cap. III. *De poteſtate, & cauſis diſpenſandi in his impedimentis recenſitis*, ibid.
Quæſt. 1. *Quis poteſtatem habet diſpenſandi ab impedimentis dirimentibus* ? ibid.
Quæſt. 2. *An Epiſcopi urgente neceſſitate, diſpenſare ab aliquo impedimento dirimente ante matrimonium contractum valeant* ? ibid.
Quæſt. 3. *Requiritur ne quod bona fide contractum matrimonium ſit, ut diſpenſare ab impedimento Epiſcopus queat* ? ibid.
Quæſt. 4. *A quibus impedimentis extra neceſſitatis caſum diſpenſare Epiſcopus poteſt* ? 235.
Quæſt. 5. *Peccant ne Superiores abſque juſta cauſa ab his impedimentis diſpenſantes* ? ibid.
Quæſt. 6. *Valida ne eſt hujuſmodi diſpenſatio ſine cauſa conceſſa* ? ibid.
Quæſt. 7. *Quænam ſunt juſtæ diſpenſationis cauſæ*? ibid.
Quæſt. 8. *Quid ſit diſpenſatio ſubreptitia* ? ibid.

DISSERTATIO. III.

De obligatione, & peccatis ſponſorum, & conjugum.

Cap. I. *De fine ſponſalium, obligatione, & peccatis ſponſorum*, ibid.
Quæſt. 1. *Quis ſit ſponſalium finis*, ibid.
Quæſt. 2. *Quæ ſint Parochorum munia in ſponſorum inſtructione* ? 236.
Cap. II. *Plures opiniones de peccatis ſponſorum reſolvuntur*, 238.
Quæſt. 1. *An ſponſi peccent mortaliter delectando ſe moroſe de copula futura* ? ibid.
Quæſt. 2. *Liciti ne ſunt tactus, oſcula, & amplexus inter ſponſos* ? ibid.
Cap. III. *De peccatis conjugum in contrahendo matrimonio; & de obligatione eorumdem in mutua debiti redditione*, 239.
Quæſt. 1. *Quanta eſt conjugum obligatio ad officium uxorium ſolvendum* ? ibid.
Quæſt. 2. *Quæ cauſæ excuſant ab officio uxorio reddendo* ? ibid.
Quæſt. 3. *Quomodo ex impedimento affinitatis, vel cognationis ſpiritualis impediantur conjuges à debiti petitione* ? ibid.
Quæſt. 4. *Qui certus eſt matrimonium eſſe irritum, poteſt ne debitum reddere conjugi petenti, & ignoranti matrimonium eſſe irritum, ut evitet infamiam, aut grave damnum* ? 240.
Quæſt. 5. *An Confeſſarius certò ſciens matrimonium eſſe nullum, teneatur monere conjugem pœnitentem ignorantia invincibili credentem eſſe validum* ? ibid.
Quæſt. 6. *An ſi conjugum alter dubitet prudenter validum ne ſit matrimonium contractum, petere debitum, aut reddere queat* ? 241.
Quæſt. 7. *Quomodo redintegranda ſint matrimonia nulla* ? 242.
Quæſt. 8. *Quando matrimonium eſt irritum ob aliquod impedimentum dirimens, requiritur ne ut uterque conjux certior fiat* ? ibid.
Quæſt. 9. *Matrimonium ob impedimentum occultum dirimens, vel ob defectum conſenſus irritum, redintegrari ne coram Parocho, & teſtibus debet*? ibid.
Cap. IV. *De peccatis quæ perpetrare conjuges valent in exercitio officii uxorii contra fidem, ſitum, locum, & bonum prolis*, ibid.
Quæſt. 1. *Quomodo peccare conjuges contra matrimonii finem valent* ? ibid.
Quæſt. 2. *Quinam eſt finis ob quem actus conjugalis eſt licitus, & meritorius* ? ibid.
Quæſt. 3. *An liberi ſint à culpa veniali qui matrimonio utuntur contra propriam incontinentiam, & contra alia graviora flagitia* ? 243.
Quæſt. 4. *Peccant ne conjuges actum matrimonialem exercentes diebus feſtis, jejuniorum, & ipſo Euchariſtiæ ſuſceptæ die* ? ibid.
Quæſt. 5. *An officium conjugale ratione loci aut publici, aut ſacri ſit vitioſum* ? 244.
Quæſt. 6. *Quomodo peccare conjuges valent contra modum exercendi officium conjugale*? ibid.
Quæſt. 7. *Si vir conſuefcat, dum officium præſtat, ſe retrahere, ut generationem impediat, peccat ne uxor debitum reddendo* ? ibid.
Cap. V. *Unde potiſſimum eveniat, quod plurima matrimonia incommodis, & ærumnis abundent. Monita ad Confeſſarios, & Parochos*, 245.

DISSERTATIO IV.

De Cenſuris in communi, & ſigillatim.

Cap. I. *Cenſuræ notio, partitio, & qui poſſint cenſuras ferre*, 246.
Quæſt. 1. *Quid ſit, & quotuplex cenſura* ? ibid.
Quæſt. 2. *Quis jure ordinario ferre cenſuras valet* ? ibid.
Cap. II. *De culpa ob quam cenſura ferri poteſt, & quæ cauſæ excuſent à cenſuris* ? 247.
Quæſt. 1. *An pro ferenda cenſura requiratur culpa, & contumacia propria* ? ibid.

Quæſt.

Quæſt. 2. *Utrum cenſura lata contra executores criminis comprehendat etiam mandantes, & conſulentes* ? 248.
Quæſt. 3. *Quæ conditiones requirantur ut quis poſſit cenſuris irretiri* ? ibid.
Quæſt. 4. *Quæ cauſæ excuſent à cenſuris* ? ibid.
Cap. III. *De abſolutione à cenſuris*, 249.
Quæſt. 1. *An irretitus cenſura teneatur ſub mortali quamprimum poteſt abſolutionem petere, & ſolicitare*? ibid.
Quæſt. 2. *Quotuplex ſit abſolutio à cenſura* ? ibid.
Quæſt. 3. *Quis abſolvere à cenſuris valet* ? 250.
Quæſt. 4. *Quis valeat abſolvere à cenſuris latis ab homine* ? ibid.
Quæſt. 5. *Quænam ſunt cenſuræ, & caſus reſervati ſummo Pontifici, à quibus Epiſcopi jure ordinario abſolvere poſſunt* ? ibid.
Quæſt. 6. *Quam facultatem habent Regulares abſolvendi à caſibus, & cenſuris reſervatis ſummo Pontifici* ? 251.
Cap. IV. *De cenſuris ſigillatim, nempè de excommunicatione majori, & minori*, ibid.
Quæſt. 1. *Quid, & quotuplex ſit excommunicatio*? ibid.
Quæſt. 2. *Quinam dicantur excommunicati tolerati, quinam vitandi* ? 252.
Quæſt. 3. *Quam pœnam incurrit excommunicatus qui illicitè Sacramenta adminiſtrat* ? ibid.
Quæſt. 4. *Quæ damna infert tertius excommunicationis effectus* ? ibid.
Quæſt. 5. *An electio ſit nulla ad quam excommunicatus vitandus concurrit* ? 253.
Quæſt. 6. *Quam inhabilitatem incurrunt excommunicati vi ſeptimi effectus* ? ibid.
Quæſt. 7. *Utrum excommunicatus amittat & fructus, & beneficium* ? ibid.
Quæſt. 8. *Quid ſit excommunicatio forenſis, & civilis* ? ibid.
Quæſt. 9. *In quibus caſibus licitum eſt communicare cum excommunicato* ? 254.
Quæſt. 10. *Quid ſit excommunicatio minor, & quinam illius effectus* ? ibid.
Quæſt. 11. *Quando incurritur excommunicatio canonis ob Clerici percuſſionem* ? ibid.
Quæſt. 12. *Quænam actio violenta in Clericum dicatur vi cujus percuſſor excommunicationem incurrat*? ibid.
Quæſt. 13. *Quænam cauſæ excuſant injicientes manus violentas in Clericum ab excommunicatione contrahendâ*? 255.
Cap. V. *De ſuſpenſione, ejuſque efectibus, atque de depoſitione, & degradatione*, ibid.
Quæſt. 1. *Quid, & quotuplex ſit ſuſpenſio* ? ibid.
Quæſt. 2. *An ſuſpenſus ab officio ſit ſuſpenſus à beneficio, aut contra* ? ibid.
Quæſt. 3. *Quinam ſunt effectus ſuſpenſionis ab officio, à juriſdictione, à beneficio*? ibid.
Quæſt. 4. *Quam ob cauſam ferri ſuſpenſio poteſt*? ibid.
Quæſt. 5. *Quid ſignificat depoſitio, & degradatio*? 256.
Cap. VI. *De interdicto, & ceſſatione à divinis*, ibid.
Quæſt. 1. *Quid, & quotuplex ſit interdictum* ? ibid.
Quæſt. 2. *Quinam tenentur obſervare interdictum locale* ? ibid.
Quæſt. 3. *Quis, & quam ob cauſam ferre interdictum valet* ? ibid.
Quæſt. 4. *Quinam ſunt interdicti effectus* ? ibid.
Quæſt. 5. *Quænam Sacramenta prohibentur miniſtrari tempore interdicti*? 257.
Quæſt. 6. *Quibus tempore interdicti prohibetur eccleſiaſtica ſepultura* ? ibid.
Quæſt. 7. *Quodnam peccatum perpetrant, & quas pœnas incurrunt violatores interdicti* ? ibid.
Quæſt. 8. *Quid intelligatur per interdictum ab ingreſſu Eccleſiæ* ? ibid.
Quæſt. 9. *Quis ab interdicto abſolvere poteſt*? ibid.
Quæſt. 10. *Quid ſit ceſſatio à divinis, & quinam illius effectus* ? ibid.
Cap. VII. *De irregularitate in communi, & in particulari ex delicto, & ex defectu* ? 258.
Quæſt. 1. *Quid ſit irregularitas, & quinam ejus effectus* ? ibid.
Quæſt. 2. *Quotuplex ſit irregularitas* ? ibid.
Quæſt. 3. *Quænam excuſant ab irregularitate contrahenda ex delicto* ? ibid.
Quæſt. 4. *An irregularitas ex delicto tollatur per Baptiſmum, profeſſionem religioſam, & diſpenſationem* ? ibid.
Quæſt. 5. *Quid requiratur ut quis contrahat irregularitatem ex homicidio voluntario* ? ibid.
Quæſt. 6. *Quandonam contrahitur irregularitas ex homicidio, & mutilatione caſuali* ? 259.
Quæſt. 7. *Quandonam contrahatur irregularitas ex homicidio, aut mutilatione cauſa defenſionis contra injuſtum aggreſſorem* ? ibid.
Quæſt. 8. *Quænam ſunt irregularitates ex defectu animæ* ? 160.
Quæſt. 9. *Quinam ſunt corporis defectus irregularitatem parientes* ? ibid.
Quæſt. 10. *Quinam dicuntur irregulares ex defectu libertatis, ætatis, & obligationis* ? ibid.
Quæſt. 11. *Quid ſit irregularitas ex defectu Sacramenti* ? ibid.
Quæſt. 12. *Quomodo contrahitur irregularitas ex defectu lenitatis* ? ibid.

DIS-

DISSERTATIO V.

De Statu Religioso.

Cap. I. *Status religiosi notio, & ejusdem obligatio aspirandi ad perfectionem evangelicam*, 261.
Quæst. 1. *Quid sit status religiosus*, ibid.
Quæst. 2. *Utrum Religiosi teneantur sub gravi præcepto tendere ad perfectionem?* ibid.
Cap. II. *De voto paupertatis*, 263.
Cap. III. *Regulares voventes paupertatem evangelicam vovent ipsam bonorum communitatem*, 264.
Cap. IV. *Decreta Concilii Tridentini, & constitutiones summorum Pontificum urgent Regulares ad exactam vitam communem, pulsis privatis peculiis*, 265.
Cap. V. *Communitate sublata, nec votum obedientiæ, nec regularis disciplina observantia consistere diu valent*, 268.
Cap. VI. *Quam hostiliter pugnent cum voto paupertatis monasticæ census vitalitii. Excusationes, & sophismata quibus incrustari peculiorum corruptela solet*, 269.
Cap. VII. *De ludis Regularium, & aliis quæ cum voto paupertatis pugnant*, ibid.
Quæst. 1. *Liciti ne sunt Regularibus ludi alearum & fortis?* ibid.
Quæst. 2. *An paupertatis voto repugnet quod Regulares habeant instrumenta argentea, ut cochlearia, cultrum, furniculam, arculam pro tabaco, horologia, idque genus similia?* ibid.
Cap. VIII. *Quam gravis sit Prælatorum obligatio invehendæ communitatis. Quid agere debeant Regulares degentes in claustris ubi pulsa vita communi peculia serpunt: & an juvenes suscipere habitum religiosum in his locis licitè queant* 270.
Quæst. 1. *Sunt ne in continuo statu peccati mortalis Prælati Regularium qui sincero animo, & totis viribus non conantur instaurare vitam communem ubi collapsa est?* ibid.
Quæst. 2. *An subditi Regulares resistentes introductioni vitæ communis, pulsis peculiis, sint in statu peccati mortalis?* ibid.
Quæst. 3. *Quomodò se gerere debeant Regulares qui in iis conventibus commorantur ubi sublata vita communi, peculiorum pestis serpit, ut propria consulant saluti*, 271.
Quæst. 4. *Licitum ne est juvenibus suscipere habitum Religionis, & profiteri in iis claustris, ubi non servatur communitas rerum, & aliæ præcipuæ regulæ?* 272.
Quæst. 5. *Utrum habere reditus redundantes in communi pugnet cum voto paupertatis?* ibid.
Cap. IX. *De voto castitatis, & obedientiæ*, 273.
Quæst. 1. *Quid sit votum castitatis religiosæ?* ibid.
Quæst. 2. *Quid ratione voti obedientiæ præstare regularis obstringitur?* ibid.
Cap. X. *De tyrocinio, seu novitiatu Regularium*, 274.
Cap. XI. *De professione Regularium*, 275.
Cap. XII. *De litterarum studio, in quod incumbere Regulares adstringuntur: & quæ methodus in sciuriis addiscendis servanda*, 276.

THEO-

THEOLOGIA CHRISTIANA DOGMATICO-MORALIS.

LIBER IX.

De Justitia, & Jure.

DISSERTATIO I.

De justitiæ notione, & divisione.

CAPUT I.

Propositiones damnatæ ab Alexand. VII. & Innoc. XI.

I. *Quandò litigantes habent pro se opiniones æquè probabiles, potest judex pecuniam accipere pro ferenda sententia in favorem unius præ alio.* Est 26. Alex. VII.

II. *Licitum est mutuanti aliquid supra sortem exigere, si se obliget ad non repetendam sortem usque ad certum tempus.* Est 42. Alex. VII.

III. *Permissum est furari non solùm in extrema necessitate, sed etiam in gravi.* Est 36. Innoc. XI.

IV. *Famuli, & famulæ domesticæ possunt occultè heris suis surripere ad compensandam operam suam, quam majorem judicant salario quod recipiunt.* Est 37. Innoc.

V. *Non tenetur quis sub pœna peccati mortalis restituere quod ablatum est per pauca furta, quantumcunque sit magna summa totalis.* Est 38. Innoc.

VI. *Qui aliquem movet, aut inducit ad ferendum gravi damnum tertio, non tenetur ad restitutionem ipsius damni illati.* Est 39. Innoc.

VII. *Contractus Mohatra licitus est etiam respectu ejusdem personæ, & cum contractu retrovenditionis prævio inito cum intentione lucri.* Est 40. Innoc.

VIII. *Cum numerata pecunia pretiosior sit numeranda, & nullus sit qui non majoris faciat pecuniam præsentem quam futuram; potest creditor aliquid ultra sortem à mutuatario exigere, & eo titulo ab usura excusari.* Est 41. Innoc.

IX. *Usura non est, dum ultra sortem aliquid exigitur tamquam ex benevolentia, & gratitudine debitum, sed solum si exigatur tamquam ex justitia debitum.* Est 42. Innoc.

CAPUT II.

Opiniones laxæ plurium Casuistarum.

I. P. Thomas Tamburinus *lib. 3. Method. Confess. cap. 4. num. 5.* „ Si prævideat Confessor pœnitentem non restituturum, si illi detegatur nullitas tituli, quem pro se adesse pœnitens putat, non erit *ex Sanchez* talis nullitas illi à „ Confessario patefacienda, quamvis sit in præ„ judicium tertii, qui suo carebit. " Quam sit principium istud justitiæ, negotiationi, & societati perniciosum quisque judicet.

II. P. Dominicus Viva *quæst. 1. art. 5. num. 2. Tom. II.* „ Quod si ex opinione probabili pœnitens putet „ hic & nunc se non teneri, debet Confessarius „ accommodare se opinioni pœnitentis, si verè „ talis opinio sit probabilis, quamvis ipse contra„ riam sententiam sequatur. Ratio est, quia quan„ dò pœnitens est ritè dispositus, debet absolvi. „ Est autem ritè dispositus, si opinionem proba„ bilem sequatur, quod non debeat restituere. Er„ go tunc absolvi debet. "

III. Tamburinus *lib. 3. Meth. Confes. cap. 4. num. 5.* „ Si prævides pœnitentem non restitutu„ rum, quamvis item advertas id esse in damnum „ publicum, cur tu sis obligandus ad admonen„ dum, quandoquidem prævides adhuc tua acce„ dente monitione illum non fore restituturum, „ atque adeò non fore amovendum damnum pu„ blicum? Certe frustra erit talis monitio, immò „ nocens ipsi admonito, bono autem publico ne„ quaquam favens .... Atque hæc omnia ex „ *de Lugo* etiam procedunt, quando Confessarius „ speraret pœnitentem suscepturum quidem mo„ nitionem: sed tamen advertit remedium esse „ difficillimum ..... Undè etiam infertur, „ idem esse dicendum, quando pœnitens sub pec„ cato mortali tenetur ad aliquid adeò difficile, „ ut non credatur tunc æquo animo recepturus, „ & alia vice melius susceprurus esse judicetur: „ poterit enim tunc prudens Confessor relinque„ re illum in sua bona fide, quæ à peccato excu„ sat, & monitionem in tempus opportunius dif„ ferre, ne scilicèt territus pœnitens à confessio„ ne se abstineat, majusque detrimentum patia„ tur. Et hoc notetur permaximè pro Confessa„ riis Mercatorum & Principum. "

IV. Leonardus Lessius *lib. 2. de Just. cap. 14. dub. 8. num. 52.* „ Etsi opus malum, pro quo „ dedit, non sit æstimabile pretio, qua malum; „ tamen qua delectabile, vel utile uni, & alteri „ detrimentosum, periculosum, laboriosum, inter „ homines pretio æstimatur: ergo quod hac ra„ tione pro eo est acceptum, non est restituen„ dum, nisi fortè quis æstimationem excesserit; ut „ si meretrix quæ usuram sui concedere solet uno „ aureo, ab aliquo juvene extorserit 50. tamquam „ pretium. *Hoc tamen locum non habet in ea quæ* „ *putatur honesta; ut si matrona aliqua, vel filia* 100. „ aureos pro usura corporis accipiat ab eo, qui „ dare poterat, RETINERE POTEST: NAM „ TANTI, ET PLURIS POTEST SUAM PU„ DICITIAM ÆSTIMARE. Res enim quæ cer„ tum pretium non habent, nec ad vitam sunt „ necessariæ, sed voluptatis causa quæruntur, ar„ birrio venditoris possunt æstimari, *ut probabili*„ *ter* docet Petrus Navarra, & alii. "

V. Idem Lessius *loc. cit. num. 55.* „ Dices: „ Divus Augustinus epist. 54. ad Macedonium „ ait, „ *sceleratius accipi pecuniam pro sententia in*„ *justa quam pro justa, pro testimonio falso, quam* „ *pro*

DISSERTATIO V.

De Statu Religioso.

Cap. I. *Status religiosi notio, & ejusdem obligatio aspirandi ad perfectionem evangelicam*, 261.
Quæst. 1. *Quid sit status religiosus*, ibid.
Quæst. 2. *Utrum Religiosi teneantur sub gravi præcepto tendere ad perfectionem?* ibid.
Cap. II. *De voto paupertatis*, 263.
Cap. III. *Regulares voventes paupertatem evangelicam vovent ipsam bonorum communitatem*, 264.
Cap. IV. *Decreta Concilii Tridentini, & constitutiones summorum Pontificum urgent Regulares ad exactam vitam communem, pulsis privatis peculiis*, 265.
Cap. V. *Communitate sublata, nec votum obedientiæ, nec regularis disciplina observantia consistere diu valent*, 268.
Cap. VI. *Quam hostiliter pugnent cum voto paupertatis monasticæ census vitalitii. Excusationes, & sophismata quibus incrustari peculiorum corruptela solet*, 269.
Cap. VII. *De ludis Regularium, & aliis quæ cum voto paupertatis pugnant*, ibid.
Quæst. 1. *Liciti ne sunt Regularibus ludi alearum & fortis?* ibid.
Quæst. 2. *An paupertatis voto repugnet quod Regulares habeant instrumenta argentea, ut cochlearia, cultrum, furniculam, arculam pro tabaco, horologia, idque genus similia?* ibid.
Cap. VIII. *Quam gravis sit Prælatorum obligatio invehendæ communitatis. Quid agere debeant Regulares degentes in claustris ubi pulsa vita communi peculia serpunt: & an juvenes suscipere habitum religiosum in his locis licitè queant* 270.
Quæst. 1. *Sunt ne in continuo statu peccati mortalis Prælati Regularium qui sincero animo, & totis viribus non conantur instaurare vitam communem ubi collapsa est?* ibid.
Quæst. 2. *An subditi Regulares resistentes introductioni vitæ communis, pulsis peculiis, sint in statu peccati mortalis?* ibid.
Quæst. 3. *Quomodò se gerere debeant Regulares qui in iis conventibus commorantur ubi sublata vita communi, peculiorum pestis serpit, ut propria consulant saluti*, 271.
Quæst. 4. *Licitum ne est juvenibus suscipere habitum Religionis, & profiteri in iis claustris, ubi non servatur communitas rerum, & aliæ præcipuæ regulæ?* 272.
Quæst. 5. *Utrum habere reditus redundantes in communi pugnet cum voto paupertatis?* ibid.
Cap. IX. *De voto castitatis, & obedientiæ*, 273.
Quæst. 1. *Quid sit votum castitatis religiosæ?* ibid.
Quæst. 2. *Quid ratione voti obedientiæ præstare regularis obstringitur?* ibid.
Cap. X. *De tyrocinio, seu novitiatu Regularium*, 274.
Cap. XI. *De professione Regularium*, 275.
Cap. XII. *De litterarum studio, in quod incumbere Regulares adstringuntur: & quæ methodus in sciuriis addiscendis servanda*, 276.

THEO-

THEOLOGIA CHRISTIANA DOGMATICO-MORALIS.

LIBER IX.

De Justitia, & Jure.

DISSERTATIO I.

De justitiæ notione, & divisione.

CAPUT I.

Propositiones damnatæ ab Alexand. VII. & Innoc. XI.

I. *Quandò litigantes habent pro se opiniones æquè probabiles, potest judex pecuniam accipere pro ferenda sententia in favorem unius præ alio.* Est 26. Alex. VII.

II. *Licitum est mutuanti aliquid supra sortem exigere, si se obliget ad non repetendam sortem usque ad certum tempus.* Est 42. Alex. VII.

III. *Permissum est furari non solùm in extrema necessitate, sed etiam in gravi.* Est 36. Innoc. XI.

IV. *Famuli, & famulæ domesticæ possunt occultè heris suis surripere ad compensandam operam suam, quam majorem judicant salario quod recipiunt.* Est 37. Innoc.

V. *Non tenetur quis sub pœna peccati mortalis restituere quod ablatum est per pauca furta, quantumcunque sit magna summa totalis.* Est 38. Innoc.

VI. *Qui aliquem movet, aut inducit ad ferendum gravi damnum tertio, non tenetur ad restitutionem ipsius damni illati.* Est 39. Innoc.

VII. *Contractus Mohatra licitus est etiam respectu ejusdem personæ, & cum contractu retrovenditionis prævio inito cum intentione lucri.* Est 40. Innoc.

VIII. *Cum numerata pecunia pretiosior sit numeranda, & nullus sit qui non majoris faciat pecuniam præsentem quam futuram; potest creditor aliquid ultra sortem à mutuatario exigere, & eo titulo ab usura excusari.* Est 41. Innoc.

IX. *Usura non est, dum ultra sortem aliquid exigitur tamquam ex benevolentia, & gratitudine debitum, sed solum si exigatur tamquam ex justitia debitum.* Est 42. Innoc.

CAPUT II.

Opiniones laxæ plurium Casuistarum.

I. P. Thomas Tamburinus *lib. 3. Method. Confess. cap. 4. num. 5.* „ Si prævideat Confessor pœnitentem non restituturum, si illi detegatur nullitas tituli, quem pro se adesse pœnitens putat, non erit *ex Sanchez* talis nullitas illi à „ Confessario patefacienda, quamvis sit in præ„ judicium tertii, qui suo carebit. " Quam sit principium istud justitiæ, negotiationi, & societati perniciosum quisque judicet.

II. P. Dominicus Viva *quæst. 1. art. 5. num. 2. Tom. II.* „ Quod si ex opinione probabili pœnitens putet „ hic & nunc se non teneri, debet Confessarius „ accommodare se opinioni pœnitentis, si verè „ talis opinio sit probabilis, quamvis ipse contra„ riam sententiam sequatur. Ratio est, quia quan„ dò pœnitens est ritè dispositus, debet absolvi. „ Est autem ritè dispositus, si opinionem proba„ bilem sequatur, quod non debeat restituere. Er„ go tunc absolvi debet. "

III. Tamburinus *lib. 3. Meth. Confes. cap. 4. num. 5.* „ Si prævides pœnitentem non restitutu„ rum, quamvis item advertas id esse in damnum „ publicum, cur tu sis obligandus ad admonen„ dum, quandoquidem prævides adhuc tua acce„ dente monitione illum non fore restituturum, „ atque adeò non fore amovendum damnum pu„ blicum? Certe frustra erit talis monitio, immò „ nocens ipsi admonito, bono autem publico ne„ quaquam favens .... Atque hæc omnia ex „ *de Lugo* etiam procedunt, quando Confessarius „ speraret pœnitentem suscepturum quidem mo„ nitionem: sed tamen advertit remedium esse „ difficillimum ..... Undè etiam infertur, „ idem esse dicendum, quando pœnitens sub pec„ cato mortali tenetur ad aliquid adeò difficile, „ ut non credatur tunc æquo animo recepturus, „ & alia vice melius susceprurus esse judicetur: „ poterit enim tunc prudens Confessor relinque„ re illum in sua bona fide, quæ à peccato excu„ sat, & monitionem in tempus opportunius dif„ ferre, ne scilicèt territus pœnitens à confessio„ ne se abstineat, majusque detrimentum patia„ tur. Et hoc notetur permaximè pro Confessa„ riis Mercatorum & Principum. "

IV. Leonardus Lessius *lib. 2. de Just. cap. 14. dub. 8. num. 52.* „ Etsi opus malum, pro quo „ dedit, non sit æstimabile pretio, qua malum; „ tamen qua delectabile, vel utile uni, & alteri „ detrimentosum, periculosum, laboriosum, inter „ homines pretio æstimatur: ergo quod hac ra„ tione pro eo est acceptum, non est restituen„ dum, nisi fortè quis æstimationem excesserit; ut „ si meretrix quæ usuram sui concedere solet uno „ aureo, ab aliquo juvene extorserit 50. tamquam „ pretium. *Hoc tamen locum non habet in ea quæ* „ *putatur honesta; ut si matrona aliqua, vel filia* 100. „ aureos pro usura corporis accipiat ab eo, qui „ dare poterat, RETINERE POTEST: NAM „ TANTI, ET PLURIS POTEST SUAM PU„ DICITIAM ÆSTIMARE. Res enim quæ cer„ tum pretium non habent, nec ad vitam sunt „ necessariæ, sed voluptatis causa quæruntur, ar„ birrio venditoris possunt æstimari, *ut probabili*„ *ter* docet Petrus Navarra, & alii. "

V. Idem Lessius *loc. cit. num. 55.* „ Dices: „ Divus Augustinus epist. 54. ad Macedonium „ ait, „ *sceleratius accipi pecuniam pro sententia in*„ *justa quam pro justa, pro testimonio falso, quam* „ *pro*

„ pro testimonio vero. Atqui pecunia accepta pro „ sententia justa est restituenda: ergo pro senten„ tia injusta. Ita Sotus.

„ Resp. negando consequentiam. Non enim „ quia aliquid est sceleratius, ideò magis, vel „ æquè obligat ad restitutionem. Hæc enim obli„ gatio non sequitur magnitudinem sceleris, sed „ damnum per injuriam datum. *At qui accipit „ pro sententia injusta, nullam infert injuriam danti*, „ sicut is qui pro justa. Porrò illud est sceleratius quam hoc: tum quia pejus est ferre senten„ tiam injustam (ad quam ferendam jam habet „ animum, qui pecuniam accipit,) propter injuriam, qua fit alteri parti, quam accipere pecuniam pro sententia justa ferenda: tum quia „ (ut ibid. Augustin. ait) sceleratius datur pro „ injusta, quàm pro justa, quamvis detur voluntariè, & libenter. Loquitur enim de sententia ferenda. Adde, ibidem Augustinum significare pecuniam istam, etsi sceleratiùs accepiam, „ non esse opere impleto restituendam, dum dicit *datam à volentibus*. Volenti enim non fit injuria. Secus si data sit pro sententia justa, quæ „ censetur data *contra* metu sententiæ injustæ. "

VI. P. Lessius *lib. 2. cap. 19. dub. 3. num.* „ 22. Tertiò, si hæres ab intestato retineat hæreditatem, & legata, possunt illi quibus aliquid „ per tale testamentum erat relictum, uti occulta compensatione: nam revera res erat ipsorum. Sylvester v. Hæreditas. "

VII. P. Dominicus Viva *Curs. Theolog. tom. 1. p. 3. quæst. 4. art. 5. num.* 12. „ Tertiò docent multi cum *Lessio cap. 19. dub. 3. Molina*, „ *Granado*, & aliis, quod qui ex testamento minus solemni habere debet legatum, possit illud „ sibi retinere, vel compensationem facere, *eo „ quod probabilis sit sententia*, quod jure naturæ „ hujusmodi testamentum sit validum, atque „ adeo in foro conscientiæ debeantur legata in „ eo facta; quamvis contraria opinio sit satis „ communis, & probabilis. "

„ Quartò docet *Lessius ibidem*, posse hæredem „ ab intestato uti compensatione occulta contra „ eum, qui bona defuncti possidet ex testamento minus solemni: quia *probabilis est sententia*, „ quod ex bona debeantur hæredi ab intestato, „ cui opinioni potest se conformare. "

VIII. P. Lessius *loc. cit. num.* 50. „ Tertiò „ hæres ab intestato potest illud retinere: & si „ aliter possidet, repetere de judicio. Quartò „ quod si non posuit ob potentiam adversarii, „ uti potest occulta compensatione."

IX. P. Antoninus Diana *tom. 6. tr. 3. rr.* „ 149. Qui ex testamento minus solemni lega„ tum debet habere, cum *sit opinio probabili* de„ bere in foro conscientiæ ea legata, licèt con„ traria sit satis communis, *& probabilis*; potest „ tamen legatum detinere, vel de novo accipe„ re, aut occultè compensare, ut fatetur Gra„ nado, Molina. Lessius addit, hæredem ab in„ testato posse etiam uti *compensatione occulta* con„ tra eum, qui bona defuncti possidet ex testa„ mento minus solemni, *quia contraria etiam sen„ tentia probabilis est, cui se potest conformare.*

X. P. Diana *loc. cit.* „ An in compensatione „ occulta faciendæ debitum debeat esse liquidum „ & certum? Ex his Eminentissimus Cardinalis „ de Lugo propositam quæstionem latè pertractat „ *tom. 1. de Just. dis. 16. sect. 5. à num. 94. usque „ ad num.* 107. & negativam sententiam cum dis„ tinctionibus ab ipso adductis validè, & doctè, „ ut semper solet, firmare conatur. Asserit ita„ que, quod quandò opinio *probabilis æquè, vel „ probabilior* favet creditori volenti facere com„ pensationem, quæ versatur non circa factum, „ sed circa jus, *videtur probabile* quod possit cre„ ditor, antequàm res ad judicium deducatur, „ positis aliis conditionibus ad licitam compen„ sationem supra requisitis, sibi compensare oc„ culte suum debitum. Hanc conclusionem pro„ bare videntur *argumenta supra facta*, & exempla „ supra adducta, in quibus exemplis actores ipsi „ compensationem admittunt; cum tamen in iis „ *procedat solùm opinio probabilis, ut in compensa„ tione pecuniæ pro fama ablata*, & in legatario, vel „ hærede ex testamento minus solemni, & similibus. Ratio enim supra adducta id videtur pro„ bare, quia in prædicto casu, non obstante pos„ sessione debitoris, judex proferret sententiam, „ vel certè proferre posset pro creditore, amplec„ tendo *sententiam probabilem, vel probabiliorem, „ quæ ipsi favet*..... Item quando asserit pro se „ *bonos Doctores certificantes*, quod in talibus cir„ cunstantiis jura ei favent, & reus debet con„ demnari, jam ostendit, juxta illorum Docto„ rum sententiam, causam suam non esse parem, „ sed meliorem quam sit causa rei. Cur ergo ip„ semet creditor, quando sine incommodo gravi „ non potest ad judicem recurrere, non poterit „ amplecti eamdem sententiam, quam judex am„ plecti debuisset, vel potuisset, & compensare „ sibi debitum? "

XI. P. Diana *loc. cit.*„ Nec obstat quod insquum videtur, debitum certum cum debito in„ certo compensare: qui autem solùm habet pro„ babilitatem quod ipsi aliquid Petrus debeat, cui „ ipse tantum certò debet, si compensatione uta„ tur, videtur jam debitum certum cum incerto „ compensare, atque adeò solutione certa debi„ tum incertum extinguere. *Respondetur*, hoc idem „ argumentum si aliquid probat, probare non so„ lùm contra compensationem, sed etiam contra „ solutionem, quod scilicèt habens jus solùm „ probabile ad petendam rem tibi debitam, non „ posses petere, nec accipere illam à debitore: „ quia tunc etiam iniquum esset solutionem cer„ tam, & integram, ac rem certam pro debito „ incerto petere. *Undè neque in judicio liceret tum„ quam agere, nisi cum evidenti jure. Sicut ergo il„ licitum est petere debitum probabile, & à debitore „ solvente accipere; sic licitum erit in probabilitate „ proxima de qua locuti sumus, facere compensatio„ nem, & accipere rem certam.* Ratio autem in „ utroque casu eadem est, quod scilicet rationes „ illæ *probabiles*, auctoritas Doctorum, & opinio „ illa, licèt in se sit probabilis, non tamen habet „ pro objecto *probabilitatem*, sed solutionem, vel „ *compensationem* certam: non enim dicit debere, vel

„ vel posse fieri solutionem, vel *compensationem „ probabilem; sed probabiliter dicit* debere, vel posse fieri solutionem, vel compensationem certam, quod sufficit ad illam petendam, vel *faciendam*, sicut in aliis materiis. Sic enim *opinio „ probabilis* circa jejunium, vel circa officii recitationem facit *quod possit sumere cibum non probabilem, sed certum*, & ponere omissionem certam officii divini. Ratio verò oritur ex principio supra posito, quod ad operationem licitam sufficit *probabilitas proxima, qua probabiliter* judicas te habere hic, & nunc jus ad tantam „ pecuniæ summam, totam illam poteris accipere: „ quia non potest esse jus ad illam accipiendam, „ nisi sit jus ad certè illam accipiendam.

„ Et hæc omnia, & plura alia pro hac firmanda „ sententia adducit ubi supra Eminentissimus „ Cardinalis de Lugo; licèt postea in fine num. „ 106. ab ultimo judicio circa illam abstineat. "

XII. PP. Salmanticenses *tract. 13. cap. 1. dub. 19. n.* 318.„ Utrum quis cum opinione quod „ sibi debetur, possit uti compensatione occulta? Resp. *num.* 319. „ Dicendum itaque est, quod in „ generali, & in genere, ut sic loquamur, id est „ pro omnibus casibus licitum non est uti com„ pensatione occulta, cum solum datur opinio „ quæ probabilis pro utraque parte, debitoris „ scilicet, & creditoris; *sed in casibus particularibus „ id fiet*. Et etiam licet in omnibus, quando datur „ major probabilitas ex parte creditoris, quòd sase „ debitum sibi debetur."

XIII. PP. Salmanticenses *loc. cit. num.* 322. „ Sed ecce difficilis objectio: quia si in hoc casu „ particulari, & in illo licet talis compensatio, „ ergo in omnibus erit licita: quia à singularibus „ ad universale valet inductione argumentatio... „ Hac objectione (me judice) probatur rectè, „ quod loquendo per principia intrinseca, vel est „ dicendum, quod in omnibus casibus in quibus „ datur probabilitas facti quod res debetur, est „ licita compensatio, & sic dari probabilitatem „ juris, & proximam; vel est negandum in casibus „ particularibus: & sic merito Eminentissimus „ Cardinalis Lugo dixit, auctores inconstanter, & „ inconsequenter procedere..... Fateor me non „ capere disparitatem. Sed non inficior apud vi„ ros sic doctissimos esse aliquas speciales ratio„ nes ob quas moveretur ad id asserendum in „ uno casu, & non in alio; & quę apud me la„ tet, apud illos paresceret: & ideò assero, quod „ *probabilitate extrinseca, desumpta ex Doctorum pro„ babilitate*, licitum est in casibus illis, in quibus „ dantur auctores classici sufficientes ad efficien„ dam opinionem probabilem, compensationa „ uti cum probabilitate debiti."

XIV. *An qui se obligavit ad debiti solutionem sub juramento, possit uti compensatione non solvendo debitum.*

P. Diana *tom. 6. tract. 5. resolut.* 151. inquit: „ Casus est quotidianus, & tres circa illum inve„ nio sententias. Prima negat.... secunda sen„ tentia affirmat; & ideò asserit jurantem solvere „ pecuniam posse compensare sine metu perju„ rii..... Tertia opinio distinguit..... Quid „ ego sentiam, dicam breviter. Omnes istas tres „ opiniones existimo probabiles. Secundę verò „ tamquam probabiliori adhæreo."

XV. Cardinalis de Lugo *tom. de Just. & jur. disp. 4. num.* 117. tertiam amplectitur sententiam hac distinctione. Si promisisti non uti compensatione addito juramento solvendi debitum, non potes compensatione uti; si verò absolutè juras te soluturum debitum, uti potes compensatione. Quoniam, inquit, licèt juramentum additum promissioni novum obligationis vinculum inducat, „ non tamen obligat ad aliud objectum „ novum. Solùm enim confirmat promissionem: „ ergo ad id solùm obligat quod erat objectum „ promissionis. Promissio autem solvendi non „ excludit compensationem. Nam qui compensat, „ verè solvit. "

XVI. *Utrum valeat uti compensatione præsenti pro debito futuro?*

Cardinalis de Lugo *loc. cit. sect. 5. num.* 93. respondet. „ Aliquando tamen licere creditori „ prævenire, & compensare sibi nunc pro eo quod „ Petrus nondum debet, *sed debebit post mensem* „ v. gr. & prudenter creditor timet non sibi solvendum, affirmat Tannerus 2. 2. *disp. 4. q. 6. „ dub. 14. num.* 406. Diana *resol.* 48..... *Caeterum quidquid sit de foro externo, in quo lex illa „ procedere videtur, in foro interno probabilis videtur „ sententia illorum Doctorum, ut possit creditor com„ pensare sibi ante tempus pro debito FUTURO, duplici „ conditione posita.* "

XVII. P. Diana *tom. 6. tract. 3. resol.* 130. *n.* 5. recensitam opinionem, quam prius docuerat, confirmat his verbis: *Ita ego alium docui, & novissimè me citante, docet Eminentissimus de Lugo, & etiam, ut citato, Machadus.*

XVIII. *An qui per occultam compensationem surripit quod sibi debetur, possit jurare se nihil accepisse?*

P. Thomas Tamburinus *lib. 8. tract. 2. cap. 3. §. 1. n. 1.* respondet. „ Non esse in conscientia „ forem, nec peccare, nec in excommunicationem „ incidere, quæ forte sit contra furantes imposita, „ *& posse jurare etiam coram judice nihil accepisse*, „ intelligendo quod sibi non deberetur; certum „ jam *debet* est apud omnes; etiamsi res quam „ usurpat, fuerit ipsi in depositum à debitore con„ signata. Vide *Molinam, Lessium, de Lugo*, aliosque mox citandos, quibus adde Dicastillum. "

XIX P. Didacus de la Fuente Hurtado *disp. 23. cap. 1. num.* 5. „ Hæc omnia demonstrane „ quam confuse, & indigeste illa propositio (scilicet 37. damn. ab Innoc. XI.) fuerit tradita, tot „ diversos casus comprehendens pari regula, cum „ sint valdè dispares; & quantis additamentis, „ limitationibus, lucrisque indigeat, ut ad pra„ xim secure revocetur."

XX. P. Dominicus Viva in *tract. Theolog.* in hanc *propos.* 37. *num.* 7.„ Quod in hac thesi pro„ scribitur, & posse famulos occultè compensare „ id quod *ipsi* judicant ex justitia sibi deberi in „ salarium.... Idcirco ad occultam hanc com-

„ pensationem faciendam requiritur judicium vi-
„ri docti simul, & periti. "

XXI. Salmanticenses *tract.* 13. *cap.* 1. *punct.* 19. §. 2. *num.* 316. „ Similiter si dominus occupat famulum, vel aliis hotis, vel in aliis ministeriis quam conventum est, potest famulus uti compensatione, si à domino id non compensatur: quia illud obsequium est pretio æstimabile, ad quod famulus ex vi conventionis non obligatur. "

XXII. P. Patritius Sporer *tom.* 2. *tract.* 5. *in* 7. *præcept. Decal. cap.* 5. *sect.* 3. §. 4. *num.* 83. Famulus, vel officialis, qui ob errorem, „ necessitatem, vel *aliam similem causam* operam „ suam minoris justo locavit, quia saltem *secundum quid* involuntarius fuit, adeoque animum „ donandi non habuit, poterit defectum stipendii jure exigere, & si aliter habere nequeat, „ *occultè compensare*. Et dominus sibi imputet. "

XXIII. Gar. Lessius apud Matthæum Moya *tom.* 2. *scient. qq. tract.* 6. *Misc. disp.* 4. *quæst.* 3. „ Quando famulus nihil petit stipendii, immò „ expressè respuit in suo corde omnem intentionem petendi, & servit sperans à domino aliquod officium, vel beneficium sibi procurandum, quando Dominus id procuraverit, etsi „ nihil obtinuerit, non potest quidquam petere, „ vel compensare. Si verò dominus nihil procuraverit, quia vitandæ labis simoniacæ causa „ procurare noluit, aut ob alias causas, poterit „ petere stipendium more patriæ consuetum; & „ *si non det, licitè sibi consulet compensatione*. Ita Lessius *cap. citato* 24. *dub.* 4. *num.* 26. *prope finem*. „ Secunda pars probatur: quia etsi habuerit intentionem non petendi quidquam; tamen cum ea intentio *non sit unium*, per eam non ademit sibi „ potestatem acquirendi id ad quod jus habet. "

XXIV. *An in debitis ex justitia dari possit compensatio cum bonis, vel obsequiis gratuitis*? P. Diana *tom.* 6. *tract.* 3. *resol.* 152. respondet affirmativè. „ Quando volui cum dono gratuito satisfacere obligationibus ex justitia quas debere sciebam; sed difficultas est, an quando præbui donum, vel obsequium, ignorabam debitum ex „ justitia, an possim tunc facere compensationem? Et affirmativam sententiam *probabilem* esse „ putat ex *Rodriguez*, *Ægid. Trullench. in Decal.* „ *tom.* 2. *lib.* 7. *cap.* 4. *dub.* 5. ubi sic asserit.. Ego „ debeo tibi ex justitia centum aureos, & postea „ gratis præsto obsequium ejusdem valoris, aut „ æquivalens tibi confero titulo donationis: manebo ne exemptus ab obligatione justitiæ? Respondeo, si quando contuli illud donum, eram „ mœmor obligationis ex justitia, & nolui per illam rem, seu donum obligationi ex justitia satisfacere, sed gratis rem illam præstare; certum „ est me non satisfecisse obligationi ex justitia, nec posse postea uti compensatione, quia res „ illa scienter fuit gratis donata, & liberaliter.... Quid si quando contulit obsequium, ignoravit debitum ex justitia? Rodriguez in *Summa* „ par. 2. cap. 49. concl. 2. *non improbabiliter* asserit, postea, quando debiti ex justitia recordatur, posse facere compensationem per rem illam donatam cum tali ignorantia: quia præsumitur quòd non fuisset tam liberalis, si debiti „ fuisset memor. At Sanchez *lib.* 1. *oper. mor. cap.* 13. *n.* 2. & cum aliis Bonacina *probabilius* censent contrarium.... Nihilominùs tamen, ut dixi, sententia *Rodriguez* non est *improbabilis*, „ cui favet *Laymann* citatus à nobis. Hucusque „ Trullench. "

XXV. *An compensatio sit valida in foro conscientiæ, etiamsi adsint creditores anteriores*? Respondet P. Diana *loc. cit. resol.* 153. „ Hic casus „ multum practicabilis est, & his diebus præteritis accidit in morte cujusdam argentarii: & „ tunc multi viri docti negativè responderunt, „ quia debitor in tali casu accipit rem alteri obligatam; & ita docent *communiter Doctores*. Sed „ *EGO contrariam sententiam PROBABILEM existimo*. Quid si creditor possideret rem debitoris „ jure depositi? Ego puto probabiliter cum Tanner.... qui citat Navarrum, & Lessium, „ illam legem (depositi) & aliat spectare solùm „ ad forum externum, vel certè intelligendas, si „ aliter obtineri possit compensatio. Undè in „ nostro casu non solùm creditor justè faceret „ compensationem, existentibus creditoribus „ anterioribus, ut dictum est; sed etiam contra „ Comitolum *licitè possideret rem sure depositi*. "

XXVI. P. Dominicus Viva *tom.* 1. *part.* 2. *quæst.* 6. *num.* 9. „ Sequitur quarto posse Sacerdotem, qui pecunia credita decem Missas celebravit, si non possit hanc pecuniam recuperare, obiatis deindè decem carolenis pro aliis „ decem Missis, pecuniam hanc retinere, & alias „ Missis NON celebrare, ut notat Pejerinus apud „ Tamburinum *lib.* 3. *de Sacrif. Missæ c.* 1. §. 3. „ dummodò tamen vitet damnum tertii, videlicèt, aut animæ purgantis, aut infirmi, &c. "

XXVII. P. Didacus Hurtado de la Fuente *Theol. reform. diff.* 23. *cap.* 5. *num.* 41. „ Quę autem de famulis diximus, & ad quosvis alios „ stipendiarios extendimus, servata proportione „ locum habent in Sacerdotibus, qui Missas celebrant: in vinea namque Domini operantur, „ & sicut alii operarii, digni sunt sua mercede. „ Quapropter si merces justa, & recepta lege, „ consuetudine, aut conventione taxata, eis „ non persolvatur, optimo jure sese compensare „ poterunt, & quod justo deest, sibi occultè accipere ex aliis pecuniis ejus, qui ipsis Missas „ commendavit, servatis his quæ in istis compensationibus ab aliis servari debent.

XXVIII. Idem P. Didacus *ibid. num.* 43. „ Gravis tamen insurgit difficultas, num scilicet „ is Sacerdos cui recompensatio ex justitia debebatur, suppiementumque exigui stipendii, „ possit se indemnem servare non offerendo tot „ Missas, quot promisit iniquo contrahenti, sed „ pauciores, & eas solum quæ diminutis stipendiis simul sumptis respondent justo stipendio? „ (Post multa quæ brevitatis studio omittuntur, respondet.) Sicut alii operarii injustè læsi „ in contractu locationis circa stipendii justitiam, bifariam sibi consulere possunt, cum alia media deficiunt: nempè, vel exhibendo totam ope-

„ ram promissam, dignam majori stipendio, & „ sibi accipiendo occultè quod justo stipendio „ deest, saltem usque ad gradum infimum; vel „ potiùs minuendo operas, nec præstando nisi „ illas quibus ad æqualitatem correspondet stipendium quod tribuitur, ita pariter huic Sacerdoti similiter injustè læso circa stipendium Missarum licebit consulere, quocumque ex prædictis „ mediis: neutrum enim est injustum, &c.

„ *Num.* 45. Negotium tamen facessunt decreta „ S. Congregationis auctoritate speciali Urbani „ VIII. &c..... *Responderi tamen potest, decretum „ non loqui in casu.*" Vide ibi plura laxissima.

XXIX. P. Leonardus Lessius *lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 25. *n.* 133. „ Si tu alium injustè infamasti qui „ te antea infamaverat, non teneris ei ad restitutionem, si ipse tibi restituere nolit; sed potes „ uti compensatione, servata tamen æqualitate, „ *quantum fieri potest*. "

XXX. Idem Lessius *loc. cit. n.* 136. huic quæsito *utrum compensari infamia possit occulta pecuniarum retentione, vel surreptione*? respondet: „ Probabile est hanc compensationem fieri posse: „ quia *probabilis est* ea sententia quæ asserit, infamiam pecuniæ esse compensandam, quando in „ suo genere non restituitur. "

XXXI. P. Ludovicus Molina *de Just. & jur. tom.* 4. *disp.* 49. *num.* 5. „ Quando unus alterum „ injustè infamavit, neque, ut tenebatur, vellet „ eam famam illi restituere, tunc injustè infamatus, qui damnum in fama alteri non dedisset, „ posset in *pecunia* compensare damnum famæ, in „ quo est, idque *non solùm non solvendo* debitum „ antiquum occultum, quantum ad æqualitatem „ sufficere judicaretur ad competentem compensationem famæ, in qua est; *sed etiam occultè „ accipiendo de novo quantum satis esset ad eandem „ compensationem*, dummodò non interveniret „ scandalum; & aliter *commodè* obtinere non posset restitutionem suæ famæ, & denique dummodò intervenirent conditiones omnes requisitæ, ut licitè in conscientiæ foro fiat occulta „ compensatio debiti. "

XXXII. P. Dominicus Viva *tom.* 1. *part.* 3. *quæst.* 7. *art.* 1. *num.* 2. „ Qui invasus ab altero „ sivè armis, sivè contumeliis, si *potest* fugere, & „ malum ecclinare, non tamen fugit, sed cum „ debita moderatione se defendit, non tenetur ad „ restitutionem. Ratio est: quia quamvis aliquando non fugiendo peccet contra charitatem, si „ scilicet sine dispendio honoris fugere poterat; at „ non peccat contra justitiam. Ergo non tenetur „ ad restitutionem. "

XXXIII. Salmanticenses *tract.* 14. *cap.* 1. *punct.* 6. *num.* 12. „ Cum ergo utraque dicta sententia „ *probabilis* sit, qui *primam sequi vellet*, poterit, si „ hæres, aut legatarius instituatur testamenti minus solemnis, hæreditatem, vel legatum procurare, & si adipiscatur, retinere; & idem est de „ *aliis contractibus*. Et secundum nostram sententiam poterit hæres ab intestato non dare hæreditatem, aut legatum testamenti minus solemnis, nisi quia secundum illam invalidum manet testamentum etiam in foro conscientiæ; ideoque „ succedit hæres ab intestato, ac si confectum non „ esset. Sed quia probabiliorem diximus hanc sententiam, poterit dictus hæres uti occulta compensatione, si legatarius, aut hæres constitutus „ aliqua via legatum, aut hæreditatem adierit, „ quia, ut diximus (*tract.* 13. *cap.* 1. *punct.* 19. „ §. 3.) datur locus compensationi, quando est „ probabilior sententia quod sibi talia bona debentur. Sed hoc non poterit hæres, aut legatarius facere, si hæres ab intestato nolit reddere „ quod in testamento minus solemni redditum „ est, etiamsi conformare se velit alienæ opinioni, „ nisi eam judicet probabiliorem: quia, eo quod „ sit probabile aliquid deberi, locus compensationi non datur, ut ibidem §. 3. num. 19. probavimus. *Sed adhuc posse utramque sequendo opinionem* solùm ut probabilem, *tenent Villalobos, & „ Lessius.*"

XXXIV. P. Dominicus Viva *tom.* 1. *part.* 4. *quæst.* 2. *art.* 2. „ Quatè licitum est vendere aleas, „ & taxillos, *quamvis advertam* emptores iis mare usuros: possum etiam vendere Judæis agnum, „ & flores, possum vendere fucos, & ornamenta „ meretricibus, cibos iis quos *scio* violaturos jejunium."

XXXV. PROBABILISMUS, *materiam vendi ditoris est*? P. Thomas Tamburinus *lib.* 8. *in Decal. cap.* 7. §. 3. *num.* 13. proponit hanc quæstionem sub hoc titulo: *Venditio sententiæ probabilis*: & eam his verbis exponit. „ Occurrit hic non abs„ milis difficultas, ac in judice. Supponamus probabilem esse eam opinionem, de qua latè dixi „ *lib.* 1. *cap.* 3. quam præter ibi citatos sequitur „ Dicastillus *lib.* 2. *de Just. num.* 5. *disp.* 5. *dub.* 7. „ licere judici ex duabus *opinionibus quæ probabi„ libus* unam eligere, & juxta illam proferre sen„ tentiam. Jam inquiro, licitè ne, & justè acci„ piet judex pecuniam, ut potiùs illam eligat quæ „ mihi favet, quam illam quæ meo adversatur? „ (Respondet se improbasse hanc opinionem; at „ subdit:) *Eam tamen legat, qui velit apud Lessium „ lib.* 2. *cap.* 14. *dubit.* 9. *num.* 64. *Valentiam* 2. „ 2. *quæst.* 63. *art.* 4. *disp.* 5. *quæst.* 7. *part.* 4. „ *Salon.* 2. 2. *quæst.* 62. *art.* 4. *cont.* 2.

XXXVI. P. Leonardus Lessius *lib.* 2. *cap.* 14. *dub.* 9. *num.* 64. „ Si aliquid accipiat (judex) ut „ hanc potius quam illam in judicando sequatur, „ videtur non peccare .... Quia non tenetur ad „ alteram determinatè; sed liberum ei est sequi „ quam maluerit. Ergo si aliquid accipiat, ut „ hanc sequatur potiùs quam illam, non facit „ ulli injuriam. Consequentia patet. Quia cum res „ non est debita, non est contra justitiam (si solum jus naturæ spectemus) exigere pro ea pretium, si alioquin pretio sit æstimabilis. Tertiò. „ Quia non accipit pretium pro justitia sententiæ; „ sed quia in hac causa hanc opinionem præfert „ isti, ad quod nullo modo tenebatur. Hoc autem „ est pretio æstimabile: tum quia utilissimum est „ partistum quia sequendo hanc opinionem amittit favorem alterius partis, cui potuisset gratificari. "Ita quidem docet solo jure naturæ spectato.

XXXVII. Cardinalis de Lugo *tom.* 2. *de Just. disp.* 26. *sect.* 13. *num.* 208. „ Infertur tertiò, ne-

„ que reddi injustum hunc contractum (*Michaelis*)
„ ex natura rei, per hoc quod venditor suam in-
„ tentionem manifestet emptori dicendo : Ego li-
„ beré tibi credito vendo has merces ; si tamen
„ volueris eas postea viliori pretio vendere ad ha-
„ bendam pecuniam præsentem, ego paratus sum
„ ad eas emendas. "

XXXVIII. P. Lesius *lib.* 2. *cap.* 21. *dub.* 16. *num.* 131. „ Adverte tamen hunc modum contrahendi sæpè non carere culpa in mercatore, „ qui ex COMPOSITO ita vendit, ut pretio infimo redimat. Nam primò peccare potest contra charitatem ; ut si cogat miserum aliquem „ hominem emere merces, quibus non eget, „ magno illius dispendio, cum possit illi facilè, „ & absque suo incommodo mutuum dare. Secundò peccare potest præbendo malum exemplum. Nam contractus ille habet speciem mali, „ & suspicionem usuræ. Tertiò seipsum, & suos „ infamando. Non tamen tenetur ad restitutionem, ut inquit Navarrus : quod intellige non „ teneri ex justitia. "

XXXIX. Salmanticenses *tract.* 14. *cap.* 2. *punct.* 9. §. 1. *num.* 84. quærunt peccentne venditores, & emptores contra justitiam, dum mendaciis, & perjuriis se decipiunt, ut augeatur, vel diminuatur pretium intra gradus præfinitos ? Negant : quia hæc, inquiunt, *sunt communia mendacia vendentium, & ementium, & omnes communiter norunt, hæc esse stratagemata negotiatorum, quibus fidem non præstant, & si fidem incauti præstent, sibi imputent, quia facilè sunt ad credendum.*

XL. Caramuel, *lib.* 2. *Theolog. mor. disp.* 14. *num.* 778. „ Distinguo molestiam à periculo, „ vel à damno emergente, & à lucro cessante. „ Est verè aliqua recreatio in videndis rebus pretiosis, cur non & polsidendis ? Pro audienda „ comœdia, vel videnda bestia datur pretium, „ & nemo contradicit : cur non pro videndis, vel „ possidendis optimis auri partibus ? Ratione „ ergo hujus molestiæ, à carentia pecuniæ subortæ, præciso omni alio periculo, posse quid „ supra sortem accipi, affirmat Medina : & D. „ Thomæ interpretes, quæst. 78. art. 1. indicant „ speculativè probabile. Sed Dicastillus contradi„ cit, & inquit : mihi hæc sententia est speculativè improbabilis, & moraliter in praxi vide„ tur perniciosa. *Vid. CENSORIUM CATONEM „ severo supercilio doctrinam condemnantem. Audi „ tamen num.* 154. *sibi contradicentem.* Unum „ solum superest, inquit, sanè difficile, nempè „ tristitia ex carentia rei quam amabat, & de „ qua habita apud se delectabatur. *Non hæc restat, „ sed de hac unica disputatur ; & respondet.* Recen„ tiores aliqui docent, eam tristitiam sufficienter „ recompensari per recompensationem rei similis „ conditionis. . . . Verùm enim verò carentia „ illa non videtur recompensari per redditionem „ rei similis, sed ex solutione rei mutuatæ ite„ rum reddit delectatio ; quam delectationem, si „ non mutuasset, mutuans, & eo usque habuisset „ quo caruit, & modo etiam haberet. Ergo non „ satisfit præteritæ tristitiæ per præsentem lætitiam : quia hanc etiam haberet, si non mutuas„ set. Ideò probo posse in hoc casu aliquid ul„ tra sortem recipere, si id à principio deduxit „ in pactum, & declaravit mutuatario juxta dicta „ in superioribus : atque in eo eventu vera est „ sententia Medinæ. (Hactenùs Dicastillus : & „ Caramuel hoc pacto resumit sermonem.) „ *Parturiunt montes & nascetur parviculus mus. Cur „ illa dicta prius ? Sententia quæ à paucis limis erat „ speculativè improbabilis, practicè perniciosa, jam „ tandem asseritur vera. Veritas enim est veritas, & „ tametsi aliis ideis præventus eam condemnes, tan„ dem affulget, & te ipsum condemnans ejus fine„ ritatem propugnabis. "

XLI. P. Claudius Lacroix *lib.* 3. *part.* 2. *de Usura, num.* 854. „ Sylvius, Serra, allique apud „ Mendo in statera *disp.* 6. *art.* 2. *num.* 54. do„ cuerunt SEMPER esse periculum sortis, quan„ dò datur mutuum ; ideoque ratione periculi „ SEMPER posse aliquid exigi. "

XLII. P. Thomas Tamburinus *lib.* 8. *tract.* 3. *cap.* 8. §. 4. *num.* 1. " Quando rationabiliter ti„ metur periculum, vel difficultas, vel expensæ „ in recuperando mutuo, atque hæc oriuntur „ ratione personæ mutuatarii, potest aliquid exigi „ proportionatum supra sortem : si pericula ti„ meantur ex sola pusillanimitate, negant ple„ rique. . . . Verùm de Lugo innuit posse, licèt „ denique aliorum judicio relinquat. Ratio est... „ angor, & molestia quæ mutuans passurus est, „ toto v.g. anno propter timorem amittendi sor„ tem, quoque subire ipse non obligatur sine pre„ tio. Atque hæc jam in eo pusillo adsunt : ergo, „ &c. "

XLIII. Cardinalis de Lugo *tom.* 2. *de Just. disp.* 25. *sect.* 6. *num.* 81. „ Cæterum cum hoc stat „ quod ipsum periculum sit damnum diversum à „ sorte, & pro quo possit aliquid ex pacto præ„ cedenti exigi. Negari enim non potest quod li„ cèt debitum postea recuperetur, molestiam ta„ men mutuanti non attulerit periculum illud, & „ timor amittendi sortem. Sicut ergo mutuum da„ ri non potest sine corporis, vel mentis labore, „ vel molestia, & timore amittendi sortem ; po„ teris pro hac molestia subeunda aliquid exigere.

„ *Ratio autem à priori est* : quia labor, & dolor „ mentis licèt non sint in genere bonorum fortu„ næ, & ideo injuriæ circa illos illatæ non obli„ gent ex se ad compensandum pecuniis, sunt „ tamen *aliquid* quod in pactum deduci potest, „ ut pecuniis compensetur. Sicut enim pro la„ bore corporis potes pretium exigere, ita, & „ pro labore mentis : & sicut potes exigere pre„ tium, ut aliquis sit tibi dolor capitis, quanti „ doloris illius molestia æstimari possit ; ita pro „ molestia, & angore mentis subeundo poteris „ pretium exigere, cum non minus, sed ali„ quandò magis cruciet quàm dolor corporis. *Si „ ergo posses ultra sortem exigere, quando mutuum „ futurum* tibi esset causa doloris capitis, poteris „ etiam exigere quando mutuum futurum tibi „ esset causa doloris, & timoris interni propter „ periculum sortis amittendæ, quia dolor ille, & „ timor, prout contradistinctus à sorte ipsa, est ali„ quid quod in pactum possit pro pretio afferri. "

Idem

XLIV. Idem de Lugo *loc. cit. num.* 85. „ Cum „ enim ratio licitè exigendi aliqua propter peri„ culum, sit, quia mutuans non potest hic, & „ nunc mutuare quin subeat molestiam illam, & „ timorem ; *parum* videtur referre quod res ipsa, „ vel indoles mutuantis, & ejus dispositio talem „ molestiam afferat. *Quia si ego, quia claudus v.g. „ sum, debeo subire peculiarem molestiam, ut pecu„ niam ex domo afferam ad tibi mutuandum, quam „ molestiam alii non subirent, possum bene* (N. B.) „ *peculiare pretium exigere pro illa molestia à me „ subeunda. Si ergo similiter quia meticulosus sum, & „ pavidus, non possum tibi mutuare sine magno an„ gore, & timore amittendæ sortis, videtur quod „ possim aliquid exigere pro hac molestia, & onere, „ sine quo ego tibi mutuare non possum. Hoc tamen „ aliorum judicio relinquo. "

XLV. P. Thomas Tamburinus *lib.* 8. *in Dec.* 1. §. 5. *num.* 18. „ Dixi jam posse pro hoc titulo „ promissionis non repetendi pecuniam mutuam, „ pro quolibet anno licitè in hac nostra ætate „ PECUNIOSA exigi quinque pro centenario. Ita Caramuel.

XLVI. P. Leonardus Lesius *lib.* 2. *cap.* 20. *dub.* 10. *num.* 74. „ Adverte tamen, si re vera „ ex mutuo 100. aureorum certò sis accepturus „ detrimentum aureorum decem, non erit usuræ „ peccatum, etiamsi *non monito* mutuatario de „ hoc damno, paciscaris tibi reddi 110. "

XLVII. Idem Lesius *loc. cit. num.* 90. „ Tertius modus est. Si pecuniam destinatam negotiationi, & mutuam peterent : de quo modo „ est difficultas. Quidam enim doctissimi viri „ putant etiam tunc posse aliquid exigi ratione „ lucri cessantis. " (Post quinque rationes in præsidium hujus opinionis allatas sic concludit *num.* 93.) „ Ob has rationes hæc sententia „ mihi olim visa est probabilis, & etiam nunc „ videtur, præsertim speculativè consideranti, „ modò ille non exigat amplius quam spes illa „ lucri detracta laborum, & expensarum æstimatione valebat ; & semper retineat ani„ mum negotiandi, si mutuum non peteretur. „ In praxi tamen ob periculum palliandi usuras „ *non est facile admittenda.* " Eamdem opinionem docent P. Tamburinus *lib.* 9. *cap.* 3. §. 4. *num.* 2. Laymanus *lib.* 3. *tract.* 4. *cap.* 16. *num.* 8. Sporer *tract.* 6. *in* 7. *præcept. cap.* 4. *sect.* 2. *num.* 44.

XLVIII. P. Thomas Tamburinus *lib.* 9. *tract.* 1. *cap.* 3. §. 4. *num.* 2. „ Si habes domi aliam „ pecuniam otiosam, hanc tamen quam mutuas, „ negotiationi destinaveras, adhuc potes, si „ hanc destinatam mutues, exigere lucrum ces„ sans : quia revera ratione mutui cessat tibi „ ejusmodi lucrum ex hac destinata pecunia. " Eamdem defendit *lib.* 8. *cap.* 8. §. 3. *num.* 1. ubi pro se citat Aragonium, & Valentiam *tom.* 3. *disp.* 5. *quæst.* 20. *part.* 2. *Quia*, inquit, *hæc tibi fructificatura erat, & non alia.* Hæc eadem verba Tamburini de more transcribit Patritius Sporer *tract.* 6. *in* 7. *præcept. cap.* 4. *sect.* 2. §. 3. *num.* 44. ubi citat *Molinam, Lessium, Laymam, Lugo.*

XLIX. P. Claudius Lacroix *lib.* 3. *part.* 2. *num.* 861. „ Si quis aliam pecuniam quam habet, „ exponere non audeat, sed *ex nimia etiam so„ licitudine* reservet familiæ, poterit petere lu„ crum cessans pecuniæ mutuatæ : quia mutua„ tor re ipsa fuit causa lucri cessantis. Molin. „ Pith. Lugo *disp.* 25. *num.* 90. Si autem ideò „ præcisè pecuniam aliam reservavit, nolens ad „ negotiationem exponere, ut semper haberet „ ad manum pro casu quo quis mutuum pete„ ret, docent Molin. Laym. Lugo, Tamburin. „ Hannold. Illsung. num. 438. etiam posse pe„ tere lucrum cessans : *quia mutuatio partim „ præterita, partim futura videtur fuisse causa* ; „ & voluntas præsumpta etiam eorum qui mu„ tuum sunt petituri, movet ad non exponen„ dum pecunias negotiationi, ex quo cessat lu„ crum. "

L. De Lugo *disp.* 25. *sect.* 6. §. 91. „ Circa „ eamdem conditionem quæritur secundò an di„ catur lucrum cessare causa mutui, ita ut pro „ eo possit aliquid à mutuatario exigi, quandò „ aliquis servat aliquam pecuniam apud se, quam „ ideò noluit ad negotiationem applicare, ut ha„ beret ad manus pecuniam pro iis qui mutuo „ peterent....

„ Lessius num. 88. & sequentibus hunc casum „ dividit in alios duos.

„ Primus est, quandò scio te posteà petiturum „ mutuum, & in gratiam tui subtraho negotia„ tioni pecuniam aliquam, ut possim tibi postea „ mutuare : in quo casu dicit posse ultra sortem „ exigi. "

„ Secundus casus est, quandò non scis de ali„ quo in particulari mutuum petituro ; sed quia „ multi posteà mutu indigebunt, subtrahis pe„ cuniam negotiationi, ut possis iis, quicumque „ sint, mutuare : quo casu dicit, probabile vide„ ri quod possit posteà exigi lucrum cessans, præ„ sertim speculativè loquendo, si animus retinea„ tur negotiandi, si pecunia illa non mutuò dare„ tur, &c.

„ Charitatis gratia possumus primum casum in „ alios duos subdividere. (Post multa respondet „ *num.* 93.) Undè ad rationem dubitandi dicere „ possumus, etiam tunc mutuum esse causam „ lucri cessantis, quod dupliciter explicari „ potest.

„ Primò in genere causæ finalis : ideò enim „ à negotiatione, & lucro præsenti cessas, ut „ posteà possis mihi mutuare. Nec videtur re„ quiri quod mutuum sit causa efficiens, & an„ tecedens PRIORITATE REALI cessationem „ lucri ; sed videtur sufficere quod in genere „ causæ finalis sit causa cessandi à lucro : sicut „ etiam NOSTRA SALUS, ET JUSTIFICA„ TIO dicitur causa PASSIONIS CHRISTI, „ quia fuit finis propter quem Christus mortuus „ est. Nec minùs gratus esse debeo ei qui dam„ num patitur ut me liberet, quam si me petente „ ut patiatur ; licet in primo casu mea liberatio „ sit causa finalis, & in secundò meæ præces sint „ causa moralis efficiens.

„ Secundò addere possumus, voluntatem mu„ tua-

„ tuatarii futuram prævisam esse causam mora-
„ lem efficientem desistendi à lucro negotiatio-
„ nis. Nam licèt non moveris à mutuo prævi-
„ so futuro *absolute* ad subtrahendam pecu-
„ niam : non enim ideò desistis à negotiatione,
„ quia mutuaturus es, sed ideò mutuaturus es,
„ quia desistis à negotiatione : sed tamen move-
„ ris à prævisa voluntate mea futura petendi
„ mutuum. Quarè verè mea voluntas, & peti-
„ tio mutui est causa moralis cessantis lucri, quod
„ sufficit ad exigendum interesse, &c.

LI. Idem de Lugo *loc. cit. num.* 94. „ His
„ suppositis circa utramque partem prioris ca-
„ sus dicendum videtur consequenter, in poste-
„ riori etiam posse exigi lucrum cessans, quan-
„ dò nullus in particulari prævidetur petiturus,
„ sed aliqui in communi, in quorum gratiam
„ pecuniam à negotiatione subtraxisti ; prout
„ absolutè, & sine scrupulo concedit Malde-
„ rus .... Ratio ex dictis colligi potest : quia
„ inter hunc secundum casum, & primum ea
„ sola differentia esse videtur, quod in primo
„ ego in particulari prævisus fuerim mutuum
„ petiturus ; in secundo autem non sum ego
„ prævisus in particulari, sed aliquid in confu-
„ so, & indeterminatè. Hoc autem ad propo-
„ tum parum referre videtur .... Quod expli-
„ cari potest exemplo supra adducto PASSIO-
„ NIS CHRISTI. Licèt enim Christus ante vo-
„ luntatem patiendi non previderit determina-
„ tè peccatum futurum hujus hominis ; seu ali-
„ quos homines mortaliter peccaturos, ad quo-
„ rum justificationem voluit sanguinis pretium
„ solvere ; adhuc verè dicitur peccatum hujus
„ hominis fuisse causa ut pateretur. Ratio au-
„ tem est, quia sub illa distinctione cognos-
„ centur omnia futura disjunctim ; & ita vo-
„ lendo mori pro his liberandis qui peccaturi
„ erant, voluit mori pro hoc, si hic de facto
„ peccasset. Si ergo vis reservare pecuniam pro
„ illo qui petiturus est, quicumque ille sit, præ-
„ videns aliquem petiturum, pro illo de facto
„ voluisti reservare, quamvis indeterminatè
„ cognito. "

LII. P. Joannes Azorius 3. *part. lib.* 5. *cap.*
5. *quæst.* 3. „ An lucrum cessans possit solvi an-
„ ticipata solutione ? Respondetur ex com-
„ muni consensu, non posse. Sed notandum est,
„ hoc intelligi sic. V. g. mutuat Titius Cajo, &
„ quia convenit inter eos ut ratione lucri ces-
„ santis Cajus solvat Titio quinque, dicitur an-
„ ticipata solutio,, si Titius det Cajo nonaginta
„ quinque. Hoc omnino est illicitum, quia est
„ usura manifesta. Nam perindè est, ac si mutuet
„ nonaginta quinque, ut posteà sibi reddantur
„ centum. "

*At non verè est illicitum, si anticipata solu-
tio intelligatur sic. Mutuat Titius centum Cajo,
& convenit inter eos ut ratione lucri cessantis
Cajus solvat Titio quinque, v. g. certam portio-
nem olei, vini, frumenti, vel panis gallinae-
rum, quæ dat Cajus ratione illorum quinque de
quibus solvendis convenit inter eos ratione lucri
cessantis.*

LIII. P. Thomas Tamburinus *lib.* 9. *cap.* 3.
§. 3. „ Nos aliqua remedia, seu *justa artificia*
„ tradidimus *lib.* 8. *in Decal. tract.* 3. *cap.* 8. §. 3.
„ *num.* 16. *quorum auxilio aliquid anticipato ju-
„ mi possit.* (Artificia justa tradita loc. cit. hæc
„ sunt.) Caramuel *lib.* 2. *Theolog. Mor. num.*
„ 755. tollit sic difficultatem. *Fiant duo contra-
„ tus, alter mutuationis, alter venditionis ; & sic
„ poterit mutuans sumere nunc decem, seu sal-
„ tem octo, vel sex.* Explico (inquit Tamburi-
„ nus.) Mutuans nunc mutuat centum aureos
„ cum spe ut recipiat hinc ad annum ex lucro
„ licito præter sortem alia decem. Vendat nunc
„ anticipato hanc spem denarii lucri ipsi mu-
„ tuatario, quæ spes valebit v. g. omnibus ab
„ experto viro expensis, sex, vel octo aureis :
„ nam statim nunc poterit sine labe usuræ hos
„ sex, vel octo aureos sumere, non quidem ex
„ vi mutui, sed ex vi venditionis speratæ à se
„ lucri, & venditi mutuatario. „

LIV. Idem Tamburinus *ibidem num.* 18.
„ Lessius *lib.* 2. *cap.* 21. *num.* 100. ab eadem diffi-
„ cultate sic se liberat. *Mutuet quis tibi centum,
„ ita ut mutuet cum interesse solum* 91. *&* 9. *sint
„ interesse. Nam mox hæc* 9. *reddere mutuatori
„ potes sine ulla injustitia pro interesse de-
„ bito illi* 91. *Tunc enim tu mutuatarius non sol-
„ ves lucrum ex ipsa summa mutuata cum inte-
„ resse, sed ex alia ; quo pacto plus æquo non gra-
„ vaberis.* Dices : Gravabor ex eo quod antici-
„ pato solvo quod nondùm debeo. Respondeo
„ sic pro Lessio. At certò debebis : & ex alia par-
„ te molestia dandi nunc quod debebis posteà,
„ compensari sufficienter videtur ex eo quod
„ mutuans gratis mutuat tibi, & sine interesse
„ illa novem. "

LV. P. Antonius Diana *tom.* 6. *tract.* 3. *re-
solut.* 47. *num.* 3. „ Ostendam Confessarii duos
„ modos quibus pœnitentes mutuando possunt
„ pacisci ut statim sibi lucrum reddatur ex illo
„ mutuo. Primus est Leonardi Lessii, &c. . .
„ Secundus modus est Joannis de Salas, & Joan-
„ nis Azorii, scilicet non accipiendo illud lu-
„ crum cessans ex ipsa summa pecuniæ, vel ex
„ aliqua re frugifera, sed v. g. in tanta quantita-
„ te olei, frumenti, vini, &c. Notabunt hæ
„ Confessarii, & in praxi se expedient. Ad tol-
„ lendas occasiones peccatorum his MONITIS
„ UTANTUR. "

LVII. *An sit usura, ut mutuatarius initio mu-
tui solvat lucrum occasione mutui ?* „ Seclusò
„ scandalo negativè respondet Baunius in *Theol.
„ Mor. tom.* 3. *lib.* 2. *quæst.* 22. (apud Dianam
„ *loc. cit. reg.* 45.) Primò quia est tempus quid-
„ piam usuræ extrinsecum : ergo ab eo lucri ces-
„ santis solutio non trahit usuræ maculam, ac,
„ vitium. Secundò simul ac aliquid est debitum
„ illud solvere non est malum ; at est mutuanti
„ lucrum cessans illico debitum ac sit mutuum :
„ solvere ergo tum poterit. "

LVII. P. Paulus Layman *lib.* 3. *tract.* 4. *cap.*
16. *num.* 2. „ Civis majore anni parte pecunias
„ paratas habet, ex quibus indigentibus opifici-
„ bus, præsertim textoribus, mutuum dare pos-
sit

„ sit, *relicta ipsi in securitatem solutionis pigno-
„ re* ; v. g. *tela.* Cum autem recepto pignore,
„ solutio facienda est, post annum medium in
„ singulos florenos mutuo datos auctarium adji-
„ ciendum est, v. g. unus *panius.* Considéran-
„ dum enim est auctarium istud non accipi ratio-
„ ne mutui, sed ratione obligationis, oneris, &
„ curæ quam civis ille ob gratiam textorum in se
„ suscipit, ut toto fermè anno pecunias pro illis
„ in promptu habeat, quocumque tempore in
„ domum suam adventantes intromittat, *pecu-
„ nias numeret*, &c. quæ obligatio pretio æstima-
„ bilis est. "

LVIII. P. Leonardus Lessius *lib.* 2. *cap.* 21.
dub. 16. *num.* 130. „ Quidam DD. existimant id
„ esse injustum, & palliatam usuram, quando
„ idem redimit qui vendidit. *Sed verius est non
„ esse injustum*, etiamsi revendat ipse venditor,
„ modò infra limites justi pretii consistat . . .
„ Ratio est : quia, & venditio *prima* justa est,
„ quia eadem merces revenduntur. Nec refert
„ quod hæc revenditio fiat pretio infimo : tum
„ quia merces, quæ à venditore ingeruntur,
„ vilescunt. Nec etiam refert, quod idem sit
„ emptor qui ante erat venditor. QUIA SI
„ ALIAS QUIVIS POTERAT ILLO PRETIO
„ EMERE, CUR NON, EL ILLE QUI VEN-
„ DIDIT ? "

LIX. P. Thomas Tamburinus *lib.* 9. *tract.* 3.
cap. 5. §. 1. *num.* 6. „ Primus titulus est, quia
„ emptor carebit pecunia, quam sibi ipsi ipse tra-
„ dit, post tres, vel plures menses, undè priva-
„ bitur, etiamsi non sit mercator, opportunita-
„ te, & libertate aliquid lucrandi cum illa pecu-
„ nia à te reddenda per alias *forte* negotiationes
„ se se offerentes. "

LX. P. Lessius *lib.* 2. *cap.* 23. *dub.* 9. *num.*
85. „ Petes, utrum id quod camporibus debe-
„ tur ratione provisionum, & interesse possit ab
„ ipsis continenter abjici sorti, ut cambium
„ augeant ? "

„ Resp. Id fieri non posse, nisi moraliter cer-
„ ti sint se illud potuisse aliis statim ad recam-
„ bium dare, & per illud lucrari. Tunc enim ra-
„ tione lucri cessantis possunt illud sorti unire ad
„ cambii augmentum. "

LXI. PP. Salmanticenses *tract.* 14. *cap.* 4.
punct. 2. §. 4. „ Res non supponuntur, ut ex
„ ipsis necessario census solvantur ; sed ut ipsa
„ solutio secutior sit : & ideò supponuntur ut
„ *pignus*, & *hypotheca*, non ut fundamentum
„ census ; sed sic est quod etiamsi pignora pe-
„ reant, vel hypotheca, non cessat obligatio,
„ *Leg. adversus. Cod. de Act. & Oblig.* Ergo nec
„ pereuntibus rebus censui suppositis census eva-
„ nescit. "

LXII. P. Thomas Sanchez *lib.* 1. *Consil. Mo-
ral. cap.* 7. *dub.* 2. „ An qui habet licentiam Pa-
„ pæ, vel Episcopi ad petendam eleemosynam
„ uno anno per se, vel per alium, ut suæ ne-
„ cessitati consulat, possit hoc jus locare alteri
„ pretio aliquo .... Secunda sententia proba-
„ bilior dicit posse, nec causari obligationem
„ restituendi : quia expresso aliquo jure non
„ prohibetur locare ; nec fit inhabilis ad pre-
„ tium locationis recipiendum ; & locat illud
„ jus quod habet, estque contractus fortunæ,
„ quo uterque lucri, & jacturæ periculo expo-
„ nitur. Sic Henriquez *lib.* 7. *de Indulgent. cap.*
„ 55. *num.* 5. "

CAPUT III.

*Variæ juris acceptiones : justitiæ notionis, & di-
visiones.*

I. TRes sunt juris acceptiones. 1. Pro lege definiente quid cuique ex justitia tribuendum sit : qua in acceptione lex ipsa jus dicitur, seu juris regula. 2. Jus significat potestatem ad aliquid agendum, exigendum, recipiendum. 3. Jus usurpatur pro æqualitate inter rem, & rem. Jus aliud *in re*, quod actionem tribuit, tum in rem, tum in personam. Hoc jure potiuntur homines in res quas possident, valentque vendere, alienare, locare, &c. aliud jus *ad rem*, quod tribuit actionem in personam, & non in rem, seu tribuit actionem *personalem*, non *realem*. Vendis rem tuam alteri, quæ traditione illius fit. Emptor habet jus *in hac re empta*, tu retines jus ad rem, seu habes actionem in personam ad exigendum pretium.

II. Jus illud potestativum, aliud *jurisdictionis*, quo potiuntur Principes, Prælati, Superiores in proprios subditos. Aliud *proprietatis*, quo quis potitur in rem suam. Justitiæ materia remota sunt res, pecunia, merces, agri, domus, animalia, &c. Materia proxima sunt actiones humanæ exteriores.

III. QUÆST. I. *Quid, & quotuplex sit justitia ?* RESP. Est perpetua, & constans voluntas jus sum cuique tribuendi. Triplex est, *commutativa, distributiva, & legalis. Commutativa* justitia est inter duos æquales homines mementes, vendentes, locantes, &c. In his enim contractibus æquales sunt, quamvis aliundè Princeps unus esset, & alter subditus. *Distributiva* justitia est totius ad partes, nempè Principis ad subditos in distribuendis gradibus, dignitatibus, præmiis, &c. *Legalis* est partis ad totum, seu subditorum ad Principem, quatenus omnes tribuunt quæ communitati conveniunt legum præscripto. Hanc legalem justitiam non esse in toto rigore justitiam contendunt Salmanticenses, aliique ; sed opposita sententia probabilior est mihi.

IV. Justitia *distributiva* bona communitatis distribuit inter partes ejusdem communitatis juxta proportionem meritorum. Hæc virtus justitiæ residet in Superiore, cujus est distribuere bona communia : reperitur quoque in subditis quatenus huic justitiæ acquiescunt. Medium rei, quod hæc justitia respicit, non est æqualitatis arithmeticæ, sed proportionis, & geometricæ, quæ proportio versatur inter bona distribuenda, & merita subditorum.

V. QUÆST. II. *An justitia commutativa distinguatur à justitia vindicativa ?* REPS. Justitia com-

commutativa, ut dictum est, reddit unicuique rem suam secundùm jus quod habet illam exigendi: ponit enim æqualitatem inter debitum, & creditum; quæ oritur ex emptionibus, venditionibus, mutuis, cæterisque contractibus: item ex furtis, ex homicidiis, aliisque injuriis, quarum damnum compensandum est. Præcipuus justitiæ commutantis actus restitutio est.

VI. Justitia vindicativa spectari potest, aut in judice, vel Principe; aut in privatis personis læsis, quæ postulant vindictam. Secundum priorem considerationem est actus veræ justitiæ commutativæ; in personis autem læsis non est vera justitia, sed pars potentialis ejusdem, ut 2. 2. *quæst.* 80. *art.* 1. *ad* 1, docet S. Thomas. Ratio prioris partis evidens est. Quoniam judex vi justitiæ commutativæ astringitur non modo bono communi providere, sed etiam subditos ab injuriis, & oppressionibus defendere. Adest præterea medium rei. Judex enim tenetur infligere pœnam æquantem jus læsum personiæ offensæ. Secunda pars se ipsa patet.

VII. QUÆST. III. *Justitia commutativa distinguiturne specie à justitia distributiva?* RESP. Affirmat communis sententia. Siquidem virtutum specifica diversitas ab objectorum diversitate formali sumitur. Sed utraque hæc virtus objectum formaliter diversum spectat. Ergo inter utramque diversitas specifica relidet. Objectum enim virtutis justitiæ est juris æqualitas constituenda inter jus unius, & debitum alterius. Commutativa respicit æqualitatem arithmeticam, & distributiva geometricam. Jus commutantis justitiæ est jus rigorosum; jus justitiæ distribuentis imperfectum est, fundatum non in re, vel ad rem, ut prius, sed in convenientia, & habilitate personali. Prima justitia rei pretium; altera personæ prærogativas spectat, ut 2. 2. *quæst.* 61. *art.* 2. S. Thomas docet.

VIII. Advertendum tamen, justitiam distribuentem ferè semper habere individuam justitiam commutantem. Qua de re lege *tom.* 7. *lib.* 2. *diff.* 1. *cap.* 4. *num.* 10.

IX. QUÆST. IV. *Quænam sunt vitia justitiæ opposita?* RESP. Justitia hic sumitur, non pro gratia sanctificante, qua justus quis dicitur, neque pro justitia generali in omnium virtutum complexione sita; sed pro virtute peculiari morali, quæ voluntatem inclinat ad tribuendum cuique quod suum est, ut jam diximus. Cæterùm autem virtutes duo habere vitia contraria solent: alterum per excessum, alterum per defectum. Justitiæ opponitur duntaxat defectus, quatenus quis non reddit quod debet. Excessus reddendi plusquam debetur, cum aliis virtutibus, secus cum justitia pugnat, nisi nocumentum alteri inferatur.

X. Vitium oppositum justitiæ est injustitia, quæ, ut justitia, in varias tribuitur species. Nam alia est injustitia legalis, quæ leges relaxat: alia opposita justitiæ distributenti, & est acceptio personarum. Justitiæ commutanti opponuntur furta, homicidia, rapinæ, contumeliæ, calumniæ, falsæ accusationes, advocatorum impostura, injusta judicum judicia, &c. Injustitia genere suo peccatum lethale est, & ex parvitate materiæ, aut ratione indeliberationis culpa venialis est.

CAPUT IV.

De Dominio, ejusque divisione, & bonorum partitione.

I. QUÆST. I. *Quid, & quotuplex sit dominium?* RESP. Dominium plures excipit significationes. Nunc accipitur pro dominio *proprietatis*, quod propriè dominium est, & definitur, quod sit *facultas utendi re tamquam propria in omnes usus à lege permissos in suum commodum.* Dominium istud aliud *perfectum*, & *plenum*, aliud *imperfectum*, & *semiplenum*. Illud olim dicebatur *mancipium*, quod manu caperetur, estque dominium in substantiam rei ejusque commoda; & ideò dicitur etiam *dominium in solidum*, quia non solùm habet proprietatem, vi cujus dicitur dominium directum, sed etiam commoda, & usus rei, propterea quod dicitur dominium *utile*. Dominium *imperfectum* hæc duo separat, nempè proprietatem rei ab usu rei. Nam Titius sæpè habet proprietatem rei sine usu; & vocatur dominus *proprietarius* seu directus. Sempronius sæpè habet rei usum, seu usumfructum sine proprietate; & vocatur *usufructuarius*, *emphyteuta*, *vassallus*, *feudatarius*.

II. Hæc tamen haud sequitur dominium directum carere omni utilitate. Caret utique directè fructibus, qui produci à re solent, & ideò distinguitur ab utili; at multas habet alias commoditates. Valet enim dominus proprietarius rem alienare: præterea accipit canones, seu pensionem ab usufructuario, vel emphyteuta: & tandem sæpè dominium utile redit ad proprietarium. Et quandò cum licentia proprietarii fit alienatio medio novo contractu, ipsi laudemium solvendum est. Ultimo aliud est dominium *altum*, quod Principibus convenit: aliud *humile*, quo potiuntur subditi in propria bona.

III. Dominium transfertur, vel titulo, vel traditione rei. Qui enim alteri præbet rei titulum, seu jus, in hunc transferre dominium intendit. Hæc translatio dominii describi solet, quod sit *transmissio rei ab eo qui legitimè possidet, in alterum qui incipit esse dominus.* Triplex istius translationis principium. Deus, homo, Princeps. Radix translationis dominii à rerum divisione proficiscitur. Rerum divisio jure gentium invecta est. Non omnia tamen jure gentium divisa sunt: plura enim communia remanent, ut viæ, plateæ, civitates, flumina, mare, fetæ, &c.

IV. Dominium utile est *jus utendi, & fruendi alienâ re, salva ejusdem substantia.* Aliud jus dicitur *usus juris*, aliud *usus facti*. Sed usus facti non est jus, sed juris executio. Jus proprium est jus utendi, quod distinguitur ab aliis juribus, quæ nullum præbent usum, quale est jus depositarii in rem depositam, creditoris in pignus. Ad-

Additur *& fruendi*, quæ particula distinguit usumfructum ab usu nudo: nam usuarius uti tantum re in proprium commodum valet; usufructuarius contra, & uti re, & ejusdem fructus vendere, alienare, locare, salva ejusdem rei substantia, potest. Dominus verò proprietarius rem ipsam alienare valet. Ususfructus alius legalis, alius conventionalis. Ille lege, hic conventione peragitur.

V. QUÆST. II. *Quinam sunt fructus, quibus frui usufructuarius potest, & quid præstare iste debeat?* RESP. Quidquid fructus parit, & ex eo percipi potest, nomine *fructus* comprehenditur. Dominium fructuum usufructuarius non acquirit, nisi sint collecti: quare si ante collectionem moriatur, ad dominum pertinent. Usufructuarius, ut bonus paterfamilias, conservare substantiam rei debet. Si aliqua gregis capita moriantur, aut inutilia reddantur, ti plantæ arescant vinearum; alia fructifera capita, aut plantas substituere tenetur. Si absque ejus negligentia res, aut rerum partes pereant, aut gelu, grandine, invasione, ad nihil tenetur. Potest usufructuarius, consentiente, secus repugnante domino proprietario, alteri jus suum cedere.

VI. QUÆST. III. *Quid sit contractus emphyteusis, & feudi?* RESP. Emphyteusis est contractus quo in perpetuum, vel ad tempus, non brevius decennio, fundus alicui traditur fruendus cum onere pensionis solvendæ domino directo in dominii recognitionem. Potest emphyteuta, domino inscio, emphyteusim alteri per decennium locare. *Feudum* definitur, quod sit *concessio rei immobilis, translato dominio utili, & retento directo, apud proprietarium, cum onere fidelitatis, & obsequii personalis exhibendi.* Differt ab *emphyteusi feudum*, quod emphyteuta solvat pensionem realem domino directo; feudatarius verò, sive vassallus teneatur ad obsequium personale certo tempore præstandum infeudatori, sive in aula, sive in bello.

VII. QUÆST. IV. *Quid sit possessio, & modus eam comparandi, vel amittendi?* RESP. *Est detentio rei, corporis, & animi, jurisque admixtio.* Ad veram possessionem requiritur ut quis animo, & corpore, modò à jure præscripto, nempè manibus, pedibus, aliave formula in lege definita rei possessionem capiat. Possessio duplex. Alia justa, seu juris simul, & facti. Altera injusta, & facti tantum. Illa dicitur *detentio rei suæ cum jure detinendi.* Hæc contra *detentio rei tamquam suæ sine jure detinendi.*

VIII. Quatuor sunt possessionis prærogativæ, seu privilegia. 1. Est bona fides. 2. Si dubitatio insurgat super jure, possessoris melior est conditio. 3. In judicio actori, non possessori probatio incumbit. 4. Possessori concessum est suam defendere possessionem modo licito, & honesto. Aliqui recentes non solùm licite asseruere defendi posse occisiva defensione quæ actu possidemus, sed ea etiam ad quæ jus inchoatum haberet. Quam doctrinam damnavit Innocentius XI. duabus thesibus. 32. *Non solùm licitum est defendere defensione occisiva quæ actu possidemus, sed ea etiam ad quæ jus inchoatum habemus, & quæ nos possessuros speramus.* Altera est 33. *Licitum est tam hæredi, quam legatario contra injustè impedientem, ut vel hæreditas adeatur, vel legata solvantur, se taliter defendere; sicut, & jus habenti ad cathedram, vel prebendam contra earum possessionem injustè impedientem.*

IX. Possessio tribus modis obtinetur. 1. Apprehensione *vera*, quando manibus, ut rem mobilem, pecuniam, merces, &c. pedibus, ut rem immobilem, domum, agrum, assequeris. 2. Aprehensione *ficta*, dum quis accipit claves domus, scriptum, instrumentum, in quo jus continetur ad fundum, domum, &c. 3. *Civilissima*, quæ executioni demandatur sola dispositione legis.

X. Res possessæ mobiles amittuntur. 1. Voluntate possessoris sui compotis, & absoluti domini. Quare pupilli, amentes, absque tutoris consensu nihil alienare valent. 2. Per furtum, & rapinam. 3. Fortuita perditione, puta crumenæ, annuli, gemmæ, &c. Animalia perduntur fuga, nisi ex illorum genere sint quæ redire solent. Servus autem fuga non perditur. Res immobiles amittuntur 1. longa absentia possessoris, qui nec per se, nec per alium protestatur se nolle rem dimittere. Hanc absentiam alii ad decennium limitant, alii ultra extendunt. 2. cum dominus scit rem suam possideri ab alio, & eam, cum possit, recuperare negligit. 3. quando res ita occupatur ab alio, ut non sit probabilis spes eamdem recuperandi. 4. per oblivionem longam.

XI. QUÆST. V. *Qui sunt dominii capaces?* RESP. Omnes homines, peccatores, infideles, hæretici, &c. Pueri ante usum rationis dominii perfecti non sunt capaces. Supplere puerorum consensum possunt curatores, & tutores à Republica destinati.

XII. QUÆST. VI. *Animalia mansueta naturæ suæ capienne alicui liceat?* RESP. Animalia mansueta, ut boves, oves, canes, gallinæ, sues, &c. si egrediantur à domi custodia, longiusque discedant, domini semper remanent, & nemini licet eadem sibi usurpare: & qui eadem caperet, præter peccatum grave, restitutioni esset obnoxius. Animalia natura sua fera, sed hominum industria facta mansueta, ut accipitres, cervi, aves alveatiis reconditæ, pisces in stagnis dominorum inclusi, sub dominio possessoris manent, nec possunt ab aliis usurpari. Cum verò è custodia fugiunt, & nulla sit eadem recuperandi spes, tum acquirunt pristinam libertatem, fiuntque communia, eorumque dominus evadit qui primus eadem capit. Animalia silvestria fiunt primi occupantis, ut omnes docent: sunt enim hæc natura sua communia. Et quando in alieno fundo inveniuntur, capientis sunt, & non domini: quamvis prohibere domini queant ne quis in proprios fundos ingrediatur. Quo in casu damnum illatum ingredientes compensare astringuntur; at captarum feratum domini evadunt. Fera lætaliter vulnerata, est vulnerantis; se-

fecus si vulnus lethale non sit, nullaque sit vulneratori spes eam capiendi. Tunc enim fera est primi capientis.

XIII. QUÆST. VII. *Quid de piscatione, aucupio, venatione dicendum?* RESP. Hæc omnia jure naturæ communia sunt; jure positivo alicubi, & aliquo tempore vetita sunt. Qui habent prædia, fundosque in quibus sunt lacus, silvæ, &c. jure vetare possunt ne quisquam in his locis venari, vel piscari valeat. Principes prohibere queunt piscationem, venationem, aucupium in fundis alicujus civitatis; civitates tamen quæ fundorum dominium habent, compensare Principes tenentur. Similiter compensare Principes astringuntur dominis fundorum, quos suis vexationibus devastant, aut iis damnum inferunt. Qui venantur in locis prohibitis contra edictum Principis, hos non peccare mortaliter, plures Auctores docent, quod talia edicta pœnalia sint, & quod ejusmodi edicta desuetudine cessarint. Spectandæ tamen circumstantiæ sunt. Venatio clamorosa vetita Clericis, & Monachis est.

XIV. QUÆST. VIII. *Cujus sunt fœtus, mutui, & pascua?* RESP. Horum dominium ad populos viciniores jure gentium spectat, suntque hæc omnia inter populos vicinos, & conterminos communia, nisi aliquo peculiari titulo populus quispiam sibi eadem vindicaverit. Principes, & communitates vetare jure valent ne statis temporibus quispiam cædat ligna, aut ad pascua mittat animalia ob bonum commune. Hoc sine sublato prohibitiones fieri non debent, quia singuli opinandi jus habent ad ejusmodi communes locorum fructus.

CAPUT V.

De rerum inventarum, & eorum quæ vi alluvionis, aut alio modo accrescunt, dominio, & de præscriptione.

I. TRia sunt bonorum genera distinguenda. Alia quæ nemo possedit unquam, ut gemmæ, & margaritæ. Alia sunt thesauri, qui jure naturæ sunt inventoris. Tertii generis sunt bona perdita, quæ de propinquo dominum habent, & inventor, qui sibi eadem retinet; furtum patrat, si domini notitiam habeat, vel habere possit. Si tamen longo tempore domino caruerint, pro derelictis habentur, suntque primi inventoris.

II. Bona naufragantium pro derelictis à nemine habentur: qui eadem inventa sibi usurpant, peccant, & ad restitutionem tenentur, & sæpius Bullæ cenæ excommunicationem incurrunt. Bona vacantium dicuntur illa, quæ quis absque testamento moriens relinquit, nullosque habet hæredes necessarios. Hæc applicari Fisco solent. Bona peregrinorum decedentium absque testamento in pia opera erogare Episcopus debet.

III. Qui bona perdita inveniunt, domino eadem restituere tenentur. Si dominum ignorent, diligentiam adhibere astringuntur, ut eum deprehendant. Res inventa è suggestis publicis denuntianda est, & publicis locis affigenda sunt folia, in quibus, cautionibus adhibitis, manifestetur. Nihil repetere inventor jure valet pro inventione. Si dominus munus exhibet, accipere potest. Si post adhibitam diligentiam dominus non invenitur, plures docent bona illa sibi retinere inventorem posse; sed mihi probabilius est distribuenda esse pauperibus, vel piis operibus applicanda. Tamdiu tamen servanda sunt, quandiu spes adsit domini inveniendi. Si res diuturnam conservationem non patitur, vendenda est, servandumque pretium tempore congruo ad dominum inveniendum. Si inventores pauperes sint, consulant prudentes viros, num partem, aut tota bona inventa retinere queant.

IV. Thesaurus propriè dicitur vetus depositio pecuniæ, cujus non extet memoria. Thesaurus hic est inventoris naturæ jure, & lege civili communi. Cæterum plures leges positivæ peculiares decrevere, quibus applicandi sint thesauri inventi. Pecunia, aut res aliæ pretiosæ, metus causa, puta belli, pestis, grassatorum, &c. absconditæ, non veniunt nomine thesauri. Furti reus est qui eas invenit, & non restituit. Si casu in domo, aut fundo alienis verus thesaurus reperiatur, media pars inventoris, & media pars domini est. Si ex industria in fundo alieno quæsitus fuerit, totus domino debetur, ut communiter docent omnes; qui tamen subdunt non teneri inventorem thesauri ad restitutionem ante judicis sententiam, quod lex vetans fodere in alieno fundo pœnalis sit. Ejusmodi leges in conscientia obligare mihi probabilius est; atque adeo teneri in conscientia inventorem ad restitutionem. Dominus tantum *proprietatis* dicitur dominus fundi, in quo reperitur thesaurus. Quare si thesaurus inveniatur in via, in platea, & in alio quocumque loco publico, casu, vel industria, totus est inventoris, nisi obstet aliqua lex peculiaris. Thesaurus inventus in agro empto est inventoris.

V. QUÆST. I. *Quid dicendum de dominio vi alluvionis*, &c.? RESP. Alluvionem fluminа inducunt, dum uni prædio partem decerpunt, & alteri adjungunt; quod accidere potest sensim sine sensu, vel modo instantaneo, & patenti. Insensibilis alluvionis dominus est ille cui prædium augetur; sensibilis contra, & patentis dominus est possessor prædii, à quo dempta terra est, nisi hic avulsam terram pro derelicta habeat. Verum de hac alluvione leges statuę sunt.

VI. *Accessio* est quæ rei tuę quidquam aggerit. Duplex est. Altera naturalis, ut sunt partus ancillæ, pecorum, plantarum, quæ in proprio fundo nascuntur. Altera artificialis, seu industrialis, qualis est quæ fit per picturam, per ædificationem, scriptionem, intexturam, insitionem, &c. Dominus ancillæ, fundi, &c. est dominus fructuum.

VII. Alter modus acquirendi dominii est *specificatio*, quæ tunc est quando ex alterius domini materia nova rei species coalescit, ut ex uvis vinum, ex olivis oleum, ex argento vas. De his *lib. 2. Justit. tit. 1. §. 25.* fusius habetur sermo. Quando ex duobus fit unum tertium, vocatur *confusio*, & tum dominium evadit commune: commixtio autem est, cum res ita miscentur ut partes eædem permanentes conflent unum tertium; ut cum pecunia, frumenta, &c. permiscentur. Quando corpora mixta discerni, & separari valent, cum attinent ad suos respectivè dominos. Quando contra præfata corpora ita miscentur ut nec discerni, nec separari queant, dominus eorum evadis, pretium tamen alienæ rei tuæ permixtę solvere astringeris.

VIII. QUÆST. II. *Quomodò acquiratur dominium vi præscriptionis, seu usucapionis?* RESP. Præscriptio duplex. Alia quæ ab ipso naturali jure suam trahit originem, alia quæ jure positivo invecta est. De prima nunc, de altera postea. Ab eodem fonte, undè rerum dominia manarunt, profecta quoque usucapio, seu præscriptio est. Jure naturali permissivo omnia communia erant, & natura ipsa in hanc communionem inclinat, si á suis turbatis appetitionibus præcisa consideretur. Cæterum considerata natura, uti nunc est, divisio necessaria erat. Præscriptio itaque ab ipso naturæ jure suam arcessit originem, & jure gentium executioni demandata est. Hæc enim præscripto basis, & præsidium est pacis, & tranquillitatis mutuæ inter homines. Neque enim deservire bonorum divisio reciprocæ concordiæ posset, nisi diuturna possessio securos, turosque reddere possessores. Sublata quippè hac securitate ex usucapione acquisita, incerta semper hærerent dominia, & suspensa.

IX. Præscriptionem hanc jure divino confirmatam esse, clare colligitur ex ipsa divina Scriptura. Hæc quippè *Judic. cap. 11.* habentur: *Quare tanto tempore nisi super hac repetitione tentastis?* Jephte igitur contra Ammonitas præter belli titulum allegavit possessionem trecentorum annorum; & Ammonitis oppositum, quod in tam longo intervallo nihil umquam tentaverint, ut propriam terram repeterent. Hæc præscriptio jure gentium invecta nullas alias conditiones habet nisi longævam possessionem, & fidem bonam.

X. QUÆST. III. *Quid de præscriptio jure civili introducta?* RESP. Est acquisitio dominii, & juris alieni peremptio, cum continuatione possessionis bona fide, tempore á lege præscripto. Hanc finitionem omnes admittunt. Ut præscriptio, seu usucapio (licèt enim aliqui dicant præscriptionem res mobiles, usucapionem res immobiles alienas ad alterum transferre, communius tamen hac distinctione rejecta, una pro altera usurpatur) tibi dominium adjudicet, perimatque jus alienum, debet secum adferre continuatam possessionem bona fide inceptam, cum titulo aut reali, aut præsumpto, & tempore á lege præfinito.

XI. Hinc est quod auctores quatuor communiter assignant conditiones ad præscriptionem necessarias. 1. Est possessio, de qua dictum est. 2. Est titulus probabiliter præsumptus. Si enim verus adsit, & certus, non est præscriptione opus. Titulus igitur necessarius est, vel præsumptus, qui probari non potest, sed præsumi debet; vel coloratus, qui probari queat. Coloratus dicitur qui putatur verus, licèt re ipsa falsus sit. Infra spatium viginti, aut triginta annorum titulus coloratus probandus est, & nisi probetur, præscriptio non admittitur. Post quadraginta, vel quinquaginta, vel centum annos titulus non probatur, sed præsumitur. 3. Conditio est temporis quantitas, de qua in varias partes auctores abeunt. Communior sententia hæc est. Ad usucaplonem rerum mobilium tres inter præsentes, & quatuor inter absentes anni requiruntur. Excipitur sola Romana Ecclesia, contra quam sive in rebus mobilibus, sive in immobilibus nulla admittitur prçicriptio, nisi post longissimum tempus centum annorum. Contra pupillos, quamdiù pupilli sunt, nulla prævalet præscriptio sive mobilium, sive immobilium rerum. Tempus ad præscriptionem necessarium continuum sit oportet. Hæc temporis continuatio dupliciter deficere valet. 1. Dum per actus oppositos interrumpitur. 2. Dum præscriptio dormit. Tum verò juxta Jurisconsultos dormire dicitur cum propter impedimenta currere illa nequit, ut tempore belli, pestis, &c.

XII. Ultima, & potissima conditio est *bona fides*, qua quis persuasus sit, rem quam possidet, ad se pertinere, aut saltem ignoret rem esse alienam. Duplicem distinguunt auctores ignorantiam. Aliam juris, aliam facti. Si crederes Sempronium tibi vendere posse rem suam, juris ignorantia laborares. Si crederes rem esse suam, quæ revera non est, facti ignorantia tunc esset. Omnes fatentur, ignorantiam facti non impedire præscriptionem.

XIII. Disputant Theologi, num ignorantia juris clari invincibilis (de vincibili, quæ stare cum bona fide nequit, nulla est disputatio) obsit præscriptioni. Negant Lugo, Castropalaus, & alii. Sed probabilior sententia adfirmat, & evincit textus, qui habetur ff. 22. tit. 6. l. 4. & est ejusmodi: *Juris ignorantiam in usucapione negatur prodesse; facti verò ignorantiam prodesse constat.* Lex ista, sicut, & alia quę habetur *l. Nunquam 31. ff. de usucapionibus*, non modo in foro externo, sed etiam interno locum habet. Quare vana omninò est, & inepta adversariorum distinctio, quá ajunt leges laudatas in foro externo, secus in interno locum habere. Leges enim istæ, quæ exponunt jus naturæ, & gentium, non minus in uno, ac in altero foro obstringunt.

XIV. Hæres qui ab auctore malæ fidei recipit hæreditatem, præscribere nequit, ut docent omnes, quia hæres personam defuncti refert, unamque personam cum eodem constituit. Qui verò bona fide ab auctore malæ fidei rem accipit alio titulo, præter hæreditatem, puta emptionis, legati, donationis, præscribere valet, ut communis sententia docet.

XV. Præscriptio suis omnibus conditionibus prædita acquirit dominium præscribenti, non modo in foro externo, sed etiam in interno, ut com-

communior, & vera sententia docet: quandoquidem præscriptio ab ipso naturæ jure ortum ducit, & jure gentium, atque divino confirmata est tamquam bono publico, paci, & tranquillitati consentanea. Cœva est ipsi rerum divisioni, veluti ejusdem præsidium, & supplementum.

XVI. QUÆST. IV. *Quid de dominio filiorum patriæ potestati subjectorum?* RESPOND. Quatuor sunt bonorum genera quæ ad filios familias pertinere queunt. *Castrensia, quasi castrensia, adventitia, & profectitia.* Bona castrensia à bello, seu castris nomen capiunt, & titulo militiæ conferuntur. Quasi castrensia sunt quę filii familias assequuntur publica officia exercentes, puta officia medici, advocati, procuratoris. Quæ filii familias consequuntur titulo hæreditatis, legati non intuitu patris relicti, negotiationis, successionis avorum materuorum, bona adventitia nuncupantur. Quæ verò filii obtinent parentum intuitu, profectitia dicuntur.

XVII. Filii sub patria potestate constituti pleno potiuntur dominio in bona tum castrensia, tum quasi castrensia, & directo, & utili; eaque distrahere, alienare, & donare valent inconsultis parentibus post assecutam pubertatem. Ante pubertatem verò administratio est apud tutores, vel parentes, quibus inscius alienare eadem nequeunt. In bona adventitia dominio directo, secus utili potiuntur filii familias. In bona profectitia parentes dominium tum directum, tum utile habent. Hæc pauca delibasse sufficiat de justitia, & dominio generatim acceptis.

DISSERTATIO II.

De Restitutione, tum in communi, tum in particulari.

CAPUT I.

Restitutionis notio, & principia, à quibus proficiscitur. Debitores morosi, & eorumdem Confessarii monentur.

I. QUÆST. I. *Quid sit restitutio, & undè nascatur?* RESP. Est actus justitiæ commutantis, quo damnum alteri irrogatum aufertur, vel acceptum redditur, & inter partes justitia, seu æqualitas constituitur. Hinc est quod restitutio ex duplici principio oritur: nempè vel ex *injusta acceptione*, vel *ex re accepta*. Injustæ acceptionis nomine res quæcumque intelligitur, non modò furto, aut rapina ablata, sed etiam quælibet injuria irrogata famæ, vel honori: per adulterium, calumniam, diffamationem. Quare omne damnum oppositum justitiæ commutanti, cujus jus violatur, reparari restitutione debet ad æqualitatem. *Ex re accepta* restitutio dicitur quandò res aliena apud te est sive justè, sive injustè. Hæc duo principia interdum conjuncta sunt, ut in furе, qui, & ex re accepta, & ex injusta acceptione restitutioni obnoxius est: interdum separata, ut in eo qui rem alienam possidet bona fide putans esse suam.

II. QUÆST. II. *Utrum statim facienda sit restitutio?* RESP. Restitutio ex injusta acceptione illicò facienda est. Restitutio ex re accepta intra præfinitum inter partes tempus, ut contingit in mutuo, in venditione, & emptione, depositо, &c. facienda est. *Si res aliena* (inquit S. Augustinus epist. 54.) *reddi potest, & non redditur, pœnitentia non agitur, sed simulatur.* Ratio id ostendit. Quoniam non minùs est contra justitiam invito domino retinere, quam surripere, ut S. Thomas 2. 2. q. 62. art. 8. docet. *Sicut accipere rem alienam est peccatum contra justitiam, ita etiam detinere eam.*

III. Hinc inferas, peccare illos qui operariorum mercedes in dies differunt, contra quos Scriptura sancta clamat: *Non morabitur opus mercenarii tui apud te usque manè*: Levit. 19. & rursus Tob. 4. *Quicumque tibi aliquid operatus fuerit, statim ei mercedem redde: & merces mercenarii tui apud te omninò non remaneat.* Vehementiùs inclamat adversus mercenariorum oppressores S. Jacobus Apostolus cap. 5. *Ecce merces operariorum, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, clamat, & clamor eorum in aures Domini Sabbaoth introivit.* Tribus modis merces defraudatur. 1. Quia non redditur. 2. Cum diminuitur. 3. Cum differtur reddere. Clamat ad divinæ justitiæ tribunal merces, & non pauper, quia pauper sæpè ob divitis timorem clamare non audet. Merces verò nihil timet, ideò vindictam in divitis caput implorat. Salomon *Eccli* 34. sanguinis effusioni comparat crimen illud. *Qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario: fratres sunt.* Nec valet excusatio eorum qui dicunt se non solvere, quia carent pecunia. Si carent pecunia, cur mercenarios vocant ad operandum? Fures isti sunt, & latrones, cum sciunt se non esse solvendo, & tamen operarios vocant ad laborandum, & eorum pellem excoriant.

IV. Quid de debitoribus morosis dicendum, qui emunt à mercatoribus, & continuò non solvunt? Solvemus, dicere solent, quamprimùm. In præsentia opus est, ut rebus nostris prospiciamus. Nobiles propriis status splendorem, filiorum, uxorum, famulorumque sustentationem opponunt. Debitorum solutio detruderet te à proprio statu: idcirco efficis ut alii mendicent? Eluriem ferre nescis, & ideò alios in famem conjicis? Diminuere isti statum debent, famulorum, equorumque numerum, pompas uxorum, & filiorum restringere, & ad vivum resecare. Qui bonis abundant, communiter debitores sunt: pauperibus enim nemo fidit merces suas. Isti qui restituere, & solvere valent, etiam cum incommodo (nunquam commoda restitutio est) & prætermittunt, sunt in statu damnationis, & peccata in dies multiplicant. *Retentio rei alienæ* (inquit *in Suppl. q. 6. art. 5.* S. Thomas) *invito domino contrariatur præcepto negativo, quod obligat semper, & ad semper: ideò tenetur semper ad statim reddendum.* Ergo omittentes restitutionem, nisi sint revera impotentes, sunt in continuo peccato mortali.

V.

V. QUÆST. III. *Quid de Confessariis absolventibus debitores morosos dicendum?* RESP. Peccant isti, & sacrilegia multiplicant. Neque sat est solvere debitum per partes. Truncata hæc solutio detrimentum grave infert creditoribus. Totum simul, cum revera possunt, solvere debitum debent, etiam cum incommodo. Debitor reus est; creditor innocens. Ergo reus debitor, non innocens creditor sustinere incommodum astringitur.

VI. Regula ergo generalis esto. Quotiès moraliter possibilis restitutio est, ptiusquam tales debitores absolvantur, peragenda est. Confessarius cum debitore morosо se gerat quemadmodùm cum concubinario, quem non absolvat, nisi ptiùs concubinam ejiciat. Prius ergo pauperum debita, & mercenariorum labores solvantur, & postrèà absolvantur. Caveat Confessarius ab opinione quorumdam Casuistarum, præsertim Tamburini *lib. 3. Meth. cap. 4. num. 5.* inquientis: „ Si prævideat Confessor pœnitentem „ non restituturum, si illi detegatur nullitas „ tituli, quem pro se adesse pœnitens putat, „ non erit *ex Sanchez* talis nullitas illi à Con„ fessario non interrogato patefacienda, *quando „ vis sit præjudicium tertii*, qui suo carebit.“ Confessarius ex officio suo astringitur non judicate modo, sed etiam docere. Plura alia ibi docet laxiora P. Tamburinus. Vide *tom. 7. lib. 2. diff. 2. cap. 3.* & Hist. Probabilismi, & Rigorismi, *diff. 1. cap. 5. §. 2.*

VII. QUÆST. IV. *Qualis injustitiæ culpa infert debitum restitutionis?* RESP. Injustitię culpa alia *theologica*, alia *juridica*. Theologica peccatum est aut mortale, aut veniale. Culpa *juridica*, seu civilis est omissio debitæ diligentiæ, qua quis astringitur ad cognoscendum, cavendum, providendum, vel agendum aliquid, undè damnum sequitur. Quod hęc culpa contineat malitiam necne, non attenditur. Triplex est. *Lata, levis, levissima. Lata* est omissio diligentiæ quam adhibere communiter homines prudentes solent ejusdem professionis. Culpa hæc vocatur etiam latissima, ut est dolus manifestus, puta dum custos rei alienæ dormit, vel fingit se dormire: & *latior*; estque dolus præsumptus, ut dum quis scIens, & potens impedire, non impedit. Culpa *levis* est omissio diligentię quam prudentiores adhibere solent. Culpa *levissima* est omissio diligentię, quam homines solertissimi adhibent. Hęc culpa *juridica* interdùm conjungitur, interdùm separatur à culpa *theologica*.

VIII. Quando nulla ex his culpis patratur, nullum restitutionis debitum oritur, tribus casibus exceptis 1. Est, si animal tuum alterius animal occidat, aut segetes conculcet, teneris damnum compensare. 2. Si mancipium tuum alterum lædat absque tua culpa, similiter damnum resarcire astringeris, ut habetur *in Instit. §. Denique.* 3. Si è domo tua aliquid in via projiciatur, & non fuerit proclamatum, & si damnum absque tua culpa transeuntibus evenerit, damnum compensare astringeris. Hæ autem leges ante judicis sententiam non obligant, quia sic usu receptę sunt.

IX. QUÆST. V. *Solane culpa theologica debitum inducit restitutionis?* RESP. Extra officium, vel contractum, sola culpa theologica non interior, sed exterior inducit debitum restitutionis, quia sola culpa Theologica lædit jus alienum. Itaque si culpa *juridica* separata sit à culpa theologica, non infert debitum restitutionis, nisi peculiaris interveniat contractus. Ex culpa theologica levi levis, & ex gravi gravis obligatio restitutionis oritur; interdum tamen culpa levis exterior conjuncta cum voluntate interna nocendi, potest inducere obligationem gravem restituendi. Advocatus adhibet omnem diligentiam, ad quam vi sui officii tenetur, & quam adhibere solent diligentes professores ejusmodi artis, noluit tamen majorem adhibere diligentiam ex odio, & invidia interiore contra clientem, ut indè jactura litis sequeretur: quamvis hæc exterior omissio sit levis, conjuncta tamen cum interno pravo affectu nocendi, parere restitutionis debitum potest. Lege *tom. 7. lib. 2. diff. 2. cap. 5. num. 8.*

X. QUÆST. VI. *An professores alicujus artis teneantur ad restitutionem ex culpa levi, vel levissima?* RESP. Dictum jam est, neminem extra officium, vel contractum teneri ad restitutionem ex culpa juridica levi, & levissima, sublata culpa theologica. Nunc quęritur, num artifices, medici, advocati, & ejusmodi, qui pacto pretio exercent artes suas, teneantur restituere ob culpam levem, aut levissimam? Communis sententia negat. Quoniam præfati non astringuntur neque ex re accepta, neque ex injusta acceptione: quia injusta acceptio non reperitur absque culpa lata juncta culpę theologicę; nec tandem ex contractu, quia nemo dictorum sese obligat ad exercendam artem suam majori diligentia quam adhibere prudentes earumdem professionum homines solent. Ex sola igitur culpa lata juridica conjuncta cum culpa theologica oritur in istis restitutionis debitum. Si tamen præfati majorem diligentiam sponderent, quam adhibere cęteri professores solent, tum plus, & minus pro circumstantiarum diversitate tenerentur ex culpa levi, aut levissima ad restitutionem.

XI. QUÆST. VII. *Quænam culpa juridica requiritur in contractu, ut inducat restitutionis debitum?* RESP. Prima sententia docet, re ex culpa levi, aut levissima teneri ad restitutionem, si contractus cedat in solam utilitatem tuam, ut in commodato, pereatque res, aut fiat deterior. Et hæc est dispositio juris ff. 13. tit. 6. l. 18. *In rebus commendati talis diligentia præstanda est, qualem quisque diligentissimus paterfamilias suis rebus adhibet.* Dispositio hæc æquitati naturali congrua est, ut nempè qui re aliena utitur gratis, summam in custodia adhibeat diligentiam. Nisi enim diligentissimus in hoc contractu sis, quandonam eris? Ipse communis sensus dictat ut majori diligentia commodatarius quam cæteri adstrictus sit. Si ergo cęteri tenentur ex culpa lata, hic adstrictus erit ex culpa levi, vel levissima. Excipitur *precarium*, in quo solum ex dolo,

communior, & vera sententia docet: quandoquidem præscriptio ab ipso naturæ jure ortum ducit, & jure gentium, atque divino confirmata est tamquam bono publico, paci, & tranquillitati consentanea. Cœva est ipsi rerum divisioni, veluti ejusdem præsidium, & supplementum.

XVI. QUÆST. IV. *Quid de dominio filiorum patriæ potestati subjectorum?* RESPOND. Quatuor sunt bonorum genera quæ ad filios familias pertinere queunt. *Castrensia, quasi castrensia, adventitia, & profectitia.* Bona castrensia à bello, seu castris nomen capiunt, & titulo militiæ conferuntur. Quasi castrensia sunt quę filii familias assequuntur publica officia exercentes, puta officia medici, advocati, procuratoris. Quæ filii familias consequuntur titulo hæreditatis, legati non intuitu patris relicti, negotiationis, successionis avorum materuorum, bona adventitia nuncupantur. Quæ verò filii obtinent parentum intuitu, profectitia dicuntur.

XVII. Filii sub patria potestate constituti pleno potiuntur dominio in bona tum castrensia, tum quasi castrensia, & directo, & utili; eaque distrahere, alienare, & donare valent inconsultis parentibus post assecutam pubertatem. Ante pubertatem verò administratio est apud tutores, vel parentes, quibus inscius alienare eadem nequeunt. In bona adventitia dominio directo, secus utili potiuntur filii familias. In bona profectitia parentes dominium tum directum, tum utile habent. Hæc pauca delibasse sufficiat de justitia, & dominio generatim acceptis.

DISSERTATIO II.

De Restitutione, tum in communi, tum in particulari.

CAPUT I.

Restitutionis notio, & principia, à quibus proficiscitur. Debitores morosi, & eorumdem Confessarii monentur.

I. QUÆST. I. *Quid sit restitutio, & undè nascatur?* RESP. Est actus justitiæ commutantis, quo damnum alteri irrogatum aufertur, vel acceptum redditur, & inter partes justitia, seu æqualitas constituitur. Hinc est quod restitutio ex duplici principio oritur: nempè vel ex *injusta acceptione*, vel *ex re accepta*. Injustæ acceptionis nomine res quæcumque intelligitur, non modò furto, aut rapina ablata, sed etiam quælibet injuria irrogata famæ, vel honori: per adulterium, calumniam, diffamationem. Quare omne damnum oppositum justitiæ commutanti, cujus jus violatur, reparari restitutione debet ad æqualitatem. *Ex re accepta* restitutio dicitur quandò res aliena apud te est sive justè, sive injustè. Hæc duo principia interdum conjuncta sunt, ut in furе, qui, & ex re accepta, & ex injusta acceptione restitutioni obnoxius est: interdum separata, ut in eo qui rem alienam possidet bona fide putans esse suam.

II. QUÆST. II. *Utrum statim facienda sit restitutio?* RESP. Restitutio ex injusta acceptione illicò facienda est. Restitutio ex re accepta intra præfinitum inter partes tempus, ut contingit in mutuo, in venditione, & emptione, depositо, &c. facienda est. *Si res aliena* (inquit S. Augustinus epist. 54.) *reddi potest, & non redditur, pœnitentia non agitur, sed simulatur.* Ratio id ostendit. Quoniam non minùs est contra justitiam invito domino retinere, quam surripere, ut S. Thomas 2. 2. q. 62. art. 8. docet. *Sicut accipere rem alienam est peccatum contra justitiam, ita etiam detinere eam.*

III. Hinc inferas, peccare illos qui operariorum mercedes in dies differunt, contra quos Scriptura sancta clamat: *Non morabitur opus mercenarii tui apud te usque manè*: Levit. 19. & rursus Tob. 4. *Quicumque tibi aliquid operatus fuerit, statim ei mercedem redde: & merces mercenarii tui apud te omninò non remaneat.* Vehementiùs inclamat adversus mercenariorum oppressores S. Jacobus Apostolus cap. 5. *Ecce merces operariorum, qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, clamat, & clamor eorum in aures Domini Sabbaoth introivit.* Tribus modis merces defraudatur. 1. Quia non redditur. 2. Cum diminuitur. 3. Cum differtur reddere. Clamat ad divinæ justitiæ tribunal merces, & non pauper, quia pauper sæpè ob divitis timorem clamare non audet. Merces verò nihil timet, ideò vindictam in divitis caput implorat. Salomon *Eccli* 34. sanguinis effusioni comparat crimen illud. *Qui effundit sanguinem, & qui fraudem facit mercenario: fratres sunt.* Nec valet excusatio eorum qui dicunt se non solvere, quia carent pecunia. Si carent pecunia, cur mercenarios vocant ad operandum? Fures isti sunt, & latrones, cum sciunt se non esse solvendo, & tamen operarios vocant ad laborandum, & eorum pellem excoriant.

IV. Quid de debitoribus morosis dicendum, qui emunt à mercatoribus, & continuò non solvunt? Solvemus, dicere solent, quamprimùm. In præsentia opus est, ut rebus nostris prospiciamus. Nobiles propriis status splendorem, filiorum, uxorum, famulorumque sustentationem opponunt. Debitorum solutio detruderet te à proprio statu: idcirco efficis ut alii mendicent? Eluriem ferre nescis, & ideò alios in famem conjicis? Diminuere isti statum debent, famulorum, equorumque numerum, pompas uxorum, & filiorum restringere, & ad vivum resecare. Qui bonis abundant, communiter debitores sunt: pauperibus enim nemo fidit merces suas. Isti qui restituere, & solvere valent, etiam cum incommodo (nunquam commoda restitutio est) & prætermittunt, sunt in statu damnationis, & peccata in dies multiplicant. *Retentio rei alienæ* (inquit *in Suppl. q. 6. art. 5.* S. Thomas) *invito domino contrariatur præcepto negativo, quod obligat semper, & ad semper: ideò tenetur semper ad statim reddendum.* Ergo omittentes restitutionem, nisi sint revera impotentes, sunt in continuo peccato mortali.

V.

V. QUÆST. III. *Quid de Confessariis absolventibus debitores morosos dicendum?* RESP. Peccant isti, & sacrilegia multiplicant. Neque sat est solvere debitum per partes. Truncata hæc solutio detrimentum grave infert creditoribus. Totum simul, cum revera possunt, solvere debitum debent, etiam cum incommodo. Debitor reus est; creditor innocens. Ergo reus debitor, non innocens creditor sustinere incommodum astringitur.

VI. Regula ergo generalis esto. Quotiès moraliter possibilis restitutio est, ptiusquam tales debitores absolvantur, peragenda est. Confessarius cum debitore morosо se gerat quemadmodùm cum concubinario, quem non absolvat, nisi ptiùs concubinam ejiciat. Prius ergo pauperum debita, & mercenariorum labores solvantur, & postrèà absolvantur. Caveat Confessarius ab opinione quorumdam Casuistarum, præsertim Tamburini *lib. 3. Meth. cap. 4. num. 5.* inquientis: „ Si prævideat Confessor pœnitentem „ non restituturum, si illi detegatur nullitas „ tituli, quem pro se adesse pœnitens putat, „ non erit *ex Sanchez* talis nullitas illi à Con„ fessario non interrogato patefacienda, *quando „ vis sit præjudicium tertii*, qui suo carebit.“ Confessarius ex officio suo astringitur non judicate modo, sed etiam docere. Plura alia ibi docet laxiora P. Tamburinus. Vide *tom. 7. lib. 2. diff. 2. cap. 3.* & Hist. Probabilismi, & Rigorismi, *diff. 1. cap. 5. §. 2.*

VII. QUÆST. IV. *Qualis injustitiæ culpa infert debitum restitutionis?* RESP. Injustitię culpa alia *theologica*, alia *juridica*. Theologica peccatum est aut mortale, aut veniale. Culpa *juridica*, seu civilis est omissio debitæ diligentiæ, qua quis astringitur ad cognoscendum, cavendum, providendum, vel agendum aliquid, undè damnum sequitur. Quod hęc culpa contineat malitiam necne, non attenditur. Triplex est. *Lata, levis, levissima. Lata* est omissio diligentiæ quam adhibere communiter homines prudentes solent ejusdem professionis. Culpa hæc vocatur etiam latissima, ut est dolus manifestus, puta dum custos rei alienæ dormit, vel fingit se dormire: & *latior*; estque dolus præsumptus, ut dum quis scIens, & potens impedire, non impedit. Culpa *levis* est omissio diligentię quam prudentiores adhibere solent. Culpa *levissima* est omissio diligentię, quam homines solertissimi adhibent. Hęc culpa *juridica* interdùm conjungitur, interdùm separatur à culpa *theologica*.

VIII. Quando nulla ex his culpis patratur, nullum restitutionis debitum oritur, tribus casibus exceptis 1. Est, si animal tuum alterius animal occidat, aut segetes conculcet, teneris damnum compensare. 2. Si mancipium tuum alterum lædat absque tua culpa, similiter damnum resarcire astringeris, ut habetur *in Instit. §. Denique.* 3. Si è domo tua aliquid in via projiciatur, & non fuerit proclamatum, & si damnum absque tua culpa transeuntibus evenerit, damnum compensare astringeris. Hæ autem leges ante judicis sententiam non obligant, quia sic usu receptę sunt.

IX. QUÆST. V. *Solane culpa theologica debitum inducit restitutionis?* RESP. Extra officium, vel contractum, sola culpa theologica non interior, sed exterior inducit debitum restitutionis, quia sola culpa Theologica lædit jus alienum. Itaque si culpa *juridica* separata sit à culpa theologica, non infert debitum restitutionis, nisi peculiaris interveniat contractus. Ex culpa theologica levi levis, & ex gravi gravis obligatio restitutionis oritur; interdum tamen culpa levis exterior conjuncta cum voluntate interna nocendi, potest inducere obligationem gravem restituendi. Advocatus adhibet omnem diligentiam, ad quam vi sui officii tenetur, & quam adhibere solent diligentes professores ejusmodi artis, noluit tamen majorem adhibere diligentiam ex odio, & invidia interiore contra clientem, ut indè jactura litis sequeretur: quamvis hæc exterior omissio sit levis, conjuncta tamen cum interno pravo affectu nocendi, parere restitutionis debitum potest. Lege *tom. 7. lib. 2. diff. 2. cap. 5. num. 8.*

X. QUÆST. VI. *An professores alicujus artis teneantur ad restitutionem ex culpa levi, vel levissima?* RESP. Dictum jam est, neminem extra officium, vel contractum teneri ad restitutionem ex culpa juridica levi, & levissima, sublata culpa theologica. Nunc quęritur, num artifices, medici, advocati, & ejusmodi, qui pacto pretio exercent artes suas, teneantur restituere ob culpam levem, aut levissimam? Communis sententia negat. Quoniam præfati non astringuntur neque ex re accepta, neque ex injusta acceptione: quia injusta acceptio non reperitur absque culpa lata juncta culpę theologicę; nec tandem ex contractu, quia nemo dictorum sese obligat ad exercendam artem suam majori diligentia quam adhibere prudentes earumdem professionum homines solent. Ex sola igitur culpa lata juridica conjuncta cum culpa theologica oritur in istis restitutionis debitum. Si tamen præfati majorem diligentiam sponderent, quam adhibere cęteri professores solent, tum plus, & minus pro circumstantiarum diversitate tenerentur ex culpa levi, aut levissima ad restitutionem.

XI. QUÆST. VII. *Quænam culpa juridica requiritur in contractu, ut inducat restitutionis debitum?* RESP. Prima sententia docet, re ex culpa levi, aut levissima teneri ad restitutionem, si contractus cedat in solam utilitatem tuam, ut in commodato, pereatque res, aut fiat deterior. Et hæc est dispositio juris ff. 13. tit. 6. l. 18. *In rebus commendati talis diligentia præstanda est, qualem quisque diligentissimus paterfamilias suis rebus adhibet.* Dispositio hæc æquitati naturali congrua est, ut nempè qui re aliena utitur gratis, summam in custodia adhibeat diligentiam. Nisi enim diligentissimus in hoc contractu sis, quandonam eris? Ipse communis sensus dictat ut majori diligentia commodatarius quam cæteri adstrictus sit. Si ergo cęteri tenentur ex culpa lata, hic adstrictus erit ex culpa levi, vel levissima. Excipitur *precarium*, in quo solum ex dolo,

dubitat, & qui certus de damno illato est. Spectandæ tamen circumstantiæ sunt. Hinc colligo, me in severiora non propendere, sed in ea quæ solida ratione patent.

X. QUÆST. V. *Qui suo pravo exemplo causa est ut alii malum perpetrent, tenenturne ad restitutionem?* RESP. Plures videntes Sempronium furantem, alterius vineam devastantem, adulterantem, &c. moventur hoc exemplo ad similia mala patranda: tenenturne Sempronius ad restitutionem? Negat communis, & vera sententia, quia licet exemplum pravum occasio illis sit, causa tamen influens non est. Porro sola mala causa influens in damnum illatum patit restitutionis debitum. Peccat solum Sempronius, ad hoc quod attinet contra charitatem.

XI. QUÆST. VI. *Quid de illis qui jussione, consilio, consensu in proximi damnum influunt?* RESP. Eos omnes *jussio* comprehendit qui injustitiam fieri mandant, ad quam exequendam paratus alter non erat. Hoc mandatum imponi tacitè, vel expresè potest. Quando vi illius mandati damnum sequitur, mandans semper ad restitutionem tenetur. Tacitè hoc mandatum variis modis imponi valet. Quid? inquit dominus suis servis, aut amicus amicis: nemo vestrum meam ulciscitur injuriam? Summam gratiam mihi faceret qui meum occideret inimicum. His, & similibus expressionibus fieri mandatum tacitum potest. Spectandæ tamen circumstantiæ omnes sunt, antequam definiatur quempiam, vi mandati taciti, obnoxium esse restitutioni.

XII. Si mandatum, antequam executio sequatur, retractatum fuerit, idque innotuerit mandatario, deficit restitutionis debitum. Si vero animo tantum, vel exterius revocetur, quando ad aures mandatarii non pertingit, a restitutione mandans non liberatur. Si mandatarius excedit limites mandantis, in praxi difficile liberatur mandans à compensatione totius damni. Quarè *cap. Si qui mandat de homicidio in 6.* decernitur ut ille, qui mandat verberationem ex qua sequitur homicidium, subjacet irregularitati, tametsi mandans non intenderit homicidium. In praxi enim vix unquam mandatarii se continent intra præscriptos limites. Quarè liberè mandantes te conjiciunt in hęc iniqua confectaria. Ergo mala omnia quæ ex mandato reipla sequuntur, resarcire tenentur. Si tamen mandans aliquid licitum præciperet, ex quo nullum secuturum malum prudenter prævideri valet, tum liber esset à restitutione, etiamsi malum sequeretur.

XIII. *Consilium*, quo consulens dolo, fraude, maloque animo suadet, debitum inducit restitutionis. Disputant auctores, num consiliator, revocato consilio, restitutioni obnoxius sit, quando qui consultus fuit malum reipla patravit. Probabilior mihi sententia est, consiliatorem qui sincero animo, & omni industria suum revocat consilium, liberum esse a restitutione. Differunt utique mandatum, & consilium; at quando consiliator veris, & solidis rationibus dissuadere clienti suo, quod consuluit malum, nititur, nihilque intentatum relinquit, ut votorum compos suorum evadat, tum ex sola clientis malitia malum proficiscitur. Si mandatariis, vel consilia accipientibus, & petentibus mala superveniant, liber est sivè mandans, sivè consiliator à restitutione, quia in istorum potestate erat respuere sivè mandatum, sivè consilium. Si tamen mandans esset dominus, seu Superior, tunc tenetur ad restitutionem, quia Superioris imperium quamdam coactionem inducit. Si quis nomine tuo furetur, occidit nullo à te accepto consilio, vel mandato, non astringeris restituere, vel compensare malum secutum te inscio, quamvis ratum haberes malum patratum, quia ratihabitio nullum præbere influxum valet in malum jam patratum. Si vero executor tua complacentia, & ratihabitione moveretur ad omittendam restitutionem; tunc obnoxius fores restitutioni.

XIV. *Consensus* inducens restitutionis debitum non est mera complacentia de alterius malo; sed est causa efficaciter influens in malum resarciendum. Subscribis injustæ liti, suffragium præbes ad bellum injustum, ad furtum, ad homicidium perpetrandum, ad magistrum indignum eligendum, restitutioni damni secuti subjectus es; quando tamen suffragium tuum necessarium sit ad sententiam ferendam, ad indigni electionem, &c. Si enim absque tuo suffragio sententia, electio, &c. concluſa jam erat, tunc suffragium tuum non influit in effectum: ideo liber es à restitutione, sed non à peccato. Si tamen prior suffragium dares, licet prævideres cæteros omnes suffragium daturos, tunc obnoxius esses restitutioni, quia revera suffragium tuum in malum influit. Quare in praxi vix quispiam liber est, qui injustæ sententiæ subscribit, qui suffragium indigno præbet, à restitutione, quia raro scire potest cæterorum suffragia sive antecedentia, sive posteriora. Quarè quisque sibi caveat ab hoc periculo.

XV. *Palpo* eos indicat, qui laudibus, præconiis, & plausu, aut convitiis & irrisionibus aliquem ad malum patrandum irritant, impellunt-que. Exprobras marito, quod tolleret uxoris adulterium, quod patiatur injuriam sibi irrogatam: iste tuis irrisionibus percitus occidit uxorem, conviciatorem, offensorem. Tu causa efficax es mali patrati. Ergo restitutioni obnoxius. Nec est quod reponas, te hoc malo animo non peregisse, nec vindictam, aut homicidium intendisse: quia fat est exteriorem sermonem tuum induxisse ad malum committendum. Num ignorantia, inadvertentia, aliæque circumstantię excusare interdum queant, prudentum judicio relinquo.

XVI. *Recursus* significat acceptatores furum, atque malefactorum, quibus refugium præbent, & securitatem, atque commoditatem ad malum patrandum, qui omnes restitutioni obnoxii sunt. Qui post patrata mala recipiunt malefactores misericordiæ titulo, ut eos ad fugam arripiendam adjuvent, liberi à restitutionis onere sunt.

Par-

XVII. *Participans* est qui aliquid prædæ percipit, aut aliquid auxilii confert ad malum patrandum. Quatè participans dicitur aut injustæ actionis, aut rei acceptæ. Injustæ actionis participantes dicuntur omnes qui ad malum concurrunt; ut fabriferrarii claves fallas fabricando, exploratores vigilantes ut latrones securè furentur, qui scalas movent ad domos ingrediendas, qui res furto sublatas custodiunt, occultant, vendunt latronum nomine, aut ipsi emunt. Hi omnes ad restitutionem tenentur.

XVIII. QUÆST. VII. *Quid de iis qui negativè cooperantur ad alterius malum, ut sunt muciri, non obstans, non manifestans?* RESP. Isti tres indirectè cooperantur ad alterius malum patrandum, nempè non clamando, non impediendo, non manifestando, cum possint, & ex justitia teneantur. Isti ad restitutionem tenentur. Ex justitia autem tenentur qui vel officio, vel contractu ad id destinati sunt. Restitutioni igitur devincti sunt gubernatores, ministri publici, medici, chirurgi, tutores, curatores, custodes, qui non impediunt malum, quod ex eorum officiis impedire deberent; nauclerі, qui navis submersionem non impediunt; patresfamilias qui filiorum dissolutionibus non obstant: belli duces qui milites ab injustis prædis non retrahunt; Principes qui homicidia, latrocinia, monopolia, quoad possunt, non impediunt.

XIX. Qui solo titulo charitatis astricti sunt, etiamsi malo animo taceant, ad nihil tenentur. Quia debitum restitutionis supponit justitiæ læsionem: isti ex justitia non sunt obligati. Ergo nullum est restitutionis debitum. Salmanticenses defendunt cum aliis, istos non teneri ad restitutionem, etiamsi acciperent à fure pecuniam pro silentio servando. Siquidem, inquiunt, si possunt tacere sine pecunia, quidni & pretio accepto? Ne isthęc egregia ratio? Qui pretium accipit, ut taceat, influit in furtum, & fœdus iniquum cum fure init: ergo ad restitutionem tenetur.

XX. Servi qui vident extraneos bona domini furtipientes, ad restitutionem tenentur, si taceant, si pro viribus non obstent. Quoniam ratione famulatus ex justitia custodire, & defendere ab extraneis invasoribus bona dominorum debent. Famuli quoque qui vident à domesticis furibus furripi bona propriæ custodiæ concredita, si taceant, si non obstent, si non manifestent. Si autem videant furari res communes, peccant contra charitatem, si taceant; sed à restitutionis onere liberi sunt: cum ex justitia præfatas res communes custodire contra fures domesticos non teneantur. Spectandæ tamen sunt circumstantiæ, consuetudines, & pacta.

XXI. Custodes agrorum, vinearum, pratorum, silvarum constituti pacto pretio à domino, ut vigilent, custodiantque præfata bona à quocumque invasore, resarcire damna tenentur, si taceant, si non resistant pro viribus. Idem dicendum de custodibus à Principe constitutis, ne merces extrahi, aut importari sinant, gabellis non solutis.

XXII. QUÆST. VIII. *Quem servare ordinem debent in restitutione cooperantes alicui injusto?* RESP. Quando plures ad furandum concurrunt, illi primi omnium restituere tenentur in quorum manibus bona extant, aut eorumdem pretium. Restitutione ab iis facta, cæteri liberi sunt. Quando bona non extant, quia nihil surreptum est, sed malum dumtaxat irrogatum, resarciendum primò est ab illis qui principales fuerunt, ab aliis verò in istorum defectu. Illi dicuntur causa principalis qui dirigunt, qui incitant, animantque alios ad damnum inferendum. Qui verò minis, dolis, fraudibus alios inducunt ad patrandum malum, principales debent reputari. Post causam tamen principalem tenentur ipsi executores furti & damni resarcire. Isti tamen haberent actionem adversus causam principem, quę semper tenetur compensare executores, si isti restituerent. Quando plures causę secundariæ, aut principales æquè concurrunt, tenentur singulæ secundum commodum quod reportarunt. Quod si una restituere negligat, tum singulæ tenentur in solidum, & cæteri semper compensare tenentur illum qui totum restitutionis onus subiit. Causis principalibus, & executoribus deficientibus, & renuentibus restituere, succedunt in restitutionis debito causæ negativæ, quæ in solidum restituere debent, plus minusvè juxta majus aut minus debitum impediendi, semper habito respectu ad causam quæ arctius impedire tenetur.

XXIII. QUÆST. IX. *Quomodò causę rectoriæ omnes teneantur restituere in solidum?* RESP. Sermo est de pluribus causis exequentibus idem furtum, damnumvè, non de pluribus participantibus de eadem re furto sublata. Certum quippè est te invitatum ad cœnam factam ex rebus furto ablatis teneri dumtaxat ad restitutionem partis solius quam comedisti. Similitet quando plures ingrediuntur ad vineam devastandam, nulla habita invicem conspiratione, sed alius alterius ignorans consilium, & quisque damnum ex se inducit, tum quisque tenetur compensare damnum à se illatum, cum nullum influxum in damnum ab aliis illatum contulerit. Hæc extra disputationem sunt.

XXIV. Quando plures in idem malum patrandum concurrunt, si unus sit principalis motor, is primum in solidum restituere debet. Sic Principes, & ejus consiliarii resarcire damna belli: duces tribuni damna militum tenentur: quia hi sunt principales motores. Milites inferiores in defectu principalium, ea compensare damna debent quæ ipsi immediatè exequuntur; quando ad idem damnum individuum concurrunt, puta ad eamdem navim, aut domum incendendam, ad eumdem hominem necandum, ad eumdem indignum eligendum, omnes & singuli in solidum resarcire damnum quod communi conspiratione induxerunt, tenentur, ut docet communis & probabilior sententia: quamlibet licèt physicè singuli partem damni exequantur, moraliter tamen singuli in totum damnum influunt. Ratione enim mutui consilii, & recipro-

cæ

XXV. Prima sententia negat teneri emptorem domino restituere rem cum jactura pretii sui. Sententia mihi vera est quod emptor in proposito casu teneatur rem domino restituere, ut Div. Thomas 2. 2. *quæst.* 62. *art.* 6. docet. *Circa illum*, inquit, *qui rem alienam accepit, duo sunt consideranda, scilicet res ipsa accepta, & ipsa acceptio. Ratione autem rei tenetur eam restituere, quamdiu eam apud se habet: quia quod habet ultra id quod suum est, debet ei subtrahi, & dari ei cui deest, secundum formam commutativæ justitiæ.* Emptor in casu posito habet ultra id quod suum est, quia res empta à fure sua non est, sed domini. Huic ergo reddi debet. Neque emptor rem furtivam vendere alteri valet, quia vendere rem alienam nemo potest, invito domino. Ergo neque furi qui eam redditurus domino non est. Emptor enim vendendo rem furi non restituturo, furti particeps evadit.

XXVI. Opponunt adversarii. Emptor bonæ fidei nullam injuriam infert domino. Quid inde? Ideò non tenetur restituere ex injusta acceptione, sed ex re accepta. Insistunt. In pari casu innocentiæ emptor sibi potius quam domino consulere debet. Sicut dominus jus habet ad rem, ita emptor ad pretium. Rectè, & benè. Ergo fur restituat pretium emptori, & emptor rem domino: & omnia justa sunt. At quia fur nequam restituere pretium recusat, ideò ne emptor iniquus fieri debet rem alienam retinendo? Quia fur patrat injustitiam, tu similiter rem injustam agere debes. Alia sophismata prætereo. Lege *tom.* 7. *lib.* 2. *diff.* 2. *cap.* 7. *num.* 17.

XXVII. QUÆST. XVII. *Qui mala fide rem alienam à latrone emit, dominoné, an furi restituere debet?* RESP. Restituendam rem latroni contendunt Lugo, Diana, & alii. Verum ex iis quæ dicta sunt, patet opinionem potiori jure falsam esse. Hic enim non solum ex re accepta, verum etiam ex injusta acceptione restituere domino astringitur.

XXVIII. QUÆST. XVIII. *Qui bona fide rem emptam à latrone vendit alteri, tenenturne pretium domino reddere, an emptori?* RESP. Aliqui docent te nec domino, nec emptori restituere debere nisi id in quo factus es ditior. Opposita sententia mihi est probabilior. Si præfatus bonæ fidei venditor rem apud se retineret alienam, veritate cognita, domino restituere eam deberet. Sed pretium succedit rei: ergo hoc pretium domino restituendum est, non emptori. Emptor solvere pretium intendit vero domino. Tu qui vendis rem alienam, non es verus dominus. Neque tu in venditione transfers dominium, cum illo careas. Tandem res semper ubicumque sit clamat ad dominum suum: ergo aut fur, aut tu, aut emptor refarcire domino astringimini. Primus qui refarcire dominum tenetur, est fur. Secundus tu qui rem furtivam emisti, posito quod restituere fur nolit. Porro sicut fur respectu tui solus restitutioni obnoxius est, quia primus reus; ita tu respectu emptoris, qui tertio loco succedit, prior es in restitutionis onere. Ergo si emptor restitueret rem domino, tu emptori restituere pretium deberes. Contra si emptor rem domino non reddit, tu pretium restituere domino debes.

XXIX. QUÆST. XIX. *Qui monetam falsam accipit, & alteri eam expendendo tradit, ad quid tenetur?* RESP. Diana cum aliis respondet, eum qui bona fide monetam expendit, ad nihil teneri, etiamsi postea resciat fuisse falsam: astringi verò, si mala fide illam expendit. At vera sententia in utroque casu docet teneri ad damnum compensandum. Nunquid si plumbum loco argenti expendis sive bona, sive mala fide, ad damnum refarciendum non astringeris? Nemo ergo monetam falsam etiamsi bona fide accipiat, distrahere illam jure valet: & si distraxerit, dum id novit, tenetur de damno.

XXX. QUÆST. XX. *Qui rem alienam majori pretio vendit, tenenturne incrementum domino restituere?* RESP. Quod incrementum pretii proficiscitur ab ipsa re immutata manente tum in substantia, tum in circunstantiis loci, & temporis, illud restituendum domino est. Si contra incrementum sit fructus solius industriæ, venditionis, vel quia mercem servavit, vel quia ad alium locum transtulit, tunc restitui domino non debet, sed venditor retinere illud sibi valet.

XXXI. QUÆST. XXI. *Si vendis rem tuam furi, à quo bona fide in pretium accipis furtivas pecunias, obnoxiusne restitutioni es?* RESP. Respondent Salmanticenses, si pecunias impermixtas, & separatas habeas, te teneri ad restitutionem, secus si pecuniæ permixtæ tuæ sint. Jam supra dixi, hanc permixtionem non impedire quominus teneatis ad restitutionem. Quandò enim certus es in pecuniarum tuarum cumulo alienas pecunias reperiri, nulla apparet ratio, cur vi iltius permixtionis dominium acquiras. Teneris ergo ad restitutionem rei acceptæ.

CAPUT II.

De illis qui aut impediunt alios ne aliquod bonum assequantur, aut cooperantur ad damnum aliorum.

I. NOvem personarum genera Theologi recensent quæ in aliorum damnum aut positivè, aut negativè concurrunt: quæque his versibus comprehenduntur.

Jussio, consilium, consensus, palpo, recursus,
Participans, mutus, non obstans, non manifestans.

II. Qui alicui parato ad malum inferendum sublato omni consilio, & suasione, annuit duntaxat, peccat quidem contra charitatem, secus contra justitiam: ideò à restitutione liber est, quia non influit in alterius damnum. Sed antequàm de causis cooperantibus ad malum sermo instituatur, de impedientibus boni assecutionem pauca prælibanda sunt.

III. QUÆST. I. *Qui efficax impedimentum adjicit, ne quis assequatur beneficium ad quod jus habet sive in re, sive ad rem, obnoxiusne restitutioni est?* RESP. Ad firmat communis sententia, sivè

sivè hoc impedimentum fraude, dolo, vi, sivè precibus, suasione, donisque apponatur. Advertendum tamen, quod si collator constanter decreverat conferre beneficium, totum damnum refarciendum est. Si ambiguus collator erat, compensandum damnum est secundum spei gradum. Ut impedimentum inducat restitutionis debitum, efficax sit oportet, seu quod ob tale impedimentum sequatur effectus. Ratio obvia est. Qui impedit vi, dolo, fraude, ne quis assequatur beneficium, ad quod jus habet sivè inchoatum, sivè consummatum, injuriam eidem irrogat: qui consilio & suasione impedit consecutionem, ledit justitiam & distribuentem, & commutantem. Ergo impediens tenetur refarcire damnum aut totum, aut partem, secundum qualitatem juris majoris, vel minoris quod candidatus ad beneficium habebat. Si verò ipsum candidatum precibus, suasione, consilio averris, ad nihil teneris, quia volenti, & consentienti non fit injuria. Si collatori secreto detegeres crimen occultum, sed verum, vi cujus candidatus privaretur beneficio, nihil restituere deberes, quoniam id cederet in bonum publicum, dummodo delictum indignum, aut minus dignum redderet candidatum.

IV. QUÆST. II. *Ad quid tenetur qui impedit promissionem factam impedit?* RESP. Si promissio sit acceptata, refarciendum damnum est, quia promissarius jus habebat ad rem sibi promissam. Si promissio non sit acceptata, si consilio, vel suasione retrahas collatorem, ad nihil teneris. Qui dolo, vel fraude retrahit divitem à conferenda pauperi eleemosyna, tenetur refarcire damnum illatum pauperi. Si testatori decumbenti, qui destinavit legatum Sempronio, aut illum hæredem instituere, suadeas ut tibi potius, aut amico legatum relinquat, neglecto Sempronio, nec te peccare, nec ad restitutionem teneri docent communiter auctores: ego verò, ne unquam id facias assero. Excipitur casus *Clem. de Privileg.* ubi severè præcipitur Religiosis ne retrahant testatores à legandis bonis Ecclesiis matricibus. Omnes qui testatoribus assistunt, consulant ut legata justè, & prudenter distribuant servato charitatis, & justitiæ ordine. Qui absque fraude, & dolo alicui persuadet ne bonum indebitum Petro conferat ex vehementi odio, probabilius mihi est hunc ad restitutionem astringi. Quoniam licet odium internum non inferat hoc debitum, conjunctum tamen est cum externa suasione, quæ licet absolute spectata innocens sit, in his tamen circunstantiis mala evadit. Hanc tamen sententiam aliorum judicio submitto.

V. Qui impedit ne bona Fisco applicentur, quæ ob aliquod crimen applicanda forent, post judicis sententiam ad restitutionem tenetur, secus ante sententiam prolatam: quoniam post laram sententiam Fiscus jus habet ad ejusmodi bona. Qui impedit ne legata relicta à testatore, ut distribuantur inter virgines hujus, aut illius civitatis, & talibus prærogativis ornatas, eisdem distribuantur, curatque ut exteris conferantur, peccat, & tenetur ad restitutionem: quia virgines talis civitatis jus habent ad ejusmodi bona. Quid si dispensatio à Superiore obtineatur? Dispensationes ejusmodi communiter sunt absque justa causa. Quo in casu & petens, & concedens peccant, & restitutioni obnoxii sunt. Si autem justa sit dispensandi causa, nullum restitutionis debitum.

VI. Qui collatorem impedit ne beneficium ecclesiasticum digniori conferat, ad restitutionem tenetur tam impediens, quam collator, qui scienter digniorem privat beneficio. Quæ restitutio facienda est tum digniori exclusi, tum Ecclesiæ, ut fusius dicetur, dum de beneficiis sermo erit.

VII. QUÆST. III. *Quid de cooperantibus alterius damno dicendum?* RESP. Qui alicui parato ad malum inferendum, sublato omni consilio, & suasione, annuit, peccat contra charitatem, secus contra justitiam: ideò à restitutione immunis est: quia nullo modo influit in læsionem alterius. Ut igitur cooperator restitutioni subjectus sit, illius cooperatio influat, & causa sit oportet. Si verò non parato ad furandum, ad lædendum jus alterius, consilio suadeas, tunc ad restitutionem teneris. Nec refert quod executor ab altero persuasus fuisset: quia hoc non tollit quin tu causa damni sis. Idem dicendum videtur de eo qui parato ad furandum suadet ut celerius furtum exequatur, quando inter consilium, & executionem tantum temporis interfuit, quo executor mutare voluntatem queat. Lege *tom.* 7. *lib.* 2. *diff.* 2. *c.* 9. §. 1.

VIII. QUÆST. IV. *Quando dubitat, num aliqua ex recensitis cooperationibus in duobus versibus contentis causa efficax damni fuerit, teneriné ad restitutionem?* RESP. Dubitare potes num consuluaris, jusseris, &c. aut certus de consilio, jussione, &c. dubitas, num malum secutum sit; aut dubitas num tuum consilium, suasio, &c. efficax damni causa fuerit. Salmanticenses nulla facta distinctione absolutè negant hunc dubitantem restitutioni obnoxium esse, nisi axiomate: *Melior est conditio possidentis.*

IX. Verum explicatione quæstio indiget. Si dubitas primo modo, num scilicet dederis consilium, ad nihil teneris: quia nemo præsumitur malus, nisi probetur. Quando certus de consilio, jussione, mandato, &c. dubitas de damno indè secuto, tum pro gradu dubii compensare damnum astringeris. Siquidem dum certo constat causam quæ suapte natura inferentem damnum esse ponitam, & dubium est secutum ne damnum sit, tunc periculum est ne damnum reapse secutum fuerit. Periculum ergo est te læsisse justitiam. Ergo subducere te huic periculo debes. Quando tandem certus es & de consilio pravo, mandato, &c. & de damno secuto, dubitas vero num tuum consilium, mandatum, &c. fuerit efficax causa damni; restitutioni te obnoxium asserum *Molina*, *Bonacina*, *Lessius*, *Sanchez*, & alii totius damni, alii pro rata dubii. In hanc secundam sententiam inclino. Quoniam æquum non videtur ut eodem onere obstringatur qui du-

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

aut culpa lata, qui accipit, tenetur. Quoniam dominus quocumque tempore rem precario concessam repetere valet. Si contractus utrique parti utilis sit, ut contractibus locationis, conductionis, pignoris; uterque restitutioni subjectus est ex culpa lata, & levi, non vero ex levissima. Si contractus cedat in utilitatem solius dantis, ut accidit in deposito, qui accipit, ex culpa lata tantum, & dolo tenetur ad restitutionem.

XII. QUÆST. VIII. *Quomodo possessor bonæ, aut malæ fidei tenetur ad restitutionem?* RESP. Possessor bonæ fidei est qui rem alienam invincibiliter existimans esse suam, possidet. Possessor malæ fidei est qui scienter rem alienam retinet; aut ignorantia vincibili, vel affectata in rei alienæ possessione persistit. Possessor bonæ fidei rem alienam consumere, & vendere potest, usque dum in bona fide perseverat; continuò vero, ac advertit rem esse alienam, restitutioni obnoxius est: quia si in mora sit, possessor malæ fidei evadit, nisi completa præscriptio antecedat. Si postquam rem consumpsit, advertit rem esse alienam, tenetur restituere id in quo factus est ditior. Si autem res consistat sin in specie, saltem in æquivalenti, tunc eam restituere teneris. Rem alienam comedisti, putans esse tuam, & tuam conservasti. Tunc res aliena æquivalenter existit in tua. Ergo restituere eam debes. Si vero nihil ex tua comedisses, ad nihil teneris, quia in nulla re factus es ditior. Si dubitas, num ex re aliena factus sis ditior, tum pro rata dubii componendum negotium est sapientum arbitrio.

XIII. QUÆST. IX. *Qui res usu consumptibiles bona fide à latrone emit, vel recepit, teneturne rem, si extet, restituere, aut in quo factus est ditior?* RESP. Recepisti à latrone pecuniam, aut emisti vinum, triticum, vestem, & id genus similia: interveniisti ad cœnam ex cibis furto surreptis in aliena domo, tantumdem comesturus in domo propria. Si fur factus impotens sit ad restitutionem, omnes fatentur te restituere debere rem, si extet, aut re ipsa, aut in æquivalenti, seu in quo ditior factus es. Disputatur verò, num restituere tu debeas, cum fur bona habeat, quibus restituere ipse queat. Et sermo est de possessore tum bonæ, tum malæ fidei. Ad hoc enim quod attinet, pares sunt. Si res extet, uterque totum restituere tenetur: si res non extet, uterque pretium æquivalens reddere debet cum solo discrimine, quod possessor bonæ fidei id tantum in quo factus est ditior, possessor contra malæ fidei restituere totum astringitur.

XIV. Probabilior mihi sententia est, utrumque possessorem, sive bonæ, sive malæ fidei cum solo assignato discrimine ad restitutionem teneri. Quoniam res ubicumque sit clamat ad dominum suum, qui jus habet eam repetendi ubicunque extet sive in se, sive in æquivalenti. Res hæc quocumque perveniat, secum onus affert inseparabile redeundi ad dominum suum. Aliqui distinguunt de rebus permixtis, & non permixtis cum bonis latronis. Verum permixtio hæc spoliare dominum nequit jure repetendi rem suam ubicumque extet, vel in se, vel in æquivalenti, dummodo certum sit rem alterutro modo extare.

XV. Qui rem alienam possidet usu non consumptibilem, nempè equum, librum, picturam, &c. sive bona, sive mala fide, eandem, si extet, restituere tenetur, quia hæc dum extat, ad dominum suum clamat, ut communis, & vera sententia docet. Possessor malæ fidei, sive extet res, sive consumpta, aut vendita sit, sive perierit, etiam absque ejusdem culpa, vel rem, vel pretium ejusdem restituere debet. Præterea omnia damna quæ passus dominus est ob privationem rei suæ, compensare injustus raptor, aut retentor astringitur. Rapuisti, aut retinuisti pecunias mercatoris, quas si is habuisset, easdem negotiationi expositisset, aut imminentia damna reparasset, ultra restitutionem pecuniæ raptæ, aut injustè retentæ, damna, & lucra non obtenta ob ejusdem pecuniæ privationem compensare teneris.

XVI. QUÆST. X. *Si fur rapiat rem quæ apud dominum periisset, teneturne eamdem restituere, si illam conservet, aut pretium, si perit?* RESP. Si dubites rem potuisse perire apud dominum, restituere eamdem debes, aut ejusdem pretium, etiamsi absque tua culpa periret, saltem secundum dubii æstimationem. Idem dicendum de depositario, aut debitore qui est in mora restituendi res alienas. Rursus etiamsi certum esset quod res apud dominum periisset injustè, puta quia fur illam surrepturus fuisset, restitutioni obnoxius es, quia furtum alterius tuum non excusat. Hæc extra disputationem sunt. Similiter quando tu certo scires rem apud dominum perdendam fuisse casu fortuito, puta incendio, vel naufragio, si illam eriperes, restituere eam, vel ejusdem pretium deberes, etiamsi casu res apud te perierit tempore illo quo periisset quoque apud dominum: quoniam rem illam rapuisti non ut domino servares; sed ut in tuum commodum converteres. Ergo rapuisti cum restitutionis onere. Quod res hæc apud te perierit, tibi imputare debes. Injusta acceptio sua natura injuriam affert domino; neque hæc injuria aufertur, propterea quod hæc res perdenda fuisset apud dominum. Ergo debitum restitutionis, quod contraxisti actu illo quo rem abstulisti, semper perseverat usque dum illud à te compensetur. Non me latet plures oppositum defendere. At hæc sententia mihi videtur probabilior. Rem incendio flagrante furatus es certò comburendam. Si res apud te extet, vel ejusdem pretium, eam restituere teneris, etiamsi alio incendio fortuito apud te perierit. In urbis vastatione rem alienam furaris, quæ ab aliis furibus certo surripienda fuisset, eam restituere domino debes, si extet, aut pretium, si vendidisti illam.

XVII. Si rem alienam incendio eripias, & elapso periculo retineas, pereatque apud te, non perdenda apud dominum, teneris ad restitutionem, omnibus fatentibus. Qui mala fide rem alienam furtipit, quæ servata melior evaderet; (puta devastasti vineam, segetes immaturas tempore quo valebant quinquaginta, tempore verò maturitatis valerent centum) si dominus venditurus erat res istas tempore quo easdem rapuisti, restituere debes pretium secundum valorem quem habent in priori statu: si verò conservaturus præfatas res fuisset, restituendum est quantum secundum prudentum existimationem valet spes illas res servandi, usque ad meliorem statum.

XVIII. QUÆST. XI. *Quinam crescit res furto sublata?* RESP. Crescit domino, non furi. Quarè restituenda res est cum incremento facto apud furem, etiamsi dominus servaturus non fuisset usque ad hoc tempus. Heinc si pretium augetur ob multitudinem emptorum, juxta hunc valorem fieri restitutio debet. Si res in viliori statu furto sublata, & melior facta, deindè ad deteriorem statum redacta sit, restituenda est secundum incrementum, si dominus usque ad hoc tempus servaturus illam fuisset: si tempore vilioris pretii rem vendidisti, & similiter dominus hoc tempore eamdem vendidisset, restitutio secundum hunc valorem fieri potest. Hoc fatentur omnes; dissident verò quid restituere debeas, quandò tempore incrementi vendidisti rem, quam dominus usque ad hoc tempus non fuisset servaturus. Plures defendunt te restituere dumtaxat debere secundum valorem pretii vilioris, cum hoc tempore vendita à domino fuisset. Alii propugnant te debere restitutionem facere, secundum incrementi valorem sive intrinsecum, sive extrinsecum, quando tu tempore hujus majoris valoris rem vendidisti, aut consumpsisti, licèt dominus usque ad hoc tempus eam non servaturus non fuisset. Quoniam valor rei rem ipsam comitatur. Ergo si res domini est, ut ipsa est, ita, & rei valor. Rem vendis, aut consumis tempore majoris valoris: ergo hic valor restituendus est. Cedo. Nonne tempore quo rem injustè vendis, aut insumis, restituere illam domino astringeris? Porrò pretium rei æquivalenter est res ipsa. Ergo hoc pretium restituendum est. Hæc opinio secunda mihi videtur probabilior.

XIX. QUÆST. XII. *Quomodò dubiæ fidei possessor rem alienam restituere debet?* RESP. Dubiæ fidei possessor spectari potest, & sub initium possessionis, & in progressu. Qui dubitat rem esse alienam, & eam emit non domino tradendam, sed ut sibi retineat, fur est, & tenetur ad restitutionem ratione tum rei acceptæ, tum injustæ acceptionis, etiam cum periculo pretii amittendi: quia sponte huic periculo se subjicit. Quarè diligentiam adhibere debet ut verum dominum inveniat, cui rem emptam tradat. Si post moralem diligentiam dominum non invenit, dubiumque cesset, possessor bonæ fidei evadit, remque sibi retinere jure valet. Si dubium practicum perseveret, dividenda res est inter pauperes, retento pro rata dubii pretio in emptione soluto. Si dubium in progressu occurrat, reliquæ ante omnem dubitationem consumpta fuit, restituere debet id in quo factus est ditior: si res existat, adhibenda diligentia est, ut dominus inveniatur, & pro rata dubii prudentum consilio transigenda res est: nec illa suffragatur regula: *Melior est conditio possidentis.*

XX. QUÆST. XIII. *Quos fructus restituere teneatur possessor bonæ fidei?* RESP. Omnes fructus naturales restituere tenetur, si extent, deductis expensis: si consumpti fuerint, id in quo factus est ditior. Quoniam res fructifera domino fructus parit. Idque verum habet, etiamsi dominus rem inultam reliquisset.

XXI. QUÆST. XIV. *Quos fructus restituere possessor malæ fidei debet?* RESP. Omnes fructus naturales, & industriales quos percepturus fuisset dominus, detractis expensis, restituere astringitur, sive extent, sive non extent, sive factus ditior sit, sive secus. Idem dicendum de possessore bonæ fidei, à tempore quo conscius factus est, rem esse alienam. Is si differat restitutionem, evadit debitor moratus, & restituere tenetur omnes fructus quos percipit, & compensare tum damna emergentia, tum lucra cessantia. Si fur non percipit fructus, quos percepturus dominus fuisset, eorumdem pretium restituere debet. Contra si dominus nullos fuisset percepturus fructus, & similiter latro eosdem non percipit, tum ad istorum compensationem non tenetur. Si verò fur fructus naturales percipit quos dominus percepturus non erat, eosdem restituere debet, quod res domino fructificet.

XXII. QUÆST. XV. *Quas expensas detrahere possessor sive bonæ, sive malæ fidei debet?* RESP. Expensarum aliæ necessariæ, ut agrorum cultura, animalium alimenta, & custodia, domorum instauratio, sine quibus res, aut detrimentum patiuntur, aut fructus non pariunt. Aliæ utiles, quæ eo pertinent ut res aut meliores fiant, aut augeantur, ut arborum plantatio, gregis multiplicatio, &c. Aliæ voluptuariæ, ut viridaria, picturæ, ornatus, & cætera id genus, quæ voluptati deserviunt. Industria, labor, incommodum in fructibus colligendis, & rebus conservandis, expensarum nomine veniunt.

XXIII. Omnes expensæ utiles, & necessariæ ab utroque possessore factæ detrahendæ in restitutione sunt: & dominus eadem computare tenetur, quia nemo in alienis laboribus reportare commodum debet. Si tamen dominus sine his expensis, propria industria res suas conservaturus fuisset, tum possessori injusto reddendæ non sunt, sed tantum possessori bonæ fidei. Si expensæ excederent fructus, non teneretur dominus illas solvere, quia tum res in suam non cederet utilitatem, remque suam carius emere cogeretur. Disputant auctores super restitutione expensarum quæ voluptuariæ sunt. Ad praxim quod attinet, prudentum arbitrio restitutio fieri debet.

XXIV. QUÆST. XVI. *Qui rem bona fide emit, valetne eam furi reddere, pretium repetendo, an restituere domino tenetur sine pretio?* RESP. Si prudenter judicat emptor futurum restituturum domino rem, proculdubio rescindere contractum, valet, & pretium repetere. Difficultas est, quando emptor dubitat num res sit à latrone restituenda domino, neque valeat emptor à fure pretium accipere, nisi rem emptam restituat. Si enim recuperare pretium posset, omnes fatentur domino restituendam rem esse.

cæ conspirationis omnes confluunt unam causam moralem totius damni. Ergo singuli tenentur in solidum.

XXV. QUÆST. X. *Utrùm ex flagitiosa promissione oriatur obligatio exequendi rem promissam?* RESP. Sempronius, ut virginem ad stuprum, uxorem ad adulterium, sicarium ad homicidium induceret, mercedem certam promisit. Ante executionem promissum nullam inducere obligationem, & esse rescindendum fatentur omnes. Disputatur num promisso impleto solvendum sit pretium promissum? Affirmant Salmanticenses *tract.* 13. *cap.* 1. *punct.* 6. *n.* 154. & hanc esse communem Doctorum sententiam asserunt.

XXVI. Oppositam opinionem defendunt *Adrianus, Joannes Medina, Navarrus, Wiggers, Paulus Comitolus, Henricus à S. Ignatio, Continuator Tournely.* Quandoquidem jura tum sacra, tum civilia decernunt, stipulationes, pacta, promissa ob turpem causam inita nullam habere vim, & pro infectis habenda. Gregorius IX. in cap. *Pallium* hæc statuit. *Juxta legitimas sanctiones pactum turpe, vel rei turpis, aut impossibilis, de jure, vel de facto nullam obligationem inducit.* Jura Civilia in *L. Generaliter* 26. *ff. de Verb. oblig. tit.* 1. hæc decernunt. *Generaliter nimium turpes stipulationes nullius esse momenti.* Rursùs *L. Mercedem, Cod. de Condit.* hæc adjiciuntur. *Ob turpem causam ex stipulatione contra bonos mores interposita, & negandas esse actiones, juris auctoritate demonstratur.* Tandem L. *Pacta quæ*, Cod. de Pactis. *Pacta quæ contra leges, constitutionesque, vel contra bonos mores fiunt, nullam vim habere indubitati juris est.* Plura alia utriusque juris prætereo.

XXVII. Recensita jura, cum absoluta sint, æque ante, ac post patratum scelus urgent: & rationibus evincitur. Nam si post patratum malum solvendum pretium est, vim habet stipulatio. At nullam habere vim leges declarant. Quid quod Doctores ipsi communis sententiæ defensores docent, rescindendas esse ejusmodi stipulationes? Ergo ipsorum confessione nullius momenti sunt. Præterea si stipulatio hæc post factum vim habet, ut contendunt Doctores isti, eam profectò non habet ex novo pacto, seu conventione inter contrahentes, sed ex pacto, quod factum præcesserit. Alterutrum ergo fateantur necessum est Doctores isti, aut stipulationem hanc validam esse & ante, & post factum, aut nullam esse & ante, & post factum.

XXVIII. Tandem numquid obligatio semel omninò extincta revivisci? Negant omnes. Ergo longè minus obligatio quæ nulla fuit ante factum, & ab omni jure naturali, divino, & humano nulla habetur, revivisceret potest. Deus, & leges omnes severiùs puniunt pravitatem commissi sceleris quam committendi. Ergo si propter turpitudinem rei nondum factæ vim obligationis à stipulatione auferunt, multò magis auferre eam debent ob rei factæ iniquitatem. Rursùs obligationes quæ ad malum impellunt, foventque crimina, tolerari haud debent. Sed si stipulationes, & pacta solvendę mercedis pro scelere patrando servanda forent, peccandi licentia liberiùs grassaretur, & aditus ad infinita scelera pateret. Denique vota, & juramenta de peccato patrando ex communi sententia nulla sunt: ergo longè magis nullæ promissiones humanæ, quæ sanè minus stringunt quam vota & juramenta Deo facta.

XXIX. OBJICIUNT citati Doctores. Distinguenda in flagitio duo sunt: unum, actionis pravitas, Deique offensio; alterum voluptas, delectatio, entitas actionis, molestia, periculum cui flagitiosus exponitur. Primum venale esse nequit. Secundum natura sua, & per se vendibile est. RESP. Hac distinctione posita, vendibilis anima, Angeli, Sacramenta, quatenus entia sunt. Præfata flagitia sub contractu non cadunt, quatenus entia sunt præcisionis metaphysicæ, sed ut suis conditionibus involuta. Voluptates quæ insunt flagitiis, improbæ sunt. Ergo si flagitia ipsa venalia non sunt, neque voluptates quæ committantur flagitia, vendi queunt. Ergo falsa censenda est citata Doctorum sententia.

XXX. QUÆST. XI. *Quid de quæstu meretricio dicendum?* RESP. Quæstum meretricium retineri posse, & solvi debere communiter fatentur omnes. Ergo falsa est hactenùs defensa sententia, & vera adversariorum opinio. Respondeo, meretricem posse repetere, & retinere pretium scortationis suæ, non ob aliquam stipulationem, non ob consensum in fornicationem, non ob voluptatem, non propter periculum aliquod, molestiamvè, non denique quod sui corporis copiam locare queat; sed quia leges, quæ ob majora vitanda mala meretricium permittunt, hac multa plectunt scortatores, ut mercedem solvant scorto in pœnam patrati scelesis. Addo leges istas permittentes esse. Num ante divinum tribunal justæ semper sint, nobis non constat. Illud certum est, posse Principes minora permittere mala, ut majora declinent. At hinc non sequitur subditos posse eisdem legibus uti. Quare meretrices omnes sincero corde compunctas adigerem ego, ut meretricii quæstum in pauperes distribuerent, illisque ut pauperibus pro sustentatione aliquid plus & minus pro circumstantiarum diversitate concederem.

XXXI. QUÆST. XII. *Utrum virgines, matrona, & honestæ fœminæ pretium accipientes pro vendita pudicitia, restituere illud teneantur?* RESP. P. Leonardus *Lessius* hæc *lib.* 2. *de Just. cap.* 14. *dub.* 8. *num.* 52. scribit. „ Etsi opus malum, pro quo „ dedit, non sit æstimabile pretio, quia malum; „ tamen qua delectabile, vel utile uni, & alteri „ detrimentosum, periculosum, laboriosum, in„ ter homines pretio æstimatur. Ergo quod hac ra„ tione pro eo est acceptum, non est restituen„ dum, nisi fortè quis existimationem excesserit; „ ut si meretrix, quæ usuram sui concedere solet „ uno aureo, ab aliquo juvene extorserit 50. „ tamquam pretium. *Hoc tamen locum non habet „ in ea quæ putatur honestam ut matrona aliqua, vel „ FILIA* 100. *aureos pro usura corporis accipiat ab eo „ qui dare poterat, RETINERE potest. Nam tanti, & plu-*

„ *ris potest SUAM PUDICITIAM ÆSTIMA*„ *RE.* Res enim quæ certum pretium non habent, „ nec ac vitam sunt necessariæ, *sed voluptatis causa „ sæ quæruntur*, arbitrio venditoris possunt æstima„ ri, ut PROBABILITER docet Petrus Navarra, „ & alii." Hactenùs ille: quam profectò doctrinam, sicut, & alias hujusmodi, non commendavit S. Franciscus Salesius, licèt commendarit opera ejusdem auctoris, sanè laudanda ob multa rectè tradita documenta. Posse ejusmodi mulieres, vel puellas, justitia tantùm inspecta, retinere donum sponte datum ab eo, qui facultatem habet donandi; absolutè non inficior. De his tamen muneribus idem faciendum inculco quod de pretio simoniacè accepto tradit S. Thomas 2. 2. *quæst.* 100. *art.* 6. *ad* 4. videlicèt non ipsi correo restituenda, sed vel in Dei cultum, vel pauperibus eroganda: tùm ut peccandi ansa mulieribus in avaritiam pronis tollatur, tùm ut destruatur monumentum præteritæ impudicitiæ, tùm ut per quæ peccat quis, per ea, & torqueatur, juxta Spiritus Sancti effatum. Huic tam æquæ sententiæ repugnare non potest nisi fortè qui non pœnitentiam agit, sed fingit.

XXXII. QUÆST. XIII. *Scorta sive publica, sive occulta tenenturne restituere pretium ob turpem concubitum acceptum à Religioso?* RESP. Similes quæstiunculas non excitarem, nisi agitatas ab aliis invenirem. Pellizarius in *Manual. Reg. tract.* 4. *cap.* 2. *sect.* 4. *quæst.* 3. Mascardus *tom.* 2. *lib.* 5. *part.* 2. *tract.* 1. *decum.* 2. Lugo *disp.* 3. *sect.* 3. Joannes à Cruce *lib.* 1. *cap.* 3. *dub.* 10. & alii opinionem negantem defendunt. Quando, inquiunt, Religiosus obtinet facultatem à Superiore disponendi de bonis sibi ad usum concessis, dum in turpes res ea distrahit, licèt in modo alienandi contra Superioris voluntatem agat, ipsa tamen alienatio valida est. Et in hanc alienationem absolutè spectatam Superior consentit. Hæc non tàm refellenda argumentis, quàm lugenda amaris lacrymis sunt. Nulli Superiores licentiam concedere queunt pendendi pretium pro casu turpi. Invalida ergo est alienatio. Ergo restitutio necessaria.

XXXIII. QUÆST. XIV. *An recipiens pretium pro injusta sententia ferenda, restituere illud debeat?* RESP. Leges positivæ detestantur, & prohibent omnes donationes faciendas judicibus ob injustas sententias, advocatis ob injustam defensionem clientum, testibus ob falsum testimonium. Salmanticenses *tract.* 13. *cap.* 1. *punct.* 7. *num.* 169. docent ejusmodi donationes spectato jure naturali validas esse. Verùm hæc opinio falsa mihi est, & reiicienda.

XXXIV. Disputatur, utrum vi legis positivæ prohibentis ejusmodi donationes, restitui debeant? Duplex reperitur sententia, & utraque probabilis reputatur à Salmanticensibus. Prior negat restitutionis debitum, quod indicatæ leges obligant tantùm in foro exteriori, inquiunt ejusmodi auctores, secus in foro interiori. Hanc opinionem rejicio ut falsam, & improbabilem. Siquidem præfatæ leges jure naturæ nixæ in utroque foro obligant. Audiatur de hoc argumento S. Augustinus, qui *epist.* 54. ad Macedonium ita scribit: *Sed non ideò debet vendere justum judicium, aut testis verum testimonium, quia vendit advocatus justum patrocinium, & jurisperitus verum consilium. Illi enim inter utramque partem ad examina adhibentur; & isti ex una parte consistunt. Cum autem judicia, & testimonia, quæ nec justa, nec vera vendenda, iniqua, & falsa venduntur, multo sceleratiùs utique pecunia sumitur: quia scelestè etiam, quamvis à volentibus, datur. Qui verò pro iniquo judicio dedit, vellet quidem repetere, nisi timeret, vel puderet emisse. . . . Verùmtamen si justitia sinceriùs consulatur, justiùs dicitur advocato: Redde quod accepisti, quando contra veritatem stetisti, iniquitati affuisti, judicem fefellisti, justam causam oppressisti, de falsitate vicisti.*

XXXV. Hoc testimonium sibi objicit P. Leonardus Lessius *lib.* 2. *de Just. cap.* 14. *dub.* 8. *n.* 55. his verbis. „ Dices: Divus Augustinus epistola quinquagesima quarta ad Macedonium ait, „ *sceleratiùs accipi pecunia pro sententia injusta, quam „ pro justa, pro testimonio falso, quam pro testimonio „ vero.* Atqui pecunia accepta pro sententia justa „ est restituenda. Ergo, & pro sententia injusta. „ Ita Sotus." Subdit verò:

„ Resp. negando consequentiam. Non enim „ quia aliquid est sceleratius, ideò magis vel æquè „ obligat ad restitutionem. Hæc enim obligatio „ non sequitur magnitudinem sceleris, sed dam„ num per injuriam datum. *At qui accipit pro sen„ tentia injusta, nullam infert injuriam danti, sicut „ is qui pro justa.* Porro illud est sceleratius quàm „ hoc: tum quia pejus est ferre sententiam injus„ tam (ad quam ferendam jam habet animum „ qui pecuniam accipit) propter injuriam quæ fit „ alteri parti, quam accipere pecuniam pro sen„ tentia justa ferenda: tum quia (ut ibidem Au„ gustinus ait) sceleratiùs datur pro injusta quam „ pro justa, quamvis detur voluntariè, & liben„ ter. Loquitur enim de sententia ferenda. Adde, „ ibidem Augustinum significare pecuniam istam, „ etsi sceleratiùs acceptam, non esse opere impleto „ restituendam, dum dicit *datam à volentibus.* „ Volenti enim non fit injuria. Secùs si data sit „ pro sententia justa, quæ censetur data *coactè* me„ tu sententiæ injustæ."

XXXVI. Si in explicando aliquo fidei articulo hæc libertate, & vanissimo distinctionum involucro quis SS. PP. sententias implicaret, & eluderet, actum de fidei articulis esset: & quia in morum mandatis explicandis reipsa Patrum sententiæ variis cavillationibus adulterantur, ideò deplorabili modo relaxata, & obscurata à non paucis Casuistis est Theologia christiana. Doctrina S. Augustini inconcussa est. Quarè Vazquez, & Lugo *disp.* 18. *sect.* 5. *num.* 57. fatentur S. Augustinum à nobis stare, nec tamen ipsi verentur defendere opinionem ab Augustino improbatam. Ratio nostræ sententiæ evidens est. Judex vi sui officii tenetur sententiam ferre. Ergo recipere pretium nequit. Pro sententia justa, inquit aliquis, concedo. Pro injusta nego. Quoniam sententiam justam vi officii ferre cogitur: ideò pro ferenda justa sententia recipere pretium nequit, & si recipit, restituere astringitur. At injustam sententiam dicere non est obligatus, ideò pro injusta senten-

tia

tia ferenda recipere, & retinere pretium valet. Vin° lepidiora? Dum ejusmodi paradoxa, quę sensum communem feriunt, deridenda propinamus, redarguunt nos nonnulli. At illos exoramus, ut evincat hæc non esse paradoxa digna severa constatione. Sed prodeat in medium M. Tullius, qui *lib. 2. offic. cap. 16.* hæc adversus improbatam opinionem scribit. *Caput autem est in omni procuratione negotii, & muneris duplicis, ut avaritiæ pellatur etiam minima suspicio. Utinam, inquit C. Pontius Samnis, ad illa tempora fortuna me servasset, & tunc essem natus, quando Romani dona accipere cœpissent: non essem passus diutius eos imperare. Nam illi quidem seculi expectanda fuerunt. Modo enim hoc malum invaserat Rempublicam inopiæ. Itaque facilè patiebantur potiùs Pontium fuisse . . . . . Nullum igitur vitium tetrius . . . quam avaritia, præsertim in Principibus, & Rempublicam gubernantibus. Habere enim quæstui Rempublicam non modò turpe est, sed sceleratum etiam, & nefarium.*

XXXVII. QUÆST. XV. *Quandò id quod restituitur, ad manus creditoris non pervenit, astringiturne debitor denuò restituere?* RESP. Plura impediunt immediatam restitutionem, quæ propterea fieri debet, aut medio Confessario, aut alia persona. Si persona media designetur à creditore, vel facultatem concedat debitori eam deligendi; illique bona fide eligat personam existimatam dignam, certum est rem perire creditori, & debitorem immunem esse à nova restitutione. Idem dicendum, quando persona designatur à judice. Disputatur dumtaxat quandò debitor ex se hanc personam eligit. Plures defendunt furem non esse novæ restitutioni obnoxium postquàm homini fideli, proboque rem restituendam consignavit, etiamsi pereat.

XXXVIII. Oppolita sententia mihi est probabilior. Siquidem natura, & essentia restitutionis est constituere æqualitatem læsam injustâ acceptione; & creditor semper est invitus usque dum rem suam non obtinet, aut de ipsa disponit, & redintegretur æqualitas. Hæc autem æqualitas non redintegratur, nisi res ablata reddeat in creditoris manum. Fur in causa est sinistri eventus. Ille rem alienam auferendo his periculis liberè sese exponit.

XXXIX. Si possessor bonę fidei rem inventam mittat per virum probum ad dominum suum, si pereat, non est novę restitutioni obnoxius. Quoniam non tenetur neque ex injusta acceptione, neque ex re accepta. Si verò res debeatur ex contractu mutui, dispositi, pignoris, &c. distinguunt auctores. Si res restituenda sit eadem in specie, ut hæc vestis, hic equus, quem commodato accepisti, mittatur per virum probum; res perit creditori, quia illius erat, atque adeò domino perit. Contra si res non sit eadem in specie, sed in genere, ut pecuniæ, triticum, vinum, quæ mutuo accepisti, tibi non creditori pereunt, quia res istæ tuæ erant. Hæc communis sunt.

XL. QUÆST. XVI. *Quo in loco, & cujus expensis fieri restitutio debet?* RESP. Possessor bonæ fidei in loco restituere debet, ubi res extat. Si dominus fuerit absens, admonendus, & ejusdem expensis res deferri ad illum debet. Si verò hic bonę fidei possessor rem alio transtulerit, tum propriis expensis rem mittere ad dominum debet. Contra malæ fidei possessor proprio incommodo rem restituere tenetur eo in loco ubi res extaret, si ablata non fuisset. Restitutio ex contractu debita, ubi celebratus contractus est, fieri debet, nisi aliter à contrahentibus statutum sit. Mutuum expensis mutuatarii, cum in ejusdem commodum cedat, restituendum est. Contra depositum cum in deponentis utilitatem cedat, istius expensis repetendum est.

CAPUT III.

De illis quibus fieri restitutio debet; & de ordine in restitutione servando.

I. QUÆST. I. *Cuinam restitui res debet accepta à possessore bonæ fidei?* RESP. Domino restituenda res est, quia hæc semper clamat ad dominum suum. Si is cui facienda restitutio est, mortuus sit, hæredibus, vel ex testamento, vel abintestato bona restitui debent. Si bona accepisti à Religiosis, Monasterio; si à filio familias, parentibus; si ab uxore, marito restituenda sunt, nisi de consensu dominorum constaret in ejusmodi alienationes.

II. Si res restituenda perniciosa domino sit, illam restituere eidem non debes tempore quo eisdem noxia est. Quarè deposita arma apud te reddere non debes furioso, aut alteri eisdem malè usuro. Similiter ex charitate non debes restituere pecuniam, quam dilapidandam in scorta, aut alia flagitia prævides à domino.

III. QUÆST. II. *Cuinam facienda est restitutio quandò dominus est ignotus?* RESP. De rerum inventarum restitutione dictum supra est. Nunc de rebus furto ablatis, aut alio titulo, quę apud possessorem reperiuntur, sermo est. Primò omnis adhibenda diligentia est ut dominus reperiatur. Si dubitetur, an res restituenda Petri sit, an Joannis, pro rata dubii dividenda restitutio est. Si denique nullo modo reperiri dominus potest, distribuenda bona sunt in pauperes. Similiter bona per simoniam acquisita in pia opera eroganda esse docet probabilior sententia. Bona fœneratitia, seu usuris collecta, si illi à quibus fœnera extorta sunt, innotescunt, iisdem restitui debent. Si ignorantur, pauperibus conferri debent. Quandò emptores alicujus communitatis læsi fuerunt venditionibus injustis, tum compensari ejusdem loci emptores debent venditionibus viliori pretio, quandò emptores læsi ignorantur. In his casibus consulendus est Parochus, aut Episcopus.

IV. Disputant auctores, num solutio facta non tuo creditori, sed alteri, cui creditor tuus tantumdem debet, valida sit? Affirmant *Lessius, Castropalaus, Laym. Benac.* qui citant *Molinam, Valentiam*, & alios. Hæc opinio falsa mihi est. Quoniam Petrus creditor tuus jus habet exigendi à te creditum suum. Paulus verò Petri creditor nullo po-

potitur jure quidquam à te repetendi. Qua ergo ratione pervertere hęc jura vales? Quis te constituit Petri curatorem, ut ejusdem debita solvas? Numquid furtivè bona à Petro vales, ut ejusdem debita solvas? Cur ergo centum quæ tu illi debes, quæque illius sunt, solvere ejusdem creditori poteris?

V. QUÆST. III. *Qui ordo servandus in restitutione est?* RESP. Quandò debitor solvendo non est omnibus creditoribus, ex his alios aliis præferendos leges statuunt. Alii enim sunt creditores, qui jure naturæ præferri cæteris debent. Alios præferendos leges positivæ decernunt. Leges istæ obligant in conscientia, quidquid in oppositum dicant *Diana, Machadus, Serra*, & alii; quorum opinionem immeritò probabilem, seu non improbabilem reputant Salmanticenses.

VI. Creditores quorum bona in specie extant apud debitores, & quorum dominium translatum non est ut sunt pignora, commodata, deposita, omnibus creditoribus præferri jure naturæ debent ut omnes fatentur. Debita certa, licèt in propria specie non extent, præferenda esse debitis incertis, tenet communior opinio. Quid tutius sit vix percipio. Quarè spectandæ circumstantiæ sunt, & prudentum judicio casus qui in praxi raro occurrit, resolvendus.

VII. QUÆST. IV. *An creditoribus privilegiatis præferri venditor debeat, dum res in specie extat apud emptorem?* RESP. Excipiuntur communiter bona Ecclesiæ, minorum, & Fisci, quorum dominium non transfertur in emptorem usque dum pretium solutum reipsa non sit. Disputatur solùm de aliis creditoribus, qui credito merces vendunt emptoribus, num scilicèt isti, quandò eorum merces in specie extant apud emptores, pretio non soluto, præferri aliis creditoribus debeant. Affirmat communior opinio, quæ fori etiam exterioris usui conformior videtur: idque æquitati naturali videtur magis consentaneum, ut cum res venditoris extat in propria specie, non aplicetur extraneis, domino aut venditore invito.

VIII. QUÆST. V. *Qualis ordo servandus est inter debita, aut ex contractu oneroso, & gratuito, aut ex contractu, & ex delicto?* RESP. Debita ex contractu onetoso, nimirum ex venditione, permutatione, locatione, &c. præferri omnino debent debitis ex liberali promissione etiam acceptata ex legato, & testamento, &c. Idque verum habet, etiamsi debitum contractum sit ob promissionem dotis solvendæ filiæ, legati donandi Ecclesiæ, pauperibus, &c. Quoniam Deus sacrificia ex rapinis facta non acceptat.

IX. Dissidium est, num debita ex delicto præferri debeant debitis ex contractu oneroso? Prima opinio defendit præferenda esse debita ex delicto, quando cætera debita non sint hypotheca firmata, aut non extet res in specie. Altera opinio oppositum defendit, nempè priùs esse solvenda debita ex contractu oneroso. Tertia sententia contendit, nullum esse servandum ordinem, sed omnibus pro rata solvendum. Salmanticenses ajunt, omnes tres istas sententias esse probabiles. Et tamen sola una vera est. Quod mihi in re satis obscura, & implexa videtur probabilius est, quod debita priùs contracta priùs solvi debeant, sivè sint ex delicto, sivè ex contractu. Ratio est, quia dum debitor priora debita contraxit, erat, ut supponitur solvendo: & creditor jus certum acquisivit. Porro hoc jus legitimum, & certum lædi nequit per debita posteriora: quia dum debitor contrahit hæc posteriora debita, non habet undè solvat, cum ejus bona obligata jam sint prioribus creditoris.

X. QUÆST. VI. *Quomodò creditores hypothecarii præferendi aliis sint?* RESP. Hypotheca jus præbet in bona quæ eidem subjiciuntur. Quarè creditores quibus bona debitoris designata sunt sub hypotheca, sivè expressa, & speciali, sivè tacita, & generali, præferri aliis omnibus creditoribus personalibus etiam privilegiatis debent, ut omnes docent: quia isti non in personam modò, verùm etiam in bona hypothecata jus habent. Inter creditores verò hypothecarios, *qui prior est tempore, potior est jure.*

XI. Qui pecunias conferunt expendendas in domus ædificio, in colendo agro, in redimendo, aut emendo stabili, quæ bona hypotheca gravantur in favorem creditorum, qui expresè postulant hęc bona sibi obligari, præferendi sunt creditoribus anterioribus habentibus hypothecam tantùm generalem. Verùm ad hoc quod attinet, variæ sunt consuetudines tribunalium, juxta quas debita solvenda sunt.

XII. Inter creditores simplices seu personales qui actionem tantùm habent in personam, præferuntur illi qui funerum causa pecunias dant. Funerum nomine veniunt etiam expensæ in infirmitate curanda. Sponsa tradens dotem ante matrimonium, matrimonio non secuto, contrahit creditum privilegiatum præferendum aliis creditoribus personalibus, qui non habent, vel expressam, vel tacitam hypothecam. Qui deponit pecunias apud publicum depositarium, vel nummularium usura non percepta, præfertur omnibus creditoribus personalibus ejusdem publici depositarii; secùs autem si usuram perciperet, quia tunc non deponens, sed mutuans est.

XIII. QUÆST. VII. *Quasi ordo servandus est inter creditores simplices non privilegiatos?* RESP. Prælatio inter istos ad juris naturæ regulas revocanda est, cum nihil de iisdem leges statuant. Una sententia defendit, nullam admittendam inter ejusmodi debitores prælationem, sed partienda esse bona, & pro rata temporis distribuenda. Altera sententia contendit, illos creditores præferendos esse qui tempore priores sunt. Et ratio supra assignata satis urgens videtur: & ideò hæc sententia probabilior est, sivè creditores pauperes sint, sivè divites. Plura sunt jura quæ favent primis petitoribus. Quarè quisque propriæ Patriæ leges spectare debet.

XIV. QUÆST. VIII. *Potestne debitor admonere secretò amicum creditorum, ut prior petat, eique integrum debitum solvere cum aliorum creditorum detrimento?* RESP. Non desunt qui affirmant, præsertim P. Lacroix, qui *lib. 3. p. 2. n. 405.* hęc scribit: *Secundùm sententiam probabilem, quod prior*

petens præferendus sit, poterit debitor admonere creditorem sibi amicum, quod ipse prius petenti posset prius solvere, & sic præcludubiò alter movebitur ut petat. Fraudibus, & dolis viam parat sententia hęc, quę seipsa falsitatem prodit. Quam hæc, & alia similia paradoxa à christiana æquitate, & simplicitate abhorreant, nemo non videt.

CAPUT IV.

Quænam sint causę ob quas omitti, aut differri restitutio possit.

I. IMpotentia, quæ excusat à restitutione, duplex est. Altera physica, de qua nemo dubitat; altera moralis, quæ gravissimam, aut gravem peculiarem difficultatem affert. In antecessum tamen advertas velim, cuilibet restitutioni insitam difficultatem esse ob hominum cupliditatem, & avaritiam. Hæc autem difficultas nullo modo excusat à restitutione faciendą. Nomine ergo difficultatis, quæ moralem impotentiam constituit, intelligitur, aut extrema egestas, aut notabile graveque malum, vel scandalum, aut peccandi periculum ob restitutionem subeundum.

II. Hinc inferas, primum debitorem differre posse restitutionem, quando imminet periculum gravis damni, puta si creditor abusurus re sua esset in damnum boni communis, vel proximi. Secundò si debitor ipse grave damnum subiret statim restituendo, creditor verò parum, aut nihil incommodi pateretur. Restitutio enim ordinata est ad servandam æqualitatem inter partes. Non esset autem æqualitas quando debitor cum tanto dispendio restituere creditori deberet, si hic vix incommodum sentit propter dilationem. Et hoc in casu iterationabiliter invitus homo esset. Tertiò non urget restitutionis præceptum, quando ex ejusdem executione immineret periculum spirituale; ut si ob restitutionem prostituenda esset pudicitia filiarum, si filios reipsa alere non posses. Artifex non tenetur vendere instrumenta artis suę, quibus laborando ad victum necessaria acquirit; debet tamen artem exercere, ut debita solvat. In pari casu, excepta extrema necessitate alicujus damni, creditor præferri debet sicut innocens teo. Dilatio restitutionis licita non est ad comparandum lucrum, potissimùm si creditor damnum patiatur.

III. Quarè maxima cautione opus est cum debitoribus, quoniam homines proni sunt ad retinendum aliena. Debitores, ut aliàs dixi, communiter sunt divites, aut nobiles, qui prætextu status sustinendi differunt solutionem debitorum, & mercenariorum, & mercatorum sanguine, & sudoribus splendorem pomparum, & fastus fovere contendunt. Quarè iterum atque iterum movendi Confessarii sunt ut istos à Sacramentis omninò arceant usque dum solverint debita sua. Sunt enim isti cujuscumque justitiæ proculcatores inhumani, & truces, tùm quod differant solutionem mercedum, & debitorum, tùm quod crudeliter cogant pauperes debitores, quemadmodum creditor ille evangelicus, ut sibi usque ad ultimum quadrantem solvant.

CAPUT V.

De restitutione propter homicidium, vel mutilationem, vel stuprum, vel adulterium,

I. HActenùs de restitutione in communi; nunc de restitutione in particulari agendum est: & primum omnium de restitutione ob homicidium voluntarium, in quo duo spectari damna queunt. Primum vitę, aut membrorum ablatio; alterum quod vitæ privationem, aut membrorum mutilationem consequitur. Qui alteri vitam voluntariè (nec enim nunc sermo est de mutilatione, aut homicidio quod consequitur ad necessarium defensionem) eripit, lædit justitiam commutantem. Vita autem semel erepta, aut membrum recisum restitui nequit. Quid itaque agendum, ut læsa justitia reparetur? Si judex occisorem, vel mutilatorem punit, nulla alia satisfactio requiritur: quoniam judex omnia quę ex justitia reparanda damna sunt, jubet ut reparentur. Disputatur igitur de restituendis ab occisore, aut mutilatore à justo judice non punito.

II. QUÆST. I. *Occisor, aut mutilator tenetur-ne compensare injuriam personalem fortunæ bonis?* RESP. Duplex sententia est. Una negat aliquid restituendum esse ob injuriam personalem, seu ob solius vitæ, aut membri mutilationem. Altera sententia, quæ probabilior est, affirmat. Quia qui alterum occidit, mutilat, lædit, violat justitiam commutantem. Ergo reparari hæc justitia debet ea via qua potest. Quamvis autem restitui vita, membrum recisum nequeat, potest tamen fortunæ bonis aliquomodò compensari. Qui restituere mille debet, & non potest nisi centum, liber ne à restitutione partis erit, quia reddere totum non valet? Ad praxim igitur quod attinet, Confessarii est tradere ut homicida, aut mutilator, præter compensationem tàm lucri cessantis, quàm damni emergentis faciendam hæredibus, aliquid largiatur pro vita, aut membro ablato: sacrificia offerri curet, & eleemosynas eroget: atque universam familiam occisi, aut mutilati solari, & adjuvare pro viribus studeat.

III. QUÆST. II. *Quę damna compensare interfector debet?* RESP. Cuncta damna quæ ex occisione, aut mutilatione consequuntur, resarcienda sunt. Compensandæ sunt expensæ curationis, & lucra omnia, quæ occisus, aut mutilatus sua arte, negotiatione, & industria assequi poterat quando filii sunt, vel sorores, uxor, aliique conjuncti, qui talia damna patiantur ex occisione, aut mutilatione. Si verò nemo sit qui damnum patiatur, nihil restituendum est. Disputant auctores, quot vitæ anni computandi sint in occiso? Ut rem paucis conficiam; hęc omnia prudentum judicio subjicienda sunt. Occisiones inter nobiles nulla solent compensatione resarciri. Si homicida pœnam lueret talionis, nulli restitutioni obnoxii forent hæredes, quia pœna mortis inflicta omnia remissa censentur: & ita communis obtinet consuetudo. Si alicubi oppositus rationabilis mos vigeat, servandus est.

Si

IV. Si provocatus ad pugnam occidat provocantem cum inculpatæ tutelę moderamine, nihil restituere astringitur. Si verò graviter limites moderaminis excessisset, tùm pro tota restituere deberet. Si mutuò se provocaverint, nihil restituendum est, quia uterque cessit juri suo. Si unus alterum provocaverit impreparando ignavię notam, provocatus occisor non tenetur ad restitutionem, inquiunt juniores plures: quia respuere sine dedecore duellum non poterat. Hæc ratio pugnare cum Evangelio mihi videtur. Quarè mihi falla est, nisi me fallant omnia, sequens opinio P. Viva, qui *tom. 1. p. 3. q. 7. art. 1. n. 2.* inquit: „ Quamvis aliquandò non fugiendo peccet contra charitatem, si scilicèt *sine dispendio honoris* „ fugere poterat; at non peccat contra justitiam. „ Ergo non tenetur ad restitutionem. “ Quid? Peccat Christianus contra charitatem quando *sine dispendio honoris* mundani fugere nequit, non autem contra justitiam peccat? At hanc doctrinam quis non improbet? Fugam enim arripere tenetur, dum via patet, *cum dispendio honoris*, qui in opinione insanientis mundi situs est.

V. QUÆST. III. *An ex homicidio casuali teneatur debitum restitutioni?* RESP. Titius vulneravit Sempronium vulnere minimè lęthali: negligentia chirurgi, aut medici Sempronius moritur. Titius compensare damna astringitur, quę non mortem, sed vulnus consequuntur. Si tamen Sempronius ex accepto vulnere moritur, quia chirurgus non invenitur, Titius vulnerator compensare tenetur damna, quæ mortem consequuntur. Ex homicidio per accidens sequuto nihil restituendum est. Clericus venationem vetitam exercet, omnem diligentiam adhibet, ut homicidium decliner: hoc si fequatur, nihil restituere astringitur. Si contra ex negligentia graviter culpabili homicidium sequeretur, tum restituenda omnia damna essent.

VI. QUÆST. IV. *Quibus facienda sit restitutio damnorum quæ ex homicidio sequerentur?* RESP. Faciendą est hæredibus, non liberis, sed necessariis. Fratres, consanguinei, licèt succedant ab intestato, non sunt hæredes necessarii, atque adeo istis nulla facienda est restitutio. Uxores, filii, parentes sunt hæredes necessarii, quibus facienda restitutio est.

VII. Desident Moralistæ, num homicida solvere creditoribus occisi debita teneatur? Communior sententia negat: quoniam nulla datur actio creditoribus contra occisorem, aut mutilatorem in foro exteriori, immò neque in interiori. Circumstantiæ tamen spectandę sunt, & sapientum consilia audienda, dum similia facta occurrunt, ut in gravissimis delictis id quod justum est, definiatur.

VIII. Si vulneratus dominus absolutus sit, & antequàm decedat remittat, una cum injuria sibi illata, etiam damna resarcienda, liber occisor est à restitutione. Cæterùm licèt vulneratus astringatur remittere omnem injuriam sibi illatam, & diligere suum vulneratorem, non tamen obligatus est dimittere damna indè emergentia; immò si uxor, si filii, nepotes, vel parentes graviter indigerent, peccaret contra charitatem; si cum tanto istorum dispendio, & detrimento expensas, & damna condonaret.

IX. QUÆST. V. *Quid restituere debet defloratur virginis?* RESP. Communiter auctores absolvunt defloratorem á restitutione, quando virgo sponte consensit, sique illa sui juris. Leges civiles statuunt ut stuprator, vel dotet, vel ducat virginem stupratam, quia semper præsumunt blanditiis, & fraude seductam. Et sanè in praxi vix absolvendus stuprator est vel à ducenda, vel á dotanda virgine. Circumstantię tamen spectandæ sunt. Si defloratio publica sit, minis, vel fraude peracta; tum non solùm compensanda est corruptę virginitatis macula, sed etiam infamiæ nota parentibus illata defloratur integram dotem dare non astringitur, sed dandam à parentibus augere. Si tamen pauper sit defloratа, tum integra dos danda est á stupratore. Si dubium occurrat, num virgo antè fuerit defloratа, tutior pars est eligenda, quia nemo presumitur malus, nisi probetur. Quamobrem etiam in casu dubio compensanda damna sunt. Quin si re ipsa virgo non erat, talis tamen reputabatur, & stuprator eam diffamavit, tùm damna compensanda sunt. Si verò ex tali coitu nullam passa infamiam est, nihil restitui debet. Idem quod dictum est de virgine, dicendum de honesta vidua est.

X. Si solis precibus, blanditiis, munusculis virginem pertrahat in consensum, ad nihil teneri communiter auctores docent, ut dictum est, quod hæc omnia libertatem non adimant. Si tamen preces essent adeo repetitæ, & blanditię adeò assiduæ ut violentiæ æquivalerent, tum compensanda damna essent. Quicumque sub spe matrimonii virginem defloravit, eam ducere tenetur, quia contractus iste onerosus est, utramque partem astringens, etiamsi promissio ficta fuerit. Quamvis enim contractus de re turpi nullus sit, subeunda tamen pœna est admissi sceleris.

XI. Hæc ablatiuè vera sunt: cęterùm si nostri temporis puellę spectentur, adeo non raro invercundæ, expudoratæ, effrontes, vafræ, & audaces sunt, ut ipsę juvenes, & viros aggrediantur; ipsę eosdem circumveniunt, fascinant, & suis blanditiis, & prestigiis dementant, ut vel eorum crumenam expilent, vel in matrimonium pertrahant. Quarè ad tantam puellarum audaciam comprimendam lex statuenda esset, ut defloratæ in perpetuum lugerent stupratam virginitatem. Illud semper præ oculis habeandum, virgines modestas, verecundas, solitudinis amantes, juvenum, & virorum congressus, & alloquia fugientes á nemine violari. Si igitur ipse procaces sunt, & propriæ virginitatis nundinatrices, ut aliæ discant, & publico sint exemplo, plectendæ, non dotandæ essent, præsertim si defloratores sint nobiliores, & altioris status. Prudentum tamen judicio, & decisioni hæc subjicio, ut id definiatur quod bono publico expediat.

XII. QUÆST. VI. *Quid ob adulterium quod partus consequitur, restituendum sit?* RESP. Quandò ex certis signis evidenter constat prolem conceptam fuisse ex congressu cum adultero, vel quia maritus absens, vel quia eger, vel quia impotens; tùm compensanda sunt damna omnia quæ mari-

tus passus est à tertio ætatis anno in puero alendo: primo enim triennio mater; post, usque ad tempus quo sibi providere filius potest, pater alere filium astringitur. Quid si dubium occurrat cujus sit proles? Aliqui eo nixi axiomate, *Melior est conditio possidentis*, negant debitum restitutionis.

XIII. Quæ mihi probabiliora videntur, sunt sequentia. Quando adulter, & adultera mutuo consensu adulterium perpetrarunt, ambo pro rata tenentur puerum alere, & damna compensare mariko, vel hæredibus legitimis: si unus deficit, alter tenetur in solidum. Contra si adulter provocet adulteram, eamque blanditiis, & munusculis in adulterium pertraxit; tum adulter solus, utpotè causa principes, compensationi obnoxius est. Deficiente tamen adultero, tenetur adultera. Quando dubitatur cujusnam sit proles, tum in favorem matrimonii judicandum est. Quod si dubium perstat, & rationes æque probabiles, aut probabiliores suadeant prolem esse spuriam, pro rata debii compensationem faciendam existimarem.

XIV. Quando adultera duos admittit unum post alterum, & ignoratur cujusnam proles sit, quinam istorum ad compensationem tenetur, si constet alterutrius ope conceptam prolem esse? *Lugo*, *Lopez*, *Tribiencius*, *Sanchez*, *Sotus*, & alii ambos liberant: & hanc opinionem defendunt quoque *Salmanticenses*, & *Cardinalis Gotti*. Hæc opinio mihi improbabilis est. Quid? Certum est alterutrum esse verum parentem, & ambo liberi erunt? Si uterque adulterium perpetravit, uterque subire pœnam debet. Si uterque homicidium intentasset, licet ignoraretur quis illorum re ipsa homicidium perpetrasset, in quo foro uterque liber evaderet? Uterque adulterium perpetravit, uterque actionem proteasticem exercuit. Ergo neuter innocens, licet unus filium genuerit. Ergo uterque pro rata alere filium, & compensare damna astringitur. Oppositæ sententiæ argumenta non urgent. Innocentem volunt illum qui non genuit. At quomodò innocens, si adulterium, si actionem generatricem posuit? Duo ergo sunt rei. Ergo ambo puniendi: ambo ad damna refarcienda concurrere debent: & uno deficiente, alter tenetur in solidum.

XV. QUÆST. VII. *Adulter certò sciens ex suo adulterio procreatam prolem esse, quid reddere filiis legitimis teneatur?* RESP. *Diana*, *Henriquez*, *Sotus*, *Ledesma*, & alii contendunt non teneri adulterum compensare damna quæ filii legitimi subeunt in portione hæreditatis, aut legatorum, quæ accipit filius spurius, quando is adulteræ non suasit filii spurii suppositionem. Hæc opinio communiter improbatur; docentque utrumque, adulterum, & adulteram, debere omnia damna compensare quæ adveniunt filiis legitimis ratione filii spurii, etiamsi adulter non suaserit suppositionem. Quoniam uterque causa fuit cur spurius filius reputetur legitimus: ergo uterque damnorum reparationi subjectus est. Primùm itaque uterque omnem adhibere diligentiam debet, ut legitimæ prolis damna eventur, dum id absque famæ dispendio fieri potest. Si bona paraphernalia uxor habet, aut alia libera, ea filiis legitimis dare debet. Si verò adultera bonis liberis non potiatur, quid tum? Debet ne adultera se prodere, ut filiorum damna evitet? Si adultera spem moraliter certam non concipiat, præcavendi damna quæ filiis legitimis imminent ob prolem ex adulterio procreatam, non tenetur filio spurio crimen detegere, etiamsi compensare damna nequeat: quoniam imprudenter famam prodigeret, dum prudenter dubitat sui criminis manifestationem profuturam. Nec est quod opponas, infamatorem cum suo famæ dispendio debere revocare quæ dixit, etiam cum dubitat suam revocationem profuturam: quandoquidem infamator proximum læsit in fama, & ideo in eodem genere debet cum famæ suæ dispendio famam denigratam refarcire. At mater adultera damna filiis intulit non in fama, sed in pecunia. Quarè dum in genere pecuniæ compensare nequit, non videtur astringenda ut cum famæ, honorisque sui dispendio ejusmodi damna refarciat.

XVI. Filius matri testanti etiam cum juramento se esse spurium fidem adhibere non tenetur, ut communis fert opinio: quia dictum unius testis non inducit necessitatem credendi, præsertim dum propriam pandit turpitudinem cum detrimento illius qui credit. Accedit quod cum filius communi, & sua persuasione reputetur legitimus, jure non potest hæreditate privari, nisi certis testibus constet, & evincatur ipsum esse spurium. Si mulier villoris conditionis sit, & exiguæ famæ, & à filio spurio ingens hæreditas capienda sit; tum revelare crimen suum debet, ut communiter docent omnes: hæc quippè mulier exiguæ famæ induci facilè potest ad ejusdem jacturam faciendam. Contra mulierem honestam, & fama claram liberant communiter auctores à sui criminis manifestatione, etiamsi ingens hæreditas capienda à filio esset. Verùm ad hoc quod attinet, circumstantiæ spectandæ sunt, & omnibus pensatis decernendum quid magis expediat. Certa enim regula assignari vix potest.

DISSERTATIO III.

De Contractibus universè, & partitè.

CAPUT I.

Contractus finitio, ejusque causæ: & proprietates.

I. QUÆST. I. *Quid sit contractus?* RESP. Communis notio ejusmodi assignatur. Est duplicis voluntatis dantis, & recipientis deliberata consensio de re quapiam agenda, vel non agenda, signo aliquo exteriori manifestata. Quatuor igitur sunt quæ in quolibet absoluto, perfectoque contractu requiruntur. Primum est istius duplicis voluntatis declarata consensio. Prior voluntas appellatur offerens, provocans, & lacescens; posterior recipiens, provocata, & lacessita. Vendentis voluntas offert, & provocat, voluntas ementis recipiens est, & provocata; tametsi interdum emens offerat, provocetque. Alterum est conjunctio istius duplicis voluntatis. Tertium obligatio. Quartum actio efficax, qua uterque contrahens suum explet debitum. Contractus itaque prior est obligatione; & hæc actionem præcedit. Obligatio, & actio altera est *civilis*, altera *naturalis*. *Civilis* eget, aut tabularum, aut chirographi, vel subscriptæ probatione. *Naturalis* mentis, & conscientiæ testimonio contenta est. Duplex itaque in quolibet contractu spectari forma potest. Prima essentialis, quæ semper, & ubique apud omnes gentes obtinet. Altera adventitia, seu accidentaria, quæ in jure alicujus populi, vel Principis constituta est. Ex quatuor recensitis prærogativis duæ primæ ad formam contractus pertinent: nam contractus præsè acceptus est mutua de re aliqua agenda conventio. Hanc reciprocam voluntatum concordiam obligatio consequitur tamquam formalis effectus.

II. Materia proxima contractus sunt actus humani ad justitiam attinentes. Omnes contractus ad hos quatuor revocantur. *Do ut des*: *Do ut facias*: *Facio ut des*: *Facio ut facias*. Dum executioni ejusmodi contractus demandantur, aliquam speciem, seu formam determinatam induunt. Et hoc apprimè notandum est ad fraudes, & fœnera prævenda.

III. Conradus triginta species contractuum assignat, quam partitionem improbat P. Dominicus Soto, qui contractus nominatos in tres ordines pigerit, & ad septem species revocat. Primus ordo est eorum quibus dominium transfertur: secundus eorum quibus usufructus: tertius eorum, quibus usus. In primo ordine collocat liberalem donationem, cambium, emptionem, venditionem, mutuum: in secundo emphyteusim: in tertio commodatum, locationem, conductionem. A speciebus contractuum removet depositum, pignus, fidejussionem.

IV. Primus contractus in Scripturis sanctis probatus est *Matrimonii*. Alii sunt contractus generatim probati, ut colligitur ex Apostolo 1. *ad Thessal. cap.* 4. ubi dicitur: *Ne quis supergrediatur, neque circumveniat in negotio fratrem suum.* Contractus mutui perspicuè commendatur Luc. 6. *Mutuum date, nihil inde sperantes.* Locationis contractus in parabola vineæ locatæ agricolis homicidis, & flagitiosis, Luc. 20. & contractus conductionis in altera parabola de conductis operariis declaratur. Contractus emptionis recensetur Gen. 47. ubi Josephus emit Ægypti prædia, & eadem certa pacta mercede locavit ipsis Ægyptiis.

V. QUÆST. II. *Quomodò perficiuntur contractus?* RESP. In quolibet contractu distinguitur duplex perfectio: substantialis una, adventitia altera. Habetur illa, quando ex omnia appoununtur quæ ad speciem contractus necessaria sunt. Sic venditio quantum ad speciem perfecta est, simul ac inter emptorem, & venditorem de pretio conventum est. Mercis autem traditione accidentaliter, & quantum ad integritatem contractus perficitur. Quatuor modis perfici contractus solent. *Consensu* signo exteriore declarato. *Verbis*, seu determinata verborum forma. *Scriptura*, quandò necessariò requiritur. *Rei traditione*, sine qua aliqui contractus non consistunt. Consensione perficiunt illi contractus qui mutuam contrahentium conventionem significant, ut sunt emptio, venditio, locatio, conductio. Scriptura, seu instrumentum, quod post conventionem mutuam contrahentes conficiunt, non ad naturam, sed ad probationem contractus requiritur. Alii contractus determinatam verborum formam postulant, ut in *stipulatione* fit, in qua uno interrogante: *Spondes mihi mille?* Reponit alter, *Spondeo. Dabis mihi librum?* *Dabo.* Quæ verborum forma, licèt olim apud Romanos obtinuerit, nunc penitùs obsolevit, & sat est ut quibuslibet verbis consensus probetur contrahentium. Scriptura perficitur emphyteusis, aliique contractus, qui antequam à notario scribantur, vim non habent, sic consuetudine, vel lege obtinente. Possunt quoque contrahentes suum suspendere consensum usque dum scriptura conficiatur. Rei traditione perficiuntur mutuum, donatio, commodatum, depositum, permutatio, pignus. Hi ante traditionem non reputantur perfecti, sed nuda pacta.

VI. Si contrahentes verbis externis contractus celebrent absque interiore animo contrahendi, contractus nullus est: quamquàm in foro exteriori deceptor merito adigatur ad contractum implendum, quia consensus præsumitur. Immò in foro quoque interiori astringitur deceptor ad consensum præbendum. Paucis obligationis naturam perstringam.

VII. Obligatio est vinculum quo quis se obstringit ad aliquid præstandum. Apud istos alia est *antidoralis* rei honestatis nixa, qua quis gratus est suo benefactori; hujus debitum morale est, non injustitiæ præceptum. Alia obligatio fundatur in lege præcipiente, & dicitur *debitum legale*, quod oriri, vel à charitate, vel à religione, vel à justitia, vel ab obedientia potest. Sola obligatio ex justitia proficiscens inducit debitum restitutionis. Obligatio ex justitia manans alia est naturalis tantùm, quæ in foro conscientiæ obstringit, sed in foro exteriori non dat actionem; alia solùm civilis, quandò secundum allegata, & probata evincitur quis debitor, qui revera non est, & cogitur ad solvendum; alia est, & naturalis, & civilis simul, quæ in utroque foro obstringit.

CAPUT II.

De variis contractibus.

I. QUÆST. I. *Utrum contractus ex metu gravi celebratus sit validus?* RESP. Plures conditiones requiruntur ut metus gravis dicatur. 1. Ut malum imminens grave sit. 2. Ut adsint fundamenta probabilia timendi malum. 3. Ut metum incutiens soleat minas intentatas executioni

tus passus est à tertio ætatis anno in puero alendo: primo enim triennio mater; post, usque ad tempus quo sibi providere filius potest, pater alere filium astringitur. Quid si dubium occurrat cujus sit proles? Aliqui eo nixi axiomate, *Melior est conditio possidentis*, negant debitum restitutionis.

XIII. Quæ mihi probabiliora videntur, sunt sequentia. Quando adulter, & adultera mutuo consensu adulterium perpetrarunt, ambo pro rata tenentur puerum alere, & damna compensare mariko, vel hæredibus legitimis: si unus deficit, alter tenetur in solidum. Contra si adulter provocet adulteram, eamque blanditiis, & munusculis in adulterium pertraxit; tum adulter solus, utpotè causa principes, compensationi obnoxius est. Deficiente tamen adultero, tenetur adultera. Quando dubitatur cujusnam sit proles, tum in favorem matrimonii judicandum est. Quod si dubium perstat, & rationes æque probabiles, aut probabiliores suadeant prolem esse spuriam, pro rata debii compensationem faciendam existimarem.

XIV. Quando adultera duos admittit unum post alterum, & ignoratur cujusnam proles sit, quinam istorum ad compensationem tenetur, si constet alterutrius ope conceptam prolem esse? *Lugo*, *Lopez*, *Tribiencius*, *Sanchez*, *Sotus*, & alii ambos liberant: & hanc opinionem defendunt quoque *Salmanticenses*, & *Cardinalis Gotti*. Hæc opinio mihi improbabilis est. Quid? Certum est alterutrum esse verum parentem, & ambo liberi erunt? Si uterque adulterium perpetravit, uterque subire pœnam debet. Si uterque homicidium intentasset, licet ignoraretur quis illorum re ipsa homicidium perpetrasset, in quo foro uterque liber evaderet? Uterque adulterium perpetravit, uterque actionem proteasticem exercuit. Ergo neuter innocens, licet unus filium genuerit. Ergo uterque pro rata alere filium, & compensare damna astringitur. Oppositæ sententiæ argumenta non urgent. Innocentem volunt illum qui non genuit. At quomodò innocens, si adulterium, si actionem generatricem posuit? Duo ergo sunt rei. Ergo ambo puniendi: ambo ad damna refarcienda concurrere debent: & uno deficiente, alter tenetur in solidum.

XV. QUÆST. VII. *Adulter certò sciens ex suo adulterio procreatam prolem esse, quid reddere filiis legitimis teneatur?* RESP. *Diana*, *Henriquez*, *Sotus*, *Ledesma*, & alii contendunt non teneri adulterum compensare damna quæ filii legitimi subeunt in portione hæreditatis, aut legatorum, quæ accipit filius spurius, quando is adulteræ non suasit filii spurii suppositionem. Hæc opinio communiter improbatur; docentque utrumque, adulterum, & adulteram, debere omnia damna compensare quæ adveniunt filiis legitimis ratione filii spurii, etiamsi adulter non suaserit suppositionem. Quoniam uterque causa fuit cur spurius filius reputetur legitimus: ergo uterque damnorum reparationi subjectus est. Primùm itaque uterque omnem adhibere diligentiam debet, ut legitimæ prolis damna eventur, dum id absque famæ dispendio fieri potest. Si bona paraphernalia uxor habet, aut alia libera, ea filiis legitimis dare debet. Si verò adultera bonis liberis non potiatur, quid tum? Debet ne adultera se prodere, ut filiorum damna evitet? Si adultera spem moraliter certam non concipiat, præcavendi damna quæ filiis legitimis imminent ob prolem ex adulterio procreatam, non tenetur filio spurio crimen detegere, etiamsi compensare damna nequeat: quoniam imprudenter famam prodigeret, dum prudenter dubitat sui criminis manifestationem profuturam. Nec est quod opponas, infamatorem cum suo famæ dispendio debere revocare quæ dixit, etiam cum dubitat suam revocationem profuturam: quandoquidem infamator proximum læsit in fama, & ideo in eodem genere debet cum famæ suæ dispendio famam denigratam refarcire. At mater adultera damna filiis intulit non in fama, sed in pecunia. Quarè dum in genere pecuniæ compensare nequit, non videtur astringenda ut cum famæ, honorisque sui dispendio ejusmodi damna refarciat.

XVI. Filius matri testanti etiam cum juramento se esse spurium fidem adhibere non tenetur, ut communis fert opinio: quia dictum unius testis non inducit necessitatem credendi, præsertim dum propriam pandit turpitudinem cum detrimento illius qui credit. Accedit quod cum filius communi, & sua persuasione reputetur legitimus, jure non potest hæreditate privari, nisi certis testibus constet, & evincatur ipsum esse spurium. Si mulier villoris conditionis sit, & exiguæ famæ, & à filio spurio ingens hæreditas capienda sit; tum revelare crimen suum debet, ut communiter docent omnes: hæc quippè mulier exiguæ famæ induci facilè potest ad ejusdem jacturam faciendam. Contra mulierem honestam, & fama claram liberant communiter auctores à sui criminis manifestatione, etiamsi ingens hæreditas capienda à filio esset. Verùm ad hoc quod attinet, circumstantiæ spectandæ sunt, & omnibus pensatis decernendum quid magis expediat. Certa enim regula assignari vix potest.

DISSERTATIO III.

De Contractibus universè, & partitè.

CAPUT I.

Contractus finitio, ejusque causæ: & proprietates.

I. QUÆST. I. *Quid sit contractus?* RESP. Communis notio ejusmodi assignatur. Est duplicis voluntatis dantis, & recipientis deliberata consensio de re quapiam agenda, vel non agenda, signo aliquo exteriori manifestata. Quatuor igitur sunt quæ in quolibet absoluto, perfectoque contractu requiruntur. Primum est istius duplicis voluntatis declarata consensio. Prior voluntas appellatur offerens, provocans, & lacescens; posterior recipiens, provocata, & lacessita. Vendentis voluntas offert, & provocat, voluntas ementis recipiens est, & provocata; tametsi interdum emens offerat, provocetque. Alterum est conjunctio istius duplicis voluntatis. Tertium obligatio. Quartum actio efficax, qua uterque contrahens suum explet debitum. Contractus itaque prior est obligatione; & hæc actionem præcedit. Obligatio, & actio altera est *civilis*, altera *naturalis*. *Civilis* eget, aut tabularum, aut chirographi, vel subscriptæ probatione. *Naturalis* mentis, & conscientiæ testimonio contenta est. Duplex itaque in quolibet contractu spectari forma potest. Prima essentialis, quæ semper, & ubique apud omnes gentes obtinet. Altera adventitia, seu accidentaria, quæ in jure alicujus populi, vel Principis constituta est. Ex quatuor recensitis prærogativis duæ primæ ad formam contractus pertinent: nam contractus præsè acceptus est mutua de re aliqua agenda conventio. Hanc reciprocam voluntatum concordiam obligatio consequitur tamquam formalis effectus.

II. Materia proxima contractus sunt actus humani ad justitiam attinentes. Omnes contractus ad hos quatuor revocantur. *Do ut des*: *Do ut facias*: *Facio ut des*: *Facio ut facias*. Dum executioni ejusmodi contractus demandantur, aliquam speciem, seu formam determinatam induunt. Et hoc apprimè notandum est ad fraudes, & fœnera prævenda.

III. Conradus triginta species contractuum assignat, quam partitionem improbat P. Dominicus Soto, qui contractus nominatos in tres ordines pigerit, & ad septem species revocat. Primus ordo est eorum quibus dominium transfertur: secundus eorum quibus usufructus: tertius eorum, quibus usus. In primo ordine collocat liberalem donationem, cambium, emptionem, venditionem, mutuum: in secundo emphyteusim: in tertio commodatum, locationem, conductionem. A speciebus contractuum removet depositum, pignus, fidejussionem.

IV. Primus contractus in Scripturis sanctis probatus est *Matrimonii*. Alii sunt contractus generatim probati, ut colligitur ex Apostolo 1. *ad Thessal. cap.* 4. ubi dicitur: *Ne quis supergrediatur, neque circumveniat in negotio fratrem suum.* Contractus mutui perspicuè commendatur Luc. 6. *Mutuum date, nihil inde sperantes.* Locationis contractus in parabola vineæ locatæ agricolis homicidis, & flagitiosis, Luc. 20. & contractus conductionis in altera parabola de conductis operariis declaratur. Contractus emptionis recensetur Gen. 47. ubi Josephus emit Ægypti prædia, & eadem certa pacta mercede locavit ipsis Ægyptiis.

V. QUÆST. II. *Quomodò perficiuntur contractus?* RESP. In quolibet contractu distinguitur duplex perfectio: substantialis una, adventitia altera. Habetur illa, quando ex omnia appoununtur quæ ad speciem contractus necessaria sunt. Sic venditio quantum ad speciem perfecta est, simul ac inter emptorem, & venditorem de pretio conventum est. Mercis autem traditione accidentaliter, & quantum ad integritatem contractus perficitur. Quatuor modis perfici contractus solent. *Consensu* signo exteriore declarato. *Verbis*, seu determinata verborum forma. *Scriptura*, quandò necessariò requiritur. *Rei traditione*, sine qua aliqui contractus non consistunt. Consensione perficiunt illi contractus qui mutuam contrahentium conventionem significant, ut sunt emptio, venditio, locatio, conductio. Scriptura, seu instrumentum, quod post conventionem mutuam contrahentes conficiunt, non ad naturam, sed ad probationem contractus requiritur. Alii contractus determinatam verborum formam postulant, ut in *stipulatione* fit, in qua uno interrogante: *Spondes mihi mille?* Reponit alter, *Spondeo. Dabis mihi librum?* *Dabo.* Quæ verborum forma, licèt olim apud Romanos obtinuerit, nunc penitùs obsolevit, & sat est ut quibuslibet verbis consensus probetur contrahentium. Scriptura perficitur emphyteusis, aliique contractus, qui antequam à notario scribantur, vim non habent, sic consuetudine, vel lege obtinente. Possunt quoque contrahentes suum suspendere consensum usque dum scriptura conficiatur. Rei traditione perficiuntur mutuum, donatio, commodatum, depositum, permutatio, pignus. Hi ante traditionem non reputantur perfecti, sed nuda pacta.

VI. Si contrahentes verbis externis contractus celebrent absque interiore animo contrahendi, contractus nullus est: quamquàm in foro exteriori deceptor merito adigatur ad contractum implendum, quia consensus præsumitur. Immò in foro quoque interiori astringitur deceptor ad consensum præbendum. Paucis obligationis naturam perstringam.

VII. Obligatio est vinculum quo quis se obstringit ad aliquid præstandum. Apud istos alia est *antidoralis* rei honestatis nixa, qua quis gratus est suo benefactori; hujus debitum morale est, non injustitiæ præceptum. Alia obligatio fundatur in lege præcipiente, & dicitur *debitum legale*, quod oriri, vel à charitate, vel à religione, vel à justitia, vel ab obedientia potest. Sola obligatio ex justitia proficiscens inducit debitum restitutionis. Obligatio ex justitia manans alia est naturalis tantùm, quæ in foro conscientiæ obstringit, sed in foro exteriori non dat actionem; alia solùm civilis, quandò secundum allegata, & probata evincitur quis debitor, qui revera non est, & cogitur ad solvendum; alia est, & naturalis, & civilis simul, quæ in utroque foro obstringit.

CAPUT II.

De variis contractibus.

I. QUÆST. I. *Utrum contractus ex metu gravi celebratus sit validus?* RESP. Plures conditiones requiruntur ut metus gravis dicatur. 1. Ut malum imminens grave sit. 2. Ut adsint fundamenta probabilia timendi malum. 3. Ut metum incutiens soleat minas intentatas executioni

si dicas : vendo tibi hunc librum hoc pacto, ut tempore statuto tu mihi eumdem revendas. Fit in favorem utriusque, quandò utrique facultas relinquitur resiliendi à contractu.

VI. Licitum est ejusmodi pactum, quandò fit in favorem solius venditoris, si sequentes conditiones observentur. 1. ut ejusmodi contractus bona fide celebrentur cum sincero animo vendendi, & emendi, exclusa omni usura palliata. 2. ut pretii quantitas temperetur juxta adjectam conditionem gravaminis. 3. conditio est ut res vendatur pretio currenti tempore retrovenditionis. 4. Quod periculum rei venditæ, aut commodum resciatur in venditorem, & quod servetur identitas rei venditæ ; ut si vinea vendita cum fructibus sit, cum fructibus pariter retrovendi debeat.

VII. QUÆST. IV. *Licitusne est contractus gratiliticus* ? RESP. Italicè contractus iste vocatur *jus di ricuperà*, seu jus redimendi rem venditam. Hoc jus concessum est consanguineis venditoris recuperandi intra præfinitum tempus fundum venditum. Mobilia enim, tametsi pretiosa, redimi nullo modo valent. Jus retrahendi fundos venditos omnium nationum, & Principum legibus firmatum est. Hic autem ordo in tali contractu servatur. Pretium quo emptus fuit fundus, solvi emptori debet. Hoc jus concessum est consanguineo proximiori, & gradatim cæteris. Si proximior huic juri cedat, succedit propinquior. Qui dolis, & fraudibus impedit hoc jus, peccat contra justitiam. Peccant quoque consanguinei, dum venditos fundos recuperant in favorem amicorum, à quibus pecuniam accipiunt, quibus fundum redimant. Item quandò recuperant ut majori pretio vendant. Saltem operantur contra finem, & spiritum legis, quæ familiarum conservationem spectat, minimè verò ansam præbet detrudendi legitimos possessores, pacemque publicam perturbandi.

VIII. QUÆST. V. *Licitusne est contractus mohatra* ? RESP. Contractus mohatra innitur, cum quis pecunia egens numerata, emit à mercatore merces quibus non eget, pretio summo, puta 56. pacto adjecto à mercatore ut illi retrovendantur ab emptore pretio infimo, puta 50. Pactum adjici potest vel expressè, vel tacitè. Celebrari etiam contractus potest absque omni pacto sive tacito, sive expresso, aut cum diverso, aut cum eodem mercatore. Primo modo fœneratitius contractus est, & damnatus ab Innoc. XI. in hac thesi: *Contractus mohatra licitus est etiam respectu ejusdem personæ, & cum contractu retrovenditionis pravè inito cum intentione lucri.* Sub pallio contractus venditionis, & emptionis occultatur usura, ut omnibus patet. Fictus quippè venditor dat mutuo 50. ut recipiat 56. Nunc omnes improbant hunc contractum olim defensum à nonnullis. Cardinalis de Lugo *tom. 2. disp. 26. sect. 3. n. 208.* licèt communi sententiæ adhæreat ; fibulas tamen dilatat. Lege *tom. 7. lib. 3. cap. 5. n. 9.*

IX. Disputant Theologi an excluso omni pacto tum tacito, tum expresso, tum scandalo, & periculo infamiæ, licitus præfatus contractus sit ? Communis juniorum sententia adfirmat. Verùm in praxi vix accidit ut præscriptæ conditiones serventur. Quarè secernendus est animo, & re contractus venditionis à contractu mutui, larvis detractis.

X. QUÆST. VI. *Qui mercès vendendas à domino suscipiunt, aliquidne sibi retinere valent, si pluris eadem vendant, quàm à domino præscriptum fuit* ? RESP. Si isti, quos *Rigattieros* S. Antoninus appellat, justi pretii limites excedant in venditione, emptori excessum restituere tenentur. Si hi merces ad meliorem statum propria industria revocant, incrementum pretii quod suæ industriæ respondet, retinere sibi valent. Similiter quandò dominus consentit ut sibi retineant quod accipiunt ultra pretium quod præscriptum est, si tamen limites justi pretii non transiliuntur, nullo modo peccant. Sublato hoc pacto, & peculiari industria, totum pretium reddere proxenetæ domino astringuntur. Quoniam nullo titulo aliquid retinere sibi valent. Non ratione mercis, quia domini est : non vi industriæ communis sitæ in venditione, quia hanc industriam pacto pretio locarunt domino. Nec est quod opponas, dominum designasse pretium, quoniam is designavit tanti, & non viliori pretio vendendam mercem esse : cæterùm ejus intentio non fuit, nec præsumi jure valet, ne pluris venderetur, occasione data, nisi expressè, ut dixi, id declararit. Bona itaque fide agere rem domini ejusmodi internuntii debent, cum locupletari alienis mercibus nequeant. Quod dictum de venditione est, idem dicendum de emptione. Quarè fures sunt sartores, dum pannos ad vestes conficiendas ex commissione domini ementes aliquid sibi retinent, obtentu quod vilius emerint.

CAPUT VII.

De justo rerum pretio, & de ejusdem augmento ob dilatam solutionem.

I. PRetium justum duplex. Aliud *legitimum* Principis lege taxatum, & hoc individuum est, quodlibet incrementum, aut decrementum excludens. Aliud *naturale*, quod juxta rectam rationem, omnibus spectatis, justum censetur, & appellatur *vulgare*. Hoc in tres tribuitur gradus, *infimum*, *medium*, & *supremum*. A judicio prudentum, & communi usu repetenda est pretii justa. Quandò *medium* pretium alicujus mercis vilis est 5. *infimum* erit 4. *supremum* erit 6. Si rei pretiosæ pretium *medium* erit 100. *infimum* erit 95. & *supremum* 105. & sic latitudo erit 10. Quandò pretium *legitimum* non est præfinitum, vendi merces debent pretio *naturali*, & *vulgari*.

II. QUÆST. I. *Qui rerum pretium augent, vel diminuunt, suntne restitutioni obnoxii* ? RESP. Qui fraude pretium auget, proximum decipit. Etiamsi seclusa fraude, pretium plus justo augeat, aut viliùs quam res valet emat, peccat contra justitiam. Dum venditor damnum non patitur ob rei venditionem, licèt emptor magnum commodum percipiat ex emptione, non propterea licitum est pretium augere, ut 2. 2. q. 77. art. 1. docet S. Thomas. Qui testatur se vendere mercem pretio infimo, aut medio, nequit emptorem decipere accipiendo supremum. Alioquin peccat, & ad restitutionem tenetur. Præterea jurat mercator tanti sibi mercem stare : idque falsum est. Jurat emptor tanti potuisse emere : quod similiter falsum est. Salmanticenses *tr. 14. c. 2. p. 9. §. 1.* docent, hos peccare quidem peccatum mendacii, aut perjurii, secus contra justitiam : quia, inquiunt, *lex sunt communis mendacia venditorum & ementium, & homines communiter norunt hæc esse stratagemata negotiatorum, quibus fidem non præstant : & si fidem interdùm præstent, sibi imputent, quia faciles sunt ad credendum.* Communia hæc sunt inter vendentes, & ementes ? Idcirco sibi imputent homines, si faciles sint ad credendum ? Ista ne evangelica Theologia ? Multitudine & usu peccantium injustitia defenditur. Recensita doctrina falsa est, istique versuti, mendaces, perjurii restitutioni obnoxii sunt.

III. QUÆST. II. *Suntne aliquæ causæ in quas licitum sit aut pluris vendere, aut minoris emere quam merx absolutè valeat* ? RESP. Quandò venditio damnum venditori affert, tùm augeri pretium potest, quo damnum reparetur. Justum enim pretium non taxatur per comparationem ad mercem absolutè spectatam, sed circumstantiis vestitam. Porrò incommodum quod venditor patitur, & utilitas qua privatur, sunt pretio æstimabilia, & cadunt sub dominio venditoris. Ergo sunt justæ augendi pretii causæ, quandò tamen emptor solicitat, & urget venditorem ad mercem distrahendam ; secùs si venditor ipse ultro mercem offerat : nam hoc in casu venditor ipse sponte damnum subit, si quod patitur. Affectus purus venditoris erga mercem non est absolutè augendi pretii justa causa. Quoniam affectus iste nullum commodum affert emptori. Si affectus sit rationabilis, ut si merx aliquibus prærogativis ornata sit, & damnum venditor patiatur, tùm pro reparando damno hoc moderatè augeri pretium valet. Sæpè cum proprio affectu confundunt venditores commodum, & utilitatem emptoris. Emptoris autem commoditas non est augendi pretii causa justa, ut communis & vera sententia docet. Gemmæ pretiosæ, statuæ, picturæ vendi, & emi ne possunt quocumque pretio ? Adfirmant plures Theologi. At probabilior sententia docet, & merces istas pretium habere debere prudentum, & peritorum judicio præfiniendum.

IV. QUÆST. III. *Quæ in subhastatione expanuntur venalia, emi ne, aut vendi possint quocumque pretio sive vili, sive summo* ? RESP. Ejusmodi merces, quocumque pretio vendi possunt, de quo inter partes conventio fiat. Quoniam publica potestas, quæ hoc forum instituit, simul decernit, illud pretium esse justum quod venditorum, & emptorum consensu oblatum fuerit. Quarè si emptores aut viliùs emant, aut cariùs solvant, pretii excessus in hoc certamine ultrò citròque remitti, & condonari censetur. Cavendum dumtaxat à fraudibus in ejusmodi licitationibus, præsertim dum sacrorum montium op-

pignoratæ merces venduntur. Siquidem modò emptores monopolium ineunt non offerendi nisi tantum pretium, ut venditores cogantur viliùs vendere. Modò venditores, & proxenetæ eo tempore merces vendendas proponunt, quo sciunt paucos emptores concurrere ad emendum, ut amicis faveant, à quibus munuscula accipiunt, & pauperum causam produnt, & de mammona iniquitatis sibi amicos comparant. Contra interdum ipsi licitatores fictos emptores immittere solent, qui pretia simulatè offerant, provocentque emptores veros ad pretium augendum. Omnes fraudes istas justitiæ, & æquitati adversantur, & ad restitutionem obligant.

V. QUÆST. IV. *Unde desumatur pretium vulgare, seu naturale, quænam sint illius augendi causæ* ? RESP. Jam dictum est supra, communi hominum æstimatione pretium istud constitui, latitudinemque excipere *medii*, *infimi*, *supremi*. Quæ latitudo non constans, sed varia est propter diversas circumstantias temporis, loci, & personarum. Et ad tempus quod attinet, si merx præsens vendatur, pretio vendi tum obtinente debet. Si contra vendatur merx futura, ut fructus nascituri, habenda est ratio pretii quod vigebit tempore traditionis. Quarè qui emunt triticum mense Februario pretio tunc vigente tradendum mense Julio, aut Augusto, quo crediti pluris vendendum, peccant contra justitiam, & ad restitutionem aucti pretii tenentur. Definiendum ergo pretium est juxta valorem quem merx habet tempore quo tradenda est.

VI. Quod locum spectat, si venditor existat Romæ, & merces habeat Bononiæ, pretio quo Bononiæ, non quod Romæ valent, vendi debent. Si tamen Romæ eædem asportaturus esset, detractis expensis, pretium quo hic valent, exigere potest. Si venditor suo periculo, & expensis conducere merces velit eò ubi pluris venduntur, ejusdem loci pretio vendere illas jure valet.

VII. Circumstantia personarum mercatores spectat, qui ratione professionis Reipublicæ utilis, & ad propriam sustentationem necessa iæ pluris vendere merces queunt, quàm alii privati homines. Pretium tamen à lege constitutum nec ipsi excedere licitè valent, nec pretium vulgare semel constitutum augere possunt.

VIII. QUÆST. V. *Quænam sint circumstantiæ in quibus rerum pretia decrescunt* ? RESP. 1. Ob emptorum paucitatem, & mercium affluentiam minui rerum pretia solent. 2. Quandò in gratiam venditoris ultrò mercem offerentis emitur, quæ alioquin non emeretur, quia utilis & commoda merx tunc emptori non est ; quemadmodum pretium augetur, cum in commodum emptoris venditur, quandò cæteroquin tunc non venderetur. Adhibendus tamen modus est, & quidem cautè in his circumstantiis, cavendumque ne ex fraris egestate & penuria ditescere quis velit. Semper præ oculis habenda est regula evangelica : *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* Augeri, & minui pro circumstantiarum varietate pretium potest ; at semper æquitas & justitia servanda est. Necessitas personalis sive ementis, sive vendentis non-

V. QUÆST. IV. *Quibus competat beneficium restitutionis in integrum* ? RESP. Restitutio in integrum est *prisini status redintegratio judicis auctoritate facta* : quod beneficium in favorem minorum præcipuè institutum est : & tunc locum habet, quandò contractus juris forma spectata validus, ratusque fuit ; sed in eo læsus minor est ante completum annum XXV. idcirco judicis auctoritate in priorem statum revocatur. Hæc in priorem statum revocatio fit, aut contractum rescindendo, aut pretium, in quo læsus minor fuit, augendo. Requiritur tamen notabilis læsio, ut peti hoc beneficium possit. Hæc restitutio in integrum locum habet in venditionis contractu, si minor læsus fuit, vel quia justo minus vendidit, vel quia rem vendidit quam vendere non debebat. Rursùs si minor pecuniam mutuam accipiat, eamque prodigat, non tenetur restituere nisi id in quo factus est locupletior. Si verò contractus sit juxta juris formulas, & æquitatis regulas, restitutio in integrum locum non habet.

CAPUT IV.

De contractu venditionis, & emptionis. De illis qui vendere, & emere possunt. Quænam sint res venales.

I. QUÆST. I. *Quid sit emptio* ? RESP. Est pactio determinati pretii pro merce dandi. Venditio est pactio mercis dandæ pro determinato pretio. Hi duo partiales contractus in unum coalescunt. Contractus iste onerosus est. Dominium mercis non transfertur ante ejusdem traditionem. Emptor ante traditionem jus habet ad rem, secus dominium. Quare si ante traditionem secundus emat, & res tradatur, hic dominium acquirit, nec rem tradere priori emptori astringitur. Ut itaque dominium transferatur, & pretii solutio, & rei traditio requiruntur. Si alterutra ex his conditionibus desit, dominium non transferri communiter auctores asserunt. Quamobrem si emptor rem alienaverit pretio non soluto, jus venditor retinet eam repetendi ubicumque invenerit. Si tamen venditor rem emptori fidat, habeatque pretium pro soluto, tum dominium translatum est.

II. QUÆST. II. *Res vendita duobus emptoribus, cui tradenda* ? *Cui perit ante traditionem* ? RESP. Danda est priori emptori, qui cum prior tempore sit, prior quoquè jure est. Si uni sit vendita solùm, & alteri vendita, & tradita, res istius est, nisi emptor sit privilegiatus, ut pia loca, Ecclesia, civitates. In hoc quippe casu priori emptori res debetur, etiamsi tradita merx sit secundo emptori. Idem dicendum, quandò priori emptori, etiam non privilegiato datum fuit pignus in majoris securitatis testimonium. Res vendita ante traditionem perit venditori, quia res perit domino. Dominium autem ante traditionem attinet ad venditorem. Si res tradita emptori sit, pretiumque habeatur pro soluto, perit emptori.

III. QUÆST. III. *Ad quem pertinent fructus rei venditæ ante pretii solutionem* ? RESP. Si fructus pendeant ex plantis, tempore rei venditæ, pertinent ad emptorem, quia tum sunt partes rei venditæ. Disputant auctores de fructibus futuris, antequam solvatur pretium. Pretium dupliciter spectari potest. Primò quandò habetur pro soluto : cum nempè venditor concedit emptori definitum tempus pro solutione : & tunc fructus pertinere ad emptorem certum est. Secundò consideratur pretium promissum ab emptore continuò, aut tali tempore solvendum, ita ut venditor pro soluto non habeat pretium istud. De hoc secundo casu disputatur.

IV. Prima sententia defendit fructus pertinere ad venditorem ; quia hic solus est dominus rei venditæ, antequam pretium solvatur, vel habeatur pro soluto. Altera opinio defendit, pertinere ad emptorem, quia leges civiles, quæ negant transferri dominium ante pretii solutionem, abrogatæ sunt jure Canonico vetante omnem usuram. Verùm ad hoc quod attinet, spectanda est consuetudo, & mos cujusque regionis, & quæ leges in hac materia obtineant in foro : & juxta hæc decidenda est quæstio.

V. QUÆST. IV. *Possuntne contrahentes pactum inire ut emptor fructus rei, aut eorumdem pretium reddat venditori, donec pretium solverit* ? RESP. Affirmant Molina, Bonacina, Viva, & alii. At hæc sententia mihi falsa est, quoniam fœneraticium est pactum istud, mutuumque pallio fucatum. At, inquit P. Viva, emptor non solvit propter dilationem solutionis, sed propter lucrum, quod cessat venditori ratione protractæ solutionis. Effugia hæc sunt. Si venditor damnum patitur, aut differat rei traditionem usque dum pretium solvatur : aut damni quod reipsa patitur, compensationem exigat. Si venditor temporis dilationem concedit pro pretii solutione, & emptor morosus fuerit, tunc iste tenetur damnum compensare, & venditor jure potest repetere damni istius, quod revera patitur, reparationem. Hæc justa, & æqua sunt. At prætata venditio cum onere reddendi fructus rei traditæ, seipsa usuræ speciem præfert, adeoque cavenda.

VI. QUÆST. V. *Cujusnam sint fructus medio tempore percepti, quandò venditionis contractus dissolvi contingat* ? RESP. Quatuor modis dissolvi contractus posse, auctores docent. 1. Si vendas hoc modo : vendo tibi domum hoc pacto, ut si intra annum melior mihi occurrerit conditio, domus libera sit : vel si adjicias pactum *legis commissoriæ* ; ut si dicas : vendo tibi domum, ut intra annum pretium solvas : alioquin contractus nullus sit. 2. Si venditio celebretur cum pacto retrovendendi : ut si hoc modo contrahas : do tibi pecunias, ut domum mihi vendas, ea lege, ut quotiès pecunias reddideris, domum iterum vendam. 3. Si mutuo consensu post annum rescindatur contractus. 4. Si contractus sit conditionatus, & conditio non impleatur. His positis *Salmanticenses*, *Lessius*, *Bonacina* docent, contractum cum pacto adjectionis in diem, aut legis commissoriæ expresse, & manifeste celebratum, ipso facto nullum esse, atque adeo fructus pertinere

tinere ad venditorem. Similiter si venditio sit affecta pacto retrovendendi, medii temporis fructus productos, à tempore venditionis usque ad tempus quo relcinditur contractus, ad emptorem pertinere ; eos verò, qui retrovenditionis tempore colliguntur, ad venditorem attinere docent. Num iste contractus speciem usuræ præferat, alibi dicetur. Si autem venditio mutuo consensu dissolvatur, ad emptorem pertinent fructus, juxta dicta *num.* 4. quia contractus ante dissolutionem validus erat. Si denique conditio impleatur fructus sunt emptoris ; si non impleatur, sunt venditoris. Cæterum in his contractibus voluntates contrahentium spectandæ sunt, dolis, & fucis sublatis.

VII. QUÆST. VI. *Qui vendere queant, & qua res venales sint* ? RESP. Omnes qui apti sunt ad contractus celebrandos, vendere & emere jure valent, nisi leges vetent ; ut tutoribus, & curatoribus prohibitum est vendere res pupillorum, & minorum ; & executoribus testamentorum veritum est emere res defuncti. Res autem quarum dominia transferri queunt, sunt vendibiles. Hinc vendi, aut emi res spirituales nequeunt, aut quæ spiritualibus annexæ sunt, ut beneficia jusparonatus, olea sancta, Sanctorum reliquiæ, templum, & cætera id genus. Incerdicta quoquè est venditio hæreditatis ante mortem testatoris.

VIII. QUÆST. VII. *Quæ pecudes alienis emantur, fiamne emptoris, aut pecuniarum domini* ? RESP. Fiunt emptoris, quandò hic suo nomine aliena pecunia utitur, puta deposita, & proprio commodo, & periculo emit, nulla obsistente lege. Quandò vero bona emuntur pecunia pupillorum, militum, Ecclesiarum, minorum, tum emptoris non sibi, sed Ecclesiis, militibus, pupillis, minoribus bona acquirunt.

IX. QUÆST. VIII. *Validane est rei alienæ venditio* ? RESP. In venditione transfertur dominium. Rei alienæ venditor dominium non habet. Ergo transferre illud nequit. Si latro tibi rem alienam vendit, cum ejusdem dominio careat, transferre illud nequit. Dominium verò si acquirit pecuniæ acceptæ ab emptore, eam tamen restituere, & damna inde illi obvenientia compensare astringitur.

X. QUÆST. IX. *Utrum licita venditio sit earum rerum quæ adhibentur in pravos usus* ? RESP. Quædam natura sua mala sunt, ut maleficia, libelli famosi, anuli, quibus illigata dicuntur dæmonia, & id genus cætera. Quod ejusmodi merces vendi nequeant certum est. Qui evulgant libellos famosos, aut vendunt contra Papam, Cardinales, & Mendicantes, excommunicationem incurrunt. Auctor libelli famosi contra laicos pœna capitis mulctatur, *Cod. de Libel. fama. l.* 1. jure canonico exdendus est virgis. *Can. Qui in alterius.* Lege Constitutionem S. Pii V. quæ incipit: *Romani Pontificis providentia*, anno 1572. editam.

XI. QUÆST. X. *Peccamine qui vendant venena, fucos muliebres, chartas aleatorias, idola, & cætera id genus* ? RESP. Qui absolutè venena divendunt nullo habito ad emptorem respectu, graviter peccant, & puniri tamquam humanæ societatis proditores debent, quia aliena manu occidunt homines. Qui autem venenum divendunt emptori probo, prudenter judicantes in bonum usum illud adhibiturum, sicut reipsa adhiberi potest, non peccant.

XII. Fucos muliebres vendi posse docent Salmanticenses, & pro hac opinione citant S. Thomam, qui 2. 2. *quæst.* 169. *art.* 2. *ad* 2. hæc scribit: *Mulierum fucatio, de qua Cyprianus loquitur, est quædam species fictionis, quæ non potest esse sine peccato.* Decretoria hæc verba sunt. Cyprianus loquitur de fœminis, quæ ad ementiendam, & ostendendam pulchritudinem fucos adhibent. In suæ doctrinæ confirmationem S. Augustini auctoritatem allegat S. Thomas. *Fucari pigmentis, quo vel rubicundior, vel candidior appareat, adulterina fallacia est, qua non dubito etiam ipsos maritos sæpiùs decipi, quibus solis permittenda sunt fœmina ornari secundum veritatem, non secundum imperium.* Licitum est fœminis, & vitis occultare deformitatem, gibbam, cicatricem, & cætera ejusmodi : at vultuum deformitates fucis non occultantur. Fuci communiter adhibentur ad mendacium pulchritudinis confingendum. Mulieres, dum domi maritorum oculis expositæ morantur, communiter omnia negligunt ornamenta ; dum in publicum prodeunt, ac si in scenam minas acturæ erumperent, tunc fucatæ, pictæ, crispatæ, concinnatæ, phaleratæ, & omnibus mundanæ, seu infernalis vanitatis præstigiis circumseptæ apparent. Quis dixerit istas non peccare, atque adeo ipsos venditores, qui scienter ejusmodi fœminis fucos tradunt ? Si verò fuci vendantur ad occultandas deformitates, illicita tunc venditio non est. Si fuci dumtaxàt inserviant ad pulchritudinem ementiendam, & ex conditione ementium id deprehendatur, peccant venditores. Quare ex circumstantiis deprehendi debet, num licita, aut illicita venditio sit.

XIII. Aleas, taxillos, chartas aleatorias vendi licitè posse passim docent juniores. S. Thomas, S. Raymundus, S. Bonaventura, S. Antoninus, cæterique sancti, graviorèsque Theologi peccati damnant ludos fortuitos aleæum, & chartarum in illis quis ex instituto ejusmodi ludis operam dant. Chartæ adhiberi in illis ludis valent qui ab industria, & arte pendent, & recreationi, aut solamni inservire queunt. His ludis laici absque culpa indulgere valent pro aliquo brevi tempore. Quæ enim recreationis gratia adhibentur, brevia confinia habent : homo quippè ad laborem, & seria opera peragenda natus est. Recreatio, solatium honestum sunt medicinæ destinatæ ad vires instaurandas. Si hos medicinæ limites homines transiliunt, in vitia continuò declinant. Damnari igitur absolutè nequeunt venditores taxillorum, charrarum, & idolorum quia adhiberi hæc possunt ad ludos non fortuitos, sed industriales ; & idola ad ornatum, ad rem antiquariam illustrandam adhiberi valent. Verùm quia taxilli, chartæ, fuci ut plurimum ad pravos usus adhibentur ; ideò horrandi mer-

ca-

catores sunt ut ab his mercibus vendendis abstineant. Rigida hęc sunt, inquies. Fateor. Sed via cæli arcta est, & vita Christianorum luctus, & pœnitentia est.

XIV. QUÆST. XI. *Utrum Probabilissimus sit vendibilis à judice?* RESP. Ne quis suspicetur me ad invidiam creandam Probabilissimo, hanc quæstionem proponere sanè festivam, admonere lectorem interest. *P. Tomam Tamburin.* hanc disputare controversiam *lib. 8. in Decal. tract. 3. cap. 7. §. 3. num. 13.* ubi hunc proponit titulum: *Venditio sententiæ probabilis*: & his verbis propositam quæstionem discutit: „ Occurrit hic „ non absimilis difficultas, *ac in judice.* Supponamus probabilem esse eam opinionem de qua „ latè dixi lib. 1. cap. 3. quam præter ibi citatos, Dicastillus lib. 2. de Just. tract. 1. dis. 5. „ dub. 7. licere judici ex duabus opinionibus „ æquè probabilibus unam eligere, & juxta illam proferre sententiam. Jam inquiro licitè ne, & justè accipiet judex pecuniam, ut potiùs illam eligat quæ mihi favet, quam illam „ quæ meo adversario? "

XV. Respondet, le improbasse hanc opinionem loc. cit. *Eam tamen* (subdit) *legat qui velit apud Lessium lib. 2. c. 14. dubit. 9. n. 64. Valentiam 2. 2. quæst. 63. art. 4. d. 5. q. 7. p. 4. Salon. 2. 2. quæst. 62. art. 4. contr. 2.* Porrò P. Lessius *loc. cit.* præter Valentiam, Salonem, Dianam, & plures alios hanc propugnat opinionem, quod nempè judex pecuniam accipere jure valet pro ferenda sententia juxta unam opinionem probabilem potius quam juxta aliam, his verbis. „ Dubitari potest, utrum contra justitiam peccet, „ si aliquid accipiat? judex) ut hanc potius „ quam illam in judicando sequatur. Videtur non „ ità peccare.... quia non tenetur ad alteram „ determinatè, sed liberum est ei sequi quam maluerit. Ergo si aliquid accipiat ut hanc sequatur „ potiùs quam illam, non facit ulli injuriam. „ Consequentia patet. Quia cum res non est debita, non est contra justitiam (*si solùm jus naturæ spectemus*) exigere pro ea pretium, si alio„ quin pretio sit æstimabilis. Tertiò quia non accipit pretium pro justitia sententiæ, sed quia in „ hac causa hanc opinionem præfert illi, ad „ quod nullo modo tenebatur. Hoc autem est „ pretio æstimabile, *tum quia utilissimum est parti*, tum quia sequendo hanc opinionem amittit „ favorem alterius partis, cui potuisset gratificari. "

XVI. Vin, meliora? *Probabilissimus* docet liberum esse ex duabus opinionibus probabilibus alterutram seligere. Quando occurrunt duæ opiniones probabiles contradictoriæ, potest judex sententiam ferre secundum illam quæ magis illi placuerit. Porrò quod hanc præ alia seligat, pretio est æstimabile. Ergo vendere hanc unius præ alia opinionis prælationem jure potest. Ergo *Probabilissimus* est materia venditionis, & emptionis. Quid itaque mirum, si merx adeò pretiosa tanto disputationis æstu defendatur? En quam verum sit oraculum Alexandri VII. modum nempè hunc opinandi esse omnium malorum caput.

CAPUT V.

De Negotiatione, & de his quibus vetita, aut permissa est.

I. TRiplex distingui negotiatio solet. Prima, qua emuntur ad victum necessaria, & quę supersunt, venduntur. Secunda, qua emitur materia, puta ligna, metalla, & cętera plura, ex quibus artis labore ea conficiuntur, quæ vel ad ornatum, ad commodum, vel ad virę necessitatem conducunt. Tertia, qua merces emuntur, ut eædem immutatæ carius vendantur. Duæ primæ minùs proprio sensu negotiationis nomen subeunt. Tertia negotiatio est de qua nobis sermo erit. Hanc dolis, fraudibus, perjuriis, mendaciis obnoxiam asserunt Scripturæ Divinę, & SS. Ecclesiæ Patres. Dicitur enim Eccli. 26. *Duæ species difficiles... difficile exuitur negotians à negligentia, & non justificabitur caupo à peccatis labiorum.* Difficilè mercator negligentia exuitur in æternæ salutis negotio, quia augendarum divitiarum cupiditate fascinatur. Hęinc Apostolus 1. *ad Timoth. 6.* inquit: *Nam qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia, & nociva, quæ mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes erraverunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. Tu autem, ô homo Dei, hæc fuge; sectare justitiam.* Plurima Patrum testimonia prætereo brevitatis studio.

II. QUÆST. I. *Sitne Clericis, & Religiosis vetita negotiatio?* RESP. Plures sunt canones, qui sub excommunicationis pœna Clericis, & Religiosis negotiationem prohibent. Cap. *Secundum ne Clerici, vel Monachi*, ubi hæc habentur: *Sub interminatione anathematis prohibemus ne Monachi, vel Clerici causa lucri negotientur.* Rursus cap. *Consequenter* 88. dist. Clementina 1. de vita & honestate Clericorum. Cap. *Canonum* 14. q. 4. Pœnę impositæ per hos canones sunt excommunicatio, & suspensio, quas innovavit, quibusque alias adjecit Tridentinum *sess.* 22. Communiter auctores docent, has pœnas non esse latas, sed ferendas, quas nemo, nisi post judicis sententiam, incurrit. Leges istæ comprehendunt omnes Clericos in sacris constitutos, imò etiam in minoribus, si beneficiarii sint; sed gratis & sine ullo fundamento: ubi enim lex non distinguit, nec nos distinguere debemus.

III. Disputant Moralistæ num Clerici, vel Monachi qui semel & iterum negotiantur, peccent mortaliter? Verùm ego à definiendo malitię gradu abstinere soleo, nisi veritas expressa sit. *Salmanticenses* defendunt, Clericum, aut Monachum non peccare mortaliter, si bis vel ter negotientur, & citant *Dianam, Lugo, Malderum, Filliucium*, & alios. Ego autem respondeo, servandam legem esse. Utrum grave, an leve sit peccatum, nostram fugit mentem. Quod servanda lex sit, mens nostra evidenter agnoscit. Ergo distinctiunculæ effugia sunt ad eludendam legem.

IV. QUÆST. II. *An Clerici, vel Monachi negotiari per alios possint?* RESP. Affirmant *Salmanticenses*, qui citant *Molinam, Lessium, Lugo*, & alios: quia, inquiunt, sacri canones prohibent negotiationem Clericis & Monachis à semetipsis peragendam: hoc quippè indecentiam præfert, & distractionem animi secum adfert: secus quandò Clerici, & Monachi totam curam alteri relinquunt, & aliorum ministerio mercaturam exercent.

V. Nisi hæc circumventio legis sit, quænam erit? Prohibentis legis finis, & spiritus eo tendit, ut Clericos & Monachos Deo consecratos à congregandis divitiis avellat, ut ipsi divino cultui totos se dedant, ut Deum & sibi, & populo propitium reddant. Clerici autem, & Monachi, qui aliorum industria negotiantur, avaritiæ, cupiditatibus, curis, angustiis, & continuis perplexitatibus, & sollicitudinibus anguntur. Quænam negotiatio permissa Clericis, & Monachis sit, descripta est *tom. 7. lib. 3. dis. 2. c. 3. n. 10. & seq.*

VI. QUÆST. III. *Quot modis negotiatio illicita laicis fiat?* RESP. Illicita evadere potest. 1. si finis ejusdem sit solùm lucrum. 2. si fraudes, mendacia, perjuria, monopolia eidem immisceantur. 3. si materia vendibilis non sit, ut res sacræ, aut merces quæ vendi infidelibus prohibentur, ut arma, ferrum, aliaque quæ in *Bulla Cœnæ* numerantur. 4. si mercatura aut diebus sacris, aut in loco sacro exerceatur.

VII. QUÆST. IV. *Qui mercaturam exercent, licitène carius merces vendere queunt, quam ii qui negotiationem non exercent?* RESP. Affirmant omnes, quoniam mercatorum professio Reipublicæ necessaria est; & hac professione vivere, ac plura gravamina sustinere isti debent, à quibus liberi sunt qui mercaturam non exercent. Consueti tamen inter mercatores pretii limites excedere nequeunt. Vetitum illis est congregare frumentum, dum minùs valet, ut carius vendatur. Hęc negotiatio juri naturali, & positivo repugnat. Nam ejusmodi divites accumulatores frumenti, ut tempore penuriæ carius illud vendant, sunt pauperum oppressores, & Reipublicæ pernicioši. Jus ipsum positivum, non commune modò cap. *Quicumque* 13. q. 4. sed peculiare etiam cujuscumque regni, talem negotiationem prohibet.

CAPUT VI.

De Monopoliis licitis, & illicitis. De venditione cum pacto retrovendendi.

I. MOnopolium est conventio, seu conspiratio, qua plures deliberant de tali merce non vendenda nisi hoc aut illo pretio ab ipsis designato. Quatuor sunt (alii duodecim numerant) monopolii præcipua genera. 1. Quandò unus, aut plures merces conquirunt, & emunt, ut inducta inopia cæteri cogantur ab iisdem eme-re cariori pretio. 2. Cum unus à Principe privilegium impetrat, vi cujus iple solus, cęteris exclusis, vendere tales merces possit. 3. Quandò plures impediunt ne merces extraneę invehantur in civitatem, ut ipsi suas ex propriis prædiis perceptas, aut aliundè conquisitas distrahere caro pretio queant, cum boni communis detrimento. 4. Dum mercatores una conspirant, statuuntque merces tanti, & non minoris vendendas esse: aut contra quandò emptores una conspirant, statuuntque tanti, & non pluris merces solvendas esse.

II. Monopolium primi generis omnes improbant. Secundum probant, quandò privilegium obtentum à Principe justum est, & bono publico consentaneum. Si enim privilegium arte versuta, & fraude obtentum à Principe esset, & in præjudicium subditorum cederet, tùm injustum foret, & ejusdem usus illicitus. Tertium monopolii genus omnes damnant tamquam injustum, & monopolas restitutioni subjectos esse docent. Quartum similiter injustum est, ut mox patebit.

III. QUÆST. I. *Licitumne venditoribus est conspirationem inire non vendendi merces nisi pretio summo?* RESP. Affirmant Salmanticenses, qui citant Lessium, Lugo, Tapiam, Navarrum, & alios, quia mercatores jus habent vendendi pretio summo, aliquin justo. Contraria sententia mihi probabilior est. Licet enim pretium summum sit intra confinia justi pretii; conspiratio tamen non vendendi nisi pretio summo, & non emendi nisi pretio infimo, injusta est, & Reipublicæ detrimentosa. Exclusa enim hac perversa conventione plures mercatores emerent, & venderent pretio modo medio, modo infimo, modo supremo, quod in magnum Reipublicæ commodum cederet. Finis mercaturæ est bonum publicum. Ergo vitiosa evadit negotiatio, quoties huic fini opponitur.

IV. QUÆST. II. *Constituto senat monopolio à mercatoribus vendendi merces pretio injusto per excessum, alii mercatores monopolii ipsius non participes, peccantne contra justitiam, si hoc pretio injusto suas mercedes vendant?* RESP. Negant Salmanticenses cum Diana, Bonacina, Reginaldo: quia, inquiunt, quod pretium auctum sit *ex injustitia aliorum, mihi per accidens est.* Ne isthæc egregia ratio! Tibi accidens est quod pretium sit injustum? Per accidens est quod monopolæ auxerint pretium; at per se pretium injustum. An non peccant monopolæ hoc injustum pretium exigentes? Ais. Cur? Quia pretium injustum est. Ergo peccabis & tu injustum pretium accipiendo. Distingue peccatum quod commiserunt monopolæ pretium augendo, ab injustitia constituti pretii. Illud *tibi per accidens est.* Exactio verò injusti pretii *per se* tibi peccatum est. Falsa ergo mihi est dicta opinio. Lege quæ scribit Cicero *lib. 3. de Offic. cap. 7.*

V. QUÆST. III. *Quid de pacto retrovendendi, & retrovendendi dicendum?* RESP. Hoc pactum adjici potest vel in favorem venditoris, vel in favorem emptoris, aut in favorem utriusque simul. Fit in favorem emptoris, si dicas: emo à te librum hoc pacto, ut tempore à me præstituto tu illum à me redimas. Fit in favorem venditoris, si

cutioni demandare. 4. Ut vir perterrefactus declinare mala nequeat. Mala mortis, mutilationis, exilii, stupri, amissionis status, bonorum ingentium, juxta omnes, gravia sunt. Timor infamiæ, excommunicationis injustè latæ gravis quoquè est.

II. Dissident Theologi super valore contractus hujus ex metu gravi celebrati. Prima sententia negat jure naturæ validum esse, altera adfirmat, quam perspicuè docet 1. 2. *quæst.* 6. *art.* 6. S. Thomas: quia quę fiunt ex metu, sunt absolutè voluntaria, & involuntaria secundum quid. Metus itaque non tollit libertatem necessariam ad contractum ineundum.

III. Leges positivæ plures contractus ex metu gravi celebratos nullos declarant. Sunt autem matrimonium, sponsalia, professio religiosa, dotis solutio, vel promissio, electio Prælati, tutorum auctoritas, vota Deo facta, traditio rerum Ecclesiasticarum, absolutio ab excommunicatione.

IV. Dissidium Theologorum in hac causa nullius momenti est: quia licèt validus jure naturę contractus sit, tamen qui metum incutit gravem, jure naturæ rescindere contractum tenetur, ut refarciat injustam irrogatam. Immò communiter auctores defendunt contractum etiam ex levi metu irritum rescindendum esse, quoniam etiam levis metus injuriam irrogat, quę reparati debet.

V. QUÆST. II. *An dolus irritet contractum?* RESP. Dolus sumitur pro fallacia, vel pro fraude, aut calliditate, qua unus alterum decipit. Error, sive dolus, qui antecedit, aut comitatur contractum, si sit circa substantiam contractus, eumdem nullum, & inanem efficit, quia aufert omnino consensum voluntarium. Quando igitur dolus, error, vafrities sunt causa contractus, nullum esse certum est. Contra, si dolus, sive error sit non adversus substantiam, sed contra aliquam qualitatem accidentariam, non irritat contractum, quia non aufert libertatem in substantiam contractus. Quid si error, aut dolus circa qualitatem esset causa contrahendi; ita ut si dolus, vel error sciretur á contrahente decepto, nullo modo is contractum iniret? Hoc in casu nullum esse contractum ego judico. Nam licèt qualitas in genere physico sit accidentaria, dum tamen dat causam contractui, in genere moris induit rationem causæ principalis. Nihil frequentius in contractibus emptionis, & venditionis, quam qualitatem mercium, esse causam principem ad emptionem peragendam, qua sublata causa, consensus voluntarius deficit. Heinc est quod leges civiles reipsa rescindant contractus quibus ineundis dolus, sive error causam dedit. Si damna sequuntur, pars quæ alterum contrahentem circumvenit, eadem refarcire astringitur. Sive igitur contractus sit stricti juris, sive bonæ fidei, nulli omninò sunt, quandò dolus, vel error causa princeps est eoidem celebrandi. Non nego tamen, in contractibus stricti juris severius inhærendum esse verborum, & expressionum formulis: idcircò enim stricti juris nuncupantur, quia verborum rigori standum est. Verùm semper æquitas naturalis, quę est anima cujuscumque contractus, spectari debet.

VI. Adulationes, blanditiæ non impediunt, sed alliciunt potiùs contrahentes ad ineundum contractum. Sed distinguenda sunt duo blanditiarum genera. Blanditiæ, importunæ preces, assentationes, quę sermonis comitate, gestus lenocinio, vocum suavitate, falsitate, & fraude exclusis, animos permulcent, atque delectant. Hoc assentationum genus contractus non perimere, convenit penès omnes. Blanditię aliæ versutæ, malitiosæ, fraudibus, mendaciis, fallendi quę artibus instructæ, quæ animum á virtute, & á veritate detorquent. Hoc assentationum genere contractus elidi, & perimi, nemo negare jure valet, quandò contractui causam dant.

VII. QUÆST. III. *Quid de contractibus initis sub causa, modo, demonstratione, & conditione dicendum?* RESP. Tum celebrati contractus *sub causa* dicitur, quandò causa inducens ad contrahendum proditur. Causa duplex. Finalis una, quæ ita permovet contrahentem, ut, ea sublata, non contraheret. Impellens altera, quæ allicit contrahentem, ut facilius contrahat; contraheret tamen, etiam ea sublata. Valet contractus in posteriori, nullus in priori casu est.

VIII. *Modus* contractui adjectus, onus quoddam est, implendum ab eo qui contractum suscipit, & acceptat. Modus iste non suspendit, sed perfectum contractum supponit. *Demonstratio* in contractu est, quandò aliquid indicatur, vel rei, de qua fit dispositio, vel ejus, quocum contrahitur, v. g. si dicatur: *Vendo tibi equum, quem emi Patavii tui gratia: Tecum contractum ineo, quod amicus meus sis.* Circumstantiæ istæ communiter non vitiant contractum, quia contractui causam non dant. Nec ideò omnis causa princeps est illa quam si sciviſſet contrahens abstinuisset á contractu; sed illa dicitur causa principalis quæ reipsa gravem mutationem inducit, & quæ cognita retraxisset contrahentem á contractu ineundo.

IX. QUÆST. IV. *Quomodò interpretandus est contractus ad diem, vel sub disjunctione?* RESP. Si dies designatus determinatè sit, eodem die celebrandus contractus est. Debitor non tenetur ante præfinitum diem complere, nec post præfinitum diem differre valet. Si dies non præfinitus, sed incertus sit conditioni annexus, tum expectanda conditio est. Si nulla adjecta conditio fuerit, arbitrio prudentum designari tempus debet. *Disjunctio* species diversas comprehendit; ut si dicas: *Promitto tibi equum, vel quinquaginta aureos*: ambę species disjunctivè sub obligatione manent, sed electio in arbitrio promissoris est. Pereunte tamen una specie, altera sub obligatione manet.

X. QUÆST. V. *Quomodò obligat contractus conditioni illigatus?* RESP. Conditio contractui adjecta spectat tempus, aut præteritum, aut præsens, aut futurum. Quæ duo prima tempora spectat, non est propriè conditio, cum contractum non suspendat, sed absolutum efficiat. Conditio

ditio itaque propriè accepta futurum respicit. Conditiones intrinsecus necessariæ non suspendunt contractum. Conditiones impossibiles nullum efficiunt contractum, sicut, & conditiones turpes, excepris duobus contractibus matrimonii, & ultimæ voluntatis, in quibus turpes conditiones pro non adjectis habentur.

CAPUT III.

De illis qui validè, & licitè ineire contractus valent: de solemnitate juris necessaria. Quid firmitatis addat juramentum contractui, quibus competat restitutio in integrum.

I. QUÆST. I. *Quinam possunt contractum ineire?* RESP. Omnes qui usu rationis præditi sunt, & liberam bonorum suorum administrationem habent. Heinc infantes, carentes usu rationis, furiosi, amentes, ebrii, dormientes, prodigi, pupilli ante decimumquartum annum, minores ante vigesimumquintum sine curatorum, & tutorum assensu inire contractus non valent. Prodigi tamen inepti ad contractum declarati sint oportet á judice. Pupillus dicitur qui annum pubertatis non est assecutus. Hic annus in masculis est quartusdecimus, in fœminis duodecimus. Ætas proxima pubertati est in masculis annus decimus usque ad quartumdecimum; in fœminis est nonus cum dimidio usque ad duodecimum. *Minores* appellantur qui annum vigesimumquintum non impleverunt: post vocantur *Majores*. Pupilli, & minores, quandò sunt doli capaces, inire contractus possunt de bonis quorum ipsi liberam habent administrationem, qualia sunt bona quæ ipsis, vel á parentibus, vel á tutoribus, vel ab amicis conferuntur, ut iisdem pro libertate utantur. Isti tamen communiter etiam pro hæc bonorum dispositione requirunt ætatem proximam pubertati, quæ sententia, & mihi probatur: quia ante hanc ætatem non ita rationis usu potiuntur, ut cum hominibus astutis, & versutis inire contractus queant. Bona verò immobilia, aut mobilia, quæ servando servari queunt, distrahere pupilli, & minores non valent absque judicis facultate, quę sine justa causa concedi non potest, quia jura sic disponunt. Minor de bonis mobilibus contrahere potest, si curatore careat; & uti beneficio restitutionis in integrum, si lędatur: secus pupillus, cui interdicta est administratio. Habita vero curatoris, & tutoris facultate, tam minor, quam pupillus possunt de bonis mobilibus, quæ servando servari nequeunt, contrahere, & obligationem, tàm naturalem, quàm civilem subire. Illa bona mobilia dicuntur *servando servari posse*, quæ ultra triennium servari possunt, ut aurum, gemmę, & cætera ejusmodi. Quæ verò ultra triennium non durant, dicuntur *servando servari non posse*. Si pupilli, & minores absque tutorum, & curatorum licentia contractus ineant de illis bonis, de quibus cum eorumdem facultate disponere valent, contractus nulli sunt in utroque foro civili, & conscientiæ.

II. QUÆST. II. *Quæ juris solemnitas ad contractus valorem requiritur?* RESP. Duplex solemnitas: altera accidentalis, substantialis altera. Quæ substantiam contractus spectat, ea deficiente, nullus contractus est: prior verò solemnitas si desit, contractum factum non perimit. Undè colligenda est hęc diversitas solemnitatis accidentalis, & substantialis? Ex legum diversitate. Lex alia prohibet contractum absque hac aut illa formula, eum tamen non irritat. Hæc accidentalis dicitur, & contractum non solvit: undè est illud proverbium: *Multa facta tenent quæ fieri prohibentur.* Alia lex, quæ non modò, prohibet, sed etiam irritat contractum factum absque hac, aut illa formula, substantialis est, nullumque efficit contractum, si præscriptus ritus desit.

III. Disputant auctores, num contractus destitutus solemnitate substantiali, valeat saltèm in foro conscientię? Fatentur omnes, contractus matrimonii, & professionis monasticæ nullos esse, si desint solemnitates præscriptæ in utroque foro. Dissident verò de aliis contractibus. Adfirmant plures, contractus destitutos solemnitate substantiali, qui in foro exteriori nulli sunt, in foro conscientię validos esse. Mihi probabilius est in utroque foro esse nullos: quoniam omnia subditorum bona supremarum potestatum regimini, & directioni subjecta sunt, spectato ordine ad publica commercia peragenda. Ergo subditi in utroque foro servare tenentur formas, & titus á supremis potestatibus præscriptos, quibus regitur humana societas, & publica commercia in bonum publicum diriguntur. Nisi me omnia fallant, error est manifestus societati humanæ, & publico commercio infestus asserere quod subditi in conscientię foro istarum legum observationi astricti non sint. Inquit enim Apostolus ad Rom. 13. *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi à Deo.* Plura alia prætereo brevitatis gratia.

IV. QUÆST. III. *Quomodò juramentum confirmet contractus jure naturæ, vel positivo iritos?* RESP. Certum est juramentum non confirmare contractum jure naturæ nullum, quia contractuum naturam, & essentiam mutare juramentum nequit. Quod ad contractus jure positivo irritabiles pertinet, dum jus irritat, aut rescindibilem contractum declarat in creditoris odium, tum juramento contractum non confirmari certum est: quia tunc jus privat creditorem quacumque actione adversus jurantem. Sic qui jurat latroni, usurario, aliisque ex metu gravi se soluturum centum, hęc promissio juramento rata non fit, nec valida, nullumque latrones, vel fœneratores jus acquirunt adversus talem promissorem jurantem. Juramentum tamen ob divini nominis majestatem, & reverentiam eidem debitam servandum est. Quando contractus á jure rescindibilis decernitur ob bonum publicum, communemque utilitatem, similter juramento non firmatur: quia tum contractus illicitus, nullusque est. Juramentum autem non est vinculum tel illicitæ, & pravæ.

V.

quam justa variandi pretia esse causa potest: alioquin cariùs pauperibus vendi merces possent.

IX. QUÆST. VI. *Possuntne mercatores pretio currenti merces vendere, dum sciunt brevi mercium copia superventuram, atque adeò rerum pretium diminuendum?* RESP. Negat M. Tullius casum narrans *lib. 3. de Offic.* de mercatore frumentario Alexandrino, ut supra indicavi. S. Thomas 2. 2. q. 77. *art. 3. ad 4.* inquit: *Unde venditor qui vendit rem secundum pretium quod invenit, non videtur contra justitiam facere, si quod futurum est, non exponat. Si tamen exponeret, vel de pretio subtraheret, abundantioris esset virtutis, quamvis ad hoc non videatur teneri ex justitiæ debito.* Doctrina Ciceronis, ait Angelicus, ad virtutis perfectionem attinet, secus ad justitiæ debitum. Rem Christiano dignam agit mercator, si futuræ mercium copiæ admoneat. Verum ad id manifestandum justitiæ vinculo non videtur obstrictus. Si mercator prævideat pretium auctum iri, cariùs vendere nequit. Ergo neque si præsciat pretium diminuendum, valiùs vendere astringitur. Illud diligenter cavendum ne mercatores per proxenetas suos alliciant emptores ad emendum imminente futura mercium copia, tunc enim contra justitiam peccarent. Si occasio se offerat vendendi pretio currenti, vendant omni artificio sublato. Cæterùm si occasiones captarent vendendi, tum à restitutione eos non liberarem.

X. QUÆST. VII. *An is qui Principis lege monetam interdictum iri, aut ejus valorem minuendum præscit, queat ante promulgationem legis suam distrahere monetam?* RESP. Marchio Bellonus argentariæ mensæ professor cum paucis ab hinc annis casus propositus occurrisset, plura scutorum millia perdere voluit, potiùs quàm suos aureos cum aliorum mercatorum detrimento distrahere. Hunc probum, & ingenuum Christianum idcircò commemoravi, ut exemplum imitationis cæteris proponerem. Ex præcedenti quæstione patet, justitiæ vinculo ad id non urgeri nummularium. Fateor posse exequi solutiones, & exactiones, quæ naturaliter occurrunt. At si versutè quereret distractionem suæ pecuniæ, eamque collocare in manibus aliorum, ut ipsi jacturam proximam subirent, eum ego à restitutionis debito non liberarem: quoniam quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Nemo autem in his casibus decipi vellet.

XI. QUÆST. VIII. *Quæ notanda sunt circa pretium publica auctoritate præscriptum?* RESP. Negat Navarrus, expediens esse Principem taxare rerum pretia, quia legem talem consequuntur multæ fraudes: quæ ratio si valeret, abrogandæ omnes leges essent. Quare communis sententia docet, quam maximè expediens esse ut Princeps rerum pretia præfiniat, ut 2. 2. q. 95. *art. 1. ad 2.* S. Thomas docet inquiens: *Melius est omnia ordinari lege, quam dimitteret judicium arbitrio*, &c. Quando tamen merx inferioris valoris est, non potest venditor taxato pretio illam vendere, sed ita minuere pretium debet, ut æquet mercis defectum: quoniam taxatio facta est, posito quod merces habeant communem valorem. Præterea qui denniendis pretiis præsident, taxare pretium pro rerum penuria, vel abundantia debent. Venditor nequit cogere emptorem ut pecunia aurea, vel argentea pretium solvat, quia hoc onus esset supra taxatum pretium. Quando merces ita pretiosæ sunt, ut excedant communem valorem, tunc proportione servata augeri pretium potest, dummodò valoris excessus sit evidens, & hujc valori excedenti pretii augmentum respondeat: nec enim quilibet excessus sat est ad pretium augendum. Alioquin pretii taxatio frustanea esset, cum merces communiter aliæ aliis melioris aliquo modo sunt.

XII. QUÆST. IX. *An exquisitioribus mercibus immiceri viliores possint, & taxato pretio vendi?* RESP. Quando merces per talem mixtionem reducuntur ad communem bonitatem illarum mercium quæ venduntur taxato pretio, juxta opinionem plurium juniorum, licita est hujusmodi immixtio. Verum ejusmodi immixtiones mihi rejiciendæ videntur tamquam fraudibus plenæ, & sinceritati contrariæ. Præterea rarò accidit ut vinum generosum aqua mixtum (idem die de cæteris rebus) non fiat deterioris conditionis, ac vinum vulgare.

XIII. QUÆST. X. *Potestne mercator ob dilatam solutionem pretii cariùs merces vendere?* RESP. Omnes absolutè fatentur, usuram latvatam committere qui ob solam dilatam pretii solutionem merces cariùs vendunt. *Quidquid* (inquit 2. 2. *quæst. 78. art. 2. ad 7.* S. Thomas) *ultra justum pretium pro ejusmodi expectatione exigitur, est quasi pretium mutui.* Allegari solent tituli lucri cessantis, & damni emergentis, de quibus infrà. Obtrudunt etiam expensas, quas probabiliter mercator facturus est in assequendo pretio, quas expensas tamquam damnum emergens reputant. Si reverà adsit hoc periculum, & emptor aucti pretii admoneatur, & ipse consentiat, non videtur improbandum augmentum moderatum respondens damno quod patitur venditor. Disputant quoquè Moralistæ, num liceat minoris emere anticipata solutione, si merces tempore traditionis minoris valituræ sint; & contra cariùs vendere ob expectatam solutionem, si credatur quod tempore tradendi pretii merces pluris valebunt? In utroque casu communiter adfirmant auctores, dummodò mercatores conservaturi merces fuissent usque ad tempus quo pluris valituræ erant; negant verò hac conditione deficiente. Hinc inferunt, licitum esse emere frumentum mense Januario anticipata solutione tradendum mense Augusto pretio currente, non mense Januario, sed quod recurret mense Augusto. Quarè injustitia manifesta foret, viliori pretio emere ob anticipatam solutionem merces, quæ pluris valituræ forent traditionis tempore.

XIV. QUÆST. XI. *Licitumne est contractus quo in Hispania, & alibi certæ merces communiter credito venduntur majori pretio quam vendi pecunia numerata soleant?* RESP. Naves mercibus onustæ ex Indiis in Hispaniam adveniunt. Vendi merces istæ pecunia numerata omnes nequeunt. Et quæ pecunia numerata venduntur, minori pretio vendi-

duntur. Theologi Hispani fusè disputant casum istum, præsertim *Navarrus, Gutierrez, Medina, Cordubæ, Molina, Lugo, Salmanticenses.* Omnes negant ob dilatam solutionem augeri pretium posse, ut advertit Sylvester v. *Usura*, contra quemdam, inquit Lugo, *Raphaelem Fornasium.* Mitum haud esse debet Fornasium hunc laxa in re usuraria docuisse, si laxissima scripsit de pauperiate monastica.

XV. Itaque sublatis titulis extrinsecis *Navarri, Gutierrez, Valentia, Garzias, Medina, Bartholomæus à S. Fausto* negant vendi cariùs posse pecunia non numerata: quoniam, inquiunt, pretii incrementum exigitur solùm ob dilatam solutionem, quod juxta omnes usura est. Urgent ulteriùs. Si venditio pecunia non numerata majori pretio sit justa; emptio minori pretio pecunia numerata erit injusta: quoniam sive pecunia numeretur in præsens, sive in futurum, non efficit, ut merces crescant, vel decrescant. Sed emptio pecunia numerata est justa, ut fatentur omnes: ergo venditio *ad creditum*, ut vulgo dicitur, minori pretio est injusta.

XVI. Oppositam opinionem propugnant *Bannez, Serra, Rebellus, Villalobos, Lugo, Sanchez, Lessius, Diana, Castropalaus, Salmanticenses.* Varias isti rationes assignant. Si quæ ratio honestare hunc contractum potest, ea est quam prodit Sotus *lib. 6. q. 4. art. 1. ad 4.* Merces istæ ex India asportantur plurimis, maximisque periculis: & aliundè nequeunt nisi in magna copia traduci, quanta sat est ad ingentes naves onerandas. Unde evenit quod institores ipsi, qui naves onerant, cogantur multas emere merces ad creditum, carioti pretio. Ergo necessitas exonerandi illico naves cogit, ut magna saltem mercium copia *credito* vendatur majori pretio. Peculiares itaque circumstantiæ longinquæ regionis, ubi merces emuntur, & pericula maritimæ navigationis confluere posse videntur titulum specialem, vi cujus cariùs vendantur, non ob dilatam solutionem, sed quia mercatura talis naturæ est ut cogat ad citò merces distrahendas. Ex hoc autem peculiari contractu nequit ullo modo inferri licitum hoc esse in aliis contractibus communibus.

XVII. Disputant similiter Theologi Hispani, num licitum sibi sit emere lanas viliori pretio anticipata solutione? Negant *Bannez, La-Cruz, Pradus, Navarrus, Martinez, Valentia, Rebellus, Mercatus*, & alii, illo principio, nixi, quod manifesta usura sit viliùs emere ob anticipatam solutionem. Sed lanæ reipsa emuntur mense Decembri, vel Januario pretio 20. tradendæ mense Majo, quo valent 30. Ergo pretium minuitur ob solam anticipatam solutionem, quod omnes usuræ damnant. Cur enim lanæ in antecessum viliùs venduntur? Ut emantur herbæ ad pascenda pecora. Nullus itaque titulus occurrit minuendi pretii, nisi inopia venditoris.

XVIII. Oppositam opinionem defendunt *Sotus, Serra, Covarrubias, Medina, Lugo, Sanchez, Bonacina, Trullenchus, Lessius, Diana, Salmanticenses tr. 14. cap. 2. p. 2. n. 153.* Quoniam, in quibus isti, non est omninò condemnanda *praxis tam continua in Hispania, & durissimum est condemnare multitudinem tallium negotiatorum, qui emunt mense Octobri, vel Novembri 30. aureis, 9. gr. lanam, quæ mense Maii, quo est tradenda, valet 40. ob anticipatam solutionem, qua indigent domini ad solvenda pascua.*

XIX. En, christiane Lector, unum ex principiis, undè evangelicæ Moralis relaxatio proficiscitur. Durissimum est condemnare multitudinem talium negotiatorum? Hoc eodem principio pagani utebantur ad religionem Numinum propugnandam. Omnes gentes à tot sæculis Numina colunt. Durissimum est damnare tantas nationes præscriptione adeò longinqua fultas. Sic garriebant Ethnici adversus christianam Religionem, quam ipsi novam superstitionem appellant. Futilissimum ergo est argumentum à multitudine peccantium repetitum, totiès à Scriptura sancta, & ab Augustino improbatum. Quid quod hæc usura plusquam judaica sit? Non quinque, non octo, non decem, sed plusquam viginti in centum exiguntur. Hæc itaque secunda opinio falsa est, & prima vera, atque adeò tuta, & amplectenda. Lege *tom. 7. lib. 3. diss. 2. cap. 7. n. 11.*

XX. QUÆST. XII. *Licitumne est emere credita, seu chirographa minori pretio quam valeant, ob anticipatam solutionem?* RESP. Contractus iste frequentissimus est. Habet ille chirographum exigendi à Principe, sive ab alio debitore 100. post annum. Tu emis 95. aut 93. numerata pecunia. Si creditum ambiguum sit, vel difficilis solutionis, aut periculis obnoxium, omnes fatentur minoris valere, & pro qualitate, & gravitate difficultatum minui pretium posse. Disputatur dumtaxat, an quando debitum, sive creditum est facilis solutionis, liquidum, & certum, licitum sit emere viliori pretio ob anticipatam solutionem? Adfirmant *Sanchez, Diana, Rosella*, & alii: quoniam, inquiunt, minùs est habere actionem ad rem aliquam, quam rem ipsam. Sed qui emunt ejusmodi chirographa, seu credita, non ipsam rem emunt, sed actionem ad illam habendam. Ergo minori pretio emi potest. Præterea ista sunt merces venales, quemadmodum aliæ, quæ habent suum pretium. Sed in communi hominum æstimatione pretium tallium debitorum de præsenti solutum minus est quàm sit summæ solvendæ in futurum. Ergo cui minori pretio jure valent.

XXI. Contraria sententia communis est. Quoniam injustum est pretium, dum pro centum solvuntur 95. intervenit enim mutuum virtuale. Distinctio inter jus ad 100. aureos, & aureos ipsos sophistica est, & fraudulenta in hoc contractu, & ad usuram fucandam excogitata. Evinco. Ponamus creditum 100. aureorum liquidum, certum, & facilis solutionis, hodiè, dum illud emis, esse exigendum absque difficultate: hoc in casu pretium 95. esset æquale, & justum? Negas profectò. Ergo evidens est quod pretii diminutio est propter temporis expectationem. Ergo pluris facis pecuniam præsentem quam futuram. Hoc autem proscriptum ab Eccle-

sia est. Insistis. Communiter homines minoris æstimant hanc creditorum mercem solvendam post annum, quam pecuniam præsentaneam. Verùm habet homines avaritia æstuantes, & vulgi opinionibus præventos hoc æstimare, secùs homines christianos divino jure imbutos. Quandoquidem si 100. reddenda post annum non tanti valent, quanti 100. hodiè numerata, quidni cogi mutuatarius poterit ut pro centum acceptis hodiè 106. reddat post annum. Audi auctorem *opusc.* 67. D. Thomæ tributi, qui ita scribit: *Ille qui ad certum tempus debet, si ante terminum solvat, ut ei de debito aliquid dimittatur, usuram committere videtur, quia manifestè tempus solutionis vendit. Unde ad restitutionem tenetur. Nec excusatur, quod solvendo ante terminum gravatur: vel quod ad hoc ab alio inducitur: quia eadem ratione possent usurarii excusari omnes.* Hanc doctrinam defendunt communiter tam antiqui, quam juniores. S. *Antoninus*, *Sylvester*, *Salas*, *Bannez*, *Tapia*, *Molderus*, *Sotus*, *Lessius*, *Lacroix*, *Billuard*, *Viva*, & alii plures. Cardinalis de Lugo contendit quæstionem istam speculativam esse, non practicam, eo quod vix in praxi ejusmodi creditæ, sive debita libera sint ab omni periculo, & molestia exactionis, aut lucri cessantis, & damni emergentis. Verùm homines sæpè lucrum cessans, & damnum emergens pro libito sibi effingunt. Quandò emuntur Principis debita, quinam titulus verus hic occurrit? Vix unus ex tot ejusmodi emptoribus per sæculum passus est damnum emergens, neupè quod tempore præscripto debitum non exegerit. Ergo titulus est tantum possibilis, qui esse nequit justa minuendi pretii causa.

XXII. QUÆST. XIII. *Quid de obligatione venditoris patefaciendi defectus mercium dicendum est?* RESP. Mutua est obligatio tum venditoris, tum emptoris manifestandi mercium vitia, aut bonitatem. Si venditor occultum vitium mercis non manifestat emptori, non solùm pretii quantitatem, si pluris vendat quam merx tali vitio affecta valebat, restituere astringitur, sed etiam damna quę emptor incurrit ob mercis vitium. Triplex in merce esse defectus potest. Primus circa substantiam, ut si argentum pro auro, vitrum pro gemma vendas. Ad hunc defectum revocatur mixtio mercium diversæ speciei, ut si frumento hordeum immisceas, vino aquam infundas. Alii defectus spectant aut qualitatem accidentalem, aut quantitatem; ut quandò mensura minori merces venduntur, & majori emuntur. Quod dicitur de venditore, idem dicendum de emptore est. Si is pretio injusto, puta vilioti infimo, rem emeret sive bona, sive mala fide, detecto vitio, compensare venditorem debet æquando pretii quantitatem. Si mercem ut corruptam emeret, quæ revera erat sana; si prædium ut hypothecatum, quod liberum erat; si aurum pro argento, gemmam pro vitro emit: hæc omnia venditori aut ignoranti, aut oscitanti manifestare emptor debet, & pretium augere juxta mercium valorem. Si venditor mercis vitium taceat nullo modo noxium emptori, pretiumque diminuat pro vitii qualitate, & quantitate, nullam fraudem committit, dummodo emptor non interroget: si enim interrogat, sincerè manifestare defectum venditor astringitur: immò si venditor prævidet emptorem non empturum merceм detecto vitio, etiam diminuta pretii quantitate, astringeretur eumdem monere. Sincerè enim exercenda negotiatio est, & *quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.*

XXIII. Fraudulenti proindè sunt mercatores, & dolosi, qui equorum, & asinorum auribus guttam mercurii infundunt, ut celeres, strenui, & generosi appareant, quandò natura sua tardi, pigri, & veluti stupidi sunt: qui in suprema superficie sacci, vasis, &c. optimum triticum, optimas merces collocant, ut deceptus emptor cæteras merces ejusdem esse bonitatis credat.

XXIV. Regula certa, & generalis circa varios mercium defectus respectu tam emptoris, quam venditoris assignari vix potest. Nam si vitium non reddat notabiliter minus utilem mercem emptori, diminuto pro vitii proportione pretio, non tenetur absolutè venditor non interrogatus vitium manifestare. Circumstantiæ tamen occurrere queunt, ob quas manifestandus defectus sit. Habenda quoque commercii, & negotiationis ratio est. Nam merces ejusdem generis, non omnes ejusdem qualitatis, & bonitatis sunt. Et si negotiatores declarare etiam minimos defectus deberent, & solas perfectas merces vendere, actum de negotiatione esset. Siquidem etiam emptores sæpè morosi sunt, & tetrici, qui ob levissimum defectum plus justo diminuere pretium vellent. Servanda ergo bona, & sincera fides est, & ab omni circumventione cavendum.

XXV. Venditores potissimùm cavere à mercibus permiscendis debent. Vitia monetarum declaranda omninò sunt. Qui monetam falsam pro vera distrahit scienter, fur est, & grassator si ignoranter id faciat, non peccat, sed ubi resciverit ad restitutionem tenetur. Si leviter à justo pondere deficiat, communiter pro nihilo reputatur, contra quandò non modicum deficiat, tunc manifestandum est.

XXVI. Quid de iis qui minori mensura vendunt? Penès omnes certum est, venditorem teneri ad restitutionem, si aliquid de quantitate mercis detrahit, ut quandò statera, vel mensura inferiori vendit. Disputant juniores num licitum sit venditoribus mensura minori uti, quando pretium injustè taxatum à Principe fit? Adfirmat cum aliis Cardinalis de Lugo, & adhærent eidem Salmanticenses. Si taxatio prætii esset manifestè injusta, nec ipse repugnarem. Cæterum privati homines, & in causa propria, non sunt legitimi judices taxati pretii. Pretii taxatio facta à Principe bonum commune spectat, & pauperum solamen. Quarè licèt reipsa merces mercatoribus pluris steut, & dum taxato pretio illas vendunt, damnum patiantur, non propterea injustum pretium est, quia ad Principem vel Magistratum attinet definire, secùs ad mercatores, quæ pretia expediant bono communi civitatis. Quarè non sunt excusandi qui amphoram vini, qui ponderа diminuunt, qui unam vel alteram unciam detrahunt prætextu injusti pretii. Peccant isti, & ad compensationem tenentur. Si enim jacturam patiuntur, id adversæ negotiationis sorti adscribendum, non pretii injustitiæ est. Talis quippè mercaturæ conditio est ut modò lucrum, modò jacturam pariat.

DISSERTATIO IV.

De mutuo, & usura.

CAPUT I.

Mutui finitio, ejusque proprietates.

I. QUÆST. I. *Quid sit mutuum?* RESP. Est traditio rei consumptibilis in consumptionis usum, & dominium mutuatarii, ut aliquo elapso tempore tantumdèm restituatur. Materia subjecta mutuo sua natura consumptibilis est, & in consumptionis usum tradita. Duo hæc necessaria ad mutuum sunt. Si moneræ non ad consumptionem, sed ad ostentationem, & pompam traderentur *commodatum*; si ad custodiem, *depositum*, non *mutuum* diceretur. Quoniam ad mutui naturam, & essentiam requiritur quod res mutuatitia sit consumptibilis, & in consumptionem tradita: & quamvis moneta non consumatur *materialiter*, consumitur tamen formaliter, dum distrahitur: nec enim eadem numero restituitur domino, sicut nec idem triticum, nec idem vinum, &c. In commodato autem eadem res numero restituitur. Rerum consumptio duplex. Naturalis una, qua res ipsa perit, ut vinum, fumentum, oleum, &c. Civilis altera, qua res alienatur, ut pecunia, quę dum in alterius dominium transit, domino suo perit, si sit alterius. Ultima particula, *ut elapso tempore tantumdem restituatur*, significat aliquod interfluere tempus debere traditionem inter, & restitutionem. Qui enim mutuatur, sponte obligationem sibi imponit, non statim, sed post aliquod tempus repetendi rem traditam. Si temporis punctum præscriptum sit, illo elapso, fieri restitutio debet, alioquin debitor morosus erit. Si nullus præstitutus dies sit, spectatis dantis, & accipientis circumstantiis, repeti, & restitui debet. Certa enim præscribi regula nequit. Res restituenda ejusdem esse valoris debet cum re accepta, & ejusdem speciei: ut vinum pro vino, pecunia pro pecunia. In hac tamen restitutione non tam attenditur species physica, nisi de ea conventum fuerit, quam formalis valor. Res mutuata crescit, & decrescit mutuatario. Quarè si valor monetæ augetur, aut minuitur, in utilitatem, aut damnum mutuatarii id cedit. Res quas Theologi vocant *consumptibiles*, isti appellant *fungibiles*, seu quę in suo genere *fungibilem recipiunt*, seu *consumptionem*. Explicatam definitionem approbant Catholici omnes verborum diversitate sublata.

II. Potissima mutui proprietas, quę ex ejusdem natura necessariò consequitur, est dominii *translatio*. Si enim res mutuò subjectæ usu consumuntur, & vi mutui ad consumptionem dantur; infertur ut qui res mutuo dat, jus quoque conferat consumendi eàsdem, & distrahendi alienandique. Pecunia sola alienatione consumitur: aliæ res mutuatitiæ fungibiles consumptione pereunt. Qui mutuò pecunias accipit eisdem merces emit: mercium venditor pecuniarum dominus absolutus evadit. Undè is acquirit dominium istud? A mutuatario certè. Hic ergo pecuniarum dominus erat: quia *nemo plus juris ad alium transferre potest quam ipse habet.*

III. Fatentur hæretici Salmasius, & alii usurarum patroni, dominium corporum, secùs quantitatis in mutuo transferri. Isti, qui distinctiunculis casuisticas deridere solent, hoc lepidum commentum producere non erubescunt. Quisque acciperet perlibenter aureorum corpora, Salmasio refricta ideali quantitate. Corpora ita affecta quantitate sunt, ut consistere sine illa nequeant. Ergo dum alienantur corpora, alienatur & quantitas, quæ separari à corporibus nequit. Amittit igitur mutuator dominium rei mutuatitiæ, sed jus retinet tantumdèm repetendi. Jus istud nimis crasse confundunt usurarum patroni cum dominio, cum sint duo omninò distincta. Siquidem dominium est jus in re, & facultas utendi re pro arbitrio domini. Hoc dominio rei mutuatitiæ caret mutuator; sed jus, seu actionem retinet ad repetendum tantumdèm: & hoc jus, seu actionem vendere, legare, donare potest. Hęc omnia pericula sunt.

IV. Hęinc mutuum differt à venditione, in qua pretium pro merce solvitur: à permutatione, in qua una res pro alia traditur: à donatione, in qua nullum jus aliquid repetendi retinetur: à locatione, in qua pro usu rei pretium solvitur: à commodato, in quo non transfertur dominium, sed usus, & eadem numero res restituenda est: à depósito, in quo res custodienda consignatur: à pignore, quod securitatis causa datur, absque dominii translatione, & cum onere restituendi eamdem omninò rem.

CAPUT II.

Usuræ notio: omnis usura sive parva, sive magna, sive à divite, sive à paupere exacta, divino jure vetita est.

I. QUÆST. I. *Quid sit usura?* RESP. Est lucrum perceptum ex mutuo vi mutui. Quandocumque lucrum est exactum vi mutui, sive à divite, sive à paupere, fœnebre est. Vulgus indoctum constituere usuræ crimen solet in lucri excessu. Quem vulgi errorem adoptarunt juniores hæretici, & unus, & alter imperitus catholicus. Sed omnes istos turpiter aberrare infrà patefaciam.

II. Nonnulli contendunt nova distinctione doctrinam de fœnere fucare. Duplex mutui genus distinguunt: unum *consumptionis*, quod traditur indigentibus; alterum appellant *negotiationis*, quod mercatoribus traditur ad amplificandam pecuniam, & augendam mercaturam, &

sia est. Insistis. Communiter homines minoris æstimant hanc creditorum mercem solvendam post annum, quam pecuniam præsentaneam. Verùm habet homines avaritia æstuantes, & vulgi opinionibus præventos hoc æstimare, secùs homines christianos divino jure imbutos. Quandoquidem si 100. reddenda post annum non tanti valent, quanti 100. hodiè numerata, quidni cogi mutuatarius poterit ut pro centum acceptis hodiè 106. reddat post annum. Audi auctorem *opusc.* 67. D. Thomæ tributi, qui ita scribit: *Ille qui ad certum tempus debet, si ante terminum solvat, ut ei de debito aliquid dimittatur, usuram committere videtur, quia manifestè tempus solutionis vendit. Unde ad restitutionem tenetur. Nec excusatur, quod solvendo ante terminum gravatur: vel quod ad hoc ab alio inducitur: quia eadem ratione possent usurarii excusari omnes.* Hanc doctrinam defendunt communiter tam antiqui, quam juniores. S. *Antoninus*, *Sylvester*, *Salas*, *Bannez*, *Tapia*, *Molderus*, *Sotus*, *Lessius*, *Lacroix*, *Billuard*, *Viva*, & alii plures. Cardinalis de Lugo contendit quæstionem istam speculativam esse, non practicam, eo quod vix in praxi ejusmodi creditæ, sive debita libera sint ab omni periculo, & molestia exactionis, aut lucri cessantis, & damni emergentis. Verùm homines sæpè lucrum cessans, & damnum emergens pro libito sibi effingunt. Quandò emuntur Principis debita, quinam titulus verus hic occurrit? Vix unus ex tot ejusmodi emptoribus per sæculum passus est damnum emergens, neupè quod tempore præscripto debitum non exegerit. Ergo titulus est tantum possibilis, qui esse nequit justa minuendi pretii causa.

XXII. QUÆST. XIII. *Quid de obligatione venditoris patefaciendi defectus mercium dicendum est?* RESP. Mutua est obligatio tum venditoris, tum emptoris manifestandi mercium vitia, aut bonitatem. Si venditor occultum vitium mercis non manifestat emptori, non solùm pretii quantitatem, si pluris vendat quam merx tali vitio affecta valebat, restituere astringitur, sed etiam damna quę emptor incurrit ob mercis vitium. Triplex in merce esse defectus potest. Primus circa substantiam, ut si argentum pro auro, vitrum pro gemma vendas. Ad hunc defectum revocatur mixtio mercium diversæ speciei, ut si frumento hordeum immisceas, vino aquam infundas. Alii defectus spectant aut qualitatem accidentalem, aut quantitatem; ut quandò mensura minori merces venduntur, & majori emuntur. Quod dicitur de venditore, idem dicendum de emptore est. Si is pretio injusto, puta vilioti infimo, rem emeret sive bona, sive mala fide, detecto vitio, compensare venditorem debet æquando pretii quantitatem. Si mercem ut corruptam emeret, quæ revera erat sana; si prædium ut hypothecatum, quod liberum erat; si aurum pro argento, gemmam pro vitro emit: hæc omnia venditori aut ignoranti, aut oscitanti manifestare emptor debet, & pretium augere juxta mercium valorem. Si venditor mercis vitium taceat nullo modo noxium emptori, pretiumque diminuat pro vitii qualitate, & quantitate, nullam fraudem committit, dummodo emptor non interroget: si enim interrogat, sincerè manifestare defectum venditor astringitur: immò si venditor prævidet emptorem non empturum merceм detecto vitio, etiam diminuta pretii quantitate, astringeretur eumdem monere. Sincerè enim exercenda negotiatio est, & *quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.*

XXIII. Fraudulenti proindè sunt mercatores, & dolosi, qui equorum, & asinorum auribus guttam mercurii infundunt, ut celeres, strenui, & generosi appareant, quandò natura sua tardi, pigri, & veluti stupidi sunt: qui in suprema superficie sacci, vasis, &c. optimum triticum, optimas merces collocant, ut deceptus emptor cæteras merces ejusdem esse bonitatis credat.

XXIV. Regula certa, & generalis circa varios mercium defectus respectu tam emptoris, quam venditoris assignari vix potest. Nam si vitium non reddat notabiliter minus utilem mercem emptori, diminuto pro vitii proportione pretio, non tenetur absolutè venditor non interrogatus vitium manifestare. Circumstantiæ tamen occurrere queunt, ob quas manifestandus defectus sit. Habenda quoque commercii, & negotiationis ratio est. Nam merces ejusdem generis, non omnes ejusdem qualitatis, & bonitatis sunt. Et si negotiatores declarare etiam minimos defectus deberent, & solas perfectas merces vendere, actum de negotiatione esset. Siquidem etiam emptores sæpè morosi sunt, & tetrici, qui ob levissimum defectum plus justo diminuere pretium vellent. Servanda ergo bona, & sincera fides est, & ab omni circumventione cavendum.

XXV. Venditores potissimùm cavere à mercibus permiscendis debent. Vitia monetarum declaranda omninò sunt. Qui monetam falsam pro vera distrahit scienter, fur est, & grassator si ignoranter id faciat, non peccat, sed ubi resciverit ad restitutionem tenetur. Si leviter à justo pondere deficiat, communiter pro nihilo reputatur, contra quandò non modicum deficiat, tunc manifestandum est.

XXVI. Quid de iis qui minori mensura vendunt? Penès omnes certum est, venditorem teneri ad restitutionem, si aliquid de quantitate mercis detrahit, ut quandò statera, vel mensura inferiori vendit. Disputant juniores num licitum sit venditoribus mensura minori uti, quando pretium injustè taxatum à Principe fit? Adfirmat cum aliis Cardinalis de Lugo, & adhærent eidem Salmanticenses. Si taxatio prætii esset manifestè injusta, nec ipse repugnarem. Cæterum privati homines, & in causa propria, non sunt legitimi judices taxati pretii. Pretii taxatio facta à Principe bonum commune spectat, & pauperum solamen. Quarè licèt reipsa merces mercatoribus pluris steut, & dum taxato pretio illas vendunt, damnum patiantur, non propterea injustum pretium est, quia ad Principem vel Magistratum attinet definire, secùs ad mercatores, quæ pretia expediant bono communi civitatis. Quarè non sunt excusandi qui amphoram vini, qui ponderа diminuunt, qui unam vel alteram unciam detrahunt prætextu injusti pretii. Peccant isti, & ad compensationem tenentur. Si enim jacturam patiuntur, id adversæ negotiationis sorti adscribendum, non pretii injustitiæ est. Talis quippè mercaturæ conditio est ut modò lucrum, modò jacturam pariat.

DISSERTATIO IV.

De mutuo, & usura.

CAPUT I.

Mutui finitio, ejusque proprietates.

I. QUÆST. I. *Quid sit mutuum?* RESP. Est traditio rei consumptibilis in consumptionis usum, & dominium mutuatarii, ut aliquo elapso tempore tantumdèm restituatur. Materia subjecta mutuo sua natura consumptibilis est, & in consumptionis usum tradita. Duo hæc necessaria ad mutuum sunt. Si moneræ non ad consumptionem, sed ad ostentationem, & pompam traderentur *commodatum*; si ad custodiem, *depositum*, non *mutuum* diceretur. Quoniam ad mutui naturam, & essentiam requiritur quod res mutuatitia sit consumptibilis, & in consumptionem tradita: & quamvis moneta non consumatur *materialiter*, consumitur tamen formaliter, dum distrahitur: nec enim eadem numero restituitur domino, sicut nec idem triticum, nec idem vinum, &c. In commodato autem eadem res numero restituitur. Rerum consumptio duplex. Naturalis una, qua res ipsa perit, ut vinum, fumentum, oleum, &c. Civilis altera, qua res alienatur, ut pecunia, quę dum in alterius dominium transit, domino suo perit, si sit alterius. Ultima particula, *ut elapso tempore tantumdem restituatur*, significat aliquod interfluere tempus debere traditionem inter, & restitutionem. Qui enim mutuatur, sponte obligationem sibi imponit, non statim, sed post aliquod tempus repetendi rem traditam. Si temporis punctum præscriptum sit, illo elapso, fieri restitutio debet, alioquin debitor morosus erit. Si nullus præstitutus dies sit, spectatis dantis, & accipientis circumstantiis, repeti, & restitui debet. Certa enim præscribi regula nequit. Res restituenda ejusdem esse valoris debet cum re accepta, & ejusdem speciei: ut vinum pro vino, pecunia pro pecunia. In hac tamen restitutione non tam attenditur species physica, nisi de ea conventum fuerit, quam formalis valor. Res mutuata crescit, & decrescit mutuatario. Quarè si valor monetæ augetur, aut minuitur, in utilitatem, aut damnum mutuatarii id cedit. Res quas Theologi vocant *consumptibiles*, isti appellant *fungibiles*, seu quę in suo genere *fungibilem recipiunt*, seu *consumptionem*. Explicatam definitionem approbant Catholici omnes verborum diversitate sublata.

II. Potissima mutui proprietas, quę ex ejusdem natura necessariò consequitur, est dominii *translatio*. Si enim res mutuò subjectæ usu consumuntur, & vi mutui ad consumptionem dantur; infertur ut qui res mutuo dat, jus quoque conferat consumendi eàsdem, & distrahendi alienandique. Pecunia sola alienatione consumitur: aliæ res mutuatitiæ fungibiles consumptione pereunt. Qui mutuò pecunias accipit eisdem merces emit: mercium venditor pecuniarum dominus absolutus evadit. Undè is acquirit dominium istud? A mutuatario certè. Hic ergo pecuniarum dominus erat: quia *nemo plus juris ad alium transferre potest quam ipse habet.*

III. Fatentur hæretici Salmasius, & alii usurarum patroni, dominium corporum, secùs quantitatis in mutuo transferri. Isti, qui distinctiunculis casuisticas deridere solent, hoc lepidum commentum producere non erubescunt. Quisque acciperet perlibenter aureorum corpora, Salmasio refricta ideali quantitate. Corpora ita affecta quantitate sunt, ut consistere sine illa nequeant. Ergo dum alienantur corpora, alienatur & quantitas, quæ separari à corporibus nequit. Amittit igitur mutuator dominium rei mutuatitiæ, sed jus retinet tantumdèm repetendi. Jus istud nimis crasse confundunt usurarum patroni cum dominio, cum sint duo omninò distincta. Siquidem dominium est jus in re, & facultas utendi re pro arbitrio domini. Hoc dominio rei mutuatitiæ caret mutuator; sed jus, seu actionem retinet ad repetendum tantumdèm: & hoc jus, seu actionem vendere, legare, donare potest. Hęc omnia pericula sunt.

IV. Hęinc mutuum differt à venditione, in qua pretium pro merce solvitur: à permutatione, in qua una res pro alia traditur: à donatione, in qua nullum jus aliquid repetendi retinetur: à locatione, in qua pro usu rei pretium solvitur: à commodato, in quo non transfertur dominium, sed usus, & eadem numero res restituenda est: à depósito, in quo res custodienda consignatur: à pignore, quod securitatis causa datur, absque dominii translatione, & cum onere restituendi eamdem omninò rem.

CAPUT II.

Usuræ notio: omnis usura sive parva, sive magna, sive à divite, sive à paupere exacta, divino jure vetita est.

I. QUÆST. I. *Quid sit usura?* RESP. Est lucrum perceptum ex mutuo vi mutui. Quandocumque lucrum est exactum vi mutui, sive à divite, sive à paupere, fœnebre est. Vulgus indoctum constituere usuræ crimen solet in lucri excessu. Quem vulgi errorem adoptarunt juniores hæretici, & unus, & alter imperitus catholicus. Sed omnes istos turpiter aberrare infrà patefaciam.

II. Nonnulli contendunt nova distinctione doctrinam de fœnere fucare. Duplex mutui genus distinguunt: unum *consumptionis*, quod traditur indigentibus; alterum appellant *negotiationis*, quod mercatoribus traditur ad amplificandam pecuniam, & augendam mercaturam, &

certam pecuniæ quantitatem navigaturi, vel tanti ad mercandum, & pro eò quod mutuum recipit in se periculum sortis, recipit aliquid ultrà sortem: quæritur utrum usurarius sit? Respondet Pontifex, quod sic.

X. Hanc sententiam defendit S. Thomas, sivè auctor opusc. 73. cap. 6. inquiens: *Si quis pecuniam alicui navigaturi commiserit mutuo propter spem alicujus lucri, licet periculum etiam sortis super se receperit, nihilominus judicatur usurarius, etiamsi totum amiserit.* S. Raymundus in *Summ. tit. de Usur.* §. 7. ubi exponit Decretalem *Naviganti* ad le datam, hæc scribit: *Talem semper faciunt tale mutuum propter spem lucri pecuniarii, quod non licet.* Auctores isti synchroni erant Gregorio IX. si damnant lucrum ob periculum *juris*, quod aliundè pretio æstimabile est, ut patet in tertio assecutatore, quanto magis damnabunt lucrum ob merum periculum *facti*, cuique mutuo insitum?

XI. Graviores quoque Theologi SS. Thomæ, & Raymundo subscribunt. Navarrus, Soto, Bannez, Gutierrez, Rebellus, Tolctus, Tapia, Contadus, Lopez, Genettus, Ballerinus, Gennaro, Theologi Lovanienses, & Parisienses. Accedunt quoque communiter Canonistæ. Honoratus Leotardus de Usuris q. 23. animadvertit, olim permissum fuisse civili jure nauticum fœnus ob periculum fulceptum. *Nunc vero*, inquit, *usura hæc nautica omnino damnata est, & leges civiles nauticum fœnus permittentes, abrogatæ sunt ex Constitutione D. Gregorii IX. c. ult. de Usur. cap. Naviganti.* Postquam vero demonstravit fœnebre esse lucrum ob periculum *juris* susceptum á creditore, *n.* 27. improbat potiori jure tanquam fœnerattitium lucrum perceptum ob periculum *facti*, cui se exponit creditor: *quamvis*, inquit, *id licitum esse teneant Leonardus Lessius, & Theologi sanè plurimi . . . . . sed ipsa sententia tutior est, & inter Jurisperitos recepta.* Quare exclamat P. Nicolaus Genaro p. 1. *n.* 36. his verbis. *Ita sentiunt Doctores laici in confusionem Theologorum. Et, ô bone Deus! in quas sententias abeunt aut capiunt? Ad quid? Ad justificandum nauticum fœnus. Insudant, ut cupiditati faveant humanæ, sordidisque avaritiæ.*

XII. Et quod mihi loculentius manifestat periculum istud putam, putamque esse larvam ad obtegendum fœnus excogitatam, est quod isti juniores nunquam præscribunt mutuatoribus istis ut abstineant á mutuo, quando tradere illud absque lucro recusant. Quare eos sic ad incitas redigo. Aut verum reputant periculum istud, aut fallum. Si fallum, cessat quæstio. Si verum, ineant contractum societatis, in qua juxta omnes adest, & verum periculum, & verus titulus lucrandi. Renuunt? Ergo verum periculum nolunt. Adest certus, & tutus titulus lucrandi omnium Doctorum consensu probatus. Cur nolunt hoc tutum lucrum? Rationem edisserant. Non aliam sanè dabunt, nisi quia lucrum volunt, periculum nolunt nisi fictitium. Quod si pericula societatis nolunt, abstineant á mutuo. Abstinere á mutuo? Lex Evangelica mutuum præscribit. Verum habet; sed mutuum gratuitum, vetatque mutuum fœnebre. Mutuum evangelicum est fructus charitatis absque ulla lucri spe. Hoc mutuum gratuitum recusas ut fœnerattitium lucrum assequaris. Cum Christi igitur Evangelio tibi denuntio, aut ut mutuum gratuitum, si vales, & si frater indiget, tradas; aut si nequis, vel alter non eget, abstine á mutuo dando. Si tandem frugiferam efficere intendis pecuniam tuam, licitos contractus vel societatis, vel alterius negotiationis inito.

XIII. Objectiones adversariorum hæ fermè sunt. Opponunt decretum fanæ Congregationis de Propaganda Fide datum anno 1645. ad Missionarios Sinenses, in quo hæc habentur. „ In „ præfato regno lege stabilitum est ut in mu„ tuo triginta pro centum accipiantur absque „ respectu lucri cessantis, aut damni emergen„ tis: quæritur, utrum Sinensibus sit licitum pro „ pecuniarum suarum mutuo, licèt non inter„ veniat lucrum cessans, aut damnum emer„ gens, prædictam pro centum triginta, regni „ lege taxatam quantitatem accipere: & causa „ dubitationis est, quia in recuperanda pecunia „ est *aliquod periculum*, scilicet quod qui accipit „ mutuatum fugiat, vel quod tardet in solven„ do, vel quod necessarium sit coram judice re„ petere, vel propter alia hujusmodi.“ Resolutio S. Congregationis ad quæsitum istud sequentis tenoris est. „ Censuerunt ratione mutui im„ mediatè, & præcisè nihil esse accipiendum „ ultrà sortem principalem: si verò accipiant „ ratione periculi probabiliter imminentis, prout „ in casu, non esse inquietandos, dummodò „ habeatur ratio qualitatis periculi, & probabi„ litatis ejusdem, ac servata proportione inter „ periculum, & id quod accipitur.“

XIV. Henrico á S. Ignatio hoc decretum in publica disputatione alleganti responsum fuit 1. ut ipse narrat *lib. 9. c. 31. n.* 377. de eodem non satis constare. 2. resolutionem non esse approbantem, sed tolerantem. Contra primum responsum producit P. Thomam Hurtadum C. M. qui authenticum exemplum produxit. Sed auctor iste, & alia pontificia decreta obtrudit ut authentica, quæ sunt omninò apocrypha. Dico igitur, laudatam responsionem aut nullius esse fidei, aut permittentem dumtaxat, & tolerantem. Nonnè sub decreti jactati finem hæc reperitur clausula? *Donec Sanctitas sua, vel Sedes apostolica aliud ordinaverit.* Porrò apostolica Sedes anno 1679. triginta quatuor annis post datum responsum damnavit opinionem Theologorum inquientium: *Cum numerata pecunia sit periculo subjecta*, &c. Quid quod Sedes apostolica pluribus jam sæculis definierat *cap. Naviganti* fœnus committere illum qui suscepto sortis periculo, quidquam ex mutuo reciperet. Hæc est constitutio pontificia sacrorum Canonum codici inserta, neque ullam exceptionem patitur.

XV. Tandem ipsa lex Regni Senensis proposita Sac. Congregationi iniquissima est. Hac lege taxata est quantitas triginta in centum quotannis solvenda ob fugam debitorum, aliaque pericula. Talis autem lex seipsa injustitiam patefacit.

facit. Romani usuram moderatam reputabant centesimam. Hæc lex Sinensis non duodecim, sed triginta solvenda imponit. Quis iniquissimam, & feritatis plenissimam non deprehendit legem istam?

XVI. Opponunt 2. S. Thomas 2. 2. *q.* 77. *art.* 4. *ad* 2. docet, posse augeri pretium *propter periculum, cui se exponit mercator*, transferendo *rem de loco in locum.* Ergo & propter periculum sortis. Argumentatio ineptissima. Audi integrum Angelici textum. *Non quicumque carius vendit aliquid quam emerit, negotiatur; sed solùm qui ad hoc emit ut carius vendat. Si autem rem emit, non ut vendat, sed ut teneat, & postmodùm propter aliquam causam eam vendere velit, non est negotiatio, quamvis carius vendat. Potest enim hoc licitè facere, vel quia in aliquo rem melioravit, vel quia pretium rei est mutatum secundùm diversitatem loci, vel temporis, vel propter periculum cui se exponit transferendo rem de loco ad locum, vel eam ferri faciendo. Et secundùm hoc nec emptio, nec venditio est injusta.*

XVII. Quid? In contractu venditionis, & emptionis augeri pretium potest, ut docet Angelicus: ergo etiam in mutuo? Pecunia ergo mutuatitia merx est majori, & minori pretio subjecta, sicut aliæ merces, propter periculum? Nulla ergo in mundo usura? Mercator transferendo merces de loco in locum multos labores sustinet, & pericula. Si merces á latronibus, á pyratis surripiuntur, ipsi mercatori pereunt. Contra si pecunia mutuatitia, aut merces eadem pecunia emptæ pereunt, non mutuatori, sed mutuatario pereunt. Ergo paritas nulla est.

XVIII. Opponunt 3. Periculum sortis est mutuo extrinsecum, & per accidens eidem conjunctum, quia oritur ex qualitatibus mutuatarii prodigi, lusoris, fallacis, &c. Hoc autem periculum est pretio æstimabile, dum tertius possit pro assecuratione ejusdem pretium accipere. Resp. Dum Christus præcipit, *Mutuum date nihil indè sperantes*, ignorabat ne homines esse fallaces, prodigos, lusores? Distinctiuncula hac admissa, nulla est in mundo usura. Cedo, Quis, nisi stultus, mutuas tradit pecunias suas prodigis, decoctoribus, lusoribus? Quæ lex jubet ut istis mutuum tradatur? Si hæc imminent pericula, cur non abstinent á mutuo? Responsum præbe. Mutuum præcipitur, ut succurratur fratribus egentibus, non ut foveantur vitia, & scelera prodigorum, decoctorum, & ludentium. Volunt mutuum, qui ex mutuo lucrari cupiunt. Nunquam enim homines prudentes vero periculo exponerent centum ob spem lucrandi quinque. Sed quia cognoscunt pericula esse communiter chimærica, & lucrum certum; ideò mutuari volunt, & alios contractus veris periculis obnoxios inire recusant.

XIX. Opponunt 4. Licita est lucri exactio ob periculum damni emergentis: ergo etiam ob periculum sortis amittendæ. Resp. Utraque propositio in sensu ab adversariis producto falsa est. Pacisci utique contrahentes valent de solvendo damno, quod mutuatori imminet, si reipsa evenerit. At si damnum revera non emergit, nihil accipi potest, ut infrà patefaciam. Consequentia verò heinc deducta vana est. Distinctio periculi intrinseci, & extrinseci communiter chimærica est. Omnes homines fallaces esse possunt. Heinc oritur periculum intrinsecum, ut fatentur adversarii, vi cujus nemo lucrari potest. Periculum verò extrinsecum vocant, cum pecunia mutua á traditur mutuatariis prodigis, lusoribus, decoctoribus, vulgo *falliti*. Interrogentur omnes mutuatores: si candidè loqui velint, vix unus in centum occurret qui descriptis hominibus mutuum tradat. Singuli mutuatores dicent, omnem se adhibere diligentiam, ut securioribus, & fidelioribus mutuatariis pecuniam suam fidant. Ergo distinctio de periculo intrinseco, & extrinseco vana, & chimærica est. Quod interdum mutuatores fidant talibus mutuatariis pecuniam suam, id ex impotenti lucri cupiditate, & ardenti avaritia est. Similiter quod interdum mutuatarii probi, & fideles decoctores evadant, per accidens est. Quod est per accidens, & rarò contingit, nequit stabilire regulam de periculo extrinseco, & intrinseco. Mutuum dandum pauperibus est, & indigentibus juxta legem Evangelicam. Iterum respectu majus periculum est quam si tradatur divitibus. Ergo plus lucri á pauperibus ratione majoris periculi exigi poterit quam á divitibus. Hæc est necessaria consecutio ex doctrina juniorum. Hanc autem antievangelicam doctrinam detestantur vel ipsi hæretici Calvinus, Salmasius, Heinecius, & alii usurarum patroni.

XX. QUÆST. III. *Licitumne est aliquid exigere suprà sortem ratione laboris in numeranda pecunia*, &c.? RESP. P. Thomas Tamburinus *lib. 9. tract. 1. c. 3. §. 1. n.* 1. docet, licitum esse aliquid exigere pro parandis pecuniis in magna quantitate, in mensurando tritico, &c. & citat pro hac opinione Molinam, Medinam, Navarrum. Hæc opinio falsa est: numeratio enim pecuniæ insita mutuo est.

XXI. QUÆST. IV. *An licitum est aliquid exigere ob obligationem mutuandi, vel non repetendi mutuum infra tempus præfinitum?* RESP. Affirmantem opinionem damnavit Alexander VII. num. 42. *Licitum est mutuanti aliquid supra sortem exigere, si se obliget ad non repetendam sortem usque ad certum tempus.* Resp. P. Tamburinus *lib. 8. in Decal. c. 8. §. 5. num.* 18. hoc pacto. *Dixi jam, posse pro hoc titulo promissionis non repetendi pecuniam mutuam pro qualibet anno licitè in hac nostra ætate pecuniosa exigi quinque pro centenario. Ita Caramuel.* Pecuniosa ætas nostra? Hac ætate pecuniosa vivebat Alexander VII. qui anno 1666. damnavit præfatam doctrinam. Tamburinus autem obiit 1675. Idcirco refero laxas Casuistarum, & proscriptas opiniones, ut lectores sibi caveant. Recolant opiniones proscriptas principia esse, undè plura alia consectaria erronea manant.

CA-

tiam præfatam exigunt quinque in centum, homines avarissimi poterunt exigere septem, aut decem. Non est opus ut fusius hanc inauditam sententiam refellamus, cum & se ipsa horrorem prodat, & damnata ab Ecclesia sit. Non minus falsa est alia opinio quam ibidem docet *Caramuel*, nempè posse mutuatorem aliquid accipere, quia se privat facultate pecuniæ negotiandæ. Privatio istius facultatis est pretio æstimabilis, inquit aliquis. Hæc patiter doctrina de medio tollit omnes usuras, idcirco improbanda tanquam antievangelica.

CAPUT IV.

De periculo amittendæ sortis. Nonnullæ opiniones laxæ refelluntur. Caput Naviganti *in suo vero sensu expenitur, rejectis aliorum commentis.*

I. QUÆST. I. *Quid, & quotuplex sit sortis periculum?* RESP. Est incertus amittendæ, vel recuperandæ sortis eventus. Duplex est: facti, & juris. Nunc de primo, postea de secundo. Ratione periculi facti non pauci juniores Probabilistæ defendunt, absque usuræ labe exigi in mutuo lucrum posse. Asserunt enim, omni mutuo insitum *semper* hoc periculum esse. Unum pro multis allego *P. Claudium Lacroix, qui lib. 3. p. 2. de Usura, n. 854.* hęc scribit *Sylvius, Serra, aliique apud Mendo in flatera disp. 6. n. 58. docuerunt SEMPER esse periculum sortis, quando datur mutuum: ideoque ratione periculi SEMPER posse aliquid exigi.* Neque Calvinus, neque Salmasius, neque cæteri usurarum patroni tam laxam doctrinam propugnant. Nam illi, dum mutuo traditur pecunia pauperi, aut diviti necessitate pressо, nihil exigi posse docent, solamque usuram negotiatoriam defendunt. Ideo clamant, quod Calvinistę catholici verbis improbent usuram abstractam, reipsa verò laxius cæteris eam sustineant. Si semper mutuo periculum inest, semper licitum lucrum est. Ubi ergo in mundo usura? Errorem hunc profligavit BENEDICTUS XIV. in sua *Encyclica* adversus usuram, *n. 3.* his verbis. *Sed illud diligenter animadvertendum, falso sibi quemquam, & non nisi temere persuasurum, reperiri SEMPER, & præsto ubique esse, vel una cum mutuo titulos alios legitimos, vel &c.* Lege commentarium nostrum in præfatam Encyclicam.

II. Alii juniores, ut aliquo fuco hunc errorem contegant, distinguunt periculum in *ordinarium*, & in *extraordinarium*. Ratione secundi, non primi, lucrum exigi ex mutuo posse defendunt. Periculum extraordinarium est, inquiunt, si mutuo tradas pecunias mutuatariis dubiæ fidei, prodigis, decoctoribus, lusui deditis, &c. Chimęrica paradoxa hęc sunt ad incrustandam usuram excogitata. Quis prudens mutuas dabit pecunias prodigis, decoctoribus, lusui deditis, litigiosis, & dubiæ fidei cognitis? alii juniores Probabilistę, misso hoc periculo extraordinario asserunt, posse pretium exigi in mutuo, quando hoc periculum facti verum, & non fictum est.

III. Propositio mea hæc est. *Lucrum ex mutuo ob periculum sortis amittendæ, sive ordinarium sit, sive extraordinarium, fœneratitium est.* Ubinam quæso in universa Scriptura sancta, ubi in Patribus istius periculi mentio? Sed distinguendum est periculum quod est apud creditorem, à periculo quod est apud debitorem: quæ duo pericula communiter confundunt juniores. De primo periculo nunc disseram. Hoc cuique mutuo inest: hoc enim ipso quod quis mutuatur ad aliquod tempus, adest semper verum periculum VIVI amittendi. Ergo si hujus periculi ratione exigi lucrum ex mutuo potest, nullum erit mutuum gratuitum, nulla inter Christianos usura. Periculum quod est apud creditorem, indè habere ortum potest, quod res mutuatarii desperatæ sint, vel erunt, vel possunt esse. In primo casu periculum evidens est, & certum. Sed nullus mutuator pecuniam suam tradet tali mutuatario, nisi charitate flagrans succurrere eidem velit cum sortis, & lucri dispendio. Similiter in secundo casu, dum nempè futura ruina mutuatarii previdetur, nemo prudens eidem pecunias credet. Tota ergo difficultas reducitur ad tertium casum, scilicet ad periculum possibile. Hoc periculum est, sed non certum, & inest cuilibet mutuo. Nam quilibet homo, etiam dives, ad miseriam reduci potest ob varias circumstantias: semper enim secutior est pecunia absolutè loquendo in manu mutuatoris quam mutuatarii. Si igitur ob hoc periculum possibile licitum lucrum est, nulla apud homines usura erit.

IV. Respondent *Diana, Tamburinus*, falsum esse cuique mutuo inesse periculum amittendæ sortis. Quoniam, inquiunt, mutuum est sine periculo, si mutuatarius pignus, aut fidejussorem tradat. Peregregiè. Sed acuti Probabilistę in casses semetipsos detrusserunt. Vi pignoris, vel assecurationis separati à mutuo periculum potest. Ergo sublato pignore, vel assecuratione, mutuo semper periculum inest. Ergo semper ex mutuo sine pignore, vel fidejussione, exigi lucrum poterit. Hęc autem doctrina antievangelica est, quia omnes usuras licitas facit.

V. Alia ratione evinco recensitæ opinionis falsitatem. Ut mutuator exigere ratione periculi dicti lucrum queat, suscipere in se periculum sortis debet. Atqui mutuator non suscipit amittendę sortis periculum. Ergo lucrum perceptum fœneratitium est. Quod mutuator non suscipiat in se periculum istud, veritas facti est. Nam si sors mutuo tradita, aut furto erepta, aut naufragio, aut in negotiatione pereat; mutuatarius, si solvendo sit, restituere sortem debet. Periculum ergo est penes non creditorem, sed debitorem: ergo injustè gravatur debitor, dum obligatur ad solvendum pretium pro periculo, cui non creditor, sed debitor ipse obnoxius est. Insistunt. Contingere potest ut debitor solvendo non sit, & decoctus evadat; & hoc in casu creditor sortem perdit: & hoc periculum est semper penes creditorem. Effugium va-

vanum est. Nam hoc periculum possibile, & remotissimum dumtaxat est. Nam omnes mutuatores, antequam pecunias suas fidant mutuatariis, eorumdem statum, subsitantias, cætera omnia severe expendunt: & dum periculum probabile sortis amittendę prevident, à mutuo abstinent. Ergo periculum istud remotissimum est, & cuiquam mutuo insitum. Si justus titulus esset repetendi pretii, nulla foret in orbe usura. Confirmatur. Si fur pœnitentia ductus furtum restituat, nihil pro periculo solvere cogitur, ut omnes fatentur: & tamen majus est periculum pecuniæ raptæ, quam pecuniæ mutuatitiæ. Non tenetur, inquiunt, fur pretium periculi solvere, quia nulla præcessit conventio inter furem, & dominum. Effugium ineptum. Nam nunc sermo est utrùm periculum istud justus titulus sit pretii solvendi. Quid respondes? Negas? Usura ergo est pretium pro illo exigere. Ais? Ergo potiore jure solvere fur quam mutuatarius tenetur. Conventio supponit titulum, sine quo conventio injusta est. Quandò adest verus titulus, etiam sine conventione solvi pretium debet. Quia damnum emergens verus titulus est, compensare hoc damnum fur astringitur, etiamsi nulla conventio præcesserit. Præterea finge aliquem per vim, & fraudem cogi ad mutuandum. Quid restituere violentus mutuatarius debet? Sortem, & omnia damna, quæ pati mutuator coactus est, quamvis nullum de his damnis refarciendis pactum præcesserit. Quid solvere debet pro periculo sortis amittendæ? Nihil omninò, ut omnes fatentur. Ergo periculum istud non est titulus pretii solvendi.

VI. QUÆST. II. *Quid dicendum de titulo quem excogitarunt Lugo, & Tamburinus?* RESP. Cardinalis de Lugo *disp. 25. sect. 6. num. 81.* & post ipsum Tamburinus *lib. 8. tract. 3. c. 8. §. 4. n. 1.* lepidissimum titulum excogitarunt aliquid exigendi supra sortem. Hic autem est molestia, mentis turbatio, animi angor, quem patitur mutuator in distrahenda, & numeranda pecunia, si mutuator meticulosus sit. En verba ejusdem Lugo. „ Si ergo posses ultrà sortem exigere, „ quando mutuum futurum tibi esset causa do„ loris capitis, poteris etiam exigere quando „ mutuum futurum tibi esset causa dolotis, & „ timoris interni propter periculum sortis amit„ tendæ: quia dolor ille, & timor, prout con„ tradistinctus á sorte ipsa, est aliquid quod in „ pactum possit pro pretio afferri.“ Clarius ibidem *n. 85.* confirmat hanc suam doctrinam Lugo. *Quia si ego, qui claudus v. g. sum, debeo sublite peculiarem molestiam, ut pecuniam ex domo auferam ad tibi mutuandum, quam molestiam alii non subirent, possem beat (N. B.) peculiare pretium exigere pro illa molestia à me subeunda. Si ergo similiter quia meticulosus sum, & pavidus, non possum tibi mutuare sine magno angore, & timore amittendæ sortis; videtur quod possim aliquid exigere pro hac molestia, & angore, sine quo ego tibi mutuare non possum. Hęc tamen aliorum judicio relinquo.*

VII. Hac doctrina admissa, horrenda consequuntur absurda. Claudi omnes liberi erunt ab usura, quia repetere ex mutuo pretium poterunt ob majorem in ferenda ex scrinio pecunia laborem. Qui oculorum hebetudine laborant, adhibere perspicilla in numerandis nummis debent, & ob hanc molestiam repetere pretium possunt. Quid de fœminis, quid de nobilibus pavidis, & meticulosis, qui quo sunt avariores, eo sunt pavidiores? Et pro majori pavore, & angore augendum pretium erit? Allata doctrina itaque falsa est, & omninò repudianda.

De celebri Cap. Naviganti.

VIII. Duplex sub initium periculum distinctum est. Alterum *facti*, quod est apud debitorem, quatenus debitor ex omnibus suis bonis tenetur in quocumque eventu etiam amissę sortis, & lucri tantundem restituere. Alterum *juris* quod creditor in se suscipit, novumque contractum init, quo sortem *assecurat*, ita ut si sors quocumque casu absque fraude, & culpa mutuatarii perierit, ipsi creditori pereat. Hoc periculum *juris* extrinsecum ipsi mutuo est, quia per novum assecurationis contractum suscipitur à creditore. Et tamen hoc quoquè periculum rejecitur á Gregorio IX. in Decretali ad S. Raymundum O. P. directa anno 1306. in qua hæc habentur. *Naviganti, vel eunti ad nundinas certam mutuans pecuniæ quantitatem, eo quod suscipit in se periculum, recepturus aliquid ultrà sortem, usurarius est censendus.* Si neque tum eum mutuator in se periculum recipit, licèt exigere pretium, quantò minùs id licebit cum totum periculum est penès mutuatarium?

IX. Multi juniores, criticos in hac causa agunt. Inquiunt mendosum esse pontificum textum, in quo deest particula *Non*, librariorum oscitantia prætermissa. Sed effugium istud ineptum, vanum, & commentitium est, ut fusè palam feci *diss. 1. c. 5. §. 2. de usur. contr. trini.* Non modò codices omnes carent particula *Non*, verum quod peremptorium est, S. Raymundus, ad quem, ut dixi, directa fuit Decretalis, textum pontificium refert absque prefata particula. Insistunt. In eadem Decretali adjicitur secundus casus, cujus initium est. *Ille quoquè qui dat, &c. non debet ex hoc usurarius reputari. Quis Grammatica*, ait quidam novissimus scriptor, non animadvertit illam particulam *quoquè* significare uniformitatem ad ante dicta? At Theologi in laudata Decretali duos contractus specie diversos legunt: *mutui* in primo casu; venditionis, & emptionis in secundo. Quæ uniformitas, quæso, inter hos duos contractus? Auctoritati S. Raymundi accedit auctoritas *Lancellotti, qui lib. 4. Instit. tit. 7. §. 10. de Usur.* Decretalis casum exponit his verbis: *Aliud autem juris, si quis naviganti, vel eunti ad nundinas certam pecuniæ quantitatem mutuatur, & ex eo quod in se mutuans periculum suscipit, aliquid ultrà sortem ut reciplat convenit: nam hic usurarius reputandus erit.* Quid plura? Glossa ipsa hoc quoquè modo casum exponit. *Aliquis mutuavit cer-*

negotia, undè ingentes proveniunt Reipublicæ utilitates. Lucrum quod percipitur à primo mutuo *consumptionis*, usurarium fatentur. Quod exigitur ex altero mutuo *negotiatorio*, licitum asserunt, dummodo moderatum sit, & patriæ legibus consentaneum.

III. Hæc vafra, & inepta commenta explodunt tum Scripturæ divinæ, tum Patres, *Levit.* c. 25. hæc habentur: *Ne usuras accipias ab eo, nec amplius quam dedisti.* Hæc particula *amplius quam dedisti* excludit omnem omnino accessionem additam sorti traditæ. Similiter Christus Dominus ait: *Mutuum date, nihil inde sperantes.* Hoc verbum *nihil* non excessum modo, sed quodcumque vel minimum incrementum improbat. Mitto Patrum testimonia, ne sim longus.

IV. Usura dividitur in *realem*, & *mentalem*. Realis est ipsum lucrum fœnebre. Mentalis est voluntas qua intenditur aliquid percipi ultra sortem vi mutui, tanquam debitum, licet id pacto aliquo non exprimatur. Dividi etiam solet in *lucratoriam*, *compensatoriam*, & *punitoriam*. *Lucratoriam* vocant lucrum illud quod vi mutui ultra sortem percipitur. *Compensatoria* est quæ ad damnum, quod patitur creditor, compensandum, exigitur. *Punitoria* est lucrum quod mutuatario moroso solvendum imponitur. Sola usura *lucratoria* est usura propriè dicta, & viciosa. Et hæc sola communiter usuræ nomine intelligitur.

V. Dividunt præterea usuram in *conventionalem*, & *necessariam*. Illa ex conventione debetur; hæc ex mora, seu ob dilationem solvendi pretium ex contractu venditionis, & emptionis, aut ob dilationem reddendi sortem mutuatitiam, redditur. Alii dividunt usuram in *formalem*, seu expressam, apertamque ex mutuo perceptam, & in *palliatam* seu *virtualem*, quæ aliis contractibus conficitis occultatur. Tributur etiam in usuram *fortis*, & in *usuram usuræ*. Lucrum quod percipitur ex sorte, vulgo *capitale*, dicitur ulura fortis. Usura usuræ est, quando non solvitur pactum lucrum, sed constituitur in sortem, ut iterum usuram pariat. Lucrum itaque ex lucro usurario vocatur usura usuræ, & ab Ulpiano dicitur *usura usurarum*. Posttemò apud Romanos alia erat usura *centesima*, seu qua solvebatur unum in centum quolibet mense, atque adeo duodecim in annum. Inferiores usuræ erant *deunces*, quæ solvebant undecim in centum; *dextantes*, decem; *dodrantes*, novem; *besses*, octo; *septunces*, septem; *semisses*, sex; *quincuntes*, quinque; *trientes*, quatuor; *quadrantes*, tres; *sextantes*, duo; *unciariæ*, seu *unciæ* unum in centum. Aliqui contendunt nomine *unciariæ* intelligi centesimam. *As* quippè *unciarius* constabat duodecim unciis. Cæterum communiter usuræ *unciariæ* habentur pro minimis.

VI. QUÆST. II. *Estne omnis usura, sive à divitibus, sive à pauperibus percepta, jure naturali, nedum divino prohibita?* RESP. Affirmant communiter Catholici. Fuso calamo hanc controversiam dispexi *tom. 7. lib. 2. diss. 3.* Paucis hîc eandem perstringam. In quolibet contractu, si quidpiam ultra justum pretium exigitur, justitia læditur. Dum in contractu mutui aliquid ultra sortem recipis, excedis mensuram justi pretii: ergo justitiam lædis. Nullus quippè titulus est vi cujus aliquid ultra sortem exigere valeas. Nam pecunia natura sua sterilis est. Rident fœneratores, dum audiunt pecuniam sterilem dici. At ipsi sese turpiter deridendos propinant, dum talia effutiunt. Etiam ager, inquiunt, sterilis est, domus sterilis est, & tamen ex eorum usu pretium solvitur. Resp. Stupidiores his se produnt. Domus usu deterior fit, ideo usus separatur à dominio. Si ruit domus, domino locatori ruit. Ager natura sua ferax est, licet adjuvari industria egeat, ut hos potius quam alios fructus pariat. S. ager alluvione, aut alio infortunio periit, domino perit. Sola pecunia mutuò tradita mutuatario perit. Ideo distingui in hac usus à dominio nequit. Quid ad hæc usuratum patroni? Si locari pecunia, quemadmodum domus, ager, equus potest, cur pecunia sola perire mutuatario debet, & cætera omnia locatori? Perspicuum responsum præbeant. Nunquam aliud dabunt, nisi quod pecunia usu civiliter consumitur, & ab hoc usu inseparabile dominium est. Ut paritas urgeat, mutuatores debent subjacere periculo pecuniæ, sicut locatores subjacent periculo equi, domus, agri. Nolunt hoc. Nollint ergo, & lucrum necessum est. Negant usurarum patroni, lucrum ex pecunia mutuo tradita pauperibus exigi posse. Et tamen ex domo, agro, equo locatis pauperibus lucrum jure percipitur. Ergo non benè ratiocinantur, dum ex lucro percepto ex locatione domus, agri, equi, inferunt exigi lucrum posse ex pecunia mutuo tradita.

VII. Opponunt rursus fœneris patroni. Tametsi pecunia sterilis sit natura sua, equivalet tamen rei frugiferæ. Nam pecunia emuntur prædia, domus, & alia quæ fructum pariunt. Nec campus parturit pecuniam, sed quia parit fructus, ex quibus pecunia colligitur, frugifer dicitur. Similiter licet pecunia non pariat pecuniam, quia tamen pecunia comparantur res frugiferæ, dicenda fecunda est, non secus ac campi, domus, &c.

VIII. Verba hæc sunt nulli solido fundamento subnixa. Mutuatarius emere res frugiferas jure valet, quia dominus pecuniæ est. Si prædium pecunia mutuatitia emptum evadat evictum, si flumine absorbeatur, si domus incendio pereat, cui perit? Mutuatario. Mutuatori vero inregra reddenda sors est. Edisserant nobis isti, qui ostentare solent juris naturalis peritiam, quodnam jus naturale præscribat ut ille qui non patitur incommodum, experiri commodum debeat? Omnia mutuatario pereunt, & pecunia mutuatitia, & quæ pecunia empta sunt. Nullum istius jasturæ periculum sive incommodum subire vult mutuator. Si vero mutuatarius sua industria, obsecundante fortuna, aliquid lucretur, istius lucri partem sibi vindicare mutuator audet? Quodnam jus naturæ, quæsum equitas hoc permittit?

XI. Insistunt iterum. Usura moderata utilis est Reipublicæ. Ea sublata concidunt commercia, nundinæ, & omnia turbantur. Pecunioli homines gratis mutuatari recusant. Tot mercatores, tot artifices negotia sua agere absque pecunia mutuatitia nequeunt. Tolle moderatas usuras, & negotia sustulisti.

X. Quid ergo? An christiana Religio humanam diximit societatem, civilia destruit commercia, divitias, & mercaturam amplificare interdicit? Nequaquam. Immo hæc omnia ad æquitatis leges revocat, eorumque usum sobrium, moderatumque homini infirmo, & divitiarum siti laboranti permittit. Expergiscantur usurarum patroni, & è tenebris tandem emergant. Hactenus palam feci uturæ iniquitatem spectato solo naturæ jure, & omni alia circumstantia sublata. Nunc vero ajo, quod etiamsi usura, omni præcisione facta, liceret, tamen in hoc lapsæ, corruptæque naturæ statu, existosa humanæ societati, civilique commercio esset, atque adeo prohibenda foret. Ex peccato originali duo, inter cætera, gravissima vulnera contraxit homo, nempè concupiscentiam carnis, & divitiarum. Tanto impetu in divitias, quibus omnes suas explet appetitiones, abripitur, ut nullum sibi præfixerit modum. Finge usuram commodam fuisse homini sano, suarumque cupiditarum absoluto moderatori. Propterea ne homini infirmo, vulnerato, & pecuniarum impotenter sitibundo expediet? Salubris viro sano vini potus, venenosus esse vito ægrotanti potest. Audiant isti fœneratores Christi Jesu severissimas declamationes in homines ditescendi cupidos. *Væ vobis divitibus.... Agite nunc divites, ululate ululantes. Facilius est camelum per foramen acus transire, quam divitem intrare in regnum cœlorum.* Audiant Apostolum Paulum detonantem: *Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & in desideria multa inutilia, quæ mergunt homines in interitum, & perditionem.* Ecce iterum erigant intentas: *Radix enim omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes erraverunt à fide, & inseruerunt se doloribus multis. Tu autem, ô homo Dei, hæc fuge, sectare vero justitiam.* 1. ad Timoth. c. 6.

CAPUT III.

Quædam quæstiuncula de usura resolvuntur.

I. QUÆST. I. *Datorne materiæ parvitas in usura peccato?* RESP. Negant aliqui. Verum cum usura adversetur justitiæ, sicut datur materiæ parvitas in aliis contra justitiam culpis, ita & in usura admittenda videtur. Quæstionem hanc fusius non discutio, quia ad praxim quod attinet, frustranea est. Quis enim fœneratorum pecuniæ plurimum mutuum tradit ob lucrum unius, aut alterius julii?

II. QUÆST. II. *Sitne pecunia perfecte numerata æstimabilior absente, & titulus accipiendi aliquid ultra sortem?* RESP. Affirmat Caramuel, *lib. 2. Theol. Mor. disp. 14.* ubi plures alios laudat. Hæc opinio est falsa, laxa, & ab Innocentio XI. merito proscripta in *thesi 41.* ex hac opinione sequeretur omnem usuram licitam esse.

III. QUÆST. III. *Licitumne est aliquid accipere supra sortem ob molestiam ortam ex privatione pecuniæ mutuo traditæ?* RESP. Caramuel *loc. cit.* festivis verbis hanc quæstionem proponit, & doctrinam evangelicam jocosè deludit. Pauca ejusdem verba transcribo. *Est verè aliqua recreatio in videndis rebus pretiosis, cur non, & in possidendis? Pro audiendis comœdiis, vel videndâ bestiâ datur pretium: & nemo contradicit: cur non pro videndis, vel possidendis optimis auri partibus? Ratione ergo hujus molestiæ à carentia pecuniæ subortæ, præciso omni alio periculo, posse quid supra sortem accipi, affirmat Medina; & D. Thomæ interpretes q. 78. art. 1. judicant speculativè probabile. Dicastillus contradicit, & inquit:* „ Mihi hæc sententia, & specu„lativè improbabilis, & moraliter in praxi vi„detur perniciosa. " *Videte Censorium Catonem severe supercilio doctrinam condemnantem. Audite tamen, n. 154. sibi contradicentem.* Relata contradictione, qua Dicastillus probat doctrinam, quam pernicio lam asseuerat, sic resumit discursum suum Caramuel. *Parturiunt montes, & nascetur parvulus mei. Cur ilia dicta prius? Sententia quæ à paucis hactenus erat speculativè improbabilis, practicè periculosa, jam tandem asseritur vera. Veritas tamen est veritas, & tametsi aliis ideis præveniri eam condemnet, tamen offulget, & se ipsum condemnatos, ejus sinceritatem propagabit.*

IV. Papæ! Qui opiniones laxas scandali plenas tefellunt, severi sunt *censorii Catones*, qui de supercilio loquuntur. Errorem gravissimum *fulgentem veritatem* appellat Caramuel? P. Lessius *lib. 2. cap. 20. D. 14. num. 103.* & ipse ut probabilem exhibet opinionem damnatam, quæ ob pecuniæ *carentiam*, & voluntatem non repetendi mutuum intra certum tempus aliquid exigit. *Quia* inquit, *sicut aliis rebus, & oneribus potest aliquod pretium imponi, ita etiam oneri carendi sua pecunia tanto, vel tanto tempore. Cum enim pecunia sit instrumentum negotiandi, & privare se instrumentum suæ artis sit pecunia æstimabile, cur non etiam mercatores poterunt carentiæ pecuniæ pretium aliquod communi consensu imponere, præsertim si ratio boni communis id postulet?* Subdit tamen, non esse tam laxas habenas mercatoribus dandas, quia sententia hæc nova est, ac proinde non est facile admittenda. Si falsa, semper rescienda. Quare toto ostio aberravit P. Nocetus, qui excusare ab hac laxitate suum Lessium infelici conatu studuit. P. Thomas Tamburinus incertam sibi esse ait hanc doctrinam Caramuelis.

IV. Hæc cursim indicavi, ut hinc lector colligat, quo nova *theologicandi* ratio impellat vel ipsos Theologos probos, doctosque, qualis præcipuè fuit P. Lessius. Hæc doctrina *Caramuelis* penitus destruit dogma evangelicum contra usuram, ideo damnata ab Ecclesia est: sicut pro videnda *comœdia*, *vel bestia* pretium solvitur, ita pro videndis, possidendisque auri partibus? Semper ergo licita usura erit. Nam mutuo dari pecunia nequit sine privatione visionis ejusdem. Et quo avariores homines sunt, eo majori afficiuntur tristitia, & molestia, dum se eadem ad tempus privant. Ergo si homines avari ob tristitiam

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

CAPUT V.

De Damno emergente.

I. QUÆST. I. *Quid sit damnum emergens?* Est detrimentum illud quod solius mutui causa patitur mutuator. Pecunias paratas habes ad domos ruinosas refarciendas, vel agros colendos, vel ad triticum emendum pro toto anno. Charitate succensus has pecunias mutuas tradis fratri egenti. Si heinc ædes diruantur, agri inculti maneant, damnum quod sustines, compensandum jure est. Hoc est damnum emergens, quod deduci in pactum potest. Quis est qui tale subire damnum velit ut mutuo succurrat fratri egenti? Rarissimi sunt; & tamen nihil frequentius aliqui in ore habent quam damnum emergens.

II. Quamobrem plures conditiones necessariæ sunt ad verum damni emergentis titulum. 1. Quod damnum verum sit, certum, & reale. 2. Quod ratione mutui unicè emergat. 3. Quod mutuum sit causa per se, & non per accidens talis damni. 4. Quod hoc damnum manifestetur mutuatario. 5. Quod damnum in pactum deductum non compensetur, antequam emergat. 6. Quod servetur æqualitas damnum inter, & compensationem.

III. Heinc evidenter falsa est opinio docens, non esse usuram, si ex mutuo 100. aureorum certo sis accepturus detrimentum aureorum decem, *etiamsi non monito mutuatario de hac damno, paciscaris tibi restituendi* 110. Hæc opinio est contra quartam indicatam conditionem. Injustitia manifesta est quod mutuatarius subire onus, illudque solvere debeat absque suo consensu.

IV. QUÆST. II. *Periculum damni emersuri est ne verus titulus, ut cujus fieri conventio possit aliquid supra sortem solvendi?* RESP. Jam dictum est supra, periculum esse incertum rei eventum. De periculo sortis amittendæ dictum quoquè satis est: de periculo damni quod causa sortis mutuo traditæ evenire potest, dicendum nunc est. Affirmant aliqui juniores, quorum sententia mihi falsa est. Quoniam titulus qui licitam reddit accessionem supra sortem, est damnmum verum, reale, & certò futurum, quodque non compensatur nisi post eventum. Si enim damnum non evenit, recompensatio habere locum nequit. Si tamen mutuator probabiliter prævideret futurum damnum determinatum, posset cum mutuatario pacisci de compensatione futura in casu quo eveniret causa mutui damnum illud. Dixi determinatum, ut excluderem damna indeterminata, & aliundè obvenientia. Debet ergo mutuator perspicuè declarare tale damnum in individuo, quod futurum timet, ut posita conditione eventus, teneatur mutuatarius illud compensare.

V. Heinc collige, nunquam, licitum esse quidquam ultra sortem exigere ob solum periculum probabile, sivè probabilissimum damni emersuri, nisi reipsa emergat. Probabilistarum nonnulli id adfirmant, immò etiam aliqui non Probabilistæ. Sed hæc opinio evidenter falsa est, & omnibus usuris viam aperit.

VI. QUÆST. III. *Utrum liceat initio contractus pactum pœnæ conventionalis, si debitor sit in mora?* RESP. Debitor est in mora, & morosus nuncupatur, dum præstituto tempore debitum non solvit, quando solvere potest, & omittit. Duplex mora: altera *ex re*, quæ seipsa monet debitorem ut solvat; altera *ex persona*, dum debitor monitus à creditore ut solvat, negligit solutionem. Præfatum pœnæ conventionalis pactum, mutuo consensu firmatum plures juniores defendunt: *Henricus à S. Ignatio, & P. Billuart* vocant hanc sententiam communem.

VII. Opinio probabilior mihi hæc est. *Pœna conventionalis, nisi interveniat id quod interest creditoris, seu nisi imponatur pro quantitate damni emergentis, usuraria est.* Evinco. Ideò pactum *pœnæ conventionalis* de accessione supra sortem in mutuo licitum dicitur, quia mutuator hoc pacto servat se indemnem. Sed pactum istud ineptum est ad servandum indemnem mutuatorem, nisi imponatur pro quantitate damni emergentis. Ergo fœnebre est. Patet prima propositio. Mutuator ideo adjicit pactum pœnæ solvendæ, vel quia timet sortem esse in periculo post præfinitum tempus, vel quia prævidet mala sibi imminere, si præstituto tempore sors non reddatur, vel denique quia existimat pactum istud esse stimulum ad solicitandum debitorem, ut solvat. Prima ratio est manifestum usuræ pallium. Qui enim timet non esse restituendam sortem, puta centum, magis timere debet non esse reddendum 105. Sed exigere lucrum ob periculum amittendæ sortis est usura, ut supra ostendi. Ergo in casu de quo disserimus, pœna conventionalis est pallium usuræ. Si secundum afferant adversarii, nobiscum sentiunt. At ipsi expresè afferunt, licitum esse lucrum pacto pœnæ conventionalis impositum, seclusis titulis damni emergentis, & lucri cessantis. Quod enim pœna hæc imponi queat ad compensandum damnum emergens, omnes fatemur. Tertium momentum inane est. Nam si mutuator prævideat mutuatarium fore infidum, & contumacem in differenda sortis restitutione, nunquam credet ei pecuniam suam; aut pignus, vel fidejussorem exiger.

VIII. Licitum itaque est pactum pœnæ conventionalis, quandò revera occurrit id quod interest mutuatoris, nempè damnum emergens, & lucrum cessans, infra explicandum. Utique jura plura approbant pœnam conventionalem, nullo habito respectu ad id quod interest creditoris, sed, ut observat Honoratus Leotardus celebris Jurisconsultus *de Usur. q.* 81. hæc jura sunt abrogata, sicut & illa quæ usuras moderatas concedebant. Rem clarius explico. Mutuo trado tibi centum infra annum solvenda: elapso anno in pœnam moræ, nisi restituas, conventio me inter, & te peragitur, ut debeas solvere decem. Si revera damnum decem passurus sim in casu dilatæ solutionis non ex impotentia, sed ex malitia, tùm justè accipiam decem, posito quod tale damnum passus sim; si minus damnum passus sum, minus accipere

debeo; si nihil damni mihi evenit, nihil exigere valeo, quia acciperem ex mutuo, quod est usura; si denique majus damnum passus sum, plus exigere valeo, ut sit æqualitas inter damnum, & compensationem. *Pœna conventionalis* non est pretio æstimabilis: imponitur ad terrorem, & apparientiam. Idcircò quandò creditor nihil mali patitur, nihil exigere vi pœnæ conventionalis potest. Si plura cupis de hac pœna, lege *tom.* 7. *lib.* 3. *Diss.* 3. *cap.* 14. §. 3. & 4.

CAPUT VI.

De lucro cessante, ejusque conditionibus.

I. ALtum apud omnes Patres istius tituli silentium, ut etiam advertit Dominicus Soto *lib.* 6. *q.* 1. *art.* 3. S. Thomas expresè illum improbat, quidquid cavillentur nonnulli. Item Durandus, Scotus, Innocentius super cap. *Naviganti*, doctissimus P. Ignatius de Camargo, & alii hunc titulum rejiciunt. Primus qui hunc titulum lucri cessantis cum timore, & pavore propugnavit, fuit *Conradus Summenhart* pluribus conditionibus septum. Post Sylvester, Cajetanus, Adrianus, qui fatentur doctrinam hanc esse *modernorum*.

II. QUÆST. I. *Quid sentiat S. Thomas de hoc lucro cessante?* RESP. Apertè negat, aliquid exigi posse supra sortem ratione lucri cessantis, absolutè loquendo. Sic enim 2. 2. q. 78. art. 2. ad 1. *Dicendum, quod ille qui mutuum dat, potest absque peccato in pactum deducere cum eo qui mutuum accipit, recompensationem damni, per quod subtrahitur sibi aliquid, quod debet habere. Hoc enim non est vendere usum pecuniæ, sed damnum vitare: & potest esse quod accipiens mutuum, majus damnum evitet, quam dani incurrat. Unde accipiens mutuum, cum sua utilitate damnum alterius recompensat. Recompensationem verò damni quod consideratur in hoc quod de pecunia non lucratur, non potest in pactum deducere: quia non debet vendere id quod nondum habet, & potest impediri multipliciter ab habendo.*

III. Opponit post allos Thomistas Sylvius ex 2. 2. *quæst.* 62. *art.* 4. hunc S. Thomæ textum. *Dicendum, quod quicumque damnificat aliquem, videtur ei auferre id in quo ipsum damnificat. Damnum enim dicitur ex eo quod aliquis minus habet quam debet habere. . . . Et ideò homo tenetur ad restitutionem ejus in quo aliquem damnificavit. Sed aliquis damnificatur dupliciter. Uno modo quia auferetur ei id quod actu habebat; & tale damnum est semper restituendum secundum recompensationem æqualis: puta, si aliquis damnificet aliquem diruens domum ejus, tenetur ad tantum, quantum valet domus. Alio modo si damnificet aliquem, impediendo ne adipiscatur quod erat in via habendi; & tale damnum non oportet recompensare ex æquo: quia minus est habere aliquid virtute, quam habere actu: qui autem est in via adipiscendi aliquid, habet illud solum secundum virtutem, vel potentiam. Et ideò si redderetur ei, ut haberet hoc in actu, restitueretur ei quod est ablatum, non simpliciter, sed multiplicatum: quod non est de necessitate restitutionis . . . . . Tenetur tamen aliquam recompensationem facere secundum conditionem personarum, & negotiorum.*

IV. Familiare est omnibus illis qui Sanctorum implicare, & obscurare doctrinam conantur, aliquid aucupari dictum omninò extra controversiam, ut loculentissimis testimoniis fucum faciant. Loco à me citato expresè, & ex instituto. S. Thomas loquitur de lucro cessante; & adeò apertè, & clarè negat vi ejusdem quidquam percipi supra sortem posse, ut nihil reponere solidi adversarii valeant. Idcirco ad aliam quæstionem citatam afflictam causam appellant. Tantum verò abest ut illis faveat, ut & ibi illorum doctrinam labefactet. Manifestum est ibi S. Doctorem loqui de vero damno quòd invitus creditor patitur á debitore moroso illatum. Idque evidentius constat ex arg. 2. quod sibi ibidem opponit inquiens: *Ille qui dedit pecuniam creditorit ultra terminum præfixum, videtur enim damnificare in tanto eo quod lucrari de pecunia posset, quod tamen ipse non auferet. Ergo videtur quod aliquis teneatur restituere quod non abstulit.* Cui objectioni sic respondet: *Ille qui habet pecuniam, nondum habet lucrum in actu, sed solùm in virtute: & utrumque potest multipliciter impedire.* Debitor ergo morosus, de quo hic certè loquitur S. Thomas, non tenetur compensare totum damnum quòd ex carentia pecuniæ creditor patitur, quia lucrum pecuniæ potest multipliciter impediri. Distinguendus inquit Angelicus, mutuator, qui sponte se pecuniæ lucro privat, á debitore moroso, qui vim infert mutuatori, dum tempore præfinito pecuniam non restituit. In primo casu allegari non potest titulus lucri cessantis, cum huic titulo sponte, & liberè renuntiet mutuator, dum liberè mutuum dat. Alloquin abstineat à mutuo, si velit sua pecunia lucrari. In secundo casu licitum lucrum est, quia mutuator invitus sustinet vim sibi á debitore illatam. Non debet tamen, inquit Angelicus, totum damnum recompensari, quia lucrum pecuniæ potest multipliciter impediri. Hanc esse S. Thomæ mentem fatetur vel ipse Cajetanus, qui in assequenda Angelici mente, & Sylvio, & cæteris interpretibus valdè præstat. Accedit ratio extrinsecus accersita. Tempore S. Thomæ nemo unus Theologorum propugnavit titulum lucri cessantis. Potrò S. Thomas nunquam recessit á doctrina communi Theologorum sui temporis. Futile, & ineptum est quod obtrudi solet, Angelicum sibi contradicere, nisi admittatur mutuatorem voluntarium posse exigere lucrum ratione lucri cessantis. Nam loco à nobis allegato de mutuatore voluntario, loco verò ab adversariis opposito loquitur de debitore moroso. Ubi ergo vel umbra contradictionis? Et aliundè consistit sana doctrina. Hinc sit.

V. QUÆST. II. *Utrum mutuator ultroneus possit aliquid exigere ratione lucri cessantis?* RESP. Illi ipsi Theologi, qui defendunt titulum lucri cessantis, inter alia duo postulant. 1. ut pecunia mutuo tradenda sit negotiationi verè, & reapse destinata. 2. ut mutuator velit potius ex negotiatione quam ex mutuo lucrari. Ergo necessario fateri debent, non posse mutuatorem ultroneum de lucro

cessante pacisci. Quare falsa est doctrina Bonacinæ, qui de *Contr. disp. 3. q. 3. p. 4. n. 12.* inquit: *Et hoc valet, etiamsi mutuator se offerat ad mutuandum, ut inquiunt multi ex Doctoribus contra Conradum, quæst. 30. & apud Emmanuelem Sa.*

VI. QUÆST. III. *Quot conditiones assignant propugnatores lucri cessantis, ut in pactum deduci queat?* RESP. Conradus Sunhemart, qui juxta Sotum primus fuit qui lucrum cessans titulum reputavit sufficientem ad aliquid exigendum supra sortem, octo requirit conditiones. 1. Quod lucrum istud verè, & non fictè cesset. 2. Accessio exacta supra sortem non debet excedere lucrum istud. 3. Necesse est ut mutuator malit lucrum ex negotiatione, quam ex mutuo. 4. Lucrum cessare debet præcise ratione mutui. 5. quando mutuum cadit sub præcepto charitatis, nullum exigi lucrum potest, sed solum quando est meri consilii. 6. Abesse scandalum debet tam activum, quam passivum. 7. Exactio lucri fieri nequit antè, sed solum post tempus quo mutuator lucrum obtineret. 8. Nequit totum lucrum exigi, sed diminuendum est juxta expensas, pericula, labores, & alia quæ necessaria erant ad lucrum assequendum.

VII. Posteriores auctores ad quatuor redegerunt conditiones istas. 1. Ut mutuum sit revera impedimentum lucri cessantis. 2. Ut mutuator non habeat aliam pecuniam otiosam. 3. Quod lucrum ex negotiatione sit probabiliter futurum. 4. Quod mutuator moneat mutuatarium ante contractum, & secum paciscatur.

VIII. Continuo ac aliqua opinio favens cupiditati invecta est, tractu temporis laxior evasit. *Sunhemart* exigit quod lucrum verè, & reipsa cesset: novissimi juniores requirunt duntaxat, quod lucrum sit *probabiliter* futurum. Lucrum istud debet esse certo moraliter futurum saltem in genere, & solum quantum ad quantitatem majorem, vel minorem dubium. Quod est enim tantum probabiliter futurum, est simul probabiliter non futurum, seu est indifferens ad futuritionem, & non futuritionem. Hæc autem indifferentia vendi nequit.

IX. Fuso calamo *tom. 7. lib. 3. diss. 3. c. 15.* pluribus §§. explicui has conditiones, & laxas opiniones plurium, præsertim *Bonacinæ, Lessii, Tamburini*, & aliorum oppugnavi. Ad hunc locum, ne longus sim, te remitto. Hic paucis sententiam meam, quam similiter ibidem explicui, perstringam.

§. Unicus.

Auctorit consilium.

I. *Consideratio prima.* Exoro te, Lector, ut evangelicam legem, missis parumper casuisticis commentis, in mentem revoces. Seriò quæso meditare illud: *Facilius est camelum, &c.* & rursus aliud: *Væ vobis divitibus, &c.* & iterum illud: *Qui volunt divites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, &c.* Secundum hanc legem, non secundum Casuistarum opinationes, judicandus eris. De damno emergente loquuntur antiqui Patres; de lucro cessante profundum apud eosdem silentium. Nihil hodie avari homines ad fœnera facanda invenerunt, quod oppositum ab antiquis avaris Basilio, Gregorio, Ambrosio, Hieronymo, Augustino non fuerit. Videbant & commercii, & negotiationis necessitatem: nec minus quam juniores Theologi æstuabant æternæ hominum salutis desiderio. At non propterea legis evangelicæ severitatem delinierunt, nec titulum lucri cessantis approbarunt; sed quo acutiores homines erant in usuræ palliis, & larvis excogitandis, eo ipsi vehementius in fœnora invecti sunt. Quorsum tam ardenter usuras damnassent, si uno, aut altero verbo, & fuco adjecto, usuræ in nihilum occiderent?

II. *Consideratio secunda.* Si opiniones consistent, quas juniores Moralistæ excogitarunt, & quarum aliquas indicavi, & plurimas recensui *tom. 7. loc. cit.* exularet à mundo omnis fere usura. Et illi soli fœneratores essent qui talium auctorum ignorarent opiniones. Calvinus, Molinæus, Salmasius, Budæus, & cæteri hæretici juniores à Luthero ipso in hoc recedentes usuras moderatas negotiatorias à divitibus exactas propugnant, secus à pauperibus, & indigentibus. Nonnulli Moralistæ probi alioquin, & docti catholici, qui usuras omnes damnant, & pro hæreticis habent, qui illas sive mordentes, sive moderatas, sive parvas defendunt, tot titulos excogitarunt ad honestandum lucrum ex mutuo, ut ad praxim quod attinet fœnera fere omnia de medio sustulerint; & ipsis Lutheranis laxior videtur doctrina quorumdam nostrorum Moralistarum de usura, à quocumque exigenda ratione alicujus tituli ab iisdem conficti, quam propria sententia de usura moderata negotiatoria à solis divitibus repetenda. Quarè Franciscus Budæus Lutheranus in *Inst. Theolog. moral. 2. p. c. 3. sect. 5. §. 27.* adversus Catholicos obganniens sic bacchatur. *Turpiter autem hic se traducunt Pontificiorum Moralistæ, qui dum aciter contendunt omnes usuras esse illicitas, adeò ut hæresi sit si fœnus carere peccato dicatur, lepidissimis tamen commentis, aliisque rebus impositis nominibus, usuris iniquissimis locum concedunt.* Insoris summa Lutheranus homo traducit indiscriminatim Moralistas Pontificios, quia istorum aliqui aberrarunt, & usuras pia intentione decepti fucarunt. Istorum opinationes plures damnavit Ecclesia catholica, & alias tolerat, sed non probat. Immò graviores Ecclesiæ catholicæ Theologi istorum laxas opiniones refutant, & convellunt. Sed his missis ad rem venio.

III. *Consilium meum* paucis expono. Recompensationem damni emergentis juxta regulas supra traditas cum antiquis Patribus, & Theologis probo. Lucri cessantis titulum ob moram culpabilem debitoris admitto. Ad merum lucrum cessans quod attinet, quod nempè cessat mutuatori libero, vix ego alicui auctor ero, ut hoc titulo quidquam lucretur. Occurrere ne aliquando casus possit, in quo licitum sit lucrum istud, ignoro. Unum scio vix in praxi omnes conditiones illas ocurrere quas vel ipsi adversarii pro justo lucro requirunt. Et tamen si vel una deficiat, ipsis fatentibus, lucrum fœnebre est. Interrogentur omnes mutuatores, qui continenter mutua tradunt, num

num meissoria has conditiones teneant. Risu excipient interrogationem. Homines lucro inhiant, & pecuniarum cupiditate abripiuntur. Concupiscentia carnis, & cupiditas divitiarum duo sunt scopuli, ad quos communiter homines impingunt, & æternum naufragium patiuntur. Pietatis, & beneficentiæ fuco usuras incrustant. Quid? Si charitatis præceptum urgeat, gratis tradendum mutuum est. Quando consilium suadet, abstinere sine crimine à mutuo potes. Cur ergo mutuum tradis? Ut succurras amico postulanti mutuum? At si subvenire amico negligis, & à peccato, & à peccandi periculo liber es. Ergo manifestè stultus es, qui cum periculo æternum pereundi distrahere pecuniam tuam vis, quando absque peccato retinere in arca pecuniam tuam vales. Verum reipsa stultus non es, sed manifestus fœnerator, quia non animo succurrendi amico, sed cupiditate lucrandi ex mutuo, tradis pecuniam mutuam. Quamobrem, ad praxim quod attinet, juxta ipsos lucri cessantis patronos, communiter mutuatores usurarii sunt, quia vix unus ex centum servat conditiones quas illi ipsi præscribunt. Communiter plures pecunias conservant mutuò tradendas, quia securius, & minori molestia lucrantur ex mutuo quam ex aliis contractibus: ideo, his contractibus missis, mutuo negotiantur, & fœnerantur. Ajunt utique ore, se posse alios contractus inire, sed reipsa mutuum exercere volunt, quia hac via facillus avaritiæ indulgent.

IV. Cæterum si quis vero charitatis zelo succensus erga indigentes, & animo christiano iisdem succurrendi, excluso omni cupiditate lucrandi ex mutuo, omitteret emere parata, & prompta prædia, promptasque merces, ut medio mutuo succurreret indigenti, nec ipse improbare auderem, si proportionatam lucri, quod sponte omittit, ut officium beneficentiæ exerceat erga indigentem recompensationem exigeret. Verum quia in praxi vix hoc contingit, & me latet an studio adjuvandi indigentem, an cupiditate lucrandi ex mutuo id præstent mutuatores, ideo nemini consulerem, ut ratione lucri cessantis accessionem supra sortem mutuo traditam exigeret. Aliorum sententiam in hac causa nec approbo, nec improbo. Sed doctrinam, quæ tempore Innocentii III. communis erat, quæque à peccato, & à periculo peccandi liberat, consulo. Si plura cupis, lege *tom. 7. lib. 3. diss. 3. cap. 15.*

CAPUT VII.

De usura mentali, & de pactis mutuo adjectis.

I. QUI mutuum tradit ex intentione, & spe, ut lucrum assequatur tanquam sibi debitum, licet nullum pactum sive tacitum, sive expressum interveniat, usuræ peccatum committit.

II. Usura mentalis duplex. Altera, quæ intra mentem sistit omni actione exteriore secluſa, cum quis videlicet, quamquam cum spe accessionis supra sortem mutuum det, tamen delusus nihil præter sortem recipit. Hæc nunquam onus restitutionis inducit. Altera, quæ actum exteriorem conjunctum habet, scilicet cum quis citra pactum expressum, juxta spem accessionem recipit; & hæc affert debitum restitutionis. Distinguitur hæc à reali usura, quia realis præter acceptionem realem adjicit pactum; seu usura realis accipit accessionem supra sortem ex pacto aut tacito, aut expresso. Contra mentalis accessionem sperat, & recipit, omni exteriori pacto sublato.

III. QUÆST. I. *Licetne sperare aliquid ex mutuo?* RESP. Licitum est cuique sperare benevolentiam, & amicitiam. Lucrum vero sperare nullo modo licet, ut ex evangelico textu patet, neque tanquam ex benevolentia *debitum*. Idcircò Innocent. XI. hanc damnavit thesim: *Usura non est, dum ultra sortem aliquid exigitur tanquam ex benevolentia, & gratitudine debitum; sed solum si exigatur tanquam ex justitia debitum.* Exigere itaque, vel sperare aliquid tanquam ex benevolentia, & gratitudine debitum usura est. Cajetanus, Serra, Pradus, quos sequuntur plures juniores, docent non modo licitum esse sperare in mutuo lucrum ex benevolentia, & ex gratitudine, sed insuper manifestare te posse hanc intentionem, ajunt, dicendo te sperare officia amici, & beneficium mutui foro remunerandum, dummodo ex pacto nulla imponatur obligatio. Salmanticenses inquiunt, non esse coram avaris exponendam. Si falsa est, uti est, neque coram avaris, neque coram aliis proponenda est. Tamburinus *lib. 8. cap. 8. §. 2. n. 6.* docet, *licitum per se, & speculative esse, mutuantem etiam antequam mutuet, rogare, vel excitare mutuatarium, immo & cum illo pacisci, ut aliquid supra sortem impertiatur ex mera liberalitate, verè voluntariè, quia nihil expectatur vi mutui. Ita Molina.* Pallíola usuræ *speculativè* proponuntur, & cæteri ad praxim reducunt, & fœneratores iisdem se induunt.

IV. *Mutuum date nihil indè sperantes*, inquit Christus. Mutuator absolutè gratis mutuum tradat, ita paratus, ut cessante quacumque remuneratione, mutuum traderet. Si hanc absolutam voluntatem aliqua spes gratuitæ remunerationis comitaretur, non esset usuræ mentalis damnandus, ut docet S. Tho. Cæterùm si lucri spes esset causa principes, ab usura liber non esset. Improbandi tamen sunt mutuatarii, qui liberalitatis, & grati animi officia exhibere negligunt. Propter avaritiam mutuantium, & infidelitatem, & ingratitudinem debitorum accipientium mutuum, charitatis officia exulant à Christianis plurimis.

V. QUÆST. II. *Qui celebravit contractum usurarium bona fide, potestne retinere lucrum, cognita usura, dum poterat alium licitum contractum inire?* RESP. Affirmant aliqui; sed hæc opinio falsa mihi est. Conditiones quæ adjici solent, licet laxitatem temperent, probabilem tamen, ut ego quidem arbitror, opinionem non efficiunt. Siquidem mutuator reipsa consentit in contractum fœnebrem. Ejus habitualis dispositio ad celebrandum alium contractum justum non tollit quin hic & nunc consentiat in usuram, ut vocant, *materialem*. Quod bona fide recipiat lucrum, non impedit quominus cognita lucri usura, restituere de-

beat. Qui bona fide vendit supra justum pretium, cognito errore restitutioni obnoxius est. Bona fides excusat à peccato, secus ab onere restitutionis. Vide *tom. 7. lib. 3. diff. 3. cap. 17.*

VI. QUÆST. III. *Cujus sunt fructus pignoris traditi mutuatori in assecurationem sortis?* RESP. Sunt mutuatarii, quia penes hunc pignoris dominium manet. Res autem quælibet domino suo fructus parit.

VII. QUÆST. IV. *Licitumne est pactum legis commissoriæ in pignorum traditione?* RESP. Hoc pactum perperam lex vocatur. Est enim vera conventio, ut pignus sit mutuatoris, quando præfixo tempore sors non restituitur. Illicitum esse hoc pactum leges decrevere, & hoc adfirmant omnes: quoniam pignus communiter sortis mutuatitiæ excedit pretium.

VIII. QUÆST. V. *Quid de usuris pupillaribus & dotalibus dicendum?* RESP. Usuras pupillares vocant, quas tutores, & curatores ob fraudem in administranda pupillorum pecunia solvere debere contendunt aliqui: ut quando pecuniam pupilli in proprium commodum tutores convertunt; aut quia præfatam pecuniam otiosam servarunt: aut quia pupillis non succurrerunt tempore necessitatis. In his, & similibus casibus pupillis usuras deberi jus civile decrevit. Sed hoc jus civile abrogatum est jure naturali, divino, & canonico. Neque enim aliud Evangelium est pro pupillis, & viduis, aliud pro Christianis. Nisi ergo alius justus titulus adsit, nihil pro pecunia pupillis debetur.

IX. Fructus pignoris dotalis suscipere gener valet: sicut & fructus dotis, ut decrevit Innocentius III. *cap. Salubriter, de Usur.* Dos ad onera matrimonii sustinenda datur. Ergo usque dum gener dote caret, fructus pignoris jure percipit, cum pignus loco dotis datum sit.

X. QUÆST. VI. *Fœnerator ne est qui mutuum dat ut beneficium, vel officium, vel munus à lingua, ab obsequio, à manu assequatur?* RESP. Si in pactum deducatur, inquiunt aliqui, ut mutuatori beneficium, vel officium ex mera liberalitate, & antidotali, ut ajunt, gratitudine, & amicitia conferatur, nulla per ipsos usura est; secus si pactum apponatur, ut ex justitia remuneratio fiat. Hæc distinctio usuræ larva, & pallium esse videtur. Appositio pacti onus est quod mutuum grave, non gratuitum efficit, ut docet S. Thom. *quæst. 21. & 22. quæst. 78. art. 2. ad 3.* Præfata officia à lingua, ab obsequio, à manu pretio æstimabilia sunt. Quamobrem eadem deducere in pactum sive expressum, sive tacitum usura est.

XI. QUÆST. VII. *Qui mutuum dat cum pacto, ut ad ejus molendinum, officinam, &c. mutuatarius accedat, fœneratorne est?* RESP. Quidquid oneris imponitur præter sortis restitutionem usura est. Præfatus itaque mutuator, qui obligat mutuatarium ad emendas merces in sua officina, ut ad molendum frumentum in suum molendinum conveniat, & similia, fœnerator est. Quando duo invicem sibi mutuas res sponte tradunt, nihil usuræ perperam; sed mutuæ charitatis, vel benevolentiæ officia exercent.

XII. QUÆST. VIII. *Licitne mutuum dare cum pacto ut altre in posterum remutuet?* RESP. Negat S. Thomas *loc. cit.* Hæc omnia pacta abesse á mutuo debent.

XIII. QUÆST. IX. *Fœneratorne est qui obligat mutuatarium ad reddendum eamdem tritici, vini, olei, &c. mensuram, si pretium auctum sit?* RESP. Licitum pactum est reddendi eamdem mensuram, quando æquè dubitatur, num minuendum, vel augendum dictarum rerum pretium sit, quoniam tunc æquale est commodum, vel incommodum. Similiter quando bona fide mutuum traditur, nullo habito respectu ad augmentum, vel detrimentum pretii, restituenda eadem mensura, si rem reservassem. Mutuo trado tibi mense Januarii tres modios tritici reddendos mense Maji, quos ad sustentandam familiam reservare destinavetam. Tempore restitutionis auctum pretium est. Reddenda omnino est eadem mensura ejusdem quantitatis, & qualitatis. Disputant Moralistæ, num qui mutuum dat frumentum servaturus in tempus majoris pretii, possit exigere hoc majus pretium. Sed hæc disputatio futilis est. Nam vel mutuatarius restituit ante tempus præfixum, & tu serva illud usque in tempus majoris pretii; vel restituit tempore majoris pretii, & tu vende illud hoc tempore. Vel denique mutuatarius morosus est: & tunc ratione moræ compensationis regulis obnoxius debitor est, juxta dicta *cap. 5. n. 6. & segq.*

XIV. QUÆST. X. *In restitutione pecuniæ mutuatitiæ valor ne, an species considerandus?* RESP. Mutuos tradidisti centum aureos tempore quo singuli valebant viginti julios, tempore verò restitutionis valent viginti quatuor, aut duodeviginti. Innumeræ sunt subtilitates, quas excogitarunt Jurisconsulti super hac quæstione. Sed vera sententia est in restitutione pecuniæ mutuatitiæ, non speciem, sed pretium spectandum esse: atque adeo non monetam ejusdem speciei, sed pretium, quo valebat traditionis tempore, restituendum esse. Quamquam enim in mercibus usu physico consumptibilibus tantumdem ejusdem speciei in numero, pondere, & mensura restituendum sit aliquando juxta dicta numero præcedenti; tamen pecunia excipitur, in qua non consideratur ejus physica species; sed valor extrinsecus, qui à Principis lege pondet. Regula generalis semper præ oculis habenda est, nempè rem quamlibet domino crescere vel decrescere. Dominium autem rei mutuatitiæ est penes mutuatarium.

XV. Quando mutuator pactum apponit, ut mutuatarius eamdem specie monetam restituat, spectandæ sunt regulæ generales. Si periculum æquale sit incrementi, & detrimenti, licitum pactum est. Si periculum non sit æquale, sed majus respectu mutuatarii, fœnebre pactum est.

XVI. QUÆST. XI. *Probabilene opinio sit, mutuatarium eligere posse in fidejussorem ipsum mutuantem?* RESP. Mutuatarius, inquit nonnemo, potest eligere tertium pro fidejussore: ergo & ipsum mutuatorem; & sicut solvere pretium tertio jure valet, ita & mutuatori. Ut hujusce opinionis falsitatem deprehendas, considera discrimen inter fide-

fidejussorem, & assecuratorem. Assecurator sortis periculum in se suscipit, & pretium pacisceitur. Si furto, incendio, naufragio, aliove casu sors perit, ipsi assecuratori perit. Fidejussor periculum dumtaxat quod est apud mutuatarium suscipit, quatenus si mutuatarius, aut impotentia, aut infidelitate sortem non restituat, ipse fidejussor reddere tenetur, & actionem retinet in mutuatarium, quem ad compensandum, si solvendo sit, cogere jure valet. Assecurator autem nullam actionem retinet in debitorem. Brevi; assecurator suscipit periculum *juris*; fidejussor periculum *facti*. His positis patet quam sit commentitia opinio relata. Nam si ipse mutuatarius pro seipso fidejuberet apud mutuatorem, nonne ridiculum, & stultum se proderet? Ergo non minus ridicula, & stulta est fidejussio quam ipse mutuator suscipit pro mutuatario. Numquid hæc *fidejussio* magis securum, magis divitem, magis fidum efficit mutuatarium? Ergo hæc *fidejussio* mutuatoris est purum, putumque usuræ pallium improbatum à Gregorio IX. in cap. *Naviganti.*

XVII. Lepidior est *fidejussio*, quam quidam excogitavit. Petes secundo, inquit, an detur usura in *fidejussione* ficta. V.G. *Petrus* petit á te mutuum. Tu dicis: nolo tibi mutuare, sed *Paulo*, qui postea mutuabit tibi. *Paulus* mutuat *Petro* id quod à te mutuo accepit, & vult te fidejubere pro *Petro*. Tu fidejubes, & pro *fidejussione* pretium exigis à *Petro*, quod jam ultra sortem lucraris. Dicitur autem hæc *fidejussio ficta*, quia revera non te obligas ad solvendum *Paulo*, licet *Petrus* non solvat, cum *Paulus* tantumdem tibi debeat.

XVIII. Mutuum istud *circulatorium* vocare possumus. Hę sunt quæstiones quas ignorarunt Patres, qualsque versant, ut verbis utar *P. Reginaldi*, Doctores temporum. Vis dare mutuum *Petro* petenti; sed ut lucrum assequaris absque usura, hoc mutuum debet pervenire ad manus *Pauli*; deindè à manibus *Pauli* ad manus *Petri* ut hoc circuitu fœcem usuræ exuat lucrum, quod indè captare anhelas. Concludit qui hæc confixit, nullam in hoc contractu reperiri sive injustitiam, sive usuram, si fidejussio pro Petro sit revera periculosa. Hæc fidejussio, quam *fictam* appellant, pejor est præcedenti. Est quippe versura, & fraudulenta. Tota hæc machinatio eo tandem recidit, ut *Petrus* mutuatarius tibi solvat lucrum supra sortem mutuo traditam. Verum usura seipsa inter hęc artificia vlsendam se prebet. Nec in re manifesta diutius immorandum est.

XIX. QUÆST. XII. *Probabilisne est eorum opinio qui mutuatori accipienti pignus, simul lucrum concedunt?* RESP. P. Paulus Layman hunc casum proponit, *lib. 3. tract. 4. cap. 16. n. 2.* his verbis: „ Civis majore anni parte pecunias paratas habet, „ ex quibus indigentibus opificibus, præsertim „ textoribus, mutuum dare possit, *relicto* ipsi in „ *securitatem solutionis pignore*, v. g. *tela*. Cum „ autem, recepto pignore, solutio facienda est, „ post annum medium in singulos florenos mutuo „ datos auctarium adjiciendum est, v. g. unus „ pazius. Considerandum enim est, auctarium „ istud non accipi ratione mutui, sed ratione „ obligationis, oneris ac curæ, quam civis ille „ ob gratiam textorum in se suscipit, ut toto fer- „ mè anno pecunias pro illis in promptu habeat, „ quocumque tempore in domum suam adven- „ tantes intromittat, *pecunias numeret*, &c. quę „ obligatio pretio æstimabilis est. "

XX. P. Patritius Sporer *tract. 6. cap. 4. sect. 2. §. 2. num. 39.* hanc opinionem Laymani adoptat, & pro eadem citat Molinam, aitque esse communem. Eam quoquè defendit Tamburinus. Admissa *Laymani*, *Sporerii*, *Tamburini*, & aliorum opinione, nemo, tàm immunis ab usura, quàm manifesti fœneratores. Nam isti, non *anno medio*, *non toto fermè anno*, sed per plura lustra, & per totam vitam pecunias paratas tenent, non pro textoribus modò, sed pro omnibus indigentibus. Quin isti exigere pignus non solent, sed alicui se exponunt periculo. Libenter suscipiunt omnes in *domum suam adventantes*, *pecunias numerant*, &c. Quid ni ergo exigere pro singulis florenis unum *pazium*, pro singulis sentis duos *pazios*, pro singulis duplionibus sex *pazios* poterunt? Ubi ergo usura in mundo? Telam opificum in pignus accipiunt cives Germani, & simul *paziorum* auctarium exigunt? Si hæc usura non est, quænam erit? At recipiunt auctarium, reponunt benigni Probabilitæ, non mutui vi, sed quia se obligant ad mutuum tradendum, & ob onus excipiendi in domos suas adventantes mutuatarios, & numerandi pecuniam, & custodiendi pignus *tela*. Fuerunt ab orbe condito fœneratores, qui pecunias mutuo traditas non numeraverint, qui non exceperint in domos suas mutuatarios? Scandalum patiuntur, vel ipsi avari, dum audiunt, aliquos fœneratores ita efferatos, ut cum *pignore in manu* lucrum exigant. Effugia, quibus fucare hanc improbam usuram P. Laymin conatur, labefactavi *tom. 7. lib. 3. diff. 3. cap. 19.* Excusanda est bona piorum Theologorum intentio. Viderunt illi in propriis regionibus, Tamburinus in Sicilia, Layman, & Sporerius in Germania, Lelsius in Flandria, ejusmodi similesque negotiationes invectas, consuetudine roboratas, populorum multitudine vallatas. Ausi illi non sunt patrias improbare consuetudines, & contractus diù obtinentes damnare. Inquiebant isti: Si fœnebres declaramus hos contractus, bonam fidem tollimus, & spes emendationis non apparet, & sic infinitam hominum multitudinem in orcum detrudimus. Centiès *P. Diana* hæc ratiocinia inculcat Confessariis. Pia juniorum Theologorum salvandi omnes animas intentio laudanda, commendandus illorum zelus. Verum si falsæ opiniones sint, si populi usuram perpetrent, neque pia Theologorum desideria, inquit *S. Augustinus*, nec error quia publicus, subdit S. Cyprianus, animas inferno subtrahunt.

CAPUT VIII.

De Montibus pietatis.

I. PAuca de *montibus pietatis*, qui alio nomine vocantur *montes Christi*, vel *deposita apostolica* delibabo. *Mons pietatis* summa pecuniæ est ex piorum fidelium eleemosynis in pauperum levamen, & subsidium collata, ut iisdem indigentibus mutuo tradatur, pignore depositio, & accessionis contributione, qua ministri alantur.

II. Concilium Lateranense sub Leone X. celebratum sacros istos montes approbavit. Decreto Concilii subscripsere Theologi omnes, exceptis Cajetano, & Soto, qui nimio sane ausu, etiam post decretum Concilii, usuræ arguere montes istos non cessarunt. Et ad hoc quod attinet, tametsi Dominicani, improbamus eorumdem errorem, quia personarum acceptatores non sumus, nec contra personas, cujuscumque sint instituti, sed contra errores stilum atramus.

III. Declaravit Concilium accessionem supra sortem exigi ad *suas ministrorum expensas, & aliarum rerum ad illorum conservationem, ut præfertur, pertinentium, pro eorum indemnitate damnandi, ultra sortem, absque lucro eorumdem montium.* Si accessio cederet in lucrum montium, fœnebris esset.

IV. Tres conditiones requiruntur. 1. ut pecunia pauperibus tradatur intra limites certæ summæ pro tempore determinato restituendæ. 2. ut pignus à debitoribus exhibeatur, quod à ministris proprio custoditi periculo debet. Si pecunia tempore præfinito non restituatur, subhasta pignus venditur, & pretio quod monti debetur, rerento, id quod superest, domino pignoris restituitur. 3. ut tenuis supra sortem accessio exigatur in ministrorum mercedem, montiumque expensas, quæ domorum conductione, & aliis rebus fieri debent. Si quid ex accessionibus supersit, non in montium augmentum, sed vel ipsis mutuatariis pro rata, si fieri potest, restituendum, vel in pauperum eleemosynam convertendum est.

V. QUÆST. I. *An qui revera pauperes non sunt, neque ob paupertatem levandam mutuam pecuniam à sacro monte accipiunt, peccent, & ad restitutionem teneantur?* RESP. Aliqui æstu avaritiæ succensi, levi accessione monti sacro solvenda allecti, pecunias ab eodem mutuas accipiunt, ut vel negotiationi eadem applicent, vel mutuas aliis cum majore accessione tradant. Hi omnes, & furti, & avaritiæ rei sunt. Animo quippè fraudulento montem decipiunt, atque pecuniam pauperum indigentiis sublevandis destinatam furripiunt, ut propriæ avaritiæ indulgeant. Tenentur isti illicò monti pecuniam restituere, & damnum, si quod contingit, compensare.

VI. QUÆST. II. *Qui in his montibus pecunias collocant, possuntne licitè accessionem accipere dempto titulo?* RESP. P. Pasqualigus *decis.* 183. contendit ex pecunia collata in montes pietatis percipi lucrum posse, dempto titulo damni emergentis, vel lucri cessantis. In aliquibus pietatis montibus, quos mixtos vocant, pecunias conquirunt ut pauperibus subveniant. Pecuniarum collatoribus pensionem præter sortem solvunt. Disputari cœptum est, num hæc accessio licita sit? Theologi omnes, & Canonistæ usuræ eam damnarunt. P. Pasqualigus eamdem ab usura purgare nisus est, quem secuti sunt Bassæus, & Pignatellus: ut suam opinionem evincant, P. Pasqualigus obtrudit litteras Pauli III. quibus id concediturt Monti Ferrariensi. Cl. Petrus Bellerinus in *opusc. de his montibus* §. 3. invictis argumentis evincit has litteras apocryphas, & suppositicias esse.

VII. Paulus III. litteris datis pro monte Mutinensi an. 1542. Julius III. pro monte Vincentino an. 1555. Pius IV. pro monte Veronensi an. 1563. non aliis solvi accessionem concedunt, *nisi illis qui charitatis zelo adducti, ac pro pauperum subventione, non fœnerandi animo, pecunias deponunt tempore illo, quando merces paratæ ac prædia ad emendum parata habebant, ex quorum reditu quatuor, & ultra pro centenario percipere possent. Quare falsa mihi est P. Pasqualigi opinio, qua licitam ejusmodi accessionem asserit, sublato omni titulo.*

VIII. Quid de illis dicendum qui pecunias collocant in montibus istis, non zelo subveniendi pauperibus, sed cupiditate lucrandi? Ne eadem domi otiosis habeant, ut lucrentur, in montibus pietatis eadem reponunt, repetendas continuo, ac occasio occurrerit emendi prædia, census, vel exercendæ negotiationis. Hi omnes manifesti fœneratores sunt.

IX. Quid de istorum sacrorum montium ministris dicendum? Montes isti, ut dixi, deposita apostolica nuncupantur, & Patrimonia pauperum. Ministri eorumdem sunt ministri pauperum, & pauperum mercede conducti, pauperum stipendio aluntur. Et tamen non raro contingit ut hi ministri splendidè vestiant, lautè nutriantur. Isti non raro magnam accessionum portionem absorvent, & pauperum sanguine saginantur. Respectu istorum montes isti non pietatis, sed impietatis sunt. Ejusmodi corruptelæ causa fuere cur *Cajetanus*, & *Soto* invecti fuerunt adversus montes istos. Sed in hoc erraverunt, quod non distinxerunt abusus, & hominum vitia ab ipsa re honesta, & pia. Sed profecto non minus errant illi qui benignitatis humanæ fuco tam enormes abusus honestant.

CAPUT IX.

De Contractu trino, aliisque contractibus.

I. QUÆST. I. *Quid sit contractus trinus?* RESP. Trinus vocatur, quia triplici contractu constat. 1. est *societatis*. 2. *assecurationis*. 3. *venditionis*. Contractus *societatis* est conventio duorum, vel plurium de contribuendo aliquid pretio æstimabile in commune lucrum, & damnum pro rata. Omnium consensu licitus est contractus iste. Quatuor conditiones postulat. 1. Qui vivum ponit, periculum subire debet. 2. Negotiatio, aut ars, in qua collocandum vivum est, honesta sit oportet. 3. Æquitas servetur. 4. Vivum seu capitale tradendum est viro industrio, pecunia mercatori, animalia rusticis, &c. In hoc primo contractu Cajus ponit pecuniam, Mevius negotiator industriam, & ambo lucri, & jacturæ pro rata participes sunt. Secundus contractus *assecurationis capitalis* vocatur. Cajus, qui pecuniam contulit, pacisci tur cum Mevio ut suum capitale immune ab omni periculo restituat; & pro hac *assecuratione* partem lucri remittit. Dedit 100. Lucrum ex negotiatione percipiendum est, ut præsumitur, duodecim. Remittit quatuor pro capitalis securitate à Mevio præstanda. Tertius est *venditionis majoris lucri incerti pro lucro minori certo.* Lucrum incertum speratum, est præter propter duodecim in 100. ut dictum est. Hoc Cajus vendit pro lucro certo quatuor. Itaque Cajus ex suo capitali assecurato quatuor, vel quinque plus minusve percipit in centum omni molestia, labore, & periculo sublatis.

II. Sola simplex, & perspicua quæstionis expositio usuram tibi in oculos ingerit. Si *Cajus* dicat simplici sermone *Mevio*: Do ti, Mevi, centum mutuo, ut quatuor, vel quinque in annos singulos mihi pendas, fœnerator est. Si præfato versuto verborum involucro, & circuitione utatur, usuram declinavit.

III. Istius trini contractus inventum tribuit *P. Tamburinus lib. 9. can. 5. §. 3. num 1. & 2.* acumini juniorum Casuistarum sic scribens. „ Ex „ vi solius contractum societatis non licere to„ tum periculum in socium rejicere, nimis cla„ rè patet.... Verum INGENIOSI THEO„ LOGI, *forte ab ipsis mercatoribus, quorum re „ interest, admoniti, inventerunt medium rejiciendi „ totum periculum in unum ex sociis SINE INJUS„ TITIA.*

IV. Ingenioſi Theologi, inquit, ab ipsis mercatoribus admoniti *modum* invenerunt lucrandi ex mutuo absque usura. At modus iste latuit Patres, & Theologos, qui non à *mercatoribus*, sed à lege Evangelica, & sacris Canonibus Theologiam didicere. Sed reponit P. *Joseph Gibalinus* accertimus contractus trini propugnator *lib. 6. de Usur. cap. 5. art. 2. pag. 383. num. 3.* hoc monitum. „ *Monco* dumtaxat impræsentiarum, *plurimas sententias* ubi primum in scholis inductæ „ sunt *contra opiniones receptas, & vulgares*, non„ nisi *timidè* admodum à suis auctoribus fuisse „ prolatas, tum ne *vulgus Doctorum* offende„ rent... Ubi verò aliquandiu *penseculatius* „ examinatę sunt ejusmodi sententiæ, & discus„ sa nube, luce veritatis perfusæ, *magno consen„ su recipiuntur*, quæ primum natæ vix parentem „ prodere audebant.... Idem *in nostro casu* ac„ cidit. Cum enim societas æqualitatem constituat inter socios, hæ obligationes certi lucri, „ quamvis minoris, & securitatis sortis præstan„ dæ ab altero socio, cum societatis natura pug„ nare *jure merito* sapientibus *visæ sunt*. Ubi ve„ rò adverterunt hæc onera non imponi socio „ vi contractus societatis, sed per nova pac„ ta, &c.

V. Mirifica vis istius novi modi opinandi. Olim *vulgus Doctorum*, nempè SS. Patrum, SS. Thomę, Raymundi, Bonaventuræ, Antonini, Bernardini, & discipulorum eorumdem offendebatur ad novitatem contractus trini. Sub initium pavebant novi opinatores, & vix audebant prodere talis contractus patentes. At postea *discussa nube*, sub qua caligarunt sanctissimi Patres, lux veritatis apparuit junioribus. Et istorum opiniones *magno consensu recipiuntur*, quia cupiditati favent.

VI. Hunc contractum damnavit perspicuis verbis Sixtus V. peculiari constitutione *Detestabilis avaritiæ* an. 1586. ex qua sequentia decerpo: „ Multi speciosum, & honestum societatis „ nomen suis fœneratitiis contractibus prætexen„ do, hoc quasi colore, & fuco *mercatoribus, „ opificibus, & negotiatoribus*, & eadem condi„ tione, ut sors ipsa, seu capitale tam *pecunia„ rum, quam animalium*, & rerum *salvum* sem„ per, & integrum existat pro eo qui non indus„ triam, aut operas, *sed pecunias, & animalia*, „ aut res ejusmodi in societatem confert, ut om„ ne periculum, & damnum ab alterco socio re„ cipiente sustineatur contra *æquitatem*, & so„ cietatis justitiam diversimodè paciscuntur: eos „ denique socios cum quibus contrahunt, ple„ rumque pauperes, & egenos, suoque labore, „ & industria victitantes, quicumque tandem ca„ sus, & rerum eventus consequatur, pacto, & „ obligatione constringunt, *simulque etiam certi „ lucri quantitatem, & summam, veluti tot pro „ quibusvis centenario, in singulos annos, aut men„ ses, per alterum socium, durante societate sol„ vendam præsumunt, ac præscribunt*.... Proin„ de nos.... hujusmodi morbi contagium, an„ tequam in communem fidelium perniciem ser„ pat, quantum Deo favente possumus, tollere „ cupientes, de attributæ nobis apostolicæ po„ testatis plenitudine, hac nostra perpetuò vali„ tura constitutione *damnamus, reprobamus omnes, „ & quascumque contractus, conventiones, & pactio„ nes post hac ineundas, seu ineundas, per quos*, seu „ quas cavebitur personis, pecunias, animalia, „ aut quaslibet alias res societatis nomine traden„ tibus, ut etiam si fortuito casu quamlibet „ jacturam, damnum, aut amissionem sequi „ contingat, sors ipsa, seu capitale *semper salvum „ sit*, & integrum à socio restituatur: *sive ut de cer„ ta quantitate, vel summa in singulos annos, aut „ menses, durante societate respondeatur*: statui„ musque hujusmodi contractus, conventiones, „ & pactiones *usurarios*, & illicitos posthac cen„ seri debere: atque in posterum non licere iis „ qui pecuniam, vel animalia, aut alias res in „ societatem tradent, de *certo lucro*, ut præfer„ tur, perficiendo inter se pacisci, & concor„ date, neque etiam, sive ad certum, sive ad in„ certum lucrum convenerint, socios qui ea re„ cipient, ad sortem, seu capitale salvum, & in-

„ integrum, ubi illud casu fortuito perierit, vel „ amissum erit, quovis pacto, aut promissione „ sibi obligare. Ac ne de cætero *societates* ineantur sub *hujusmodi pactis, & conditionibus, quæ „ usurariam pravitatem sapiant, directè interdicimus, & prohibemus.*“

VII. Sanctissimus Pontifex BENEDICTUS XIV. *lib. 7. de Synodo cap. 1.* declarat Sixtum V. damnasse tamquàm fœnebrem contractum trinum his verbis. „ Hic porro est trinus ille contractus quem celebrem fecit exorta inter Dominicum Sotum, & Martinum Navarrum discordia. Putabat nimirum Navarrus, tres „ prædictos contractus simul, & cum eadem „ persona, tuta conscientia iniri posse, atque ab „ *usuraria pravitate* immunes esse ob rationes „ quas adducit in suo Manuali *cap. 17. num. 254. & seq.* Sotus ex adverso affectebat, trium illorum contractuum conjunctionem denegare in „ mutuum fœneratitium, & societatis leges, quæ „ lucri, damnique communionem exposcunt, „ evertere: suamque assertionem pluribus propugnabat argumentis, quæ videri possunt in „ ejus opera de justitia *lib. 7. quæst. 6. art. 2.*

„ Causa delata est ad Sixtum V. Pontificem „ Maximum, qui diligenter quæstione discussa, „ duplicis securitatis pactionem, societati adjectam, USURARIAM PRONUNTIAVIT: „ eamque delineeps FIERI PROHIBUIT sua „ constitutione 68. quæ incipit *Detestabilis*, edita „ anno 1586. tom. 4. Bull. pag. 263.“

VIII. P. Leonardus Lessius vanam reddere Sixtinam constitutionem, & ea promulgata, defendere contractum trinum præ cæteris aggressus est. Missis plurimis ejusdem commentis, hæc *lib. 2. cap. 25. dub. 3. num. 33.* scribit: *Nec obstat quod Sixtus V. in constitutione edita anno 1586. 12. Kal. Nov. damnet, & reprobet omnes contractus impositorum inventos, per quos cavebitur, &c. . . . . Quia non obstante hac constitutione, in Italia maxime viget, & semper viguit forma ista contrahendi.*

IX. Nonne hæc venusta argumentandi ratio? Evangelio promulgato grassantur furta, perjuria, fraudes, adulteria. Ergo hæc scelera Evangelio non adversantur? Pott constitutiones pontificias contra propositiones Bajanas, Jansenianas, Quesnellianas, superstitiones Sinenses, & Malabaricas, vigent errores Bajani, Janseniani, Quesnelliani, superstitiones Sinicæ, & Malabaricæ. Quid indè? Obsolevere ne propterea pontificiæ constitutiones?

X. Reponit ibidem P. Lessius, in Italia nunquam receptam fuisse Sixtinam constitutionem. *Multo minus*, inquit, *fuit recepta hic in Belgio, ubi neque fuit unquam promulgata, neque cognita. Simili modo Pius V. an. 1569. multa statuit de censibus v. g. ut statuantur super re immobili, frugifera, &c. . . . Tamen quia hic in Belgio illa constitutio non est recepta, nemo sibi facit scrupulum, etiamsi eam non servet.*

XI. Quam ansam Jansenistis præbeat hic opinandi modus resistendi pontificiis constitutionibus, sapientiores me judicent. Tandem ibidem concludit P. Lessius. *Hæc fusius prater morem meum persecutus sum, quod videam adhuc à quibusdam propter UMBRAS quasdam usuræ, bunc contractum damnari, cujus prohibitionem hoc tempore cum damno publico futuram non dubitaverim.* Umbras ergo usuræ, non usuras ipsas constitutiones pontificiæ damnarunt? Non potest contractus iste improbari absque damno publico? Damnum publicum ergo intulit constitutio Sixtina? Nam hæc adeò luculenter rejicit, & fœnoris damnat contractum trinum, ut vel ipse P. Lessius, Theologus alioquin celebris, & perdoctus, non audeat negare hanc damnationem: idcirco sese recipit ad non acceptationem Italiæ, & Belgii: ac si constitutiones pontificiæ, quæ legem evangelicam interpretantur, à populorum acceptatione penderent. *Tom. 7. lib. 3. diff. 3. can. 21.* rescripsi acceptationes Episcoporum, & Synodorum, & fusius *tom. de Usur. contr. trin.* Rationibus evincitur usura contractus trini.

XII. Contractus trinus ex tribus contractibus specie diversis, & mutuo pugnantibus coalescens, purum, putumque commentum est solamente conceptum: quod ita probo. Natura, & essentia contractus societatis est, quod socii damni, & lucri participes sint. Secundus contractus *assecurationis* suscipit rei alienæ periculum, quod excludit omnem communionem damni, & lucri *societati* necessariam. Essentia tertii contractus venditionis, & emptionis lucri majoris incerti sperati transfert dominium à venditore in emptorem talis lucri. Hoc autem dominium in societate commune sit necesse est. Ergo contractus iste trinus ex tribus invicem pugnantibus coalescens purum, putumque commentum est; commentum scilicèt, ut usuræ larva sit.

XIII. Ulterius societas quę omnia pericula in unum sociorum rejicit, injustitiam prodit. Verùm est, inquis, nisi pericula compensentur pacto pretio. Quodnam pretium istud? Diminutio futuri lucri incerti. At lucrum istud incertum est. Hoc autem lucrum incertum, licèt majus, æquare sortem certò restituendam, & pretium certò solvendum nequit. Monstrum inæqualitatis exemplo declaro. Confert Sempronius capitalista mille scuta negotianda Cajo mercatori, quocum societatem init per decem annos. Cajus ponit industriam, quę æquat sortem. Una paciscuntur, quod Cajus elapso decennio reddere sortem debeat, & singulis annis solvere quatuor in centum, ut pretium certum, deducendo ex lucro incerto negotiationis. Cajus elapso anno, vel naufragio, vel furto, vel incendio sortem amittit. Quid tunc? Solvere singulis annis quadraginta scuta debet, & elapso decennio debebit restituere sortem. Quamvis prospero eventu succederet negotiatio, æquare unum ex his casibus, qui probabiliter in negotiatione eveniunt, nequit.

XIV. Præterea ut pactum securitatis justum sit, pretium solvendum proportionatum esse debet periculo sortis reddendæ. Porrò assecuratio, quam pro trino contractu excogitarunt ingeniosi Theologi, adeò singularis, & peregrina est, ut nulla lex negotiationis illam probet. *Assecurationis contractus* quem jura probant, ab hoc, aut illo periculo, puta pyratarum incursione, tempestatis naufragio, aut incendio liberat. Verùm assecutio adjecta trino contractui cavet ab omnibus periculis possibilibus terræ, maris, diminutionis pretii, difficilis venditionis, mercium corruptionis, à periculis infidelitatis famulorum, vel emptorum, qui decoctores fiunt. Ubinam, quæso, simile assecurationis spectrum? Animadvertunt rei mercatoriæ peritissimi, quod negotiatio deberet reddere quadraginta in centum, ut lucrum istud æquaret assecurationem contractus trini. Nam altera pars istius lucri detrahenda est ad assecurandam industriam, & operas socii mercatoris: altera pars lucri detrahenda est ad assecurandam pecuniæ sortem. Postremum altera portio detrahenda est ad assecurandum lucrum incertum majus emptum pro incerto minori. Hæc sola tria capita absorbent omne lucrum cujuscumque negotiationis etiam fœcundissimæ. Et tamen duæ adhuc portiones supperesse deberent. Altera pro solvendo certo minori lucro empto quatuor in centum, & tandem altera pro assecurando socio negotiatore. Hæc obvia sunt, & sub sensu cadunt, inquit Cardinalis de Luca, cujus auctoritas in hac materia non parvi certè facienda est. Is *lib. 5. de Usur. discurs. 11. num. 16.* hæc scribit: *Hoc autem impracticabile videtur in lucro retrahendo ex pecunia numerata. Quoniam ad effectum ut creditor, seu mutuator assecuratus tàm de sorte, quàm de lucro obtinat quinque pro centenario, oporteret dare lucrum in plusquam quadraginta pro centenario, dum ex lucro detrahere prius oportet portionem quodammodò colonicam, debitam ipsi mutuatario, tamquam socio ponenti operas, pro ipsarum congrua, & proportionata remuneratione. Deindè verò de eo quod superesset ad commodum creditorii, tamquam speciei pertinis dominicalis, detrahendus est magna, & notabilis quantitas, quæ verisimiliter sit congrua merces dictæ duplicis assecurationis, etiam à quolibet tertio negotiatore faciendę, quod videtur impracticabile.* Hoc idem advertunt duo celebres Theologi Siculi *Minutulus, & Genarus.*

XV. Tandem contractus iste societatis duobus aliis circumseptus recidit in merum mutuum: siquidem pecunia trádita in societatem, accedentibus duobus aliis contractibus, transit in dominium socii mercatoris, quia ipsi, vel stat, vel perit. Quælibet autem res domino perit. Exempla commodatarii, depositarii, locatarii, quæ opponunt adversarii, sunt evidenter falsa. Et si concedatur locari pecuniam posse, sicuti locatur domus, ager, &c. nulla usura in mundo est. Si cætera sophismata convulsa videre cupis, lege *tom. 7. diff. 3. cap. 16. §. 8.* & aliud volumen *de Usur. contr. trin.*

XVI. QUÆST. II. *Licitusne est contractus societatis duplex, in quo aut capitale, aut lucrum assecuratur?* RESP. Adfirmant plures etiam eorum qui oppugnant contractum trinum. Quoniam, inquiunt, licèt socius assecuret sortem, tamen de ea ad libitum disponere nequit, sed illam impendere negotiationi debet. Si assecurat lucrum, non assecurata sorte, res evidentior est.

XVII. Hæc sententia falsa mihi est quantum ad primam partem, quæ spectat assecurationem sortis, quia sors assecurata ab omni periculo, non potest esse lucrosa *capitalistæ* neque ratione industriæ, nec ratione periculi. Hi autem sunt duo tituli soli quibus lucrosa in mercatura pecunia redditur. Accedit quod reipsa nunquam solvitur pretium quod æquet omnia pericula, tum extrinseca, tum intrinseca. Est periculum, inquiunt, nihil lucrandi. Sed hoc periculum non est illud quod pecuniam fœcundam reddat. Periculum istud pretio redimitur verò, & non fictò, ut in contractu triplici. Et ego repono non minus fictam esse hanc assecurationem in contractu duplici, ac in contractu triplici. Quis enim valet justum pretium constituere pro assecuratione ab omni periculo solvendum? Pretium pro assecuratione ab hoc, aut illo periculo extrinsecus occurrente usus plateorum introduxit, & jura approbant. Sed nulla lex, nulla fori, aut negotiationis consuetudo approbavit, aut præscripsit taxationem pretii, quo assecuretur sors ab omni periculo, tum juris, tum facti; & supra ex Cardinali de Luca, & aliis ostensum est, nullam negotiationem, quantumvis ubertimam, in Europa saltèm parere lucrum adeò magnum quo assecurari sors possit ab omni possibili periculo juris, & facti, ut fit in contractu triplici, & duplici.

XVIII. De secunda parte, nempè de assecuratione lucri certi disputari potest. Sors periculo exposita lucrum parit. Hoc lucrum incertum est. Quidni contractus iniri valet inter socium, & capitalistam super hujus lucri quantitate? Lucrum istud modò majus, modò minus est: ut plurimum est octo, vel decem in centum. Illud emit *capitalista*, seu qui ponit sortem pro quatuor, aut quinque. Nulla hic absolutè loquendo videtur injustitia: nam sors periculo exposita revera parit lucrum majus, & minus. Est igitur verus contractus aleæ, & quidem æqualis pro utraque parte. Verùm quia Sixtus V. hæc pacta absolutè vetat, ideo ab eo probando abstineo.

XIX. At, inquies, si contractus iste nullam prodit injustitiam, cur iniri non debet? Quia Summus Pontifex eum improbat. Quia doctrina revelata á Christo Jesu, sive in fidei, sive in morum materia subjacere non debet hominum privatorum opinunculis; sed standum est, & quidem simplici corde, decisionibus Romanorum Pontificum, qui sunt judices á Deo constituti. Nonnè si homines fideles, sinceri, & æqui essent, omnes mutuò sibi traderent ad lucrandum? Qui pecuniis abundarent, & carerent industria, & arte negotiandi, easdem traderent iis qui pecunia sunt destituti, sed industria, & ingenio valent ad easdem frugiferas efficiendas. Et revera hic est ordo divinę Providentiæ. Quia verò homines dolosi, veteratores, injusti, & fraudulenti sunt; ideò ne ingeniosi Theologi exquisitis in-

interpretamentis eludere, aut inflectere, aut delinire possunt legis evangelicæ rigorem, & pontificia oracula, clamantes hæc non esse recepta?

XX. QUÆST. III. *Quid de societate animalium dicendum?* RESP. In hoc contractu animalia gerunt vices vivi, seu *capitalis*, & qui ea tradit, vocatur *capitalista*, qui eadem accipit, dicitur socius. Hic illa pascere, & custodire debet; & fructus dividendi sunt. Eadem conditiones servandas in hoc contractu præscribit Sixtus V. ac in contractu societatis pecuniæ; videlicet, quod capita animalium pereant domino, dummodo sine fraude, & negligentia *ullius* socii pereant. Quare societates illæ quæ fieri alicubi solent, & vocantur *á capo salvo*, nempè salvo capitali, omnes injustæ sunt, ut Sixtus V. definivit, & pluta Concilia provincialia declaraunt, & præsertim Mediolanense I. sub S. Carolo, in quo dicitur: *In societate non fiat pactio ut fors salva sit, fructus vero communiter dividantur.*

XXI. In hoc contractu, sicut, & in cæteris, servanda semper æqualitas. Communiter majori gravamini succumbit socius pauper, cum contra res se habere deberet. Conferenda sunt incommoda, labores, pascua, industria socii cum capitali collato à divite. Si hæc duo æqualia sint, tum dividendi, & fructus, & sors ipsa pro rata est: nam præfata, quæ ponit socius, locum sortis obtinent. Si vero *capitalista* ultra animalia simul pascua tradat, tum prudentum judicio fieri divisio potest: sed tum locatio potius quam societas est. Præcisa regula præscribi nequit, ideò pro regionum diversitate servanda æquitas est.

XXII. QUÆST. IV. *Suntne fœneratores domini lucri quod usuris acquirunt?* RESP. Affirmant non pauci. Sed negat S. Thomas 2. 2. q. 78. *art.* 3. cui communius Theologi subscribunt. Ratio evidens. Contractus fœneratitius jure, tum naturali, tum divino nullus est. Ergo impar ad dominium transferendum. Bona fœneratitia, si frugifera sunt, crescunt mutuatariis, non fœneratori: pereunt verò fœneratori, quia is possessor malæ fidei est. Heinc consequitur non posse fœneratorem in alios transferre dominium bonorum quæ fœnore affectus est. Et qui præfata bona ab usurario accipiunt, restituere eadem debent non secus ac si á latronibus emissent. Omnes enim Theologi ad restitutionem fœneratores obligant, sive dominio potiantur, sive secus. Qui enim dominium illidem concedunt, docent simul tale dominium gravatum esse onere restitutionis.

XXIII. Si bona quæ fœnator acquirit, sint sterilia, ut pecunia, frumentum, &c. quæ usu consumuntur, eaque negotietur, & alia bona acquirat, hæc restituere non astringitur, quia sunt fructus industriæ. Si frugifera bona sunt, restituendi quoque fructus sunt. Qui consulunt contractus fœneratitios, tenentur ad restitutionem. Qui deponunt pecuniam apud fœneratores cum in finem ut fœnentur, peccant, non secus ac illi qui furi instrumenta porrigunt ad furandum. Ideo isti tenentur ad restitutionem. Rectores, judices, advocati, qui aliquo statuto in causa sunt ut usuræ solvantur, peccant contra justitiam, & restitutioni obnoxii sunt, fœneratoribus non restituentibus. Ministri qui dominorum nomine usuras percipiunt, peccant, & tenentur, deficientibus dominis, ad restitutionem. Excipiunt auctores ministros qui officia minus proxima ad usuras exercent, ut scribere, numerare pecunias, illas custodire, &c. Si praxim spectes, communiter isti imparer sunt ad restitutionem. Unum mihi certum est ejusmodi ministros cogendos esse ut á ministerio recedant. Cæteri ministri qui propinquius arti fœneratitiæ inserviunt, qui contractus fœnebres ineunt, qui cogunt mutuatarios ad solvendum, peccant, & restitutioni subjecti sunt, ut vel ipsi juniores docent.

XXIV. QUÆST. V. *Licitumne est ab usurario mutuum petere sub usuris?* RESP. Negat 2. 2. *quæst.* 78. *art.* 4. S. Thomas, quia non licet alium inducere ad peccandum. Solum licita petitio est; ut ibidem subdit Angelicus, ut propriæ, vel alienæ necessitati subvenias. Non igitur, ut negotiationem amplifices, non ut majora lucra captes, sed solùm ob veram gravem necessitatem, quæ reparari alia via non potest, licitum est mutuum petere: quæ actio natura sua licita est, & fœnerator ex sola sua pravitate te cogit ad pendendam usuram. Mutuum enim dare, officium charitatis est, illudque petere licet. Quod verò mutuator nolit absque usura impertiri, illius nequitia est. Quarè tu offerre usuras nequis, sed solum mutuum petere, & coactus dare potes, ut tuæ consulas necessitati.

DISSERTATIO V.

De Cambiis, censibus, locatione, ludo, & sponsione, promissione, donatione, & testamentis.

CAPUT I.

De Cambio, ejusque divisione, & conditionibus.

I. QUÆST. I. *Quid, & quotuplex sit cambium?* RESP. Est contractus commutationis pecuniarum pro pecuniis cum lucro campsoris. Qui dat pecunias, vocatur *Campsor*, & qui petit cambium, *Campsarius*, & ars ipsa *Campsoria* appellatur.

II. Dividitur in *reale*, & *fictum*, seu *siccum*. Cambium siccum larva usuræ est, seu est mutuum palliatum, nempè traditio pecuniæ absque loci distantia. Indiges pecunia hic Romæ, & hic restituenda est, sed juxta valorem cambiorum Neapoli, Genuæ, Mediolani, &c. Cambium *reale* est in quo verè pecunia pro pecunia commutatur, sive præsens pro præsenti qualitatis diversæ, sive præsens pro absente, & distante. Dividitur in *manuale* seu *minutum*, in quo pecunia aurea pro argentea, aut argentea pro aurea, vel contra commutatur; & in *locale*, seu *per litteras*, in quo permutatur pecunia præsens pro distante in alio loco, aut distans in alio loco pro præsenti.

III. QUÆST. II. *Quo titulo licitum est cambium manuale?* RESP. 1. est commodum Reipublicæ. 2. est labor, & incommodum congregandi pecunias cujuscumque generis, & eadem conservandi, distribuendi: ad quæ omnia peragenda requiruntur ministri, domus, & expensæ non leves. 3. juxta aliquos est ipsa intrinseca diversitas monetarum. Taxatio lucri communi, & publico consensu definita in emporiis est. Non licet famulis campsorum permutare moneras in proprium commodum, & lucrum, quia cum locarint operas, & industriam dominis, nequeunt de pecuniis dominorum lucrari, quidquid in oppositum dicant nonnulli.

IV. QUÆST. III. *Quo titulo licitum est cambium locale cum lucro?* RESP. Omnes affirmant, licitum esse cambium istud, quo pecunia in uno loco traditur, & alibi solvitur, aut contra: quia justus titulus lucrandi est pecuniarum asportatio Reipublicæ valdè necessaria, quia liberat á periculis latronum, á labore, & á multis aliis incommodis, quæ omnia sunt pretio æstimabilia.

V. QUÆST. IV. *Quid de cambio cum recambio dicendum est?* RESP. Cambium cum recambio, vulgò *con la ricorsa*, paradoxon est negotiatorum, tot gyris, & circuitionibus involutum, ut ne videar jocari, & lectoribus illudere, illud exponam verbis P. Tamburini, qui *lib.* 9. *de Cont. cap.* 3. §. 2. *num.* 1. sic cambium istud exponit. „ Praxis hujus cambii (quod *Bisnatinum*, vel *Placentinum* apud Lessium *lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 59. appellatur) *nostro ævo frequentissima*, hujusmodi est. *Titius* campsor hic Parnormi v. g. dat *Cajo* centum aureos, solvendos ab eo *Cajo* in proximis nundinis Placentiæ celebrandis, vel in aliquo Italiæ, vel Siciliæ loco. Quoniam verò *Cajus* neminem habet Placentiæ, vel in illis aliis locis, qui ejus nomine solvat, quod ipse Cajus debet; ideo *Titius* offert eidem *Cajo* suum correspondentem nomine *Sejum* residentem in illis locis. Offert, inquam, ut sicuti est correspondens *Titii* cum omni potestate, ipsi *Sejo* concessa ab eodem Titio, ita in hoc negotio, ut sit etiam correspondens *Cajî*, & solvat cambium, idest dictos centum aureos cum lucro, ibi apud mercatores, seu apud forum decerni solito. Sit autem hoc lucrum nunc v. gr. aurorum quinque. Accepta oblatione scribit ad *Sejum* Titius, nomine utriusque, pura ejusdem *Titii*, & dicti *Cajî*, ut scilicet *Sejus* acceptet creditum *Titii*, & debitum Cajî, & ut *correspondens* jam Cajî, solvat cambium, ejusque lucrum, idest centum, & quinque aureos, & ut *correspondens Titii*, eos aureos recipiat, & sic extinguatur cambium. Sed quia *Sejus*, ut correspondens Cajî, pecuniam non habet, ideo ipse idem *Sejus*, ut *correspondens Titii*, seu Titii nomine offert, & dat illam pecuniam *sibi* eidem, ut correspondenti, seu procuratori prædicti *Cajî*: dat, inquam, ad cambium (quod certè erit secundum cambium, seu, ut loquimur, recambium) solvendum á *Cajo* Parnormi. Cum accepta ergo hac pecunia *Sejus*, ut correspondens *Cajî*, extinguit, seu solvit, ut dictum est, prædictum cambium primum, Panormi celebratum, ita ut nihil omninò amplius debeat pro dicto primo cambio *Cajus*. Lege Lessium, qui rectè notat, si dictus *Sejus* fugeret, vel decoqueret, *Campsorem Titium* non posse agere nomine suo contra *Campsarium Cajum*: is enim *Cajus* jam solvit cambium ipsi campsori *Titio*.

2. „ Quoniam verò dictum secundum cambium parere suum lucrum debet, quod erit v. g. aliorum quinque aureorum, qui solvendi erunt á Cajo Panormi; ideò Cajus debebit Panormi solvere *Titio* centum, & decem aureos, idest centum ex primo capitali, quinque ex lucro primi cambii extincti Placentiæ cum pecunia habita á procuratore *Titii*, & quinque ex lucro cambii extinguendi Panormi ab eodem *Cajo*.

3. „ Suppono ad justitiam secundi cambii *Cajum*, seu ejus procuratorem non cogi ad dictum secundum cambium. Posset enim Cajus, seu ejus procurator, extinguere primum cambium pecunia presenti, sine necessitate sumendi recambium; vel certè posset sumere recambium ab alio quam á correspondente *Titii*.

4. „ Solet autem occurrere ut *Cajus* ne Parnormi quidem promptam eam summam habeat quam debet *Titio*, unde rursus totam illam eamdem summam, ac si illam iterum accepisset á *Titio* ad cambium, se obligat solvere cum suo lucro iterum Placentiæ, vel alibi, ubi rursus fiet: quod modo num. 1. diximus; & sic continuantur per multos aliquando annos cambia, & recambia, donec reipsa, & numerata pecunia totum capitale cum omnibus lucris intercurrentibus solvat *Titio Cajus*. Nam propterea mercatores hoc appellant etiam cambium cum *recorsa*. Recurrit enim, unde incœperat. Et *adverte permaxime*, totum hoc negotium præter primam traditionem illorum centum aureorum, *Cajo* á *Titio* numerato datorum, & præter hanc ultimam solutionem quam numeratam denique fieri oportebit, tractari, & expediri per solas syngraphas, seu per acceptationes, & dationes crediti, & debiti, quæ in libris dari, & accepti scribantur."

VI. *Adverte permaxime*, inquit P. Tamburinus, totum hoc negotium, præter primam traditionem, & ultimam restitutionem, expediri per solas *syngraphas datas*, & *acceptas*, medio illo *Sejo*, qui & numerat, & solvit sibi ipsi cambium. Heinc idem P. Tamburinus *loc. cit.* §. 3. testatur multos improbare hoc cambium, alioquin, ait, frequentissimum. *Multi tamen* (subdit) *ut Navarrus, referens ita sensisse virum quondam doctissimum* Soc. Jesu Boninig. *Sa*, v. *Cambium*, *Dianæ*, *Lessius*, *de Lugo*, & *satis probabiliter*, *quos ego se-*

interpretamentis eludere, aut inflectere, aut delinire possunt legis evangelicæ rigorem, & pontificia oracula, clamantes hæc non esse recepta?

XX. QUÆST. III. *Quid de societate animalium dicendum?* RESP. In hoc contractu animalia gerunt vices vivi, seu *capitalis*, & qui ea tradit, vocatur *capitalista*, qui eadem accipit, dicitur socius. Hic illa pascere, & custodire debet; & fructus dividendi sunt. Eadem conditiones servandas in hoc contractu præscribit Sixtus V. ac in contractu societatis pecuniæ; videlicet, quod capita animalium pereant domino, dummodo sine fraude, & negligentia *ullius* socii pereant. Quare societates illæ quæ fieri alicubi solent, & vocantur *á capo salvo*, nempè salvo capitali, omnes injustæ sunt, ut Sixtus V. definivit, & pluta Concilia provincialia declaraunt, & præsertim Mediolanense I. sub S. Carolo, in quo dicitur: *In societate non fiat pactio ut fors salva sit, fructus vero communiter dividantur.*

XXI. In hoc contractu, sicut, & in cæteris, servanda semper æqualitas. Communiter majori gravamini succumbit socius pauper, cum contra res se habere deberet. Conferenda sunt incommoda, labores, pascua, industria socii cum capitali collato à divite. Si hæc duo æqualia sint, tum dividendi, & fructus, & sors ipsa pro rata est: nam præfata, quæ ponit socius, locum sortis obtinent. Si vero *capitalista* ultra animalia simul pascua tradat, tum prudentum judicio fieri divisio potest: sed tum locatio potius quam societas est. Præcisa regula præscribi nequit, ideò pro regionum diversitate servanda æquitas est.

XXII. QUÆST. IV. *Suntne fœneratores domini lucri quod usuris acquirunt?* RESP. Affirmant non pauci. Sed negat S. Thomas 2. 2. q. 78. *art.* 3. cui communius Theologi subscribunt. Ratio evidens. Contractus fœneratitius jure, tum naturali, tum divino nullus est. Ergo impar ad dominium transferendum. Bona fœneratitia, si frugifera sunt, crescunt mutuatariis, non fœneratori: pereunt verò fœneratori, quia is possessor malæ fidei est. Heinc consequitur non posse fœneratorem in alios transferre dominium bonorum quæ fœnore affectus est. Et qui præfata bona ab usurario accipiunt, restituere eadem debent non secus ac si á latronibus emissent. Omnes enim Theologi ad restitutionem fœneratores obligant, sive dominio potiantur, sive secus. Qui enim dominium illidem concedunt, docent simul tale dominium gravatum esse onere restitutionis.

XXIII. Si bona quæ fœnator acquirit, sint sterilia, ut pecunia, frumentum, &c. quæ usu consumuntur, eaque negotietur, & alia bona acquirat, hæc restituere non astringitur, quia sunt fructus industriæ. Si frugifera bona sunt, restituendi quoque fructus sunt. Qui consulunt contractus fœneratitios, tenentur ad restitutionem. Qui deponunt pecuniam apud fœneratores cum in finem ut fœnentur, peccant, non secus ac illi qui furi instrumenta porrigunt ad furandum. Ideo isti tenentur ad restitutionem. Rectores, judices, advocati, qui aliquo statuto in causa sunt ut usuræ solvantur, peccant contra justitiam, & restitutioni obnoxii sunt, fœneratoribus non restituentibus. Ministri qui dominorum nomine usuras percipiunt, peccant, & tenentur, deficientibus dominis, ad restitutionem. Excipiunt auctores ministros qui officia minus proxima ad usuras exercent, ut scribere, numerare pecunias, illas custodire, &c. Si praxim spectes, communiter isti imparer sunt ad restitutionem. Unum mihi certum est ejusmodi ministros cogendos esse ut á ministerio recedant. Cæteri ministri qui propinquius arti fœneratitiæ inserviunt, qui contractus fœnebres ineunt, qui cogunt mutuatarios ad solvendum, peccant, & restitutioni subjecti sunt, ut vel ipsi juniores docent.

XXIV. QUÆST. V. *Licitumne est ab usurario mutuum petere sub usuris?* RESP. Negat 2. 2. *quæst.* 78. *art.* 4. S. Thomas, quia non licet alium inducere ad peccandum. Solum licita petitio est; ut ibidem subdit Angelicus, ut propriæ, vel alienæ necessitati subvenias. Non igitur, ut negotiationem amplifices, non ut majora lucra captes, sed solùm ob veram gravem necessitatem, quæ reparari alia via non potest, licitum est mutuum petere: quæ actio natura sua licita est, & fœnerator ex sola sua pravitate te cogit ad pendendam usuram. Mutuum enim dare, officium charitatis est, illudque petere licet. Quod verò mutuator nolit absque usura impertiri, illius nequitia est. Quarè tu offerre usuras nequis, sed solum mutuum petere, & coactus dare potes, ut tuæ consulas necessitati.

DISSERTATIO V.

De Cambiis, censibus, locatione, ludo, & sponsione, promissione, donatione, & testamentis.

CAPUT I.

De Cambio, ejusque divisione, & conditionibus.

I. QUÆST. I. *Quid, & quotuplex sit cambium?* RESP. Est contractus commutationis pecuniarum pro pecuniis cum lucro campsoris. Qui dat pecunias, vocatur *Campsor*, & qui petit cambium, *Campsarius*, & ars ipsa *Campsoria* appellatur.

II. Dividitur in *reale*, & *fictum*, seu *siccum*. Cambium siccum larva usuræ est, seu est mutuum palliatum, nempè traditio pecuniæ absque loci distantia. Indiges pecunia hic Romæ, & hic restituenda est, sed juxta valorem cambiorum Neapoli, Genuæ, Mediolani, &c. Cambium *reale* est in quo verè pecunia pro pecunia commutatur, sive præsens pro præsenti qualitatis diversæ, sive præsens pro absente, & distante. Dividitur in *manuale* seu *minutum*, in quo pecunia aurea pro argentea, aut argentea pro aurea, vel contra commutatur; & in *locale*, seu *per litteras*, in quo permutatur pecunia præsens pro distante in alio loco, aut distans in alio loco pro præsenti.

III. QUÆST. II. *Quo titulo licitum est cambium manuale?* RESP. 1. est commodum Reipublicæ. 2. est labor, & incommodum congregandi pecunias cujuscumque generis, & eadem conservandi, distribuendi: ad quæ omnia peragenda requiruntur ministri, domus, & expensæ non leves. 3. juxta aliquos est ipsa intrinseca diversitas monetarum. Taxatio lucri communi, & publico consensu definita in emporiis est. Non licet famulis campsorum permutare moneras in proprium commodum, & lucrum, quia cum locarint operas, & industriam dominis, nequeunt de pecuniis dominorum lucrari, quidquid in oppositum dicant nonnulli.

IV. QUÆST. III. *Quo titulo licitum est cambium locale cum lucro?* RESP. Omnes affirmant, licitum esse cambium istud, quo pecunia in uno loco traditur, & alibi solvitur, aut contra: quia justus titulus lucrandi est pecuniarum asportatio Reipublicæ valdè necessaria, quia liberat á periculis latronum, á labore, & á multis aliis incommodis, quæ omnia sunt pretio æstimabilia.

V. QUÆST. IV. *Quid de cambio cum recambio dicendum est?* RESP. Cambium cum recambio, vulgò *con la ricorsa*, paradoxon est negotiatorum, tot gyris, & circuitionibus involutum, ut ne videar jocari, & lectoribus illudere, illud exponam verbis P. Tamburini, qui *lib.* 9. *de Cont. cap.* 3. §. 2. *num.* 1. sic cambium istud exponit. „ Praxis hujus cambii (quod *Bisnatinum*, vel *Placentinum* apud Lessium *lib.* 2. *cap.* 23. *num.* 59. appellatur) *nostro ævo frequentissima*, hujusmodi est. *Titius* campsor hic Parnormi v. g. dat *Cajo* centum aureos, solvendos ab eo *Cajo* in proximis nundinis Placentiæ celebrandis, vel in aliquo Italiæ, vel Siciliæ loco. Quoniam verò *Cajus* neminem habet Placentiæ, vel in illis aliis locis, qui ejus nomine solvat, quod ipse Cajus debet; ideo *Titius* offert eidem *Cajo* suum correspondentem nomine *Sejum* residentem in illis locis. Offert, inquam, ut sicuti est correspondens *Titii* cum omni potestate, ipsi *Sejo* concessa ab eodem Titio, ita in hoc negotio, ut sit etiam correspondens *Cajî*, & solvat cambium, idest dictos centum aureos cum lucro, ibi apud mercatores, seu apud forum decerni solito. Sit autem hoc lucrum nunc v. gr. aurorum quinque. Accepta oblatione scribit ad *Sejum* Titius, nomine utriusque, pura ejusdem *Titii*, & dicti *Cajî*, ut scilicet *Sejus* acceptet creditum *Titii*, & debitum Cajî, & ut *correspondens* jam Cajî, solvat cambium, ejusque lucrum, idest centum, & quinque aureos, & ut *correspondens Titii*, eos aureos recipiat, & sic extinguatur cambium. Sed quia *Sejus*, ut correspondens Cajî, pecuniam non habet, ideo ipse idem *Sejus*, ut *correspondens Titii*, seu Titii nomine offert, & dat illam pecuniam *sibi* eidem, ut correspondenti, seu procuratori prædicti *Cajî*: dat, inquam, ad cambium (quod certè erit secundum cambium, seu, ut loquimur, recambium) solvendum á *Cajo* Parnormi. Cum accepta ergo hac pecunia *Sejus*, ut correspondens *Cajî*, extinguit, seu solvit, ut dictum est, prædictum cambium primum, Panormi celebratum, ita ut nihil omninò amplius debeat pro dicto primo cambio *Cajus*. Lege Lessium, qui rectè notat, si dictus *Sejus* fugeret, vel decoqueret, *Campsorem Titium* non posse agere nomine suo contra *Campsarium Cajum*: is enim *Cajus* jam solvit cambium ipsi campsori *Titio*.

2. „ Quoniam verò dictum secundum cambium parere suum lucrum debet, quod erit v. g. aliorum quinque aureorum, qui solvendi erunt á Cajo Panormi; ideò Cajus debebit Panormi solvere *Titio* centum, & decem aureos, idest centum ex primo capitali, quinque ex lucro primi cambii extincti Placentiæ cum pecunia habita á procuratore *Titii*, & quinque ex lucro cambii extinguendi Panormi ab eodem *Cajo*.

3. „ Suppono ad justitiam secundi cambii *Cajum*, seu ejus procuratorem non cogi ad dictum secundum cambium. Posset enim Cajus, seu ejus procurator, extinguere primum cambium pecunia presenti, sine necessitate sumendi recambium; vel certè posset sumere recambium ab alio quam á correspondente *Titii*.

4. „ Solet autem occurrere ut *Cajus* ne Parnormi quidem promptam eam summam habeat quam debet *Titio*, unde rursus totam illam eamdem summam, ac si illam iterum accepisset á *Titio* ad cambium, se obligat solvere cum suo lucro iterum Placentiæ, vel alibi, ubi rursus fiet: quod modo num. 1. diximus; & sic continuantur per multos aliquando annos cambia, & recambia, donec reipsa, & numerata pecunia totum capitale cum omnibus lucris intercurrentibus solvat *Titio Cajus*. Nam propterea mercatores hoc appellant etiam cambium cum *recorsa*. Recurrit enim, unde incœperat. Et *adverte permaxime*, totum hoc negotium præter primam traditionem illorum centum aureorum, *Cajo* á *Titio* numerato datorum, & præter hanc ultimam solutionem quam numeratam denique fieri oportebit, tractari, & expediri per solas syngraphas, seu per acceptationes, & dationes crediti, & debiti, quæ in libris dari, & accepti scribantur."

VI. *Adverte permaxime*, inquit P. Tamburinus, totum hoc negotium, præter primam traditionem, & ultimam restitutionem, expediri per solas *syngraphas datas*, & *acceptas*, medio illo *Sejo*, qui & numerat, & solvit sibi ipsi cambium. Heinc idem P. Tamburinus *loc. cit.* §. 3. testatur multos improbare hoc cambium, alioquin, ait, frequentissimum. *Multi tamen* (subdit) *ut Navarrus, referens ita sensisse virum quondam doctissimum* Soc. Jesu Boninig. *Sa*, v. *Cambium*, *Dianæ*, *Lessius*, *de Lugo*, & *satis probabiliter*, *quos ego se-*

CAPUT IV.

De Ludo, & sponsione.

I. QUÆST. I. *Ludus propter lucrum principaliter intentus vitiosusne est?* RESP. Affirmant Gabriel, Tostatus, & alii. Sed negant alii. Non est peccatum, inquit Lugo *disp.* 31. ordinare medium ad finem qui utilis sit, si finis licitus est. Lucrum est finis licitus. Ergo & ludus. Hanc opinionem, quam falsam reputo, improbat S. Thomas 2. 2. *q.* 77. *a.* 4. ubi statuit, mercaturam ipsam quæ *est propter lucrum quærendum, quodammodi turpitudinem habere*, quia deservit cupiditati. Eam licitam reddit publica vel privata utilitas. Ludus suapte natura institutus est ad animum recreandum. Finis ludi, animi solamen est, non lucrum. Ergo lucrum perturbat ordinem, & detorquet ludum a fine suo.

II. Ludum hunc lucratorium inter contractus collocant juniores, eumque definiunt: *Est contractus, in quo victori ceteroumis res ab utraque exposita tribuitur.* Tres assignant conditiones ut licitus sit 1. Ut ludentes liberam habeant facultatem disponendi de re quam ludo exponunt. Hinc peccare eos ajunt qui ludunt cum latrone, puero, depositario, stulto, filiofamilias, prodigo, Religioso claustrali. 2. Ut ludus sit licitus requiritur ut alter alterum ad ludum fraudibus, dolis, conviciis non inducat. 3. Ne fraudes contra ludi leges interveniant.

III. Ludum hunc lucratorium tanquam illicitum rejicio, & tanquam perniciosum familiis, & Reipublicæ. Conditiones quas juniores præscribunt, majorem malitiam impedire valent, at honestatem tribuere ludo lucratorio nequeunt. Gradum malitiæ ignoro, quamvis sciam ludum lucratorium vitiosum esse. Qui accidentaliter & præter consuetudinem aliquid pecuniæ etiam principaliter propter lucrum impenderent, gravis culpæ non damnarem. Contra, qui in consuetudine ludendi principaliter propter lucrum versarentur, a gravi culpa non liberarem, nec absolverem, nisi consuetudinem hanc relinquerent. Quoniam vix ac ne vix quidem contingit quin talem consuetudinem gravia consequantur absurda. Suscipitur primum ludus oblectandi animi causa, at progressum & finem occidere in avaritiam, & familiarum ruinam, experientia docet.

IV. QUÆST. II. *Licitumne est ludus aleæ, seu fortunæ?* REPS. Leges ipse civiles *ff. de Aleæ usu l.* 1. 2. & 3. severè prohibent hunc ludum. Accedunt leges peculiares cujuscumque regni, & jus canonicum cap. *Episcopus* dist. 35. ubi laici aleæ operam dantes communione privantur, & clerici Diaconi, aut Presbyteris pœna depositionis imponitur, & Concilium Tridentinum *sess.* 22. *cap.* 22. antiquos canones adversùs Clericos aleæ operam dantes innovat.

V. Itaque ludus sortis, seu aleæ propter lucrum natura sua vitiosus est. Præterea ludi chartarum qui non ab industria, sed à fortuna pendent, ut sunt ludi vulgo *Bassetta, Faraon, Trissac*, taxillorum, tot pericula secum afferunt, ut neminem ad sacramenta admitterem, nisi prius desisteret, & his ludis vale diceret. Aristoteli lusores isti, & lattones idem sunt. De ludis Claustralium vide ea quæ scripsi in *Disciplina apostolicomonastica diss.* 6. *c.* 4.

VI. Qui exponunt publicas mensas ad ludendum, & in propriam domum ludentes recipiunt, peccant mortaliter, & arcendi sunt à Sacramentis, ut affirmant communiter vel ipsi benigniores. Similiter artifices chartarum, & taxillorum non esse absolvendos, docet S. Antoninus in sua *Summa confessional. part.* 2. *c.* 3. & 2. *p. Sum. tit.* 1. *c.* 23. §. 13. Oppositum docent non pauci. Vide quæ de scandalo dicta sunt.

VII. QUÆST. III. *Sponsiones vulgò apuestas, licitæne sunt?* RESP. Negant Sylvester, Gabriel, S. Antoninus, & alii. Affirmant vero communiter juniores. Semo non est de sponsionibus quæ recreationis causa per accidens fieri solent; sed de sponsionibus lucratoriis, quæ communiter fieri solent super bellorum eventu, super ludentium victoria, vel jactura. Sponsiones hujusmodi à vitio purgari vix possunt.

VIII. Catalualis de Lugo *disp.* 31. *sect.* 6. *n.* 74. licitè fieri sponsionem docet, quæ cum damno proximi evenit: *Quia*, inquit, *licet sponsionem detur occasio optandi mortem Petri, hoc tamen per accidens est.* Et *n.* 75. subdit: *Insuper secundo, non esse etiam de jure naturæ illicitum sponsionem facere super peccato committendo ab aliquo tertio. Ita Sanchez cum aliis.* Quodnam istius sponsionis objectum? Peccatum. Nonne honestum? Quinam finis? Lucrum. Nonne sanctum? *Sanctum*, inquit Augustinus, *est quod volumus.* At sanctum sæpius non est, sed pravum, ac vitiosum. Paradoxa de ludis lucratoriis P. Cæsaris Callini vide *tom.* 7. *lib.* 3. *diss.* 4. *cap.* 13.

CAPUT V.

De Assecuratione, pignore, transactione, emphyteusi, feudo, commodato, precario, deposito, locatione, conductione, promissione, & donatione.

I. QUÆST. I. *Quid sit assecuratio?* RESP. Est contractus quo pacto pretio aliquis rei periculum suscipit, damnum sive in totum, sive in partem compensaturus. Pretii quantitas taxata est plateatum legibus. Contractum hunc licitum asserunt omnes. In cap. *Navigantì* prohibita assecuratio est respectu mutuatoris ob usuræ periculum.

II. QUÆST. II. *Quid sit fidejussio, pignus, hypotheca, & transactio?* RESP. Fidejussio est alienæ obligationis in se susceptio, qua quis se ad eam implendam obstringit, principali debitore deficiente. Vocatur contractus iste subsidiarius, & accessorius, quia substituitur fidejussor principali debitori. Qui se principalem pro altero debitorem constituit, non est proprie fidejussor. Sepè tamen fidejussores se constituunt debitores principales, qui appellantur *Malievadori in primis-*

cipalita. Hi cogi ad solutionem directè valent, relicto debitore primo.

III. *Pignus*, & *hypotheca* pro eodem accipi solent. Presse tamen accepti contractus isti differunt: nam *pignus* est de solis mobilibus, *hypotheca* de immobilibus. *Pignus* definitur contractus quo res mobilis creditori traditur in securitatem debiti. *Hypotheca* est contractus quo res immobilis, nuda conventione, absque traditione obligatur creditori in securitatem debiti, ut si alter non satisfaciat, inde peti satisfactio possit. *Hypotheca* duplex: altera *generalis*, qua omnia bona obligantur; altera *particularis* qua quis aliquam rem determinatam obligat.

IV. Transactio est conventio onerosa, qua dubia jura, & incerta inter partes componuntur. Hæc legitimè inter partes constituta, eadem vi pollet, ac judicis sententia. Quarè ea semel peracta, non conceditur jus in integrum, nisi læsio enormis appareat. Utinam frequentior esset hic contractus utrique parti utilis, missis tot litibus victoribus perniciosis.

V. QUÆST. III. *Quid sit emphyteusis?* RESP. Est contractus quo rei immobilis dominium utile ad longum tempus transfertur, directo retento, onere imposito annuæ pensionis solvendæ. *Emphyteusis* vox græca est, quæ latinè insitionem, seu implantationem significat: quia olim inculti fundi inserendi tradebantur.

VI. Si emphyteuta per triennium domini laico & per biennium Ecclesiæ non solvit pactam pensionem integram, ipso facto cadit in pœnam *commissi*, valetque dominus proprietarius eum privare re emphyteutica cum omnibus *meliorationibus* factis.

VII. QUÆST. IV. *Quid sit feudum?* RESP. Est contractus quo rei immobilis dominium utile transfertur, retento dominio directo sub onere fidelitatis, & obsequii personalis. Differt ab emphyteusi, quia feudatarius, seu vassallus non pendit domino annuam pensionem, sicut emphyteuta, sed tantum obsequium personale defensionis, auxilii, & fidelitatis præstare debet requisitus à domino.

VIII. QUÆST. V. *Quid sit commodatum?* RESP. Est rei alicujus quoad usum solum gratuita concessio ad certum tempus. *Precarium* verò est rei alicujus quoad usum solum gratuita concessio ad nutum concedentis revocabilis. Affines sunt ejusmodi contractus; discrepant solum quod precarium repeti ad nutum concedentis potest, commodatum verò solum elapso tempore præstituto.

IX. QUÆST. VI. *Quid sit depositum?* RESP. Est contractus quo sola res custodia alterius fidei committitur, ut integra reddatur. Requiritur mutuus consensus & deponentis, & depositarii. Depositarius nequit uti re deposita absque consensu deponentis. Si tamen pecunia sit, quæ damnum ex usu patitur, ea uti potest, si tamen semper promptus sit ad eam reddendam ad nutum deponentis. Adhibere diligentiam debet in custodia. Si damnum sequatur, tenetur ex culpa lata tantùm ad recompensationem. Religiosi claustrales suscipere depositum nequeunt absque licentia Prælati: Cœnobium non tenetur ad compensationem, si depositum pereat apud privatum Religiosum, vel apud Prælatum, nisi cum capituli consensu illud suscepissent. Cæteri ratione utentes capaces sunt recipiendi depositum.

X. QUÆST. VII. *Quid sit locatio?* RESP. Est contractus onerosus, quo usus, vel fructus rei, vel personæ venditur pro pretio. Conductio est contractus quo usus rei vel personæ emitur pro pretio.

XI. QUÆST. VIII. *Peccantne qui domos locant ad usuras exercendas, ad meretricandum?* RESP. Affirmant Patres omnes, ut alibi palam feci. P. Claudius Lacroix *lib.* 3. *p.* 2. *dub.* 2. *n.* 1042. congerit opiniones oppositas probabiles, improbabiles, & laxas, & more suo, arbitrio lectorum eadem subjicit, ac si Pyrrhonismus esset Moralis christiana. Inclinare se tamen ostendit in opinionem docentem licitam esse talem locationem: quia hæc, inquit, tendit proximè ad dandam habitationem, remotè verò præbet occasionem peccandi. Opinio hæc, ut mihi videtur, falsa est. Vide quæ dicta sunt ubi de scandalo.

XII. QUÆST. IX. *Quid sit promissio, & quænam obligatio?* RESP. Est libera, & spontanea fidei datio de re licita possibili. Requiritur enim ad veram promissionem obligatio præstandi ex virtute fidelitatis id quod promittitur, nec sufficit sola voluntas faciendi; & ideò dicitur *datio fidei.* Dicitur libera, & spontanea, quia promissio contractus gratuitus est.

III. Ut promissio obligationem inducat, acceptata sit oportet ab illo cui fit. Promissio juramento firmata ante acceptationem revocari nequit, quia promissor vinculo religionis, se obstringit ad non revocandam promissionem, quidquid in oppositum dicant aliqui. Gravitas obligationis in promissione gratuita pendet ex intentione promissoris, qui ad hoc quod attinet legislator est.

XIV. QUÆST. X. *Quid sit donatio?* RESP. Est liberalis alicujus rei traditio. Alia *realis* in rei traditione sita; alia *verbalis*, qua quis donat rem absentem, quæ imperfecta donatio est, & potius promissio. Rursus donatio tribuitur in absolutam quæ perfecta est, & in conditionatam, quæ conditionem annexam habet. Denique alia est donatio *inter vivos*, quæ continuò transfert dominium in donatarium, etiam vivente donatore; alia est donatio *mortis causa*, in qua quis rem nunc donat, sed post mortem possidendam. Hæc revocabilis est, secus illa, exceptis paucis casibus.

XV. Donare valent qui absoluto dominio rei donandæ potiuntur. Heinc Religiosi donare nequeunt. Revocandæ donationis causæ sunt. 1. Donatarii ingratitudo probata in judicio. 2. Proles noviter suscepta. 3. Si donatio sit inofficiosa contra pietatem paternam erga filios, ut si lædat jus legitimæ debitæ filiis. 4. Si quid donatum sit ob causam, non secuta causa.

scribit: *Census personalis utrimque redimibilis super personæ industria locatus, probabiliter defenditur. Attamen periculo usurariæ intentionis non careret. Ita contra communem docent DD.* Defendunt DD. contra *communem probabiliter*? Qui sunt hi DD. qui communi Ecclesiæ doctrinæ sesa opponunt?

IV. P. Patritius Sporer, Tamburini, Laymani, Sanchez, Dianę collector *tract. 6. cap. 6. n. 16.* scribit: *Probabilissimè quoquè licitus est census personalis . . . . etiam redimibilis ex utraque parte, etiam adjuncto pacto assecurationis spectando præcisè rei naturam, licet ubique subsit periculum usurariæ intentionis: ideo meritò prohibitus per Bullas Pontificum.* Licitus est census personalis, & quidem *probabilissimè, & simul meritò per Bullas Pontificum improbatus*? Meliores ne juris naturæ, & evangelici interpretes Casuistæ novi, quam Pontifices summi? Si meritò per Bullas Pontificum est improbatus census iste, missis disputationibus, eumdem, & nos manibus collatis improbemus. At resistit *P. Viva*, qui *p. 4. q. 4. art. 3. n. 6.* docet, DD. *communissimè* negare censum personalem esse fœnebrem.

V. Considera ortum, incrementum, & propagationem opinionis hujus. Biel cœpit *recitativè*, P. Lessius secutus est *speculativè*, P. Layman *probabiliter*, P. Sporer *probabilissimè*, P. Viva *communissimè*. Sic propagantur novæ opiniones adversus antiquam sanctorum Pontificum doctrinam.

VI. Verùm si Bullę Pontificiæ prohibent censum personalem, ut fatentur adversarii, qua ratione illum propugnare possunt? Et quod Bullæ Pontificiæ improbent hunc contractum, prætet adversarios testatur Benedict us XIV. *lib. 7. c. 48. n. 5. de Syn.* ubi ait: *Superfluum est novis argumentis censum personalem infectari, quem jam proscripsit S. Pius V. in laudata Constitutione.* Cum onus: *ubi ad census bonestatem, inter cæteras conditiones hanc quoquè requirit ut census constituatur in re fructifera, non qualicumque, sed immobili, certa, ac nominatim designata.*

VII. P. Paulus Comitolus doctissimus Jesuita antiprobabilista *lib. 3. Respons. q. 27.* clamat: *Quis existimaret posse omnes christiani imperii provincias, ac regna non teneri hac lege .... Verùm mihi minimè dubium est, vim habere constitutionem in omnibus Regnis, ac provinciis: id quod non obscurè declarant verba illa ejusdem constitutionis.* Volumus autem, &c..... *Accedit hęc firmissima ratio. Pontifex pernitiosis contribus necessaria lege potuit mederi, debuit, potuit, ac voluit in omnibus locis mederi. Quare maximè generalem hanc legem esse oportuit: aliequin omnium christianarum Nationum, & sua item salutis Romanus Pontifex non valdè prudenter consuluisset, cum non sustulit illud malum ex omnibus Provinciis orbis christiani, quod pœna sanctione tollere poterat, ac debebat.*

VIII. Sed quodnam non acceptationis argumentum promet aliquis? quod non sit promulgata in singulis provinciis? Finge etiam hanc hypothesim. Quænam provincia, quodnam regnum examen, juris forma servata, instituit, sit ne acceptanda, an secùs Piana Bulla? Nullum omninò. Cur ergo non acceptata? Quia homines avari, cupidi, fœneratores fœnebres istos census, & usuraria cambia continuarunt? Quis id asserere audeat? Non alia ergo de causa non acceptata dici potest, nisi quia aliqui Theologi videntes populos majori ex parte census personales, cambia sicca, contractus trinos celebrantes non secùs post Bullam ac antea, pia intentione, ut sentire nos convenit, eosdem præservandi ab usuræ flagitio scribere cœperunt: *Bulla non est usu recepta.* Tum non pauci post illos continuarunt scribere, *Bullam non esse usu receptam*; quamvis his temporibus Benedictus XIV. eamdem Bullam allegaverit contra census personales. Sed audiant, & imitentur percelebrem Jesuitam P. Comitolum *lib. 3. q. 27. n. 5.* sic fantem: *Quærunt enim arbitri sacrarum Confessionum: quid igitur nobis cum iis agendum erit .... qui ex censibus, qui ad præscriptam rationem constitutionis non sunt facti, nec celebrantur, fructus percipiunt? Quid item cum dominis provinciarum? Ego id agerem. Dominos Provinciarum, nisi velint accipere Pianam Constitutionem, non absolverem. Cęteris, si quid post auditam legem Pii V. per fraudem, aut dolum, contrahendo census commiserint, pronuntiarem inane esse quidquid fecerunt, contractum fuisse nullum, ac propterea nullum iis jus fuisse percipiendarum pensionum; & ita necessario restitutioni esse obnoxium.*

IX. Propugnatores census personalis divisi sunt in classes duas. Alii defendunt censum personalem solùm ex parte venditoris, secùs ex parte emptoris, ut *Henricus à S. Ignatio*, cujus opus proscriptum est, & in materię usuræ fortasis est æquo laxior, quod dictum sit ob imperitos, qui hunc auctorem citant, ac si semper sanam propugnaret doctrinam. Alii defendunt eumdem utrimque redimibilem, adjecta etiam hypotheca.

X. Sic autem argutantur auctores isti. Possum ego tibi vendere jus percipiendi fructum agri mei. Ergo eadem ratione possum tibi vendere partem fructuum industriæ meæ. Aut ergo improbandus census realis, aut probandus census personalis.

XI. Futilis, & inepta argutatio. Terra natura sua fructus parit in perpetuum. Persona humana in dies mutatur. Hodiè fœcunda, cras sterilis. Hodiè contrahit censum personalem, cras in morbum incidit diuturnum. Interim census quotidie currit. Spectato ergo naturæ jure, ad quod appellant defensores, fœnebris est census iste, & ut talem damnarunt Pontifices, sapientiores quam alii, juris istius interpretes.

XII. Clausula quę præscribit subjiciendum esse censui fundum frugiferum, & immobilem, jus naturale spectat, ipsamque contractus substantiam. Hanc clausulam præcipiunt quatuor Romani Pontifices Martinus V. Nicolaus V. Callixtus III. S. Pius V. Nunquam disputatum inter Theologos ante Pianam constitutionem, esset ne tantum humani juris præfata clausula, sed an usurarius esset hac sublata clausula. Usurarium declararunt census, deficiente fundo frugifero immobili, & determinato. Ergo nunc quoquè ut tale habendum.

XIII. Paucis omnia perstringo. Si rationes cum

cum rationibus conferantur, rationes pro censu personali sunt inventa primùm *recitativè*, post *speculativè*, inde *probabiliter*, turtus *probabilissimè*, & tandem *communissimè* propagata inter juniores. Si auctoritas Theologorum, & Canonistarum cum auctoribus comparetur, fatetur vel ipse P. Lessius suo tempore nostram sententiam fuisse communem. Finge omnia utriusque partis argumenta esse paria. Pontifices summi damnant censum personalem. Finge etiam, quod prorsus nego, pontificiam prohibitionem esse juris positivi? Quid inde? An leges quæ vetant aliquem contractum ob usuræ speciem, ob pericula gravissima fraudum, oppressionum, & usurarum, non obligant ubique gentium? An obligatio vitandi gravia pericula, & scandalum hæreticorum non est naturalis & divini juris? An non obstringit provincias omnes? An in re gravissima, qualis est avaritia, & usura, quorumdam interpretamentis adhęrendum, neglectis graviorum Theologorum, & summorum Pontificum sanctionibus? Tu lector christiane judex sede.

XIV. Certum ergo firmumque habeo, censum personalem sive utrimque redimibilem, sive irredimibilem, sive quocumque modo conceptum, fœnebrem esse. Evidentius quidem usura se prędit in censum utrimque redimibili; at non progredera probabilis est opinio de hoc censu irredimibili. S. Pius V. fatentibus adversariis, damnavit censum personalem. Opinio autem à S. Sede damnata omni caret probabilitate. Sæculis xiv. Christiana Respublica vixit sine censibus ipsum Romanum Imperium censuales contractus ignoravit. Ut primum invecti fuere, quatuor Romani Pontifices, præscriptis clausulis, ab usuræ labe reales purgarunt. Si plura de censibus realibus & personalibus cupis, lege *tom. 7. lib. 3. diss. 4. n. 12.* ubi plura invenies, quę spectant historiam, & omnia adversariorum sophismata convulsa.

XV. QUÆST. I *Jure naturæ spectato licitum ne est pallium, quo obstringitur consurarius ut redimat censum ad arbitrium emptoris?* RESP. Affirmant aliqui. Sed hæc opinio falsa mihi est, spectato solo naturæ jure. Quotiès tradis pecuniam cum pacto ut tantumdem restituatur, usura est, si accessiones præter sortem exigas. Id in præsenti evenit. Siquidem emis censum mille aureorum pretio: 50. in annos singulos percipis: censuarium cogis ut post triennium, aut sexennium censum redimat eodem pretio. Quid amplius ad verum mutuum, & usuram requiritur? E contrario res se habet, dum ex parte solius venditoris remanet facultas census redimendi. Hęc quippe facultas non tollit veram emptionis & venditionis rationem: quia venditor non potest unquam redimere censum, ex illius parte timeri mutuum nequit. Quarè emptor verè emit, cum pretium datum repetere non queat. Hanc sententiam defendunt graviores Theologi. Obligari venditor potest, ut eadem moneta censum redimat, dummodò æquale periculum sit incrementi, & decrementi.

XVI. QUÆST. II. *Pereunte fundo subjecto censui, perit jure naturę census?* RESP. Affirmat S. Pius V. in sua constitutione, pereunte fundo censui subjecto sive in totum, sive in partem perire quoquè censum. Negantem tamen opinionem defendunt Salmanticenses *tract. 14. c. 4. p. 2. §. 4.* quia, inquiunt, fundi non supponuntur censibus, ut ex iisdem pensiones solvantur, sed ut pignus & hypotheca ad census securitatem. Hæc opinio falsa est mihi. Ea enim admissa, census sunt veram mutuum adjecto pignore.

XVII. QUÆST. III. *Licitum est census cui amplioris fundi subjiciuntur, non definita parte determinata?* RESP. S. Pius V. ad frandes, & usuras tollendas præcipit ut determinata fundi pars censui subjiciatur. Quoniam si pars subjecta censui perit, emptori census perire debet. Nec obstat quod in omni instrumento census, omnia bona venditoris substituantur in assecurationem ejusdem. Quoniam ejusmodi substitutiones & hypothecę fiunt, ut securus reddatur fundus subjectus censui ab evictione: nempè si fundus esset alio censu gravatus, fideicommisso suppositus, aut alio debito onustus, tunc supplere alia debitoris bona deberent. Cæterum si fundus periret, censuisse perire debet, & hoc certum est.

XVIII. QUÆST. IV. *Licitum est census vitalitius?* RESP. Affirmat communis opinio. Est enim contractus sortis, in quo æquale periculum utriusque partis est. Sors quippe exposita periculo frugifera evadere potest, quando periculum æquale sit tam respectu vendentis, quam ementis. Quia tamen contractus iste speciem aleæ habet, nisi necessitas urgeat, non probarem respectu illorum qui ex instituto, census vitalitios celebrant, unicè ut lucrentur. Mihi hæc de re aqua hęret. Quarè, sublata necessitate, ut ab hoc censu abstineant Christiani suadeo.

XIX. QUÆST. V. *Licitum est contractus vulgo dictus* à godere, *ad gaudendum?* RESP. Frequentissimum in Italia hunc contractum ait Diana. Hoc pacto celebratur. Sempronius dat tibi suam domum, vel suum agrum, & tu eidem pecuniam respondentem valori domus, vel agri, sic mutuò pacificentes. Tu utere pecunia mea, & ego utar agro tuo. Ego quandò voluero repetam pecuniam, & tu agrum: vel tu quinquennio, decennio utere pecunia mea, & ego utar agro tuo. Honestare hunc contractum aliqui juniores cum Diana contendunt, larva venditionis, cum pacto retrovenditionis. Sed est aperta, & versuta circuitio, & mutui larva. Licita utique est venditio cum pacto redemptionis in favorem venditoris. Pactum verò istud in favorem emptoris fœnebre est, ut supra dixi. Et hæc de usura, & usuræ pallis sufficiant. Lege *tom. 7. lib. 3. diss. 4. & tom. de Usura contrat. Tein. & comment. in encyclicam.*

sequor, licitum esse docent cum explicatione danda §. 4. Probatur. *Quia si Cajus campsarius haberet Placentiæ* aliquem amicum, *qui ibi solveret cambium contractum Panormi, esset justum cambium, ut videtur. Ergo etiam, &c.*

VII. Argumentatio eorum qui hoc cambium licitum faciunt, ni fallor, huc recidit. Si cambium esset reale, licitum foret. Ergo licitum quoquè erit, tametsi fictum sit. Quoniam, inquiunt, licèt non adsit Placentiæ realiter & verè pecunia, adest tamen *virtualiter*, & *æquivalenter*. Felicissimi debitores, si hac *pecunia virtuali* solvere sua debita possent! Lapis iste omni lapide philosophico pretiosior foret.

VIII. Ut usuræ iniquitatem deprehendas: *Cajus* necessitate coactus petit à Titio 100. aureos, nihil prorsus de cambio cogitans. Versutus *Titius* videt se fœneratorem prodere, si aureos tradat cum accessione supra sortem. Idcircò ut usuram declinare se fingat, suggerit ei cambium *Placentinum*. Ecqui fieri, reponit *Cajus*, hoc potest? Facillimè, reponit *Titius* vafer. Habeo ego ibi procuratorem meum *Sejum*, qui illa omnia quæ narrata sunt, peraget. Quis manibus non tangit versutam circuitionem ad palliandam usuram excogitatam? Siquidem sublatis circuitionibus, non aliud *Titius* reipsa intendit nisi lucrum ex mutuo quod tradit *Cajo*. Et non aliud intendit *Cajus*, nisi recipere pecuniam restituendam *Titio* eo in loco ubi illam accipit. Cætera omnia commenta sunt. Quomodò velle cambium potest *Cajus*, si eo non eget; sed eget pecuniis ibi, ubi eadem restituere debet?

IX. S. Pius V. an. 1571. constitutionem edidit, qua ejusmodi cambia *ficta* omnia damnavit, cujus initium est, *In tam pro nostro*, &c. Lege illam integram *tom. 7. lib. 3. diff. 4. cap. 3.* Respondent, constitutionem Pianam paucis in locis & ferè nullibi esse receptam. *Itaque videndum, quid jus naturæ præscribat.* Sed qui sunt interpretes istius juris naturæ? Nonne Pontifices? Non vidit S. Pius V. non viderunt Theologi, quorum studio usus ille est, quid jus naturæ præscribat? An Bullæ pontificiæ in rebus fidei, secùs in morum præceptis obligant? Sed cur Piana constitutio usu recepta non est? Quia à pluribus mercatoribus non observatur. Ne isthæc egregia ratio? Plura alia, quæ in hac constitutione damnat S. Pius V. explicata sunt *loc. cit.*

X. QUÆST. V. *Quid de cambio ad nundinas dicendum?* RESP. Mercatores nundinas in certis locis, vel urbibus ter aut quater in annum celebrant, ubi debita solvuntur: pecuniam ibi numerant restituendam ad secundas, vel quartas nundinas tanto majori lucro, quanto longius tempus interfluit. Lessius, Layman, & alii licitum hoc cambium asserunt; sed tamen non esse suadendum. Alii graviores Theologi illud tamquam fœnebre improbant, quia exigitur lucrum ob solam temporis dilationem. Allegari solent tituli lucri cessantis, & damni emergentis; sed ut advertit *Genettus*, vix unquam mercatores damnum patiuntur ex tali cambio. Quia vix cambium, dilata solutione, nisi dum otiosa pecunia abundant: ideò hoc cambium, inquit ille, est *ferè semper usurarium.*

XI. QUÆST. VI. *Quid de cambio civico dicendum?* RESP. *Cajus* indiget 100. aureis Romæ, quos à *Titio* campsore petit, ibidem cum lucro restituendos ad terminum, nempè ad 1. vel 2. vel 3. nundinas. Nemo est qui cambium istud tamquam fictum, & fœnebre non damnet. Quoniam campsorius nec Romæ, nec alibi pecuniam habet permutandam. Fucare cambium istud solent hoc modo. Cajus Romæ testatur campsori se nummos accipere vel ad cambium exercendum Neapoli, Lugduni, Mediolani, &c. vel ad alios contractus negotiatorios ineundos. Et hoc, si opus fuerit, juramento confirmat. Omnia tamen falsa sunt. Cajus enim recipit Romæ pecuniam expendendam vel in collocanda filia, vel in propriis indigentiis sublevandis. *Titius* refugit pecuniam credere *Cajo*, nisi aut pignore, aut fidejussore accepto. Cajus debet solvere lucrum fidejussori, & simul campsori. Quot facinora in uno crimine! Campsores, & proxenetæ communiter hæc omnia figmenta perfecta habent. Estne aliquis titulus tegens hanc usuram? Ajunt aliqui: quoniam, inquiunt, aut Cajus negotiatur pecuniam acceptam à Titio, aut secus? Si primum, cambium est verum. Si secundum, per Cajum stat, ne pecunia lucrosa fiat. Porrò ex culpa Caji referre damnum Titius non debet. Verùm hæc omnia mera figmenta sunt: quoniam contractuum tituli reales sunt, & esse debent, non ab aliis conficti.

XII. Alio pacto hoc cambium, quod obliquum vocant, exercere solent, *Sempronius* mutuatarius dicit *Cajo* mutuatori: Tu mihi trade mutuos mille aureos, ego parem pecuniæ summam negotiationi destinabo, aut ad cambium tradam in commodum, & utilitatem tuam, & quotannis tibi solvam quantum ex negotiatione, vel ex cambio lucrabor, donec reddidero acceptam summam. Hæc omnia chimærica sunt, ut Benedictus XIV. Pontifex summus *lib. 7. cap. 48. n. 9. de Synod.* declaravit inquiens: *Quid enim absurdius, quid incredibilius fingi potest, quam quod Titius indigens mille aureis, quos mutuos accepit à Cajo tertiana statim habeat paratos ad nundinas transmittendos, atque in activa cambia erogandos in mutuantis Caji utilitatem.*

XIII. Circuitio hęc adeò puerilis, & inepta est, ut confutatione non egeat. Nec refert quod decisiones Rotæ in confirmationem adducantur. Quoniam in Tribunali mendaciis, & circuitionibus partes evincunt quod fictum cambium fuerit verum. Cæterum si in foro appareret cambium esse merum figmentum, nunquàm judices illud probarent. Et hoc in sensu intelligendus est Cardinalis de Luca, qui *lib 5. tit. de Camb.* probare videtur descriptum cambium. Nemo quippè rationis compos probare potest tale cambium, si fictum sit, quomodò revera est, & passim ad praxim reducitur. Si plura de cambiis cupis, lege *tom. 7. lib. 3. diff. 4.*

CA-

CAPUT II.

De Censibus realibus, & personalibus, eorumque divisione.

I. QUÆST. UNIC. *Quid, & quotuplex sit census?* RESP. Est jus exigendi pensionem ex re alterius frugifera. Juniores addunt aliam particulam, vel *ex persona*, ut communi census definitione includant censum personalem. Verùm cum census iste commentitius mihi sit, & usuræ pallium: ideò à census finitione eum excludo.

II. Tribuitur censum *in reservativum, & conficuativum.* Dum quis rem suam alteri tradit, hoc onere adjecto ut quotannis qui rem accipit, solvat pensionem præscriptam, constituit censum *reservativum.* Census *consignativus* ille est, quando retento dominio rei tuę, prædii, domus, &c. alteri vendis jus percipiendæ pensionis in annos singulos.

III. Consignativus rursus dividitur 1. ex parte rei, in qua fundatur, in *realem, personalem,* & *mixtum.* 2. ex parte pensionis in *pecuniarium*, & *fructuarium.* 3. ex parte temporis in *temporalem,* & *perpetuum.* 4. ex parte modi, quo celebratur, in *redimibilem*, & *irredimibilem.*

IV. *Realis* constituitur super agro, domo, vel terra aliqua fructifera. Si alienetur, transeatque ad plures dominos, transit quoquè onus istius census, donec redimatur. Si res pereat, perit census. *Personalis* constituitur immediatè in persona, quæ obligatur ad solvendam pensionem ex industria, labore, & operibus, & etiam ex bonis suis, si habeat. Census iste immediatè afficit, & comitatur personam, non rem. Quarè si bona pereant, & non persona, census consistit. Et quamvis pro assecuratione tradatur hypotheca, non propterea transit in realem, quia hypotheca non manet immediatè obligata, sed tantùm in defectum personæ. *Mixtus* constituitur tum super re, tum super persona. Et ideò si res perit, & non persona, hæc solvere debet: si contra persona perit, & non res, ex hac pensio exigitur. *Pecuniarius* pecunia, *fructuarius* fructibus solvitur. *Temporalis* habet fixum tempus. *Perpetuus* durat semper. *Vitalitius* ligatur tempori incerto, nempè personæ. *Redimibilis* redimi potest arbitrio censualistæ, vel censuarii, vel utriusque. *Irredimibilis* numquam redimi potest. Qui emit censum, *Censualista*, qui solvit, *Censuarius* vocatur.

V. Census realem probarunt Martinus V. Callixtus III. S. Pius V. in constitutione *Cum onus*, &c. an. 1568. Licitus, & justus est contractus iste. Consentiunt ambę partes. Pretium justum est. Quoniam licèt pensiones omnes simul sumptæ superent pretium rei, successivè tamen acceptæ minoris valent.

VI. Objiciunt censuum oppugnatores, & usuræ defensores. Census est purum, putumque mutuum. Ego trado tibi 100. ut singulis annis reddas mihi quinque. Elapsis 10. annis, reddita sors est. Et nihilominùs recipiam quotannis quinque in centum. Quid autem hoc est nisi mutuum perpetuum?

VII. Varia, quæ præbent auctores, responsa evincunt objectionem non esse levioris momenti. Unica vera responsio hæc mihi videtur. Improbatur accessio supra sortem in mutuo, quia pecunia natura sua sterilis est, & usu civili consumitur. Fit frugifera industria mutuatarii, non mutuatoris. Contra fundi censuum natura sua frugiferi sunt in quibus usufructus à dominio distinguitur. Si hæc duo distincta reipsa sunt, vendi unum sine altero potest. Neque hoc gratis asseritur. Nam si ager, si domus, si fundus, in quo fundatur census, alluvione, incendio, aliove modo perit, ipsi *censualistæ*, minimè *censuario* perit. Contra in mutuo mutuatario non mutuanti perit. Discrimen ergo verum est, & reale. Huc res recidit, ut census celebrentur juxta constitutiones apostolicas. Quod reipsa interveniat verus contractus venditionis, ut emptionis juris ad percipiendas pensiones: quod fundus census sit reipsa frugifer, & liber, & correspondens sorti. Frequentissimè census isti ficticii sunt, quia non servantur conditiones præscriptæ à constitutionibus Pontificis. Auctores illi qui negligunt conditiones à S. Sede præscriptas, hæreticorum calumniis exponunt Pontificias Bullas. Si plura scire aves de discrimine inter censum, & pecuniam mutuatitiam, legesis *comm. nostrum in Encyclicam Benedicti XIV. dist. 3. cap. 4. §. 5.*

CAPUT III.

De Censu personali mirifico usurę pallio.

I. SI ipsi census reales, Pontificia auctoritate probati, difficultatem præferunt, & indè usurarum patroni ansam arripiunt honestandi moderatas usuras, quisque videt quid de personalibus censibus dicendum sit. Census realium justitia defenditur, si serventur præscriptę conditiones. Eæ conditiones deficiunt in censibus personalibus. Ergo fœneraticii sunt.

II. Martinus Navarrus *de Usur. n. 80.* testatur, *ferè omnes* Theologos, & Canonistas damnare censum personalem. P. Lessius citat *Biel* pro patrono census personalis. Sed *Biel in 4. dist. 15. q. 12.* ait: *Hoc dico recit ative*, &c. Respondet P. Lessius *lib. 2. c. 22. dub. 10. n. 56.* hoc non obstare, inquiens: *Sic enim loqui solemus ad declinandam invidiam, quando aliquid novi, & receptæ opinioni adversum ex nostra sententia proferimus.* Intelexistin? Sic loqui *solemus* cum aliquid *novi*, & receptæ doctrinæ adversum procudimus. Licitum ergo est in morum controversiis *novas doctrinas* procudere receptæ antiquorum doctrinæ oppositas? Ad declinandam *invidiam* ambigua adhibentur verba. Aut vera doctrina est, aut falsa. Si vera, timenda ne est Jesu Christi discipulis invidia? Sed divina providentia disponitur ut ab ipsis auctoribus vocetur *nova*, & antiquæ doctrinæ opposita, doctrina quam ipsi propugnant. Si enim *nova* est, nec ab Evangelio, nec à Patribus, nec à Conciliis tradita, profecto falsa est.

III. P. Paulus Layman *lib. 3. n. 4. cap. 18.*

CAPUT VI.

De Testamentis.

I. QUÆST. I. *Quid, & quotuplex sit testamentum?* RESP. Est ultima voluntatis humanæ justa sententia de eo quod quis vult fieri post mortem, cum directa hæredis institutione. Proprietas vera testamenti, ut distincti à cæteris ultimis voluntatibus, est *hæredis institutio*, qui personam defuncti repræsentet. *Codicillus* est veluti testamenti appendix, & scribitur ad aliquid mutandum eorum quę in testamento disposita sunt, aut declarandum, adjiciendumve. Ex privilegio dumtaxat potest in codicillo hæres institui. Alicubi valet testamentum sine hæredis institutione.

II. Testamentum duplex. Aliud *scriptum*, seu *clausum*, & sigillis munitum. Aliud *nuncupativum*, seu apertum, quod absque scriptura, sola verborum nuncupatione formari potest. Si quis pluta conficit testamenta, ultimo standum est.

III. *Legatum* est donatio facta à testatore, & ab hærede præstanda alicujus rei particularis. Fideicommissum est legatum, vel hæreditas fidei legatarii vel hæredis ita commissa, ut alienare eam nequeat, sed debeat illam tradere, & restituere, cui testator præscribit. Duplex fideicommissum: generale, quo tota hæreditas gravatur; & particulare, quo res determinata fidei legatarii committitur restituenda.

IV. QUÆST. II. *Quæ solemnitates requiruntur ad testamentum nuncupativum?* RESP. Jure communi requiruntur septem testes masculi puberes, qui annos 14. expleverint, quique liberi, & invitati, ac rogati omnes audiant voluntatem testatoris. Ad testamentum *scriptum*, seu *clausum*, requiritur ut testator coram septem testibus declaret hoc esse suum testamentum. Omnes testes debent subscribere. Si quis ignorat scribere, alius pro eo scribat, & proptio, vel communi sigillo testamentum signare debet. Excluduntur muti, surdi, impuberes, pater hæredis, & qui sub potestate testatoris sunt, cæci, amentes, prodigi, infames à numero testium. Hæc de jure communi. Cæterùm singuli principatus suas habent peculiares leges, quæ servandæ sunt.

V. QUÆST. III. *Quas solemnitates postulat testamentum ad pias causas?* RESP. Testamenta quę hæreditatem destinant pauperibus, Ecclesiis, monasteriis, hospitalibus, virginibus, viduis, nuncupantur ad pias causas. Si legatum in testamento relinquatur præfatis, non dicitur testamentum ad pias causas. Quoties constat de consensu testatoris aut ex ejus privata scriptura, aut ex duobus testibus, sive viris, sive fœminis, valet testamentum ad pias causas, sublatis solemnitatibus jure communi præscriptis.

VI. Ad testamenta cæcorum nuncupativa septem testes requiruntur. Milites testantes extra bellum sunt subjecti juri communi; in bello verò ea servare debent quę jure naturę præscripta sunt, nempè testamenta fieri coram duobus testibus sive viris, sive fœminis debent. Ad *codicillos* quinque testes requiruntur. Sed leges municipales consulendæ sunt.

VII. QUÆST. IV. *Quid sit testamentum imperfectum?* RESP. Testamentum imperfectum dicitur, quia aut deficiunt solemnitates à jure præscriptæ; aut testator morte percussus illud perficere nequivit. Hoc jure communi nullum est. Dum dubitatur validum necne sit testamentum, communiter auctores validum asserunt. Et si sit ad pias causas, validum in utroque foro est, sicut, & legata pia. Si testator asserat in testamento se schedulam dedisse Confessario, vel alteri personæ subscriptam, velleque omnia in ea contenta valere, implenda sunt non secùs ac testamentum.

VIII. Si testator plena libertate carer, si dolo, lenociniis, fraudibus deceptus est, nullum est testamentum ab eo factum. Qui decipiunt testatorem, peccant contra justitiam, & ad restitutionem tenentur. Idem dicendum de illis qui veritè impediunt ne testamentum condatur.

IX. QUÆST. V. *Quinam possunt testamentum condere?* RESP. Omnes usu rationis prædìti possunt de bonis suis testari, nisi aliqua lex obsit, ut obest Religiosis vi votis paupertatis, & Episcopis de reditibus Ecclesię. Impuberes masculi ante 14. & fœminæ ante 12. annos testari nequeunt. Filifamilias de bonis castrensibus, & quasi castrensibus testari valent.

X. Crimina judicis sententia probata, quæ testari vetant, sunt. 1. Hostilis Cardinalium percussio, incarceratio, aut cooperatio ad hæc crimina. 2. Hæresis, vel hæreticis favere, & eosdem receptare. 3. Condemnatio ob libellum famosum. 4. Usuratii publici. 5. Damnati ad mortem, & quibus aqua, & ignis interdicuntur, inhabiles sunt ad testandum.

XI. QUÆST. VI. *Quinam in hæredes instituì nequeant?* RESP. 1. Hæretici, & apostatæ, si intra annum non egerint pœnitentiam. 2. Qui non possunt testari ob delictum. 3. Percussores Cardinalium post judicis sententiam. 4. Civitates inimicæ. 5. Qui occidunt testatorem. 6. Qui prohibent condere testamentum, vel conditum revocare. 7. Si hæres accesit ad uxorem testatoris, judicatur indignus hæreditate. 8. Si testator captivus erat, & hæres eum liberare neglexit, privari hæreditate meretur.

XII. QUÆST. VII. *Quomodò filii spurii, & naturales succedunt patri?* RESP. Filius naturalis jure communi succedit in duabus unciis parenti non habenti filios legitimos. Duæ unciæ sextam bonorum partem comprehendunt. Hoc tamen alicubi limitatur, si pater uxorem non habeat. Filius spurius nihil præter alimenta sive ex testamento, sive ab intestato recipere jure valet etiamsi pater filiis legitimis careat. Filii naturales succedunt matri non secùs ac legitimi. Varię tamen sunt regionum leges, quibus standum est.

CA-

CAPUT VII.

De hæredibus necessariis, eorumque substitutione.

I. TRiplex hæredum genus. Alii necessarii, qui absque legitima causa privari hæreditate nequeunt. Si hos testator præterit innominatos, nullum est communi jure testamentum. Alii sunt hæredes ab intestato, qui succedunt defuncto absque testamento. Tertio loco sunt hæredes extranei, qui liberè à testatore hæredes instituuntur.

II. QUÆST. I. *Quomodò filii parentibus, & patres filiis succedunt?* RESP. Filii legitimi succedunt necessariò parentibus in legitima, quæ comprehendit tertiam bonorum partem, si filii fuerint quatuor, vel pauciores. Si plures quam quatuor, legitima includit medietatem bonorum. De reliquis bonis liberè disponere pater valet. Etiam in hoc variè obtinent nationum leges.

III. Ordo in successione servandus, ut propinquiores stirpi succedant: ideo viventibus liliis non succedunt nepotes. Inter filios dividitur hæreditas per capita. Pater habet tres filios, quorum unus moritur, plures filios relinquens. Filii isti succedunt hæreditati avi, vel aviæ non per capita, sed per stirpitem, quia omnes simul repræsentant unum patrem, & ideo succedunt portioni quæ debebatur patri inter fratres dividendæ. Parentes nequeunt negare legitimam filiis debitam. Similiter ascendentes succedunt descendentibus, quandò isti carent successionibus servato ordine propinquitatis. Fratres, & sorores, sublatis ascendentibus, & descendentibus, non sunt hæredes necessarii, & multò minùs cæteri consanguinei.

IV. QUÆST. II. *Quibus de causis exhæredari filii à parentibus, & parentes à filiis possunt?* RESP. 1. Est si filius manus impias in parentes injecerit, culpa interveniente mortali. Secùs si id faceret ut se, vel Patriam defenderet. 2. Contumelia gravis illata patri verbis, vel factis. 3. Si filius parentem criminis accuset, ob quod pœna mortis plectendus sit, excepta hæresi, vel crimine lesæ majestatis, aut proditionis Patriæ. 4. Si filius maleficus fuerit, aut maleficiorum socius. 5. Si filius machinatus sit patris mortem, etiam effectu non secuto. 6. Si filius uxorem, vel concubinam patris scienter agnoverit. 7. Si patre detento incarcere, noluerit filius pro eodem fidejubere. 8. Si filius impedierit ne pater testamentum conderet, aut conditum revocaret. 9. Si filia dotem repudiavit, ut luxuriosè viveret. 10. Si filia nupserit servo non libero. 11. Si parentes amentes curare filii noluerint. 12. Si filii captivos parentes liberare noluerint. 13. Si filii catholici à Religione apostataverint. Similiter filii exhæredare parentes ingratos, scelestosque valent.

V. QUÆST. III. *Quid de hæredibus ab intestato dicendum?* RESP. Hæres ab intestato ille dicitur, qui ratione propinquitatis sanguinis succedit defuncto. Isti autem sunt filii, nepotes, pronepotes, &c. Si filii sint, succedunt per capita, si nepotes, per stirpitem. Sublatis descendentibus, succedunt ascendentes, servato semper propinquitatis ordine. Sublatis ascendentibus, & descendentibus succedunt consanguinei collaterales, sive agnati sint, sive cognati. Si plura cupis, vide *tom. 7. lib. 9. diff. 5.*

VI. QUÆST. IV. *Quid sit substitutio vulgaris, pupillaris*, &c. RESP. Substitutio vulgaris est qua quis hęredi à se instituto alium quemlibet substituit, qui capax sit successionis testamentariæ. Substitutio *pupillaris* ea est qua pater substituit filio decedenti ante pubertatem alium hæredem. Substitutio *exemplaris* imitatur substitutionem pupillarem, quatenùs pater pro filio amente testamentum condere valet. Substitutio *fideicommissaria* gravat hæredem, qui vocatur *commissarius*, ut reddat hæreditatem aut integram, aut partem personę alteri, quę appellatur *fideicommissaria*. Substitutio *reciproca* ea est in qua instituti hæredes sibi succedunt. Substitutio *compendiosa* ea est quæ plures substitutiones comprehendit quantùm ad diversa tempora.

VII. QUÆST. V. *Quomodo testamenta valida revocari queant?* RESP. Testator ad libitum revocare testamentum suum valet. Aliqui contendunt, licitè testatorem qui juravit se non revocaturum testamentum, posse absque perjurii culpa illud revocare. Sed hæc opinio falsa est, ut communiter auctores docent. Juramentum enim de re licita servandum est. Revocationem tamen testamenti validam esse multi contendunt, quia perjurium afficit ipsum testatorem, minimè verò invalidam efficit revocationem. Verùm probabilior mihi sententia est invalidam esse revocationem, quia medio juramento potestatem sibi ademit testator revocandi testamentum conditum.

VIII. Secundum testamentum omnibus solemnitatibus munitum ipso facto revocat primum. Quandò duo simul condunt testamentum unica scriptura, uno mortuo potest superstes revocare testamentum, quod suam bonorum partem tangit. Quoniam licèt una sit materialis scriptura, duo tamen sunt testatores. Quando dominus facultatem concedit alteri, puta uxor marito, ut pro se testamentum condat, mortuo hoc testatore uxor revocare testamentum nequit, quia testamentum firmatur morte testatoris; si tamen testator proprio nomine testamentum instituat, & ut dominus. Si enim ut minister, vel ut commissarius testamentum condat, non proprio, sed domini nomine, tunc dominus revocare testamentum valet. Spectanda ergo est facultas in his casibus à domino concessa condenti testamentum.

IX. QUÆST. VI. *Quam obligationem habeant hæredes?* RESP. Tenentur solvere omnia defuncti testatoris debita, nisi acceptent hæreditatem beneficio legis, & inventarii: quo fit ut hæres ultrà vires hæreditatis non teneatur solvere. Dum inventarium conficitur, vexare creditores hæredem nequeunt. Si verò hęres intra intervallum à lege præscriptum non confecerit inventarium, vel non repudiaverit hæreditatem, tenetur omnia testatoris

toris debita solvere, etiamsi superent hæreditatem. Debita realia, quæ comitantur hæreditatem, secùs personalia quę afficiunt personam, tenetur hæres solvere. Prętèr debita realia, legata quoque implere hęres debet.

X. QUÆST. VII. *Quænam sit obligatio executoris testamentarii?* RESP. Executores testamentarii alii sunt *universales*, alii *particulares*. Illi sunt qui eliguntur, quandò in testamento non est facta hæredis institutio, ut testatoris debita solvant, & omnia bona distribuant. Isti ut validum testamentum exequantur.

CAPUT VIII.

De Legatis, eorumque diversitate.

I. QUÆST. I. *Quid, & quotuplex sit legatum?* RESP. Est donatio aliqua quam testator prestandam relinquit ab hærede, de eo quod foret hæredis. Legatum aliud *purum*, quandò nulla conditione, nullo præfinito tempore relinquitur: aliud in *diem* quo tempus prescribitur illud reddendi: aliud *conditionatum*, quod aliquo onere gravatur. Durat legatum juxta voluntatem testatoris. Quarè Alexander VII. damnavit oppositam opinionem num. 43. *Annuum legatum pro anima relictum non duret plusquam per decem annos.* Si hæres repudiavit hęreditatem, nulla legata sunt jure communi. Legata ad pias causas solvere hæres ab intestato debet. Plura tamen jura particularia decernunt solvenda legata quæcumque, etiam repudiata hæreditate. Legata *pura* continuò solvenda sunt.

II. Legato aliquo fundo sive immobili, sive mobili cenentur legata ea omnia quę fundum consequuntur. Heinc legato viridario, legatæ intelliguntur plantæ; legata veste, etiam ornamenta sive aurea, sive argentea legata sunt. Legata ad pias causas, si testator eligat talem pauperem, aut talem locum pium, his sublatis, impleri legatum debet, nisi constaret legatum relictum esse ut bonum ipsius pauperis. Conditio turpis, vel impossibilis pro non adjecta legato habetur. Conditio adjecta, ut legatarius huic, aut illi puellę nubat, valida est, & nullum legatum efficit, nisi legatarius designatæ puellę nubat. Si hæc renuit, valet legatum. Invalida est conditio numquam nubendi, exceptis viduis, quarum respectu conditio adjecta non nubendi, valida est.

III. Legatum relictum pro nubenda virgine determinata tradi potest eidem, etiamsi ingredi religionem velit. Si legatum indefinitum sit pro nubendis orphanis, viduis, & virginibus, eisdem dandum legatum est: alia quippè formula relinquuntur legata pro virginibus ingressuris Religionem. Si deficerent virgines nubere volentes, quod rarò accidit, tunc, nisi expressè constaret de oppositа testatoris mente, tradi virginibus posset ingredientibus Religionem. Legatum relictum puellis nubere volentibus tradi nequit nuptis etiam pauperibus.

IV. QUÆST. II. *An legatum destinatum puellis hujus civitatis tradi extraneis possit?* RESP. Non posse certum est, quia esset aperte contra mentem testatoris. Si tamen extranei figerent ibi domicilium, tunc transacto decennio, tradi sicut ceteris incolis legatum posset. Legatum relictum pro nubendis virginibus tradi nequit corruptis, si juridicè constet esse tales. Si corruptio esset secreta, tradi legatum posset.

V. QUÆST. III. *Valetne aliquis testamento derogare?* RESP. Testator est supremus legislator jure gentium, & civili. Expressa ejus voluntas, justa causa sublata, mutari nequit. Si dubia fuerit, illius mentis interpretationi, non commutationi locus est. Commutatio tunc locum habet quandò mens testatoris clara est, sed impleri nequit. In hoc casu si legatum profanum sit, caducum evadit, & transit ad hæredes. Si fuerit ad pias causas, commutari in similem pium usum Episcopi arbitrio potest.

VI. QUÆST. IV. *Quandò ex legatis deduci Falcidia possit?* RESP. Cajus Falcidius tempore Cæsaris Augusti legem rogavit pro hæredibus, quibus facultatem concesit detrahendi quartam partem bonorum testatoris, ut hac via eosdem alliceret ad hæreditatem acceptandam, vel ne solo nomine hæredes essent. Hæc quarta pars *Falcidia* vocatur à suo auctore Falcidio. Ex bonis testatoris qualia sunt tempore ejusdem mortis, detrahenda est hæc quarta pars. Verùm vix alicubi hodiè obtinet jus commune circa *Falcidiam*; sed peculiares leges vigent, quę præscribunt quid in casibus occurrentibus agendum sit.

CAPUT IX.

De obligationibus eorum qui foro assistunt.

AD calcem hujus libri de justitia, & jure lubet quædam delibare quæ spectant viros forenses. In Theologia christiana indictam præteriti materiam hanc, quod tempus tunc non erat hanc exornandi provinciam. In præsentia puncta præcipua breviter illustrabo. Ad rem.

§. I.

De Judice.

I. QUÆST. I. *Quænam sint judicis munia, ut rectè judicet?* RESP. Primùm omnium scientia judici necessaria est eorum de quibus ferre judicium debet. Tremenda sunt oracula quibus Spiritus Sanctus *Sap. cap. 6.* invehitur adversus judices socordes, & ignorantes. *Melior est sapientia, quàm vires .... Audite ergo Reges, & intelligite, & discite judices finium terræ .... quoniam durissimum judicium his qui præsunt, fiet .... Ad vos ergo, Reges, sunt hi sermones, ut discatis sapientiam, & non excidatis.* Non ministros judices tantùm, sed Reges ipsos Deus alloquitur. His tremendissimum judicium minatur, nisi scientiam didicerint qua, & regere, & deprehendere judicum inferiorum errores queant. Funesta detinentur cæcitate, si credant se liberos esse à discenda

cenda sapientia regimini necessaria; si sibi blandiantur sat esse eligere bonos judices, & ministros, quibus totum onus committant. Adjutores isti sunt, & auxiliares copiæ. Cæterum ipsi Reges, & Principes reddituri Deo sunt rationem, & quidem severissimam tum judicum, tum populi. Error est enormissimus, quo credunt suas expleviśse partes, quoties optimos elegerint ministros. Hoc est unum quod præstare debent; sed pręcipuum est assidua vigilantia, & studium, quo populo sibi commisso assistere, & Principatus negotia tractare debent. Qui vult dignitatis splendorem, & reditus, velit necessum est onera gravissima quæ dignitatem consequuntur.

II. Judicibus omnibus præter scientiam ad rectum judicium formandum, necessaria est fortitudo, & constantia, qua parvipendant potentes, nullamque personam timeant. Inquit Deus Eccl. 7. *Noli quærere fieri judex, nisi valeas virtute irrumpere iniquitates: ne forte extimescas faciem potentis, & ponas scandalum in æquitate tua.*

III. Heinc graviter peccant qui destituti scientia, fortitudine, cæterisque necessariis dotibus officium judicis suscipiunt: & isti absolvi nequeunt nisi se magistratu abdicent. Maximo enim in futuris æternæ discrimine versantur: si namque judex reputans se rectè judicare, ex mera imperitia fallam sententiam promat, gravi ignorantiæ peccato inquinatur, utpotè in iis quæ scire ex officio tenetur, deficiens, & ad restitutionem omnium damnorum quæ litigantibus obveniunt, adstringitur.

IV. Præter recensitas dotes auctoritate judicandi instructus sit oportet judex, vel ordinaria, vel delegata, vel partium consensu. Habere quoque debet certitudinem moralem causæ quam decernit. Hęc certitudo moralis formari debet ad legum normam, & secundum allegata, & probata. Neque enim condemnare eum potest quem privata scientia scit esse reum, si juridicè probatus reus non sit. Quoniam judicat non ut persona privata, sed ut persona publica.

V. QUÆST. XII. *Quomodò se gerere judex debet, quando jura dubia sunt?* RESP. Notanda propositio quam damnavit Innoc. XI. n. 2. *Probabiliter existimo, judicem posse judicare juxta opinionem minus probabilem.* Tenetur ergo judex secundum opinionem verè probabiliorem judicare in quæstionibus sive juris, sive facti, exclusa omni personarum acceptione, ut *Deut. cap. 1.* Deus jubet. *Quod justum est judicate, sive civis ille sit, sive peregrinus. Nulla erit distantia personarum. Ita parvum audietis, ut magnum: nec accipietis cujusquam personam: quia Dei judicium est.* Nec judex quid vulgus, aut multitudo dicat, attendere debet, sed ipse scrutari leges debet, & juxta easdem sententiam ferre ut *Exodi cap. 23.* Deus jubet. *Nec in judicio plurimorum acquiescas sententiæ, ut à vero devies.* Si utrimque rationes æquè probabiles urgeant, tunc res, de qua lis fervet, dividenda inter partes est, si à nemine possideatur. In causis tamen criminalibus, quando jura sunt æqualia, favere reo judex debet.

VI. Celeriter expedire causas, seu lites judices debent. Si negligentes in hoc sint peccant contra justitiam, & partem læsam compensare astringuntur. Si noverint advocatos, qui versutè lites protrahant, continuò à foro eos expellere fatagant.

VII. Acriter auctores disputant, num judex capite plectere debeat eum quem certo novit innocentem, quandò juxta allegata, & probata apparet evidenter reus. Omnes adfirmant obstringi judicem omnes inire vias artesque adhibere, & judicium differendo, & causam ad Superiorem remittendo, & apud eumdem testem agere, ut liberet innocentem. Quid si hæc omnia inutilia sint? Si id quod sentio promere debeam, vix contingere posse judico, ut judex nequeat efficere ut innocens talis appareat. Nam si innocens hic est, falsi testes sunt. Testium autem falsitas difficillime occulta persistere valet, si expertectus judex sit. Utique judex tenetur ut persona publica judicare secundum allegata, & probata; at in casu rarissimo curandum est ut innocens non pereat. Et quia casum in praxi vix contingere posse existimo, nempè quod accusatus sit innocens, quod hæc innocentia soli judici comperta evidenter sit, quodque nulla suppetat via capiendi in sermone falsos testes; ideirco à longiore discussione abstineo.

VIII. Peccat judex qui reum condemnat ex confessione injustè extorta. Quoniam confessio injustè extorta nullum præbet jus, neque judex uti eadem potest, cum non liceat medio injusto uti. Injustè autem judex confessionem extorquet si absque indiciis congruis, vel præcedente infamia, aut semiplena probatione id præstet; si dolo vel promissione impunitatis reum alliciat; si contra juris ordinem eum torqueat.

IX. QUÆST. III. *Acciperene munera à partibus judex valet?* RESP. Pro ferenda sententia sive justa, sive injusta accipere munera judex nequit. Hinc sequentem testim proscripsit Alexander VII. *Quando litigantes habent pro se opiniones æquè probabiles, potest judex pecuniam accipere pro ferenda sententia in favorem unius pro alio.* Severè Deus improbat, & detestatur tantam pravitatem pluribus in locis Scripturæ sanctę. *Deut. cap. 16.* inquit: *Non accipies personam, nec munera: quia munera excæcant oculos sapientium, & mutant verba justorum. Justè quod justum est, persequeris.* Hic excluduntur moneta, & magna, & parva. Levia munuscula accipiuntur ad declinandam inurbanitatis notam: inepta excusatio. Venerantur populi judices cum vident talia respuere eosque non ut inurbanos, sed ut viros fortes, & integros justitiæ administratores suscipiunt.

X. QUÆST. VII. *Quomodò inquisitio fieri à judice debet?* RESP. Inquisitio triplex. Generalis, quę generatim inquirit serventur ne leges. Altera peculiaris, qua de certo crimine, & determinata persona inquiritur. Tertia mixta, qua generatim de persona, & singulariter de crimine, vel contra inquiritur. Inquisitio generalis, nulla data occasione fieri à judice debet. Si crimen publicum sit, & occultus reus, generatim inquirere judex de-

debet. Contra personam determinatam inquirere nequit, nisi præcesserit vel infamia, vel semiplena probatio, vel indicia gravia. Hęc quoque requirontur ad torquendum reum. Tortura instituta est ad constituendam ejusdem rei confessione plenam probationem, cum gravissima indicia urgent, at non sufficiunt ad sententiam dicendam. Semel tortus si nihil confessus est, nequit rursus torqueri ob idem crimen. Si reus confessum in tortura crimen revocet coram judice, torqueri iterum potest: si tertiò confessus, tertio iterum revocet coram judice absolvendus est, nisi indicia sint vehementissima. Verum habent Tribunalia suas præscriptas, ad hoc quod attiner, regulas.

XI. QUÆST. V. *Sententia justa judicis obligatne in conscientia?* RESP. Affirmant omnes, quia legitimi Superioris præcepto ex conscientia parendum est. Contra sententia evidenter injusta non astringit. Quamobrem qui vi injustæ sententiæ accipit bona alterius, restituere eadem tenetur, cum dignoscit sententiæ injustitiam. Si bona fide eadem accipit, si ante tempus legitimæ præscriptionis deprehendat sententiam injustam, evadit possessor malæ fidei, & restitutioni obnoxius. Servanda tamen sententia injusta est à litigante læso ad evitandum scandalum, & perturbationem; nec licet per vim contra judicem, ejusque ministros agere, sed ob bonum publicum tolerandum est malum privatum, & totum servato juris ordine fieri appellatio, vel implorari sententiæ recognitio potest.

XII. Judex tenetur imponere pœnas à lege præscriptas. Non raro judices ex arbitrio has pœnas aut remittunt, aut temperant. Dum id fieri absque boni publici detrimento potest, laudo benignitatem. At sæpè judices, ut sint misericordes erga reos, fiunt sævi, & inhumani erga innocentes. Ejusmodi pœnę non modo ad punitionem delinquentium, sed etiam ad terrorem aliorum impositæ sunt. Dum mali homines impunitos vident facinorosos, ansam arripiunt vexandi innocentes. Ergo benignitas erga reos viam aperit ad innocentum deprelsionem.

§. II.

De accusatore, & denuntiatore.

I. QUÆST. I. *An quis astringatur accusare, vel denuntiare?* RESP. Hanc distinctionem accusatorem inter, & denuntiatorem constituit 2. 2. q. 68. *art.* 1. S. Thomas, quod denuntiator fratris emendationem, accusator criminis punitionem intendit. Qui ex officio deputati sunt ad hoc munus, quique stipendium à Republica accipiunt, tenentur ex justitia accusare reos damna publica inferentes, ut sunt fiscales, vigiles, custodes agrorum, nemorum, &c. Si crimen vertat in damnum publicum vel temporale, vel spirituale, aut accusare, aut denuntiare tenentur etiam personę privatæ. Crimina quæ vergunt in damnum publicum, sunt proditio patrię, adulteratio monetarum, veneficia, hæresis, &c. Quare Alexander VII. sequentem thesim proscripsit: *Quamvis evidenter sibi constet Petrum esse hæreticum, non tenetur denuntiare, si probare non possit.* Denuntiator non tenetur probare, sed accusator dumtaxat. Qui enim probare crimen nequeunt, accusare non tenentur.

II. QUÆST. II. *Si delictum occultum sit, & probari possit, debetne accusatio fieri?* RESP. Si detur spes emendationis, præmittenda est fraterna correctio: quia, & fama proximi consulitur, & emendatio obtinetur, quando, ut dixi prudenter speratur delinquentis emendatio. Si tamen crimina sunt contra bonum publicum sive temporale, sive spirituale, difficilè præsumi emendatio potest. Et ideo de his criminibus loquens in 4. d. 18. q. 2. *art.* 3. *ad* 4. S. Thomas docet, reos ejusmodi accusari posse non præmissa secreta monitione. Accusator abstinere ab accusatione debet, quoties deprehendit crimen esse dubium, vel se illud probare non posse.

§. III.

De Reo.

I. QUÆST. I. *An reus teneatur fateri veritatem?* RESP. Judici interroganti juridice fateri reus veritatem tenetur sub gravi culpa, ut docet S. Thomas 2. 2. q. 69. *art.* 1. cui subscribunt communiter Theologi. Quoniam judex hoc in casu jus habet interrogandi, & exigendi veritatem ob bonum publicum societatis. Ergo debitum in reo est veritatem manifestandi. Primum enim sine altero consistere nequit. Præterea negare reus veritatem nequit sine mendacio, quod semper illicitum est. Mentiri autem in judicio peccatum mortale est, cum sit in re gravi, & contra justitiam, inquit 2. 2. q. 59. *art.* 1. *ad* 3. S. Thomas. *Ille qui mentitur in judicio, se excusando, facit, & contra dilectionem Dei, & contra dilectionem proximi, tum ex parte judicis, cui debitum negat, tum ex parte accusatoris, qui punitur, si in probatione deficiat.* Insuper à reo exigitur juramentum de veritate manifestanda. Ergo est perjurus, si veritatem occultet. Et ita communiter docent graviores Theologi.

II. Disputant auctores, num teneatur reus confiteri veritatem post latam sententiam capitis. Affirmant Navarrus, Corduba, Caballutius, & alii: quia, inquit Navarrus, hoc requiritur ad confulendum famæ judicis. Repones, satis jam notum esse reos negare solitos delicta à se patrata. At difficile mihi apparet reum christianum dispositum esse ad mortem sanctè obeundam, qui perseverat in negatione veritatis. Confessus utique mendacium est: verum sicut publicè veritatem negavit, ita publicè eam manifestare, ut mihi videtur, debet. Omnes autem fatentur astringi reum ad confitendam veritatem ad tollendum scandalum, vel proximi damnum, vel detrimentum publici boni, quod immineret ex occultatione veritatis.

III. Fateri quoque reus veritatem astringitur, dum à judice interrogatur de complicibus, quia Superiori legitimè præcipienti parendum est.

Reus non interrogatus juridicè respondere non tenetur, numquam tamen mendacium dicere potest. Restrictiones mentales ineptæ sunt ad impediendum mendacium.

IV. Reus qui sibi imponit falsum crimen, ob quod morte plectendus est, ut tormenta declinet, peccat mortaliter: quia influit directè, & positivè in mortem propriam, & infamatot sui est. Quarè absolvi nequit, nisi revelet calumniam sibi impactam, cum non sit suæ vitæ dominus. Licitum reo est appellare ad Superiorem judicem, dum persuasus est de sententię injustitia, vel quia servatus ordo non sit, vel quia sententia æquo severior est. Iniqua verò est appellatio, dum cognoscit sententiam esse justam.

V. QUÆST. II. *Num licitum reo sit fugere, ut mortem evitet?* RESP. Reus damnatus ad mortem potest ire ad locum supplicii, collum subjicere, & manus aptare, dum fugam arripere nequit. Et tamen non licet mortem sibi inferre, venenum sumere, projicere se è scala, transfigere se gladio, vel laqueo se suspendere: quia hæc per carnificem fieri debent.

VI. Licitum est reo nocenti fugere, ut mortem declinet, & ante, & post judicis sententiam, nisi peculiari promissione, vel juramento se obligaverit ad permanendum, ut docet S. *Thom.* 2. 2. *quæst.* 69. *art.* 4. *ad* 2. Si tamen judex præciperet ne fugeret, cum absolutè præceptum justum sit, parere reus deberet. Verum cum difficilis sit talis præcepti observatio, cum insita à natura sit vitę conservatio; ideo judices communiter à tali præcepto abstinent: nec, ut mihi videtur, est illis suadendum ut illud imponant ob observantiæ difficultatem: & aliunde impediti fugæ potest severiori custodia adjecta.

VII. Hęne communiter inferunt auctores, licitum reo esse vitandæ mortis causa frangere carceres, parietes, ut viam sibi ad fugam aperiat. Si enim licita ei fuga est, licitum quoque erit ea exequi, quę ad fugam necessaria sunt. Disputant verò num licitum aliis sit, reo porrigere instrumenta, quibus carcerem frangat. Negant plures Toletus, Navarrus, & alii. Affirmant vero Cajetanus, Salon, aliique. Quoniam, inquiunt, si fuga ei licita est, cur non licet præbere instrumenta, quibus licitus finis obtineatur? Res hęc tanti non est, ut severius discuti mereatur. Omnes affirmant, id non licere custodibus, & ministris. Similiter omnes auctores negant, licere aliis adjuvare reum januas, vel parietes carceris effringendo. Quia tametsi hoc liceret reo ob insitum jus conservandæ vitæ, non propterea id permissum est aliis, qui non sunt in casu consulendæ vitæ propriæ. Si hoc liceret, nihil firmum, tutumque esset, & potestas suprema careret mediis ad conservandum bonum publicum.

VIII. Reo, contra quem lata est mortis sententia, non licet se defendere, & resistere judici, vel ministris, & executoribus mortis. Similiter innocens damnatus per sententiam justum juxta allegata, & probata, sed veritate destitutam, tenetur sufferre christiana patientia injustam pœnam, quandò licita via absque publico scandalo evitare eam nequeat: mulctamque pecuniariam impositam à legitimo judice solvere tenetur. Plures contendunt, licitum esse fugere è tricemibus, nisi data sit fides ibidem permanendi, cum damnatus reus sit, ut ibidem detineatur, non ut sponte maneat. Et sanè satis difficilè videtur definire ut reus in conscientia astrictus sit sponte manere in tam permoleste carcere.

§. IV.

De Testibus.

I. AD factum aliquod confirmandum, & plenam in judicio probationem constituendam duo testes requiruntur, ut S. Matth. c. 17. testatur: *In ore duorum vel trium testium stat omne verbum.* Hoc idem docet S. Thomas 2. 2. q. 70. *art.* 2. In factis levioris momenti sufficit unus testis, ut publici custodis testimonium sat est ad puniendos fures lignorum in silvis, fructuum in vineis. Unus testis sufficit ad impediendum matrimonium. In testamentis, ut dictum est, non sufficiunt absolutè duo testes. Requiritur ut testes sint omni exceptione majores. A jure aliqui excluduntur. 1. Mulieres in criminalibus excluduntur, in civilibus admittuntur. 2. Servi. 3. Minores 20. annis in criminalibus rejiciuntur, & in civilibus impuberes. 4. Inimici. 5. Consanguinei, & domestici. 6. Infames. 7. Perjuri. 8. Socii criminis, exceptis flagitiis difficilis probationis. 10. Delicti, & fatui.

II. QUÆST. I. *Quodnam homines teneantur testificari?* RESP. Versat hanc quæstionem 2. 2. *quæst.* 70. *art.* 1. S. Thomas. Cum grave malum sive temporale, sive spirituale, sive publicum, sive privatum innocenti imminet, quisque testificari tenetur, etiamsi non requiratur à judice. Charitas enim Christi urget nos ut liberemus innocentem ab injusto damno, ab immanibus oppressionibus, ut inquit Psalmista: *Eripite pauperem, & egenum de manu peccatoris liberate.* In cæteris verò nemo tenetur, nisi à judice requisitus.

III. Testis tenetur testificari judici legitimè interroganti. Ut judex legitimè respectu testis interroget sat est ut præcesserit accusatio, vel denuntiatio, vel querela interposita. Hæc autem non sufficiunt ut judex juridicè interroget reum, sed respectu hujus oportet ut præcedant vel infamia, vel indicia gravia, vel semiplena probatio, ut dictum est. Plus itaque requiritur ut quis teneatur testificari contra semetipsum, quam contra extraneum.

IV. QUÆST. II. *Quinam liberi sint ab obligatione testificandi?* RESP. Confessarii, qui facta sciunt vi confessionis sacramentalis. Item illi omnes qui facta sciunt sub secreto naturali, aut consilii, vel auxilii dandi causa, ut sunt advocati, medici, obstetrices, chirurgi, Theologi, &c. Nec judicis intentio eo spectat, ut ea quæ his viis nota sunt, revelentur. Quia observantia secretorum necessaria est ad civilem societatem, & bonum commune. Excipiunt tamen omnes

cum S. Thoma testificationem necessariam ad impediendum grave damnum communitatis. Tunc enim secretum est de re illicita, excepto sigillo sacramentali, quod in nullo casu revelari potest. Qui viderunt delictum, & postea juraverunt se illud non revelaturos, obedire præcepto Superioris debent, quamvis de damno proximi averteudo non agatur, quia juramentum illud est contra jus Superioris. Continuò enim ac quis rem scivit, nascitur jus in Superiore ad interrogandum, & posterius juramentum est de re illicita respectu Superioris, quamvis servandum sit secretum juratum respectu aliorum. Immunes testes sunt à testificatione, quando ex eadem ipsis vel consanguineis imminet grave damnum, nisi vel publicum bonum, vel proximi damnum ex charitatis præcepto impedire teneatis. Nam leges humanæ absolutè, & exceptis quibusdam casibus, non obligant cum detrimento valdè gravi. Pater, filius, maritus, uxor, fratres, sorores, consanguinei, affines delinquentis usque ad secundum, & juxta plures usque ad quartum gradum non tenentur testificari, ut conservetur domestica concordia. Excipiuntur semper casus hæresis, læsæ majestatis, proditionis patriæ, &c. Alicubi, eximuntur quoque famuli à testimonio ferendo contra dominum.

V. QUÆST. III. *Quandonam testis graviter peccat, & tenetur ad restitutionem?* RESP. Peccat 1. si ut verum affirmat quod certo non scivit. 2. Si occultet verum sibi notum legitimè interroganti. 3. Si falsum testetur, quia, ut *Prov.* 21. dicitur, *testis mendax peribit.* 4. Qui falsa instrumenta scribunt, aut vera lacerant. 5. Qui aliquam syngraphama, vel scripturam adulterant. Isti omnes ultra peccatum grave, tenentur compensare omnia damna quæ inde sequuntur. 6. Qui bona fide testimonium falsum dixit, tenetur illud retractare. Regula tandem generalis esto. Judices sunt custodes, & defensores societatis, & boni publici. Omnes subditi parere suis Superioribus, dum legitimè præcipiunt, tenentur. Nec privati judicare valent, quando legitimè præcipiunt, sed obedire isti debent. Quamobrem dum citantur etiam generatim, nequeunt se occultare, vel fugam arripere; sed sistere se ante tribunal debent.

§. V.

De Obligationibus Advocatorum, aliorumque fori ministrorum.

I. QÆST. I. *Quæ sint Advocatorum obligationes?* RESP. Primum omnium scientiam, & peritiam habeant Advocati necessum est, qua valeant exercere suam professionem. Regula præcisa istius scientiæ designari nequit. Advocati experrecti sint oportet, acutoque ingenio, atque eloquentiæ vi prædíti. Qui ingenio tardi sunt, & lingua sterili, gravissimo periculo se exponunt, non secus ac illi, qui natura pavidi, debiles, & meticulosi bellum suscipiunt.

II. Audita clientis causa; ejusdem æquitatem, vel injustitiam manifestare Advocatus debet, nullo habito respectu ad proprium lucrum. Utinam qui Advocati professionem suscipiunt, haberent undè viverent sine professione, ne pecuniæ coacti acceptarent causas quaslibet, ut victum, & sustentationem sibi comparent. Sæpè dignoscunt non pauci injustitiam causæ, verum ii eam patefaciunt, dimittuntque clientes, non habent undè vivant. Heinc inopia astricti facilè sibi ut probabilem depingunt causam quæ apertè injusta est.

III. Debet Advocatus pro causæ qualitate studium adhibere, & diligentiam, ut causæ victoriam apud judicem assequatur: & hoc ex officio exequi astringitur, cum stipendio conductus sit.

IV. Sinceri, & ingenui sint oportet Advocati: alieni à fraudibus, á conviciis, á protractionibus, á falsis probationibus, ab injuriis contra partem adversam. Non debent accipere nisi justum stipendium vel á lege, vel á justa consuetudine taxatum. Vetitum Advocato est pacisci cum cliente de aliqua parte rei controversæ, si vincat. Quia hinc ansam arriperet per fas, & nefas victoriam assequendi, omni ad justitiam sublato respectu.

V. QUÆST. II. *An liceat Advocato defendere causam minus probabilem?* RESP. Affirmant aliqui. Paucis rem perstringam. Peccat 1. Advocatus, si defendit causam cognitam injustam. 2. Si defendat causam minus probabilem. Si causa civilis sit æquè probabilis, potest eam tractare ante judicem: sed debet sincerè monere clientem de periculo amittendæ litis. Quandò enim jura apparent æqualia, tunc utraque pars habet jus proponendi rationes suas. Hoc tamen verum est, quandò cliens est possessor. Si enim adversarius sit possessor, nequit Advocatus defendere clientem contra possessorem. Quoniam quando jura sunt paria, atque adeò causa dubia, melior est conditio possidentis. Ut Advocatus queat licitè defendere clientem contra possessorem, oportet ut judicet causam suam esse certò, & evidenter probabiliorem, & talem judici appariturum. Dum autem eadem dubia apparet, nequit eam judicare probabiliorem, & quidem evidenter. Cavere sibi Advocati debent ne aviditas, & cupiditas lucrandi induat opinionem defendendam gradu majoris probabilitatis quem non habet.

VI. Heinc peccant Advocati, & tenentur ad restitutionem: 1. si imperiti, & non satis idonei exerceant talem professionem: 2. quando defendunt causam cognitam injustam: 3. si indiscriminatim causas defendendas suscipiunt non considerata, & quidem severè, & maturè earumdem justitia: 4. si in progressu litis, cognita injustitia, non moneant clientem, ut desistat á lite: 5. si parti adversæ revelent secretum clientis: 6. si ob ejus imperitiam, negligentiam, aut malitiam cliens causa cadat, vel expensas superfluas faciat: 7. si causæ expeditionem plus justo differat: 8. si clienti periculum perdendæ litis clarè, & perspicuè non manifestent, & multò

multòpejus, si eum vanis promissionibus alliciant, ut litem intentet: 9. si in defendenda lite utantur falsitate, fraude, falsis testitibus, scripturis apocryphis, aut adulteratis: 10. si plures causas suscipiant quam expedire rectè valeant, & cuique impendere debitum studium: 11. si scripturas suas plus justo extendant, ut majus pretium accipiant: 12. si falsa crimina parti adversæ imponant, vel vera, sed occulta revelent, vel injustis cavillationibus vexent. 13. Peccant tandem contra charitatem, si pauperum gravi vel extrema necessitate laborantium causas gratis non defendant.

VII. Cæteri procuratores, scribæ, notarii, secretarii omnes diligenter exercere suum officium ex justitia, cum stipendium accipiant, tenentur. Peccant quoque isti pro diversitate officii, si litem injustam suadeant; si scripturas sine necessitate multiplicent; si secreta partium violent; si scripturas falsas repræsentent, aut veras adulterent.

VIII. Pauca adjiciam quę spectant medicos, pharmacopolas, & chirurgos. Peccant 1. medici, & chirurgi, si absque opportuna scientia artem medendi exerceant: 2. si negligentes sint in morbis curandis: 3. si plures infirmos curandos suscipiunt, quin valeant omnibus opportune assistere: 4. si remedia tutiora, vel saltèm probabiliora adhibere negligant: 5. si curam infirmi protrahant, ut reditus multiplicent: 6. si pauperum morbos curare omittant: 7. si graviter decumbentes monere prætermittant ut sacramenta suscipiant, quum S. Pius V. statuerit ne medici visitent infirmum, nisi post tertium diem de ejusdem confessione sacramentali ipsis constet: 8. si pudendos occultos morbos infirmorum evulgent.

IX. Quæ dicta sunt de recensitis professionibus, applicanda sunt cæteris artificibus proportione servata. Omnes enim & pharmacopolæ, & cæteri artifices peccant, si necessaria artis suæ notitia destituti talem artem exerceant; si fraudes dolosve adhibeant. Quælibet enim ars suas peculiares fraudes habet. Quarè petiti Confessarii erit suos pœnitentes severè examinare super recta administratione propriæ artis.

LIBER X.

DE SACRAMENTIS NOVÆ LEGIS

DISSERTATIO I.

De Sacramentis generatim.

CAPUT I.

Propositiones ab Ecclesia damnatæ.

Alexander VII. damnavit sequentes.

I. *DUplicatum stipendium potest Sacerdos pro eadem Missa licitè accipere, applicando*

petenti partem etiam specialissimam fructus ipsimet celebranti correspondentem, atque post decretum Urbani VIII. Est 8.

II. *Post decretum Urbani potest Sacerdos cui Missa celebranda traduntur, per alium satisfacere, collato illi minori stipendio, alia parte stipendii sibi retenta.* Est 9.

III. *Non est contra justitiam pro pluribus sacrificiis stipendium accipere, & sacrificium unum offerre; neque etiam est contra fidelitatem, etiamsi promittam promissione stricta juramento firmata, dari stipendium, quod pro nullo alio offeram.* Est 10.

IV. *Mandatum Tridentini factum Sacerdoti sacrificanti ex necessitate cum peccato mortali, confitendi quamprimum, est consilium, non præceptum.* Est 38.

V. *Ista particula* quamprimum *intelligitur, cum Sacerdos suo tempore confitebitur.* Est 39.

Innocentius XI. sequentes confixit.

VI. *Non est illicitum in sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore sacramenti, relicta tutiore, nisi id vetet lex, conventio, aut periculum gravis damni incurrendi. Hinc sententia probabili tantùm utendum non est in collatione Baptismi, Ordinis sacerdotalis, aut episcopalis.* Est 1.

VII. *Urgens metus gravis est causa justa sacramentorum administrationem simulandi.* Est 29.

VIII. *Frequens confessio, & communio etiam in his qui gentiliter vivunt, est nota prædestinationis.* Est 56.

Alexander VIII. sequentes.

IX. *Sacrilegi sunt judicandi qui sine ad communionem percipiendam prætendunt, antequàm condignam de delictis suis pœnitentiam egerint.* Est 22.

X. *Similiter arcendi sunt à sacra communione quibus nondum inest amor Dei purissimus, & omnis mixtionis expers.* Est 23.

XI. *Valuit aliquandò baptismus sub hac forma collatus, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, præmissis illis verbis, Ego te baptizo.* Est 29.

XII. *Valet baptismus collatus à ministro, qui omnem ritum externum, formamque baptizandi observet; intus verò in corde suo apud se resolvit: non intendo facere quod facit Ecclesia.* Est 30.

CAPUT II.

Propositiones laxæ Casuistarum.

I. P. Lacroix *lib. 6. p. 1. n. 102.*, Dicendum est . . . cum non peccare mortaliter qui „ in mortali formam sacramenti inchoat, dum„ modò ante expressionem ultimæ partis, essen„ tialis sit in statu gratiæ; quidquid in contra„ rium dicant Aversa, & alii. “

II. P. Matthæus Moya in *quæst. select. tom. 1. tr. 4. Miscellan. quæst. 2. §. 3. n. 13. & 14.* „ Non est cur ob metum, saltèm mortis, non „ liceat simulatione hujusmodi in omnibus sa„ cramentis uti. Hinc si hæreticus (non in odium „ fidei) minaretur mortem Sacerdoti, nisi om„ nem

cum S. Thoma testificationem necessariam ad impediendum grave damnum communitatis. Tunc enim secretum est de re illicita, excepto sigillo sacramentali, quod in nullo casu revelari potest. Qui viderunt delictum, & postea juraverunt se illud non revelaturos, obedire præcepto Superioris debent, quamvis de damno proximi averteudo non agatur, quia juramentum illud est contra jus Superioris. Continuò enim ac quis rem scivit, nascitur jus in Superiore ad interrogandum, & posterius juramentum est de re illicita respectu Superioris, quamvis servandum sit secretum juratum respectu aliorum. Immunes testes sunt à testificatione, quando ex eadem ipsis vel consanguineis imminet grave damnum, nisi vel publicum bonum, vel proximi damnum ex charitatis præcepto impedire teneatis. Nam leges humanæ absolutè, & exceptis quibusdam casibus, non obligant cum detrimento valdè gravi. Pater, filius, maritus, uxor, fratres, sorores, consanguinei, affines delinquentis usque ad secundum, & juxta plures usque ad quartum gradum non tenentur testificari, ut conservetur domestica concordia. Excipiuntur semper casus hæresis, læsæ majestatis, proditionis patriæ, &c. Alicubi, eximuntur quoque famuli à testimonio ferendo contra dominum.

V. QUÆST. III. *Quandonam testis graviter peccat, & tenetur ad restitutionem?* RESP. Peccat 1. si ut verum affirmat quod certo non scivit. 2. Si occultet verum sibi notum legitimè interroganti. 3. Si falsum testetur, quia, ut *Prov.* 21. dicitur, *testis mendax peribit.* 4. Qui falsa instrumenta scribunt, aut vera lacerant. 5. Qui aliquam syngraphama, vel scripturam adulterant. Isti omnes ultra peccatum grave, tenentur compensare omnia damna quæ inde sequuntur. 6. Qui bona fide testimonium falsum dixit, tenetur illud retractare. Regula tandem generalis esto. Judices sunt custodes, & defensores societatis, & boni publici. Omnes subditi parere suis Superioribus, dum legitimè præcipiunt, tenentur. Nec privati judicare valent, quando legitimè præcipiunt, sed obedire isti debent. Quamobrem dum citantur etiam generatim, nequeunt se occultare, vel fugam arripere; sed sistere se ante tribunal debent.

§. V.

De Obligationibus Advocatorum, aliorumque fori ministrorum.

I. QÆST. I. *Quæ sint Advocatorum obligationes?* RESP. Primum omnium scientiam, & peritiam habeant Advocati necessum est, qua valeant exercere suam professionem. Regula præcisa istius scientiæ designari nequit. Advocati experrecti sint oportet, acutoque ingenio, atque eloquentiæ vi prædíti. Qui ingenio tardi sunt, & lingua sterili, gravissimo periculo se exponunt, non secus ac illi, qui natura pavidi, debiles, & meticulosi bellum suscipiunt.

II. Audita clientis causa; ejusdem æquitatem, vel injustitiam manifestare Advocatus debet, nullo habito respectu ad proprium lucrum. Utinam qui Advocati professionem suscipiunt, haberent undè viverent sine professione, ne pecuniæ coacti acceptarent causas quaslibet, ut victum, & sustentationem sibi comparent. Sæpè dignoscunt non pauci injustitiam causæ, verum ii eam patefaciunt, dimittuntque clientes, non habent undè vivant. Heinc inopia astricti facilè sibi ut probabilem depingunt causam quæ apertè injusta est.

III. Debet Advocatus pro causæ qualitate studium adhibere, & diligentiam, ut causæ victoriam apud judicem assequatur: & hoc ex officio exequi astringitur, cum stipendio conductus sit.

IV. Sinceri, & ingenui sint oportet Advocati: alieni à fraudibus, á conviciis, á protractionibus, á falsis probationibus, ab injuriis contra partem adversam. Non debent accipere nisi justum stipendium vel á lege, vel á justa consuetudine taxatum. Vetitum Advocato est pacisci cum cliente de aliqua parte rei controversæ, si vincat. Quia hinc ansam arriperet per fas, & nefas victoriam assequendi, omni ad justitiam sublato respectu.

V. QUÆST. II. *An liceat Advocato defendere causam minus probabilem?* RESP. Affirmant aliqui. Paucis rem perstringam. Peccat 1. Advocatus, si defendit causam cognitam injustam. 2. Si defendat causam minus probabilem. Si causa civilis sit æquè probabilis, potest eam tractare ante judicem: sed debet sincerè monere clientem de periculo amittendæ litis. Quandò enim jura apparent æqualia, tunc utraque pars habet jus proponendi rationes suas. Hoc tamen verum est, quandò cliens est possessor. Si enim adversarius sit possessor, nequit Advocatus defendere clientem contra possessorem. Quoniam quando jura sunt paria, atque adeò causa dubia, melior est conditio possidentis. Ut Advocatus queat licitè defendere clientem contra possessorem, oportet ut judicet causam suam esse certò, & evidenter probabiliorem, & talem judici appariturum. Dum autem eadem dubia apparet, nequit eam judicare probabiliorem, & quidem evidenter. Cavere sibi Advocati debent ne aviditas, & cupiditas lucrandi induat opinionem defendendam gradu majoris probabilitatis quem non habet.

VI. Heinc peccant Advocati, & tenentur ad restitutionem: 1. si imperiti, & non satis idonei exerceant talem professionem: 2. quando defendunt causam cognitam injustam: 3. si indiscriminatim causas defendendas suscipiunt non considerata, & quidem severè, & maturè earumdem justitia: 4. si in progressu litis, cognita injustitia, non moneant clientem, ut desistat á lite: 5. si parti adversæ revelent secretum clientis: 6. si ob ejus imperitiam, negligentiam, aut malitiam cliens causa cadat, vel expensas superfluas faciat: 7. si causæ expeditionem plus justo differat: 8. si clienti periculum perdendæ litis clarè, & perspicuè non manifestent, & multò

multòpejus, si eum vanis promissionibus alliciant, ut litem intentet: 9. si in defendenda lite utantur falsitate, fraude, falsis testitibus, scripturis apocryphis, aut adulteratis: 10. si plures causas suscipiant quam expedire rectè valeant, & cuique impendere debitum studium: 11. si scripturas suas plus justo extendant, ut majus pretium accipiant: 12. si falsa crimina parti adversæ imponant, vel vera, sed occulta revelent, vel injustis cavillationibus vexent. 13. Peccant tandem contra charitatem, si pauperum gravi vel extrema necessitate laborantium causas gratis non defendant.

VII. Cæteri procuratores, scribæ, notarii, secretarii omnes diligenter exercere suum officium ex justitia, cum stipendium accipiant, tenentur. Peccant quoque isti pro diversitate officii, si litem injustam suadeant; si scripturas sine necessitate multiplicent; si secreta partium violent; si scripturas falsas repræsentent, aut veras adulterent.

VIII. Pauca adjiciam quę spectant medicos, pharmacopolas, & chirurgos. Peccant 1. medici, & chirurgi, si absque opportuna scientia artem medendi exerceant: 2. si negligentes sint in morbis curandis: 3. si plures infirmos curandos suscipiunt, quin valeant omnibus opportune assistere: 4. si remedia tutiora, vel saltèm probabiliora adhibere negligant: 5. si curam infirmi protrahant, ut reditus multiplicent: 6. si pauperum morbos curare omittant: 7. si graviter decumbentes monere prætermittant ut sacramenta suscipiant, quum S. Pius V. statuerit ne medici visitent infirmum, nisi post tertium diem de ejusdem confessione sacramentali ipsis constet: 8. si pudendos occultos morbos infirmorum evulgent.

IX. Quæ dicta sunt de recensitis professionibus, applicanda sunt cæteris artificibus proportione servata. Omnes enim & pharmacopolæ, & cæteri artifices peccant, si necessaria artis suæ notitia destituti talem artem exerceant; si fraudes dolosve adhibeant. Quælibet enim ars suas peculiares fraudes habet. Quarè petiti Confessarii erit suos pœnitentes severè examinare super recta administratione propriæ artis.

LIBER X.

DE SACRAMENTIS NOVÆ LEGIS

DISSERTATIO I.

De Sacramentis generatim.

CAPUT I.

Propositiones ab Ecclesia damnatæ.

Alexander VII. damnavit sequentes.

I. *DUplicatum stipendium potest Sacerdos pro eadem Missa licitè accipere, applicando*

petenti partem etiam specialissimam fructus ipsimet celebranti correspondentem, atque post decretum Urbani VIII. Est 8.

II. *Post decretum Urbani potest Sacerdos cui Missa celebranda traduntur, per alium satisfacere, collato illi minori stipendio, alia parte stipendii sibi retenta.* Est 9.

III. *Non est contra justitiam pro pluribus sacrificiis stipendium accipere, & sacrificium unum offerre; neque etiam est contra fidelitatem, etiamsi promittam promissione stricta juramento firmata, dari stipendium, quod pro nullo alio offeram.* Est 10.

IV. *Mandatum Tridentini factum Sacerdoti sacrificanti ex necessitate cum peccato mortali, confitendi quamprimum, est consilium, non præceptum.* Est 38.

V. *Ista particula* quamprimum *intelligitur, cum Sacerdos suo tempore confitebitur.* Est 39.

Innocentius XI. sequentes confixit.

VI. *Non est illicitum in sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore sacramenti, relicta tutiore, nisi id vetet lex, conventio, aut periculum gravis damni incurrendi. Hinc sententia probabili tantùm utendum non est in collatione Baptismi, Ordinis sacerdotalis, aut episcopalis.* Est 1.

VII. *Urgens metus gravis est causa justa sacramentorum administrationem simulandi.* Est 29.

VIII. *Frequens confessio, & communio etiam in his qui gentiliter vivunt, est nota prædestinationis.* Est 56.

Alexander VIII. sequentes.

IX. *Sacrilegi sunt judicandi qui sine ad communionem percipiendam prætendunt, antequàm condignam de delictis suis pœnitentiam egerint.* Est 22.

X. *Similiter arcendi sunt à sacra communione quibus nondum inest amor Dei purissimus, & omnis mixtionis expers.* Est 23.

XI. *Valuit aliquandò baptismus sub hac forma collatus, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, præmissis illis verbis, Ego te baptizo.* Est 29.

XII. *Valet baptismus collatus à ministro, qui omnem ritum externum, formamque baptizandi observet; intus verò in corde suo apud se resolvit: non intendo facere quod facit Ecclesia.* Est 30.

CAPUT II.

Propositiones laxæ Casuistarum.

I. P. Lacroix *lib. 6. p. 1. n. 102.*, Dicendum est . . . cum non peccare mortaliter qui „ in mortali formam sacramenti inchoat, dum„ modò ante expressionem ultimæ partis, essen„ tialis sit in statu gratiæ; quidquid in contra„ rium dicant Aversa, & alii. “

II. P. Matthæus Moya in *quæst. select. tom. 1. tr. 4. Miscellan. quæst. 2. §. 3. n. 13. & 14.* „ Non est cur ob metum, saltèm mortis, non „ liceat simulatione hujusmodi in omnibus sa„ cramentis uti. Hinc si hæreticus (non in odium „ fidei) minaretur mortem Sacerdoti, nisi om„ nem

„ urbe solent dici v.g. pro ducentis jullis: si quis, „ inquam, per industriam suam mittat, seu eat „ ad aliam urbem, ubi intra expostulatum tem„ pus dicantur pro centum jullis: puto enim „ non esse *improbabile*, posse talem procuratorem „ retinere sibi alios centum. Ratio est, quia „ sumi potest paritas á servo, qui per extraordi„ nariam industriam (nam ad ordinariam, & „ moralem obligatur ex ipso simulatu) per „ suum laborem emit res minoris quam valeant „ communiter in foro: potest enim retinere „ quod superest, utpote fructum suæ industriæ. „ *Pari ergo modo in casu nostro.*“

XXIX. P. Dominicus Viva in *Tent. in prop. 9. Alex. VII. n. 8.* „ Præterea si collectores elee„ mosynarum pro Missis sint Sacerdotes, & non „ tradantur iis Missæ celebrandæ, sed se habeant „ ut laici, qui curant Missarum celebrationem, „ poterunt ex Nav. Cord. Tambur. *probabiliter* „ contra Pelliz. Soto *lib. 9. de Justit. quæst. 3.* „ moderatam pro labore mercedem *ex datis pro Missa* suscipere, cum id videatur licitum jure „ naturæ.“

XXX. P. Lacroix *lib. 4. n. 134.* „ Pontifices „ sciunt sententiam quę ejusmodi obligationem „ (attentionis internæ) negat, defendi; & „ tamen, cum facilè possent, non contradicunt. „ Ergo agnoscunt legem illam non esse certam: „ ergo nec obligat; sed libertas nostra est in „ possessione contra eam.“

CAPUT III.

De Sacramentis novæ legis latæ per Christum.

I. QUÆST. I. *Quid sit Sacramentum novæ legis?* RESP. Est signum rei sacræ in quantum est sanctificans homines, inquit 3. *p. q. 60. art. 2.* S. Thomas. Sacramentum itaque reducitur ad genus *signi sensibilis*. Signum autem, subdit S. Augustinus *lib. 2. de Doctr. Christ. c. 1. est res præter speciem quam ingerit sensibus, aliquid aliud faciens in cogitationem venire.* Signum aliud *insensibile*, ut est character, quem imprimunt Baptismus, Confirmatio, & Ordo; aliud *sensibile*, quod sensibus percipitur, ut est ablutio baptismalis. Rursùs signum aliud naturale, aliud á libera voluntate institutum.

II. Sacramenta novæ legis sunt signa non speculativa, sed practica á Deo instituta, quæ significant gratiam quam producunt.

III. QUÆST. II. *Quænam sint partes Sacramentorum novæ legis?* RESP. Duæ, materia, & forma. Hæc nomina non occurrunt in priscis Patribus. Vocabula tamen ista adoptavit Ecclesia tum Græca, tum Latina, utpotè rei sacramentariæ explicandæ accommodata. Materiæ nomine non modò res ipsæ sensibiles, sed actiones quoquè sensibiles, ut unctio, ablutio, confessio, consensus nutu, vel verbo expressus intelliguntur. Materia alia remota, ut aqua in Baptismo, alia proxima, ut ablutio.

IV. QUÆST. III. *Materiam, & formam Baptismi, & Eucharistiæ determinavit ne Christus Dominus?* RESP. Adfirmant Theologi omnes, Christum determinasse non modò generatim, sed in specie etiam hujus duplicis sacramenti materiam, & formam. Nam aquam pro materia Baptismi determinatam esse á Christo, testatur S. Joannes *c. 3. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto*, &c. Materiam similiter Eucharistiæ panem, & vinum determinasse Christum, testantur S. Matth. *c. 26.* & cæteri Evangelistæ. Formam Baptismi designavit Christus his verbis: *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*: Matth. 28. Formam Eucharistiæ determinavit Matth. 26. *Hoc est Corpus meum. Hic est Sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* Et ad hoc quod attinet, nullum est inter Theologos dissidium.

V. QUÆST. IV. *Aliorum quinque Sacramentorum determinavit ne Christus res, & verba in specie?* RESPOND. Duplex est inter Theologos catholicos sententia. Prima adfirmat. Nam Confirmationis materia habetur Actor. cap. 8. *Tunc imponebant manus super illos.* Materia sacramenti pœnitentiæ temota sunt peccata, proxima actus pœnitentis; forma vero Sacerdotis verba. Extremæ unctionis materia est olei unctio; forma oratio. *Infirmatur quis in vobis? Inducat Presbyteros Ecclesiæ, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini.* Jacob. 5. Materia Ordinis est manuum impositio, forma oratio. *Hos statuerunt ante conspectum Apostolorum, & orantes imposuerunt eis manus.* Act. 6. Materia matrimonii est mutua corporum traditio. *Erunt duo in carne una.* De forma suo loco dicetur.

VI. Planum itaque est Christum Dominum materiam horum quinque Sacramentorum in specie determinasse. Ipse enim institutor est omnium Sacramentorum, ut definivit *sess. 7.* Tridentinum can. 1. *Si quis dixerit, Sacramenta novæ legis non fuisse omnia à Christo Domino nostro instituta; anathema sit.* Et quamquam non definierit Concilium, Christum esse *immediatè* institutorem, id consequi tamen necessariò videtur.

VII. Opponunt secundæ opinionis auctores, qui contendunt Christum generatim, secus in specie designasse Sacramentorum Confirmationis, & Ordinis materiam. Quoniam, inquiunt, nulla habetur mentio chrismatis, seu unctionis pro materia Confirmationis, *Act. cap. 8.* Neque septem primis Ecclesiæ sæculis instrumenta tangenda porrigebantur pro materia Sacramenti Ordinis. Respondent priorìs sententiæ Theologi, impositionem manuum esse utriusque sacramenti materiam veluti essentialem; unctionem verò, & instrumenta esse materiam accidentariam, seu accidentalem ritum ab Ecclesia additum. Addunt, in Confirmatione chrisma adhibitum fuisse primis Ecclesiæ sæculis: instrumenta ritum esse Ecclesiæ Latinæ, cum Ecclesia Græca sola manuum impositione conferat sacros Ordines. Et tamen Ecclesia Latina ratas habet sacras Ecclesiæ Græcæ Ordinationes. Ergo in utraque Ecclesia manuum impositio est materia essentialis, & cætera sunt ritus accidentales.

VIII.

VIII. QUÆST. V. *Quæ mutatio materiæ, vel formæ nullum reddat Sacramentum?* RESP. Duplex mutatio: altera substantialis, altera accidentalis. Sola substantialis nullum reddit sacramentum. Hæc mutatio variis modis fieri potest. Aqua congelata conversa in nivem, in grandinem, licèt physicè eadem sit, in sensu tamen theologico substantialem mutationem respectu Baptismi inducit, cum inepta sit ad usum abluendi. Chrisma benedictum in chrisma non benedictum mutatum substantialem mutationem infert. Vinum naturale in vinum crematum mutatum non est apta materia Eucharistiæ. P. Claudius Lacroix *l. 6. p. 1. num. 24.* defendit vinum congelatum esse materiam Eucharistię, & laudat *P. Suarez.* Negant alii Theologi.

IX. QUÆST. VI. *Quot variari modis forma sacramentalis potest?* RESP. Octo enumerat Soto, 1. sit per diversum idioma. 2. per alicujus verbi additionem. 3. detractione alicujus verbi. 4. verborum corruptione. 5. verborum transpositione. 6. interpolatione verborum. 7. verbis synonymis. 8. verbis æquivocis. Diversitas idiomatis, & diversa synonyma inducunt tantum mutationem accidentalem. Idem dicendum de verborum transpositione, & de additione, quæ sensum priorem non tollunt. Interruptio pariter verborum non infert absolutè mutationem substantialem, nisi destruat sensum. Corruptio verborum initio vocis tollit sensum, ut patet in voce *Patris*, in qua si litteram P. in M. mutes, consurgit vox *Matris*. In fine autem vocis communiter non fit mutatio substantialis. Ut dignoscere queas sit ne substantialis, an accidentalis mutatio, præ oculis habe sensum obvium verborum. Quando hic non mutatur; accidentalis mutatio est. Altera regula memoriæ hæreat. In sacramentis conferendis dum de valore agitur, tutior pars est amplectenda. Quæcumque verò deliberata mutatio sivè in materia, sivè in forma sacramentorum culpam secum defert majorem, aut minorem juxta mutationis divertitatem.

X. QUÆST. VII. *Licitumne est in perficiendis Sacramentis uti materia, aut forma dubia?* RESPOND. In Sacramentis, quæ sunt necessaria necessitate medii ad salutem, ut sunt Baptismus, & Pœnitentia, extrema urgente necessitate, licitus est materiæ, vel formæ dubiæ usus, ut communiter Theologi docent. Extra casum verò extremæ necessitatis illicitus est ejusmodi usus; immò extrema etiam urgente necessitate illicitus talis usus in illis sacramentis, quæ non sunt necessaria necessitate medii ad salutem.

XI. QUÆST. VIII. *Licitusne est usus formæ conditionalis?* RESP. Forma conditionalis hæc est: *Si nondum es baptizatus, ego te baptizo*, &c. Convenit penès Theologos primis Ecclesiæ sæculis incognitam fuisse formam conditionalem. Hæc obtinere cœpit VIII. Ecclesiæ sæculo; & tandem sæculo XIII. apud omnes Latinorum Ecclesias hujus conditionalis formæ consuetudo, extrema necessitate urgente, communis evasit, & inserta est in corpore juris, auctoritate Gregorii IX. Primum adhibita fuit hæc forma in Baptismi collatione. Ante Tridentinum nulla mentio istius formæ in administratione Pœnitentiæ. Post Tridentinum plures auctores eam adhibere cœperunt etiam extra casum necessitatis, ut dum Confessarii dubitant, sit ne pœnitent sufficienter contritus. Qui mos mihi non probatur, & rejicietur loco suo. Extrema itaque urgente necessitate licitus est usus formæ conditionalis in Baptismi administratione. De Sacramento Pœnitentię dicetur infrà.

XII. QUÆST. IX. *Quot sunt Sacramenta novæ legis?* RESP. Lutherani, & Calviniani duo hodie tantùm admittunt sacramenta, Baptismum, & Eucharistiam. Horum errorem damnavit Concilium Tridentinum *sess. 7.* & definivit septem esse Ecclesiæ Catholicæ sacramenta, quæ sunt *Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Pœnitentia, Extrema Unctio, Ordo, & Matrimonium.* Obvia sunt Scripturarum testimonia, quibus numerus iste septenarius evincitur, quęque brevitatis causa prætereo.

XIII. QUÆST. X. *Quinam sit sacramentorum efficacia in conferenda gratia?* RESP. Concilium Tridentinum *sess. 7. can. 8.* hęc definivit: *Si quis dixerit per ipsa novæ legis sacramenta ex opere operato non conferri gratiam, sed solam fidem divinæ promissionis ad gratiam consequendam sufficere; anathema sit.* Duplex producendæ gratiæ modus, nempè *ex opere operantis*, & *ex opere operato*. Ex *opere operantis* producitur, cum Deus illud confert intuitu fidei, pietatis, seu meriti illius qui suscipit, aut administrat sacramentum. Gratiam ex *opere operato* produci dicimus, cum vi, & efficacitate ipsius externi signi sacramentalis á Christo Domino instituti, & congruo modo applicati, præter suscipientis, vel administrantis meritum, relpsa producitur. Necessariò tamen requiritur ut homo sacramenta perceptus, fidei, & pietatis dispositionibus animam suam præparet.

XIV. Ignoranter, & malignè carpunt hæretici hanc phrasim *ex opere operato*, cum optima & necessaria sit ad illorum errorem confutandum, & ostendendum Sacramenta novę legis non esse mera signa externa, sed signa efficacia, quæ vi sua ex Christi passione derivata gratiam producunt. Vide plura *tom. 8. lib. 1. diss. unic. cap. 8.*

XV. QUÆST. XI. *Sacramenta novæ legis physicè, an moraliter gratiam producunt?* RESP. S. Thomas, & omnes ejus discipuli defendunt Sacramenta novę legis, quæ, ut definivit Tridentinum, *ex opere operato* gratiam producunt, esse instrumenta physicè concurrentia ad gratiæ productionem. Hæc sententia est conformior Tridentino, & probabilior mihi videtur. Sed cum scholastica sit, & ad mores formandos parum utilis, eam longiùs non discutio. Vide plura *loco citato.*

XVI. QUÆST. XII. *Quænam sit gratia quam novæ legis sacramenta conferunt?* RESP. Duplex gratia, habitualis, & actualis. Illa quidem inhærens animæ, & permanens; hæc motio transiens

„ nem panem in foro existentem consecraret; „ posset ille consecrationis verba proferre absque intentione consecrandi, *absque ullo peccato* contra religionem, vel justitiam, & absque ulla mendacii labe.“

III. Joannes Sanchez in *select. disp.* 35. *n.* 6. „ Nec obstat aliquos adorare talem panem „ tamquam consecratum: erit enim idololatria „ materialis, quam Sacerdos in illo casu vitare non tenetur.“

IV. P. Hieronymus Llamas in *Method. 1. part. c.* 1. §. 3. & *part.* 2. *c.* 2. §. 12. apud Leandrum à SS. Sacramento *part.* 1. *tract.* 1 *disp.* 6. *q.* 8. „ Ad alia administranda sacramenta, immò & „ Eucharistiam sacram aliis dandam non credimus obligare præceptum contritionis, quia qui „ sacramentum administrat in mortali, non ponit obicem gratiæ . . . ergo non est nova culpa, cum dans sacramentum non sit recipiens.“ Granados *ibidem* probabilem reputat hanc opinionem.

V. Torrecilla *tom.* 2. *Sum. tr.* 4. *disp.* 1. *cap.* 5. *n.* 5. „ Capax est baptismi infans in utero matris, etsi nulla ejus pars in lucem prodeat, „ dummodo aqua introduci ibi possit.“

VI. Idem ibidem *disp.* 2. *c.* 7. *n.* 3. „ Nullum „ est peccatum Sacramentum Confirmationis non „ recipere, etiam in eo qui commodè potest, „ nisi ex contemptu illud omittat. Nec illud „ contemnere est judicandum, nisi illud non recipere eo sit vel quia parvi momenti, vel indignum sibi, vel ut puerile id habeat.“

VII. Idem *ibid. c.* 3. *n.* 8. „ Necessitate sacramenti in confirmatione non requiritur quod „ unctio fiat digito Episcopi: sufficit enim ad valorem quod aliquo instrumento fiat.“

VIII. P. Dominicus Viva in *Curs. Theol. part.* 5. *qu.* 3. *art.* 2. *n.* 6. „ Respondeo cum communi „ apud Dianam . . . non esse mortale illud (Sacramentum confirmationis) nolle suscipere, „ præciso contemptu & scandalo. Immò ex „ Trull. & Henr. contra Navar. apud Coninch. „ nec veniale quidem, cum nullibi extet præceptum de illo suscipiendo.“

IX. P. Lacroix *lib.* 6. *part.* 1. *dub.* 3. *n.* 395. *q.* 72. „ Quid præterea notandum sit circa necessitatem confirmationis? Res. Fuisse olim „ præceptum ecclesiasticum ut susciperetur Confirmatio, colligit Dicastillo hic num. 105. ex „ variis Conciliis, & dictis SS. PP. Rectè autem „ docet dub. 10. cum communi per desuetudinem nunc desisse illud præceptum.“

X. P. Thomas Tamburinus *lib.* 3. *de Confirmat. cap.* 3. §. 4. *n.* 2. „ Non tamen iidem peccant nec mortaliter, nec venialiter, si citra „ contemptum, vel quid simile, data occasione, „ id negligant: quia de hoc nullum apparet præceptum: quæ est sententia Suarez . . . contra „ Cajetanum, & alios nonnullos, putantes esse „ veniale. Undè *non est fides adhibenda* Leandro „ . . . qui trahit ad se Suarezium, quasi concedentem esse veniale.

XI. Sylvester verb. *Eucharistia* 3. §. 1. „ Videtur mortale in tali articulo (mortis) contemnenti, ideò negligenti communicare... sed „ quia sumptio Eucharistiæ non est ex necessitate salutis, sed ex statuto Ecclesiæ, ideò verius „ est, hoc non esse mortale, ubi sola negligentia est in causa.“

XII. P. Paulus Layman *lib.* 5. *tr.* 4. *c.* 5. *n.* 4. „ Infirmus paulo ante, puta octo vel decem „ diebus, communicavit, cum sanus esset, & „ nihil *de mortis periculo* cogitans: tunc non tenetur iterum communicare in morbum lapsus.“

XIII. P. Didacus Nugno Cabazudo *in* 3. *part. D. Thom. q.* 72. *art.* 8. *dub.* 2. „ Fideles non habent divinum præceptum suscipiendi Sacramentum Confirmationis . . . Nullum est positum præceptum ab Ecclesia de Sacramento confirmationis . . . *Per se loquendo* non est peccatum etiam veniale non velle suscipere hoc sacramentum.“

XIV. P. Matthæus Moya in *quæst. select. tom.* 1. *tr.* 4. *Miscellan. de Sacram. quæst.* 11. *n.* 7. „ Undè facilè diluitur fundamentum asserentium „ esse peccatum veniale, eò quod sit spiritualis „ quædam prodigalitas se privare tanto fructu „ hujus sacramenti (confirmationis) quandò quis „ *commodè* percipere potest. Quæ quidem ratio „ nimium probat, ac proindè nihil.“

XV. Idem *ibidem n.* 11. „ Ex eo quod non „ detur præceptum confirmationis per se loquendo, inferunt non esse venialem ejus omissionem . . . ergo ex eo quod nullum detur præceptum prohibens suscipere ordines, non præcedente confirmatione, infertur similiter non „ esse veniale ante confirmationem illos suscipere.“

XVI. PP. Salmanticenses *tr.* 1. *c.* 7. *p.* 2. *n.* 107. „ Immò si confessionem sacramentalem in „ peccato mortali tantùm audiat, dummodò habeat propositum confitendi, vel habendi actum „ contritionis, antequàm verba absolutionis proferat (non peccat mortaliter) ut dicunt Henriquez, & Diana.“

XVII. P. Leander *tr.* 7. *disp.* 9. *q.* 6. „ Ego verò sub distinctione respondeo. Si particula „ *enim* (in verbis consecrationis) omittatur *ex „ contemptu formali*, mortale erit illud omittere: quia contemptus formaliter est directè se „ opponere præcepto Superioris, quod est mortale. Si verò omittatur *ex contemptu* materiali, nempè quia præceptum est de re levi, tunc „ non erit mortale illud omittere.“

XVIII. Idem *loc. citato disp.* 7. *q.* 61. „ In „ casu quo maritus minaretur mortem uxori, „ nisi communicet, ut sic suspicionem adversus „ illam abjiceret: tunc enim optimè poterit simulare se Eucharistiam suscipere, sicut potest „ simulare se sacramentaliter confiteri: quia in „ eo casu optimè potest absque mendacii crimine uti æquivocatione: ergo & Sacerdos „ etiam simulare se hostiam in os ejus immittere.“

XIX. P. Claudius Lacroix *lib.* 6. *part.* 1. *de Eucharist.* 546. §. 4. „ Docent Suar. Vasq. Sayr. „ Matehant. Nugn. Lugo. *n.* 150. Diana *part.* 2. *t.* 14. *resol.* 61. Dicastil. *n.* 155. Awer. §. 5. Joan. „ Sanch. *d.* 31. *n.* 12. Gob. *n.* 440. Pelliz. *de Regular. t.* 6. *cap.* 1. *n.* 69. Leander *n.* 385. & in „ hoc conveniunt ferè omnes, inquit Moya *t.* 4. „ *q.* 6. §. 1. citans valdè multos, *quod Sacerdos „ non teneatur hoc præcepto, si habens copiam Confessarii non sit confessus ex malitia*: quia licèt „ gravius peccet, tamen in præceptis positivis „ non valet argumentum à minori ad majus, vel „ ad simile, uti cum communi Lugo in *Resp. Mor.* „ *lib.* 4. *dub.* 47. *n.* 5. Tridentinum autem loquitur de eo, qui necessitate urgente celebravit „ sine confessione prævia. Sed si fuerit copia Confessarii, non fuit necessitas urgens celebrandi „ absque confessione prævia. *Ergo nec tunc tenebitur* „ ad confitendum quamprimum. *Hæc sententia est „ probabilis.*“

XX. P. Thomas Tamburinus *lib. de Method. communi. c.* 1. §. 6. *n.* 50. „ In casu dubio an verba „ aliqua legis præceptum obligans importent, an „ consilium, *tanquam regulam* certam ponunt „ Doctores, reputanda esse consilia, & non præcepta: & ratio est, quia cum lex sit gravis, & „ onerosa, semper in benigniorem subditorum „ partem est intelligenda. Adde quod in dubio „ melior est conditio possidentis. Ergo in dubio, „ lex ne sit obligans, an non obligans, melior est „ conditio humanæ libertatis, quæ à tali obligatione immunis est.“

Num. 51. „ Tertiò quia *optabile* est, ut enixè „ optat Navar.... à legislatoribus neminem obligari ad peccatum, & juvat humanas leges sub „ præcepto obligantes diminuere, ne tanto præceptorum multitudine Hebræis pejores efficiamur. Quare hoc de quo agimus præceptum „ (*confitendi quamprimum*) diminuere etiam opere pretium est.“

XXI. Idem Tamburinus *loc. c.* §. 7. *n.* 56. „ De laico non est difficultas: satis enim est, si „ eliciat immediatè ante ipsam sumptionem: & „ quia sumptio, seu manducatio substantialiter „ fit, cum cibum deglutimus, seu trajicimus, non „ autem dum ille est in ore, quandò solùm initiativè est sumptio; ideo *probabilissimum* puto, „ satis esse, si actus contritionis fiat, cum ore „ habetur sacratissima hostia. Ita de Lugo *de Euch. „ disp.* 12. *num.* 22. Hurtad. *de Euchar. disp.* 8. „ alique.

XXII. Idem *ibid. n.* 59. „ Quamvis nonnulli „ cum Layman asserant, Sacerdotem mortali „ crimine detur patum mortaliter delinquere, si „ Eucharistiam fidelibus porrigat, tamen id alii, qui merito negant, ut Vazquez, quem citat, „ & sequitur de Lugo *disp.* 8. *de Sacram. in com.* „ *sect.* 9. quia tunc Sacerdos non conficit sacramentum, sed solùm dispensat consecratum, ad „ quod tanta dignitas nequaquam requiritur. „ Idemque est de Diacono, quandò ex speciali „ Sacerdotis commissione sacram Eucharistiam „ aliis porrigit: siquidem tunc non conficit, sed „ solùm dispensat. Si ergo *probabile* id est, quantò „ magis probabile fiet mortalem culpam non esse „ solùm attingere?“

XXIII. P. Leander *q.* 7. *disp.* 7. *q.* 50. „ *In*

„ *Sacerdos qui in ipsa actione sacrificandi recordatur peccati mortalis, aut fortè illud committit, „ tenetur postea ex vi dicti præcepti quamprimum „ confiteri?* Probabiliter respondeo, non teneri „ eo præcepto, quia Concilium fuit locutum de „ Sacerdote, *qui necessitate urgente, absque prævia „ confessione celebravit*, idest de Sacerdote, qui „ necessitate coactus non præmisit confessionem, „ antequàm ad celebrandum Sacrificium accederet: hoc enim clarè significant illa verba *prævia „ confessione*, idest confessione ante Missam: *non „ verò de Sacerdote, qui celebrando committit peccatum*, aut illius recordatur. Ergo quantumvis „ tunc consecret, atque communicet absque „ confessione, non tenebitur postea quamprimum „ confiteri. Sic Vazquez *disp.* 208. *cap.* 3. *n.* 20. „ Sayrus, Diana.“

XXIV. Idem Leander *ibid. q.* 32. „ Si Sacerdos est pauper, & vivit ex consueta eleemosyna „ Missæ, verè in eo reperitur necessitas corporalis, quæ sufficiens est ad celebrandum sine prævia confessione.“

XXV. P. Tamburinus *lib. de Meth. com. c.* 1. §. 10. *n.* 71. „ An sit casus, in quo communicare „ quis sine confessione, & etiam sine contritione, „ atque adeò in peccato mortali possit? . . . *Tam „ benigna sunt viscera misericordiæ Domini, ut non „ dedigneture xcusare aliquandò pervicaciam nostram. „ Invenio enim unum vel alterum casum, in quo quis „ purissimam communionem in peccato sumere sine „ peccato possit.*“

XXVI. Idem *loc. cit. n.* 72. „ Etenim ex supradictis constat Sacerdotem, qui incepta bona „ fide Missa, recordatur se mortalis culpæ reum „ debere elicere actum saltèm à se existimatæ contritionis. Sed jam si non possit, *seu experiatur „ actum illum sibi valde difficilem*, quid agat? Confiteri non potest, conteri nequaquam valet, „ Sacrificium inchoatum relinquere ob infamiam „ sibi resultantem difficillimum est. Quid ergo „ ab anima sic affecta superest exortquendum? „ *Probabile* esse ex aliquorum sententia judico, „ hunc non peccaturum mortaliter, si cum hujusmodi conscientia peccati mortalis, & cum eo „ dolore quem tunc potest elicere, Missam prosequatur, consecret, communicetque. Ita Vazquez *de Euch. disp.* 207. *c.* 1. *n.* 34. Hurt. *disp.* „ 9. *de Euch. d. ff.* 1. De Lugo *de Sacr. disp.* 9. *sect.* „ 1. *n.* 8. Ratio est, quia præceptum dignè communicandi non videtur tam arctè fideles astringere, ut cogat Sacerdotem cum tanto suo dedecore ab incepto sacro discedere. Tum autem „ ejusmodi Sacerdos non acquirit gratiam, sed „ tamen non peccabit.“

XXVII. Idem Tamburinus *ibid. n.* 73. Idemque erit de laico qui jamjam recepturus sacram „ synaxim ante linteum, nec sub aliquo prætextu „ sese removere valens, peccati mortalis recordetur, nec conteri possit. Ita ioi: par enim est „ ratio. Notent hanc doctrinam scrupulosi, animoque semper timidi.“

XXVIII. Idem *lib.* 3. *Meth. Miss. celebr. c.* 1. §. 3. *n.* 15. „ Si quis, cum sit procurator, ut centum v. g. Missæ celebrentur, quæ Missæ in hac

fiens dicitur. Gratia quæ sacramentorum vi confertur, est quid intrinsecus animæ hærens, distinctum à motione fluente, & transitoria, ut definitum est in Concilio Tridentino *sess.* 6. *c.* 11. adversus hæreticos, qui sola exteriori imputatione justificari impios effutiunt. *Si quis dixerit, homines justificari vel sola imputatione justitiæ Christi, vel sola peccatorum remissione, exclusa gratia, & charitate, quæ in cordibus eorum diffunditur, atque illis INHÆRET; anathema sit.* Fusius id explicat *c.* 7. Abstinuit Concilium à verbo *habitus*, & *qualitatis*; sed definivit gratiam esse quid intrinsecus animæ inhærens.

XVII. QUÆST. XIII. *An Sacramenta novæ legis præter gratiam sanctificantem peculiarem aliquam gratiam, quæ sacramentalis dicitur, conferant?* RESP. Duplicem distinguunt Theologi gratiam. Unam omnibus sacramentis communem, alteram cuique propriam. Communis sententia est singula sacramenta præter gratiam sanctificantem omnibus sacramentis communem, peculiarem aliquam gratiam conferre. Istius gratiæ peculiaris notio, occulta nobis est. Eam ex se sacramenta æqualem conferunt quando eadem omnino dispositio est ex parte suscipientium. Si diversa sit dispositio, majorem, aut minorem producunt.

XVIII. QUÆST. XIV. *An Sacramenta vivorum per accidens producant primam gratiam?* RESP. Sacramenta mortuorum sunt Baptismus, & Pœnitentia, quæ per se producunt primam gratiam. Alia Sacramenta vivorum dicuntur, quia vivos in gratia præsumunt homines, & hæc per se secundam gratiam conferunt. Disputant Theologi, num hæc Sacramenta vivorum *per accidens* conferre primam gratiam valeant? Affirmat communis sententia cum S. Thomas 3. *p. q.* 79. *a.* 3.

XIX. QUÆST. XV. *An Sacramenta novæ legis imprimant characterem?* RESP. Præter effectum gratiæ tria novæ legis Sacramenta, Baptismus, Confirmatio, & Ordo imprimunt characterem, ut omnes catholici docent contra novatores hæreticos, quorum errorem damnavit Tridentinum *sess.* 7. *cap.* 9. Character iste est quid reale permanens in anima indelebiliter. Curiosas, & inutiles Scholasticorum hac de re quæstiones prætereo.

XX. QUÆST. XVI. *Quomodò differant Sacramenta novæ à Sacramentis veteris legis?* RESP. Sacramenta evangelica discrepant pluribus titulis à Sacramentis mosaicis. Sacramenta veteris legis *ex opere operantis* dumtaxat gratiam conferebant, ut communis docet sententia; evangelica verò eam producunt *ex opere operato*, ut vidimus. Mitto plura alia discrimina.

XXI. QUÆST. XVII. *An Christus Dominus immediatè omnia Sacramenta instituerit?* RESP. Antiquorum Scholasticorum aliqui propugnarunt, Apostolos ex Christi confessione aliqua instituisse Sacramenta. Sed communis, & vera sententia docet, omnia, & singula Sacramenta immediatè à Christo Domino fuisse instituta. Innumera sunt Scripturarum testimonia, quæ hoc evincunt. S. Paulus 1. *Corinth.* 3. inquit: *Quid est Apollo? quid verò Paulus? Ministri ejus cui credidistis.* Et rursus cap. 4. *Sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.* Et tandem *sess.* 7. *c.* 1. Tridentinum definit: *Si quis dixerit, Sacramenta novæ legis non fuisse omnia à Jesu Christo Domino nostro instituta, anathema sit.*

CAPUT IV.

De Sacramentorum ministris.

I. QUÆST. I. *Quinam sint Sacramentorum ministri legitimi?* RESP. Solus homo viator est minister idoneus Sacramentorum. Non tamen omnes, sed illi tantùm qui in Ecclesia legitimè ordinati potestatem habent administrandi Sacramenta, ut omnes Catholici docent adversus Lutheranos.

II. QUÆST. II. *Utrum intentio in perficiendis Sacramentis requiratur in ministris?* RESP. Intentio est voluntatis propositum, quo minister deliberat Sacramentum conferre. Triplicem distinguunt Theologi intentionem. Altera *habitualis* dicitur, quæ est quædam prompta facilitas operandi. Altera *actualis*, quæ est præsens animi applicatio, & attentio ad opus, quod reipsa agitur; v. g. Sacerdos dum confert Sacramentum actu cogitat de eo conferendo, & reipsa intendit illud ministrare. Tertia tandem est *virtualis*, quæ ex præcedente actuali manat, quæ non est per contrariam intentionem retractata, neque per longum tempus interrupta.

III. Convenit penès omnes Catholicos *habitualem* intentionem non sufficere ad Sacramentum perficiendum, nec *actualem* esse necessariam, sed sufficere *virtualem*. Lutherus ministros Sacramenta conferre docuit, etiamsi jocantes, & ludentes baptizent, scurrasque, & mimos se prodant. Errorem hunc proscripsit Leo X. & tandem *sess.* 7. *cap.* 11. Tridentinum definivit: *Si quis dixerit, in ministris, dum Sacramenta conficiunt, & conferunt, non requiri intentionem saltem faciendi quod facit Ecclesia; anathema sit.*

IV. Disputant Theologi, num præter intentionem quam vocant exteriorem, quæ ex verbis seriò prolatis consurgit, necessaria sit interior animi intentio. Negarunt quidam, contendentes, ministrum validè perficere sacramentum dum seriò profert verba necessaria, licèt interius dicat: *nolo perficere sacramentum.*

V. Hanc opinionem rejicio. Siquidem aut exterior administratio Sacramenti secundùm ritum à Christo institutum peracta, natura sua, seclusa omni prorsus intentione ministri interna, validum efficit Sacramentum, aut secus. Si primum; ergo nullo modo administratio Sacramentorum ab interiore ministri intentione pendet. At hoc est damnatum à Tridentino. Si secundum; ergo necessaria est ministri intentio. Rursus. Aut minister seriò pronuntians formam, & applicans materiam sacramentalem juxta ritum legitimum potest intendere oppositum facere ab eo quod facit Ecclesia, aut secus? Si non potest, sed posita externa administratione seria, cogitur velle facere illud quod facit Ecclesia, superfluus omninò est Tridentinus canon. Frustrà quippè præcipitur ponendum quod omittere minister nequit. Juxta oppositam sententiam, posita externa seria administratione, minister necessariò intendit facere quod facit Ecclesia: quia hæc exterior seria administratio colidit, profligatque contrariam intentionem internam. Ergo frustra Tridentinum requirit ministri intentionem. Sed illam requirit. Ergo falsa est opposita opinio. Juxta systema adversariorum sic formandus erat canon Tridentinus. *Si quis dixerit, in ministris, dum conficiunt Sacramenta, satis esse jocosam, & non requiri seriam administrationem, anathema sit.* Quid quod Tridentinum *sess.* 14. *can.* 9. damnavit administrationem jocosam, & alio canone jam rescripto requirit ministri intentionem? Duo ergo Concilium necessaria asserit, & seriam administrationem, & interiorem intentionem ministri.

VI. Alexander VIII. proscripsit sequentem thesim, n. 30. *Valet Baptismus collatus à ministro, qui omnem ritum externum, formamque baptizandi observat, intus verò in corde suo apud se resolvit: non intendo facere quod facit Ecclesia.* Respondet Ivonis Canonistas Gallos rata non habere decreta Romana quæ à Pontifice tummo proximè non emanant. Sed hæc responsio futilis est. Reponunt Serry, Milante, Le Drun, merito esse thesim proscriptam, quod absoluta sit, comprehendatque omnem ritum sivè jocosum, sivè serium. Sed hæc responsio falsa videtur. Damnatur in hac thesi doctrina, qua docetur, non requiri intentionem: *intus verò in corde suo dicat, non intendo.* Quid ergo pueriliter cavillaris de externa seria administratione, si thesis proscripta perspicuè excludit interiorem animi intentionem? Ineptitem ipse, si longius hanc prottahetem quæstionem. Lege *tom.* 8. *Diss. unic. cap.* 11. ubi omnia adversariorum sophismata convulsa invenies.

VII. QUÆST. III. *Ut validum sit Sacramentum, requiritur ne in ministro fides, aut intentio producendi effectum sacramentalem?* RESP. Sententia Ecclesiæ semper fuit, in Baptismo conferendo non requiri in ministro fidem, validèque ab hæretico, & infideli conferri, dummodo ritus evangelicus servetur. Tempore S. Cypriani definita non erat veritas ista: idcirco S. Martyr litteras S. Stephani Papæ refutavit. Omnes similiter fatentur non esse in ministro necessariam intentionem producendi effectus sacramentalis.

VIII. QUÆST. IV. *An ad Sacramenti integritatem requiratur ut minister intendat facere id quod facit Ecclesia Romana?* RESP. Negat communis, & vera sententia: fat enim est ut minister velit generatim facere quod facit Ecclesia Christi; quia huic intentioni generali non officit error privatus, quo quis credit Ecclesiam Lutheranam, Calvinianam esse orthodoxam, quia minister non agit ut persona privata, sed ut publica, nec privatus ejus error inficere opus Dei valet.

IX. QUÆST. V. *An necessaria sit intentio actualis, vel sufficiat virtualis?* RESP. Dictum supra est, non sufficere intentionem habitualem, nec requiri actualem, sed sufficere, & necessariam esse virtualem. Quomodò perseveret hæc intentio virtualis, quandiù duret non retractata, explicari vix potest; sed ex circumstantiis, & prudentum judicio colligi potest. Qui somno, ebrietate, amentia captus baptizat, confecrat, &c. licèt antequam caderet in ebrietatem deliberatè determinaverit baptizare, non baptizat, non confecrat: quia actio sacramentalis humana sit necessitate est; actio autem ebrii, amentis hominis est, sed non humana; ut communis, & vera sententia docet.

X. QUÆST. VI. *Validumne Sacramentum sit forma conditionali administratum?* RESP. Aut conditio est de re præterita, ut *si non es baptizatus, ego te baptizo*: aut de re præsenti, ut *si capax es, ego te baptizo*: aut de re futura, ut *si crastina die rem alienam reddideris, ego te absolvo.* Valere Sacramentum sub conditione de re præterita, vel præsenti, si conditio vera sit, secus, si falsa, docent omnes. Sub conditione futura perfici Sacramentum nequit. Quoniam dùm materia applicatur, & profertur forma, intentio præsens suspenditur: si futuro tempore conditio erit, tunc non aderunt materia, & forma.

XI. QUÆST. VII. *Peccantne letaliter Sacerdotes, qui sibi gravis culpæ conscii, Sacramenta ex officio administrant?* RESP. Affirmant omnes idque perspicue 1. *ad Tim. cap.* 5. docet S. Paulus. *Probentur primo, & sic ministrent, nullum crimen habebunt.* Et Concilium Tridentinum *sess.* 13. *cap.* 7. declarat, *eam probationem necessariam esse, ut nullius sibi conscius mortalis peccati, quantumvis sibi contritus videatur, absque præmissa sacramentali confessione, ad sacram Eucharistiam accedere debeat, quod à Christianis omnibus, etiam ab iis Sacerdotibus, quibus ex officio incumberit celebrare, hac sancta Synodus perpetuis servanda esse decrevit.*

XII. Peccatum istud mortale esse dicimus. Legatur Catechismus Tridentinus *part.* 2. *p.* 23. Qui tamen non ex officio, sed necessitate urgente culpa gravi inquinatus administret baptisma, sivè Sacerdos, sivè laicus, non peccat mortaliter, ut docet 3. *p. q.* 44. *a.* 6. *ad* 3. S. Thomas. Sacerdos tamen administrans Sacramentum Pœnitentiæ etiam moribundo elicere actum contritionis debet, si sibi peccati mortalis conscius sit. Sacerdos qui indignè celebrat, duplex crimen perpetrat: unum, quia indignè conficit; alterum, quia indignè suscipit Sacramentum.

XIII. QUÆST. VIII. *An peccet mortaliter Sacerdos qui mortalis culpæ reus Eucharistiam administrat?* RESP. P. Lacroix *loc. cit. n.* 94. cum Vazquez, Lugo, Amico, Berna, Sporer, Illsung, Diana, & aliis *probabile* esse docet, hunc non peccare mortaliter; & simul addit *probabile* esse juxta Suarez, Valentiam, Gonet, & alios, peccare mortaliter. P. Viva *q.* 1. *art.* 4. *n.* 4. ait: »Non videtur improbabile quod docent multi, & graves auctores. . . . apud Dianam, Sacerdotem administrantem Eucharistiam in mortali non peccare mortaliter, Rituale Romanum jussu Pauli V. editum hæc n. 1. decernit. *Sacerdos ergo si fuerit peccati mortalis sibi conscius (quod absit) ad Sacramenti administrationem non audeat accedere, nisi prius corde pœniteat. Sed si habeat copiam Confessarii, & tempus, hoc*que ra-

ratio ferat : convenit confiteri. Accedit Catechismus Concilii Trid. *p. 2. cap. 1. §. 26.* ubi hæc statuuntur. *Pastores, allique Sacramentorum ministri . . . meminisse semper debent, Sacramenta divinam quidem virtutem, quæ illis inest, nunquam amittere ; at verò impurè ea ministrantibus æternam perniciem, & mortem afferre. Sancta enim (quod semel atque iterum, at sapiùs admonere oportet) sanctè, & religiosè tractanda sunt.*

XIV. Quid ergo obtrudunt PP. Lacroix, & Viva graves auctores ? Qui sunt isti graves auctores ? An præferendi Rituali Romano, & Catechismo Romano, seu Tridentino ? Hi sunt graves auctores, quos sequi debemus, ut Ecclesia nos admonet. Jure ergo rejicienda est tamquam falsa præfata opinio. Falsam quoque existimo alteram opinionem ejusdem P. Lacroix, qui *loc. cit. num. 96.* asserit ; Episcopum non peccare mortaliter cheirosa in mortali confecrantem.

XV. QUÆST. IX. *Peccatne Sacerdos qui in peccato mortali audit confessiones?* RESP. Putat non nemo, *cum non peccare mortaliter qui in mortali format tm Sacramenti inchoat, dummodo ante expressionem ultimæ partis essentialis sit in statu gratiæ.* Quid hic mirari magis debeamus, num speculationis vim : an doctrinæ novitatem, cæteri judicent. Non peccat Sacerdos qui gravi pollutus scelere Inchoat formam sacramentalem ? An inchoans formam non est minister Christi ? Cur initium istud sacrilegum non erit ? Dum eam inchoat in mortali, periculo gravissimo se exponit eamdem in mortali complendi. In instauri ne eliciet actum perfectæ contritionis, adeo difficilis ? Verum quid fusius refellio opinionem seipsa corruentem?

XVI. Contendit quoquè P. Lacroix, Diaconum solemniter, & ex officio ministrantem Eucharistiam non peccare mortaliter, si sit in peccato mortali. Hanc pariter opinionem falsam reputo, & oppositam *in 4. dist. 24. q. 1. a. 3. q. 3.* docet S. Thomas. *Quicumque autem cum peccato mortali aliquod sacrum officium pertractat, non est dubium quin illud indignè faciat. Unde patet quod peccat mortaliter.*

XVII. Cajet. Morbesius, Farvaquesius, Totnely, Bouchat, Henricus à S. Ignatio, & alii docent, concionatores peccato mortali inquinatos peccare mortaliter verbum Dei prædicantes. Hanc eamdem sententiam docere videtur S. Thomas *in 4. dist. 19. q. 2. a. 2. ad 2.* Vide *tom. 8. lib. 1. diss. unica cap. 11. n. 5.*

XVIII. QUÆST. X. *An minister sibi peccati mortalis conscius, teneatur confiteri sacramentaliter antequam Sacramentum administret, si adsit copia Confessarii, & non urgeat necessitas succurendi periclitanti?* RESP. Negant plures, & præsertim P. Viva *q. 1. art. 4. n. 4.* ubi ait, sat esse si conteratur, nullumque adesse præceptum confitendi. Nullum præceptum adest ? An præceptum istud non est : *Sancta sanctè tractanda sunt?* Contritione fit sanctus. At contritione perfecta opus est. Hanc verò contritionem perfectam difficillimam esse peccatori, docent omnes, & præcipuè Catechismus Tridentinus *p. 2. c. 5. §. 36.* Et ipse Pater Viva ipsam contritionem imperfectam adeò difficilem reputat ut eam excludat à Sacramento Pœnitentiæ. Præfatam ergo opinionem reputo falsam, & adversam Catechismo Tridentino, & gravioribus Theologis. Accedit contritionem non abolere peccatum nisi cum voto Sacramenti. An præsumi hoc votum potest in ministro qui cum & tempus opportunum, & copiam Confessarii habeat, Sacramentum deliberatè omittit, Concilium Tridentinum *sess. 13. cap. 7.* perspicuè definit, præmittendam esse à Sacerdote sibi conscio peccati mortalis confessionem sacramentalem, *quamtumvis sibi contritus videatur:* subditque, quod si desit copia Confessarii, *quamprimum* confiteatur. Et hoc consilium non est, sed præceptum prima opportunitate complendum. Oppositum damnavit Alexander VII. *prop. 28.* & Catechismus Concilii Tridentini *2. p. cap. 5. §. 45.* conceptis verbis hoc idem asserit de Sacerdote sibi gravis culpæ conscio. Cum *Sacramenta administramus, aut percipimus, toties confessio prætermittenda non est.* Idem statuit Rituale Romanum, cujus verba supra dedi.

XIX. QUÆST. XII. *Quando, & quibus administrari Sacramenta debent?* RESP. Parochi jure divino administrare suis parochianis Sacramenta astringuntur, ut declarat Tridentinum *sess. 23. c. 1.* Tempore pestis cum vitæ periculo hoc exercere munus astringuntur. Plures hoc limitant ad duo Sacramenta Baptismi, & Pœnitentiæ ; sed restrictio injusta est. Cur sacrum viaticum, & extremam unctionem administrare non debent? Non modo pestis, verum etiam persecutionis tempore assistere ovibus suis Parochi astringuntur. Decumbentibus Parochis tempore pestis, Sacerdotes privati etiam cum periculo vitæ administrare extreme egentibus debent Sacramenta. Et ad hoc potissimum astricti sunt Sacerdotes mendicantes, cum sint Episcoporum, & Parochorum *cooperatores, & auxiliares copiæ.* Hoc enim pertinet eorum institutum, & in hunc finem fidelium eleemosynis aluntur.

XX. QUÆST. XII. *Licitene administrantur Sacramenta indignis?* RESP. Negant omnes, ideque expresse Christus prohibet. *Nolite sanctum dare canibus.* Peccatori tamen occulto Sacramenta publicè petenti deneganda non sunt, quemadmodum Christus Dominus perfido Judæ Eucharistiam non denegavit. Occulte vero petenti peccatori, nisi signa pœnitentiæ dederit, denegari debent. Peccatoribus autem publicis, & privatè, & publicè Sacramenta deneganda sunt, ut comicis tragœdis, mulierculis mimis, seu scortis, saltatricibus in theatris, publicis concubinariis, fœneratoribus, adulteris.

XXI. Nonnulli contendunt doctrinam hanc veram esse *ordinariè*, secus si mortis metus immineret : tunc enim administranda Sacramenta dicunt, nisi petantur in odium fidei, vel contemptum Religionis : quia, inquiunt citati auctores, præceptum de quo agimus, non est merè negativum, sed resolvitur in affirmativum prudentet dispensandi Sacramenta. Papæ Prudens ergo studium servandæ vitæ præscribit ut Sacramenta administrentur publicis peccatoribus, qui Sacerdotis jugulum petunt, nisi administret? Non est præceptum merè negativum istud : *Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos?* Omnibus itaque spectatis falsa mihi est recensita opinio.

XXII. QUÆST. XIII. *Licetne simulare Sacramentorum administrationem?* RESP. Duplex simulatio. Altera expressa, & formalis, qua directè intenditur alterius deceptio, altera materialis, quæ fit ob justam causam permittendo alterius deceptionem. Simulationem formalem damnant omnes. De simulatione materiali nonnulli disputarunt olim, quorum opinionem damnavit Innocentius XI. qui hanc thesim 29. damnavit : *Urgens metus gravis est causa justa Sacramentorum administrationem simulandi.*

XXIII. P. Claudius Lacroix *lib. 6. p. 1. num. 153.* docet, justè damnatam thesim utpotè indefinitam, & abstrahentem à simulatione formali, vel materiali : inquit enim : *An autem damnatio extendi debeat ad simulationem materialem, colligi non potest ex verbis decreti. Hinc dividuntur auctores : nam non debere ad eam extendi tenent aliqui ; è contra debere extendi, fusè contendit Gormaz.* Et quam verum sit unius distinctiunculæ beneficio non rarò eludi decreta pontificia. An disputatum unquam fuit inter Casuistas de simulatione formali ? Si ais ; ergo Casuistæ tales propugnarunt licitam esse formalem deceptionem, quod nemo vel ex ethnicis Philosophis asseruit. Si negas ; ergo extra disputationem est quod damnatio thesis comprehendit simulationem materialem : de qua solùm disputarunt Casuistæ. Ergo *ex verbis decreti pontificii*, velit nolit P. Lacroix, expressè damnatur simulatio materialis.

XXIV. QUÆST. XIV. *Licitumne est petere Sacramenta à ministro indigno ?* RSEP. Dùm certò constat ministrum indignum esse, non licet extra necessitatis casum ab eodem Sacramenta petere, dùm non est Parochus, vel paratus Sacramenta ministrare. Si Parochus sit, vel ejusdem vices sustinens, licitum parochianis est ab eodem Sacramenta petere, etiam cognito ut malo. Si tamen minister probus adesset, titulo charitatis ab hoc, & non ab illo petenda sacramenta essent.

XXV. In extremę necessitatis casu, nempè in mortis articulo licitum est ab hæreticis, & schismaticis ab Ecclesia præcisis petere duo Sacramenta Baptismi, & Pœnitentię, ut declaratum est à Tridentino *sess. 14. cap. 7.* Ut Sacramenta licitè petantur à ministro malo, sed tolerato, sufficit gravis necessitas, puta adimplendi præcepti paschalis, quando tamen nullus adest Sacerdos probus. In tali enim casu nullam petens occasionem peccandi præbet, sed tantùm consulit saluti suæ æternæ.

XXVI. De cæremoniis Sacramentorum, & de iis quæ sacramentalia dicuntur, vide *tom. 8. diss. unic. lib. 1. cap. 14.* ubi fusè hęc omnia explicata invenies, & hic brevitatis causa omitto, quia graviora instant explicanda, & prolixitatem vereor.

DISSERTATIO II.

De Baptismo, & Confirmatione.

CAPUT I.

Baptismi notio, ejusque materia.

I. QUÆST. I. *Quid sit Baptismus novæ legis?* RESP. Est, inquit Catechismus Tridentinus 2. p. c. 2. §. 5. *Sacramentum regenerationis per aquam in verbo.* Hæc definitio paucis materiam, & formam, & proprietatem Baptismi exponit. Esse Baptismum *Sacramentum regenerationis* constat ex Evangelio. *In verbo* sita est Sacramenti forma. S. Thomas 3. p. q. 66. art. 1. hanc Baptismi descriptionem tradit : *Est Sacramentum quo homo exteriùs abluitur, & spiritualiter regeneratur per aquam sub forma verborum à Christo præscripta.* Utraque definitio eodem recidit.

II. QUÆST. II. *Quænam Baptismi materia?* RESP. Duplex, remota, & proxima. De illa nunc ; de hac infra. Aqua sola naturalis est materia remota Baptismi, ut *Joan. 3.* habetur : *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei.* Cur potiùs aquam Christus Dominus elegerit, quam alium liquorem, nulla vera assignari ratio potest præter divinam voluntatem. Plures congruentias assignant Patres, Ambrosius, Hieronymus, quas *3. p. q. 66. a. 3.* recenset S. Thomas.

III. QUÆST. III. *Num vetustus, & probandus usus sit, quo Ecclesia Romana conficiat aquam Baptismo inservientem?* RESP. Vetustam esse hanc sacram consuetudinem, evincunt Patres, Basilius, Cyrillus, Cyprianus, & alii. Vide testimonia *tom. 8. lib. 2. diss. 1. cap. 2.*

IV. QUÆST. IV. *Quænam aqua dicenda sit naturalis?* RESP. Solam aquam naturalem esse Baptismi materiam adfirmant Catholici omnes. Quænam dicenda sit aqua naturalis, respondet Rituale Romanum jussu Gregorii XIII. editum, esse aquam *fluvium, putei, maris, fluminum, lacuum, stagnorum, paludum, cisternarum, & pluvialem ; & sic quamcumque simplicem, & puram, quæ propriam aquæ speciem retinet : nec referre frigida sit, an calida : non autem esse aquam artificialem, ut ex rosis, floribus, herbis, seu similibus rebus expressam, aut distillatam, neque quamvis aliam liquorem.* Quomodò, & quot modis corrumpi aqua naturalis possit, explicat *3. p. q. 66. art. 4. S.* Thom. Cæterum opus non est Philosophorum disputationibus ; commune hominum judicium sufficit ad aquam naturalem dignoscendam.

V. Disputant num una vel altera gutta aquæ sufficiat ad Baptismum. Verum disputationes istæ vanæ sunt. Ea aquæ quantitas necessaria est quæ sufficiat ad abluendum. Una autem aut altera gutta verè non abluit. Aquam ex sale liquatam extra necessitatis casum non ceuferem esse materiam Baptismi ; benè verò aquam resolutam ex nive, glacie, gelu, vel rore cæli, ut docet communis

ratio ferat : convenit confiteri. Accedit Catechismus Concilii Trid. *p. 2. cap. 1. §. 26.* ubi hæc statuuntur. *Pastores, allique Sacramentorum ministri . . . meminisse semper debent, Sacramenta divinam quidem virtutem, quæ illis inest, nunquam amittere ; at verò impurè ea ministrantibus æternam perniciem, & mortem afferre. Sancta enim (quod semel atque iterum, at sapiùs admonere oportet) sanctè, & religiosè tractanda sunt.*

XIV. Quid ergo obtrudunt PP. Lacroix, & Viva graves auctores ? Qui sunt isti graves auctores ? An præferendi Rituali Romano, & Catechismo Romano, seu Tridentino ? Hi sunt graves auctores, quos sequi debemus, ut Ecclesia nos admonet. Jure ergo rejicienda est tamquam falsa præfata opinio. Falsam quoque existimo alteram opinionem ejusdem P. Lacroix, qui *loc. cit. num. 96.* asserit ; Episcopum non peccare mortaliter cheirosa in mortali confecrantem.

XV. QUÆST. IX. *Peccatne Sacerdos qui in peccato mortali audit confessiones?* RESP. Putat non nemo, *cum non peccare mortaliter qui in mortali format tm Sacramenti inchoat, dummodo ante expressionem ultimæ partis essentialis sit in statu gratiæ.* Quid hic mirari magis debeamus, num speculationis vim : an doctrinæ novitatem, cæteri judicent. Non peccat Sacerdos qui gravi pollutus scelere Inchoat formam sacramentalem ? An inchoans formam non est minister Christi ? Cur initium istud sacrilegum non erit ? Dum eam inchoat in mortali, periculo gravissimo se exponit eamdem in mortali complendi. In instauri ne eliciet actum perfectæ contritionis, adeo difficilis ? Verum quid fusius refellio opinionem seipsa corruentem?

XVI. Contendit quoquè P. Lacroix, Diaconum solemniter, & ex officio ministrantem Eucharistiam non peccare mortaliter, si sit in peccato mortali. Hanc pariter opinionem falsam reputo, & oppositam *in 4. dist. 24. q. 1. a. 3. q. 3.* docet S. Thomas. *Quicumque autem cum peccato mortali aliquod sacrum officium pertractat, non est dubium quin illud indignè faciat. Unde patet quod peccat mortaliter.*

XVII. Cajet. Morbesius, Farvaquesius, Totnely, Bouchat, Henricus à S. Ignatio, & alii docent, concionatores peccato mortali inquinatos peccare mortaliter verbum Dei prædicantes. Hanc eamdem sententiam docere videtur S. Thomas *in 4. dist. 19. q. 2. a. 2. ad 2.* Vide *tom. 8. lib. 1. diss. unica cap. 11. n. 5.*

XVIII. QUÆST. X. *An minister sibi peccati mortalis conscius, teneatur confiteri sacramentaliter antequam Sacramentum administret, si adsit copia Confessarii, & non urgeat necessitas succurendi periclitanti?* RESP. Negant plures, & præsertim P. Viva *q. 1. art. 4. n. 4.* ubi ait, sat esse si conteratur, nullumque adesse præceptum confitendi. Nullum præceptum adest ? An præceptum istud non est : *Sancta sanctè tractanda sunt?* Contritione fit sanctus. At contritione perfecta opus est. Hanc verò contritionem perfectam difficillimam esse peccatori, docent omnes, & præcipuè Catechismus Tridentinus *p. 2. c. 5. §. 36.* Et ipse Pater Viva ipsam contritionem imperfectam adeò difficilem reputat ut eam excludat à Sacramento Pœnitentiæ. Præfatam ergo opinionem reputo falsam, & adversam Catechismo Tridentino, & gravioribus Theologis. Accedit contritionem non abolere peccatum nisi cum voto Sacramenti. An præsumi hoc votum potest in ministro qui cum & tempus opportunum, & copiam Confessarii habeat, Sacramentum deliberatè omittit, Concilium Tridentinum *sess. 13. cap. 7.* perspicuè definit, præmittendam esse à Sacerdote sibi conscio peccati mortalis confessionem sacramentalem, *quamtumvis sibi contritus videatur:* subditque, quod si desit copia Confessarii, *quamprimum* confiteatur. Et hoc consilium non est, sed præceptum prima opportunitate complendum. Oppositum damnavit Alexander VII. *prop. 28.* & Catechismus Concilii Tridentini *2. p. cap. 5. §. 45.* conceptis verbis hoc idem asserit de Sacerdote sibi gravis culpæ conscio. Cum *Sacramenta administramus, aut percipimus, toties confessio prætermittenda non est.* Idem statuit Rituale Romanum, cujus verba supra dedi.

XIX. QUÆST. XII. *Quando, & quibus administrari Sacramenta debent?* RESP. Parochi jure divino administrare suis parochianis Sacramenta astringuntur, ut declarat Tridentinum *sess. 23. c. 1.* Tempore pestis cum vitæ periculo hoc exercere munus astringuntur. Plures hoc limitant ad duo Sacramenta Baptismi, & Pœnitentiæ ; sed restrictio injusta est. Cur sacrum viaticum, & extremam unctionem administrare non debent? Non modo pestis, verum etiam persecutionis tempore assistere ovibus suis Parochi astringuntur. Decumbentibus Parochis tempore pestis, Sacerdotes privati etiam cum periculo vitæ administrare extreme egentibus debent Sacramenta. Et ad hoc potissimum astricti sunt Sacerdotes mendicantes, cum sint Episcoporum, & Parochorum *cooperatores, & auxiliares copiæ.* Hoc enim pertinet eorum institutum, & in hunc finem fidelium eleemosynis aluntur.

XX. QUÆST. XII. *Licitene administrantur Sacramenta indignis?* RESP. Negant omnes, ideque expresse Christus prohibet. *Nolite sanctum dare canibus.* Peccatori tamen occulto Sacramenta publicè petenti deneganda non sunt, quemadmodum Christus Dominus perfido Judæ Eucharistiam non denegavit. Occulte vero petenti peccatori, nisi signa pœnitentiæ dederit, denegari debent. Peccatoribus autem publicis, & privatè, & publicè Sacramenta deneganda sunt, ut comicis tragœdis, mulierculis mimis, seu scortis, saltatricibus in theatris, publicis concubinariis, fœneratoribus, adulteris.

XXI. Nonnulli contendunt doctrinam hanc veram esse *ordinariè*, secus si mortis metus immineret : tunc enim administranda Sacramenta dicunt, nisi petantur in odium fidei, vel contemptum Religionis : quia, inquiunt citati auctores, præceptum de quo agimus, non est merè negativum, sed resolvitur in affirmativum prudentet dispensandi Sacramenta. Papæ Prudens ergo studium servandæ vitæ præscribit ut Sacramenta administrentur publicis peccatoribus, qui Sacerdotis jugulum petunt, nisi administret? Non est præceptum merè negativum istud : *Nolite sanctum dare canibus, neque mittatis margaritas vestras ante porcos?* Omnibus itaque spectatis falsa mihi est recensita opinio.

XXII. QUÆST. XIII. *Licetne simulare Sacramentorum administrationem?* RESP. Duplex simulatio. Altera expressa, & formalis, qua directè intenditur alterius deceptio, altera materialis, quæ fit ob justam causam permittendo alterius deceptionem. Simulationem formalem damnant omnes. De simulatione materiali nonnulli disputarunt olim, quorum opinionem damnavit Innocentius XI. qui hanc thesim 29. damnavit : *Urgens metus gravis est causa justa Sacramentorum administrationem simulandi.*

XXIII. P. Claudius Lacroix *lib. 6. p. 1. num. 153.* docet, justè damnatam thesim utpotè indefinitam, & abstrahentem à simulatione formali, vel materiali : inquit enim : *An autem damnatio extendi debeat ad simulationem materialem, colligi non potest ex verbis decreti. Hinc dividuntur auctores : nam non debere ad eam extendi tenent aliqui ; è contra debere extendi, fusè contendit Gormaz.* Et quam verum sit unius distinctiunculæ beneficio non rarò eludi decreta pontificia. An disputatum unquam fuit inter Casuistas de simulatione formali ? Si ais ; ergo Casuistæ tales propugnarunt licitam esse formalem deceptionem, quod nemo vel ex ethnicis Philosophis asseruit. Si negas ; ergo extra disputationem est quod damnatio thesis comprehendit simulationem materialem : de qua solùm disputarunt Casuistæ. Ergo *ex verbis decreti pontificii*, velit nolit P. Lacroix, expressè damnatur simulatio materialis.

XXIV. QUÆST. XIV. *Licitumne est petere Sacramenta à ministro indigno ?* RSEP. Dùm certò constat ministrum indignum esse, non licet extra necessitatis casum ab eodem Sacramenta petere, dùm non est Parochus, vel paratus Sacramenta ministrare. Si Parochus sit, vel ejusdem vices sustinens, licitum parochianis est ab eodem Sacramenta petere, etiam cognito ut malo. Si tamen minister probus adesset, titulo charitatis ab hoc, & non ab illo petenda sacramenta essent.

XXV. In extremę necessitatis casu, nempè in mortis articulo licitum est ab hæreticis, & schismaticis ab Ecclesia præcisis petere duo Sacramenta Baptismi, & Pœnitentię, ut declaratum est à Tridentino *sess. 14. cap. 7.* Ut Sacramenta licitè petantur à ministro malo, sed tolerato, sufficit gravis necessitas, puta adimplendi præcepti paschalis, quando tamen nullus adest Sacerdos probus. In tali enim casu nullam petens occasionem peccandi præbet, sed tantùm consulit saluti suæ æternæ.

XXVI. De cæremoniis Sacramentorum, & de iis quæ sacramentalia dicuntur, vide *tom. 8. diss. unic. lib. 1. cap. 14.* ubi fusè hęc omnia explicata invenies, & hic brevitatis causa omitto, quia graviora instant explicanda, & prolixitatem vereor.

DISSERTATIO II.

De Baptismo, & Confirmatione.

CAPUT I.

Baptismi notio, ejusque materia.

I. QUÆST. I. *Quid sit Baptismus novæ legis?* RESP. Est, inquit Catechismus Tridentinus 2. p. c. 2. §. 5. *Sacramentum regenerationis per aquam in verbo.* Hæc definitio paucis materiam, & formam, & proprietatem Baptismi exponit. Esse Baptismum *Sacramentum regenerationis* constat ex Evangelio. *In verbo* sita est Sacramenti forma. S. Thomas 3. p. q. 66. art. 1. hanc Baptismi descriptionem tradit : *Est Sacramentum quo homo exteriùs abluitur, & spiritualiter regeneratur per aquam sub forma verborum à Christo præscripta.* Utraque definitio eodem recidit.

II. QUÆST. II. *Quænam Baptismi materia?* RESP. Duplex, remota, & proxima. De illa nunc ; de hac infra. Aqua sola naturalis est materia remota Baptismi, ut *Joan. 3.* habetur : *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei.* Cur potiùs aquam Christus Dominus elegerit, quam alium liquorem, nulla vera assignari ratio potest præter divinam voluntatem. Plures congruentias assignant Patres, Ambrosius, Hieronymus, quas *3. p. q. 66. a. 3.* recenset S. Thomas.

III. QUÆST. III. *Num vetustus, & probandus usus sit, quo Ecclesia Romana conficiat aquam Baptismo inservientem?* RESP. Vetustam esse hanc sacram consuetudinem, evincunt Patres, Basilius, Cyrillus, Cyprianus, & alii. Vide testimonia *tom. 8. lib. 2. diss. 1. cap. 2.*

IV. QUÆST. IV. *Quænam aqua dicenda sit naturalis?* RESP. Solam aquam naturalem esse Baptismi materiam adfirmant Catholici omnes. Quænam dicenda sit aqua naturalis, respondet Rituale Romanum jussu Gregorii XIII. editum, esse aquam *fluvium, putei, maris, fluminum, lacuum, stagnorum, paludum, cisternarum, & pluvialem ; & sic quamcumque simplicem, & puram, quæ propriam aquæ speciem retinet : nec referre frigida sit, an calida : non autem esse aquam artificialem, ut ex rosis, floribus, herbis, seu similibus rebus expressam, aut distillatam, neque quamvis aliam liquorem.* Quomodò, & quot modis corrumpi aqua naturalis possit, explicat *3. p. q. 66. art. 4. S.* Thom. Cæterum opus non est Philosophorum disputationibus ; commune hominum judicium sufficit ad aquam naturalem dignoscendam.

V. Disputant num una vel altera gutta aquæ sufficiat ad Baptismum. Verum disputationes istæ vanæ sunt. Ea aquæ quantitas necessaria est quæ sufficiat ad abluendum. Una autem aut altera gutta verè non abluit. Aquam ex sale liquatam extra necessitatis casum non ceuferem esse materiam Baptismi ; benè verò aquam resolutam ex nive, glacie, gelu, vel rore cæli, ut docet communis

munis sententia : ipsa verò nix, glacies, glandu, cum non sint materia apta ad abluendum, non sunt materia Baptismi. Neque aqua quæ manat ex vite, aliisve arboribus, est apta materia Baptismi, quia non est aqua naturalis. Lixivium, jusculum, si non spissa, sed diluta sint, sunt aqua apta ad baptizandum, ut *loc. citat.* docet S. Thomas.

VI. QUÆST. V. *Quænam sit materia proxima Baptismi?* RESP. Est aquæ usus, quo abluitur corpus. Triplex modus abluendi obtinuit, *per immersionem, per infusionem, per aspersionem.* Immersio primum trina, post simplex obtinuit. Priscis Ecclesiæ seculis disciplina trinę immersionis vigebat, & sæculo 13. adhuc obtinebat. Circa sæculum 14. usus obtinuit baptizandi per aspersionem, vel infusionem. Quocumque modo conferatur Baptismus sive per immersionem, sive per infusionem, sive per aspersionem, validus est. Servandus tamen est propriæ Ecclesiæ ritus, & qui absque cogente necessitate illum mutaret, graviter peccaret. Talis infusio, vel aspersio fieri debet, ut baptizatus juxta communem sensum verè ablutus dicatur.

VII. QUÆST. VI. *Infans in utero matris inclusus baptizari ne valet utero matris adhuc?* RESP. Si nullum infantis membrum appareat, nullo modo baptizari potest; & collatum baptisma nullum esset. Vide S. Thomam 3. *p. q.* 68. *art.* 2. *ad* 4. & Rituale Romanum. Quare falsa est opinio aliquorum, quos citat Leander, nempè validum esse Baptismum collatum infanti incluso in utero matris arte obstetricis, quæ in ipsum manu aquam immittit. Ad valorem Baptismi requiritur ut vel totum, vel aliqua pars corporis infantis baptizandi ex alvo mulieris appareat. Infans pelle secundina involutus, si periculum mortis imminet, facta pellicula baptizetur; si non urgeat periculum mortis, pelle hæc exuus infans baptizandus est. Non sufficit ut capilli, vel vestes abluantur, sed aliqua ejusdem corporis pars ablui debet.

VIII. Si quis ob aquæ penuriam in puteum, aut flumen puerum morti proximum projiciat, ut eum baptizet, formamque proferat, validum Baptisma est. Quoniam habetur verbum, elementum, ac ministri intentio. Validum quoque baptisma est aqua venenata administratum, aut ferventi, & cum intentione necandi infantis dummodò adsit intentio baptizandi, & debita servetur forma. Hęc tamen omnia licitè fieri nequeunt: non enim sunt facienda mala, ut eveniant bona.

IX. QUÆST. VII. *Licitumne est secare latum mulieris desperatæ sanitatis, ut baptizetur infans?* RESP. Id posse fieri ait *lib.* 1. *q.* 14. P. Comitolus, quod æterna salus infantis præferenda sit vitę corporeę matris prægnantis. At S. Thomas, cui communiter subscribunt Theologi oppositum docet 3. *p. q.* 68. *a.* 11. *ad* 3. ubi ait: *Non sunt facienda mala ut veniant bona: Rom.* 3. *Et ideò non debet homo occidere matrem; ut baptizet puerum. Si tamen mater mortua fuerit, vivente prole in utero, debet aperiri, ut baptizetur.* Axioma istud: salus æterna præferenda est vitæ corporis, non infert quempiam, aut sibi, aut alii mortem inferre corporis posse, sed eò pertinet, ut pro alterius ęterna salute, sustinenda interdum mors sit.

CAPUT II.

De forma, & triplici Baptismo.

I. QUÆST. I. *Legitimane est forma verborum qua Ecclesia Latina utitur?* RESP. Ecclesiæ Latinæ forma hæc est: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Pervetustam esse hanc formam pluta evincunt documenta antiqua, Sacramentarium S. Gregorii Magni, Ordo Romanus, & Missale Gothico Gallicum apud Thomasium, & Liturgia Gallicana à Cl. Mabillonio edita, & illustrata *tit.* 25.

II. Valida similiter est forma Græcorum, quæ est ejusmodi: *Baptizatur servus* (vel *serva*) *Dei, N. in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Non optativa, ut olim multi contendebant, sed enuntiativa est, nempè *baptizatur*, hæc forma Græcorum, ut Arcudius, Goarius, & Martene evincunt.

III. QUÆST. II. *Requirituine ad valorem Baptismi, ut exprimatur actus baptizantis per verbum* baptizo, *an* baptizatur? RESP. Adfirmant omnes, idque definivit Alexander III. *in* 3. *decret. tit.* 42. *cap.* 1. Contra hanc pontificiam definitionem, & communem Ecclesiæ doctrinam scripturire juniores nonnulli ausi sunt, quorum errorem damnavit Alexander VIII. in hac thesi 29. „ Valuit aliquandò Baptismus sub hac forma collatus: *in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti:* „ prętermissis istis, *Ego te baptizo.*“ Formam suam hausit Ecclesia ex verbis evangelicis: *Baptizantes eos in nomine*, &c. Qua ratione omnes ex his verbis colligunt necessitatem invocandæ SS. Trinitatis, eadem infertur necessitas exprimendę actionis baptizantis.

IV. QUÆST. III. *Qui deliberatè omitteret hanc particulam* ego *in forma Baptismi, graviterne peccaret?* RESP. Omnes adfirmant, præfatam particulam ad substantiam Baptismi non pertinere; peccare tamen qui deliberatè aut ex negligentia illam omitteret, pariter omnes adfirmant. Disputant solùm de gravitate culpæ. Alii adfirmant esse gravem, alii levem. Fateor hunc malitiæ gradum me non tenere. Deliberata omissio excusari non posse videtur à contemptu ritus ecclesiastici: quo in casu culpa gravis esset. Hæc particula *te* pertinet ad essentiam Baptismi, quia designari persona baptizanda debet. *Baptizantes eos.* Peccaret qui in forma Baptismi exprimeret nomen baptizati dicendo, *Ego te baptizo Petrum*, &c. Quoniam nihil addi, nihil detrahi de forma Baptismi debet. Ratum, validumque esset Baptisma, si quis omisso verbo *baptizo* diceret, *mergo, intingo, lavo, ablue*, dummodò non recederet ab intentione Ecclesiæ quæ sacramentalem, non profanam ablutionem intendit; semper tamen peccaret minister verba immutans ab Ecclesia statuta, Particula *in* probabilius attinet ad essentiam baptismi: piaculum ergo illam omittere.

V. QUÆST. IV. *Qui baptizaret hac forma,* Ego te baptizo in nomine Patris, in nomine Filii, in nomine Spiritus Sancti, *validumne conferret Baptisma?* RESP. Negat Martinus Bonacina cum aliis. Cur non validum hoc Baptisma? *Nominis* repetitio nullo modo immutat sensum formæ à Christo institutæ. Si quis verò diceret: Ego te baptizo *cum Patre, cum Filio, cum Spiritu Sancto*: probabilius mihi est Baptismum non valere, quia in præfata forma non exprimitur clarè unitas essentiæ.

VI. Qui omitteret *in nomine*, & substitueret *in virtute*, validum ne conferret Baptisma? Alii adfirmant, alii negant. Dubia ergo res est. Ergo sententia negans tutior est, & probabilior. Similiter invalidum judico Baptisma collatum hoc modo: *Ego te baptizo in nomine Sanctissimæ Trinitatis*, vel *in nomine Unius, & Trinis*, vel *in nomine trium personarum.* Quoniam non proferuntur expressè tres divinæ personæ. Invalidum multo magis esset Baptisma hoc modo collatum: *Ego te baptizo sub nomine Jesu Christi.* Negat quoquè communis, & vera sententia validum esse Baptisma hac forma collatum: *Ego te baptizo in nomine Genitoris, Geniti, & Procedentis ab utroque*: quia in re sacramentaria communiori sententiæ adhærendum est, & tutiori. Validum autem existimarem Baptismum hac forma collatum: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Jesu Christi, & Spiritus Sancti:* quia Jesus Christus verè est Filius Patris. Similiter ratum haberem Baptisma collatum hac forma: *Ego te baptizo in nomine Patris omnipotentis, & Filii unigeniti, & Spiritus Sancti Paracleti.* Qui uteretur hac forma: *Ego te baptizo in nomine Patris; Ego te baptizo in nomine Filii; Ego te baptizo in nomine Spiritus Sancti*: non conferre validum Baptisma defendit P. Paulus Comitolus. Sed probabilior sententia adfirmat, quam communiter Theologi defendunt. Validum quoquè Baptisma esset, si quis omitteret particulam *te*. Peccarent tamen omnes isti, qui adderent, aut omitterent quidquam formæ præscriptę ab Ecclesia, & haustæ ex ipso Evangelio. Baptismum collatum à balbo, qui in fine vocis demeret, aut mutaret unam litteram, validum esset, ut si diceret *batizo* loco *baptizo. In nomine Patri*, pro *in nomine Patris.* Verum quæstiones istæ arbitrariæ sunt, quę vix unquam occurrent. Idcirco prætereundę.

VII. QUÆST. V. *Quotuplex est Baptismus?* RESP. Triplex, *Fluminis, Flaminis*, & *Sanguinis.* Baptisma *Fluminis*, seu aquæ est Sacramentum hactenus explicatum. *Flaminis* est perfecta contritio cum voto Baptismi. Hoc baptisma sufficere ad salutem, cum Baptismus aquæ haberi nequeat, docent omnes. Baptismus *Sanguinis*, seu martyrium præstat Baptismo aquæ, & *Flaminis* non ratione Sacramenti, sed ratione charitatis, & gratiæ, cum solus Baptismus aquæ sit Sacramentum. Baptismus autem sanguinis includit Baptismum *flaminis*, ac non è contra. Quare omnes adfirmant in adultis martyrium supplere Baptismum fluminis. Idem adfirmant respectu parvulorum. De parvulis enim trucidatis ab Herode canit Ecclesia: *Cujus pręconium innocentes martyres non loquendo, sed moriendo confessi sunt.*

VIII. Disputant Theologi, num martyrium suppleat Baptismum aquæ ex opere operato? Negant plures; sed communis, & vera sententia defendit martyrium justificare tàm adultos, quàm parvulos ex opere operato. Nam Baptismus sanguinis Baptismo aquæ comparatur. Ergo si ille, cur non iste justificat ex opere operato? Hanc sententiam defendit S. Thomas in 4. *dist.* 4. *q.* 3. *a.* 3. *q.* 3. *ad* 1.

IX. QUÆST. VI. *Quæ dispositiones requiruntur in adultis ad suscipiendum martyrium?* RESP. sequentes. 1. voluntaria acceptatio mortis illatæ à persecutore in fidei odium. Martyrium enim est actus fortitudinis, & charitatis. Ergo necessaria est deliberata electio. 2. Ut martyrium acciperetur ob fidem Christi, & ex motivo supernaturali per fidem proposito. Necessaria est charitas saltem initialis, & imperfecta, quæ postea perfecta evadat vi ipsius martyrii. Adulti qui alicujus peccati sibi conscii sunt, purgare conscientiam suam debent, eo modo quo ad Baptismum aquę, aut Pœnitentiam se disponerent. Si catechumenus sit, & adsit occasio, Baptismum prætermittere debet: & si Baptismo tinctus sit, confessionem, si opportunitas adsit. Quæ omnia confirmari possent Ecclesiæ disciplina: nam persecutione sæviente, vel imminente, Episcopi animabant omnes ad Baptisma suscipiendum, ad pœnitentiam peragendam, & ad eucharistiam participandam, ut his roborati præsidiis alacriores, fortioresque fierent ad luctam, & certamen sustinendum.

CAPUT III.

De ministro Baptismi, ejusdem institutione, obligatione, & necessitate.

I. QUÆST. I. *Quotuplex est Baptismi minister?* RESP. Triplex. 1. Ordinarius ex officio. 2. Extraordinarius ex delegatione. 3. Necessitatis. Minister ordinarius, & solemnitatis est Episcopus, tum Parochi, deindè Presbyteri. Dum Episcopi olim solemniter baptizabant, licitum non erat Presbyteris, seu Parochis idem præstare. Et etiam nunc si Parochus adsit, non debet Sacerdos eo inconsulto baptizare. Diaconus non ex officio, sed ex commissione administrare Baptismum valet. Laici sunt ministri necessitatis, qui baptizant absque solemni ritu. Mortaliter peccaret laicus, si præsente Sacerdote baptizaret, quia in re gravi sibi usurparet jus proprium Sacerdotis. Graviter quoquè peccaret laicus, si præsente Diacono baptizaret, quia absente Sacerdote hoc jus devolvitur ad Diaconum, ut probabilior sententia docet. Laicus baptizans sine necessitate, & cum solemni ritu, incurrit irregularitatem.

II. QUÆST. I. *An unus minister unica aspersione possit baptizare plures?* RESP. Adfirmant communiter, quia non mutatur sensus formę adhibendo *vos* pro *te*; confirmantque exemplo S. Petri, qui una die magnam multitudinem baptizavit. Qui tamen absque necessitate sic baptizaret, peccaret quidem graviter. Advertendum præterea, talem esse debere aspersionem quæ ablutio dici revera possit, ut aqua fluat super bapti-

aut altera gutta non sufficit. Si duo quorum unus lingua, alter manibus careret, baptizarent; nullus esset baptismus, ut docet S. Thomas 3. p. q. 46. art. 4. ad 4. Si puero periclitanti præsentes essent Sacerdos excommunicatus, & obstetrix, hæc præferenda esset Sacerdoti excommunicato, & recisio á corpore Ecclesiæ. Nec obstat, Sacerdotem excommunicatum in extrema necessitate absolvere posse, quia in nullo casu laicus absolvere valet. Nemo baptizare seipsum potest. Ideo, inquit 3. p. q. 66. art. 5. ad 4. S. Thomas, Christus á Joanne baptizari voluit. Idem á pluribus baptizari nequit: quarè non valeret Baptismus, si plures dicerent, *Nos te baptizamus*, ut 3. p. q. 47. art. 6. docet S. Thomas: quia *nos* non est idem quod *ego*, & *ego*, sed *ego*, & *tu*: & sic immutaretur forma.

III. Parochus peccat, qui ut saluti infantis consulat, privatim Baptismum administrat domi, expectans patrinum, ut postea in Ecclesia solemnem ritum peragat. Quoniam in Concilio Viennensi sub Clemente V. statutum est in Clement. *lib.* 3. *tit.* 15. *cap. unico* ut non in aulis, vel in cameris, sed in Ecclesiis, in quibus sunt sacri fontes ad hoc deputati, baptismus conferatur.

IV. Parentes qui in extrema necessitate filios suos baptizant, non amittunt jus petendi debiti. Extra verò extremam necessitatem si suos filios baptizarent, illud jus amitterent. Baptismus collatus á Pagano, vel Judæo validus est. Et hæc est hodiè universalis Ecclesiæ doctrina.

V. QUÆST. III. *Quandonam Baptismus institutus est?* RESP. Institutum á Christo Domino Baptismum fatentur omnes, & Catholici, & hæretici. De tempore institutionis disputatur. Plures contendunt, Christum instituisse Baptismum post resurrectionem cum dixit Matth. 28. *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos*, &c. Probabilior mihi opinio est Christum instituisse hoc Sacramentum cum ipse baptizatus in Jordane fuit, ut docent S. Augustinus, S. Ambrosius, S. Thomas, & ipse Catechismus Romanus. Obligare cœpit lex Baptismi continuò ac post resurrectionem promulgata fuit. *Euntes ergo docete . . . baptizantes*, &c. Quandò autem sufficienter promulgata fuerit, ita ut omnes obligaret, alii asserunt post Pentecostem, alii paulò longius protrahunt. Vide *tom.* 6. *Diss.* 3. *de leg.* ubi hæc omnia explicata sunt.

VI. QUÆST. IV. *Quænam est suscipiendi Baptismi necessitas?* RESP. Duplex necessitas, medii, & præcepti. Sine eo quod primo modo necessarium est, obtineri finis non potest, nisi habeatur vel in re, vel in voto. Et hujusmodi sunt Baptismus omnibus, & Pœnitentia peccatoribus adultis. Necessarium secundo modo dicitur, quod præcepto imponitur, quod sine peccato omitti *scienter* nequit. Haberi tamen salus sine eo potest vel ex ignorantia, vel ex alio obstaculo, quod observantiam impediat. Nulla verò ignorantia, nulla impossibilitas suffragatur respectu eorum quæ necessaria sunt necessitate medii. Rursus duplex necessitas medii distinguitur. Altera exterior, ut ablutio baptismalis; & hæc suppleri per fidem, & charitatem cum voto potest. Altera intrinseca, ut est gratia sanctificans; & hæc nullo supplesti modo potest. Nisi reipsa habeatur, impossibilis est æterna salus. Votum similiter duplex est. Aliud implicitum, ut est votum, seu desiderium generale servandi omnia Christi præcepta, quod sejungi à charitate perfecta nequit. Aliud est votum, seu desiderium expressum, quod ex rei cognitione oritur, & requiritur quandò res est necessaria necessitate medii.

VII. Quarè sine baptismo vel in re, vel in voto nemo ingredi in Paradisum potest. Ipsis infantibus ex fidelibus procreatis parentibus necessarius re est Baptismus, quidquid blateret in oppositum Calvinus. Adultis verò omnibus necessarius est vel re, vel in voto. Et hoc votum, seu desiderium suscipiendi Baptismi in adultis expressum sit oportet, ut probabilior sententia docet.

VIII. QUÆST. V. *Quo tempore suscipi Baptismus debet?* RESP. Multa occurrunt antiquorum exempla de Baptismi dilatione. S. Ambrosius ante ordinationem, S. Paulinus Nolanus ann. 28. S. Augustinus an. 33. baptizati sunt. Viri sancti humilitatis causa catheecumeni longo tempore perseverabant. Alii, ut vitam voluntariam ducerent, Baptismum differebant. Rationes cur differri Baptismus non debeat, obviæ sunt. Quis prudens suæ servitutis vincula, aut suæ infirmitatis antidotum procrastinare vellet?

IX. QUÆST. VI. *Præceptum suscipiendi Baptismi obligatne ut adulti quamprimum commodè possunt Baptismum suscipiant?* RESP. Quæ sunt necessaria necessitate medii, potiori jure necessaria sunt necessitate præcepti. Disputatur num secundum præsentem Ecclesiæ disciplinam præceptum obliget sub gravi, ut adulti quamprimum commodè valent teneantur Baptismum suscipere? Negant nonnulli; sed communis, & certa sententia affirmat. Quoniam dilatio hæc gravi periculo exponit. Quamobrem graviter parentes delinquunt, dum absque rationabili causa infantium Baptismum differunt, quia illos exponunt periculo æternæ damnationis.

X. Præter antiquos hæreticos Anabaptistæ seu Rebaptizantes, Valdenses, Cathari effutierunt, parvulos ante usum rationis non esse baptizandos, quorum errorem damnavit *sess.* 7. *can.* 12. & 13. Tridentinum. Satyri, vel concepti ex bruto, & fœmina non sunt baptizandi. Monstrum procreatum viro, & muliere, si appareat humana persona, præsertim in capite, baptizandum est. Si dubitetur, consulatur Episcopus. Si dubitatio persistat, baptizari adjecta conditione potest.

XI. QUÆST. VII. *Baptizarine possunt infantes infidelium reluctantibus parentibus?* RESP. Sermo est de infantibus ratione destitutis. Negat S. Thomas, cui subscribunt communiter Theologi, & hæc consuetudo Ecclesiæ obtinet, nempe infidelium, licèt sub civili potestate Principum christianorum degentium, infantes non esse baptizandos, dum parentes reluctantur. BENEDICTUS XIV. in epistola data an. 1747. ad Archiepiscopum Tarsensem controversiam hanc pleno in lumine exposuit. Potissima ratio sententiæ nostræ est Ecclesiæ consuetudo, & periculum apostasiæ cui exponuntur infantes baptizati reluctantibus parentibus. Accedit patria potestas, cui subjecti infantes sunt.

XII. Hisce diebus hic Romæ disputatum fuit, qui *parentum* nomine veniant. Omnes adfirmabant patrem, avum præferendos esse matri, quia linea virilis prævalet fœminæ. In disputationem vocatum est, num avia præferri debeat matri? Avia Judæa, sed Christiana facta consentiebat ut nepos baptizaretur. Mater Judæa repugnabat baptismo filii sui. Alii contendebant præferendum esse consensum aviæ. Alii propugnabant standum esse dissensui matris. Res delata fuit ad summum Pontificem BENEDICTUM XIV. qui epistola data ad Illustrissimum Guglielmi Assessorem S. Officii, decrevit attendendum esse consensum aviæ, & baptizandum puerum, repugnante matre Judæa.

XIII. In periculo proximo mortis filii infidelium baptizandi sunt, quia tunc nullum est apostasiæ periculum. In hujus sententiæ confirmationem refert BENEDICTUS XIV. decretum S. Officii an. 1678. & aliud datum 1705. Baptizandi similiter filii infidelium, qui dicuntur *exposti*, seu *projecti*, nempe à parentibus derelicti, quia tunc nemini fit injuria. Item infidelium pueri capti à piratis christianis, quia extracti sunt à patria potestate. Si unus parentum infidelium consentiat, licèt alter repugnet, baptizandus puer est, quia consensus in favorem religionis præferendus est. Validum quoquè baptisma est collatum pueris, quos infideles offerunt baptizandos, non ut regenerentur ad vitam æternam, sed ut curentur ab infirmitate, ut docet S. Augustinus *epist.* 98. ad Bonifacium. Amentes à nativitate baptizandi sunt in fide Ecclesiæ, inquit 3. p. q. 68. a. 2. S. Thomas. Adultorum qui ex sana mente in amentiam incidunt, spectanda est voluntas quam habebant dum sani erant. Dormientes baptizandi non sunt, nisi immineat mortis periculum proximum.

CAPUT IV.

De dispositionibus adultorum ad suscipiendum Baptismum, & de ejusdem effectibus, & cæremoniis.

I. QUÆST. I. *Requiriturne in adultis ad Baptismum ritè suscipiendum fides, dolor de peccatis, & charitas inchoata?* RESP. Fidem necessariam esse declarat S. Marcus *cap.* 16. inquiens: *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, salvus erit.* Necessitatem pœnitentiæ manifestat S. Petrus *Act.* 2. ubi ait: *Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisque vestrum.* De amore saltem initiali, de quo infra sermo erit, inquit S. Joannes epist. 1. cap. 3. *Qui non diligit manet in morte.*

II. QUÆST. II. *Qui sunt Baptismi effectus?* RESP. Primus, & præcipuus Baptismi effectus est delere tum peccatum originale, tum cætera omnia peccata, & animam sanctificare, ut habetur Act. 2. *Baptizetur unusquisque vestrum in remissionem peccatorum.* Et S. Paulus ad Rom. 8. *Nihil ergo nunc damnationis est iis qui sunt in Christo Jesu.* Turpiter ergo errant protestantes effutientes, per Baptismum peccata tantùm non imputari, secùs tolli, & penitùs deleri: quorum errorem damnavit Tridentinum *sess.* 5. *cap.* 5.

III. Nec est quod opponant, remanere in baptizatis concupiscentiam, quę teste Apostolo Paulo peccatum est: quandoquidem peccatum concupiscentia ab Apostolo dicitur, non quod ipsa propriè peccatum formaliter sit, sed quia ex peccato proficiscitur, & ad peccatum inclinat, & allicit, ut *sess.* 5. *cap.* 5. Tridentinum definivit ex perenni PP. traditione.

IV. Alter Baptismi effectus est remissio pœnæ æternæ, & temporalis, ut in Decreto ad Armenos Concilium Florentinum definivit, & Tridentinum *loc. cit.* confirmavit. Tertius Baptismi effectus est impressio characteris, ut ex perpetua Ecclesiæ traditione habetur, & Tridentinum definivit *sess.* 7. *can.* 9.

V. Baptismus ritè administratus numquàm iterandus est. Si aliquis in hæresi baptizatus sit, examinari debet, num juxta veram Ecclesiæ, seu evangelicam formam baptizatus fuerit, & si juxta hanc formam baptizatus sit, rebaptizari non debet. Si deprehendamus formam evangelicam non fuisse servatam, baptizandus denuò est. Attentè tamen examinari debent qui fuerunt ab hæreticis baptizati.

VI. Qui baptizati ab obstetrice sunt, non debent rebaptizari, quandò Parochus deprehendit obstetricem prudentem, experrectam, & in examine super formæ exactâ observantia constantem. Infantes expositi collati Baptismi schedulam collo appensam habentes, rebaptizandi ne sunt? Præcisa resolutio dari nequit. Quandò vel minima suspicio oritur de Baptismo validè collato, sub conditione rebaptizandi sunt, ut statuit Rituale Romanum, jussu Pauli V. editum.

VII. QUÆST. III. *An baptismus fictè susceptus recedente fictione peccata deleat?* RESP. Duplex fictio. Altera, qua quis simulat se suscipere Baptismum, sed intus nec intendit, nec credit, nec vult suscipere Baptismum. De hoc quæstio nulla. Altera fictio est, qua quis revera vult suscipere Baptismum, peccata tamen non detestatur, nec credit, nec sperat; Baptismum tamen recipit, quia revera vult illum suscipere, sed effectum ejusdem non recipit ob indicata impedimenta. Quæritur num recedente hac fictione peccatorum remissionem assequatur? Negantem sententiam defendunt plures; sed affirmantem defendunt S. Augustinus, S. Thomas, & communiter Theologi. Quia causa natura sua productrix effectus, remoto impedimento, illum producit.

VIII. QUÆST. IV. *Quænam sunt Baptismi cæremoniæ?* RESP. Plures, quarum paucas delibabo. Quædam præcedunt, ut præsentatio baptizandorum ante Ecclesiæ januam, quam ingredi nequeunt, cum sint per culpam originalem filii iræ. Deindè quid petant ab Ecclesia Dei, Sacerdos inquirit: reponuntque, Baptismum. Succredit exorcismus ad expellendum dæmonem. Sal in os ejusdem baptizandi immittitur, ut vitiorum pulsa putredine, bonorum operum sapotem baptizatus gustet. Crucis signo obsignantur

frons, oculi, aures, humeri, pectus: nares, & aures saliva liniuntur, & *ephpheta*, est *adaperire* pronuntiatur.

IX. Cæremoniæ quæ baptismum comitantur, & consequuntur, sunt sequentes. Sacerdos ad sacrum fontem baptizandum adducit, eumque ter interrogat: *Abrenuntias Satanæ, & omnibus pompis ejus, & omnibus operibus ejus?* Respondet baptizandus, aut per se, si sit adultus, aut per patrinum, si sit infans, ad singulas interrogationes, *Abrenuntio.* Deinde Sacerdos interrogat: *Credis in Deum Patrem omnipotentem?* Respondet, *Credo*: & iterum de aliis symboli articulis interrogat Sacerdos, & baptizandus respondet, *Credo.* Tandem interrogatur: *Vis baptizari?* Et consentientem, vel per se, vel per patrinos Sacerdos baptizat. Cæremoniæ quæ baptismum consequuntur, sunt sequentes. Sacerdos baptizati capitis verticem inungit, veste candida illum induit, si sit adultus: si infans linteolum capiti imponit dicens: *Accipe vestem candidam, quam immaculatam perferas ante tribunal Domini nostri Jesu-Christi, ut habeas vitam æternam.* Cereum ardentem in ejusdem manum Sacerdos tradit in fidei, & charitatis symbolum. In Baptismate proprium cuique nomen imponitur.

X. Requiritur aliquis qui de sacro fonte baptizatum suscipiat, ut 3. *part. quæst.* 67. *art.* 7. declarat S. Thomas, & congruentes rationes assignat. Nec quilibet indiscriminatim eligendus est, sed Catholicus, & quoad fieri potest optimis moribus instructus, quique vices pædagogi, & magistri docentis, & instruentis supplere queat. Parochi administrantes baptismum sine patrinis peccant mortaliter, sublata urgente necessitate. Quoniam ritus isti sunt de necessitate non sacramenti, sed præcepti. Sufficit unus, vel una, aut ad summum unus, & una admitti possunt, ut statuit *sess.* 24. *can.* 2. Tridentinum. Monachi, & Regulares mendicantes exclusi sunt ab hoc officio, ut probabilior sententia docet. Patrini contrahunt cognationem spiritualem cum baptizato, cum patre, & matre ejusdem, ut *sess.* 24. *can.* 2. Tridentinum declarat.

CAPUT V.

De Professionis baptismalis obligatione.

I. MUltii eloquentia mihi opus esset, ut patefacere pro dignitate possem incredibilem socordiam, & ofcitantiam quorundam Parochorum in exponendis adultis juvenibus gravissimis oneribus, & obligationibus quas professio baptismalis secum defert. Pancissimos inter Christianos offendes, qui vim, & significatum teneant professionis christianæ, quam solemni ritu Deo in baptismate edidere. Antequam Christi Ecclesiam ingrediantur, seu in fidelium Christi societatem recipiantur primum omnium renuntiant diabolo, pompis, operibus, & spectaculis ejus. Quid prodit renuntiatio hæc? Quænam sunt hæ pompæ, quænam opera, quænam spectacula quibus bellum denuntiasti, o Christiane? Respondeo. An mutescis, quia instructus non es? Audi, & cordi tuo infige. Professio in baptismate emissa illa est quæ Christianos à mundo separat, quæ carni, sanguini, pompis, deliciis carnalibus contraria est, quæ Christianos à paganis distinguit. Pagani servabant justitiam, pudicitiam, æquitatem, & omnia quæ ad tranquillam societatem fovendæ necessaria sunt. Quid ergo in professione baptismali renuntiant Christiani, ut à paganis distinguantur? Edissere. Respondent uno ore PP. omnes, nemine excepto, præsertim Tertullianus, Cyprianus, Nazianzenus, Cyrillus Alexandrinus, Basilius, Chrysostomus, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, Salvianus, & ut cæteros mittam, Sanct. Carolus Borromæus, Christianos renuntiasse theatris, comœdiis, tragediis, choreis, cæterisque insanientis mundi spectaculis vanis, pompis, modestiæ, & pudori oppositis, ut sunt uberum in fœminis nuda ostentatio, fibula, fuci, cincinni, & cætera ejusmodi præstigia. Patrum testimonia dedi in lib. *de Spectaculis theatralibus.* Unum, & alterum brevitatis causa nunc transcribam.

II. In lib. *de Catechizandis rudibus* S. Augustinus cap. 6. instruit rudem ut abstineat à theatris, si velit esse Christianus. *Cum verò adversus eos instruitur quorum perversæ turbæ corporaliter implent Ecclesias, simul etiam præcepta breviter, & decenter commemorantur christianæ, atque honestæ conversationis; ne ab ebriosis, avaris fraudatoribus, alearoribus . . . , spectaculorum amatoribus . . . . atque hujusmodi ceteris seducatur, & imparatum sibi forte arbitretur. Quia videt multos qui Christiani appellantur, hæc amare, & agere, & defendere, & suadere, & persuadere.*

III. Viden'? Etiam tum suadere, & persuadere studebant carnales Christiani, qui corporaliter sicut nunc implebant Ecclesias, licitam esse theatrorum frequentiam, à quorum mendaciis rudem Christianum Augustinus præservare conatur. Rursus *cap.* 25. eundem rudem adversus theatrorum frequentiam instruit subdens: *Animadversurus etiam, quod illæ turbæ impleant Ecclesias per dies festos christianorum quæ implere, & abstrahere per dies solemnes paganorum, & ad imitandum tentaberis.* Tandem sub Libri finem sic alloquitur rudem suum. *Tu itaque credulus ista, cave tentationes, quia diabolus quærit qui secum pereant: ut non solùm per eos qui extra Ecclesiam sunt, sive pagani, sive judæi, sive hæretici, non te hostis ille seducat; sed etiam, quod in ipsa Ecclesia Catholica, videris malè viventes, aut immoderatos voluptatibus ventris, & gutturis, aut immundicis, aut vanis curiositatibus, vel illicitis deditos, sive spectaculorum . . . . sive in pompa, & typho avaritia . . . . non eos imiteris, sed potiùs conjungaris cum bonis quos inventurus es facile, si & tu talis fueris.*

IV. Nisi choreæ, quæ etiam in theatro aguntur, nisi comœdiæ, & tragediæ sint pompæ, & spectacula diaboli, quænam erunt? Opportuna sunt quæ scribit lib. 6. Salvianus: *In spectaculis quædam fidei apostasia est, & à similibus ipsius, & cælestibus sacramentis letalis prævaricatio. Quæ est enim in baptismo salutaris Christianorum prima confessio? Quæ scilicet, nisi renuntiare se diabolo, ac pompis ejus, atque spectaculis, & operibus protestantur? Ergo spectacula, & pompæ etiam juxta nostram professionem opera sunt diaboli.*

V. Sed audiamus ultimi temporis Patrem S. Carolum Borromæum, qui *hom. in Dom. 7. post Pentecosten* hæc scribit ageus de cœcitate spirituali. *Et quid me miserum! Audio? Adeò nempè in hac civitate sævissimam illam libidinum, ac impudicitiarum officinam patere, ut frequentes comœdiæ recitentur, ac in scenis histriones indignissimi homines personati in diaboli vetita innumeros vobis hujus juventes incautos adducant . . . . Patres sanè, filii, ne forte dormientes inimicum hominum hæc superminasse xicania, & me nesciente pestem hanc irrepsisse. Sed fluctibimus certè impositum eam, Deo dante, reprimere . . . . Mimas, atque histrio vos sebaceis pariete affixis ad satanicum inventum, quod comœdiam vocant, invitant. Sed mihi credite, tragœdia vobis est semper . . . . vocat vos Christus per nos . . . . & tamen ejus voces contemnuntur . . . . Tempus venit, dilectissimi, cum adiuvere capietis, & non poteritis . . . . sed ad patriam mimis, & histrionibus, ac impudicis mulieribus preparatam transmittemini.* Lege quæso integram homiliam.

VI. Quid ad hæc illi qui autumant diversa fuisse, & obscœniora theatra quæ improbarunt PP. à theatris quæ ætate nostra vigent? PP. damnant, quod in scenam prodeant viri muliebri veste induti, quos *histriones*, & *semellas* vocant. Damnant quod fœminę, profligato pudore mimas agant. Damnant choreas, damnant musicam quam *meretriciam* vocant; damnant cantum, quem *fornicatorium* appellant. Veritas ineluctabilis est, cui subscribunt, vel ipsi theatrorum patroni, nempe molliorem esse musicam, & effœminationi cantum ætatis nostræ. Ergo ex hac parte turpiora sunt ætatis nostræ theatra, quam antiqua. Quid quod in antiquis fœminæ christianæ (& raro paganæ) in scenam non prodibant. Ergo perperam ætatis nostræ theatra omnia velut honesta traducuntur.

VII. Abrenuntiatis ergo pompis, spectaculis, comœdiis, tragediis, choreis, & iis omnibus, quæ in gloriam Jesu Christi referri nequeunt, baptizandi admittuntur in Ecclesiam ad profitendam christianam religionem: quia rebellis antequam suo Principi reconcilietur, debet prius hosti terga vertere. In Ecclesia symbolum fidei profitentur, & vitam christianam. Quid est vita christiana? Est imitatio vitæ Jesu Christi; est bellum perpetuum adversus diabolum, mundum, & concupiscentiam carnis, & oculorum, superbiam vitæ, ambitionem, fastum, luxum, pompas; est perpetua conflictatio carnis, & lucta interminabilis contra humanas appetitiones; est vita pœnitentiæ, humilitatis, & patientiæ; est vinculum charitatis, qua omnes Christiani, & Deo, & invicem intima unione conjunguntur; est professio canendi laudes Deo, orandi, precandi, & petendi divinam gratiam; est tolerantia injuriarum, persecutionum, calumniarum. Non sufficiunt hæc omnia. Orandum pro persecutoribus, & calumniatoribus est. Nec sat est hæc omnia secretò præstare. Debet Christianus impavido pectore palam, & publicè confiteri, quid? Unitatem, & Trinitatem Dei, incarnationem Christi, symbolum, sacramenta? Debet hæc omnia; at non sufficit. Debet insuper profiteri Moralis christianæ integritatem, & sanctitatem, quæ hac nostra ætate, non secus ac olim symboli articuli, non levem patitur persecutionem. Neque mundanorum hominum odium, & persecutio absterrere Christianum debet ab hujusmodi professione: nisi enim tale periculum subeat, Christi servus esse non potest. Querebantur & Christi discipuli, quod mundus eos odio haberet: quibus Christus ipse reposuit: *Scitote, quia me priorem vobis odio habuit. Si de mundo fuissetis, mundus quod suum erat diligeret. Quia verò de mundo non estis, propterea odit vos mundus. Non est servus major domino suo. Qui me erubuerit, & sermones meos, mea præcepta, mea exempla, meam patientiam, humilitatem, jejunia, persecutiones, & ego eum erubescam coram Patre meo: & qui me confessus fuerit coram hominibus, & ego confitebor eum coram Patre meo. Eritis odio omnibus* mundi assectis *propter nomen meum.* Hisce paucis delineata est imago christianæ professionis. Si hæc desint, devotiunculæ, Ecclesiarum frequentiæ, libelli pii nihil prosunt. Promissio in Baptismate, votum baptismale primum omnium servandum est. Et ut hæc peragi observatio possit, adjiciendæ sunt devotiones, exercitia spiritualia, piorum librorum lectio. Sed Evangelia, iterum dico, Evangelii profunda humilitate, & animi demissione legenda continenter sunt. De hac christiana professione lege plura *tom.* 8. *diss.* 1. *c.* 17.

CAPUT VI.

De Sacramento Confirmationis.

I. QUÆST. I. *Esset Confirmatio sacramentum novæ legis?* RESP. Admittunt omnes Catholici luculentis Scripturarum testimoniis, & perenni Patrum traditione: quam veritatem adversus protestantes definivit Tridentinum *sess.* 7. *de Confirm. can.* 1.

II. QUÆST. II. *Quænam est hujus sacramenti materia?* RESP. Omnes Catholici adversus Lutherum, Calvinum, Dallæum, aliosque novatores docent, esse vel chrisma, vel manuum impositionem, vel utrumque simul. Mihi probabilior sententia est quæ statuit, materiam adequatam hujus sacramenti esse manuum impositionem, & chrisma, quod conficitur ex oleo, & balsamo. Disputant Theologi, an balsamum necessarium sit in chrismatis confectione, necessitate sacramenti, vel præcepti? Alii affirmant, alii negant. Utraque opinio absque fidei dispendio defendi valet. Mihi probabilior est sententia quæ defendit, oleum mixtum balsamo necessa-

rium esse necessitate sacramenti. Chrisma istud consecratum esse necessum est necessitate sacramenti, ut probabilior defendit sententia. Minister consecrationis est Episcopus. Disputant Theologi num ab Apostolica Sede commiti simplici Sacerdoti possit facultas benedicendi chrisma. Negant Suarez, Salmeron, Toletus, Sylvius, Gonet, & plures alii. Adfirmant Sirmondus, Cajetanus, Soto, Vitasius, & plures alii. Hæc secunda sententia mihi est probabilior.

III. QUÆST. III. *Quænam est forma sacramenti Confirmationis?* RESP. Forma quam adhibet Ecclesia Latina, hæc est: *Signo te signo Crucis, & confirmo te Chrismate salutis. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Forma quam adhibet Ecclesia Græca, hæc est: *Signaculum Spiritus Sancti.* Ratam habet Ecclesia Latina formam hanc. Plura Theologi de utraque forma disputant; sed tanti non sunt ut discutiantur.

IV. QUÆST. IV. *Quisnam istius sacramenti auctor?* RESP. Missis variis disputationibus, cum communi Catholicorum sententia dico, Christum Dominum esse istius sacramenti immediatum seu proximum institutorem. Idque supra ostensum est. De tempore quo illud instituit, num ante mortem, an post resurrectionem, vel in die Pentecostes, nihil certi statui potest.

V. QUÆST. V. *An solus Episcopus sit ordinarius hujus sacramenti minister?* RESP. Adfirmant omnes Catholici, idque definitum est tum in Concilio Florentino in *Instruct. Armen.* tum in Tridentino *sess. 7. can.* Concedi tamen potest a Summo Pontifice simplici Sacerdoti facultas confirmandi, ut plura exempla evincunt. Hæc facultas concedi ab Episcopis nequit, ut probabilior sententia defendit. Peccat mortaliter Episcopus omittens administrationem hujus sacramenti, quia pastor astringitur pascere gregem suum.

VI. QUÆST. VI. *Quinam sunt capaces suscipiendi hoc sacramentum?* RESP. Omnes baptizati, sive viri, sive mulieres sint, sive infantes, jure istius sacramenti sunt capaces, ut consuetudo Ecclesiæ, tum Latinæ, tum Græcæ evincit: olim enim pluribus sæculis infantibus chrisma post baptismum conferebatur. Cum tamen sacramentum istud necessarium non sit necessitate medii, convenienter statutum fuit in pluribus Conciliis ut administraretur baptizatis post adeptum rationis usum. Num amentes confirmandi sint, prudentiæ Episcoporum remittitur. Ægrotis, energumenis, administrari hoc sacramentum debet, ut robustiores in lucta evadant.

VII. QUÆST. VII. *Quænam dispositiones in adultis confirmandis requiruntur?* RESP. 1. Debent esse in gratia. 2. Si conscii sibi sint peccati mortalis, præmittere confessionem sacramentalem debent. 3. Debent callere symbolum apostolicum. 4. Valde decet esse jejunos. Parochorum est eos instruere, & docere dignitatem tanti sacramenti. Illos præsertim imbuant obligari in fronte signo crucis, ut hac sacra tessera moniti audeant palam, & in conspectu totius mundi, humanis respectibus, & tatiuculis proculcatis confiteri fidem Christi, & ejusdem Moralis evangelicę sanctitatem adversus omnes corruptelas. Hæc aliùs illorum mentibus infigenda a Parocho sunt.

VIII. QUÆST. VIII. *Quinam sunt Confirmationis effectus?* RESP. Duo, gratia, & character, ut ex divina Scriptura patet. *Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum Sanctum*: Act. 8. Spiritus Sancti communicatio sine gratiæ infusione non fit. Accedit, quod omnia sacramenta novę legis gratiam sanctificantem conferant. Secundam, non primam gratiam Confirmatio confert, cum sit vivorum, non mortuorum sacramentum. Hæc gratia intrepidum, fortem, robustumque reddit baptizatum. Primis Ecclesiæ sæculis dum immanissimi persecutores in Dei Ecclesiam sæviebant, confirmati Christiani non equuleos, non ardentes fornaces, non frementes bestias, quarum faucibus tradebantur, pavebant; sed incredibili fortitudine dirissima tormenta, & immanissimam suorum corporum lanienam patiebantur, ut Christi fidem propugnarent. Quæ nunc pugna, quinam hostes superandi? Respectus humani, rationes politicæ, sæculi amor, pompę, luxus, & insanientis mundi lænocinia. *Omnes qui pie volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur.* Sunt ergo omni tempore persecutores, & quidem intra, nedum extra Ecclesiam, ut omnes Patres testantur. Fidei dogmata nulli sunt persecutioni obnoxia intra Ecclesiam. Ergo præcepta, & quidem potissimum charitatis, persecutionem patiuntur, non apertam, sed subdolam, & lænocinantem. Induere ergo fortitudine, o Christiane, expilica signum Crucis fronti tuę impressum. Palam confitere evangelicam Moralem, non verbo tantum, sed moribus. Characterem ex hoc sacramento animæ tuę infixum defers, ut 2. *Cor.* 1. testatur S. Paulus. *Unxit nos Deus, & signavit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris.* Vide plura *tom. 8. lib. 2. diss. 2. cap. 5.*

IX. QUÆST. IX. *Datumne præceptum suscipiendi hoc sacramentum?* RESP. Plures benigni Probabilistæ negant quodcumque præceptum, sive Divinum, sive Ecclesiasticum hujus sacramenti suscipiendi. P. Leander *tract. 3. disp. 12. q. 5.* probabilius respondet non dari tale præceptum Divinum; & *quæst. 6.* similiter probabilius respondet, non dari præceptum Ecclesiasticum. Tandem *quæst. 7.* definit probabilius peccare *venialiter* qui ex negligentia hoc sacramentum omitteret.

X. P. Viva ultra pergit in suo *Curs. Theol. part. 5. quæst. 3. art. 2. num. 6.* ubi statuit, præciso scandalo, & contemptu, ne venialiter quidem peccare qui omittit hoc sacramentum, quia, inquit ex Trull. *nullibi extat præceptum de illo suscipiendo.*

XI. P. Claudius Lacroix *lib. 6. part. 1. dub. 3. num. 395. quæst. 72.* asserit ex Dicastillo, fuisse olim præceptum Ecclesiasticum, sed *per desuetudinem nunc desisse illud præceptum.* P. Thomas Tamburinus *lib. 3. cap. 3. §. 4.* acriter invehitur contra Leandrum, quod docuerit peccare venialiter omittentem ex negligentia hoc sacramentum: *quia de hoc nullum apparet præceptum: quæ est sententia Suarez contra Cajetanum.*

XII. Hæc Casuistarum opinio falsa est. Recrispi *tom. 8. lib. 2. diss. 2. cap. 6.* Patrum testimonia, decreta Conciliorum, & præsertim testimonia Catechismi Tridentini, qui *2. de Confir. §. 16. & 17.* inculcat vehementi adhortatione istius sacramenti susceptionem.

XIII. Convenit penes omnes hoc sacramentum non esse necessarium necessitate medii. Verùm præceptum, tum Divinum, tum Ecclesiasticum, quamvis expressis verbis latum non sit, colligitur tamen ex communi traditione, & consensu Ecclesiæ. Licet adjicere verba BENEDICTI XIV. feliciter regnantis, qui in *Constit. de Rit. Græcor. §. 3.* ait admonendum ab Episcopis, *eos gravis peccati reatu teneri, si cum possunt ad confirmationem accedere, illam renuunt, ac negligunt.* Revolvantur omnes Synodi, & Catechismi posteriorę ætatis, nedum antiquæ; & cuique compertum erit, quo zelo, quo studio Patres, & Episcopi, atque celebriores Theologi inculcent istius sacramenti susceptionem, & administrationem. Quarè omnia Concilia nobis propiniora, præsertim Vormatiense, Mediolanense IV. Burdigalense, Aquense, & Catechismus Tridentinus evincunt commentum ipsis Conciliis injuriosum, esse doctrinam excusantium à veniali culpa fideles negligentes susceptionem istius sacramenti. Quamobrem jure Academia Parisiensis, 1625. hanc opinionem proscripsit: *Omnes Theologi dicunt, confirmationem non præcipi, nisi cum commodè haberi potest, vel ut alii dicunt commodissimè, quando sine ullo, vel minimo possitur incommodo.* In quam opinionem hanc rulit Sorbona censuram: *Ista propositio est scandalosa, in maximum sacramenti Confirmationis contemptum, maligno animo proposita.*

XIV. QUÆST. X. *Qui sunt ritus istius sacramenti suscipiendi?* RESP. 1. Eligendus est patrinus, qui offerat neophytum confirmandum: 2. In patrinos eligi non debent qui non sint confirmati, quia non sunt perfecta Christi membra. 3. Assumi in patrinos non debent parentes ob cognationem spiritualem quam contracturi essent, neque qui non attigerint annum 14. nec fœminæ mares, nec mares fœminas, nec adolescentes senes in sacramento Confirmationis suscipiendo offerant, & compatres agant, nisi necessitas aliud agere cogat. 4. Tempus Confirmationis olim erat Pentecostes. Hæc disciplina mutationem passa est. Peroptimè tamen Episcopi agent, si hoc tempore, quando opportunitas adsit, Sacramentum istud administrent. In quolibet templo administrare hoc Sacramentum Episcopus valet. 6. His dispositis Episcopus accedit ad signandos neophytos genuflexos, manusque ante pectus tenentes. Formam pronuntiat: *Signo te signo Crucis*, &c. chrismate eos ungendo. 7. Confirmatum alapa leviter percutit, ut hinc colligat, se paratum esse debere ad injurias, contumelias, & persecutiones pro Christi nomine sustinendas. 8. Posteà circumligatur frons confirmati vitta, seu fascicula linea candida, ne chrisma defluat, & ut confirmatus intelligat quanto studio custodire acceptam gratiam debet. Hanc cæremoniam præscribit Pontificale Romanum. Septem diebus olim ligata frons confirmati manebat. Deindè contractum tempus fuit ad tres dies, & tandem ad horas xxiv. sed in hoc serventur consuetudines uniuscujusque Ecclesiæ. Vitæ listæ in usum profanum converti nequeunt, sed cremari debent.

DISSERTATIO III.

De Augustissimo Eucharistiæ Sacramento.

CAPUT I.

Eucharistiæ natio, ejusque materia, & forma.

I. QUÆST. I. *Quid sit Eucharistia?* RESP. Omissis variis acceptionibus, est *Sacramentum corporis, & sanguinis Christi sub speciebus panis, & vini realiter contentorum, ad spiritualem fidelium alimoniam à Christo ipso institutum.* Corpus, & sanguis sunt res, & sacramentum simul, quæ significantur per species consecratas, & insuper significant spiritualem animæ nutritionem. Undè patet Eucharistiam sacramentum esse, cum eidem competat ratio signi sensibilis divinitus instituti, habeatque annexam gratiæ promissionem, & divinum mandatum illius signi observandi: quæ tria ex divina Scriptura Eucharistiæ convenire evincitur. Panis, & vinum sunt signum sensibile. Matth. 26. *Accepit Jesus panem*, &c. Observantibus hoc signum promittitur gratia Joan. 6. *Qui manducat hunc panem, vivet in æternum.* Urget mandatum istius signi adhibendi. *Hoc facite in meam commemorationem.* Luc. 22.

II. QUÆST. II. *Utrum solus panis triticeus, & vinum de vite sit materia Eucharistiæ?* RESP. Adfirmant omnes, quia hæc est materia à Christo instituta. *Accepit Jesus panem*, &c. Matth. 26. Et de materia calicis subdit ibi: *Non bibam amodò de hoc genimine vitis*, &c. Accedit universalis, & perpetua Ecclesiæ traditio. Quæcumque materiæ quantitas apta est consecrationi. Eam tamen quantitatem consecrare Sacerdos debet, quam fidelium usui prudenter agnoverit consentaneam.

III. Hæc materia præsens sit oportet Sacerdoti consecranti. Præsentia hæc moralis est, non physica. Quarè improbandus est mos quorumdam Sacerdotum, qui os, & labia admovere panni, & calici solent, halitumque in ipsum calicem inspirare. Talis præsentia requiritur ut demonstrari queat dicendo, *Hoc est*, vel *hic est*. Innumeras excitant aliqui super hæc præsentia quæs-

rium esse necessitate sacramenti. Chrisma istud consecratum esse necessum est necessitate sacramenti, ut probabilior defendit sententia. Minister consecrationis est Episcopus. Disputant Theologi num ab Apostolica Sede commiti simplici Sacerdoti possit facultas benedicendi chrisma. Negant Suarez, Salmeron, Toletus, Sylvius, Gonet, & plures alii. Adfirmant Sirmondus, Cajetanus, Soto, Vitasius, & plures alii. Hæc secunda sententia mihi est probabilior.

III. QUÆST. III. *Quænam est forma sacramenti Confirmationis?* RESP. Forma quam adhibet Ecclesia Latina, hæc est: *Signo te signo Crucis, & confirmo te Chrismate salutis. In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Forma quam adhibet Ecclesia Græca, hæc est: *Signaculum Spiritus Sancti.* Ratam habet Ecclesia Latina formam hanc. Plura Theologi de utraque forma disputant; sed tanti non sunt ut discutiantur.

IV. QUÆST. IV. *Quisnam istius sacramenti auctor?* RESP. Missis variis disputationibus, cum communi Catholicorum sententia dico, Christum Dominum esse istius sacramenti immediatum seu proximum institutorem. Idque supra ostensum est. De tempore quo illud instituit, num ante mortem, an post resurrectionem, vel in die Pentecostes, nihil certi statui potest.

V. QUÆST. V. *An solus Episcopus sit ordinarius hujus sacramenti minister?* RESP. Adfirmant omnes Catholici, idque definitum est tum in Concilio Florentino in *Instruct. Armen.* tum in Tridentino *sess. 7. can.* Concedi tamen potest a Summo Pontifice simplici Sacerdoti facultas confirmandi, ut plura exempla evincunt. Hæc facultas concedi ab Episcopis nequit, ut probabilior sententia defendit. Peccat mortaliter Episcopus omittens administrationem hujus sacramenti, quia pastor astringitur pascere gregem suum.

VI. QUÆST. VI. *Quinam sunt capaces suscipiendi hoc sacramentum?* RESP. Omnes baptizati, sive viri, sive mulieres sint, sive infantes, jure istius sacramenti sunt capaces, ut consuetudo Ecclesiæ, tum Latinæ, tum Græcæ evincit: olim enim pluribus sæculis infantibus chrisma post baptismum conferebatur. Cum tamen sacramentum istud necessarium non sit necessitate medii, convenienter statutum fuit in pluribus Conciliis ut administraretur baptizatis post adeptum rationis usum. Num amentes confirmandi sint, prudentiæ Episcoporum remittitur. Ægrotis, energumenis, administrari hoc sacramentum debet, ut robustiores in lucta evadant.

VII. QUÆST. VII. *Quænam dispositiones in adultis confirmandis requiruntur?* RESP. 1. Debent esse in gratia. 2. Si conscii sibi sint peccati mortalis, præmittere confessionem sacramentalem debent. 3. Debent callere symbolum apostolicum. 4. Valde decet esse jejunos. Parochorum est eos instruere, & docere dignitatem tanti sacramenti. Illos præsertim imbuant obligari in fronte signo crucis, ut hac sacra tessera moniti audeant palam, & in conspectu totius mundi, humanis respectibus, & tatiuculis proculcatis confiteri fidem Christi, & ejusdem Moralis evangelicę sanctitatem adversus omnes corruptelas. Hæc aliùs illorum mentibus infigenda a Parocho sunt.

VIII. QUÆST. VIII. *Quinam sunt Confirmationis effectus?* RESP. Duo, gratia, & character, ut ex divina Scriptura patet. *Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum Sanctum*: Act. 8. Spiritus Sancti communicatio sine gratiæ infusione non fit. Accedit, quod omnia sacramenta novę legis gratiam sanctificantem conferant. Secundam, non primam gratiam Confirmatio confert, cum sit vivorum, non mortuorum sacramentum. Hæc gratia intrepidum, fortem, robustumque reddit baptizatum. Primis Ecclesiæ sæculis dum immanissimi persecutores in Dei Ecclesiam sæviebant, confirmati Christiani non equuleos, non ardentes fornaces, non frementes bestias, quarum faucibus tradebantur, pavebant; sed incredibili fortitudine dirissima tormenta, & immanissimam suorum corporum lanienam patiebantur, ut Christi fidem propugnarent. Quæ nunc pugna, quinam hostes superandi? Respectus humani, rationes politicæ, sæculi amor, pompę, luxus, & insanientis mundi lænocinia. *Omnes qui pie volunt vivere in Christo Jesu, persecutionem patientur.* Sunt ergo omni tempore persecutores, & quidem intra, nedum extra Ecclesiam, ut omnes Patres testantur. Fidei dogmata nulli sunt persecutioni obnoxia intra Ecclesiam. Ergo præcepta, & quidem potissimum charitatis, persecutionem patiuntur, non apertam, sed subdolam, & lænocinantem. Induere ergo fortitudine, o Christiane, expilica signum Crucis fronti tuę impressum. Palam confitere evangelicam Moralem, non verbo tantum, sed moribus. Characterem ex hoc sacramento animæ tuę infixum defers, ut 2. *Cor.* 1. testatur S. Paulus. *Unxit nos Deus, & signavit nos, & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris.* Vide plura *tom. 8. lib. 2. diss. 2. cap. 5.*

IX. QUÆST. IX. *Datumne præceptum suscipiendi hoc sacramentum?* RESP. Plures benigni Probabilistæ negant quodcumque præceptum, sive Divinum, sive Ecclesiasticum hujus sacramenti suscipiendi. P. Leander *tract. 3. disp. 12. q. 5.* probabilius respondet non dari tale præceptum Divinum; & *quæst. 6.* similiter probabilius respondet, non dari præceptum Ecclesiasticum. Tandem *quæst. 7.* definit probabilius peccare *venialiter* qui ex negligentia hoc sacramentum omitteret.

X. P. Viva ultra pergit in suo *Curs. Theol. part. 5. quæst. 3. art. 2. num. 6.* ubi statuit, præciso scandalo, & contemptu, ne venialiter quidem peccare qui omittit hoc sacramentum, quia, inquit ex Trull. *nullibi extat præceptum de illo suscipiendo.*

XI. P. Claudius Lacroix *lib. 6. part. 1. dub. 3. num. 395. quæst. 72.* asserit ex Dicastillo, fuisse olim præceptum Ecclesiasticum, sed *per desuetudinem nunc desisse illud præceptum.* P. Thomas Tamburinus *lib. 3. cap. 3. §. 4.* acriter invehitur contra Leandrum, quod docuerit peccare venialiter omittentem ex negligentia hoc sacramentum: *quia de hoc nullum apparet præceptum: quæ est sententia Suarez contra Cajetanum.*

XII. Hæc Casuistarum opinio falsa est. Recrispi *tom. 8. lib. 2. diss. 2. cap. 6.* Patrum testimonia, decreta Conciliorum, & præsertim testimonia Catechismi Tridentini, qui *2. de Confir. §. 16. & 17.* inculcat vehementi adhortatione istius sacramenti susceptionem.

XIII. Convenit penes omnes hoc sacramentum non esse necessarium necessitate medii. Verùm præceptum, tum Divinum, tum Ecclesiasticum, quamvis expressis verbis latum non sit, colligitur tamen ex communi traditione, & consensu Ecclesiæ. Licet adjicere verba BENEDICTI XIV. feliciter regnantis, qui in *Constit. de Rit. Græcor. §. 3.* ait admonendum ab Episcopis, *eos gravis peccati reatu teneri, si cum possunt ad confirmationem accedere, illam renuunt, ac negligunt.* Revolvantur omnes Synodi, & Catechismi posteriorę ætatis, nedum antiquæ; & cuique compertum erit, quo zelo, quo studio Patres, & Episcopi, atque celebriores Theologi inculcent istius sacramenti susceptionem, & administrationem. Quarè omnia Concilia nobis propiniora, præsertim Vormatiense, Mediolanense IV. Burdigalense, Aquense, & Catechismus Tridentinus evincunt commentum ipsis Conciliis injuriosum, esse doctrinam excusantium à veniali culpa fideles negligentes susceptionem istius sacramenti. Quamobrem jure Academia Parisiensis, 1625. hanc opinionem proscripsit: *Omnes Theologi dicunt, confirmationem non præcipi, nisi cum commodè haberi potest, vel ut alii dicunt commodissimè, quando sine ullo, vel minimo possitur incommodo.* In quam opinionem hanc rulit Sorbona censuram: *Ista propositio est scandalosa, in maximum sacramenti Confirmationis contemptum, maligno animo proposita.*

XIV. QUÆST. X. *Qui sunt ritus istius sacramenti suscipiendi?* RESP. 1. Eligendus est patrinus, qui offerat neophytum confirmandum: 2. In patrinos eligi non debent qui non sint confirmati, quia non sunt perfecta Christi membra. 3. Assumi in patrinos non debent parentes ob cognationem spiritualem quam contracturi essent, neque qui non attigerint annum 14. nec fœminæ mares, nec mares fœminas, nec adolescentes senes in sacramento Confirmationis suscipiendo offerant, & compatres agant, nisi necessitas aliud agere cogat. 4. Tempus Confirmationis olim erat Pentecostes. Hæc disciplina mutationem passa est. Peroptimè tamen Episcopi agent, si hoc tempore, quando opportunitas adsit, Sacramentum istud administrent. In quolibet templo administrare hoc Sacramentum Episcopus valet. 6. His dispositis Episcopus accedit ad signandos neophytos genuflexos, manusque ante pectus tenentes. Formam pronuntiat: *Signo te signo Crucis*, &c. chrismate eos ungendo. 7. Confirmatum alapa leviter percutit, ut hinc colligat, se paratum esse debere ad injurias, contumelias, & persecutiones pro Christi nomine sustinendas. 8. Posteà circumligatur frons confirmati vitta, seu fascicula linea candida, ne chrisma defluat, & ut confirmatus intelligat quanto studio custodire acceptam gratiam debet. Hanc cæremoniam præscribit Pontificale Romanum. Septem diebus olim ligata frons confirmati manebat. Deindè contractum tempus fuit ad tres dies, & tandem ad horas xxiv. sed in hoc serventur consuetudines uniuscujusque Ecclesiæ. Vitæ listæ in usum profanum converti nequeunt, sed cremari debent.

DISSERTATIO III.

De Augustissimo Eucharistiæ Sacramento.

CAPUT I.

Eucharistiæ natio, ejusque materia, & forma.

I. QUÆST. I. *Quid sit Eucharistia?* RESP. Omissis variis acceptionibus, est *Sacramentum corporis, & sanguinis Christi sub speciebus panis, & vini realiter contentorum, ad spiritualem fidelium alimoniam à Christo ipso institutum.* Corpus, & sanguis sunt res, & sacramentum simul, quæ significantur per species consecratas, & insuper significant spiritualem animæ nutritionem. Undè patet Eucharistiam sacramentum esse, cum eidem competat ratio signi sensibilis divinitus instituti, habeatque annexam gratiæ promissionem, & divinum mandatum illius signi observandi: quæ tria ex divina Scriptura Eucharistiæ convenire evincitur. Panis, & vinum sunt signum sensibile. Matth. 26. *Accepit Jesus panem*, &c. Observantibus hoc signum promittitur gratia Joan. 6. *Qui manducat hunc panem, vivet in æternum.* Urget mandatum istius signi adhibendi. *Hoc facite in meam commemorationem.* Luc. 22.

II. QUÆST. II. *Utrum solus panis triticeus, & vinum de vite sit materia Eucharistiæ?* RESP. Adfirmant omnes, quia hæc est materia à Christo instituta. *Accepit Jesus panem*, &c. Matth. 26. Et de materia calicis subdit ibi: *Non bibam amodò de hoc genimine vitis*, &c. Accedit universalis, & perpetua Ecclesiæ traditio. Quæcumque materiæ quantitas apta est consecrationi. Eam tamen quantitatem consecrare Sacerdos debet, quam fidelium usui prudenter agnoverit consentaneam.

III. Hæc materia præsens sit oportet Sacerdoti consecranti. Præsentia hæc moralis est, non physica. Quarè improbandus est mos quorumdam Sacerdotum, qui os, & labia admovere panni, & calici solent, halitumque in ipsum calicem inspirare. Talis præsentia requiritur ut demonstrari queat dicendo, *Hoc est*, vel *hic est*. Innumeras excitant aliqui super hæc præsentia quæs-

tiones, quas omnes ut inutiles, & arbitrarias præterco. Disputant etiam num panis confectus ex amygdalis, castaneis, & fabis, lentibus, farre, hordeo sit materia consecrationis. Et communis sententia negat. De *siligine* in utramque partem disputant. Sed distinguendum est. Si *siligo* accipiatur cum Plinio pro candidi frumenti genere, seu pro tritico selecto, tunc est materia apta consecrationi; si verò accipiatur pro *secale*, vulgò *segala*, materia inepta est, & consecrari nequit.

IV. QUÆST. III. *Utrum panis consecrandus debeat esse azymus, vel fermentatus?* RESP. Concilium Florentinum in decreto unionis hæc statuit: *Definimus in azymo, sive in fermentato pane triticeo Christi corpus veraciter effici.* Valide confici in azymo Eucharistiam, exemplo Christi Domini constat, cui accedit perpetua Ecclesiæ traditio. Valide quoque eam confici in fermentato patet, quod nunquam Ecclesia Latina reclamaverit contra ritum Ecclesiæ Græcæ in fermentato consecrantis. Nec Latini in fermentato, nec Græci in azymo consecrare debent; sed tàm Græci, quàm Latini Sacerdotes propriæ Ecclesiæ ritum servare tenentur, ut tot decreta præcipiunt, & novissimè BENEDICTUS XIV. feliciter regnans in *Const. super ritibus Græcor.* edita an. 1742. confirmavit.

V. QUÆST. IV. *An vinum de vite sit materia Eucharistiæ?* RESP. Affirmant omnes, ut patet ex textu evangelico jam adducto, & ex perenni Ecclesiæ traditione. Tantam vini quantitatem consecrare Sacerdos Ecclesiæ Latinæ debet, quantam juxta Ecclesiæ suæ consuetudinem sumere potest. Solùm ergo vinum de vite, sive album, sive nigrum, sive dulce, sive asperum, est materia consecrationis calicis. Congruum tamen est ut vinum album sit ad evitandas maculas quas vinum nigrum, seu rubrum relinquit in purificatorio, quæ indecentiam præferunt. Vinum congelatum non est materia apta, quia bibi nequit. Quarè liquefieri debet, si in calice congelatum evaderet.

VI. QUÆST. V. *Utrum aqua vino admiscenda sit in calicis consecratione?* RESP. Lutherus humanum figmentum hanc mixtionem reputavit; sed perpetua Ecclesiæ traditione constat vino admixtam semper fuisse aquam. Concilium Carthaginense III. an. 397. can. 24. Synodus Quinisexta, seu Trullana an. 692. testantur ritum hunc ab Apostolis descendisse. Accedunt omnium Patrum testimonia, & tandem Tridentinum *sess.* 22. *cap.* 4. *can.* 9. omnia anteriora decreta confirmavit. Necessaria est hæc admixtio necessitate præcepti Ecclesiastici, non sacramenti. Aqua immiscenda naturalis sit oportet. Modica quoque quantitas immiscenda est. Hanc aquam vi consecrationis converti in sanguinem Christi tenent Catholici omnes. Disputant verò Theologi num modica hæc aqua prius convertatur in vinum, & postea in sanguinem. Alii sustinent immediate converti in sanguinem. Communior sententia defendit prius converti in vinum. Et hanc secundam sententiam adoptavit Catechismus Tridentinus *part.* 2. *de Euch.* §. 17. Ratio etiam suffragatur, quia aqua nullomodo est materia partialis calicis. Et ideo ut facilior sit conversio parum aquæ immisceri præcipitur. Neutra tamen opinio ad fidem attinet.

VII. Disputant Theologi posit ne una species sine altera consecrari urgente necessitate, & ex dispensatione summi Pontificis. Affirmat Diana cum nonnullis aliis. Certum est valide unam sine altera specie consecrari posse. Sed disputatur, utrum aliquando liceat urgente necessitate id præstare? Negat 3. *part. quæst.* 74. *art.* 1. S. Thomas, cui subscribunt graviores Theologi. Et hanc doctrinam confirmare videtur Tridentinum *sess.* 22. *can.* 1. Sacramentum enim Eucharistiæ institutum est per modum convivii spiritualis, & ut sacrificium. Porro hoc sacrificium nequit una sola specie immolari, cum sit cruenti Sacrificii commemoratio, in quo Sacrificio separatus à corpore sanguis fuit.

VIII. QUÆST. VI. *Utrum hæc sola dominica verba*: Hoc est Corpus meum, *sint essentialia consecrationi panis Eucharistici?* RESP. Sententia affirmans certa est, & definita in Concilio Florentino, seu in decreto pro *Infidel. Armen.* & in Tridentino *sess.* 13. *cap.* 3. ubi statuitur, consecrationem fieri verbis Christi. Christus autem hæc verba protulit: *Hoc est Corpus meum.* Hinc consequitur verba, *qui pridie quam pateretur*, &c. non attinere ad essentiam consecrationis, quia præfata verba non sunt dominica, seu Christus illa non protulit, sed sunt Evangelistarum.

IX. QUÆST. VII. *Sola ne hæc verba*: Hic est Calix Sanguinis mei, *seu* hic est Sanguis meus, *sint de essentia consecrationis calicis? An vero etiam alia quæ sequuntur*: Novi, & æterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum, *ad essentiam consecrationis pertineant?* RESP. Disputant in utramque partem Theologi etiam Thomistæ. Probabilior mihi sententia est sola hæc verba: *Hic est Sanguis meus*, vel quod eodem recidit: *Hic est calix Sanguinis mei*, constituere formam essentialem consecrationis calicis. Sicut enim hæc sola verba: *Hoc est Corpus meum*, constituunt formam essentialem panis; ita alia præfata verba efficiunt formam essentialem calicis. Siquidem hæc sola verba exprimunt, & efficiunt conversionem vini in sanguinem; ficuti priora significant transubstantiationem panis in Corpus Christi. Hæc verba non *historicè*, ut protestantes contendunt, sed *assertivè*, & *significativè* à Sacerdote pronuntiantur.

X. Particulam *enim* non adhibuit Christus, ut contendunt nonnulli; sed adjecta fuit ab Ecclesia. Disputant auctores peccaret ne mortaliter eum qui voluntariè hanc particulam omitteret. Probabilior sententia docet peccare mortaliter eum qui voluntariè hanc particulam omitteret. Quoniam licèt in se quidem leve sit, in forma tamen sacramentali magni momenti est. Gravius peccaret qui filam particulam ex contemptu, sive formali, sive interpretativo omitteret.

CA-

CAPUT II.

Nonnullæ quæstiones quæ super reali Christi præsentia in Eucharistia excitari solent.

I. PLures sunt hæreticorum errores adversus hoc Sacramentum, à quibus cavere Catholicus debet. Missis Capharnaitis, Manichæis, Marcionitis, Phantasiastis, Messallianis, Entusiastis, qui Christi carnem negabant, primus qui malè de Eucharistia sensit sæculo ix. fuit Joannes Scotus Herigena, & sæculo xi. Berengarius, cujus doctrina proscripta fuit an. 1050. in Concilio Romano. Retractationem sui erroris obtulit Berengarius Gregorio VII. Plures in suos errores relapsus, pluries eosdem retractavit, & Catholicus obiit ann. 1088. Successere Petrobusiani, Henriciani, & Albigenses, qui de medio tollere Sacramentum Eucharistiæ tentarunt. Inter Novatores nobis proximiores primus fuit *Carlostadius*, qui an. 1524. realem Christi præsentiam negavit in Euchatistia. Huldricus *Zuinglius* Eucharistiam meram esse figuram Corporis Christi hoc eodem anno effutiit. Zuinglii doctrinam amplexus est *Bucerus*; sed ut invidiam declinaret Lutheri, qui acriter præsentiam realem propugnabat, variis linimentis eam temperare studuit.

II. Calvinus Arianis, & veteratoribus omnibus fraudulentior, modò à Bucero, quem ut magistrum colit, recedit, modo eidem, & Zuinglio adhæret, modò utrosque refellit, & ad Lutheranos declinat; nunc Ecclesiæ Catholicæ doctrinam versuto artificio propugnare se fingit; & tandem, larva posita, Catholicum dogma detestatur.

III. Errores istos Concilium Tridentinum *sess.* 13. *can.* 1. damnavit his verbis. *Si quis negaverit in sanctissimæ Eucharistiæ Sacramento contineri verè, realiter, & substantialiter corpus, & sanguinem unà cum anima, & Divinitate Domini nostri Jesu-Christi, ac proindè totum Christum, sed dixerit tantummodò esse in eo ut in signo, vel figura, aut virtute, anathema sit.* Hunc canonem ejuit Tridentinum ex perpetua Ecclesiæ traditione.

IV. Lutherus nobiscum hæresis Calvinistas postulat, quod negent veram, realem, & substantialem Christi præsentiam in Eucharistia. Contendit verò simul cum substantia Corporis Christi permanere substantiam panis. Hinc ejus gregales *Impanatores*, seu *Panista* dicti sunt. Hunc errorem damnavit *sess.* 13. *can.* 4. Tridentinum, & dogma perpetuum Ecclesiæ Catholicæ confirmavit his verbis. *Quoniam autem Christus Redemptor noster corpus suum id quod sub specie panis offerebat, verè esse dixit, ideò persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, idque nunc denuò sancta hæc Synodus declarat, per consecrationem panis, & vini, conversionem fieri totius substantiæ panis in substantiam Corporis Christi Domini nostri, & totius substantiæ vini in substantiam sanguinis ejus: quæ conversio convenienter, & propriè à Sancta Catholica Ecclesia Transubstantiatio est appellata.*

V. Paucis exposito dogmate Catholico, Tridentinum exponit modum quo Christus existit in hoc Sacramento. Vi horum verborum: *Hoc est Corpus meum*, directè ponitur Corpus Christi. Per hæc alia verba: *Hic est sanguis meus*, directè ponitur sanguis Christi. Vi autem concomitantiæ ea omnia ponuntur quæ Corpori Christi sunt unita: & quia corpus sanguini, & animæ, & Divinitati unitum est; immò corpus ipsum subsistit per subsistentiam Verbi: ideò ubi est Corpus Christi, cum eodem hæc omnia sunt. Et sic in Eucharistia per concomitantiam anima, substantia Verbi, Divinitas speciali modo in hoc Sacramento sunt, ut *sess.* 13. *c.* 3. Tridentinum perspicuè exponit.

VI. QUÆST. I. *An Christus sit totus in qualibet specierum parte?* RESP. Si partes separentur, in qualibet totum Christum existere definivit *sess.* 13. *can.* 3. Tridentinum. Disputant verò Theologi, num ante separationem hostiæ totum Christi Corpus sit in tota Hostia, & totum in qualibet parte? Affirmantem sententiam 3. *part. quæst.* 76. *art.* 6. defendit S. Thomas. Non est Corpus Christi in hoc Sacramento tanquam in loco, quia est ibi modo sacramentali. Sed modus iste fugit ingenioli nostri aciem.

VII. QUÆST. II. *An accidentia, seu species sacramentales corrumpi, & nutrire valeant?* RESPOND. Certum est remanere post consecrationem accidentia quæ afficiebant, panem, & vinum. Experientia verò contra ea corrumpi post consecrationem posse, sicut antea. Quantum temporis requiratur ad corruptionem in stomacho recipientis Sacramentum, nihil certi statui potest. Non requiri, vel horæ medietatem omnes affirmant. In uno citius, in alio tardiùs corrumpuntur. Quarè per quadrantem saltem se colligere Sacerdos debet post celebrationem in tanti Sacramenti reverentiam.

VIII. QUÆST. III. *An Christus in Eucharistia adorandus sit cultu latriæ?* RESP. Affirmant omnes Catholici, & veritas definita est *sess.* 13. *can.* 3. à Tridentino. Religiosè quoque, & sanctè custoditur in templis Eucharistia, quidquid blaterent Protestantes, sicut piè, & sanctè publicæ fidelium adorationi exponitur.

CAPUT III.

De Eucharistiæ ministro, & de illis quibus administrari debet.

I. QUÆST. I. *An solus Sacerdos sit dispensandæ Eucharistiæ minister ordinarius?* RESP. Episcopi, & Sacerdotes sunt administrandæ Eucharistiæ ministri ordinarii, ut 3. *part. quæst.* 82. *art.* 3. evincit S. Thomas, & confirmat Tridentinum *sess.* 13. *can.* 8. Ministri extraordinarii sunt Diaconi in utraque Ecclesia orientali, & occidentali. Prisci sæculi Diaconi dispensabant Calicem Sanguinis Domini, etiam sublata necessitate. Juxta præsentem Ecclesiæ disciplinam, justa dumtaxat ex causa Episcopi, &

Sa-

Sacerdotes comittere Diaconis queant ut Eucharistiam administrent. Non tamen Clericis Diacono inferioribus, & multo minus laicis licitum est, vel sibi, vel aliis communionem administrare in Ecclesia Latina, quia plures canones id vetant. In extremo necessitatis casu potest Sacerdos seipsum communicare, sicut, & Diaconus. Immo solius devotionis finis, si desit idoneus minister, posse semetipsos communicare Sacerdotes, & Diaconos, contendunt multi. Sed spectanda est hodierna disciplina.

II. QUÆST. II. *Teneturne Parochus tempore pestis cum vitæ periculo communicare suos parochianos?* RESP. Omnes curam animarum habentes, Papa, Archiepiscopi, Episcopi, Parochi, Rectores, Superiores tempore pestis, vel epidemiæ astricti sunt cum vitæ periculo administrare subditis suis Sacramentum Eucharistiæ. Disputant, num administrare tali tempore queant in cochleari argenteo præfuti ministri Eucharistiam infirmis. Alii affirmant, negant alii. Spectandæ circumstantiæ sunt, & Episcopi judicio deliberandum. Tunc licitè instrumentis maximè uti possunt, cum ministrorum penuria urget. Superiores, qui mortis periculum in his casibus pertimescerent, non pastores, sed mercenarios se proderent.

III. Urgente articulo mortis licitum esse petere Eucharistiam à Sacerdote excommunicato, schismatico, & hæretico docent Theologi plures, dummodo absit scandalum, & Religionis contemptus. Graviter peccant Sacerdotes administrantes Eucharistiam absque superpelliceo, & stola, ut communis, & vera sententia docet. Ritus itaque Ecclesiæ in hoc Augustissimo Sacramento administrando observentur exactissimè.

IV. QUÆST. III. *Administrandane parvulis est Eucharistia?* RESP. Certum est olim in utraque Ecclesia orientali, & occidentali unà cum Baptismo administratam fuisse Eucharistiam parvulis; quæ disciplina etiamnum obtinet in Ecclesia orientali. Quinque abhinc sæculis disciplina hæc abrogata fuit in Ecclesia Latina. Utramque disciplinam commendat Tridentinum *sess.* 21. *can.* 4.

V. Energumenis, qui diuturna turbatione vexabantur à maligno spiritu, denegatam fuisse sacram communionem colligitur *ex can.* 29. Concilii Illiberitani: sub vitæ termino illis concedebatur. Exempla plura perhibent, energumenos vi hujus Sacramenti sanatos esse. De his, & de amentibus fusè 3. *part. quæst.* 80. *art.* 9. loquitur S. Thomas. Amentibus à nativitate non esse hoc Sacramentum administrandum; illis verò qui antequam in amentiam incidérent, dederunt pœnitentiæ signa, & in extremo sint periculo constituti, administrandam esse Eucharistiam docent. Verùm ad hoc quod attinet, spectari circumstantiæ debent, nec regula generalis præscribi potest.

VI. Supplicio extremo plectendis non est denegandæ Eucharistia: ut olim fiebat in Hispania, cujus morem improbat Dominicus Soto. Disciplina quæ nunc obtinet, servanda.

VII. QUÆST. IV. *An concedenda sit Eucharistia publicis peccatoribus?* RESP. Animadvertit S. Thomas 3. *part. quæst.* 80. *art.* 6. duplici modo peccatorem dici publicum. Primum per confessionem ipsius delinquentis, per testium depositionem, & judicii publici sententiam: & is dicitur publicus *publicitate juris*. Secundò per evidentiam facti, ut sunt fœneratores, raptores, histriones, mimi, mimæ, saltatrices. Publicis peccatoribus denegandam esse Eucharistiam petentibus, fatentur omnes. Ministri enim instituti sunt dispensatores prudentes mysteriorum Dei. His dictum est Matth. 7. *Nolite sanctum dare canibus*. Peccatori publico secrete emendato denegandæ Eucharistia est, si publicè petat, usquedum publicum scandalum auferat. Peccatori occulto publicè petenti Eucharistiam, concedenda est, quando denegari nequit sine ejusdem infamia. Si occultè petat, denegari debet. Si peccatum tamen notum sit ex confessione, denegari Eucharistia non potest, & oppositam opinionem damnavit Innocentius XI. Si peccator hoc in loco publicus, alio pergat ubi sit occultus, denegari eidem Eucharistia non debet, ut opinio mihi probabilior defendit.

VIII. QUÆST. V. *Patrine Sacerdos ob metum mortis, aut notabilis suæ infamiæ administrare Eucharistiam publico peccatori?* RESP. Affirmans opinio mihi falsa est. Nam sanctum dare canibus non licet, etiam vitandæ mortis causa. Nec minus falsa est opinio docens, posse Sacerdotem peccatori occulto porrigere hostiam non consecratam. Quoniam, inquit 3. *part. quæst.* 80. *art.* 6. S. Thomas, Sacerdos ille facit *idolatræ illos qui credunt hostiam consecratam*. Non minus peccat Sacerdos qui ad evitandam infamiam peccatoris in os ejusdem simulat se immittere hostiam. Hæc mendax simulatio, sive Eucharistiæ, sive Pœnitentiæ sacrilega est, & scandali plena.

CAPUT IV.

De necessitate istius Sacramenti, ejusque effectibus.

I. DIvinum nunc mandatum paucis exponam. De fide est Sacramentum Eucharistiæ in re susceptum non esse necessarium necessitate medii, ut definivit Tridentinum *sess.* 21. *can.* 4. Disputant Theologi num saltem necessarium sit in voto necessitate medii? Negat Turnely, si sermo sit, inquit, de voto propriè dicto. Dissidium potiùs de voce est quam de re. Sententia probabilior est quam docet ex Augustino S. Thomas 3. *part. q.* 73. *quæst. art.* 3. necessariam esse Eucharistiam in voto non explicito, sed implicito. Eucharistia est finis omnium sacramentorum, quæ strictiori vinculo nos Christo conjungit, & membra ejusdem peculiari ratione nos efficit. Ergo dum quis Baptismum suscipit, votum saltem implicitum habet suscipiendi Eucharistiam.

II. QUÆST. I. *Estne Eucharistia necessaria ex*

ex præcepti Divini? RESP. Affirmant communiter omnes cum S. Thoma 3. *part. quæst.* 80. *art.* 2. probaturque Christi verbis: *Nisi manducaveritis carnem*, &c. idque definitum est à Concilio Tridentino *sess.* 13. Quod præceptum obstringit omnes adultos. Quoniam divinum mandatum absolutum est, & universale. Ergo omnes comprehendit. Urget verò hoc præceptum præsertim mortis articulo urgente. Consuetudinem deferendi Eucharistiam ad infirmos antiquissimam esse asserit Tridentinum *sess.* 13. *can.* 6.

III. QUÆST. II. *Qui paulò ante quam incideret in mortis periculum communicavit, astringiturne iterum sumere sacrum Viaticum?* RESP. Affirmat probabilior, & communior sententia. Qui tamen eodem die ex devotione communicavit, si in mortis periculum incidat, non tenetur eodem die Viaticum sumere, quia consuetudo Ecclesiæ est ut bis non sumatur Eucharistia eodem die. Si quis verò fervore successus in extrema constitutus lucta peteret sacrum Viaticum, ut securius saluti suæ consuleret; ego sanè eidem illud administrarem, licèt olim fuerim anceps.

IV. Qui semel sumpsit Viaticum, si post incidat in peccatum, non tenetur eodem, aut altero die sumere Viaticum. Si verò plures supervixerit dies, puta octo, decem, poterit eidem iterum administrari.

V. QUÆST. III. *An hoc Divinum præceptum pluries obliget?* RESP. Affirmant omnes. Regula generalis præscribi nequit. Ecclesia pro fidelium communitate statuit semel in anno esse communicandum. Quisque fidelium propriæ infirmitatis, & fervoris conscius, & prudens Confessarius, qui ejusdem conscientiam dirigit, possunt determinare istius sacræ medicinæ frequentiam.

VI. QUÆST. IV. *Obligatne hoc Divinum præceptum ut Eucharistia sumatur sub utraque specie?* RESP. Distinguenda est disciplina Ecclesiæ à præcepti obligatione. In Ecclesia Latina usque ad sæculum xii. in Græca etiamnum obtinet disciplina communicandi sub utraque specie etiam quoad laicos. Sæculo xiv. nonnulli Bohemi carpere Ecclesiæ Latinæ disciplinam ausi sunt, dictique *Calixtini*, quorum damnavit Alexander VII. n. 38. *Mandatum Tridentini fatlum Sacerdoti sacrificanti ex necessitate cum peccato mortali confitendi quam primum, est consilium, non præceptum.*

IV. QUÆST. III. *Quid dicendum de interpretatione P. Lacroix, Viva, & aliorum in præfatum Tridentini decretum?* RESP. P. Claudius Lacroix. *l.* 6. *p.* 1. *de Euch. n.* 546. §. 4. hæc scribit. „ Docent Suar. Vazq. Sayr. March. Nug. Lugo, „ Diana, Dicastil. Avver. Joan. Sanch. Gob. „ Pelliz. Leander, & in hoc conveniunt ferè om„ nes, inquit Moya .... citans valdè multos, „ *quod Sacerdos non teneatur hoc præcepto, si habens „ copiam Confessarii non sit confessus ex malitia: quia* „ licèt gravius peccet, tamen in præceptis positi„ vis non valet argumentum à minori ad majus, „ vel ad simile, uti cum communi docet Lugo .... „ Tridentinum autem loquitur de eo qui *necessita-*

Remissio pœnæ. 7. Sensuum, & appetituum compressio. 8. Immortalitatis, & resurrectionis semen. 9. Perseverantia finalis, cui vita æterna succedit.

CAPUT V.

De dispositionibus ad Eucharistiam: & de frequenti Communione. Plures quorumdam opiniones refelluntur.

I. DUplex dispositionum genus. Primum removet impedimenta, nempe peccata mortalia; alterum animam virtutibus exornat. De primo in præsens. Novatores solam fidem pro dispositione requirunt; sed horum errorem proscripsit *sess.* 13. *can.* 5. Tridentinum. Prima dispositio est mundities à culpa mortali. Qui post absolutionem recordatur se aliquod crimen perpetrasse, quod ex inculpabili oblivione non est confessus, debet ante communionem illud confiteri, ut communis, & vera sententia docet. Non desunt Theologi, & quidem magni nominis, qui requirunt immunitatem ab effectu ad peccata venialia, ut fructus Eucharistiæ percipiantur. Alii docent affectum ad venialia diminuere quidem fervorem, secus impedire Eucharistiæ fructus. Hoc dissidium excitare nos debet ad detestanda ipsa venialia crimina, cum juxta omnes charitatis fervorem diminuat.

II. QUÆST. I. *An præceptum de præmittenda confessione ab eo qui est in peccato mortali, sit divinum, vel humanum?* RESP. Humanum duntaxat esse contendunt plures. Theologi communiter divinum esse affirmant, declaratum à S. Paulo 1. *Cor.* 11. inquiente: *Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat*: & rursus: *Sancta sanctè tractanda sunt.*

III. QUÆST. II. *Quid sentiendum de interpretatione aliquorum in præceptum Tridentini confitendi quamprimum?* RESP. Si Sacerdos urgente necessitate in peccato mortali celebravit contritus, jubet Tridentinum ut *quamprimum* confiteatur. Disputare non pauci cœperunt de more, utrum præceptum hoc sit, an consilium? Consilium duntaxat esse aliqui affirmarunt; sed horum opinionem damnavit Alexander VII. n. 38. *Mandatum Tridentini fatlum Sacerdoti sacrificanti ex necessitate cum peccato mortali confitendi quam primum, est consilium, non præceptum.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

„ tate urgente celebravit sine confessione prævia. „ Sed si fuerit copia Confessarii, non fuit necessi„ tas urgens celebrandi absque confessione prævia. *Ergo tunc non tenetur ad confitendum quam„ primum. Hæc sententia est PROBABILIS.*" Hanc eamdem opinionem defendit P. Viva in *Trut. in prop.* 38. *Alexand. VII. n.* 12. *& in Cur. To. quæst.* 4. *art.* 7. *n.* 3.

V. Tridentinum jubet ut Sacerdos, qui necessitate urgente, & Confessarii copia destitutus in peccato mortali celebravit, quamprimum confiteatur: quoniam jure naturali, & divino *sancta sanctè tractanda sunt*. Qui vero nulla urgente necessitate, qui habens copiam Confessarii ex mera malitia in peccato mortali celebrat, neglecta confessione; is, inquiunt, citati Probabilistæ, non tenetur quamprimum confiteri; *quia in præceptis positivis non valet argumentum à minore ad majus, vel ad simile, uti cum communi Lugo.* Nisi hoc sit paradoxon inauditum, fateor me nihil sapere. Præceptum Tridentinum declarat jus naturale, & divinum, quod *sancta sanctè tractanda sunt*, definitque ut, si urgente necessitate, & deficiente copia Confessarii, Sacerdos confiteri non possit ante Missæ celebrationem, *quamprimum confiteatur*. Hoc præceptum Tridentini, ut dixi, est declaratio juris naturalis, & divini. Ergo si quamprimum tenetur confiteri Sacerdos qui necessitate coactus ad evitandum scandalum, & ut populo fideli succurreret celebravit in peccato mortali; jure longè, & quam maximè potiori astringitur quamprimum confiteri Sacerdos qui nulla necessitate pressus, sed ex mera malitia in peccato mortali celebravit. Et hoc adeo evidens est ut sufficiat sensus communis à præjudiciis vacuus ad hanc veritatem percipiendam. Porrò si in veritate adeò luculenta præjudicia excantant vel ipsos, pios, doctosque auctores; quid expectandum est in quæstionibus ambiguis, & difficultatum involucro implexis?

VI. QUÆST. IV. *Quid de contritione, quam promittendam à laico conscio peccati mortalis docet P. Tamburinus urgente necessitate?* RESP. P. Tamburinus *loc. cit.* §. 7. *n.* 56. sequentem opinionem scribit. „ De laico non est difficultas. Satis „ enim est, si eliciat (contritionem) immediatè „ ante ipsam sumptionem: & quia sumptio seu „ manducatio substantialiter fit *cum cibum deglu„ timus, seu trajicimus*, non autem dum ille est „ in ore, quando solum *initiativè* est sumptio, „ ideo PROBABILISSIMUM puto *satis esse, si „ actus contritionis fiat, cum ore habetur sanctissi„ ma hostia.* Ita de Lugo de Euchar. disp. 12. n. „ 22. Hurtado de Euch. diff. 8. aliique."

VII. Dum has, similesque opiniones modò deridendas, modo deplorandas exhibemus, clamores contra nos ingeminantur. Sed oro, obtestorque vel ipsos prudentes Probabilistas, ut ipsi definiant, num permittendum sit ut à christianis Lectoribus hæc paradoxa inaudita legantur, sine prævio monito, quo ab iisdem sibi caveant. Quid? Hostia sacrosancta Christi in ore, & diabolus regnans in corde? In eodem homine Deus, & diabolus? Recipiat sceleratus homo Sacramentum in ore; & antequam hostiam trajiciat in stomachum, tunc eliciat actum contritionis: quia dum est in ore, est *initiativè* sumptio, dum trajicimus, *manducatio substantialiter fit*? Quis sine lachrymis sustinere potest hæc proponi, & suaderi populo christiano, ut *probabilissima*, nedum probabilia morum documenta? Docet Tamburinus cum cæteris Probabilistis, vel ipsam imperfectam contritionem sola inchoata charitate formatam, adeò difficilem esse, ut Rigoristæ notet sententiam requirentem ejusmodi contritionem: & nunc adeò facilem existimat, ut inter sumptionem hostiæ *initiativè*, & deglutitionem *consummativè* judicet esse posse non imperfectam, sed perfectam contritionem. Sat est describisse opinionum istarum deplorabilia commenta: nec enim longius confutari merentur.

VIII. QUÆST. V. *Quid dicendum de opinione P. Vazquez, & Leandri asserentium, Sacerdotem mortaliter peccantem in ipsa celebratione Missæ non obstringi ad confitendum quamprimum?* P. Leander *tr.* 7. *disp.* 7. *q.* 1. proponit hanc quæstionem his verbis: „ *An Sacerdos, qui in ipsa altaris sacrifi„ candi recordatur peccati mortalis, aut forte illud „ committit, teneatur postea ex vi dicti præcepti „ quamprimum confiteri?* Probabiliter respondeo, „ non teneri eo præcepto, quia Concilium fuit „ locutum de Sacerdote qui *necessitate urgente „ absque prævia confessione celebravit*, idest de „ Sacerdote qui necessitate coactus non præmisit „ confessionem antequam ad celebrandum sacri„ ficium accederet. . . . non verò *de Sacerdote qui „ celebrando committit peccatum*, aut illius recor„ datur. Ergo quantumvis tunc consecret, atque „ communicet absque confessione, non tenebitur „ postea quamprimum confiteri. Sic Vazquez *disp.* „ 208. *cap.* 3. *n.* 2. *Sayrus, Diana.*"

IX. Quæ lex consistere valet ejusmodi interpretamentis admissis? Qui in ipsa celebratione Missæ perpetrat mortale flagitium, non tenetur quamprimum confiteri? Inauditum mihi est paradoxon istud. Nec minùs laxa est altera opinio Tamburini de *Meth. Con.* c. 1. *n.* 63. & Leandri *q.* 8. qui docent laicum absentem mensæ communionis posse suscipere Eucharistiam, non præmissa confessione mortalis peccati, cujus recordatur, etiamsi absque scandalo recedere valeat: quia, inquit Leander, *cum quodam modo inchoata sit actio sacra, non debet ob reverentiam Eucharistiæ recedere à divina illa mensa.* Sic docent, & resolvunt casus temporum Doctores temporum. Verum enim verò Evangelium Christi clamat, seu Christus ore Evangelistæ Matth. c. 5. *Si ergo offers munus tuum ad altare, & recordatus ibi fueris, quod frater tuus habet aliquid adversum te; relinque ibi munus tuum* (N. B.) *ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum.* Quid ad hæc Casuistæ eitati? Hic non est sermo de sumptione sacratissimi corporis Christi; sed de oblatione muneris. Non est sermo de peccato mortali offerentis, sed de ira, & indignatione in alterum fratrem. Oh quam distat Theologia Christi à Theologia istorum Casuistarum! Tamburinus, & Leander docent non recedendum à mensa sacra, etiamsi nullum timeatur scandalum, alii cautiores docent; tunc recedendum non esse cum timetur scandalum. Sed scandalum istud, quod exaggerant Casuistæ, contemnendum Christus docet in laudato textu. An tribunal Pœnitentiæ non adimus omnes? An prætermittendum sacramentum Pœnitentiæ, ne homines dicant nos esse flagitiorum reos? Quod vir, aut fœmina christiana recedant à sacra mensa, non scandalum, sed probitatis argumentum perhibent. Adstantes enim inferunt: Recordatus ille est alicujus culpæ, vel dubius evasit, & noluit conscientia perplexa sacrosanctum Christi corpus suscipere. Ergo scandalum quod plures Casuistæ obtrudunt, chimæricum est. Tot Sacerdotes, tot Christiani, & Christianæ gravissimum ingerunt scandalum propter frequentes celebrationes, & communiones, ex quibus nullum fructum, nullam morum reformationem præferunt. Tot procaces fœminæ, impudentes, expudoratæ, quæ continenter cum amasiunculis conversantur, quæ choreas, theatra, ludos, comœdias frequentant, simulque ad altaria accedunt, quæ Christum cum Belial conjungere pertentant, & lucem cum tenebris, scandalum gravissimum populo christiano ingerunt. Hoc est scandalum in quo tollendo toti simus oportet.

X. QUÆST. VI. *Quid dicendum de opinione P. Tamburini docentis, dari posse casum in quo communicans in mortali novum peccatum non committat?* RESP. P. Tamburinus *lib. de Meth. Con. cap.* 1. §. 10. *num.* 71. ut viam sibi sternat ad sacrilegium honestandum lectorem suum animat his verbis. *Tam benigna sunt viscera misericordiæ Domini, ut non dedignetur excusare aliquando pervicacem nostram. Invenio enim unum, vel alterum casum, in quo quis purissimam communionem in peccato sumere sine peccato possit.* Ne vero adversarii mei de more imponere imperitis queant, me truncatas referre Casuistarum opiniones rescribam totidem verbis Tamburini decisionem, quæ ejusmodi est.

XI. „ Etenim ex suprædictis constat, Sacer„ dotem qui incepta bona fide Missam, recorda„ tur se mortalis culpæ reum, debere elicere ac„ tum saltem à se existimatæ contritionis. Sed „ jam si non possit, *seu experiatur actum illum „ sibi valde esse difficilem*, quid agat? Confiteri „ non potest, conteri nequaquam valet, sacrifi„ cium inchoatum relinquere, ob infamiam illa „ resultantem, *difficillimum est.* Quid ergo ab „ anima sic affecta supereſt extorquendum? *Pro„ babile est* ex aliquorum sententia judico, hunc „ non peccaturum mortaliter, si cum hujusmodi „ conscientia peccati mortalis, & cum eo dolore „ quem tunc potest elicere, Missam prosequatur, „ conficeret, communicetque. Ita Vazquez de „ *Euch. disp.* 207. *cap.* 1. *num.* 34. Hurt. *disp.* 9. „ *de Euch. diff.* 1. De Lugo *de Sacr. disp.* 9. *sect.* „ 1. *n.* 8. Ratio est, quia præceptum dignè com„ municandi non videtur tam arctè fideles astrin„ gere, ut cogat Sacerdotem cum tanto suo de„ decore ab incepto sacro discedere. Tum autem „ ejusmodi Sacerdos non acquiret gratiam; sed „ tamen non peccabit."

XII. Veritas fidei est Deum *impossibilia non jubere*, ut definivit Tridentinum *sess.* 6. *c.* 11. Si impossibile asserunt citati auctores præceptum contritionis, Lutheranismum, & Jansenismum docent. Si possibile concedunt præceptum; ergo qui illud non implent, peccant. Ergo falsa, & scandali plena est doctrina Tamburini, & aliorum asserentium, casum dari *in quo quis purissimam communionem in peccato sumere sine peccato possit.*

XIII. Pergit ibidem *n.* 73. P. Tamburinus: *Idemque erit de laico, qui jamjam recepturus sacram Synaxim ante linteum, nec sub aliquo prætextu se removere valens peccati mortalis recordetur, nec CONTERI POSSIT*: ita ibi . . . . *Par enim est ratio. NOTENT HANC DOCTRINAM SCRUPULOSI, ANIMOQUE TIMIDI.* Hæc doctrina quam adoptat ipse P. Viva, non refellenda verbis, sed lacrymis deploranda est.

XIV. QUÆST. VII. *Quid de dispositionibus corporis ad Eucharistiam necessariis dicendum?* RESP. Primò est necessarium jejunium naturale Ecclesiæ statuto præscriptum; & hæc disciplina antiquissimam habet originem. Plurimas disputationes quas excitant aliqui, prætereo. Infirmi urgente mortis periculo communicare non jejuni valent, sicut & Sacerdos ob necessitatem perficiendi sacrificium, ab alio morte occupato, vel alio inopinato casu imperfectum relictum.

XV. QUÆST. VIII. *An licitum sit accedere ad Eucharistiam post conjugalem copulam?* RESP. Plura Concilia, & communiter Patres suadent ut die ante communionem conjuges continentiam observent. Missis plurimis testimoniis unum & alterum promam. S. Paulus 1. *Cor.* 7. inquit: *Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi.* Similia docet S. Petrus *epist.* 1. *c.* 3. Catechismus Tridentinus 2. *p.* c. 4. §. 58. inquit: *Postulat tanti Sacramenti dignitas ut qui matrimonii junctæ sunt, ali, aut dies à concubitu uxorum abstineant, Davidis exemplo admoniti, qui cum panes propositionis à Sacerdote accepturus esset, parum se, & pueros suos ab uxorum consuetudine tres ipsos dies esse professus est.* De corporis ornatu extrema vitanda sunt. Sordidus dedecet, & irreverentiam redolet. Honesta mundities in veste, in vultu, in manibus elucere debet. Arcendæ verò omnino sunt à sacra communione mulieres illæ quæ sinu nudato, & vanis vestibus luxum, fastum, & mundanas pompas præsefetentibus ad tantum Sacramentum accedere non erubescunt. Illarum odores, pulveres, ementita pulchritudo animarum fœtorem, & spurcitiem longiùs exhalant.

XVI. QUÆST. IX. *Quid de frequenti communione dicendum?* RESP. Prodit an. 1745. Parisiis liber inscriptus, *L'Esprit de Jesus Christ & de l'Eglise sur la frequente communion.* Hoc opus editum à *P. Pichon* plures Episcopi Galliarum perdoctis epistolis proscripsere, & Romana Sedes damnavit. Laxa ejusdem paradoxa refellere in hoc compendio non expedit. Extrema hac in re, sicut in cæteris, declinanda sunt. Concilium Tridentinum *sess.* 22. *c.* 6. inquit: *Optaret quidem sacrosancta Synodus ut singulis Missis fideles adstantes non solùm spirituali affectu, sed sacramentali etiam*

Eucharistiæ perceptione communicarent, quo ad eos sanctissimi hujus Sacrificii fructus uberior provenire. Utinam Christianorum mores tales essent, ut Concilii istius vota executioni mandari possent.

XVII. Laxa paradoxa in hac quoquè materia docuerunt aliqui, ut ex sequentibus thesibus proscriptis patet. Vener. Innocen. XI. sequentem damnavit n. 56. *Frequens confessio, & communio, etiam in his qui geniliter vivunt, est nota prædestinationis.*

XVIII. In aliud extremum lapsi alii sunt, quorum errorem damnavit Alexander VIII. num. 22. *Sacrilegi sunt judicandi qui jus ad communionem percipiendam prætendunt, antequam condignam de delictis suis pœnitentiam egerint.*

XIX. *Similiter arcendi sunt à sacra communione, quibus nondum inest amor Dei purissimus, & omnis mixtionis expers.*

XX. Regulas frequentis communionis præscripsit Innocentius XI in suo decreto *Cum ad aures*, quod legere poteris *tom. 8. lib. 3. diss. 1. cap. 12.* sicut & plura SS. Patrum testimonia pro plena istius rei institutione, quę legere poteris *loc. cit.* ibi invenies sacrilegarum communionum luculentissima argumenta.

DISSERTATIO IV.

De Sacrificio Missæ.

CAPUT I.

Sacrificii notio, ejusque necessitas.

I. QUÆST. I. *Quid & quotuplex sit Sacrificium?* RESP. Sacrificium in sua ampla significatione omne opus bonum comprehendit, sive interium, sive externum, quod in Dei gloriam dirigitur. Notio Sacrificii præsè accepti hæc est: *Oblatio externa, soli Deo facta, qua in recognitionem supremi ejus dominii à legitimo ministro res aliqua sensibilis, & permanens ritu mystico consecratur.* Locum generis *oblatio* tenet. Dicitur *externa*, seu sensibilis, quia est actus Religionis, qua homines una conveniunt. Convenire autem nequeunt nisi signis sensibilibus, quibus id manifestant quod animo intrinsecus gerunt. *Rei sensibilis* Sacrificium dicitur, ut distinguatur à sacrificio cordis contriti. *Soli Deo facta.* Solus quippè Deus conditor, & moderator hominum est, principium, & finis. *In recognitionem supremi dominii.* Sacrificio hoc exteriori protestatur homo Deo servitutem, & quidquid boni habet, ab eo accepisse. Primarius enim Sacrificii finis est cultus Deo exhibitus. *A legitimo ministro* oblatio immolanda est, scilicet à persona quæ ad hoc officium destinata est.

II. Sacrificium dividitur 1. ratione materiæ, quæ alia est solida, ut animal, quod offerebatur in veteri lege post partam de hoste victoriam: & ideo dicebatur *hostia*, & à victoria *victima*. Solidæ quoquè res sunt panis, sal, thus, spicæ, triticum. Alia est materia liquida, ut vinum, oleum, sanguis, aqua, quæ aliquandò offerebantur, & dicebantur *libamen*. 2. Ratione formæ tribuitur in holocaustum, in sacrificium seu hostiam pro peccato, & hostiam pacificam. Omnium sacrificiorum perfectissimum erat holocaustum, quod totum consumebatur. Sacrificium pro peccato partim consumebatur, partim cedebat in usum Sacerdotum. 3. Ratione finis dividitur in latreuticum, eucharisticum, impetratorium, & propitiatorium.

III. QUÆST. II. *An fidei dogma sit, Missam esse Sacrificium?* RESP. Variis nominibus Missa Sacrificium appellatur. 1. dicitur *Liturgia*. 2. *Synaxis* seu conjunctio fidelium cum Christo. 3. *Oblatio* quæ in expiationem peccatorum offertur. 4. *Collecta*, seu congregatio fidelis populi. 5. dicitur *Missa* à verbo *mittere*, sive quod Christus hostia sit à Deo missa nobis, sive quod ex donis à populo fideli missis Sacrificium heret, sive quia peracto sacrificio populus mittitur, Diacono canente: *Ite, missa est.*

IV. Triplici canone definivit Tridentinum *sess. 22.* Eucharistiam esse verum Sacrificium. Can. 1. *Si quis dixerit in Missa non offerri Deo verum & proprium Sacrificium &c. anathema sit.* Similia habentur *can. 3. & 4.* His tribus canonibus profligavit Tridentinum Novatorum errores. Accedit perpetua Ecclesiæ traditio, & Patrum consensus, quorum testimonia dedi *tom. 8. lib. 3. diss. 2. c. 2.*

V. QUÆST. III. *Verum essentia Sacrificii Missæ sita sit in oblatione?* RESP. Oblatio quæ præcedit consecrationem, est mera præparatio ad Sacrificium: est enim oblatio panis, & vini. Panis autem, & vinum non sunt victima Sacrificii; sed victima est ipse Christus Dominus. Oblatio quæ sacrificium consequitur, similiter ad sacrificii essentiam non pertinet, cum non sit à Christo instituta, sed ab Ecclesia, sicut & prima.

VI. Oblatio sita in consecratione constituit essentiam Sacrificii Missæ. Nam Sacrificium consistit in oblatione & immolatione victimæ sensibilis. Porrò certum est in consecratione esse veram oblationem. Siquidem Christus vi consecrationis tamquam verus agnus, & victima sistitur in altari sub speciebus panis, & vini, & in quodam statu mortis constituitur, quatenus per spiritualem verborum gladium, sub diversis, & separatis speciebus immolatur, & offertur Deo Patri. Hęc autem separatio mystica, quę vi verborum fit corporis ac sanguinis, apte repręsentat separationem cruentam sanguinis à corpore in cruce peractam.

VII. Communio Sacerdotis est pars saltem integralis Sacrificii Missæ, ut omnes fatentur. Quidam propugnant partem esse essentialem. Quoniam sacrificium Missæ est omnium perfectissimum, & holocausti rationem obtinet. Porrò sicut in holocausto tota victima consumebatur; ita in Sacrificio Missæ per communionem Sacerdotis tota victima consumitur. Sed dissidium istud parvi momenti est. Consumptio enim sacrificii de jure divino est. Quarè si Sacerdos post consecrationem moritur, alter Sacerdos etiam non jejunus consumere Sacrificium debet. Quarè consecratio essentialiter ordinatur ad consumptionem. Simillter consecratio utriusque speciei ad essentiam pertinet Sacrificii, ut omnes Theologi adfirmant. In consecratione enim fit repræsentatio passionis dominicæ. Ergo non debet corpus sine sanguine consecrari. Heinc si Sacerdos post consecrationem panis moritur, substituendus alius Sacerdos est qui inchoatum perficiat Sacrificium.

VIII. Si post consecrationem venenum deprehendatur, non debet sumi, sed debet in vasculo apto conservari, & aliud vinum consecrari, & sumi. Si animal ecciderit, debet cautè capi, lavari, & comburi, & una cum cineribus mitti in Sacrarium, ut 3. *p. q. 83. art. 6. ad 3.* S. Thomas docet.

CAPUT II.

De valore Sacrificii Missæ. Pro quibus offerri, & à quo ministro possit.

I. QUÆST. I. *Est ne infinitus valor Sacrificii Missæ?* RESP. Duplex valor: unus ex opere operato, qui ab ipso opere immediatè à Christo instituto proficiscitur; alius opere operantis, qui est effectus meriti, & dignitatis ministri. Disputant in utramque partem Theologi, sit ne infinitus valor ex opere operato: illum enim esse finitum omnes fatentur. Paucis quæstionem resolvo. Si valor spectetur absolutè, & quatenus exprimit virtutem, & sufficientiam, dubio procul est infinitus: quoniam Sacrificium Missæ idem est quantum ad sufficientiam ad Sacrificium Crucis. Modus dumtaxat offerendi diversus est. Si vero spectetur ut à Ministris offertur in actu secundo, sic limitatus est, & finitus. Quid quod ipsum Sacrificium Crucis quantum ad applicationem effectum limitatum in nobis producit, quia dispositio subjecti finita est? Si effectus Sacrificii Missæ esset infinitus, æquè prodesset omnibus, ac uni vel alteri; & una sola Missa omnes Purgatorii animas liberaret; & tamen Ecclesia nunquam cessat ab offerendis Sacrificiis pro defunctis.

II. QUÆST. II. *Qui sint effectus Sacrificii Missæ?* RESP. Concilium Tridentinum, *sess. 22. c. 2.* hæc docet. *Sacrificium Missæ non solum pro fidelium vivorum peccatis, pœnis, satisfactionibus, & aliis necessitatibus, sed & pro defunctis in Christo, nondum ad plenum purgatis, rite juxta Apostolorum traditionem offertur.* Cum Sacrificium Missæ sit propitiatorium, valet ad peccatorum veniam, & satisfactionem, ut idem Concilium *ibidem can. 3.* definivit. Per Sacrificium remittuntur peccata mediate, quatenus Deus peccatori gratias actuales largitur, quibus excitatur, & disponitur ad pœnitentiam. Justis confert augmentum gratiæ, illisque prodest ad peccatorum venialium remissionem. Hoc quoque Sacrificio impetrantur bona temporalia, quatenus istorum usus ad vitam æternam conducit. Missæ itaque Sacrificium ordinatur ad bona temporalia, non tamquam ad finem, sed tamquam ad media quorum usus ad finem viam sternit.

III. QUÆST. III. *Cui, & pro quibus Missæ Sacrificium offertur?* RESP. Soli Deo Missæ sacrificium offertur, ut Catholici omnes docent, sicut templa & altaria soli Deo eriguntur, & consecrantur, ut Tridentinum definivit *sess. 22. cap. 3.*

IV. Offerri verò Sacrificium Missæ potest pro omnibus hominibus paganis, Judæis, schismaticis, hæreticis, excommunicatis, catechumenis, maximè tamen pro fidelibus. Et hoc eruitur ex ipso S. Paulo, qui 1. *ad Tim. 2.* inquit: *Hoc bonum est, & acceptum coram Salvatore nostro Deo, qui omnes homines vult salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.* Pro omnibus passus Christus est: ergo pro omnibus offerri Sacrificium valet. Potiori tamen jure offertur pro fidelibus, qui vinculo fidei Christo conjuncti sunt. Pro damnatis non esse sactificium offerendum docent omnes. Neque pro Sanctis cum Deo regnantibus offertur sacrificium, quia nihil expiandum in ipsis est.

V. QUÆST. IV. *Utrum offerri Sacrificium possit pro animabus in Purgatorio detentis?* RESP. Adfirmant omnes Catholici, idque ex perenni Ecclesiæ traditione colligitur, & ex Scriptura sancta, præsertim ex 2. *Machabæorum cap. 12.* Et hoc Tridentinum *sess. 22. cap. 2.* definivit: *Sacrificium Missæ non solùm pro fidelium vivorum peccatis, pœnis, & satisfactionibus, & aliis necessitatibus, sed & pro defunctis rite juxta Apostolorum traditionem offerri.* Hoc idem declaravit *can. 3.* Patrum, & aliorum Conciliorum testimonia prætereo brevitatis causa.

VI. QUÆST. V. *Quisnam est minister Sacrificii Missæ?* RESP. Solos Sacerdotes esse ministros hujus Sacrificii semper docuit Ecclesia catholica, & adversus Novatores definivit *sess. 7. can. 10.* Tridentinum. *Si quis dixerit, Christianos omnes in verbo, & omnibus Sacramentis administrandis habere potestatem; anathema sit.* Et rursus *sess. 22. can. 2.* subdit: *Si quis dixerit illis verbis.* Hoc facite in meam commemorationem, *Christum non instituisse Apostolos Sacerdotes, aut non ordinasse ut ipsi, aliique Sacerdotes offerrent corpus, & sanguinem suum; anathema sit.* Christus Dominus, ut Æternus Sacerdos secundum ordinem Melchisedech, est principalis offerens. Sacerdotes offerunt ut ministri, & vicarii ejusdem Christi. Offerunt quidem ut veri Sacerdotes ad hoc ministerium ordinati, sed ministerialiter. Populus fidelis offert desiderio, voluntate, & spirituali conjunctione cum offerente.

VII. QUÆST. VI. *An Sacerdotes fatuti, hæretici, schismatici, suspensi, excommunicati, degradati valide sacrificium perficiant?* RESP. Sacerdotes peccato mortali inquinatos validè consecrare docent Catholici omnes. Cæteros quoquè recensitos validè Sacrificium perficere docent cum S. Thoma *3. p. q. 82. art. 7. ad 3.* Theologi omnes. Quoniam licèt exercitium ordinis suspendi à legitimo superiore possit; potestas tamen ordinis deleri nequit. Non licet tamen vel assistere Sacrificio, vel petere communionem à Sacerdo-

„ tate urgente celebravit sine confessione prævia. „ Sed si fuerit copia Confessarii, non fuit necessi„ tas urgens celebrandi absque confessione prævia. *Ergo tunc non tenetur ad confitendum quam„ primum. Hæc sententia est PROBABILIS.*" Hanc eamdem opinionem defendit P. Viva in *Trut. in prop.* 38. *Alexand. VII. n.* 12. *& in Cur. To. quæst.* 4. *art.* 7. *n.* 3.

V. Tridentinum jubet ut Sacerdos, qui necessitate urgente, & Confessarii copia destitutus in peccato mortali celebravit, quamprimum confiteatur: quoniam jure naturali, & divino *sancta sanctè tractanda sunt*. Qui vero nulla urgente necessitate, qui habens copiam Confessarii ex mera malitia in peccato mortali celebrat, neglecta confessione; is, inquiunt, citati Probabilistæ, non tenetur quamprimum confiteri; *quia in præceptis positivis non valet argumentum à minore ad majus, vel ad simile, uti cum communi Lugo.* Nisi hoc sit paradoxon inauditum, fateor me nihil sapere. Præceptum Tridentinum declarat jus naturale, & divinum, quod *sancta sanctè tractanda sunt*, definitque ut, si urgente necessitate, & deficiente copia Confessarii, Sacerdos confiteri non possit ante Missæ celebrationem, *quamprimum confiteatur*. Hoc præceptum Tridentini, ut dixi, est declaratio juris naturalis, & divini. Ergo si quamprimum tenetur confiteri Sacerdos qui necessitate coactus ad evitandum scandalum, & ut populo fideli succurreret celebravit in peccato mortali; jure longè, & quam maximè potiori astringitur quamprimum confiteri Sacerdos qui nulla necessitate pressus, sed ex mera malitia in peccato mortali celebravit. Et hoc adeo evidens est ut sufficiat sensus communis à præjudiciis vacuus ad hanc veritatem percipiendam. Porrò si in veritate adeò luculenta præjudicia excantant vel ipsos, pios, doctosque auctores; quid expectandum est in quæstionibus ambiguis, & difficultatum involucro implexis?

VI. QUÆST. IV. *Quid de contritione, quam promittendam à laico conscio peccati mortalis docet P. Tamburinus urgente necessitate?* RESP. P. Tamburinus *loc. cit.* §. 7. *n.* 56. sequentem opinionem scribit. „ De laico non est difficultas. Satis „ enim est, si eliciat (contritionem) immediatè „ ante ipsam sumptionem: & quia sumptio seu „ manducatio substantialiter fit *cum cibum deglu„ timus, seu trajicimus*, non autem dum ille est „ in ore, quando solum *initiativè* est sumptio, „ ideo PROBABILISSIMUM puto *satis esse, si „ actus contritionis fiat, cum ore habetur sanctissi„ ma hostia.* Ita de Lugo de Euchar. disp. 12. n. „ 22. Hurtado de Euch. diff. 8. aliique."

VII. Dum has, similesque opiniones modò deridendas, modo deplorandas exhibemus, clamores contra nos ingeminantur. Sed oro, obtestorque vel ipsos prudentes Probabilistas, ut ipsi definiant, num permittendum sit ut à christianis Lectoribus hæc paradoxa inaudita legantur, sine prævio monito, quo ab iisdem sibi caveant. Quid? Hostia sacrosancta Christi in ore, & diabolus regnans in corde? In eodem homine Deus, & diabolus? Recipiat sceleratus homo Sacramentum in ore; & antequam hostiam trajiciat in stomachum, tunc eliciat actum contritionis: quia dum est in ore, est *initiativè* sumptio, dum trajicimus, *manducatio substantialiter fit*? Quis sine lachrymis sustinere potest hæc proponi, & suaderi populo christiano, ut *probabilissima*, nedum probabilia morum documenta? Docet Tamburinus cum cæteris Probabilistis, vel ipsam imperfectam contritionem sola inchoata charitate formatam, adeò difficilem esse, ut Rigoristæ notet sententiam requirentem ejusmodi contritionem: & nunc adeò facilem existimat, ut inter sumptionem hostiæ *initiativè*, & deglutitionem *consummativè* judicet esse posse non imperfectam, sed perfectam contritionem. Sat est describisse opinionum istarum deplorabilia commenta: nec enim longius confutari merentur.

VIII. QUÆST. V. *Quid dicendum de opinione P. Vazquez, & Leandri asserentium, Sacerdotem mortaliter peccantem in ipsa celebratione Missæ non obstringi ad confitendum quamprimum?* P. Leander *tr.* 7. *disp.* 7. *q.* 1. proponit hanc quæstionem his verbis: „ *An Sacerdos, qui in ipsa altaris sacrifi„ candi recordatur peccati mortalis, aut forte illud „ committit, teneatur postea ex vi dicti præcepti „ quamprimum confiteri?* Probabiliter respondeo, „ non teneri eo præcepto, quia Concilium fuit „ locutum de Sacerdote qui *necessitate urgente „ absque prævia confessione celebravit*, idest de „ Sacerdote qui necessitate coactus non præmisit „ confessionem antequam ad celebrandum sacri„ ficium accederet. . . . non verò *de Sacerdote qui „ celebrando committit peccatum*, aut illius recor„ datur. Ergo quantumvis tunc consecret, atque „ communicet absque confessione, non tenebitur „ postea quamprimum confiteri. Sic Vazquez *disp.* „ 208. *cap.* 3. *n.* 2. *Sayrus, Diana.*"

IX. Quæ lex consistere valet ejusmodi interpretamentis admissis? Qui in ipsa celebratione Missæ perpetrat mortale flagitium, non tenetur quamprimum confiteri? Inauditum mihi est paradoxon istud. Nec minùs laxa est altera opinio Tamburini de *Meth. Con.* c. 1. *n.* 63. & Leandri *q.* 8. qui docent laicum absentem mensæ communionis posse suscipere Eucharistiam, non præmissa confessione mortalis peccati, cujus recordatur, etiamsi absque scandalo recedere valeat: quia, inquit Leander, *cum quodam modo inchoata sit actio sacra, non debet ob reverentiam Eucharistiæ recedere à divina illa mensa.* Sic docent, & resolvunt casus temporum Doctores temporum. Verum enim verò Evangelium Christi clamat, seu Christus ore Evangelistæ Matth. c. 5. *Si ergo offers munus tuum ad altare, & recordatus ibi fueris, quod frater tuus habet aliquid adversum te; relinque ibi munus tuum* (N. B.) *ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo, & tunc veniens offeres munus tuum.* Quid ad hæc Casuistæ eitati? Hic non est sermo de sumptione sacratissimi corporis Christi; sed de oblatione muneris. Non est sermo de peccato mortali offerentis, sed de ira, & indignatione in alterum fratrem. Oh quam distat Theologia Christi à Theologia istorum Casuistarum! Tamburinus, & Leander docent non recedendum à mensa sacra, etiamsi nullum timeatur scandalum, alii cautiores docent; tunc recedendum non esse cum timetur scandalum. Sed scandalum istud, quod exaggerant Casuistæ, contemnendum Christus docet in laudato textu. An tribunal Pœnitentiæ non adimus omnes? An prætermittendum sacramentum Pœnitentiæ, ne homines dicant nos esse flagitiorum reos? Quod vir, aut fœmina christiana recedant à sacra mensa, non scandalum, sed probitatis argumentum perhibent. Adstantes enim inferunt: Recordatus ille est alicujus culpæ, vel dubius evasit, & noluit conscientia perplexa sacrosanctum Christi corpus suscipere. Ergo scandalum quod plures Casuistæ obtrudunt, chimæricum est. Tot Sacerdotes, tot Christiani, & Christianæ gravissimum ingerunt scandalum propter frequentes celebrationes, & communiones, ex quibus nullum fructum, nullam morum reformationem præferunt. Tot procaces fœminæ, impudentes, expudoratæ, quæ continenter cum amasiunculis conversantur, quæ choreas, theatra, ludos, comœdias frequentant, simulque ad altaria accedunt, quæ Christum cum Belial conjungere pertentant, & lucem cum tenebris, scandalum gravissimum populo christiano ingerunt. Hoc est scandalum in quo tollendo toti simus oportet.

X. QUÆST. VI. *Quid dicendum de opinione P. Tamburini docentis, dari posse casum in quo communicans in mortali novum peccatum non committat?* RESP. P. Tamburinus *lib. de Meth. Con. cap.* 1. §. 10. *num.* 71. ut viam sibi sternat ad sacrilegium honestandum lectorem suum animat his verbis. *Tam benigna sunt viscera misericordiæ Domini, ut non dedignetur excusare aliquando pervicacem nostram. Invenio enim unum, vel alterum casum, in quo quis purissimam communionem in peccato sumere sine peccato possit.* Ne vero adversarii mei de more imponere imperitis queant, me truncatas referre Casuistarum opiniones rescribam totidem verbis Tamburini decisionem, quæ ejusmodi est.

XI. „ Etenim ex suprædictis constat, Sacer„ dotem qui incepta bona fide Missam, recorda„ tur se mortalis culpæ reum, debere elicere ac„ tum saltem à se existimatæ contritionis. Sed „ jam si non possit, *seu experiatur actum illum „ sibi valde esse difficilem*, quid agat? Confiteri „ non potest, conteri nequaquam valet, sacrifi„ cium inchoatum relinquere, ob infamiam illa „ resultantem, *difficillimum est.* Quid ergo ab „ anima sic affecta supereſt extorquendum? *Pro„ babile est* ex aliquorum sententia judico, hunc „ non peccaturum mortaliter, si cum hujusmodi „ conscientia peccati mortalis, & cum eo dolore „ quem tunc potest elicere, Missam prosequatur, „ conficeret, communicetque. Ita Vazquez de „ *Euch. disp.* 207. *cap.* 1. *num.* 34. Hurt. *disp.* 9. „ *de Euch. diff.* 1. De Lugo *de Sacr. disp.* 9. *sect.* „ 1. *n.* 8. Ratio est, quia præceptum dignè com„ municandi non videtur tam arctè fideles astrin„ gere, ut cogat Sacerdotem cum tanto suo de„ decore ab incepto sacro discedere. Tum autem „ ejusmodi Sacerdos non acquiret gratiam; sed „ tamen non peccabit."

XII. Veritas fidei est Deum *impossibilia non jubere*, ut definivit Tridentinum *sess.* 6. *c.* 11. Si impossibile asserunt citati auctores præceptum contritionis, Lutheranismum, & Jansenismum docent. Si possibile concedunt præceptum; ergo qui illud non implent, peccant. Ergo falsa, & scandali plena est doctrina Tamburini, & aliorum asserentium, casum dari *in quo quis purissimam communionem in peccato sumere sine peccato possit.*

XIII. Pergit ibidem *n.* 73. P. Tamburinus: *Idemque erit de laico, qui jamjam recepturus sacram Synaxim ante linteum, nec sub aliquo prætextu se removere valens peccati mortalis recordetur, nec CONTERI POSSIT*: ita ibi . . . . *Par enim est ratio. NOTENT HANC DOCTRINAM SCRUPULOSI, ANIMOQUE TIMIDI.* Hæc doctrina quam adoptat ipse P. Viva, non refellenda verbis, sed lacrymis deploranda est.

XIV. QUÆST. VII. *Quid de dispositionibus corporis ad Eucharistiam necessariis dicendum?* RESP. Primò est necessarium jejunium naturale Ecclesiæ statuto præscriptum; & hæc disciplina antiquissimam habet originem. Plurimas disputationes quas excitant aliqui, prætereo. Infirmi urgente mortis periculo communicare non jejuni valent, sicut & Sacerdos ob necessitatem perficiendi sacrificium, ab alio morte occupato, vel alio inopinato casu imperfectum relictum.

XV. QUÆST. VIII. *An licitum sit accedere ad Eucharistiam post conjugalem copulam?* RESP. Plura Concilia, & communiter Patres suadent ut die ante communionem conjuges continentiam observent. Missis plurimis testimoniis unum & alterum promam. S. Paulus 1. *Cor.* 7. inquit: *Nolite fraudare invicem, nisi forte ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi.* Similia docet S. Petrus *epist.* 1. *c.* 3. Catechismus Tridentinus 2. *p.* c. 4. §. 58. inquit: *Postulat tanti Sacramenti dignitas ut qui matrimonii junctæ sunt, ali, aut dies à concubitu uxorum abstineant, Davidis exemplo admoniti, qui cum panes propositionis à Sacerdote accepturus esset, parum se, & pueros suos ab uxorum consuetudine tres ipsos dies esse professus est.* De corporis ornatu extrema vitanda sunt. Sordidus dedecet, & irreverentiam redolet. Honesta mundities in veste, in vultu, in manibus elucere debet. Arcendæ verò omnino sunt à sacra communione mulieres illæ quæ sinu nudato, & vanis vestibus luxum, fastum, & mundanas pompas præsefetentibus ad tantum Sacramentum accedere non erubescunt. Illarum odores, pulveres, ementita pulchritudo animarum fœtorem, & spurcitiem longiùs exhalant.

XVI. QUÆST. IX. *Quid de frequenti communione dicendum?* RESP. Prodit an. 1745. Parisiis liber inscriptus, *L'Esprit de Jesus Christ & de l'Eglise sur la frequente communion.* Hoc opus editum à *P. Pichon* plures Episcopi Galliarum perdoctis epistolis proscripsere, & Romana Sedes damnavit. Laxa ejusdem paradoxa refellere in hoc compendio non expedit. Extrema hac in re, sicut in cæteris, declinanda sunt. Concilium Tridentinum *sess.* 22. *c.* 6. inquit: *Optaret quidem sacrosancta Synodus ut singulis Missis fideles adstantes non solùm spirituali affectu, sed sacramentali etiam*

Sacerdotes comittere Diaconis queant ut Eucharistiam administrent. Non tamen Clericis Diacono inferioribus, & multo minus laicis licitum est, vel sibi, vel aliis communionem administrare in Ecclesia Latina, quia plures canones id vetant. In extremo necessitatis casu potest Sacerdos seipsum communicare, sicut, & Diaconus. Immo solius devotionis finis, si desit idoneus minister, posse semetipsos communicare Sacerdotes, & Diaconos, contendunt multi. Sed spectanda est hodierna disciplina.

II. QUÆST. II. *Teneturne Parochus tempore pestis cum vitæ periculo communicare suos parochianos?* RESP. Omnes curam animarum habentes, Papa, Archiepiscopi, Episcopi, Parochi, Rectores, Superiores tempore pestis, vel epidemiæ astricti sunt cum vitæ periculo administrare subditis suis Sacramentum Eucharistiæ. Disputant, num administrare tali tempore queant in cochleari argenteo præfuti ministri Eucharistiam infirmis. Alii affirmant, negant alii. Spectandæ circumstantiæ sunt, & Episcopi judicio deliberandum. Tunc licitè instrumentis maximè uti possunt, cum ministrorum penuria urget. Superiores, qui mortis periculum in his casibus pertimescerent, non pastores, sed mercenarios se proderent.

III. Urgente articulo mortis licitum esse petere Eucharistiam à Sacerdote excommunicato, schismatico, & hæretico docent Theologi plures, dummodo absit scandalum, & Religionis contemptus. Graviter peccant Sacerdotes administrantes Eucharistiam absque superpelliceo, & stola, ut communis, & vera sententia docet. Ritus itaque Ecclesiæ in hoc Augustissimo Sacramento administrando observentur exactissimè.

IV. QUÆST. III. *Administrandane parvulis est Eucharistia?* RESP. Certum est olim in utraque Ecclesia orientali, & occidentali unà cum Baptismo administratam fuisse Eucharistiam parvulis; quæ disciplina etiamnum obtinet in Ecclesia orientali. Quinque abhinc sæculis disciplina hæc abrogata fuit in Ecclesia Latina. Utramque disciplinam commendat Tridentinum *sess.* 21. *can.* 4.

V. Energumenis, qui diuturna turbatione vexabantur à maligno spiritu, denegatam fuisse sacram communionem colligitur *ex can.* 29. Concilii Illiberitani: sub vitæ termino illis concedebatur. Exempla plura perhibent, energumenos vi hujus Sacramenti sanatos esse. De his, & de amentibus fusè 3. *part. quæst.* 80. *art.* 9. loquitur S. Thomas. Amentibus à nativitate non esse hoc Sacramentum administrandum; illis verò qui antequam in amentiam incidérent, dederunt pœnitentiæ signa, & in extremo sint periculo constituti, administrandam esse Eucharistiam docent. Verùm ad hoc quod attinet, spectari circumstantiæ debent, nec regula generalis præscribi potest.

VI. Supplicio extremo plectendis non est denegandæ Eucharistia: ut olim fiebat in Hispania, cujus morem improbat Dominicus Soto. Disciplina quæ nunc obtinet, servanda.

VII. QUÆST. IV. *An concedenda sit Eucharistia publicis peccatoribus?* RESP. Animadvertit S. Thomas 3. *part. quæst.* 80. *art.* 6. duplici modo peccatorem dici publicum. Primum per confessionem ipsius delinquentis, per testium depositionem, & judicii publici sententiam: & is dicitur publicus *publicitate juris*. Secundò per evidentiam facti, ut sunt fœneratores, raptores, histriones, mimi, mimæ, saltatrices. Publicis peccatoribus denegandam esse Eucharistiam petentibus, fatentur omnes. Ministri enim instituti sunt dispensatores prudentes mysteriorum Dei. His dictum est Matth. 7. *Nolite sanctum dare canibus*. Peccatori publico secrete emendato denegandæ Eucharistia est, si publicè petat, usquedum publicum scandalum auferat. Peccatori occulto publicè petenti Eucharistiam, concedenda est, quando denegari nequit sine ejusdem infamia. Si occultè petat, denegari debet. Si peccatum tamen notum sit ex confessione, denegari Eucharistia non potest, & oppositam opinionem damnavit Innocentius XI. Si peccator hoc in loco publicus, alio pergat ubi sit occultus, denegari eidem Eucharistia non debet, ut opinio mihi probabilior defendit.

VIII. QUÆST. V. *Patrine Sacerdos ob metum mortis, aut notabilis suæ infamiæ administrare Eucharistiam publico peccatori?* RESP. Affirmans opinio mihi falsa est. Nam sanctum dare canibus non licet, etiam vitandæ mortis causa. Nec minus falsa est opinio docens, posse Sacerdotem peccatori occulto porrigere hostiam non consecratam. Quoniam, inquit 3. *part. quæst.* 80. *art.* 6. S. Thomas, Sacerdos ille facit *idolatræ illos qui credunt hostiam consecratam*. Non minus peccat Sacerdos qui ad evitandam infamiam peccatoris in os ejusdem simulat se immittere hostiam. Hæc mendax simulatio, sive Eucharistiæ, sive Pœnitentiæ sacrilega est, & scandali plena.

CAPUT IV.

De necessitate istius Sacramenti, ejusque effectibus.

I. DIvinum nunc mandatum paucis exponam. De fide est Sacramentum Eucharistiæ in re susceptum non esse necessarium necessitate medii, ut definivit Tridentinum *sess.* 21. *can.* 4. Disputant Theologi num saltem necessarium sit in voto necessitate medii? Negat Turnely, si sermo sit, inquit, de voto propriè dicto. Dissidium potiùs de voce est quam de re. Sententia probabilior est quam docet ex Augustino S. Thomas 3. *part. q.* 73. *quæst. art.* 3. necessariam esse Eucharistiam in voto non explicito, sed implicito. Eucharistia est finis omnium sacramentorum, quæ strictiori vinculo nos Christo conjungit, & membra ejusdem peculiari ratione nos efficit. Ergo dum quis Baptismum suscipit, votum saltem implicitum habet suscipiendi Eucharistiam.

II. QUÆST. I. *Estne Eucharistia necessaria ex*

ex præcepti Divini? RESP. Affirmant communiter omnes cum S. Thoma 3. *part. quæst.* 80. *art.* 2. probaturque Christi verbis: *Nisi manducaveritis carnem*, &c. idque definitum est à Concilio Tridentino *sess.* 13. Quod præceptum obstringit omnes adultos. Quoniam divinum mandatum absolutum est, & universale. Ergo omnes comprehendit. Urget verò hoc præceptum præsertim mortis articulo urgente. Consuetudinem deferendi Eucharistiam ad infirmos antiquissimam esse asserit Tridentinum *sess.* 13. *can.* 6.

III. QUÆST. II. *Qui paulò ante quam incideret in mortis periculum communicavit, astringiturne iterum sumere sacrum Viaticum?* RESP. Affirmat probabilior, & communior sententia. Qui tamen eodem die ex devotione communicavit, si in mortis periculum incidat, non tenetur eodem die Viaticum sumere, quia consuetudo Ecclesiæ est ut bis non sumatur Eucharistia eodem die. Si quis verò fervore successus in extrema constitutus lucta peteret sacrum Viaticum, ut securius saluti suæ consuleret; ego sanè eidem illud administrarem, licèt olim fuerim anceps.

IV. Qui semel sumpsit Viaticum, si post incidat in peccatum, non tenetur eodem, aut altero die sumere Viaticum. Si verò plures supervixerit dies, puta octo, decem, poterit eidem iterum administrari.

V. QUÆST. III. *An hoc Divinum præceptum pluries obliget?* RESP. Affirmant omnes. Regula generalis præscribi nequit. Ecclesia pro fidelium communitate statuit semel in anno esse communicandum. Quisque fidelium propriæ infirmitatis, & fervoris conscius, & prudens Confessarius, qui ejusdem conscientiam dirigit, possunt determinare istius sacræ medicinæ frequentiam.

VI. QUÆST. IV. *Obligatne hoc Divinum præceptum ut Eucharistia sumatur sub utraque specie?* RESP. Distinguenda est disciplina Ecclesiæ à præcepti obligatione. In Ecclesia Latina usque ad sæculum xii. in Græca etiamnum obtinet disciplina communicandi sub utraque specie etiam quoad laicos. Sæculo xiv. nonnulli Bohemi carpere Ecclesiæ Latinæ disciplinam ausi sunt, dictique *Calixtini*, quorum damnavit Alexander VII. n. 38. *Mandatum Tridentini fatlum Sacerdoti sacrificanti ex necessitate cum peccato mortali confitendi quam primum, est consilium, non præceptum.*

IV. QUÆST. III. *Quid dicendum de interpretatione P. Lacroix, Viva, & aliorum in præfatum Tridentini decretum?* RESP. P. Claudius Lacroix. *l.* 6. *p.* 1. *de Euch. n.* 546. §. 4. hæc scribit. „ Docent Suar. Vazq. Sayr. March. Nug. Lugo, „ Diana, Dicastil. Avver. Joan. Sanch. Gob. „ Pelliz. Leander, & in hoc conveniunt ferè om„ nes, inquit Moya .... citans valdè multos, „ *quod Sacerdos non teneatur hoc præcepto, si habens „ copiam Confessarii non sit confessus ex malitia: quia* „ licèt gravius peccet, tamen in præceptis positi„ vis non valet argumentum à minori ad majus, „ vel ad simile, uti cum communi docet Lugo .... „ Tridentinum autem loquitur de eo qui *necessita-*

Remissio pœnæ. 7. Sensuum, & appetituum compressio. 8. Immortalitatis, & resurrectionis semen. 9. Perseverantia finalis, cui vita æterna succedit.

CAPUT V.

De dispositionibus ad Eucharistiam: & de frequenti Communione. Plures quorumdam opiniones refelluntur.

I. DUplex dispositionum genus. Primum removet impedimenta, nempe peccata mortalia; alterum animam virtutibus exornat. De primo in præsens. Novatores solam fidem pro dispositione requirunt; sed horum errorem proscripsit *sess.* 13. *can.* 5. Tridentinum. Prima dispositio est mundities à culpa mortali. Qui post absolutionem recordatur se aliquod crimen perpetrasse, quod ex inculpabili oblivione non est confessus, debet ante communionem illud confiteri, ut communis, & vera sententia docet. Non desunt Theologi, & quidem magni nominis, qui requirunt immunitatem ab effectu ad peccata venialia, ut fructus Eucharistiæ percipiantur. Alii docent affectum ad venialia diminuere quidem fervorem, secus impedire Eucharistiæ fructus. Hoc dissidium excitare nos debet ad detestanda ipsa venialia crimina, cum juxta omnes charitatis fervorem diminuat.

II. QUÆST. I. *An præceptum de præmittenda confessione ab eo qui est in peccato mortali, sit divinum, vel humanum?* RESP. Humanum duntaxat esse contendunt plures. Theologi communiter divinum esse affirmant, declaratum à S. Paulo 1. *Cor.* 11. inquiente: *Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat*: & rursus: *Sancta sanctè tractanda sunt.*

III. QUÆST. II. *Quid sentiendum de interpretatione aliquorum in præceptum Tridentini confitendi quamprimum?* RESP. Si Sacerdos urgente necessitate in peccato mortali celebravit contritus, jubet Tridentinum ut *quamprimum* confiteatur. Disputare non pauci cœperunt de more, utrum præceptum hoc sit, an consilium? Consilium duntaxat esse aliqui affirmarunt; sed horum opinionem damnavit Alexander VII. n. 38. *Mandatum Tridentini fatlum Sacerdoti sacrificanti ex necessitate cum peccato mortali confitendi quam primum, est consilium, non præceptum.*

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

tiones, quas omnes ut inutiles, & arbitrarias præterco. Disputant etiam num panis confectus ex amygdalis, castaneis, & fabis, lentibus, farre, hordeo sit materia consecrationis. Et communis sententia negat. De *siligine* in utramque partem disputant. Sed distinguendum est. Si *siligo* accipiatur cum Plinio pro candidi frumenti genere, seu pro tritico selecto, tunc est materia apta consecrationi; si verò accipiatur pro *secale*, vulgò *segala*, materia inepta est, & consecrari nequit.

IV. QUÆST. III. *Utrum panis consecrandus debeat esse azymus, vel fermentatus?* RESP. Concilium Florentinum in decreto unionis hæc statuit: *Definimus in azymo, sive in fermentato pane triticeo Christi corpus veraciter effici.* Valide confici in azymo Eucharistiam, exemplo Christi Domini constat, cui accedit perpetua Ecclesiæ traditio. Valide quoque eam confici in fermentato patet, quod nunquam Ecclesia Latina reclamaverit contra ritum Ecclesiæ Græcæ in fermentato consecrantis. Nec Latini in fermentato, nec Græci in azymo consecrare debent; sed tàm Græci, quàm Latini Sacerdotes propriæ Ecclesiæ ritum servare tenentur, ut tot decreta præcipiunt, & novissimè BENEDICTUS XIV. feliciter regnans in *Const. super ritibus Græcor.* edita an. 1742. confirmavit.

V. QUÆST. IV. *An vinum de vite sit materia Eucharistiæ?* RESP. Affirmant omnes, ut patet ex textu evangelico jam adducto, & ex perenni Ecclesiæ traditione. Tantam vini quantitatem consecrare Sacerdos Ecclesiæ Latinæ debet, quantam juxta Ecclesiæ suæ consuetudinem sumere potest. Solùm ergo vinum de vite, sive album, sive nigrum, sive dulce, sive asperum, est materia consecrationis calicis. Congruum tamen est ut vinum album sit ad evitandas maculas quas vinum nigrum, seu rubrum relinquit in purificatorio, quæ indecentiam præferunt. Vinum congelatum non est materia apta, quia bibi nequit. Quarè liquefieri debet, si in calice congelatum evaderet.

VI. QUÆST. V. *Utrum aqua vino admiscenda sit in calicis consecratione?* RESP. Lutherus humanum figmentum hanc mixtionem reputavit; sed perpetua Ecclesiæ traditione constat vino admixtam semper fuisse aquam. Concilium Carthaginense III. an. 397. can. 24. Synodus Quinisexta, seu Trullana an. 692. testantur ritum hunc ab Apostolis descendisse. Accedunt omnium Patrum testimonia, & tandem Tridentinum *sess.* 22. *cap.* 4. *can.* 9. omnia anteriora decreta confirmavit. Necessaria est hæc admixtio necessitate præcepti Ecclesiastici, non sacramenti. Aqua immiscenda naturalis sit oportet. Modica quoque quantitas immiscenda est. Hanc aquam vi consecrationis converti in sanguinem Christi tenent Catholici omnes. Disputant verò Theologi num modica hæc aqua prius convertatur in vinum, & postea in sanguinem. Alii sustinent immediate converti in sanguinem. Communior sententia defendit prius converti in vinum. Et hanc secundam sententiam adoptavit Catechismus Tridentinus *part.* 2. *de Euch.* §. 17. Ratio etiam suffragatur, quia aqua nullomodo est materia partialis calicis. Et ideo ut facilior sit conversio parum aquæ immisceri præcipitur. Neutra tamen opinio ad fidem attinet.

VII. Disputant Theologi posit ne una species sine altera consecrari urgente necessitate, & ex dispensatione summi Pontificis. Affirmat Diana cum nonnullis aliis. Certum est valide unam sine altera specie consecrari posse. Sed disputatur, utrum aliquando liceat urgente necessitate id præstare? Negat 3. *part. quæst.* 74. *art.* 1. S. Thomas, cui subscribunt graviores Theologi. Et hanc doctrinam confirmare videtur Tridentinum *sess.* 22. *can.* 1. Sacramentum enim Eucharistiæ institutum est per modum convivii spiritualis, & ut sacrificium. Porro hoc sacrificium nequit una sola specie immolari, cum sit cruenti Sacrificii commemoratio, in quo Sacrificio separatus à corpore sanguis fuit.

VIII. QUÆST. VI. *Utrum hæc sola dominica verba*: Hoc est Corpus meum, *sint essentialia consecrationi panis Eucharistici?* RESP. Sententia affirmans certa est, & definita in Concilio Florentino, seu in decreto pro *Infidel. Armen.* & in Tridentino *sess.* 13. *cap.* 3. ubi statuitur, consecrationem fieri verbis Christi. Christus autem hæc verba protulit: *Hoc est Corpus meum.* Hinc consequitur verba, *qui pridie quam pateretur*, &c. non attinere ad essentiam consecrationis, quia præfata verba non sunt dominica, seu Christus illa non protulit, sed sunt Evangelistarum.

IX. QUÆST. VII. *Sola ne hæc verba*: Hic est Calix Sanguinis mei, *seu* hic est Sanguis meus, *sint de essentia consecrationis calicis? An vero etiam alia quæ sequuntur*: Novi, & æterni testamenti, mysterium fidei, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionem peccatorum, *ad essentiam consecrationis pertineant?* RESP. Disputant in utramque partem Theologi etiam Thomistæ. Probabilior mihi sententia est sola hæc verba: *Hic est Sanguis meus*, vel quod eodem recidit: *Hic est calix Sanguinis mei*, constituere formam essentialem consecrationis calicis. Sicut enim hæc sola verba: *Hoc est Corpus meum*, constituunt formam essentialem panis; ita alia præfata verba efficiunt formam essentialem calicis. Siquidem hæc sola verba exprimunt, & efficiunt conversionem vini in sanguinem; ficuti priora significant transubstantiationem panis in Corpus Christi. Hæc verba non *historicè*, ut protestantes contendunt, sed *assertivè*, & *significativè* à Sacerdote pronuntiantur.

X. Particulam *enim* non adhibuit Christus, ut contendunt nonnulli; sed adjecta fuit ab Ecclesia. Disputant auctores peccaret ne mortaliter eum qui voluntariè hanc particulam omitteret. Probabilior sententia docet peccare mortaliter eum qui voluntariè hanc particulam omitteret. Quoniam licèt in se quidem leve sit, in forma tamen sacramentali magni momenti est. Gravius peccaret qui filam particulam ex contemptu, sive formali, sive interpretativo omitteret.

CA-

CAPUT II.

Nonnullæ quæstiones quæ super reali Christi præsentia in Eucharistia excitari solent.

I. PLures sunt hæreticorum errores adversus hoc Sacramentum, à quibus cavere Catholicus debet. Missis Capharnaitis, Manichæis, Marcionitis, Phantasiastis, Messallianis, Entusiastis, qui Christi carnem negabant, primus qui malè de Eucharistia sensit sæculo ix. fuit Joannes Scotus Herigena, & sæculo xi. Berengarius, cujus doctrina proscripta fuit an. 1050. in Concilio Romano. Retractationem sui erroris obtulit Berengarius Gregorio VII. Plures in suos errores relapsus, pluries eosdem retractavit, & Catholicus obiit ann. 1088. Successere Petrobusiani, Henriciani, & Albigenses, qui de medio tollere Sacramentum Eucharistiæ tentarunt. Inter Novatores nobis proximiores primus fuit *Carlostadius*, qui an. 1524. realem Christi præsentiam negavit in Euchatistia. Huldricus *Zuinglius* Eucharistiam meram esse figuram Corporis Christi hoc eodem anno effutiit. Zuinglii doctrinam amplexus est *Bucerus*; sed ut invidiam declinaret Lutheri, qui acriter præsentiam realem propugnabat, variis linimentis eam temperare studuit.

II. Calvinus Arianis, & veteratoribus omnibus fraudulentior, modò à Bucero, quem ut magistrum colit, recedit, modo eidem, & Zuinglio adhæret, modò utrosque refellit, & ad Lutheranos declinat; nunc Ecclesiæ Catholicæ doctrinam versuto artificio propugnare se fingit; & tandem, larva posita, Catholicum dogma detestatur.

III. Errores istos Concilium Tridentinum *sess.* 13. *can.* 1. damnavit his verbis. *Si quis negaverit in sanctissimæ Eucharistiæ Sacramento contineri verè, realiter, & substantialiter corpus, & sanguinem unà cum anima, & Divinitate Domini nostri Jesu-Christi, ac proindè totum Christum, sed dixerit tantummodò esse in eo ut in signo, vel figura, aut virtute, anathema sit.* Hunc canonem ejuit Tridentinum ex perpetua Ecclesiæ traditione.

IV. Lutherus nobiscum hæresis Calvinistas postulat, quod negent veram, realem, & substantialem Christi præsentiam in Eucharistia. Contendit verò simul cum substantia Corporis Christi permanere substantiam panis. Hinc ejus gregales *Impanatores*, seu *Panista* dicti sunt. Hunc errorem damnavit *sess.* 13. *can.* 4. Tridentinum, & dogma perpetuum Ecclesiæ Catholicæ confirmavit his verbis. *Quoniam autem Christus Redemptor noster corpus suum id quod sub specie panis offerebat, verè esse dixit, ideò persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, idque nunc denuò sancta hæc Synodus declarat, per consecrationem panis, & vini, conversionem fieri totius substantiæ panis in substantiam Corporis Christi Domini nostri, & totius substantiæ vini in substantiam sanguinis ejus: quæ conversio convenienter, & propriè à Sancta Catholica Ecclesia Transubstantiatio est appellata.*

V. Paucis exposito dogmate Catholico, Tridentinum exponit modum quo Christus existit in hoc Sacramento. Vi horum verborum: *Hoc est Corpus meum*, directè ponitur Corpus Christi. Per hæc alia verba: *Hic est sanguis meus*, directè ponitur sanguis Christi. Vi autem concomitantiæ ea omnia ponuntur quæ Corpori Christi sunt unita: & quia corpus sanguini, & animæ, & Divinitati unitum est; immò corpus ipsum subsistit per subsistentiam Verbi: ideò ubi est Corpus Christi, cum eodem hæc omnia sunt. Et sic in Eucharistia per concomitantiam anima, substantia Verbi, Divinitas speciali modo in hoc Sacramento sunt, ut *sess.* 13. *c.* 3. Tridentinum perspicuè exponit.

VI. QUÆST. I. *An Christus sit totus in qualibet specierum parte?* RESP. Si partes separentur, in qualibet totum Christum existere definivit *sess.* 13. *can.* 3. Tridentinum. Disputant verò Theologi, num ante separationem hostiæ totum Christi Corpus sit in tota Hostia, & totum in qualibet parte? Affirmantem sententiam 3. *part. quæst.* 76. *art.* 6. defendit S. Thomas. Non est Corpus Christi in hoc Sacramento tanquam in loco, quia est ibi modo sacramentali. Sed modus iste fugit ingenioli nostri aciem.

VII. QUÆST. II. *An accidentia, seu species sacramentales corrumpi, & nutrire valeant?* RESPOND. Certum est remanere post consecrationem accidentia quæ afficiebant, panem, & vinum. Experientia verò contra ea corrumpi post consecrationem posse, sicut antea. Quantum temporis requiratur ad corruptionem in stomacho recipientis Sacramentum, nihil certi statui potest. Non requiri, vel horæ medietatem omnes affirmant. In uno citius, in alio tardiùs corrumpuntur. Quarè per quadrantem saltem se colligere Sacerdos debet post celebrationem in tanti Sacramenti reverentiam.

VIII. QUÆST. III. *An Christus in Eucharistia adorandus sit cultu latriæ?* RESP. Affirmant omnes Catholici, & veritas definita est *sess.* 13. *can.* 3. à Tridentino. Religiosè quoque, & sanctè custoditur in templis Eucharistia, quidquid blaterent Protestantes, sicut piè, & sanctè publicæ fidelium adorationi exponitur.

CAPUT III.

De Eucharistiæ ministro, & de illis quibus administrari debet.

I. QUÆST. I. *An solus Sacerdos sit dispensandæ Eucharistiæ minister ordinarius?* RESP. Episcopi, & Sacerdotes sunt administrandæ Eucharistiæ ministri ordinarii, ut 3. *part. quæst.* 82. *art.* 3. evincit S. Thomas, & confirmat Tridentinum *sess.* 13. *can.* 8. Ministri extraordinarii sunt Diaconi in utraque Ecclesia orientali, & occidentali. Prisci sæculi Diaconi dispensabant Calicem Sanguinis Domini, etiam sublata necessitate. Juxta præsentem Ecclesiæ disciplinam, justa dumtaxat ex causa Episcopi, &

Sa-

Eucharistiæ perceptione communicarent, quo ad eos sanctissimi hujus Sacrificii fructus uberior provenire. Utinam Christianorum mores tales essent, ut Concilii istius vota executioni mandari possent.

XVII. Laxa paradoxa in hac quoquè materia docuerunt aliqui, ut ex sequentibus thesibus proscriptis patet. Vener. Innocen. XI. sequentem damnavit n. 56. *Frequens confessio, & communio, etiam in his qui geniliter vivunt, est nota prædestinationis.*

XVIII. In aliud extremum lapsi alii sunt, quorum errorem damnavit Alexander VIII. num. 22. *Sacrilegi sunt judicandi qui jus ad communionem percipiendam prætendunt, antequam condignam de delictis suis pœnitentiam egerint.*

XIX. *Similiter arcendi sunt à sacra communione, quibus nondum inest amor Dei purissimus, & omnis mixtionis expers.*

XX. Regulas frequentis communionis præscripsit Innocentius XI in suo decreto *Cum ad aures*, quod legere poteris *tom. 8. lib. 3. diss. 1. cap. 12.* sicut & plura SS. Patrum testimonia pro plena istius rei institutione, quę legere poteris *loc. cit.* ibi invenies sacrilegarum communionum luculentissima argumenta.

DISSERTATIO IV.

De Sacrificio Missæ.

CAPUT I.

Sacrificii notio, ejusque necessitas.

I. QUÆST. I. *Quid & quotuplex sit Sacrificium?* RESP. Sacrificium in sua ampla significatione omne opus bonum comprehendit, sive interium, sive externum, quod in Dei gloriam dirigitur. Notio Sacrificii præsè accepti hæc est: *Oblatio externa, soli Deo facta, qua in recognitionem supremi ejus dominii à legitimo ministro res aliqua sensibilis, & permanens ritu mystico consecratur.* Locum generis *oblatio* tenet. Dicitur *externa*, seu sensibilis, quia est actus Religionis, qua homines una conveniunt. Convenire autem nequeunt nisi signis sensibilibus, quibus id manifestant quod animo intrinsecus gerunt. *Rei sensibilis* Sacrificium dicitur, ut distinguatur à sacrificio cordis contriti. *Soli Deo facta.* Solus quippè Deus conditor, & moderator hominum est, principium, & finis. *In recognitionem supremi dominii.* Sacrificio hoc exteriori protestatur homo Deo servitutem, & quidquid boni habet, ab eo accepisse. Primarius enim Sacrificii finis est cultus Deo exhibitus. *A legitimo ministro* oblatio immolanda est, scilicet à persona quæ ad hoc officium destinata est.

II. Sacrificium dividitur 1. ratione materiæ, quæ alia est solida, ut animal, quod offerebatur in veteri lege post partam de hoste victoriam: & ideo dicebatur *hostia*, & à victoria *victima*. Solidæ quoquè res sunt panis, sal, thus, spicæ, triticum. Alia est materia liquida, ut vinum, oleum, sanguis, aqua, quæ aliquandò offerebantur, & dicebantur *libamen*. 2. Ratione formæ tribuitur in holocaustum, in sacrificium seu hostiam pro peccato, & hostiam pacificam. Omnium sacrificiorum perfectissimum erat holocaustum, quod totum consumebatur. Sacrificium pro peccato partim consumebatur, partim cedebat in usum Sacerdotum. 3. Ratione finis dividitur in latreuticum, eucharisticum, impetratorium, & propitiatorium.

III. QUÆST. II. *An fidei dogma sit, Missam esse Sacrificium?* RESP. Variis nominibus Missa Sacrificium appellatur. 1. dicitur *Liturgia*. 2. *Synaxis* seu conjunctio fidelium cum Christo. 3. *Oblatio* quæ in expiationem peccatorum offertur. 4. *Collecta*, seu congregatio fidelis populi. 5. dicitur *Missa* à verbo *mittere*, sive quod Christus hostia sit à Deo missa nobis, sive quod ex donis à populo fideli missis Sacrificium heret, sive quia peracto sacrificio populus mittitur, Diacono canente: *Ite, missa est.*

IV. Triplici canone definivit Tridentinum *sess. 22.* Eucharistiam esse verum Sacrificium. Can. 1. *Si quis dixerit in Missa non offerri Deo verum & proprium Sacrificium &c. anathema sit.* Similia habentur *can. 3. & 4.* His tribus canonibus profligavit Tridentinum Novatorum errores. Accedit perpetua Ecclesiæ traditio, & Patrum consensus, quorum testimonia dedi *tom. 8. lib. 3. diss. 2. c. 2.*

V. QUÆST. III. *Verum essentia Sacrificii Missæ sita sit in oblatione?* RESP. Oblatio quæ præcedit consecrationem, est mera præparatio ad Sacrificium: est enim oblatio panis, & vini. Panis autem, & vinum non sunt victima Sacrificii; sed victima est ipse Christus Dominus. Oblatio quæ sacrificium consequitur, similiter ad sacrificii essentiam non pertinet, cum non sit à Christo instituta, sed ab Ecclesia, sicut & prima.

VI. Oblatio sita in consecratione constituit essentiam Sacrificii Missæ. Nam Sacrificium consistit in oblatione & immolatione victimæ sensibilis. Porrò certum est in consecratione esse veram oblationem. Siquidem Christus vi consecrationis tamquam verus agnus, & victima sistitur in altari sub speciebus panis, & vini, & in quodam statu mortis constituitur, quatenus per spiritualem verborum gladium, sub diversis, & separatis speciebus immolatur, & offertur Deo Patri. Hęc autem separatio mystica, quę vi verborum fit corporis ac sanguinis, apte repręsentat separationem cruentam sanguinis à corpore in cruce peractam.

VII. Communio Sacerdotis est pars saltem integralis Sacrificii Missæ, ut omnes fatentur. Quidam propugnant partem esse essentialem. Quoniam sacrificium Missæ est omnium perfectissimum, & holocausti rationem obtinet. Porrò sicut in holocausto tota victima consumebatur; ita in Sacrificio Missæ per communionem Sacerdotis tota victima consumitur. Sed dissidium istud parvi momenti est. Consumptio enim sacrificii de jure divino est. Quarè si Sacerdos post consecrationem moritur, alter Sacerdos etiam non jejunus consumere Sacrificium debet. Quarè consecratio essentialiter ordinatur ad consumptionem. Simillter consecratio utriusque speciei ad essentiam pertinet Sacrificii, ut omnes Theologi adfirmant. In consecratione enim fit repræsentatio passionis dominicæ. Ergo non debet corpus sine sanguine consecrari. Heinc si Sacerdos post consecrationem panis moritur, substituendus alius Sacerdos est qui inchoatum perficiat Sacrificium.

VIII. Si post consecrationem venenum deprehendatur, non debet sumi, sed debet in vasculo apto conservari, & aliud vinum consecrari, & sumi. Si animal ecciderit, debet cautè capi, lavari, & comburi, & una cum cineribus mitti in Sacrarium, ut 3. *p. q. 83. art. 6. ad 3.* S. Thomas docet.

CAPUT II.

De valore Sacrificii Missæ. Pro quibus offerri, & à quo ministro possit.

I. QUÆST. I. *Est ne infinitus valor Sacrificii Missæ?* RESP. Duplex valor: unus ex opere operato, qui ab ipso opere immediatè à Christo instituto proficiscitur; alius opere operantis, qui est effectus meriti, & dignitatis ministri. Disputant in utramque partem Theologi, sit ne infinitus valor ex opere operato: illum enim esse finitum omnes fatentur. Paucis quæstionem resolvo. Si valor spectetur absolutè, & quatenus exprimit virtutem, & sufficientiam, dubio procul est infinitus: quoniam Sacrificium Missæ idem est quantum ad sufficientiam ad Sacrificium Crucis. Modus dumtaxat offerendi diversus est. Si vero spectetur ut à Ministris offertur in actu secundo, sic limitatus est, & finitus. Quid quod ipsum Sacrificium Crucis quantum ad applicationem effectum limitatum in nobis producit, quia dispositio subjecti finita est? Si effectus Sacrificii Missæ esset infinitus, æquè prodesset omnibus, ac uni vel alteri; & una sola Missa omnes Purgatorii animas liberaret; & tamen Ecclesia nunquam cessat ab offerendis Sacrificiis pro defunctis.

II. QUÆST. II. *Qui sint effectus Sacrificii Missæ?* RESP. Concilium Tridentinum, *sess. 22. c. 2.* hæc docet. *Sacrificium Missæ non solum pro fidelium vivorum peccatis, pœnis, satisfactionibus, & aliis necessitatibus, sed & pro defunctis in Christo, nondum ad plenum purgatis, rite juxta Apostolorum traditionem offertur.* Cum Sacrificium Missæ sit propitiatorium, valet ad peccatorum veniam, & satisfactionem, ut idem Concilium *ibidem can. 3.* definivit. Per Sacrificium remittuntur peccata mediate, quatenus Deus peccatori gratias actuales largitur, quibus excitatur, & disponitur ad pœnitentiam. Justis confert augmentum gratiæ, illisque prodest ad peccatorum venialium remissionem. Hoc quoque Sacrificio impetrantur bona temporalia, quatenus istorum usus ad vitam æternam conducit. Missæ itaque Sacrificium ordinatur ad bona temporalia, non tamquam ad finem, sed tamquam ad media quorum usus ad finem viam sternit.

III. QUÆST. III. *Cui, & pro quibus Missæ Sacrificium offertur?* RESP. Soli Deo Missæ sacrificium offertur, ut Catholici omnes docent, sicut templa & altaria soli Deo eriguntur, & consecrantur, ut Tridentinum definivit *sess. 22. cap. 3.*

IV. Offerri verò Sacrificium Missæ potest pro omnibus hominibus paganis, Judæis, schismaticis, hæreticis, excommunicatis, catechumenis, maximè tamen pro fidelibus. Et hoc eruitur ex ipso S. Paulo, qui 1. *ad Tim. 2.* inquit: *Hoc bonum est, & acceptum coram Salvatore nostro Deo, qui omnes homines vult salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.* Pro omnibus passus Christus est: ergo pro omnibus offerri Sacrificium valet. Potiori tamen jure offertur pro fidelibus, qui vinculo fidei Christo conjuncti sunt. Pro damnatis non esse sactificium offerendum docent omnes. Neque pro Sanctis cum Deo regnantibus offertur sacrificium, quia nihil expiandum in ipsis est.

V. QUÆST. IV. *Utrum offerri Sacrificium possit pro animabus in Purgatorio detentis?* RESP. Adfirmant omnes Catholici, idque ex perenni Ecclesiæ traditione colligitur, & ex Scriptura sancta, præsertim ex 2. *Machabæorum cap. 12.* Et hoc Tridentinum *sess. 22. cap. 2.* definivit: *Sacrificium Missæ non solùm pro fidelium vivorum peccatis, pœnis, & satisfactionibus, & aliis necessitatibus, sed & pro defunctis rite juxta Apostolorum traditionem offerri.* Hoc idem declaravit *can. 3.* Patrum, & aliorum Conciliorum testimonia prætereo brevitatis causa.

VI. QUÆST. V. *Quisnam est minister Sacrificii Missæ?* RESP. Solos Sacerdotes esse ministros hujus Sacrificii semper docuit Ecclesia catholica, & adversus Novatores definivit *sess. 7. can. 10.* Tridentinum. *Si quis dixerit, Christianos omnes in verbo, & omnibus Sacramentis administrandis habere potestatem; anathema sit.* Et rursus *sess. 22. can. 2.* subdit: *Si quis dixerit illis verbis.* Hoc facite in meam commemorationem, *Christum non instituisse Apostolos Sacerdotes, aut non ordinasse ut ipsi, aliique Sacerdotes offerrent corpus, & sanguinem suum; anathema sit.* Christus Dominus, ut Æternus Sacerdos secundum ordinem Melchisedech, est principalis offerens. Sacerdotes offerunt ut ministri, & vicarii ejusdem Christi. Offerunt quidem ut veri Sacerdotes ad hoc ministerium ordinati, sed ministerialiter. Populus fidelis offert desiderio, voluntate, & spirituali conjunctione cum offerente.

VII. QUÆST. VI. *An Sacerdotes fatuti, hæretici, schismatici, suspensi, excommunicati, degradati valide sacrificium perficiant?* RESP. Sacerdotes peccato mortali inquinatos validè consecrare docent Catholici omnes. Cæteros quoquè recensitos validè Sacrificium perficere docent cum S. Thoma *3. p. q. 82. art. 7. ad 3.* Theologi omnes. Quoniam licèt exercitium ordinis suspendi à legitimo superiore possit; potestas tamen ordinis deleri nequit. Non licet tamen vel assistere Sacrificio, vel petere communionem à Sacerdo-

Eucharistiæ perceptione communicarent, quo ad eos sanctissimi hujus Sacrificii fructus uberior provenire. Utinam Christianorum mores tales essent, ut Concilii istius vota executioni mandari possent.

XVII. Laxa paradoxa in hac quoquè materia docuerunt aliqui, ut ex sequentibus thesibus proscriptis patet. Vener. Innocen. XI. sequentem damnavit n. 56. *Frequens confessio, & communio, etiam in his qui geniliter vivunt, est nota prædestinationis.*

XVIII. In aliud extremum lapsi alii sunt, quorum errorem damnavit Alexander VIII. num. 22. *Sacrilegi sunt judicandi qui jus ad communionem percipiendam prætendunt, antequam condignam de delictis suis pœnitentiam egerint.*

XIX. *Similiter arcendi sunt à sacra communione, quibus nondum inest amor Dei purissimus, & omnis mixtionis expers.*

XX. Regulas frequentis communionis præscripsit Innocentius XI in suo decreto *Cum ad aures*, quod legere poteris *tom. 8. lib. 3. diss. 1. cap. 12.* sicut & plura SS. Patrum testimonia pro plena istius rei institutione, quę legere poteris *loc. cit.* ibi invenies sacrilegarum communionum luculentissima argumenta.

DISSERTATIO IV.

De Sacrificio Missæ.

CAPUT I.

Sacrificii notio, ejusque necessitas.

I. QUÆST. I. *Quid & quotuplex sit Sacrificium?* RESP. Sacrificium in sua ampla significatione omne opus bonum comprehendit, sive interium, sive externum, quod in Dei gloriam dirigitur. Notio Sacrificii præsè accepti hæc est: *Oblatio externa, soli Deo facta, qua in recognitionem supremi ejus dominii à legitimo ministro res aliqua sensibilis, & permanens ritu mystico consecratur.* Locum generis *oblatio* tenet. Dicitur *externa*, seu sensibilis, quia est actus Religionis, qua homines una conveniunt. Convenire autem nequeunt nisi signis sensibilibus, quibus id manifestant quod animo intrinsecus gerunt. *Rei sensibilis* Sacrificium dicitur, ut distinguatur à sacrificio cordis contriti. *Soli Deo facta.* Solus quippè Deus conditor, & moderator hominum est, principium, & finis. *In recognitionem supremi dominii.* Sacrificio hoc exteriori protestatur homo Deo servitutem, & quidquid boni habet, ab eo accepisse. Primarius enim Sacrificii finis est cultus Deo exhibitus. *A legitimo ministro* oblatio immolanda est, scilicet à persona quæ ad hoc officium destinata est.

II. Sacrificium dividitur 1. ratione materiæ, quæ alia est solida, ut animal, quod offerebatur in veteri lege post partam de hoste victoriam: & ideo dicebatur *hostia*, & à victoria *victima*. Solidæ quoquè res sunt panis, sal, thus, spicæ, triticum. Alia est materia liquida, ut vinum, oleum, sanguis, aqua, quæ aliquandò offerebantur, & dicebantur *libamen*. 2. Ratione formæ tribuitur in holocaustum, in sacrificium seu hostiam pro peccato, & hostiam pacificam. Omnium sacrificiorum perfectissimum erat holocaustum, quod totum consumebatur. Sacrificium pro peccato partim consumebatur, partim cedebat in usum Sacerdotum. 3. Ratione finis dividitur in latreuticum, eucharisticum, impetratorium, & propitiatorium.

III. QUÆST. II. *An fidei dogma sit, Missam esse Sacrificium?* RESP. Variis nominibus Missa Sacrificium appellatur. 1. dicitur *Liturgia*. 2. *Synaxis* seu conjunctio fidelium cum Christo. 3. *Oblatio* quæ in expiationem peccatorum offertur. 4. *Collecta*, seu congregatio fidelis populi. 5. dicitur *Missa* à verbo *mittere*, sive quod Christus hostia sit à Deo missa nobis, sive quod ex donis à populo fideli missis Sacrificium heret, sive quia peracto sacrificio populus mittitur, Diacono canente: *Ite, missa est.*

IV. Triplici canone definivit Tridentinum *sess. 22.* Eucharistiam esse verum Sacrificium. Can. 1. *Si quis dixerit in Missa non offerri Deo verum & proprium Sacrificium &c. anathema sit.* Similia habentur *can. 3. & 4.* His tribus canonibus profligavit Tridentinum Novatorum errores. Accedit perpetua Ecclesiæ traditio, & Patrum consensus, quorum testimonia dedi *tom. 8. lib. 3. diss. 2. c. 2.*

V. QUÆST. III. *Verum essentia Sacrificii Missæ sita sit in oblatione?* RESP. Oblatio quæ præcedit consecrationem, est mera præparatio ad Sacrificium: est enim oblatio panis, & vini. Panis autem, & vinum non sunt victima Sacrificii; sed victima est ipse Christus Dominus. Oblatio quæ sacrificium consequitur, similiter ad sacrificii essentiam non pertinet, cum non sit à Christo instituta, sed ab Ecclesia, sicut & prima.

VI. Oblatio sita in consecratione constituit essentiam Sacrificii Missæ. Nam Sacrificium consistit in oblatione & immolatione victimæ sensibilis. Porrò certum est in consecratione esse veram oblationem. Siquidem Christus vi consecrationis tamquam verus agnus, & victima sistitur in altari sub speciebus panis, & vini, & in quodam statu mortis constituitur, quatenus per spiritualem verborum gladium, sub diversis, & separatis speciebus immolatur, & offertur Deo Patri. Hęc autem separatio mystica, quę vi verborum fit corporis ac sanguinis, apte repręsentat separationem cruentam sanguinis à corpore in cruce peractam.

VII. Communio Sacerdotis est pars saltem integralis Sacrificii Missæ, ut omnes fatentur. Quidam propugnant partem esse essentialem. Quoniam sacrificium Missæ est omnium perfectissimum, & holocausti rationem obtinet. Porrò sicut in holocausto tota victima consumebatur; ita in Sacrificio Missæ per communionem Sacerdotis tota victima consumitur. Sed dissidium istud parvi momenti est. Consumptio enim sacrificii de jure divino est. Quarè si Sacerdos post consecrationem moritur, alter Sacerdos etiam non jejunus consumere Sacrificium debet. Quarè consecratio essentialiter ordinatur ad consumptionem. Simillter consecratio utriusque speciei ad essentiam pertinet Sacrificii, ut omnes Theologi adfirmant. In consecratione enim fit repræsentatio passionis dominicæ. Ergo non debet corpus sine sanguine consecrari. Heinc si Sacerdos post consecrationem panis moritur, substituendus alius Sacerdos est qui inchoatum perficiat Sacrificium.

VIII. Si post consecrationem venenum deprehendatur, non debet sumi, sed debet in vasculo apto conservari, & aliud vinum consecrari, & sumi. Si animal ecciderit, debet cautè capi, lavari, & comburi, & una cum cineribus mitti in Sacrarium, ut 3. *p. q. 83. art. 6. ad 3.* S. Thomas docet.

CAPUT II.

De valore Sacrificii Missæ. Pro quibus offerri, & à quo ministro possit.

I. QUÆST. I. *Est ne infinitus valor Sacrificii Missæ?* RESP. Duplex valor: unus ex opere operato, qui ab ipso opere immediatè à Christo instituto proficiscitur; alius opere operantis, qui est effectus meriti, & dignitatis ministri. Disputant in utramque partem Theologi, sit ne infinitus valor ex opere operato: illum enim esse finitum omnes fatentur. Paucis quæstionem resolvo. Si valor spectetur absolutè, & quatenus exprimit virtutem, & sufficientiam, dubio procul est infinitus: quoniam Sacrificium Missæ idem est quantum ad sufficientiam ad Sacrificium Crucis. Modus dumtaxat offerendi diversus est. Si vero spectetur ut à Ministris offertur in actu secundo, sic limitatus est, & finitus. Quid quod ipsum Sacrificium Crucis quantum ad applicationem effectum limitatum in nobis producit, quia dispositio subjecti finita est? Si effectus Sacrificii Missæ esset infinitus, æquè prodesset omnibus, ac uni vel alteri; & una sola Missa omnes Purgatorii animas liberaret; & tamen Ecclesia nunquam cessat ab offerendis Sacrificiis pro defunctis.

II. QUÆST. II. *Qui sint effectus Sacrificii Missæ?* RESP. Concilium Tridentinum, *sess. 22. c. 2.* hæc docet. *Sacrificium Missæ non solum pro fidelium vivorum peccatis, pœnis, satisfactionibus, & aliis necessitatibus, sed & pro defunctis in Christo, nondum ad plenum purgatis, rite juxta Apostolorum traditionem offertur.* Cum Sacrificium Missæ sit propitiatorium, valet ad peccatorum veniam, & satisfactionem, ut idem Concilium *ibidem can. 3.* definivit. Per Sacrificium remittuntur peccata mediate, quatenus Deus peccatori gratias actuales largitur, quibus excitatur, & disponitur ad pœnitentiam. Justis confert augmentum gratiæ, illisque prodest ad peccatorum venialium remissionem. Hoc quoque Sacrificio impetrantur bona temporalia, quatenus istorum usus ad vitam æternam conducit. Missæ itaque Sacrificium ordinatur ad bona temporalia, non tamquam ad finem, sed tamquam ad media quorum usus ad finem viam sternit.

III. QUÆST. III. *Cui, & pro quibus Missæ Sacrificium offertur?* RESP. Soli Deo Missæ sacrificium offertur, ut Catholici omnes docent, sicut templa & altaria soli Deo eriguntur, & consecrantur, ut Tridentinum definivit *sess. 22. cap. 3.*

IV. Offerri verò Sacrificium Missæ potest pro omnibus hominibus paganis, Judæis, schismaticis, hæreticis, excommunicatis, catechumenis, maximè tamen pro fidelibus. Et hoc eruitur ex ipso S. Paulo, qui 1. *ad Tim. 2.* inquit: *Hoc bonum est, & acceptum coram Salvatore nostro Deo, qui omnes homines vult salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.* Pro omnibus passus Christus est: ergo pro omnibus offerri Sacrificium valet. Potiori tamen jure offertur pro fidelibus, qui vinculo fidei Christo conjuncti sunt. Pro damnatis non esse sactificium offerendum docent omnes. Neque pro Sanctis cum Deo regnantibus offertur sacrificium, quia nihil expiandum in ipsis est.

V. QUÆST. IV. *Utrum offerri Sacrificium possit pro animabus in Purgatorio detentis?* RESP. Adfirmant omnes Catholici, idque ex perenni Ecclesiæ traditione colligitur, & ex Scriptura sancta, præsertim ex 2. *Machabæorum cap. 12.* Et hoc Tridentinum *sess. 22. cap. 2.* definivit: *Sacrificium Missæ non solùm pro fidelium vivorum peccatis, pœnis, & satisfactionibus, & aliis necessitatibus, sed & pro defunctis rite juxta Apostolorum traditionem offerri.* Hoc idem declaravit *can. 3.* Patrum, & aliorum Conciliorum testimonia prætereo brevitatis causa.

VI. QUÆST. V. *Quisnam est minister Sacrificii Missæ?* RESP. Solos Sacerdotes esse ministros hujus Sacrificii semper docuit Ecclesia catholica, & adversus Novatores definivit *sess. 7. can. 10.* Tridentinum. *Si quis dixerit, Christianos omnes in verbo, & omnibus Sacramentis administrandis habere potestatem; anathema sit.* Et rursus *sess. 22. can. 2.* subdit: *Si quis dixerit illis verbis.* Hoc facite in meam commemorationem, *Christum non instituisse Apostolos Sacerdotes, aut non ordinasse ut ipsi, aliique Sacerdotes offerrent corpus, & sanguinem suum; anathema sit.* Christus Dominus, ut Æternus Sacerdos secundum ordinem Melchisedech, est principalis offerens. Sacerdotes offerunt ut ministri, & vicarii ejusdem Christi. Offerunt quidem ut veri Sacerdotes ad hoc ministerium ordinati, sed ministerialiter. Populus fidelis offert desiderio, voluntate, & spirituali conjunctione cum offerente.

VII. QUÆST. VI. *An Sacerdotes fatuti, hæretici, schismatici, suspensi, excommunicati, degradati valide sacrificium perficiant?* RESP. Sacerdotes peccato mortali inquinatos validè consecrare docent Catholici omnes. Cæteros quoquè recensitos validè Sacrificium perficere docent cum S. Thoma *3. p. q. 82. art. 7. ad 3.* Theologi omnes. Quoniam licèt exercitium ordinis suspendi à legitimo superiore possit; potestas tamen ordinis deleri nequit. Non licet tamen vel assistere Sacrificio, vel petere communionem à Sacerdo-

tibus excommunicatis, suspensis, degradatis, hæreticis, vel schismaticis.

VIII. Licitæ sunt Missæ privatæ, in quibus soli communicant Sacerdotes, ut definivit *sess. 22. cap. 6.* Concilium Tridentinum adversus Novatores.

CAPUT III.

De Eleemosynis pro Missis celebrandis.

I. SApientissimum Pontifex BENEDICTUS XIV. hoc argumentum pleno in lumine posuit tum in *tract. de Sacrif. Missæ*, tum in opere *de Synodo*. Decreta integra retuli *tom. 8. lib. 3. diff. 2. c. 6.* summorum Pontificum, & *Sac. Cong. Concil. Trid.* hoc de argumento, quæ ibi videre poteris. Nunc quasdam quæstiunculas resolvam.

II. QUÆST. I. *A quo taxanda est eleemosyna conferenda Sacerdoti Missam celebranti?* RESP. Ab Episcopo, ut Congregatio Concilii determinavit, cum non possit regula generalis præscribi. Si Sacerdos plus eleemosynæ, quam taxatio Episcopi præscribat, exigat, non modo Ecclesiæ legem, sed ipsam justitiam commutantem lædit. Nec requiritur, ut docent Theologi omnes, ut eleemosyna sufficiat pro integra unius diei sustentatione, quia actio Sacrificii non requirit totum diem, sed horæ mediotatem. Quare Sacerdotes sæculares non promoventur ad sacros Ordines absque titulo vel patrimonii, vel beneficii.

III. QUÆST. II. *An liceat Sacerdoti diviti eleemosynam accipere, ut Missam celebret?* RESP. Si consulantur plures antiqui canones, concedere videntur eleemosynam Sacerdoti celebraturo propter sustentationem; verum consuetudo universalis Ecclesiæ, cui standum semper est, omnibus Sacerdotibus indiscriminatim eleemosynam pro Missa celebranda permittit. Quæ consuetudo Scriptura sancta nixa est, inquit quippe *cap. 10.* S. Lucas: *Dignus est enim operarius mercede sua*: & 1. Cor. 9. S. Paulus: *Nescitis, quoniam qui in Sacrario operantur, quæ de Sacrario sunt edunt: & qui altari deserviunt, cum altari participant?* Legatur integrum Apostoli caput. Quod Sacerdotes divites, aut pauperes sint, ad hoc quod attinet, per accidens est. Qui servit altari, de altari vivat.

IV. QUÆST. III. *Quinam Sacerdotes in celebrando suspicionem simoniæ prębeant?* RESP. Qui eleemosyna deficiente à celebrando desistunt. Inquit enim auctor opuscul. de *Offic. Sacerd. cap. 1.* S. Thomæ olim tributi: *Non potest tamen Sacerdos illa intentione celebrare, ut ex hoc pecuniam consequatur, quia peccaret mortaliter.* Facillimè sibi blandiuntur plures, & variis fucare prætextibus hanc intentionem student. Sed consulant Sacerdotes fervorem, & profectum quem ex celebratione capiunt, & hic, quandò mentiri sibi nolunt, colligent num principaliter celebrent ob finem Sacrificii, an ob panem lucrandum.

V. QUÆST. IV. *Utrum Sacerdos possit per alium celebrare, retenta sibi parte stipendii accepti?* RESP. Adfirmant plures, quorum opinionem damnavit Alexander VII. n. 9. *Post decretum Urbani potest Sacerdos cui Missæ celebrandæ traduntur, per alium satisfacere, collato illi minori stipendio, alia parte stipendii sibi retenta.* P. Viva in hac *prop. 9. num. 8.* refert laxam opinionem Bordonii asserentis non peccare contra justitiam, sed solùm contra obedientiam debitam Pontifici Sacerdotem præfatum: in quam opinionem hoc probabiliticum judicium profert P. Viva: *Quamvis hoc non careat sua probabilitate, videtur tamen probabilius*, &c. Si sua non caret probabilitate hæc opinio; ergo vi Probabilissimi executioni demandari potest.

VI. P. Tamburinus *lib. 3. Meth. Miss. cel. c. 1. §. 1. n. 15.* inquit: „ Si quis, cum sit procurator, ut centum, v. gr. Missæ celebrentur, quæ „ Missæ in hac urbe solent dici, v. g. *pro ducentis „ justis*: si quis, inquam, per industriam suam „ mittat, seu eat ad aliam urbem, ubi intra „ expostulatum tempus dicantur pro *centum justis*, puto non esse *improbabile* posse talem procuratorem *retinere* sibi alios centum. Ratio est, „ quia sumi potest paritas à servo qui per extraordinariam industriam (nam ad ordinariam, & „ moralem obligatur ex ipso famulatu) per suum „ laborem emit res minoris quam valeant communiter in foro: potest enim retinere quod supereret, utpotè fructum suæ industriæ. *Pari ergo „ modo in casu nostro.*“ Lepidissima comparatio profani famulatus cum procuratoribus quibus celebrandarum Missarum cura demandata est. Omnia per *probabile*, & per *non probabile* licita fiunt. Sordidissimus quæstus in ipsa Missarum celebratione insinuatur. Vir christianus vix talia cogitaret, nisi scripta illa offenderet. Famuli locarunt operas suas dominò. Quarè vix contingere, aut saltem rarò potest ut extraordinaria industria lucrari sibi valeant, cum tempus impendendum in industria extraordinaria venditum domino sit. Sed gratis concesso famuli lucro, id extendere ad procuratores Missarum à veritate, & honestate abhorrere videtur.

VII. P. Dominicus Viva in *Tract. in prop. 9. Alex. VII. n. 8.* inquit: „ Si Collectores eleemosynarum pro Missis sint Sacerdotes, & non „ tradantur iis Missę celebrandæ, sed se habeant ut „ laici qui curant Missarum celebrationem, potuerunt ex Nav. Cord. Tambur. *probabiliter* contra Pelizz. Soto l. 9. de Just. q. 3. moderatam „ pro labore mercedem *ex datis pro Missa* suscipere, cum id videatur licitum jure naturæ.“ Papæ! jus naturæ permittit ut de oblationibus collatis à fidelibus pro sacrosancto Missæ Sacrificio celebrando, mercedem accipiant Sacerdotes, dummodò in colligendis eleemosynis se habeant ut laici, non ut Sacerdotes? Ambarum opinionum *Tamburini*, & *Vivæ* praxim prohibuit BENEDICTUS XIV. in sua *Constitutione 22.* cujus initium *Quanta cura*; ubi inter alia hæc habentur. *Prohibentur mercimonia super eleemosyna Missarum; hoc est, qui eleemosynas colligunt in iis locis in quibus stipendia, sive eleemosynę pro Missis sunt pretii majoris, Missas verò celebrare curant in locis in quibus pro minori pretio celebrari solent; si laici sint, excommunicationem; si verò clerici, vel Sacerdotes, suspensionem à solo Romano Pontifice absolvendam incurrant.* Vide quæ idem Pontifex scribit *lib. 3. de Synodo. c. 8. n. 9. & c. 9. n. 2.*

VIII. Beneficiarius, quandò per alium celebrare cogitur, licitè præbere valet consuetam eleemosynam, tamotsi ex beneficio majorem ille percipiat, ut sacra Congregatio determinavit. In Missis itaque quas Manuales vocant, vetitum est celebrare per alios, collato minori stipendio quam acceptum sit. Dum quis Sacerdoti singulari probitate instructo Missam celebrandam committit, collato majori stipendio, is celebrare per alium non debet, etiam collato integro stipendio. Plures alias quæstiunculas excitant hic aliqui quæ mercimonium redolent, & faltidium ingerunt.

IX. Sacerdos, qui exigua stipendia accipit à pluribus, singulis Missam promittens, nequit una sola Missa satisfacere. P. Viva *quæst. 5. art. ult. n. 9.* inquit: „ Verum Trullench. & Tamburinus „ *lib. 3. cap. 1. §. 3.* probabilem putant sententiam Suarez docentis, eo in casu posse id concedi Sacerdoti pauperi, quandò paupertate coactus contentur.“ Hæc opinio improbata est *cap. 14. decr. Sacr. Congreg.* Pluta ex Tamburino, aliisque Probabilistis congerit P. Viva, ut ostendat sententiæ Suarez non opponi decretum *sacræ Congregat.* sed *num. 10.* fatetur cum Lugo, decreto Congreg. prohiberi ne sententia P. Suarez ad praxim reducatur. Et tandem præter morem concludit, *Censo tertiò sententiam Suarez esse falsam.*

X. QUÆST. V. *An Sacerdos possit accipere duplex stipendium, alterum pro officiatura, ut dicitur, in Ecclesia designata, alterum pro applicatione?* RESP. Adfirmant Lugo, & Tamburinus, dummodo constet unum voluisse solam præsentiam, alterum solam applicationem. P. Lacroix refert pro hac opinione Suarez, Vazquez, Pasqualigum, Averiam, aliosque; & ipse more suo nihil profert.

XI. Pontifex Summus BENEDICTUS XIV. *tom. 3. not. 15.* refert decretum sacræ Congregationis Concilii die 9. Jan. & 6. Febr. anno 1627. quod hæc continet. *An Sacerdotes qui nulla alia obligatione in Confraternitatibus, vel Monasteriis Monialium celebrant, quam pro venia Ecclesiæ, vel ut Confratres, vel Moniales satisfaciant præcepto audiendi Missam, possint ultra stipendium, quod recipiunt à Confraternitatibus, vel Monialibus, aliud stipendium accipere? Sacra Concilii Congregatio 9. Januarii, & 6. Februarii an. 1627. in Tragurien. respondit, non posse.*

XII. Nequit Sacerdos duplex stipendium accipere, unum pro fructu impetrationis Missæ, aliud pro fructu satisfactionis, quidquid in oppositum nonnulli olim commenti fuerint. Qui stipendium accepit pro Missa celebranda ubi, & quando voluerit, & deindè eum toget aliquis, ut certo loco, vel tempore celebret, poterit ne pro tali obligatione aliquid accipere? Sunt qui adfirment: mihi videntur ejusmodi subtilia commenta turpis mercimonii fuligine tincta esse. Similiter mihi non probatur opinio P. Lacroix *lib. 6. part. 2. n. 141.* quam ex P. Gobat refert his verbis: *Si tamen conveniat de fructu spiritualissimo, aut alia parte fructus non periti applicanda tertio, ut ei profit quantum potest, posse aliquid ideò sumi notat Gobat num. 52. dummodò admoneant dantem de insertitudine, an ei profit talis applicatio.* Ejusmodi distinctiones in re gravissima mihi non probantur.

XIII. QUÆST. VI. *Potestne unica Missa pluribus obligationibus satisfieri?* RESP. Quamvis Urbanus VIII. Pontifex Summus hoc prohibuerit, non propterea defuere qui oppositum propugnaverint. Istorum opinionem proscripsit Alexander VII. in hac 10. thesi. *Non est contra justitiam pro pluribus sacrificiis stipendium accipere, & sacrificium unum offerre. Neque enim est contra fidelitatem, etiamsi promittam, promissione etiam juramento firmata, dari stipendium, quod pro nullo alio offeram.* Animadvertat Lector, hanc thesim propugnatam, & excogitatam fuisse à quibusdam Catholicis, & recogitet serio quid expectari ab istis possit in rebus controversis, si contra veritatem adeo luculentam talia scribere potuerunt. Promisisti, juraisti pro nullo alio te sacrificaturum fore, & nihilominus sacrificas, nec peccas ne contra quidem fidelitatem? Talia ne Socrates, Plato, Cicero, Seneca, Plutarcus scripserunt unquam?

XIV. Quandò quis stipendia pro Missis celebrandis accepit, non debet diu differre celebrationem. Diana, Lugo, Pasqualigus docent differri non posse ultra tres menses. Urbanus VIII. vertat in suo decreto ne plures Missas acceptentur, quam quæ *intra modicum tempus* celebrari valeant. Tempus autem trium mensium non videtur modicum. Definiri quantitas temporis nequit; sed circumstantiæ, & præsertim voluntates offerentium, & necessitates pro quibus levandis Missæ præscribuntur, attendendæ sunt. Qui celebare Missas pro quibus stipendia accepit, non potest, id præstare debet quod valet. Admonere offerentes, si circumstantię permittunt, debet, ut Missas celebrari curent. At fama lęditur. Heu miser! famam tuam iniquis actionibus, quæ Christi Sacerdotem dedecent, prodigis; & dum satisfaciendum Deo, & proximo est, famam jactas?

XV. Qui vovit sacrificium offerre pro gratiarum actione, non potest stipendium accipere, quia præsumitur hanc habuisse intentionem. Qui accepit stipendium ut celebret Missam *de Requiem* graviter non peccat, si aliam Missam celebret; servanda tamen quando Rubricæ permittunt, fides offerenti, & monendus est talem Missam celebrari non posse. Anticipata Missarum celebratio, scilicèt ut Missa celebranda crastino die, celebretur hodiè, cum sit in offerentis commodum, culpa caret, nisi alia sit offerentis intentio. Qui celebrare tenetur omni die; semel in hebdomada reverentiæ causa omittere valet; nequit tamen stipendium accipere, & celebrare pro alio. Qui ex onere Capellaniæ celebrare astringitur quotidiè, si ob flagitia pollutionis, fornicationis, ebrietatis, &c. à Confessario suspenditur, utpotè indignus, per alium Sacerdotem implere onus suum debet.

XVI. Quando testator Capellaniæ non præstitit numerum Missarum, confulendus Episcopus est. Si Cappellanus ægrotet, per duos circiter menses à celebrando per alium communiter auctores liberant. Verum ut ab omni dubio eximantur Sacerdotes, consulendæ sunt cujusque Diœcesis leges Synodales, vel probatæ consuetudines. Nimis laxa est opinio quę omni tempore quo ęgrotat Cappellanus, cum liberat ab onere celebrandi. Qui laborat caduco morbo, abstinere à celebratione debet. Si raro cadat, consulatur Episcopus, qui spectatis omnibus decidat.

XVII. Intentio applicandi Missam pro assentibus requiritur. Non sufficit habitualis, quidquid dicant aliqui, nec necessaria est actualis, sed sufficit virtualis. Nec licita, nec valida est applicatio Missæ pro illo quem Deus novit primo daturum stipendium, atque Lacroix ex Bassæo Clementem VIII. id prohibuisse, quod decretum ego non vidi.

XVIII. Reductionem Missarum pleno in lumine posuit BENEDICTUS XIV. *lib. 5. de Syn. c. 10.* ubi post multa indicata Pontificum decreta, concludit: „ Attamen post Urbanum VIII. „ alii Romani Pontifices, videlicet Alexander VII. „ Clemens X. Clemens XI. Innocentius XIII. & „ Benedictus XIII. fere omnibus religiosis Institutis concesserunt privilegium, ut Superiores „ generales, adhibito maturo consilio, ac non „ nullis servatis regulis, in eorumdem privilegiorum litteris expressis, possent in sua quisque Religione onera Missarum, antea relicta, „ & acceptata, moderari: eodemque facultas à „ san. mem. Benedicto XIII. facta fuit omnibus „ Episcopis, qui per se, vel per suos procuratores interfuerunt Concilio Romano, habito „ 1725. uti videre est *in eodem Concilii tit. 13. cap. 8.*

XIX. QUÆST. VII. *Quibus diebus animarum curam gerentes applicare Missam pro commisso sibi grege debent?* RESP. Variæ de hac re olim inter auctores disputationes fuere. Eas omnes abstulit doctissimus Pontifex BENEDICTUS XIV. feliciter regnans in sua epistola encyclica super Missa parochiali, & conventuali; cujus initium est: *Cum semper oblatas*, data an. 1744. Integram epistolam retuli, *tom. 8. l. 3. diff. 2. c. 6.* Nunc pauca verba transcribo. *Opportunum censemus Fraternitatibus vestris declarare, nobis abunde satisfactum fuit, vobisque prorsus satis esse posse, dum ii qui animarum curam exercent, sacrificium Missæ pro populo celebrent, atque applicent in Dominicis, aliisque per annum diebus festis de præcepto.* Lege integram epistolam, in qua salubertima pro Parochis documenta invenies. Rejiciuntur quoque excusationes illorum pastorum, qui applicare dictis diebus Sacrificium pro grege sibi commisso, omittebant ob tenuitatem reditum.

XX. QUÆST. VIII. *Qua hora celebrare licet?* RESP. Ab aurora usque ad meridiem, ut communis sententia docet. Varię occurrere causæ possunt anticipandi, vel protrahendi per horam hanc celebrationem. Qui sine causa legem præscripti temporis violat, peccat. Raro graviter peccari in hac materia existimo ob varias locorum consuetudines.

XXI. QUÆST. IX. *Quandonam licet pluries eodem die celebrare?* RESP. Olim pluries Sacerdotes celebrabant. In præsens solum die Nativitatis Domini concessum est tres missas celebrare. Nemo tamen ad tres celebrandas astringitur. Plures assignari casus solent in quibus liceat Missas licent. Si Parochus habeat plures Parochias, & nisi plures celebret Missas, aliqua Parochia Missa careat, tunc, inquiunt, *binare* potest. Verum ætate nostra, in qua Sacerdotum copia ubertima est, vix occurrit hæc necessitas.

XXII. QUÆST. X. *Quo in loco celebrandum est?* RESP. In Ecclesia vel consecrata, vel saltem benedicta ab Episcopo, & ad Altare aut consecratum, aut in quo sit petra consecrata. Episcopus facultatem impertire valet celebrandi extra Ecclesiam in aliquo honesto loco ob justam causam. Episcopus in itinere valet celebrare in Altari portatili tum in propria, tum in aliena Diœcesi. Qua de re decretum edidit Clemens XI. an. 1705. quod integrum retuli *tom. 8. lib. 3. diff. 2. c. 7.* In navi quoque celebrare licitum est, dummodo absit periculum sanguinis effundendi.

XXIII. QUÆST. XI. *Quid de Oratoriis privatis dicendum?* RESP. Concilium Tridentinum *sess. 22. de Celeb. Miss.* prohibet ne Episcopi permittant in domibus privatis celebrari. P. Lacroix, *lib. 6. p. 2. n. 267.* narrat Episcopos potestatem exercere concedendi oratoria privata. In Italia à solo Summo Pontifice hæc facultas erigendi Oratoria in domibus sæcularium conceditur.

XXIV. In ejusmodi Oratoriis vetitum est celebrare in festis Nativitatis Domini, Epiphaniæ, Paschatis, Pentecostes, Annuntiationis, Assumptionis, Apostolorum Petri, & Pauli, & omnium Sanctorum, nisi aliter exprimatur in privilegio.

XXV. Satisfaciunt præcepto audiendæ Missæ die festo in his privatis Oratoriis omnes qui habitant in domo privilegiati, ut pater, mater, nurus, gener, uxor, filii, filiæ, nepotes, pronepotes, & alii per lineam rectam descendentes, & manentes sub regimine privilegiati: verbo uno, illi omnes, & soli qui in privilegio sunt expressi. Optandum esset ut Christiani hoc incommodum sustinerent invisendi supremum Dominum in illius domo. Non pauci hæc privilegia extorquent otii, & torporis causa.

XXVI. Probabilitæ plures Azorius, Castropalaus, Pellizarius, Batembum, Burghaber, Gobat, quos refert P. Lacroix, *lib. 3. p. 2. num. 628.* docent, satisfacere præcepto audiendæ Missæ diei festi etiam illos qui non sunt de familia in ejusmodi privatis Oratoriis, eorumque opinionem *probabilem* vocat ipse Lacroix. Sed hæc opinio non probabilis, sed penitus falsa est, eamque improbat Pontifex his verbis contentis in Bulla: *Volumus autem ut illi qui non sunt de familia, non censeantur liberi ab obligatione audiendi Missam in Ecclesia.* Plura alia interpretamenta prętermitto.

XXVII. QUÆST. XII. *Quid dicendum de Ecclesiæ consecratione, ejusdemque pollutione?* RESP. Benedici à simplici Sacerdote Ecclesia potest ex commissione Episcopi, consecrari à solo Episcopo potest. Summus Pontifex committere simplici Sacerdoti potest ut Ecclesiam consecret.

XXVIII. Polluitur Ecclesia. 1. Propter homicidium in ea patratum etiam sine effusione sanguinis, aut si vulnus sit ita lætale ut ibi, vel alibi mors sequi debeat. 2. Per sanguinis, aut seminis publicam effusionem mortaliter malam, atque adeo per sacrilegum actum conjugalem. 3. Per sepulturam excommunicati vitandi, vel infidelis. 4. Per destructionem Ecclesiæ, aut demolitionem majoris partis.

XXIX. Altare sacrificio aptum debet esse à proprio Episcopo consecratum, fixum, vel portatile. Ejusdem enormis fractio reddit illud exsecratum. Si lapis frangatur in partes duas, quarum quælibet apta sit sustinere calicem, patenam, & hostiam, utraque pro ara deservire valet.

XXX. QUÆST. XIII. *An Sacerdos teneatur Missam offerre?* RESP. Omnes fideles præcepto naturali, divino, & Ecclesiastico per publicos Ministros astringuntur Deo Sacrificium offerre. Ergo eodem jure Sacerdotes astringuntur, cum hæc duo reciproca sint. Vide *tom. 8. lib. 3. diff. 2. cap. 8.* Cajetanus in 3. *p. q. 82. art. 10.* docuit *venialiter* dumtaxat peccare Sacerdotes qui rarò, aut nunquam sacris operantur. Hanc opinionem ut falsam, & laxam S. Pius V. expunxit è commentariis Cajetani mandavit.

XXXI. Parochi, & omnes curam animarum habentes tenentur per seipsos, & si fuerint impediti, per alios totiès celebrare quotiès fideles assistere Missæ astringuntur. Neque heinc colligas solis diebus festis celebrare istos debere: nam cum pastores sint, sin quotidiè, frequenter tamen celebrare tenentur, ut exemplo suo oves alliciant ad divinum pavulum suscipiendum. Cæteri Sacerdotes diebus saltem dominicis, & cæteris festis celebrare debent, ut Concilium Tridentinum *sess. 23. cap. 14.* præscribit. Cæteris diebus plus, & minus juxta majorem, aut minorem fervorem celebrent. Quamvis olim, absque Ministro celebrarent persecutionis tempore Sacerdotes, cessante tamen persecutione, opposita disciplina semper obtinuit celebrandi cum Ministro. Idcircò de S. Sixto dixit S. Laurentius: *Tu nunquam sine Ministro sacrificium offerre consuevera.*

CAPUT IV.

De ritu, seu cæremoniis, & rubricis, quibus celebrari Missa debet.

I. QUÆST. I. *Quotuplex est cæremoniarum Missæ genus?* RESP. Duplex. Alię cæremoniæ præcedunt, quę spectant locum, tempus, & personam; aliæ commitantur, suntque ipsius Liturgiæ sacræ partes. Nomine loci intelliguntur templa, altaria, vasa sacra, lumina. Tempus indicat horam celebrandi. Ad personam attinent vestes sacræ, suntque sex; amictus, alba, cingulum, manipulus, stola, casula seu planeta, quarum usus antiquissimus est. Vestes istæ benedictæ sint oportet.

II. Sublato urgentis necessitatis casu nunquam licitum est absque sacris vestibus celebrare. Dum sacræ vestes induuntur, devotè recitandæ sunt præscriptæ preces.

III. Necessaria sunt vasa sacra ad licitam Missæ celebrationem, nempè calix, & patena ab Episcopo consecrata. Necessaria quoquè sunt linteamina, nempè corporale, palla, & purificatorium, similiter à Superiore benedicta. Corporale, & palla linea esse debent alba, & nitida. Mappæ super Altare tres sint oportet, & crux in medio altaris, quæ imaginem Crucifixi præferat non pictam, sed sculptam. Sacra vasa tangi à laicis nequeunt. Requiritur prętereà velum cum burſa, quæ tangi ab omnibus possunt. Hostia consecranda apud Latinos debet esse figuræ orbicularis tam magna, quam parva. Græci utuntur hostia quadrangularis figuræ. Nemo memoriæ fidens absque Missali celebrare debet. Si Missale desit, sat est ut Missam scriptam habeat.

IV. Sacerdotes veste talari ad Ecclesiam pergere debent. Non audent, inquit BENEDICTUS XIV. *tom. 2. Notif. 14.* se ante Magnates absque veste talari sistere, & postèa illos non pudet domo discedere veste breviore indutos, & cum ea templum Domini celebraturi accedere? Vide *tom. 8. lib. 3. diff. 2. cap. 9.* De capillitio, vulgò *pelucca*, plura dicenda forent. Paucis dicam nudato capite celebrare Sacerdotes debere. Aliqui docent aliqualem causam sufficere ut Sacerdotes tecto capite celebrent. Hoc vetat Urbanus VIII. in Missali reformato. Capillitium expressè vetuit Innocentius XI. litteris encyclicis datis ad Sedis Apostolicæ Nuncios an. 1689. quas refert P. Lacroix *lib. 6. p. 2. num. 401.* qui subdit tamen: „ Non „ obstantibus illis, videmus quotidiè Sacerdotes „ celebrantes in capillitio ficto, qui putant se „ per hoc satisfacere conscientiæ, si ita celebrent, „ habito judicio unius, vel alterius prudentis „ Medici, quod aliter non possint absque peri„ culo gravis incommodi. “ Nec P. Lacroix contra tantam corruptelam quidquam hiscit. Videmus quoque quotidiè Sacerdotes plures Missam præcipitantes celebrare, aut potius profanare indignis gesticulationibus, lingua balbutienti, & celerrima legere, & plura alia absurda quotidiè conspicimus. Quid Medici obtruduntur in scenam? Mutata ne est ætate nostra natura Sacerdotum divitum, & nobilium, ut fictis capillitiis egeant? Antequam capillitia hæc, quę antiqua sanè non sunt, introducerentur, celebrabant Sacerdotes nobiles, & divites: celebrant hodiè Sacerdotes plebeji, & mediocris conditionis. Qui celebrare, nisi sint comati, nequeunt, abstineant á celebratione. Disciplinæ ecclesiasticæ ritus, non adulantium Medicorum vana axiomata in Missa celebranda consuli debent.

V. QUÆST. II. *Quot in partes Missa tribuitur?* RESP. Quatuor in partes tribuitur. 1. Ab initio usque ad offertorium, & dicitur Missa catechumenorum. 2. Ab offertorio usque ad con-

secrationem. 3. A consecratione usque ad communionem. 4. A communione usque ad finem.

VI. QUÆST. III. *Est ne peccatum mortale negligere rubricas in Missa celebranda?* RESP. Sententia affirmans communis est, nisi materiæ parvitas excuset. Quoniam gravi præcepto à Summis Pontificibus, & præsertim à S. Pio V. illarum observantia jubetur. Duplex rubricarum genus, Aliæ *præceptivæ*, aliæ *directivæ* appellantur. Præceptivæ dicuntur quæ jubent ut celebretur in loco sacro, in ara, in vasibus, & vestibus sacris, in materia, & forma præscriptis, jejunio præcedente, & alia plura. Directivæ dicuntur quæ juxta communem Theologorum sensum non obligant sub mortali; ut orare ante & post Missam, numerus collectarum, & alia id genus.

VII. QUÆST. IV. *Qui omitteret aliquam Missæ partem, peccaretne mortaliter?* RESP. Missæ partes ordinariæ sunt confessio, introitus, *Dominus vobiscum*, collecta, epistola, evangelium, offertorium, præfatio, canon integer, &c. Non ordinariæ sunt *Gloria in excelsis*, &c. orationum numerus, *Credo*, pluralitas epistolarum, &c. Qui omittit deliberatè partem notabilem canonis, peccat mortaliter. Qui omitteret materiam levem, etiam canonis, puta nomen unius Sancti, peccaret venialiter. Qui tamen aliquid deliberatè in canone omitteret, quod corrumperet sensum, peccaret mortaliter. Nihil itaque addendum, nihilque omittendum. Sed omnia clarè, & distinctè pronuntianda sunt. Plura hic dicenda forent de Sacerdotibus qui nimis festinanter, qui intra labia musitantes truncant verba, qui elata voce recitant quæ voce submissa dicenda sunt, aut contra. Tempus congruum pro Missæ celebratione nec brevius tertia horæ parte, nec longius media hora esse debet. Brevitas compendii non finit de hoc argumento latiorem habere sermonem.

LIBER XI.

DE SACRAMENTO POENITENTIÆ.

DISSERTATIO I.

De virtute, & Sacramento Pœnitentiæ.

CAPUT I.

Propositiones à S. Sede damnatæ.

§. I.

ALEXANDER VII.

Damnavit sequentes propositiones, quas ordine in decreto servato transcribo.

3. *Sententiam asserens, Bullam cœnæ solum prohibere absolutionem hæresis, & aliorum criminum, quando publica sunt, & id non derogare facul-*

tati Tridentinæ, in qua de occultis criminibus ferme est, anno 1629. 28. Julii in Consistorio sacræ Congregationis Emin. Cardinalium visa, & tolerata est.

4. *Prælati regulares possunt in foro conscientiæ absolvere quoscumque sæculares ab hæresi occulta, & ab excommunicatione propter eam incursa.*

5. *Quamvis evidenter sibi constet Petrum esse hæreticum, non teneris denuntiare, si probare non possis.*

6. *Confessarius qui in sacramentali confessione tribuit pœnitenti chartam postea legendam, in qua ad venerem incitat, non censetur sollicitasse in Confessione, ac proinde non est denuntiandus.*

7. *Modus evadendi obligationem denuntiandæ sollicitationis est, si sollicitatus confitentur cum sollicitante: hic potest ipsum absolvere absque onere denuntiandi.*

11. *Peccata in Confessione omissa, seu oblita ob instans periculum vitæ, aut ob aliam causam, non tenemur, in sequenti confessione exprimere.*

12. *Mendicantes possunt absolvere à casibus Episcopis reservatis, non obtenta ad id Episcoporum facultate.*

13. *Satisfacit præcepto annuæ confessionis qui confitetur Regulari Episcopo præsentato, sed ab eo injuste reprobato.*

14. *Qui facit confessionem voluntariè nullam, satisfacit præcepto Ecclesiæ.*

15. *Pœnitens propria auctoritate substituere sibi alium potest, qui loco ipsius pœnitentiam adimpleat.*

16. *Qui beneficium curatum habent, possunt sibi eligere in Confessarium simplicem Sacerdotem non approbatum ab Ordinario.*

24. *Mollities, Sodomia, & bestialitas sunt peccata ejusdem speciei infimæ; ideoque sufficit dicere in confessione, se procurasse pollutionem.*

25. *Qui habuit copulam cum soluta, satisfacit confessionis præcepto dicens:* commisi cum soluta grave peccatum contra castitatem: *non explicando copulam.*

38. *Mandatum Tridentini factum Sacerdoti sacrificanti ex necessitate cum peccato mortali, confitendi quamprimum, est consilium, non præceptum.*

39. *Illa particula* quamprimum *intelligitur, cum Sacerdos suo tempore confitebitur.*

41. *Non est obligandus concubinarius ad ejiciendam concubinam, si hæc nimis utilis esset ad oblectamentum concubinarii, vulgò Regalo, dum deficiente illo, nimis ægrè ageret vitam, & alia epula tædio magno concubinarium afficerent, & alta famula nimis difficilè inveniretur.*

Innocentius XI.

1. *Non est illicitum in Sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relicta tutiore, nisi id vetet lex, conventio, aut periculum gravis damni incurrendi. Hinc sententia probabili tantùm utendum non est in collatione Baptismi, Ordinis sacerdotalis, aut episcopalis.*

56. *Frequens confessio, & communio, etiam in iis qui gentiliter vivunt, est nota prædestinationis.*

57. *Probabile est sufficere attritionem naturalem, modò honestam.*

Non

58. *Non tenemur Confessario interroganti fateri peccati alicujus consuetudinem.*

59. *Licet sacramentaliter absolvere dimidiatè tantùm confessus, ratione magni concursus pœnitentium; qualis v. g. potest contingere in die magnæ alicujus festivitatis, aut indulgentiæ.*

60. *Pœnitenti habenti consuetudinem peccandi contra legem Dei, naturæ, aut Ecclesiæ, etsi emendationis spes nulla appareat, nec est neganda, nec differenda absolutio, dummodò ore profiteat se dolere, & proponere emendationem.*

61. *Potest aliquandò absolvi qui in proxima occasione peccandi versatur, quam potest, & non vult omittere; quinimò directè, & ex proposito quærit, aut ei se ingerit.*

62. *Proxima peccandi occasio non est fugienda, quando aliqua causa utilis, aut honesta non fugiendi occurrit.*

63. *Licitum est quærere directè occasionem proximam peccandi pro bono spirituali, vel temporali nostro, vel proximi.*

64. *Absolutionis capax est homo, quamvis habeat ignorantiæ mysteriorum fidei, & etiam si per negligentiam etiam culpabilem nesciat mysterium SS. Trinitatis, & Incarnationis Domini nostri Jesu-Christi.*

Alexander VIII.

14. *Timor gehennæ non est supernaturalis.*

15. *Attritio quæ gehennæ, & pœnarum metu concipitur sine dilectione benevolentiæ Dei propter se, non est bonus motus, ac supernaturalis.*

16. *Ordinem præmittendi satisfactionem absolutioni, induxit non politia, aut institutio Ecclesiæ, sed ipsa Christi lex, & præscriptio, natura rei ipsam quodammodò dictante.*

17. *Per illam praxim mox absolvendi ordo pœnitentiæ est inversus.*

18. *Confessarius moderna quoad administrationem pœnitentiæ, etiamsi eam plurimorum hominum susteret auctoritas, & multi temporis diuturnitas confirmet, nihilominus ab Ecclesia non habetur pro usu sed abusu.*

19. *Homo debet agere totæ vitæ pœnitentiam pro peccato originali.*

20. *Confessiones apud Religiosos factæ, plerique vel Sacrilegæ sunt, vel invalidæ.*

21. *Parochianus potest suspicari de mendicantibus, qui etiamsi communibus vivunt de imponenda nimis levi, & incongrua pœnitentia, seu satisfactione ob quæstum, seu lucrum subsidii temporalis.*

§. II.

Opiniones plurium Casuistarum qui videntur æquo laxiores.

HAS ego propositiones, & cæteras omnes, quas in universo hoc opere retuli, non tamquàm censor affero, sed sapientum, & eorum ad quos pertinet, judicio subjicio. Quam protestationem, tametsi, pluries fecerim, iterum renovare placuit. Nemo ergo me carpere jure valet, quod judicium, & censuram Superiorum præveniam, cum nullam ego his opinionibus censuram inuram; sed dumtaxat quæ imbecillitati meæ videntur falsæ, & laxæ, Superiorum, & lectorum judicio submitto.

I. P. Dominicus Viva *in trut. in propos. Innoc. XI. num.* 26. „ Hinc cum videatur esse moraliter „ certum non requiri in Sacramento Pœniten„ tiæ . . . propositum non peccandi de cætero „ formale, sed *sufficere* virtuale, ut videre est „ apud Dicastillum: AC SUFFICERE ETIAM „ ATTRITIONEM SUPERNATURALEM ex „ METU POENARUM TEMPORALIUM, ut „ à Deo vindice infligendarum, & alia hujusmodi; idcirco licitè sequimur hujusmodi opi„ niones PROBABLISSIMAS, omissis tutio„ ribus."

II. P. Patritius Sporer *de Sacram. p.*3. *cap.*2. *sect.*2. §. 2. *num.* 174. „ Præceptum contritionis „ etiam in articulo mortis non obligat hominem „ peccatorem usu Sacramenti cum attritione „ justificatum; sed ipsa attritio cum Sacramento „ Baptismi, vel Pœnitentiæ universaliter semper „ est sufficiens dispositio ad justificationem, „ adeòque etiam in ARTICULO MORTIS. Ita „ Henriq. Vazquez, Canus, pluribusque allega„ tis Cardinalis de Lugo *hic disp.* 7. *sect.* 13. Di„ castillus *hic disp.*6. *n.*19. Laym. *cit. l.*5. *tr.*6. *c.*2. *num.* 7.

III. Idem P. Sporer *loc. cit. n.* 173. „ Præcep„ tum contritionis non obligat eos qui usu Sa„ cramenti cum attritione justificati sunt, aut „ justificari volunt. Communissima apud citandos „ infrà. Ratio est, quia Christus in nova lege *sua„ gulari privilegio* aliud quoquè medium justifica„ tionis instituit, scil. Sacramenta mortuorum, „ Baptismi, & Pœnitentiæ, ut proindè modo so„ lius contritionis perfectæ NECESSITAS DESI„ NAT: alioquin certè Christus instituens, ac „ præcipiens Confessionem Sacramentalem, *me„ dium per se satis durum, & difficile*, si INSU„ PER ETIAMNUM REQUIRERETUR CON„ TRITIO PERFECTA, & ipsa peccatori satis „ difficilis, non alleviasset, sed multum aggra„ vasset onus legis; essemusque PEJORIS condi„ tionis, modo Christiani quam veteres olim, „ qui ad solam contritionem obligati per eam „ justificabantur.

IV. Idem P. Sporer *loc. cit.* §. 2. *num.* 175. „ *Quando obligat? Per se quidem satis probabiliter* „, *in articulo, vel periculo mortis tantùm.* " Posteà *n.* 177. „ Præceptum contritionis per se tantùm „ obligare in articulo mortis, & NUNQUAM „ ante, docent gravissimi Doctores D. Tho„ mas, Cajetanus, Sotus, Navarrus, Medina, „ Adrianus, & aliis congestis probabilem ipse „ Suarez, ac mordicùs defendit Dicastillus . . . . „ Cum hoc *præceptum* pœnale sit, & onerosum, „ non est extendendum, sed restringendum potiùs „ ad illa tantùm tempora pro quibus ejus obliga„ tio certò nobis constat. At non constat nobis „ certò hujus præcepti obligatio pro ullo tempo„ re præter quam in articulo mortis. Ergo, &c. „ Vides probabilitatem hujus sententiæ.

V. P. Georgius *tr.*6. *n.*139. *Dico* 6. „ *Probabile qui-*

secrationem. 3. A consecratione usque ad communionem. 4. A communione usque ad finem.

VI. QUÆST. III. *Est ne peccatum mortale negligere rubricas in Missa celebranda?* RESP. Sententia affirmans communis est, nisi materiæ parvitas excuset. Quoniam gravi præcepto à Summis Pontificibus, & præsertim à S. Pio V. illarum observantia jubetur. Duplex rubricarum genus, Aliæ *præceptivæ*, aliæ *directivæ* appellantur. Præceptivæ dicuntur quæ jubent ut celebretur in loco sacro, in ara, in vasibus, & vestibus sacris, in materia, & forma præscriptis, jejunio præcedente, & alia plura. Directivæ dicuntur quæ juxta communem Theologorum sensum non obligant sub mortali; ut orare ante & post Missam, numerus collectarum, & alia id genus.

VII. QUÆST. IV. *Qui omitteret aliquam Missæ partem, peccaretne mortaliter?* RESP. Missæ partes ordinariæ sunt confessio, introitus, *Dominus vobiscum*, collecta, epistola, evangelium, offertorium, præfatio, canon integer, &c. Non ordinariæ sunt *Gloria in excelsis*, &c. orationum numerus, *Credo*, pluralitas epistolarum, &c. Qui omittit deliberatè partem notabilem canonis, peccat mortaliter. Qui omitteret materiam levem, etiam canonis, puta nomen unius Sancti, peccaret venialiter. Qui tamen aliquid deliberatè in canone omitteret, quod corrumperet sensum, peccaret mortaliter. Nihil itaque addendum, nihilque omittendum. Sed omnia clarè, & distinctè pronuntianda sunt. Plura hic dicenda forent de Sacerdotibus qui nimis festinanter, qui intra labia musitantes truncant verba, qui elata voce recitant quæ voce submissa dicenda sunt, aut contra. Tempus congruum pro Missæ celebratione nec brevius tertia horæ parte, nec longius media hora esse debet. Brevitas compendii non finit de hoc argumento latiorem habere sermonem.

LIBER XI.

DE SACRAMENTO POENITENTIÆ.

DISSERTATIO I.

De virtute, & Sacramento Pœnitentiæ.

CAPUT I.

Propositiones à S. Sede damnatæ.

§. I.

ALEXANDER VII.

Damnavit sequentes propositiones, quas ordine in decreto servato transcribo.

3. *Sententiam asserens, Bullam cœnæ solum prohibere absolutionem hæresis, & aliorum criminum, quando publica sunt, & id non derogare facul-*

tati Tridentinæ, in qua de occultis criminibus ferme est, anno 1629. 28. Julii in Consistorio sacræ Congregationis Emin. Cardinalium visa, & tolerata est.

4. *Prælati regulares possunt in foro conscientiæ absolvere quoscumque sæculares ab hæresi occulta, & ab excommunicatione propter eam incursa.*

5. *Quamvis evidenter sibi constet Petrum esse hæreticum, non teneris denuntiare, si probare non possis.*

6. *Confessarius qui in sacramentali confessione tribuit pœnitenti chartam postea legendam, in qua ad venerem incitat, non censetur sollicitasse in Confessione, ac proinde non est denuntiandus.*

7. *Modus evadendi obligationem denuntiandæ sollicitationis est, si sollicitatus confitentur cum sollicitante: hic potest ipsum absolvere absque onere denuntiandi.*

11. *Peccata in Confessione omissa, seu oblita ob instans periculum vitæ, aut ob aliam causam, non tenemur, in sequenti confessione exprimere.*

12. *Mendicantes possunt absolvere à casibus Episcopis reservatis, non obtenta ad id Episcoporum facultate.*

13. *Satisfacit præcepto annuæ confessionis qui confitetur Regulari Episcopo præsentato, sed ab eo injuste reprobato.*

14. *Qui facit confessionem voluntariè nullam, satisfacit præcepto Ecclesiæ.*

15. *Pœnitens propria auctoritate substituere sibi alium potest, qui loco ipsius pœnitentiam adimpleat.*

16. *Qui beneficium curatum habent, possunt sibi eligere in Confessarium simplicem Sacerdotem non approbatum ab Ordinario.*

24. *Mollities, Sodomia, & bestialitas sunt peccata ejusdem speciei infimæ; ideoque sufficit dicere in confessione, se procurasse pollutionem.*

25. *Qui habuit copulam cum soluta, satisfacit confessionis præcepto dicens:* commisi cum soluta grave peccatum contra castitatem: *non explicando copulam.*

38. *Mandatum Tridentini factum Sacerdoti sacrificanti ex necessitate cum peccato mortali, confitendi quamprimum, est consilium, non præceptum.*

39. *Illa particula* quamprimum *intelligitur, cum Sacerdos suo tempore confitebitur.*

41. *Non est obligandus concubinarius ad ejiciendam concubinam, si hæc nimis utilis esset ad oblectamentum concubinarii, vulgò Regalo, dum deficiente illo, nimis ægrè ageret vitam, & alia epula tædio magno concubinarium afficerent, & alta famula nimis difficilè inveniretur.*

Innocentius XI.

1. *Non est illicitum in Sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore Sacramenti, relicta tutiore, nisi id vetet lex, conventio, aut periculum gravis damni incurrendi. Hinc sententia probabili tantùm utendum non est in collatione Baptismi, Ordinis sacerdotalis, aut episcopalis.*

56. *Frequens confessio, & communio, etiam in iis qui gentiliter vivunt, est nota prædestinationis.*

57. *Probabile est sufficere attritionem naturalem, modò honestam.*

Non

58. *Non tenemur Confessario interroganti fateri peccati alicujus consuetudinem.*

59. *Licet sacramentaliter absolvere dimidiatè tantùm confessus, ratione magni concursus pœnitentium; qualis v. g. potest contingere in die magnæ alicujus festivitatis, aut indulgentiæ.*

60. *Pœnitenti habenti consuetudinem peccandi contra legem Dei, naturæ, aut Ecclesiæ, etsi emendationis spes nulla appareat, nec est neganda, nec differenda absolutio, dummodò ore profiteat se dolere, & proponere emendationem.*

61. *Potest aliquandò absolvi qui in proxima occasione peccandi versatur, quam potest, & non vult omittere; quinimò directè, & ex proposito quærit, aut ei se ingerit.*

62. *Proxima peccandi occasio non est fugienda, quando aliqua causa utilis, aut honesta non fugiendi occurrit.*

63. *Licitum est quærere directè occasionem proximam peccandi pro bono spirituali, vel temporali nostro, vel proximi.*

64. *Absolutionis capax est homo, quamvis habeat ignorantiæ mysteriorum fidei, & etiam si per negligentiam etiam culpabilem nesciat mysterium SS. Trinitatis, & Incarnationis Domini nostri Jesu-Christi.*

Alexander VIII.

14. *Timor gehennæ non est supernaturalis.*

15. *Attritio quæ gehennæ, & pœnarum metu concipitur sine dilectione benevolentiæ Dei propter se, non est bonus motus, ac supernaturalis.*

16. *Ordinem præmittendi satisfactionem absolutioni, induxit non politia, aut institutio Ecclesiæ, sed ipsa Christi lex, & præscriptio, natura rei ipsam quodammodò dictante.*

17. *Per illam praxim mox absolvendi ordo pœnitentiæ est inversus.*

18. *Confessarius moderna quoad administrationem pœnitentiæ, etiamsi eam plurimorum hominum susteret auctoritas, & multi temporis diuturnitas confirmet, nihilominus ab Ecclesia non habetur pro usu sed abusu.*

19. *Homo debet agere totæ vitæ pœnitentiam pro peccato originali.*

20. *Confessiones apud Religiosos factæ, plerique vel Sacrilegæ sunt, vel invalidæ.*

21. *Parochianus potest suspicari de mendicantibus, qui etiamsi communibus vivunt de imponenda nimis levi, & incongrua pœnitentia, seu satisfactione ob quæstum, seu lucrum subsidii temporalis.*

§. II.

Opiniones plurium Casuistarum qui videntur æquo laxiores.

HAS ego propositiones, & cæteras omnes, quas in universo hoc opere retuli, non tamquàm censor affero, sed sapientum, & eorum ad quos pertinet, judicio subjicio. Quam protestationem, tametsi, pluries fecerim, iterum renovare placuit. Nemo ergo me carpere jure valet, quod judicium, & censuram Superiorum præveniam, cum nullam ego his opinionibus censuram inuram; sed dumtaxat quæ imbecillitati meæ videntur falsæ, & laxæ, Superiorum, & lectorum judicio submitto.

I. P. Dominicus Viva *in trut. in propos. Innoc. XI. num.* 26. „ Hinc cum videatur esse moraliter „ certum non requiri in Sacramento Pœniten„ tiæ . . . propositum non peccandi de cætero „ formale, sed *sufficere* virtuale, ut videre est „ apud Dicastillum: AC SUFFICERE ETIAM „ ATTRITIONEM SUPERNATURALEM ex „ METU POENARUM TEMPORALIUM, ut „ à Deo vindice infligendarum, & alia hujusmodi; idcirco licitè sequimur hujusmodi opi„ niones PROBABLISSIMAS, omissis tutio„ ribus."

II. P. Patritius Sporer *de Sacram. p.*3. *cap.*2. *sect.*2. §. 2. *num.* 174. „ Præceptum contritionis „ etiam in articulo mortis non obligat hominem „ peccatorem usu Sacramenti cum attritione „ justificatum; sed ipsa attritio cum Sacramento „ Baptismi, vel Pœnitentiæ universaliter semper „ est sufficiens dispositio ad justificationem, „ adeòque etiam in ARTICULO MORTIS. Ita „ Henriq. Vazquez, Canus, pluribusque allega„ tis Cardinalis de Lugo *hic disp.* 7. *sect.* 13. Di„ castillus *hic disp.*6. *n.*19. Laym. *cit. l.*5. *tr.*6. *c.*2. *num.* 7.

III. Idem P. Sporer *loc. cit. n.* 173. „ Præcep„ tum contritionis non obligat eos qui usu Sa„ cramenti cum attritione justificati sunt, aut „ justificari volunt. Communissima apud citandos „ infrà. Ratio est, quia Christus in nova lege *sua„ gulari privilegio* aliud quoquè medium justifica„ tionis instituit, scil. Sacramenta mortuorum, „ Baptismi, & Pœnitentiæ, ut proindè modo so„ lius contritionis perfectæ NECESSITAS DESI„ NAT: alioquin certè Christus instituens, ac „ præcipiens Confessionem Sacramentalem, *me„ dium per se satis durum, & difficile*, si INSU„ PER ETIAMNUM REQUIRERETUR CON„ TRITIO PERFECTA, & ipsa peccatori satis „ difficilis, non alleviasset, sed multum aggra„ vasset onus legis; essemusque PEJORIS condi„ tionis, modo Christiani quam veteres olim, „ qui ad solam contritionem obligati per eam „ justificabantur.

IV. Idem P. Sporer *loc. cit.* §. 2. *num.* 175. „ *Quando obligat? Per se quidem satis probabiliter* „, *in articulo, vel periculo mortis tantùm.* " Posteà *n.* 177. „ Præceptum contritionis per se tantùm „ obligare in articulo mortis, & NUNQUAM „ ante, docent gravissimi Doctores D. Tho„ mas, Cajetanus, Sotus, Navarrus, Medina, „ Adrianus, & aliis congestis probabilem ipse „ Suarez, ac mordicùs defendit Dicastillus . . . . „ Cum hoc *præceptum* pœnale sit, & onerosum, „ non est extendendum, sed restringendum potiùs „ ad illa tantùm tempora pro quibus ejus obliga„ tio certò nobis constat. At non constat nobis „ certò hujus præcepti obligatio pro ullo tempo„ re præter quam in articulo mortis. Ergo, &c. „ Vides probabilitatem hujus sententiæ.

V. P. Georgius *tr.*6. *n.*139. *Dico* 6. „ *Probabile qui-*

„ sivè retractarit, sive non, effectus manet suo
„ modo æqualiter immutabilis, non tamquàm
„ culpa, sed tantùm tamquàm effectus culpæ præ-
„ teritæ, uti explicatum est *lib.* 5. *n.* 42. & con-
„ sequenter talis homo satisfaciet dicendo, Pro-
„ jeci breviarium, prævidens me tanto tempore
„ non posse orare: Porrexi proximo venenum,
„ intendens ejus mortem: tacendo an horas non
„ orarit, & an mors sit secuta necne. "

XXI. P. Gobat *tr.* 7. *n.* 324. „ Non contra-
„ hitur; adeoque confitenda non est malitia cir-
„ cumstantiæ *mutantis speciem*, nisi pœnitens,
„ *quando peccatum committebat, saltem dubitavit*,
„ an non adesset circumstantia talis, & an non
„ contraheretur propter illam peculiare peccatum.
„ Ita fert communis sensus Theologorum. *Itaque*,
„ *ut bene vir, frequenter hac regula*, præsertim in
„ excipiendis confessionibus rudium, & nomina-
„ tim, quando malitia circumstantiæ est nota
„ soli doctorum vulgo.

XXII. P. Domin. Viva *in Cur. Theol. Mor. tom.* 2. *part.* 6. *q.* 5. *n.* 2. „ Licèt teneatur pœnitens
„ respondere Confessario interroganti consuetu-
„ dinem peccati, cum opposita sententia sit dam-
„ nata ab Innoc. XI. . . tamen per se loquendo
„ non est aperienda hujusmodi consuetudo.

XXIII. De Lugo *disp.* 16. *sect.* 4. §. 7. *n.* 201.
„ Ille qui per plura perjuria comparat consue-
„ tudinem pejerandi, eo ipso constituit se in
„ periculo, & occasione proxima pejerandi pos-
„ teà. Ergo debet in confessione explicare illam
„ circumstantiam consuetudinis, quatenus in-
„ cludit periculum morale, & occasionem pro-
„ ximam ad peccata subsequentia &c. . .

„ Adhuc tamen regulariter non videtur ne-
„ cessario explicanda illa circumstantia: *tum*
„ *quia homines non attendunt communiter ad illud*
„ *periculum morale sequentis peccati*, quando ali-
„ quod peccatum committunt, nec facile dis-
„ cerni potest, quando consuetudo perveniat ad
„ eum gradum, ut inducat occasionem moralem
„ proximam aliorum subsequentium peccato-
„ rum: *tum etiam quia exponere se periculo fornica-*
„ *tionis*, v. gr. *non habet malitiam specie diversam*
„ *ab ipsa fornicatione*. Cum ergo explicuit in Con-
„ fessione præcedenti suam fornicationem, jam
„ explicuit totam malitiam specificam illius pec-
„ cati. *Nam circumstantia illa periculi, quod subiit*
„ *alterius fornicationis*, non addit malitiam specie
„ diversam, licèt aggravet intra eamdem speciem.
„ Undè regulariter non videtur obligandus pœni-
„ tens ad fatendam necessario consuetudinem,
„ nisi interrogetur.

XXIV. Idem De Lugo *ibi n.* 204. „ Major
„ difficultas esse potest de consuetudine posterio-
„ ris generis, quæ scil. est causa faciendi simi-
„ les actus absque deliberatione sufficienti, vel
„ advertentia. In quo casu certum in primis vi-
„ detur actus subsequentes sine deliberatione
„ præsenti factos non esse nova peccata, sed so-
„ lum esse peccata in sua causa, nempè in con-
„ suetudine præcedenti liberè volita, seu esse
„ effectus peccati, ut cum aliis probat Thomas
„ Sanchez . . . Suarez . . . *Undè non erit necesse ju-*
„ *ramenta sequentia absque advertentia prolata in*
„ *confessione explicare*, sed solùm causam culpa-
„ biliter antea positam, nempè consuetudinem
„ illam volitam, aut permissam, ut notat idem
„ Sanchez."

XXV. P. Lacroix quærit *lib.* 6. *part.* 2. *num.* 973. *an illa, quæ ex consuetudine mortaliter mala*
potèst inadvertenter fiunt, sint confitenda? Resp.
n. 974. „ Si supponamus, quandò ista fiunt,
„ nullam prorsus addesse advertentiam malitiæ,
„ talia non habebunt ullam novam malitiam,
„ uti constat ex dictis *lib.* 5. *à num.* 16. Et con-
„ sequenter cum ista in se non sint peccata, nec
„ externè compleant peccatum aliquod inter-
„ num, sed tantùm sint effectus peccati secun-
„ dùm dicta n. 944. *non est obligatio ita con-*
fitendi . . . quod verum est, secundùm multos cum
„ *Dicastill. quamvis illa consuetudo non sit retrac-*
„ *tata.*

XXVI. P. Tamburinus *lib.* 2. *Meth. Conf. c.* 7. §. 7. *n.* 48. „ Dico probabile esse, nec consan-
„ guinitatem ab affinitate ex S. Thom. 2. 2. q.
„ 16. *a.* 9. & Cajet. *ibidem* nec unum gradum
„ ex his differre specie ab aliis. Sic Filliuc. di-
„ cens esse opinionem S. Thom. Cajet. Soti, & fere Thomistarum, Griptus ... Megala ... uter-
„ que apud Dianam. *Undè licèt sint dubia* gra-
„ vius sit contra unum gradum delinquere, v.
„ gr. contra primum cum MATRE, quam con-
„ tra alium, v. g. cum consobrina; tamen quia
„ non mutatur species, puto non esse ea specia-
„ tim manifestanda in Confessione.

XXVII. Salmanticenses *tr.* 24. *disp.* 8. *dub.* 4. §. 2. *n.* 202. *pag.* 140. inquiunt: „ Secundò
„ modo contingit Confessarium inquirere de his
„ circumstantiis, non ob motiva aliqua specia-
„ lia, & accidentalia, qualia proximè recen-
„ suimus, sed quia in ea opinione est, quod
„ aggravantes notabiliter intra speciem debent
„ in confessione explicari. Et tunc pœnitens,
„ quia *scit saltem practicè, & ex aliorum insti-*
„ *monio* nostram sententiam negantem esse tu-
„ tam, communiorem, & probabiliorem con-
„ trariam, *non tenetur ad illam Confessarii interro-*
„ *gationem respondere*; *sed potest cum reverentia*
„ *dicere, se explicuisse quod debuit, & posse reti-*
„ *cere quod tacet, nec ad amplius teneri; quia scit*
„ *circumstantias notabiliter aggravantes, v. gr. quan-*
„ *titatem rei ablatæ, de qua inquiritur, non esse*
„ *materiam necessariam confessionis. Et his dictis*
„ *nequit Confessarius illam amplius cogere: nec illi*
„ *ex vi hujus absolutionem denegare: quia pœnitens*
„ *procedit secundùm tutam, & probabiliorem opinionem,*
„ *atque adeò recte agit, & cum eo se potest, ac DEBET*
„ *Confessarius conformare.*

XXVIII. P. Viva *q.* 5. *art.* 4. *n.* 2. „ Quarè
„ satis est in confessione dicere: Totiès moro-
„ sè delectatus sum de copula illicita, non ex-
„ plicando, an cum nupta, vel cum moniali,
„ consanguinea &c. vel totiès morosè delectatus
„ sum de occisione hominum, non explicando,
„ an sit circa patrem, vel Sacerdotem, vel inimi-
„ cum, aut alterius conditionis.

XXIX. P. Lacroix *lib.* 6. *part.* 2. *n.* 1030.
„ Qui

„ Qui sine ullo desiderio personam *venereè* aspi-
„ cit, non tenetur dicere (in Confessione) qua-
„ lis persona fuerit. "

XXX. Idem Lacroix ibidem *num.* 103. „ Qui
„ sine desiderio venereè attigit puellam, secun-
„ dùm Dianam . . . satisfacit dicendo se totiès
„ attigisse turpiter, nihil dicendo de partibus,
„ in quibus attigit." Subdit: „ Alii probabili-
„ ter dicunt, exprimendum, si partem turpem
„ attigerit."

XXXI. Idem *ibid. num.* 1040. „ Qui fornica-
„ tus est cum tribus diversis, vel ter cum una,
„ satisfacit dicendo, se ter fornicatum, nec te-
„ netur dicere, an fuerit una, vel plures, an
„ fuerint meretrices, an aliæ, dummodò non sit
„ cooperatus ad impediendam generationem. Bo-
„ nacina, Tamburinus."

XXXII. Idem *ibid. num.* 1041. Si Sacerdos
„ fornicetur cum filia confessionis, S. Thom. Sot.
„ Sanch. & alii gravissimi auctores, quos refert,
„ & sequitur Averса *quæst.* 16. §. 14. adhuc di-
„ cunt contrahi novam speciem malitiæ, quia
„ jus canonicum vocat quoddam adulterium, vel
„ incestum: & reipsa videtur esse species irreve-
„ rentiæ, & sacrilegii in Sacramentum. E contra
„ esse simplicem fornicationem, ac *posse sacerdos,*
„ quod fuerit filia Confessionis, docent Ledesm. Vazq.
„ Sa, Bon. Filliuc. Joan. Sanch. Puntius, Gob.
„ Hart. Ochag. Dicast. Tamb. Dian. Lugo: quia
„ ex Confessione nulla oritur cognatio spiritua-
„ lis, uti certum est, nec apparet cur censeatur
„ fieri irreverentia Sacramento jam præterito,
„ cum peccatum non habeat respectum ad illud.
„ *Utraque sententia est* probabilis. Prima est con-
„ formior juri canonico; sed secunda videtur ex
„ ratione probabilior."

XXXIII. De Lugo *de Pœnit. disp.* 16. *sect.* 3.
n. 142. „ De circumstantia sollicitantis fœmi-
„ nam ad fornicationem, an sit explicanda, an
„ verò sufficiat fateri fornicationem; *placet* quod
„ cum aliis docet Vazquez, non esse explican-
„ dam illam circumstantiam; quia illa malitia
„ habetur, licèt non ita gravis, quando aliquis
„ non sollicitat: adhuc enim participat cum illa
„ in suo peccato, & est causa cooperationis ad
„ ejus ruinam.

XXXIV. P. Viva *q.* 5. *art.* 4. *n.* 10. „ Si quis
„ alium sollicitavit, & peccatum non est secu-
„ tum, debet id in confessione explicari: si ta-
„ men peccatum est secutum, putat *probabiliter*
„ De Lugo, & Tamburinus contra Sanchez; &
„ Bonacin. non esse explicandum, quod primus
„ invitaveris, quia quamvis graviter peccaveris
„ invitando, adhuc tamen es particeps peccati
„ illius, etiamsi non invitaveris.

XXXV. P. Lacroix *lib.* 6. *part.* 2. *num.* 1072.
„ Probabile est quidem quod osculum, tactus,
„ amplexus, turpiloquia, *etsi in publico facta in*
„ loco sacro, non habeant rationem sacrilegii;
„ idcòque opus non sit dicere esse ibi facta, uti
„ tenent Sanchez, Averса, & alii cum Diana.

XXXVI. Leander *de Sp.* 8. *q.* 42. „ An aliquis
„ peccatum committit in die qua Eucharistiam
„ sacram sumpsit, teneatur hanc temporis cir-
„ cumstantiam fateri? Probabilius respondeo non
„ teneri per se loquendo, quia alias Sacerdos,
„ qui quotidiè celebrat, deberet in singulis peccatis
„ explicare illam circumstantiam Missæ celebratæ
„ illo die, quod nemo facit. " Sic Homo-bonus,
Lugo, Diana, Trullench. Vazquez &c.

XXXVII. Idem Leander *tr.* 5. *disp.* 8. *q.* 25.
„ An debeat explicari effectus subsecutus, an
„ verò sufficiat confiteri causam: v. g. an satis
„ sit in confessione dicere te letale venenum de-
„ disse alicui, ut moreretur; an verò necesse sit
„ addere, quod interfeciti cum veneno?... Pro-
„ babilius respondeo, sufficere confiteri actio-
„ nem non internam voluntatis, sed externam,
„ qua venenum præparasti, & dedisti; *quamvis*
„ non confitearis effectum, seu mortem ex illo
„ secutam: quia in confessione solùm debent ne-
„ cessariò explicari peccata: sed ille effectus,
„ quando consequitur, non est actu *peccatum*,
„ sed *effectus peccati*. Sic Vazquez, Granados,
„ Azor. Bonacin. Diana, Suarez, Cariel, quos
„ omnes refert, & sequitur Lugo *d. Sp.* 16. *art.* 2.
„ *n.* 470. ubi do latissimè de hoc puncto agit.

XXXVIII. P. Viva *q.* 2. *art.* 2. *n.* 3. „ *In qui*
„ certus est de peccato mortali commisso, dubitat
„ tamen positivè, an illud confessus fuerit, ita
„ ut habeat rationem probabilem, quod confessus
„ fuerit, & probabiles etiam, immò *probabiliores*
„ *rationes*, quod non fuerit confessus, teneatur
„ illud confiteri? Respondeo pariter negativè cum
„ communi Doctorum, quos citat Martinus
„ Perez, contra Coninck apud Dianam.

XXXIX. Idem P. Viva *in Cur. Theol. Mor. de*
Pœnit. q. 2. *a.* 2. *n.* 6. „ Respondeo, ferè com-
„ munissimam antiquorum Doctorum sententiam
„ fuisse, quod teneatur homo peccata *negativè*
„ *dubia* clavibus subjicere. Et Thomas Sanchez
„ id *omninò* certum reputat . . . Hac de causa P.
„ Matthæus Moya nostræ Societatis, qui fuit à
„ Confessionibus Mariæ Annæ Hispaniarum Re-
„ ginæ, in selectis quæstionibus de Sacramento
„ Pœnitentiæ, postquam asseverat opinionem
„ se contrariam per triginta annos etiam in
„ Scholis docuisse, dis. 1. quæst. 5. hæc habet:
„ Nihilominùs ex materiàs considerata secundùm ten-
„ sio pro contraria & communi sententia affertur ad
„ obligationem peccati dubii: ad quod hoc non effi-
„ cax argumentum ducor, quia Sacramentum Pœni-
„ tentiæ institui potuit à Christo Domino cum hac
„ obligatione. Quod autem instituerit, satàs com-
„ munior Catholicorum sensus, & traditio à tem-
„ pore Apostolorum usque ad nostra continuata tem-
„ pora, ratione cujus ac ut INCONCUSSUM DOG-
„ MA præceptum evasit esse peccata dubia aquæ ac
„ certa non tam probabiliùs, quam supposuerunt Doc-
„ tores. Ut enim ait Augustin. lib. IV. contra Donat.
„ quod universa tenet Ecclesia, &c. Hactenùs P.
Moya. His adde Leandrum, ac Tamburinum
ipsum quamvis patronos in benigniores opi-
niones.

Num. 7. „ His tamen non obstantibus, puto
probabilium esse ac TUTAM opinionem con-
trariam asserentem *peccata dubia negativa* non
„ esse materiam necessariam Sacramenti Pœni-
„ tentiæ,

„ *q. Idem est* nullum extare præceptum de contritione, per se loquendo, elicienda ante articulum mortis; contraria tamen sententia (abstrahendo à perceptione Sacramenti) est verisimilior, & in praxi sequenda. Prima pars probatur auctoritate, & rationibus, quas pro ea adferunt Suarez *disp.* 15. *sect.* 6. atque Dicastillo *cit. disp. part.* 3. *dub. ultim.* Qui Dicastillo *mordicùs* defendit illam priorem partem, Suarezio habente eam solùm *pro probabili.*

VI. P. Dominicus Viva *cap.* 3. *art.* 5. *num.* 8. hanc quæstionem proponit. „ *An peccator qui non potest aliquo anno ex defectu Confessarii confiteri, teneatur ad contritionem, antequam annus elabatur.* " Ita respondet. „ Affirmat Dominicus Soto. . . . quia præceptum pœnitendi divinum, quod ex se indeterminatum est, jam ab Ecclesia est determinatum ad singulos annos. . . . juxta illam regulam : *Qui non potest quantum debet, faciat quantum potest* : & juxta illam aliam : *Qui non potest totum, reddat partem quam potest.*

„ Respondeo equidem cum Con. & aliis *Communiter* NEGATIVE. Falsum est enim quod Ecclesia determinarit tempus illud indeterminatum pœnitendi in genere, ad quod obligatur ex divino præcepto. Solùm enim determinavit tempus confitendi indeterminatum. Cum autem in tali casu sit impossibilis confessio, non videtur peccator teneri ad contritionem. Et ratio ulterior est, quia cum conteri sit aliquid mere internum, non cadit sub præceptum Ecclesiæ, neque ratione sui, & directè, ut patet, neque ratione alterius, & indirectè, hoc est ratione Sacramenti, &c.

„ Ad regulas adductas : *Qui non potest totum,* &c. respondeo eas valere, quando totum, & partes sunt *homogeneæ* . . . . non verò quando sunt *heterogeneæ.* "

VII. Idem P. Viva *ibidem.* „ Verùm quidem est quod præceptum divinum contritionis obliget peccatores ad non differendum diù, & usque ad mortem pœnitentiam. Hinc tamen non fit quod impotens aliquo anno suscipere Sacramentum pœnitentiæ, teneatur saltem conteri."

VIII. De Lugo *de Pœnit. disp.* 7. *sect.* 13. *num.* 261. „ *Utrum in articulo mortis sufficiat habere attritionem cognitam* ? Quintum dubium magis difficile est, an ille qui suscipit Sacramentum Pœnitentiæ cum attritione cognita, debeat adhuc (sub peccato mortali habere contritionem saltem in articulo mortis. Affirmant multi, Suarez. . . . Nugnus. . . . Sanchez. . . . Granado. . . . Valentia, &c. Contrariam tamen sententiam docent alii multi, Coninch. . . . Becanus. . . . Layman. . . . Fagundez. . . . Faber. . . . Diana. . . . Turrianus. . . . Salas, & alii recentiores 262. „ Hæc posterior sententia semper mihi verior visa est. "

IX. Idem De Lugo, *loc. cit. n.* 272. „ Dices : „ Negari etiam non potest quod sit probabilis sententia contraria, quæ docet obligationem esse eliciendi contritionem propter illud periculum. „ Non potest ergo in re tanti momenti conformare se *practicè* cum nostra sententia, licet sit *probabilior.* Quia esto in aliis materiis possimus „ sequi sententias probabiles, & habere judicium „ practicum juxta illas ad licite operandum, id „ tamen locum non habet quando id cederet in „ detrimentum salutis propriæ, vel aliorum. *Et „ ideò non possumus adhibere Baptismum cum materia, „ aut forma probabiliori, relictâ magis securâ, & certa*, quia exponeremus periculo salutem æternam, si forte illa sententia esset falsa. Cum „ ergo probabilis sit sententia quam modo impugnamus, & illa sit magis secura, non possumus practicè amplecti nostram, licet, *speculativè* loquendo, sit *probabilior.*

„ 273. Respondeo, aliter loquendum esse de „ sententia quæ negat attritionem cum Sacramento sufficere; aliter de illa quæ obligationem ponit contritionis habendæ propter incertitudinem hujus remedii. *Prior quidem probabilis non est post Tridentinum*, ut diximus, neque habet fundamenta quæ ad probabilitatem sufficiant; immo à multis gravioribus *censura notatur.* Posterior verò probabilis est. Sed ejus „ probabilitas non impedit judicium practicum, quo aliquis possit in operando amplecti nostram sententiam. *Regula enim illa, quod in operando liceat sequi sententiam probabilem*, VERA EST IN UNIVERSUM, si sermo sit de ultimo judicio circa licitum, vel illicitum hic, & nunc. Nec obstat illa regula, quæ dicit, circa „ materiam, & formam Sacramenti Baptismi, & Ordinis, saltem Sacerdotii, non licere sequi „ sententiam probabilem. Nam ibi non est sermo „ circa licitum, sed circa valorem, verbi gratia „ materiæ, vel formæ. "

X. Henricus Hentiquez, *lib.* 4. *Sum. c.* 6. *n.* 5. „ Qui cum attritione per absolutionem justificatur, non tenetur ad præceptum connaturale „ de contritione formali, quia jam remedio per „ se instituto, & COMPENSATIVO ex applicatione meritorum Christi confectus est remissionem, & in ÆQUIVALENTI implevit potiori, & meliori ratione finem totum, in „ quem contritio ordinatur. Contritio enim non „ remittit peccatum, nec compensat, nisi ut includit votum, & vicem Sacramenti Pœnitentiæ. Quare compensatione per Sacramentum „ applicata magis contentus est creditor Deus, „ quam compensatione contritionis. Aliàs si contritio, dum haberi potest, esset necessaria, obligaret PER SE, etiam dum suscipitur absolutio, quia tunc haberi potest. Ac subindè Christus in lege evangelica non LEVIGASSET „ ONUS, SED ADJECISSET GRAVE ONUS „ CONFESSIONIS præter necessariam contritionem.

XI. P. Dominicus Viva *in Trut. in propos.* 15. *Alex. VIII. num.* 20. „ Nec lex gratiæ præstaret „ legi antiquæ, aut Mosaicæ, aut naturæ, in quibus sufficiebat contritio sine confessione sacramentali. UNDE NON POSSET JUGUM „ CHRISTI DICI SUAVE, ET ONUS LEVE. . . . „ Ergo dicendum, contritionem in Sacramento „ non prærequiri, sed sufficere meram attritionem „ nem ex mero pœnarum metu conceptam. "

XII. P. Tamburinus *lib.* 1. *meth. Conf. c.* 1. §. 4. *n.* 2. „ Inter motiva attritionis, de quibus „ num. 4. diximus, licet aliqui non admittant „ aliud quartum, idest timorem mali temporalis, „ atque adeò qui peccata execrarentur propter „ timorem infamiæ, carceris, ægritudinis, & „ similium, quæ propter peccata incurri solent, „ legitimum dolorem pro Sacramento Confessionis per hos *Doctores* non afferret : quia hujusmodi dolor naturalis est (ajunt) non autem „ supernaturalis, & prout oportet ad gratiam „ supernaturaliem obtinendam : tamen in *sententia probabilissima* etiam hoc motivum est sufficiens, si hujusmodi mala temporalia timeantur „ ut à Deo inflicta, seu infligenda. "

XIII. Idem Tamburinus *loc. cit.* §. 2. *num.* 5. „ Undè quando advertis pœnitentem tuum *valdè* „ alicui crimini addictum, ne inculces doloris „ actum circa illud *peculiare peccatum.* Periculum „ enim fuberit ne illud ex animo detestetur, dum „ ejus specialis memoria refricatur, quod in universum, & simul cum aliis, detestandi difficultatem *vel nullam sentiet vel exiguam.* "

XIV. P. Patritius Sporer *part.* 3 *c.* 2. *sect.* 4. *n.* 310. *pag.* 204. „ Potest enim quis verè dolere, „ & detestari peccatum, ac verè, & absolutè proponere se de cætero non peccaturum, seu „ *firmum* propositum, ac sufficiens concipere abstinendi in posterum : tametsi valdè timeat, aut „ etiam existimet, immo CERTO CREDAT „ *se ob experta voluntatis suæ incostantiam, & „ fragilitatem suam denuo relapsurum*, non omnia „ peccata mortalia, vel hoc certum peccati genus non evitaturum. Undè si pœnitens dicat : „ *Omnino quidem dolet, ac firmiter proponit in posterum abstinere*; *interim tamen* SCIO, *iterum „ facturum, iterum labore ; jam toties ruptus fui* : „ is tanquam BENE DISPOSITUS, præmissa „ confirmatione, ac consolatione debita, ABSOLVENDUS EST. Quia sensus verbi, *iterum faciam* est tantum judicativus, seu enuntiativus ex parte intellectus. "

XV. Idem Sporer *loc. cit. q.* 2. §. 1. *n.* 324. „ Quando enim solum est probabile te succubiturum in tali occasione tentationi, certè „ etiam probabile est te non succubiturum. Occurrunt enim graves rationes ob quas vir prudens judicat te lapsurum in hac occasione; contra verò sunt etiam graves rationes aliæ, ob „ quas alius æquè prudens judicat te non lapsurum. Certe hujus judicium sequendo, sine nota temeritatis ob rationabilem causam poteris te committere huic occasioni, certò non commissurus, si scires, vel CERTO crederes te „ lapsurum. Quarè Confessarius non judicabit „ esse in occasione proxima peccandi, v. g. se „ inebriandi, fornicandi, &c. *qui in tali loco decies tentatus succumbit tertio, vel quater; secus „ si octies, vel septies, & bis, vel ter tantum peccatum vitavit, & fuerunt evasit.* Quapropter „ huic, non illi nolenti hanc occasionem relinquere, neganda erit absolutio. QUIA Joannes „ Caramuel *Theol. Reg. disp.* 20. *n.* 1056. vult „ etiam dandam absolutionem illi qui *retro fuit „ visitur, quotiès vocatus*, referente, & non contradicente P. Gobat *casu* 16. "

XVI. P. Georgius Gobat *tr.* 5. *c.* 32. *sic.* 2. *n.* 19. & 20. *pag.* 552. 553. „ Liquidò scio crebrò fieri, præsertim inter plebejos, & rusticos, „ ut eodem in lecto puellæ cum proco cubent „ aliquot horas *ludant, & exuti*, & tamen nihil „ omnino impudicum agant, vel *nonnisi oscula, & turpes obtestationes exerceant.* Undè judico, „ non posse à Confessario *negari absolutionem omnibus illis* puellis plebejis (aliud ob varias consideraciones sentio de nobilibus) quæ *non* videntur habere *propositum unquam amplius admittendi in lectum proximi sui.* "

XVII. P. Dominicus Viva *q.* 3. *a.* 4. *n.* 5. „ Undè inferunt Perez, Leander, Lugo, allique, „ posse absolvi adolescentes qui versantur cum „ fœminis laborando, vel *conversando cum iis, quæ in eadem domo non habitant* : quia licet aliquando in tali occasione mortaliter peccent „ *consensu, tactibus, & etiam copula*, ea tamen „ occasio censetur de se remota. Quandoquidem „ non solent homines ex tali occasione SEMPER, AUT FERE SEMPER PECCARE „ MORTALITER.

XVIII. P. Gobat *tr.* 6. *n.* 261. „ Dico 6. „ tamersi Confessionem differendo usque ad *articulum mortis*, vel Paschæ, *certus sit* se ob hanc „ dilationem esse obliturum *multa crimina*, haud „ tamen indè oritur tibi obligatio *confitendi* citius. Ita sanè tenet communis sensus, ut reor, „ tum confitentium, tum Confessariorum. "

XIX. Leander *tr.* 3. *disp.* 3. *q.* 19. *Qui recipere alia Sacramenta valent* (præter Eucharistiam) *tenantur ne divino jure confiteri?* hæc scribit : „ *Sed certissimè* respondeo, non teneri : quia „ nullum extat præceptum circa hoc impositum, „ ut clarè colligitur ex Trident. . . . S. Victor, Sylvester, Angel, P. Soto, quos citat & sequitur „ Suarez, Fagundez, Lugo, Villalobos, & omnes communiter. "

XX. P. Claudius Lacroix, *lib.* 6. *part.* 2. *n.* 943. „ Mors, exustio domus, privatio rationis, „ motus venereus dicuntur effectus peccati : & de illis quæritur, an, & quando teneri sint, „ etiam sint simul explicandi in confessione; an „ è contra satis sit dicere : Transfodi, Incendens „ mortem proximi, incendi domum proximi, potavi prævidens periculum ebrietatis, locutus „ sum turpia prævidens motus venereos, *tacenda „ quod omnia ista reipsa secura sint.*

„ Probabilius videtur non esse obligationem „ per se loquendo confitendi talem effectum. Ita „ Vasquez, Salas, Granad. Lugo, Bonac. &c. „ . . . Licèt effectus fuerit in peccato, veluti causa prævisus, aut etiam intentus, tamen talis „ effectus propriè dici non potest peccatum, uti „ probatum est *lib.* 5. *num.* 33. cum neque in se „ sit peccatum, neque etiam externè complexe „ peccatum, secundum dicta *n.* 943. Ergo non „ est obligatio illum confitendi, qui non est „ obligatio confitendi aliud quam peccatum. „ Nec obstat quod non retractarit causam. Nam „ sive

„ tentiæ, quam sequuntur plurimi auctores apud „ Mendo, & Dianam, & alios .... quos usque „ ad viginti duos numerat Caramuel ... qui„ bus adde *Lessium*, *Sa*, *Layman*, *Præpos. dun„ cum*, *Leandr. Hamuld. necnon Ferdinandum de „ Scandalo q. 77. ubi citat Revisores Societatis JESU „ fruentes posse NUNC in Scholis nostris hanc sen„ tentiam pernitti, quam apertè, & ex professo „ Con. Marchant. Joseph de Januario, Martino„ nus, & alii multi Scriptores judicant probabilem. *Quamvis* OLIM secundum nostras re„ gulas permitti non poterat; cum vix reperire„ tur unus scriptor qui illam apertè tueretur, „ ut iidem Revisores apud Tamburinum testan„ tur. NUNC TAMEN, ut notat Diana, IN „ DIES MAGIS RADICES AGIT. "

XL. Idem P. Viva q. 2. a. 2. n. 7. „ Neque „ dicas praxim Ecclesiæ, & consensum Docto„ rum per sexdecim sæcula uniformiter exis„ tantium institutum esse à Christo Domino Sa„ cramentum Pœnitentiæ cum obligatione con„ fitendi peccata dubia, reddere nos certos de „ tali lege, & institutione. "

„ Nam quamvis VERUM sit quod usque ad „ præteritum sæculum VIX UNUS AUCTOR „ reperiatur qui apertè NOS deobliget à con„ fitendis peccatis negative dubiis; at non indè „ id ortum est, quia in sententiam obligantem „ omnes scriptores calamo iverint, sed quia ab „ ea quæstione abstinuerunt. Cum autem NUNC „ in terminis agitetur, & plurimi sententiam de„ obligantem sequantur, hæc reddita est PRO„ BABILIS. "

XLI. P. Gobat *tr.* 6. *n.* 476. „ Negat P. „ Coninck *lib.* 6. *n.* 98. esse probabilem opinio„ nem arbitrantium, quando adest tanta multi„ tudo confiteri volentium pro aliquo celebri „ festo, ut Sacerdos nequeat omnibus satisfacere „ audiendo omnes *integrè*, posse singulis dicere, „ ut *aperiant solùm graviora* è mortalibus, reli„ qua differant ad aliud tempus. Censeo ego, „ salvo meliori judicio, eam opinionem posse „ probabiliter sustineri, casu quo multi ex lon„ ginquo advenissent, obtinendæ alicujus gran„ dis indulgentiæ Confessionem, & Communio„ nem requirentis causa. "

XLII. P. Joannes Baptista Gormaz *disp.* 5. *de Absolut. sec.* 2. §. 2. *n.* 266. *pag.* 775. *& seqq.* „ Quapropter etsi fortè quis ACTUALITER „ PECCANDO subitò destituatur sensibus, RE„ GULARITER sine ablolutione dimittendus „ non est; cum rarissimè contingat ut morti vi„ cinus non velit saluti suæ consulere *saltem per* „ *attritionem*, qua non constat interne carere, „ quamvis externè sit sensibus privatus: per con„ ditionem enim evitatur injuria Sacramenti &c. „ Sic Bonagratia supracitatus. Vide Gobat *tr.* 7. „ *n.* 597. *usque ad* 625. "

XLIII. P. Lacroix *lib.* 6. *par.* 2. *num.* 1255. „ *Rigoristæ dicunt*, causam relaxandi disciplinam „ quoad pœnitentiam esse refrigescentem chari„ tatem fidelium. Sed *contra est*: nam potius in„ ter causas fuit. 1. Ne Confessio ab hæreticis „ impugnata velut impossibilis per duras pœni„ tentias magis redderetur odiosa. 2. Quia suc„ cessu temporis plures fuere Sacerdotes, apud „ quos frequentarentur Confessiones ad emen„ dationem utilissimæ, & qui in hoc foro in„ terno aliter mederentur peccatis *per medicinas* „ *benigniores*. 3. Quia animadversum est, *benignas* „ *pœnitentias* plus prodesse quam rigidas, quod „ per benignas magis *alliceretur* fidelei ad Sa„ cramentum Pœnitentiæ & Eucharistiæ. 4. Quia „ occasione belli sacri contra Turcas *indultus est* „ *usus indulgentiarum*, qui ... est modus satisfa„ ciendi pro peccatis *utilior*, & *certior*, quam „ *observatio canonum pœnitentialium*. 5. Quia suc„ cessu temporis instituti sunt Ordines Religiosi, „ qui sunt status pœnitentium utilissimi. Vide „ *Franciscum Cer. Rom. par.* 2. *cap.* 1. "

XLIV. P. Patritius Sporer *par.* 3. *c.* 4. *q.* 1. §. 3. *n.* 43. *pag.* 237. „ Excusatur Confessarius, „ ut *nullam*, *vel levissimam pœnitentiam* injungat „ ... quando quis lucratur indulgentiam plena„ riam, potest dimitti sine ULLA ALIA MINU„ TA pœnitentia; cum per illam indulgentiam „ satisfiat debito pœnæ. Etsi autem id rarò pro „ certo, sufficit quod *probabiliter* credatur. "

XLV. P. Viva *q.* 6. *de Pœnit. a.* 1. *n.* 1. „ Im„ mo *Lugo disp.* 27. *sec.* 2. *n.* 24. putat eum qui „ lucratur indulgentiam, non obligari ad pœ„ nitentiam, *etiamsi detur in medicinam*: quia „ medicus non præcipit, sed suadet remedium, „ & solus judex præcipit pœnam. Quarè si non „ tenetur pœnitens ratione indulgentiæ ad pœ„ nam quæ præcipitur, nec tenebitur ad medici„ nam, quæ solum suadetur, nisi fortè aliquan„ do ad idam obligetur jure naturali, ne facilè „ labatur. "

XLVI. P. Sporer *p.* 3. *c.* 4. *q.* 1. §. 4. *n.* 548. „ Sententia sanè graviam Doctorum Scti. Caje„ tani, Sylvestri, Medinæ, ac Navarri Man. c. „ 26. n. 20., nimirum liberum esse pœnitenti „ acceptare, vel repudiare pœnitentiam à Con„ fessario impositam, etsi maximè post Triden„ tinum, non intrinsecè, *tamen extrinsecè proba„ bilis*, ad hoc servire potest Confessario ut NE„ MINEM sine ablolutione remittat, qui eam „ sententiam secutus, nollet acceptare pœniten„ tiam impositam, paratus Deo satisfacere in hac „ vel in altera vita, *dummodò* aliquam vel LE„ VISSIMAM pœnitentiam subire velit, v. g. „ aliquod PATER, & AVE, tunsionem pecto„ ris &c.

XLVII. P. Lacroix *lib.* 6. *par.* 2. *num.* 1788. „ Putant *Lumas*, & *Stoz* ad hoc munus (Con„ fessarii) satis DOCTOS esse illos, qui inte„ gram SUMMAM CASUUM diligenter lege„ rint, vel attentè AUDIERINT *explicari*. Quod „ si quis de se ipso dubitet, sistat se examina„ toribus ab Episcopo vel Superiore constitutis; „ qui si eum satis scire judicent, potest acquies„ cere, & cum fiducia in Deum aggredi func„ tionem, quamvis omnium maximam, & gra„ vissimam *Stoz*, *Sporer*. "

XLVIII. Idem Lacroix *ibidem n.* 1795. *pag.* 284. „ *Recte notat* GOBAT *tr.* 6. *n.* 321. Con„ fessarium debere scire SENTENTIAS PLU„ RES

„ RES, quæ verè probabiles sunt, circa mate„ rias morales, eo quod sæpè, ubi non agitur „ de valore Sacramenti, non posit, nec expe„ diat pœnitentes dirigere SECUNDUM UNI„ CAM DOCTRINAM. "

XLIX. P. Viva *q.* 8. *a.* 1. *n.* 7. „ Innoc. XI. „ an. 1679. voluit ut Episcopi non permittant „ venialium confessionem fieri simplici Sacerdo„ ti non approbato ab Episcopo, aut Ordina„ rio ... Pato tamen cum Card. & aliis apud „ *Croix* quod non sit invalida, & quod non ex„ poneretur periculo frustrationis Sacramentum: „ cum *enim probabile sit jurisdictionem* conferri „ Sacerdoti *immediatè à Christo Domino*; & cum „ jurisdictione probabili validè conferatur Sa„ cramentum Pœnitentiæ, ut dicemus quæsito „ nono; idcircò validè confertur Sacramentum „ á simplici Sacerdote dumtaxat à venialibus, „ aut á mortalibus alias absolutis. "

L. Salmanticenses *tr.* 6. *c.* 2. *punct.* 2. *n.* 16. „ Rogabis primò, an si contingat quempiam bo„ na fide confitentem de solis venialibus alicui „ simplici Sacerdoti, habere fortasse occultum, „ & invincibiliter oblitum aliquod mortale, ad„ huc confessio & absolutio valeat, qua indi„ rectè etiam mortalia remittantur? Negat Can„ didus... Affirmant tamen *probabiliter*, in casu „ posito adhuc confessionem, & absolutionem „ valere, qua indirectè etiam mortalia remit„ tentur, cum onere tamen confitendi morta„ lia invincibiliter oblita legitimo Confessario, „ cum postea venerint in memoriam, & aderit „ tempus præcepti Confessionis. Suarez, Grana„ dos, Leander, Henrix. "

LI. Leander *tr.* 5. *disp.* 11. *q.* 14. „ An sal„ tèm posit omnis Sacerdos nullo modo expo„ situs validè absolvere pœnitentem, qui bona „ fide confitetur peccata venialia, & mortalia „ simul? ... Probabilius respondeo, posse in utro„ que casu validè absolvere á mortalibus, licèt „ certior factus pœnitens, quod Sacerdos ille „ non habeat jurisdictionem super mortalia, te„ neatur iterùm confiteri. "

LII. P. Viva *q.* 8. *a.* 1. *n.* 16. „ Respondeo, „ jurisdictionem conferri non solùm quando „ errori communi adjungitur titulus coloratus „ ... sed etiam *probabiliter*, si error communis „ non conjungatur cum titulo colorato; puta, „ si Sacerdos non habens jurisdictionem bona vel „ *mala fide* exponat se confessionali ad audien„ das confessiones, communiter censetur Con„ fessarius approbatus. Ita Diana, Moissesius... „ Debet autem hic error esse probabilis, *non* „ *verò supinus*, *aut crassus*. "

LIII. Idem Viva *q.* 8. *a.* 2. *n.* 1. & 2. „ Vi„ detur non licere conficere Sacramentum Pœ„ nitentiæ cum jurisdictione probabili, saltèm „ quando potest haberi jurisdictio certa. Nihilo„ minus censeo licitum esse absolvere cum juris„ dictione probabili... Hinc sequitur ab Innoc. „ XI. in prima ex ejus proscriptis thesibus non „ esse damnatam hanc sententiam: QUIA „ DEBUISSET ILLAM APERTE DAMNARE, „ si voluisset, quod non solùm in iis quæ perti„ nent *ad materiam & formam Sacramenti*, sed „ etiam in iis, quæ pertinent ad *jurisdictionem* se„ quamur opinionem tutiorem, omissa probabi„ li, *ut multi viri docti censent*. "

LIV. P. Franciscus Fegelli *part.* 1. *c.* 2. *n.* 31. *pag.* 14. „ Praxis & usus *omnium Confessariorum* ob„ tinuit ut impendant absolutionem cum juris„ dictione probabili. Ergo ne tot eorum actus „ sint irriti cum maximo pœnitentium damno, „ rectè judicatur Ecclesiam certissimè conferre „ jurisdictionem, si antea non dabatur.

LV. P. Viva *in Curs. Theol. q.* 9. *a.* 3. *n.* 2. hæc disputat, & resolvit. *Quæritur secundò, an ignorantes reservationem illam incurrant: & idem quæritur de non advertentibus ad illam dum ACTU peccant.* Post multa sic concludit. „ Quarè à pri„ mo ad ultimum nec reservationem, neque ex„ communicationem incurrunt qui illas ignoo„ rant; & quia communiter Doctores inadver„ tentiam actualem, & oblivionem æquiparant „ ignorantiæ invincibili, & inculpabili, indè fit „ *quod non advertens ad pœnam sive reservatio„ nis, sive censuræ, illam non incurrat*; non secùs „ ac si ignoraret. Undè Sanchez *lib.* 4. *cap.* 12. „ docet, quod si quis v. g. in pœnam perjurii vo„ visset jejunare, quoties mentitur, si delinceps „ mentiatur advertens ad votum non mentiendi, „ non verò ad pœnam impositam jejunandi, pec„ caret quidem, sed non teneretur jejunare, ex „ hoc scil. principio, quod pœna extraordinaria, „ & medicinalis non incurratur ab eo qui illam „ ignorat, AUT NON ADVERTIT ad illam. "

LVI. P. Sporer *part.* 3. *cap.* 6. *sect.* 1. §. 3. *num.* 735. „ Quintanaduenas rotundè scribit: Ig„ norantia reservationis, sive juris, sive facti, „ *etiamsi sit vincibilis*, *excusat à reservatione*. Et „ sanè sequitur manifestè ex dictis. Si enim du„ bium de reservatione ab eo excusat, multò magis „ excusabit ignorantia reservationis *etiam vincibilis*.

LVII. Idem Sporer *ibidem*. „ Benè observat „ Gobat, meritò censens, Confessarium regula„ rem non fore fidelem suo Prælato, si nactus pœ„ nitentem implicitum peccato reservato, sed re„ servationis ignarum, non dicat expressè: Te „ quidem absolvo hac vice (*scilicet ex probabili* „ *opinione* DD. & benigna interpretatione mentis „ Superioris, ne bona fide procedens idem pecca„ tum mortale bis debeas confiteri) scito impos„ terum te à me non posse absolvi sine expressa „ voluntate Superioris: quod ipsum consulere „ soleo Parochis, & Vicariis de reservatis casi„ bus episcopalibus sollicitis. "

LVIII. P. Viva *in tract. in propos.* 41. *Alex. VII. n.* 16. „ Dubitatur hic, an posit absolvi qui „ in occasione peccandi proxima versatus est, an„ tequam illam collatis præsertim si in alia Confes„ sione id promisit, & deindè non steterit promissis? „ Nonnulli cum Con. *disp.* 8. *de Pœnit. n.* 133. „ Fill. Azor. Sanch. iputant absolvi non posse ex„ tra casum necessitatis: immò Cardenas *diss.* 40. „ *cap.* 5. *a.* 4. *n.* 108. putat id colligi ex proposi„ tione 61. Innoc. XI. ubi damnatur, quod ab„ solvi posit qui in proxima occasione peccandi „ versatur, quam potest, & non vult omittere.

„ Et ratio videtur esse, quia qui ad Sacramentum „ Pœnitentiæ accedit, antequam occasionem il- „ lam tollat, censetur eam nolle ejicere, atque „ adeò sine debito proposito efficaci non peccandi „ de cetero accedere; quandoquidem in hoc ipso „ quod occasio peccandi non tollatur quandò „ potest tolli, peccatur. Neque obstat quod dicat „ habere propositum tollendi: nam si solùm pro- „ ponit illam tollere de futuro, & non statim „ tollit, eo ipso vult de præsenti in ea occasione „ manere, atque adeò peccat; sicut qui appro- „ pinquante leone proponit fugere, & non statim „ fugit, censetur velle in periculo mortis manere. „ Communius tamen cum Suar. *disp.* 32. *sect.* 3. „ *Tabiena*, & alii censent, posse hujusmodi pœ- „ nitentem absolvi semel ac iterum, si appareant „ hic, & nunc vera signa doloris, & propositi „ efficacis tollendi statim occasionem proximam; „ imò *Cordubа*, *Cajet.* & alii putant; quod pos- „ sit etiam *tertia*, & *quarta vice absolvi*: estò sæpè „ expediat absolutionem differre, quousque pro- „ xima illa occasio tollatur. Debet tamen omninò „ absolvi etiam ante separationem ab illa, tum „ si instet periculum mortis, tum si dilata absolu- „ tione, credatur non habiturus opportunitatem „ redeundi, aut ex alia causa non redditurus. Ra- „ tio cur videatur posse prima, & secunda vice „ absolvi, est, quia *potuit pœnitens aut immediatè* „ *ante, aut audienda concionem, aut audiendo ipsius* „ *Confessarii admonitiones excitari ad verum, & efficax propositum non peccandi, in quo casu est sufficienter dispositus. Sic passim absolvuntur pœnitentes per hoc quod proponant restituere, quamvis ante Confessionem non restituerint, prout potuerunt*: quia ex admonitionibus Confessarii *potest* „ hic & nunc consurgere verum propositum resti- „ tuendi, quod ante Confessionem, vel erat de- „ bile, vel putabatur sufficiens, esto per aliquod „ tempus opportunum restitutio esset differenda. „ Ergo hoc idem fieri potest in eo qui tenetur „ proximam occasionem tollere. Neque ex propo- „ sitione illa 61. Innoc. XI. eruitur, quod absolvi „ non possit: nam qui proponit occasionem statim „ tollere, non potest dici, quod illam velit de „ præsenti; sicut nec dicitur velle periculum mor- „ tis qui appropinquante leone proponit fugere „ statim ac potest. Cautè tamen in hoc proceden- „ dum, eo quod passim hujusmodi propositum „ non est efficax in eo qui potuit antecedenter „ occasionem peccandi tollere, & nondum sustulit.

LIX. P. Martinus Torrecilla plures opiniones laxas de Sacramento Pœnitentiæ docet. Advertendum tamen, ab aliis quoque Casuistis easdem defendi, quos ego citare prætereo brevitatis causa. „ In propositione 57. damnata ab Innocent. XI. „ circa attritionem naturalem, videtur non venire „ damnatum dicere, sufficere attritionem super- „ naturalem existimatam, etsi in re naturalis sit." Idem Torrecilla *in propos. damn. ad propos.* 57. *Innoc. XI. tr.* 8. *concl.* 3. *n.* 19. *fol.* 461.

LX. Idem Torrecill. *tom.* 3. *consult.* 12. *Miscel. n.* 2. *fol.* 454. „ Quandò confessio est tantùm „ de venialibus, non requiritur dolor, attritionè „ illa, de qua Trident. *sess.* 14. *cap.* 3. sed sufficit „ quod pœnitens ad confessionem accedat deside- „ rio, & voluntate confitendi, sine actuali pec- „ candi complacentia.

LXI. Idem *tom.* 2. *summ. tract.* 4. *disp.* 4. *sect.* 1. *cap.* 3. *num.* 17. *fol.* 418. „ Peccata „ sub dubio, etsi strictè tali positivo, negativovè „ non sunt confitenda necessariò."

LXII. Idem loc. cit. *tract.* 1. *disp.* 2. *cap.* 4. §. 2. Grave saltem non est in confessione sacra- „ mentali (præsertim si ea sit generalis, licèt vo- „ luntaria) simulare peccata gravia præterita, nun- „ quam exposita in confessione, quasi ante acta „ esset.

LXIII. Idem *ibidem* §. 7. *num.* 512. *fol.* 75. „ Qui in confessione omisit lætale, quod ex cons- „ cientia erronea vincibili tale non putabat, non „ tenetur eo animadverso, confessionem repe- „ tere, sed tantùm peccatum quod omisit, con- „ fiteri.

LXIV. Idem *ibid.* §. 10. *num.* 633. *fol.* 86. „ Generatim rudes, & ignorantes ad confessio- „ nem perficiendam possunt admitti, etsi nullum „ præmiserint examen.

LXV. Idem *tom.* 2. *sum. tr.* 1. *disp.* 2. *cap.* 4. §. 10. *n.* 643. *fol.* 87. „ Confessor potest absolvere „ pœnitentem, etsi certò sciat in peccato mortali „ esse, quod nec interrogatus confitetur: cre- „ dere enim debet justam causam illud negandi „ habere.

LXVI. Idem *ibid. tr.* 4. *disp.* 4. *sect.* 2. *cap.* 1. *n.* 30. *fol.* 426. „ In tribus casibus potest simplex „ Sacerdos actu administrare Sacramentum pœ- „ nitentiæ. 1. Si confessio sit de venialibus. 2. Si „ sit de mortalibus jam confessis, immò & de „ oblitis in aliis confessionibus. 3. In periculo „ mortis, & probabiliter etiam præsente Parocho, „ vel Sacerdote approbato.

LXVII. Idem *ibid. c.* 3. *n.* 28. *fol.* 432. „ Quilibet „ Sacerdos approbatus potest in vi cruciatæ absol- „ vere totiès quotiès à casibus occultis Bullæ „ Cœnæ Domini, hæresi excepta.

LXVIII. Idem *ibid. sect.* 3. *c.* 1. *num.* 54. *fol.* 442. „ Parochus eligibilis est in Confessarium vi „ Cruciatæ, aut Jubilæi in tota diœcesi, immò „ & in alienis.

LXIX. Idem *ibid. tr.* 1. *disp.* 2. *c.* 4. §. 5. *n.* 189. *fol.* 57. „ Regulares privilegio Bullæ Cruciatæ uti „ possunt, ut independenter à Prælatis suis à quo- „ libet Confessario absolvantur, etiam à casibus in „ Ordine suo reservatis.

LXX. Idem *ibid. tract.* 4. *disp.* 4. *sect.* 2. *cap.* 3. *fol.* 436. „ Probabile est Regulares appro- „ batos posse adhuc vi suorum privilegiorum ab- „ solvere à casibus occultis Bullæ Cœnæ, excepta „ hæresi.

LXXI. Idem *tom. in propos. damn. tr.* 2. *cons.* 1. *à n.* 34. *fol.* 97. „ Sacerdos saltem Regularis limi- „ tatè approbatus pro certo genere personarum, „ vel pro hoc vel illo loco, virtute Bullæ Crucia- „ tæ, vel Jubilæi eligi à quibusvis illimitatè ad „ Confessiones potest.

LXXII. Idem *in propos. damn. dist. tract.* 2. *tom.* 1. *n.* 37. *fol.* 97. „ In propositione 13. ab „ Alexand. VII. damnata, non venit comprehensa „ sen-

„ sententia dicentium, Sacerdotem approbatum „ pro determinato tempore, eo transacto eligibi- „ lem esse per Bullam, vel Jubilæum, immò & „ locum habere potest, quandò limitatio tempo- „ ris absque ulla causa fuit posita, vel mala, vel „ libera voluntate Ordinarii.

LXXIII. Idem *ibid. tr.* 4. *disp.* 4. *sect.* 3. *cap.* 3. *n.* 17. & 18. *fol.* 446. „ Approbatio semel abio- „ latè concessa Regularibus, nisi sit justa causa „ revocandi, saltem ab eodem Episcopo conce- „ dente, neque justè, neque validè revocabilis „ est.

LXXIV. Idem *ibid. num.* 20. & 21. *fol.* 447. „ Nulla alia censenda est causa sufficiens ut Epis- „ copus revocare licitè, & validè possit appro- „ bationem semel absolutè concessam Regulari- „ bus, nisi quia Regularis scandalosè vivit, erro- „ res seminat, omnimodè insordescit, vel mente „ captus sit.

LXXV. Idem *ibid. n.* 9. *fol.* 549. „ Probabile „ est Regularem ab Episcopo approbatum, etiamsi „ diœcesim mutet, semper, & ubique approba- „ tionem illi durare, solummodòque concessione „ jurisdictionis illius Episcopi, ad cujus diœcesim „ transit, indigere.

LXXVI. Idem *tom. de Episc. tr.* 2. *q.* 3. *sect.* 2. *difficult.* 3. *n.* 82. 83. & 88. *fol.* 208. „ Regu- „ lares semel approbati ab Episcopo unius diœce- „ sis nequeunt ab eodem, neque à successore ejus „ novo examini subjici; immò nec Sacerdotes „ sæculares, nisi licentia ipsis fuerit absque exa- „ mine concessa, vel si examen præcesserit, alia „ justa causa interveniente, ut examini subji- „ ciantur.

LXXVII. Idem *in propos. damn. tr.* 2. *consult.* 4. *à n.* 3. *fol.* 107. „ Sacerdos regularis appro- „ batus ab Ordinario suo ad audiendas confessio- „ nes Religiosorum, ubi non est recepta Consti- „ tutio Gregorii XV. *Inscrutabili*, potest ex vi „ talis approbationis audire confessiones Monia- „ lium, etiam earum quæ Episcopo subjiciuntur: „ & ubi est recepta, id ipsum virtute Cruciatæ „ potest.

LXXVIII. Idem *tom.* 3. *Consult. cons. de Pœnit. n.* 1. & 2. *fol.* 342. „ Episcopus qui in ingres- „ su suo per publicum edictum præcipit ut omnes „ Confessarii tàm sæculares, quam regulares exa- „ mini præsententur, & quod dicto termino tran- „ sacto à confessionibus cessent, non solùm injus- „ tè, sed nulliter procedit.

LXXIX. Idem *in propos. damn. tr.* 2. *de Pœnit. consult.* 1. *n.* 26. & 27. *fol.* 96. „ Omnes Regula- „ res adhuc & Religiosi, ac Equites S. Jacobi, „ Calatravæ, & Alcantaræ, & pariter Moniales „ virtute suorum privilegiorum possunt confiteri „ cum quolibet Sacerdote simplici, etiam ad an- „ nuum præceptum adimplendum, ut minimum- „ que hoc non venit damnatum in propos. 13. ab „ Alex. VII. damn.

§. III.

Opiniones quæ P. Balthasari Francolino æquo rigidiores videntur.

PRopositiones quas æquo rigidiores P. Franco- linus in Merbesio, Genneto, & Juvenino de- prehendit, tales mihi visæ non sunt. Nihilosecius ut iterum palam faciam me à partium studio liberum esse, easdem transcribere, atque lectorum studio subjicere operæ pretium existimavi, quales referuntur à P. Francolino, cujus etiam animad- versione referam. Præmittit P. Francolinus, se non tamquam censorem has propositiones rescribere, sed ut ex illis judicet lector, an sit aliqua in scholis doctrina justo rigidior. Inquit enim: *si ergo eorum doctrina rigidior est, jam rigidior doctrina, ac proindè RIGORISMUS multorum est.*

Aliquot BONI MERBESII propositiones excerptæ à P. FRANCOLINO in suo opere inscripto FRANCOLINUS VINDICATUS, *c.* 11. *pag.* 123. *edit. Venet.*

I. Merbesius. *Veri nominis contritio, seu conversio cordis ad Sacramenti valorem necessaria, Dei super omnia dilectionem exigit.* In Summ. Christ. tom. 2. pag. 37.

II. *Francolinus.* „ Quamvis posttea dicat, suf- „ ficere dilectionem Dei initialem, seu inchoa- „ tam, & non perfectam, significat præcisè non „ requiri dilectionem intensam; cæterum veram „ charitatem theologicam requirit. Constat enim „ quod charitas, etiam remissa, est vera charitas „ Theologica, sicut calor remissus est verus ca- „ lor.

III. Merbesius. *Ad veram contritionem non solùm requiritur dolor de universis peccatis mortalibus generatim, & confuse conceptus; verùm etiam specialis, & distinctus de singulis peccatis tàm quoad numerum, quam quoad speciem conceptus.* Pag. 54. col. 1.

IV. *Francolinus* pag. 123. „ Quamvis autem „ moneat satis esse ut id fiat unico actu, vult „ tamen ut is actus tendat in peccata singillatim „ recogitata secundum speciem, & numerum.

V. Merbesius. *Ab sanctis Patribus quatuor afferuntur rationes, ob quas Sacerdos pœnitentium reconciliationem differre tenetur. Si quis dixerit, id jam nec fieri posse, nec debere, tametsi sit priscis temporibus factitatum; respondeo, quod olim factitatum est, nostris etiam hisce temporibus esse faciendum, si eadem illæ rationes, propter quas id olim usurpatum est, nostra etiam hac ætate vigeant.* Pag. 94. Affert autem ibidem solas has quatuor rationes. *Prima*, inquit, *ut ex diuturnitate temporis, & difficultate curationis, mali ab semetipso perpetrati magnitudinem peccator intelligeret. Secunda ut ipse peccator reconciliationem, ad quam per tot gemitus, & labores pervenerat, assecutus, studiosius peccatum effugeret, atque ita partam tot lacrymis gratiam diligentissimè retineret. Tertia, ut indè liqueret, quanta obstinatus peccatores alia ex aliis peccare solitos, ma-*

mant supplicia, si tam ægrè ad Deum reverti properantibus, & pœnitentiæ labores obeuntibus, remissionis gratia concedatur. Quarta denique, ut intima cordis conversio soli cordium scrutatori bene perspecta, & cognita, tandem per aliquid saltem tempus interpœnitentiæ labores exhibita, in Sacerdotum notitiam deveniret.

VI. *Francolinus* pag. 124., Cum autem hæ „ rationes etiam modo vigeant, si olim vigeret, „ sequitur quod etiam modo debeat differri ab„ solutio. . . Loquendo de pœnitentibus qui ha„ bent inveteratum habitum peccandi, sic disserit „ (Merbesius.) " *Ejusmodi homines non sunt citò absolvendi, quia nonnisi ægrè admittunt conversionem ad Deum, sicut oportet. Nam, ut ait S. Thomas* 1.2.q.78. *art.* 2. „ Ille qui peccat ex habitu, „ semper gaudet de hoc quod ex habitu operatur, „ quamdiu habitu utitur; sed quia potest habitu „ non uti, sed per rationem, quæ non est totali„ ter corrupta, aliquid aliud meditari, potest „ contingere quod non utens habitu, doleat de „ hoc quod per habitum commisit; & sic plerum„ que tales pœnitent de peccato, non quia eis „ peccatum secundum se displiceat, sed propter „ aliquod incommodum quod ex peccato incur„ runt. " *Hæc S. Thomas. Ergo cum peccantibus ex habitu vitioso non displiceat peccatum secundùm se, quatenus scil. est offensa Dei, sed propter aliquod detrimentum, vel incommodum temporale, quod ex ipso precipiunt, ita affectis, sicut & quibuslibet aliis ita animatis, ad tempus deneganda est, & differenda sacramentalis absolutio, donec eorum conversio per dignas pœnitentia fructus ex inchoato saltem Dei amore concepta cernatur, & apparet.*

VII. *Francolinus* pag. 124. „ Omitto quod „ hic Merbesius addit de suo verbum illud *tempe„ rale*, quod non est in textu D. Thomæ, quem „ ipse allegat: quodque S. Thomas non agit ibi „ de accedentibus ad Confessionem, ad quam qui „ sponte accedunt, non solent dolere de peccato „ ad vitandum aliquod incommodum temporale, „ sed *saltem* ex timore gehennæ cum spe veniæ, & „ ut reconcilientur Deo, adeoque cum aliquo „ amore Dei. Illud videtur intolerabile, quod „ tam multa is auctor exigat ut hi pœnitentes „ tandem absolvantur. „

VIII. Duo obiter in doctrina P. Francolini animadverto, minimè ut sivè Merbesii, sivè Juvenini, sivè Genneti vindicias suscipiam, sed ne imperiti errent. Utique in textu S. Thomæ non est illud *temperale*, sed est in P. Viva, & aliis infra citandis. *Qui sponte accedunt* (inquit Francolinus) *non solent dolere de peccato*, &c. Spontaneus ergo accessus ad *Confessionale* argumentum est sufficientis doloris pro sacramento suscipiendo? Hanc doctrinam, quæ mihi videtur justo laxior, quamque multi Probabilistæ docent, infra refellam. Eam nunc indicasse sufficiat.

IX. Merbesius: *Contraria vitiosis habitibus adhibenda sunt remedia, ergo peperam agunt Confessarii qui ad profligandos funestos, avaritiæ, libidinis, ebrietatis, & maledicentiæ habitus, qui radices habent altiores, aliquot duntaxat preces injungunt.* pag. 121.

X. *Francolinus* pag. 124. „ Hos Confessarios „ sic generatim nec S. Thomas, nec S. Antoni„ nus damnat, apud quos excusatur, aut etiam „ laudatur Confessarius benignius agens cum „ pœnitentibus infirmæ virtutis, in quibus gra„ vius onus pœnitentiæ exiguum contritionis „ ignem extingueret. "

XI. Merbesius: *Si pœnitens crebrò in peccata ægritalia caderet, probari posset per duos menses, vel tato trimestri, quo exeunte, si vera prosiceretur emendatio professa ex integra ejus fidelitate, & ex vi qua peccata diuturna consuetudine insita ex animo revelleret conatus esset, posset absolvi.* Pag. 141. col. 2.

XII. *Francolinus* pag. 124. „ Sed quid fiet „ cum illis qui aut redire non possunt amplius, „ aut redire non possunt tempore constituto, qui „ certè sunt innumeri? "

XIII. Merbesius. *Satisfactionem admissorum non potest pœnitens alteri reservare sæculo, ut in Purgatorio impleatur.* Pag. 165. col. 2.

XIV. *Francolinus* pag. 125. „ Si sensus sit „ quod neque pars possit alteri sæculo reservari; „ propositio opponitur doctrinæ Raymundi, „ Humberti, Antonini, ut patebit consulenti „ eorum Summas. "

XV. Merbesius. *Pœnitens cui certò constiterit sibi leviorem quam sua mereantur crimina, ex praxi Ecclesiæ satisfactionem à Sacerdotibus impositam essad aliam ultro assumendam tenetur, quæ quidem tota ad aliquam æquilitatem cum pœna temporali pro peccatis debita perveniat.*

XVI. *Francolinus* pag. 125. „ Addit ratio„ nem, quam dicebam, nempè præceptum natu„ rale, & divinum satisfaciendi Deo per pœnam „ culpæ correspondentem. Quæ hinc angustiæ in „ miseros pœnitentes, qui de hoc ipso dubita„ bunt, an verè careant hac certitudine, quique, „ ut prudenter judicent, quod ipsi servent hoc „ divinum præceptum, tenebuntur scrutari, quæ „ sit praxis Ecclesiæ circa hoc. Et hinc iterum „ angustiæ. "

XVII. Merbesius. *Oportet quemcumque Sacerdotem animas in pœnitentiæ tribunali ritè moderari, & regere cupientem, imbutum esse, & instructum notitia canonum, seu regularium, quas sancti Patres, & Concilia ad plectenda mortalium fugitiva, & considerunt, & promulgarunt: aliquin peccatum decretum Cœlestini Pontificis sanctissimi, insertum in corpus juris, hisque verbis conceptum: Nulli Sacerdotum liceat suos canones ignorare, aut quidquam facere quod Patrum possit regulis obviare.* Pag. 182. col. 2.

XVIII. *Francolinus* pag. 125. „ Utile proficc„ to est hos canones perdiscere, & ideo Confessa„ rii monentur ut eos nosse satagant; ac necessa„ rium id esse, & lege præceptum, non probatur „ eo mandato Cœlestini, quod aut modo non adstringit, cum canones pœnitentiales non sint in „ usu; aut non loquitur de illis, cum eorum no„ titia non esset omnibus Sacerdotibus quos ibi „ alloquitur Cœlestinus, necessaria, & fortè nec „ omnibus Confessariis. "

XIX. Rigorismi Merbesium arguit P. Francolinus. Sed audiant omnes judicium quod de *Summa Merbesii* tulit sapientissimus Cardinalis de AGUIR-

AGUIRRE *diss.* 10. *in Concil. Hispan. excur.* 2. ubi hæc habet: „ Merbesius Doctor Theologus, & „ valdè versatus in canonibus sacris, ut ostendit „ Summa Christiana ipsius edita duobus vastis „ voluminibus Parisiis an. 1683. . . . . Non sum „ nescius id opus à nonnullis incusari nimiæ seve„ ritatis, sive rigoris. Sed fortasse ut ita censeant, „ in plerisque rebus germana causa est, non quia „ sententiæ ipsius strictiores justo sint, sed quod „ illorum conscientia laxa est: ut hic quodammo„ do locum habeat dictum illud vetus: *Pedes tui „ non calcant sed habent.*

GASPARIS JUVENIN propositiones.

I. Juvenin pag. 503. edit. Lugd. col. 2. init. hanc statuit conclusionem: *Eo intensius debet esse peccati odium, quo graviora sunt crimina.*

II. *Francolinus* pag. 126. n. 5. „ Additque „ id esse in præcepto secundùm aliquos, licèt se„ cundùm aliquos non sit. Ipse autem jam ingerit „ scrupulum, dum vult ut ad amovendum scru„ pulum *impensius*, & *sæpius debitam contritionis „ intensionem à Deo postulemus.* "

III. Juvenin: *Qui solo timore pœnæ dolet, de suæ contritionis supernaturalitate cum fundamento dubitabit.* Pag. 509. col. 2.

IV. Juvenin: *Divinum præceptum confessionis obligat lapsum intra breve tempus, ita ut lapso non liceat in multum tempus secundum prudentem æstimationem suam confessionem differre.* Pag. 65. col. 2.

V. *Francolinus* pag. 127. „ Hæc propositio est contraria omnibus Doctoribus, uno vel altero excepto, ut dictum est.

VI. Juvenin: *Jure divino est necessaria satisfactio lapsi post Baptismum.* Pag. 676. col. 2.

VII. *Francolinus* pag. 127. „ Et quidem „ condigna, ita ut levis injungi non possit pro „ gravibus, ut postea probare contendit. Igitur „ cum Ecclesia non possit dispensare in præceptis „ divinis, & naturalibus, malè dispensavit in „ hoc, ut certè fecit sæpissimè. "

VIII. Juvenin: *Periculum est ne vir nobilis, qui magno suæ famæ desiderio tenetur, ruant ad duella, si in his locis permaneant in quibus prævident suam famam, quam deperdunt, adducendam esse in discrimen. Dimittendi sunt igitur absque sacramento, si ex illis locis discedere detrectent.* Pag. 742. col. 2.

IX. *Francolinus* pag. 1227. „ Hoc periculum „ non videtur proximum, nec ea *prævisio officere „ videtur*, si alioquin habeant firmum propositum abstinendi ab omni peccato. Alioquin vix „ ullus miles nobilis potest absolvi. "

Rigorismus FRANCISCI GENNETI Episcopi Vasionensis.

I. Gennetus *tom.* 4. *tract.* 6. *c.* 5. *quæst.* 19. „ Requiritur, ut possit Confessarius prudenter ju„ dicare, contritionem pœnitentis includere qua„ tuor circumstantias quas Tridentina Synodus „ censuit necessarias, &c. *Tertia est firmum, con„ stansque, seu non vacillans nova vitæ propositum.*

II. *Francolinus* lib. 2. disp. 10. n. 26. pag. 99. edit. Venet. „ At ipsi fortè non vident suæ doc„ trinæ consequentias, ut certè eas non vidisse „ dicendus est Franciscus Gennetus in sua recen„ tissima Theologia morali edita Parisiis an. 1703. „ Ex pluribus exemplis *rigidissimæ ipsius doctrinæ*, „ undè gravia sequuntur absurda, unum afferam „ *ex tom.* 4. *tr.* 6. *de Sacram. Pœnit.* ubi *cap.* 5. q. „ 19. docet, ad veram contritionem in hoc Sa„ cramento requisitam, esse necessarium *constans „ propositum*: non inquit propositum, sed *constans „ propositum*, idque debere innotescere Confes„ sario. "

III. En rigorismum Genneti. Ad veram peccatoris in Deum conversionem non modo requirit *propositum utcumque*, ut fieri solet, sed *firmum, constansque, seu non vacillans.* Hæc autem doctrina, clamat P. Francolinus, non rigida tantùm est, sed etiam *rigidissima.* Rigorista ergo est S. Paulus, qui 2. *Cor.* 7. docet: *Quæ enim secundùm Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem stabilem operatur.* Et tamen hoc est potissimum exemplum quod affert P. Francolinus, ut demonstret *doctrinam* Genneti esse *rigidissimam*, nedum rigidam. Si quis diceret, opposuram P. Francolini doctrinam, nempè ad veram pœnitentiam sacramentalem *sat esse propositum utcumque*, & *vacillans*, esse laxissimam, abluderet ne à vero?

BREVIS ANIMADVERSIO.

Conferat nunc lector præjudiciorum vacuus propositiones quas ex *Merbesio*, *Juvenin*, & *Gennetto* refert P. Francolinus, cum propositionibus quas ego §. antecedenti ex permultis Probabilistis recensui. Deinde concludat, quinam potiori jure vocis sonitum extollere jure valeat, & debeat. Verum luculentiora in universo hoc opere argumenta istius judicii formandi dabimus.

CAPUT II.

Axiomata quorumdam Casuistarum, quæ sunt veluti loci Theologici, seu fontes, undè isti sua hauriunt conclusiones, & resolutiones.

PRÆLOQUIUM.

IN limine tomi primi hujus Compendii locos Theologiæ christianæ brevi calamo exposui. In præsens axiomata quædam exponam quæ plures Casuistæ, invecto Probabilismo, pro locis veluti theologicis, undè suas eruunt conclusiones, habent. Probabilismus, ut ostensum suo loco est, pro conscientiæ, & honestatis regula constituit tum veritatem, tum falsitatem, dummodo hæc probabilitatis, & ignorantiæ invincibilis veste induta sit. Et sane, novo opinandi modo invento, principia excogitanda erant quæ essent tali sistemati consentanea. Nihil dico quod non prædixerint Alexander Papa VII. Ecclesia Gallicana, atque graviores Theologi. Ne vero quisquam suspicari jure queat, me hæc scribere ad invidiam omnibus Casuistis creandam, testor primò, me

auctores omnes venerari, & suspicere; deindè aperte, & perspicuè declaro, me non adscribere generatim omnibus Casuistis AXIOMATA, quę mox subjiciam, sed illis dumtaxat qui totidem verbis eadem docent, & iisdem utuntur. Denique si minus vera, quæ scripturus sum, aliquibus apparebunt, eamdem confutandi, atque labefactandi plena libertas esto. Quæ mihi certa videntur, promo. Falli dubio procul possum: idcirco aliorum judicio refellenda subjicio. In hunc porrò locum remisi hæc axiomata refellenda, quia eorumdem usus præcipuè in administrando Sacramento Pœnitentię obtinet, ut experientia omnibus nota pateat. Ad rem.

AXIOMA I.

Cave à Rigorismo, cave à Rigoristis. Sancta benignitas propugnanda est: & Rigorismus quotidiè magis invalescens exterminandus in administrando Pœnitentiæ Sacramento.

ANIMADVERSIO.

Publica, & omnibus comperta experientia istius primi *axiomatis* falsitatem arguit. Matronæ, & matronulæ, amasię, & amasiæ, mimi nonnumquàm, & mimæ Sacramentum Pœnitentiæ frequentant. Quę istorum pœnitentia, quæ jejunia, quæ cilicia, quæ vigiliæ, quę disciplinę, quæ morum correctio? Ubinam ergo Rigorismus cavendus? Chimæra ergo est Rigorismus iste. Falleris. Profectò apud illos qui indicatis Christianis Sacramentum Pœnitentiæ administrant, Rigorismum non offendes. Ubinam ergo? Apud illos qui præfatis Christianis administrare Sacramentum recusant, nisi arti amatoriæ, ludis pecuniariis, & fortuitis, comœdiis, tragœdiis, theatris, choreis, usuris priùs vale dicant. At hæc doctrina evangelica est, & universæ Ecclesiæ, nisi me omnia fallunt. Si isti Christiani, & peccata, & peccandi occasiones reipsa derelinquunt, continuò absolvuntur ab ipsis Theologis, qui ut *Rigoristæ* proclamantur. Cavendum itaque à *Laxismo*, qui altius vexillum explicat, secus à *Rigorismo* ab omnibus Catholicis in exilium pulso. Appellas ab experientia omnibus pervia ad libros? Ecce ex una parte Merbesius, Morinus, Gennetus, Natalis ab Alexandro, Pontasius, Besombes, Antoine, qui Rigoristæ appellantur. En ex altera parte Caramuel, Bordon, Diana, Bonacina, Zanardi, Moya, La Cruz, Veracruz, Leander, Tamburinus, Gobat, Castropalaus, Sanchez, Lacroixius, Escobar, Alcocer, Bizozer, Burgaber, Sporer, Razemberger. Rogo omnes ut vel unicam solam propositionem Rigorismi damnatam, vel damnandam ex prioris classis operibus extractam objiciant, Rigoristas illos vocent. Ego contra ex secundæ classis libris non unam, sed centenas, & centenas dabo, partim certè damnatas, & partim quę imbecillitati meæ damnandæ videntur. Judicent nunc sapientes, an de Rigorismo conquerendum sit. Vide præfationem in Tomum IX.

AXIOMA II.

Lex quæque gravis, & onerosa est. Ergo in favorem subditorum exponi debet.

ANIMADVERSIO.

Hic est secundus locus, quod veluti pro theologico Casuistæ nonnulli habent, ut heinc benignas opiniones deducant. Dubio procul leges omnes adversantur appetionibus humanis, carni, & sanguini. Admisso autem hoc casuistico axiomate corruunt omnes leges divinæ, & humanæ. Passim Evangelium Christi clamat, & jubet ut crucifigamus carnem cum concupiscentiis nostris, ut quotidiè crucem humeris nostris imponamus, & feramus, ut bellum continuum appetitionibus intentemus, ut mundanis spectaculis, deliciis, pompis renuntiemus, ut denique oculos, & sensus à vanitate avertamus. Quid gravius, quid onerosius humanitati? Si in favorem humanæ libertatis leges istæ interpretandæ sint, actum conclamatumque est de universo Evangelio, cæterisque humanis legibus.

AXIOMA III.

Tanta est divinæ misericordiæ benignitas erga homines, ut eodem loco habeat veritatem: & falsitatem pallio probabilitatis ornatam. Quarè Christus Dominus, in die tremendo judicii extremi dicet: Venite benedicti Patris mei, quia fuistis mundaci, perjuri, avari, probabiliter judicantes talia licita, honesta esse.

ANIMADVERSIO.

Blasphemia forsitàn probis Christianis hæc videbuntur. Sed pro certo habeant *hoc axioma* esse præcipuam, & veluti primum Theologiæ probabilisticæ locum thologicum, & fontem, undè Probabilistæ inferunt homines mentientes, pejerantes, fornicantes: se polluentes, fœnerantes ex ignorantia invincibili, & probabiliter judicantes hęc, & ejusmodi opera esse honesta, & laude digna, præmium æternum, *per accidens* quidem, mereri. Scriptura sancta contra clamat: *Lex tua veritas. Omnia mandata tua veritas. Deus est veritas.* Ignorantia invincibilis à peccato excusat, at in virtutem æterno regno dignam mutare peccatum nequit neque per se, neque per accidens. Probare falsitatem, & iniquitatem nullo excogitabili modo Deus potest, quia hæc suę divinæ naturæ repugnant. Bonum ex integra causa, malum ex quocumque defectu. Hæc *tom. 2. Apparatus ad Theologiam Christianam* penitùs profligata sunt.

AXIOMA IV.

Lex in controversiam, & in utramque partem disputata, dubia est, nec satis promulgata, ut obliget. Lex autem dubia non obligat, quia melior est conditio possidentis. Libertas humana possidet adversus omnes leges, sive divinas, sive humanas hoc modo dubias.

ANI-

ANIMADVERSIO.

Hic est alter locus Theologicus præcipuus, & universalis novi opinandi modi, seu Probabilismi. Eundem labefactavi *loc. cit.* Humana libertas subjecta nascitur legi æternę Dei. Quarè hæc lex contra libertatem, non libertas contra legem in dubio possidet. Heinc est quod sacri canones clamant: *In dubiis tutior pars est eligenda.* Sophismata Probabilistarum *loc. cit.* convulsa sunt.

AXIOMA V.

Peccata dubia positivè non sunt confitenda. Et hic locus, inquit celebris Probabilista, IN DIES MAGIS RADICES AGIT.

ANIMADVERSIO.

Fatentur vel ipsi Probabilistę, ut infra adductis eorumdem verbis ostendam, hanc doctrinam novam esse, sed invalescente probabilistica benignitate, *in dies magis radices agere*, & invalescere. Securis ad has veneficas, ut ego quidem arbitror, radices adjicienda est, ne antiquam, & sanam Evangelii doctrinam inficiant, & corrumpant, juxta prædictionem Apostoli Pauli: *Erit enim tempus cum sanam doctrinam non sustinebunt.... ad fabulas autem convertentur.* Infra ex instituto hunc *Probabilismi* surculum penitùs præcidam.

AXIOMA VI.

Quod docent auctores probi, pii, & graves, licitum est, & honestum. Auctores pii, probi, & graves docent, licitum esse frequentare theatra, comœdias repræsentatas à personis sub diversi sexus specie prodeuntibus in scenam, ut artem amatoriam edocent auditores: docent hos contractus, hos ludos, has conversationes, hæc solatia licita esse. Ergo Christiani sequentes opiniones istorum virorum pinorum, probrorum, & gravium, tuti in conscientia sunt.

ANIMADVERSIO.

Clamat ad Galatas *cap. 1.* S. Paulus firmiter inhærendum esse Evangelio Christi, quidquid blandiloqui homines in oppositum dicant. *Sed licèt nos, aut Angelus de Cælo evangelizet vobis, præterquam quod evangelizavimus vobis, anathema sit.... An quæro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem, servus Christi non essem.* Quinam isti auctores graves, pii, & probi? Suntne Ecclesiæ Patres? Suntne Ecclesię Doctores? Quid quod, si etiam Angeli essent, nullam iisdem adhibendam esse fidem docet S. Paulus? Unde sciam veros, aut falsos Doctores esse? *A fructibus eorum*, respondet Christus. Si mores, & vitam tuam conformant ad vitam Christi; si te per viam arctam, & angustam cum paucis ducunt: hi sunt viri graves, probi, & pii. Si contra per viam latam, & spatiosam, cum multitudine dirigunt: si mundi solatiis, & deliciis te saginari permittunt: si indulgent ut pompas, luxum, & mundanas vivendi rationes amplectaris: hi sanè falsi prophetæ, & cæci directores sunt: *& si cæcus cæcum ducit, ambo in foveam cadunt.*

AXIOMA VII.

Jugum meum suave est. Favores ampliandi, odia restringenda.

ANIMADVERSIO.

Hoc ferè unicum est Evangelii testimonium quod passim inculcant Probabilistæ plurimi. Verùm ab iisdem inquiro, quomodo Christi jugum sit suave, si continuam carnis crucifixionem, quotidianam orucis delationem, erare pro persequentibus, & calumniantibus jubet; si castitatem immaculatam, & perpetuum mundi, & eorum quę mundi sunt, odium præscribit; si per arctam, & angustam viam ambulare; si sanguinem fundere, & vitam cum morte commutare imperat, ut ejusdem coram tyranno fides propugnetur. Istud ne jugum suave? istud ne onus leve? Scilicèt, respondent Patres omnes, quia charitatis robore, & divini amoris unctione ita foventur, instaurantur, eriguntur humanæ vires, ut jugum, leve, & suave fiat. Unum ex Patribus allegare sufficiat. S. Augustinum. *Vide quia oneratus non eris, si ipsum audieris*: Jugum enim meum leve est.... *Hæc sarcina non est pondus onerati, sed alæ volaturi. Habent & aves pennarum suarum sarcinas.... Portant illas in terra, & portantur ab illis in cælo. Tu si misericordiam velis præbere avi, præsertim æstate, & dicas: Miseram istam aviculam onerant pennæ: & detrahas onus hoc, in terra remanebit, cui subvenire voluisti. Porta ergo pennas pacis, alas accipe charitatis. Hæc est sarcina. Sic implebitur lex Christi.* De verb. Apost. serm. 24.

Quid ad hæc Probabilistæ, quorum plures ita extenuarunt divini amoris mandatum, ut alii per totam vitam, alii per quinquennium, alii per biennium vix semel obligare doceant, & communiter omnes vel inchoati divini hujus amoris necessitatem ad Sacramentum dignè suscipiendum negent? Ergo Probabilistarum sensu lex evangelica suavis non est unctione charitatis, sed sensuum carnalium delectatione. Ergo Probabilistæ adversantur communi omnium Patrum doctrinæ. Siquidem Probabilistæ in sensu evidenter falso, ne dicam erroneo, opponunt hoc evangelicum oraculum, *Jugum meum suave est.* Heinc enim inferunt, deliniendum esse legis rigorem, & relaxandam, atque accomodandam esse legem humanis appetitionibus, & desideriis: atque vi probabilismi in favorem hominum interpretandam: quoniam favores sunt ampliandi, & perosa humanitati lex restringenda. Hæc autem evidenter pugnant cum universa Ecclesiæ doctrina. Præcidunt alas divini amoris, qui sociari nequit cum amore insanientis mundi. Porrò sublata charitate lex dura duris, ut S. Augustinus ait, evadit. Heinc est quod justis suavis lex est, peccatoribus verò dura, & molesta.

AXIO-

AXIOMA VIII.

Assuefaciendi sunt Christiani Sacramentorum frequentationi : quia licet dum juvenes , & robusti sunt, mores non reforment ; dum tamen ad senectutem declinant , tunc assuefacti frequentare sacramenta dignos edunt fructus. Quare nunquam , aut rarissimè denegandæ iisdem absolutio est. Alioquin in reprobum sensum sese detrudunt.

ANIMADVERSIO.

Adolescentiam ergo , & virilem vitam amasii , & amasiæ , mimi , & mimæ , avari , & adulteri sacrilegiis , & flagitiis nutriant , foveant , saginentque ; cum verò deficient vires , tunc candidi , & candidæ , tunc sancti , & sanctæ evadent ? Quid si in medio cursu deficiant ? Quid si cæcitatis caligine obducantur? Undè sibi spondere donum conversionis valent ? A Deo, cui per totam vitam bellum intentarunt , ut diabolo , & mundo inservirent ? Axioma istud erroneum est, & scandali plenissimum.

AXIOMA IX.

Pluris faciendus est bonus Summista , seu Casuista in regimine animarum , quam omnes Patres simul. Quærunt casus temporum Doctores temporum. Bellutus mihi esto , si ex Basilio , Augustino , Gregorio resolvet casus qui ætate nostra occurrunt.

ANIMADVERSIO.

Oh infelices primæ ætatis aureæ Christiani, qui directi fuere ab illis sanctissimis Patribus, qui ab ipsis Apostolis, & hi à Christo Jesu lumen acceperunt ! Præferendus est junior Casuista omnibus Patribus in animarum regimine ? Quid si ab hæreticis hæc audiremus ? Et tamen hæc à Theologis Catholicis typis publicis eduntur. Clamat contra Scriptura sancta : *Non te prætereat narratio seniorum : ipsi enim didicerunt à Patribus suis* : Eccli. 8. & iterùm Deut. 32. *Interroga patrem tuum , & annuntiabit tibi ; majores tuos, & dicent tibi.* Innumera sunt Scripturarum testimonia , quæ nos ad seniorum consilia mittunt. Quid accidérit Roboam , qui derelicto consilio seniorum , opiniunculas juniorum amplexus est, narratur 3. *Reg. cap.* 12. Theologia illa quæ neglectis Scripturis , & Patribus , & Conciliis , consulit dumtaxat juniores quosdam Casuistas , num dicenda sit christiana , judicent sapientes. In istorum libris non paucis quæ alia occurrunt , nisi hæc ? Licet , & non licet : peccat , & non peccat : est mortale , non est mortale : tenetur , & non tenetur : est veniale , non est veniale , obligat , non obligat : potest , & non potest : probabile est urgere , probabile est non urgere : est probabile , non est improbabile : qui probabiliter operatur , refutata probabilitore sententia , prudenter operatur ? Hoc est commune probabilistarum idioma. Num hęc opinandi ratio , & modus aptus sit morum reformationi , alii , qui communi sensu à præjudiciis vacuo prædíti sunt, judices sedeant. Illud mihi certum est , quod præferre juniores Casuistas antiquis Ecclesiæ Patribus temeritate non vacat , & scandalum ingerit , vel ipsis hæreticis , qui hoinc ansam arripiunt contemnendi SS. Patres. Qui respondere sunt iisdem opponentibus pluris fieri à Catholicis nonnullis unum *bonum Casuistam* , quam Patres omnes , Probabilistæ , penitùs ignoro. S. Paulus ab ipsa mali specie cavendum esse monet. Omnes Scripturæ , omnes Patres vitanda peccandi pericula inclamant. Contra hodiè à plurimis appropinquandum esse peccato , & abstinendum ab eodem , docetur. An non appropinquandum esse peccato suadent qui licitas conversationes familiares utriusque sexus , licitos ludos fortuitos , licitam frequentiam theatrorum , comœdiatum, chorearum , &c. docent?

AXIOMA X.

Datur ignorantia invincibilis ferè omnium præceptorum naturalium. Si non advertis te non peccare , non peccat. Quandò Confessarius prudens advertit pœnitentem sub aliquo peccato mortali teneri , & difficilem ad suscipiendum remedium , poterit illum relinquere in bona fide , quę à peccato excusat , & monitiones in tempus opportunum differre. Hoc notetur permaximè pro Confessariis mercatorum , & Principum.

ANIMADVERSIO.

Raram ignorantiam invincibilem esse juris naturalis , saltem præceptorum Decalogi , & eorum quę indè proximè consequuntur , supra jam ostensum est. Necessitas quoquè advertentiæ actualis jam profligata est. Ultimam partem, quæ docet , prudentem Confessarium debere pœnitentes relinquere in peccato mortali sordescentes, quandò prævider monitionem non profuturam, quia bona fides illos excusat infra ex instituto profligabo.

AXIOMA XI.

Communiter fideles Ecclesię Catholicæ diriguntur doctrina probabilistica. Confessarii in animarum regimine communiter adhibent Casuistas probabilistas. Probabilismus per omnes cujuscumque status homines divagatur. Numquid omnes isti damnati , numquid omnes reprobi ? Vah trucem Rigorismum.

ANIMADVERSIO.

Vel ipse paganus Seneca *lib. de Vit. beat.* sophisma istud improbavit. *Nulla res nos majoribus malis implicat quam quod ad rumorem componitur , optima rati ea quę magno assensa recepta sunt ; quorum exempla multa sunt : nec ad rationem , sed ad similitudinem vivimus . . . Non est quod mihi respondeas : Hac major pars esse videtur. Ideò enim peiori. Non tam benè cum rebus humanis agitur ut meliora pluribus placeant. Argumentum pessimi turba est. Quæramus quid optimè factum sit , non quid usitatissimum ; & quid nos in possessione felicitatis æternæ constituat , non quid vulgò veritatis pessimo interpreti probatum sit.* Paganorum ore evulgare Deus voluit veritates istas , ut æterno pudore suffunderet Christianos , quos in media luce evangelica non pudet , inquit S. Basilius , multitudine mendacium defendere. Clamabat olim sanctissimus Martyr Cyprianus *epist.* ad Donatum : *Inter jura peccatur , & cœpit licitum esse quod publicum est.* Pluriès hoc sophisma sibi opponit S. Augustinus: *Quam multi hoc faciunt ? Quis non facit.? Num omnes perditurus est Deus ?* Quibus ita occurrit S. Doctor : *Non afferamus dolosas , sed afferamus divinam statuam de Scripturis Sanctis.* Istorum autem ora obstruit Scriptura Sancta Exod. 23. *Non sequaris turbam ad faciendum malum : nec in judicio plurimorum acquiescas sententiæ , ut à vero deviei.* A vero deviare Probabilistas , vel ipsi fatentur , cum præscindant á veritate , & falsitate, ut probabilitates contrarias sequantur. Verùm etsi universus mundus probabilista fieret , quod nunquam eveniet, non propterea verbum Dei, quod est verbum veritatis , vel tantillum deficiet. Clamat autem Scriptura Sancta psal. 24. *Universæ viæ Domini misericordia , & veritas.* Non aliqua, sed *universæ* , sed omnes viæ Domini sunt *viæ veritatis , & misericordiæ.* Clament Probabilistæ, crescat in immensum Probabilistarum multitudo ; nunquam divinum oraculum mutationi obnoxium evadet. Gratia divina à sola Dei misericordia , non ob aliquod nostrum meritum, non ob aliquod chimęricum pactum nobis collata , & veritas à Deo revelata nos ducunt ad regnum cæleste. Quia inquit Joan. *cap.* 1. Christus est Verbum caro factum *plenum gratiæ , & veritatis . . . , Gratia , & veritas per Jesum Christum facta est.* Qui gratię Christi suam intimam, insitamque efficacitatem adimunt ; & qui veritati Christi falsitatem imiscent , viam claudunt regni cælestis , nulla suffragante probabilitate; quæ si excusare interdum à malitia potest , ducere ad æternam patriam nequit. Quid ergo multitudinem objicitis : Clamat *serm.* 224. *ad insant.* S. Augustinus. *Timeo vobis non tantùm à paganis , non tantùm à Judæis , non tantùm ab hæreticis , quantùm à malis Catholicis. Eligite vobis in populo Dei quos imitemini. Nam si TURBAM imitari volueritis , inter paucos angustam viam ambulantes non eritis.* Turbam non sequimur, sed viros graves , pios , & probos. Benè habet. Isti viri pii , probi , & graves ducunt ne vos cum paucis per viam arctam , & angustam, an cum magna turba per viam latam , & spatiosam pomparum , theatrorum , ludorum , comœdiatum, chorearum , & solatiorum ? Quid ad hæc ? Si per blandam , & deliciis aspersam viam vos ducunt , sint pii , sint graves, vos decipiunt , & seducunt , inclamat idem S. Augustinus. *Venturi sunt homines , & dicturi : Magnus ille vir , magnus ille homo . . . Videtis, quia lucet de illis aliqua flamma sermonis , & aliquis de ipsis ignis accenditur.* Quid indè ? Reponit S. Doctor. *Principes sunt , docti sunt , magni sunt , lapides pretiosi sunt. Quid adhuc dicturi es ? Numquid Angeli sunt ? Et tamen (ipsum Paulum audite) si Angelus de cœlo annuntiaverit vobis , præterquam accepistis , anathema sit.* Advertas velim , homines ineptos , flagiosos rarò seducere bonos, quia isti communiter ut lupi rapaces vitantur. Illi seducunt , qui in vestimentis ovium , inquit *lib.* 3. *Confess.* colorant sermones suos. *Sunt qui seducunt magno , & blando , & bonesto nomine colorantes , & fucantes sermones suos.* Innumera alia Patrum testimonia nunc prętereo.

AXIOMA XII.

Qui confiteri , qui audire Confessionis , & administrare Pœnitentiæ sacramentum possint , si missis libris casuisticis , & probabilisticis , legenda essent Evangelica , aut opera Genuesti , Pontasii , Natalis Alexandri , Merbesii , Antoine , & similium? Sacramenta rari susciperent. Ecclesię nostra desertę evaderent.

ANIMADVERSIO.

Plurimorum ore circumferri , & evulgari hoc axioma , notissimum est. Quid in hac hypothesi accideret , divinare nolim. Illud scio , evangelicam doctrinam , animarumque salutem æternam, pro quibus Christus mortuus est , Dei ministris cordi esse debere. Ut verò in hunc finem recta tendunt sacramenta ritè frequentata ; ita maximè avertunt ab eodem sacramenta indignè , aut oscitanter susceptra , tantùm ut invecto mori fiat satis. In id totis artubus incumbere sacri ministri debent ut Christianorum mores ad divinæ legis normam ita componantur quo dignè sacramenta frequentare queant.

CAPUT III.

De Virtute pœnitentię.

I. QUÆST. I. *Quid sit pœnitentia generatim accepta ?* RESP. Pœnitentiæ vocabulum latè patet. 1. Significat dolorem de quacumque re , sive bona , sive mala , quam quis aliter vellet. 2. Est dolor ob crimen patratum conceptus non Dei , sed sui ipsius causa, qualis fuit dolor Esau. 3. Est dolor de peccato, propterea quod est offensa Dei.

II. Tria apud Theologos pœnitentia includit. 1. priotis vitæ resipiscentiam , & mutationem. 2. ejusdem vitæ dolorem , & detestationem. 3. punitionem quam peccator sibi imponit , vel sibi impositam libenter sustinet , ut Deo satisfaciat.

III. Pœnitentia , altera vera, & est internus animi dolor de patrato peccato , Dei causa conceptus cum detestatione prætéritæ vitæ , & proposito melioris , & cum satisfaciendi deliberatione conjunctus. Altera falsa , qua quis afflígitur non

AXIOMA VIII.

Assuefaciendi sunt Christiani Sacramentorum frequentationi : quia licet dum juvenes , & robusti sunt, mores non reforment ; dum tamen ad senectutem declinant , tunc assuefacti frequentare sacramenta dignos edunt fructus. Quare nunquam , aut rarissimè denegandæ iisdem absolutio est. Alioquin in reprobum sensum sese detrudunt.

ANIMADVERSIO.

Adolescentiam ergo , & virilem vitam amasii , & amasiæ , mimi , & mimæ , avari , & adulteri sacrilegiis , & flagitiis nutriant , foveant , saginentque ; cum verò deficient vires , tunc candidi , & candidæ , tunc sancti , & sanctæ evadent ? Quid si in medio cursu deficiant ? Quid si cæcitatis caligine obducantur? Undè sibi spondere donum conversionis valent ? A Deo, cui per totam vitam bellum intentarunt , ut diabolo , & mundo inservirent ? Axioma istud erroneum est, & scandali plenissimum.

AXIOMA IX.

Pluris faciendus est bonus Summista , seu Casuista in regimine animarum , quam omnes Patres simul. Quærunt casus temporum Doctores temporum. Bellutus mihi esto , si ex Basilio , Augustino , Gregorio resolvet casus qui ætate nostra occurrunt.

ANIMADVERSIO.

Oh infelices primæ ætatis aureæ Christiani, qui directi fuere ab illis sanctissimis Patribus, qui ab ipsis Apostolis, & hi à Christo Jesu lumen acceperunt ! Præferendus est junior Casuista omnibus Patribus in animarum regimine ? Quid si ab hæreticis hæc audiremus ? Et tamen hæc à Theologis Catholicis typis publicis eduntur. Clamat contra Scriptura sancta : *Non te prætereat narratio seniorum : ipsi enim didicerunt à Patribus suis* : Eccli. 8. & iterùm Deut. 32. *Interroga patrem tuum , & annuntiabit tibi ; majores tuos, & dicent tibi.* Innumera sunt Scripturarum testimonia , quæ nos ad seniorum consilia mittunt. Quid accidérit Roboam , qui derelicto consilio seniorum , opiniunculas juniorum amplexus est, narratur 3. *Reg. cap.* 12. Theologia illa quæ neglectis Scripturis , & Patribus , & Conciliis , consulit dumtaxat juniores quosdam Casuistas , num dicenda sit christiana , judicent sapientes. In istorum libris non paucis quæ alia occurrunt , nisi hæc ? Licet , & non licet : peccat , & non peccat : est mortale , non est mortale : tenetur , & non tenetur : est veniale , non est veniale , obligat , non obligat : potest , & non potest : probabile est urgere , probabile est non urgere : est probabile , non est improbabile : qui probabiliter operatur , refutata probabilitore sententia , prudenter operatur ? Hoc est commune probabilistarum idioma. Num hęc opinandi ratio , & modus aptus sit morum reformationi , alii , qui communi sensu à præjudiciis vacuo prædíti sunt, judices sedeant. Illud mihi certum est , quod præferre juniores Casuistas antiquis Ecclesiæ Patribus temeritate non vacat , & scandalum ingerit , vel ipsis hæreticis , qui hoinc ansam arripiunt contemnendi SS. Patres. Qui respondere sunt iisdem opponentibus pluris fieri à Catholicis nonnullis unum *bonum Casuistam* , quam Patres omnes , Probabilistæ , penitùs ignoro. S. Paulus ab ipsa mali specie cavendum esse monet. Omnes Scripturæ , omnes Patres vitanda peccandi pericula inclamant. Contra hodiè à plurimis appropinquandum esse peccato , & abstinendum ab eodem , docetur. An non appropinquandum esse peccato suadent qui licitas conversationes familiares utriusque sexus , licitos ludos fortuitos , licitam frequentiam theatrorum , comœdiatum, chorearum , &c. docent?

AXIOMA X.

Datur ignorantia invincibilis ferè omnium præceptorum naturalium. Si non advertis te non peccare , non peccat. Quandò Confessarius prudens advertit pœnitentem sub aliquo peccato mortali teneri , & difficilem ad suscipiendum remedium , poterit illum relinquere in bona fide , quę à peccato excusat , & monitiones in tempus opportunum differre. Hoc notetur permaximè pro Confessariis mercatorum , & Principum.

ANIMADVERSIO.

Raram ignorantiam invincibilem esse juris naturalis , saltem præceptorum Decalogi , & eorum quę indè proximè consequuntur , supra jam ostensum est. Necessitas quoquè advertentiæ actualis jam profligata est. Ultimam partem, quæ docet , prudentem Confessarium debere pœnitentes relinquere in peccato mortali sordescentes, quandò prævider monitionem non profuturam, quia bona fides illos excusat infra ex instituto profligabo.

AXIOMA XI.

Communiter fideles Ecclesię Catholicæ diriguntur doctrina probabilistica. Confessarii in animarum regimine communiter adhibent Casuistas probabilistas. Probabilismus per omnes cujuscumque status homines divagatur. Numquid omnes isti damnati , numquid omnes reprobi ? Vah trucem Rigorismum.

ANIMADVERSIO.

Vel ipse paganus Seneca *lib. de Vit. beat.* sophisma istud improbavit. *Nulla res nos majoribus malis implicat quam quod ad rumorem componitur , optima rati ea quę magno assensa recepta sunt ; quorum exempla multa sunt : nec ad rationem , sed ad similitudinem vivimus . . . Non est quod mihi respondeas : Hac major pars esse videtur. Ideò enim peiori. Non tam benè cum rebus humanis agitur ut meliora pluribus placeant. Argumentum pessimi turba est. Quæramus quid optimè factum sit , non quid usitatissimum ; & quid nos in possessione felicitatis æternæ constituat , non quid vulgò veritatis pessimo interpreti probatum sit.* Paganorum ore evulgare Deus voluit veritates istas , ut æterno pudore suffunderet Christianos , quos in media luce evangelica non pudet , inquit S. Basilius , multitudine mendacium defendere. Clamabat olim sanctissimus Martyr Cyprianus *epist.* ad Donatum : *Inter jura peccatur , & cœpit licitum esse quod publicum est.* Pluriès hoc sophisma sibi opponit S. Augustinus: *Quam multi hoc faciunt ? Quis non facit.? Num omnes perditurus est Deus ?* Quibus ita occurrit S. Doctor : *Non afferamus dolosas , sed afferamus divinam statuam de Scripturis Sanctis.* Istorum autem ora obstruit Scriptura Sancta Exod. 23. *Non sequaris turbam ad faciendum malum : nec in judicio plurimorum acquiescas sententiæ , ut à vero deviei.* A vero deviare Probabilistas , vel ipsi fatentur , cum præscindant á veritate , & falsitate, ut probabilitates contrarias sequantur. Verùm etsi universus mundus probabilista fieret , quod nunquam eveniet, non propterea verbum Dei, quod est verbum veritatis , vel tantillum deficiet. Clamat autem Scriptura Sancta psal. 24. *Universæ viæ Domini misericordia , & veritas.* Non aliqua, sed *universæ* , sed omnes viæ Domini sunt *viæ veritatis , & misericordiæ.* Clament Probabilistæ, crescat in immensum Probabilistarum multitudo ; nunquam divinum oraculum mutationi obnoxium evadet. Gratia divina à sola Dei misericordia , non ob aliquod nostrum meritum, non ob aliquod chimęricum pactum nobis collata , & veritas à Deo revelata nos ducunt ad regnum cæleste. Quia inquit Joan. *cap.* 1. Christus est Verbum caro factum *plenum gratiæ , & veritatis . . . , Gratia , & veritas per Jesum Christum facta est.* Qui gratię Christi suam intimam, insitamque efficacitatem adimunt ; & qui veritati Christi falsitatem imiscent , viam claudunt regni cælestis , nulla suffragante probabilitate; quæ si excusare interdum à malitia potest , ducere ad æternam patriam nequit. Quid ergo multitudinem objicitis : Clamat *serm.* 224. *ad insant.* S. Augustinus. *Timeo vobis non tantùm à paganis , non tantùm à Judæis , non tantùm ab hæreticis , quantùm à malis Catholicis. Eligite vobis in populo Dei quos imitemini. Nam si TURBAM imitari volueritis , inter paucos angustam viam ambulantes non eritis.* Turbam non sequimur, sed viros graves , pios , & probos. Benè habet. Isti viri pii , probi , & graves ducunt ne vos cum paucis per viam arctam , & angustam, an cum magna turba per viam latam , & spatiosam pomparum , theatrorum , ludorum , comœdiatum, chorearum , & solatiorum ? Quid ad hæc ? Si per blandam , & deliciis aspersam viam vos ducunt , sint pii , sint graves, vos decipiunt , & seducunt , inclamat idem S. Augustinus. *Venturi sunt homines , & dicturi : Magnus ille vir , magnus ille homo . . . Videtis, quia lucet de illis aliqua flamma sermonis , & aliquis de ipsis ignis accenditur.* Quid indè ? Reponit S. Doctor. *Principes sunt , docti sunt , magni sunt , lapides pretiosi sunt. Quid adhuc dicturi es ? Numquid Angeli sunt ? Et tamen (ipsum Paulum audite) si Angelus de cœlo annuntiaverit vobis , præterquam accepistis , anathema sit.* Advertas velim , homines ineptos , flagiosos rarò seducere bonos, quia isti communiter ut lupi rapaces vitantur. Illi seducunt , qui in vestimentis ovium , inquit *lib.* 3. *Confess.* colorant sermones suos. *Sunt qui seducunt magno , & blando , & bonesto nomine colorantes , & fucantes sermones suos.* Innumera alia Patrum testimonia nunc prętereo.

AXIOMA XII.

Qui confiteri , qui audire Confessionis , & administrare Pœnitentiæ sacramentum possint , si missis libris casuisticis , & probabilisticis , legenda essent Evangelica , aut opera Genuesti , Pontasii , Natalis Alexandri , Merbesii , Antoine , & similium? Sacramenta rari susciperent. Ecclesię nostra desertę evaderent.

ANIMADVERSIO.

Plurimorum ore circumferri , & evulgari hoc axioma , notissimum est. Quid in hac hypothesi accideret , divinare nolim. Illud scio , evangelicam doctrinam , animarumque salutem æternam, pro quibus Christus mortuus est , Dei ministris cordi esse debere. Ut verò in hunc finem recta tendunt sacramenta ritè frequentata ; ita maximè avertunt ab eodem sacramenta indignè , aut oscitanter susceptra , tantùm ut invecto mori fiat satis. In id totis artubus incumbere sacri ministri debent ut Christianorum mores ad divinæ legis normam ita componantur quo dignè sacramenta frequentare queant.

CAPUT III.

De Virtute pœnitentię.

I. QUÆST. I. *Quid sit pœnitentia generatim accepta ?* RESP. Pœnitentiæ vocabulum latè patet. 1. Significat dolorem de quacumque re , sive bona , sive mala , quam quis aliter vellet. 2. Est dolor ob crimen patratum conceptus non Dei , sed sui ipsius causa, qualis fuit dolor Esau. 3. Est dolor de peccato, propterea quod est offensa Dei.

II. Tria apud Theologos pœnitentia includit. 1. priotis vitæ resipiscentiam , & mutationem. 2. ejusdem vitæ dolorem , & detestationem. 3. punitionem quam peccator sibi imponit , vel sibi impositam libenter sustinet , ut Deo satisfaciat.

III. Pœnitentia , altera vera, & est internus animi dolor de patrato peccato , Dei causa conceptus cum detestatione prætéritæ vitæ , & proposito melioris , & cum satisfaciendi deliberatione conjunctus. Altera falsa , qua quis afflígitur non

latro. Similis autem leoni, lupo, latroni est voluntas, Augustino teste, non peccandi formidine pœnæ.

IV. Similia *in Psalm. 118. con. 11.* scribit. *Qui timore pœnæ, non amore justitiæ opus legis facit, profectò invitus facit. Quod autem invitus facit, si posset fieri, mallet utique non fuberi: ac per hoc legis, quam vellet non esse, non est amicus, sed potiùs inimicus; nec mandatur opere, qui immundus est cogitatione, & voluntate.*

V. S. Thomas, qui Augustinus contractus nuncupatur, perspicuè hanc doctrinam propugnat plutibus in locis. Hæc 1. 2. *quæst. 6. art. 6.* statuit. *Quæ ex metu aguntur, mixta sunt ex voluntario & involuntario. Id enim quod per metum agitur, in se consideratum, non est voluntarium, sed fit voluntarium in casu, scilicet ad vitandum malum quod timetur.*

VI. Item ibidem *art. 7. ad 2.* subdit: *Dicendum, quod in eo qui per metum aliquid agit, manet repugnantia voluntatis ad id quod agitur, secundum quod in se consideratur . . . . . Et ideò quod per metum agitur, quodammodo est involuntarium... Timidus agit contra id quod etiam nunc secundum se vult.*

VII. Rursus ibidem *quæst. 107. art. 1. ad 2.* hæc docet. *Lex vetus dicitur cohibere manum, non animum: quia qui timore pœnæ ab aliquo peccato abstinet, non simpliciter ejus voluntas à peccato recedit, sicut recedit voluntas ejus qui amore justitiæ abstinet à peccato: & propter hoc LEX NOVA, QUÆ EST LEX AMORIS, dicitur animum cohibere.*

VIII. Tandem 1. 2. *quæst. 19. art. 9.* hæc habet. *Timor servilis non est numerandus inter septem dona Spiritus Sancti, licèt sit à Spiritu Sancto: quia, ut Augustinus dicit in lib. de de Nat. & grat. cap. 57. potest habere annexam voluntatem peccandi. Dona autem Spiritus Sancti non possunt esse cum voluntate peccandi, quia non sunt sine charitate.*

§. VII.

Diluuntur adversariorum objectiones.

I. OPponunt. Tridentinum *sess. 14. can. 4.* damnat eos qui asserunt, attritionem esse *coactam, non liberam, non voluntariam.* Resp. Tridentinum eo loci Lutherum damnavit, quod blateraret, contritionem, quæ à timore gehennæ orta sua capit, esse vitiosam, hominemque magis peccatorem efficere: definivitque timorem gehennæ esse bonum, & honestum, pœnitentiæ initium: atque ad charitatem disponere. Quarè dolor iste liber, voluntarius, honestus, supernaturalis est, & ad pœnitentiam perutilis.

II. Opponunt 2. Aut attritio ex solo metu pœnarum sufficiens est, aut mala est. Ideò enim non sufficit, quia voluntatem peccandi penitùs non excludit, malum est. Resp. Antecedens falsum est, sicuti, & id quod subditur. Aliud est carere perfectione, aliud vitio infici. Primordia rerum, tum naturalium, tum supernaturalium imperfecta sunt. Ideòne vitiosa? Fides non excludit peccatum: ideò ne mala? Attritio servilis incipit oppugnare peccatum formidine pœnæ: ideircò bona, honesta, & utilis, quia disponit ad justificationem. At totum quod necessarium est implere nequit, quia id extra ejusdem sphæram est, ut dixi supra.

III. Opponunt 3. Tridentinum *sess. 14. can. 4.* inquit; *Illam verò contritionem imperfectam quæ attritio dicitur . . . . . si voluntatem peccandi excludat cum spe veniæ; declarat, non solùm non facere hominem hypocritam, & magis peccatorem, verum etiam donum Dei esse, & Spiritus Sancti impulsum, non adhuc quidem inhabitantis, sed tantum moventis, quo pœnitens adjutus, viam sibi ad justitiam parat.* Si nulla verò attritio voluntatem peccandi excluderet, superflua foret illa particula conditionalis. Resp. Tridentinum hoc decreto damnat Novatorum errores, & honestatem, atque utilitatem attritionis servilis adversus eosdem definit. Attritio servilis mala esse potest, utpotè si concepta sit ex timore *servilitèr servili.* Idcircò Concilium adjecit dictam particulam, *si voluntatem peccandi excludat*, eo modo qui eidem competit, quatenùs nempè *disponit* ad justificationem, non quatenus *sufficit*, quia hæc sufficientia est extra ejusdem sphæram. Si plura cupis, consule *tom. 9. lib. 1. diff. 2. cap. 7. §. 5.*

CAPUT VII.

De necessitate amoris, seu charitatis inchoatæ ad Sacramentum Pœnitentiæ.

LAbefactatis præjudiciis, & rejecta opinione attritionis formidolosæ, illud nunc superest ut charitatis inchoatæ necessitatem patefaciam. Quod, ut perspicuè, & evidenter præstem, in sequentes §§. rem tribuo.

§. I.

Scripturarum, & Concilii Tridentini testimoniis evincitur amoris inchoatis necessitas in quacumque peccaterii conversione.

I. CHristus Dominus Matth. 22. *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc est maximum, & primum mandatum.* S. Paulus 1. Cor. 6. *Si quis non amat Dominum Jesum Christum, sit anathema.* Et Joannes: *Qui non diligit, manet in morte.*

II. Tridentinum *sess. 14. c. 4.* damnavit errores Novatorum, ut indicatum est. Porrò *sess. 6. c. 6.* de qua silent adversarii, explicari dispositiones necessarias ad sacramenta. Hæc autem statuit. *Disponuntur autem ad ipsam justitiam dum excitati divina gratia, & adjuti, fidem ex auditu concipientes, liberè moventur in Deum, credentes vera esse quæ divinitùs revelata, & promissa sunt: atque illud in primis, à Deo justificari impium per*

per gratiam ejus, & redemptionem, quæ est in Christo Jesu, & dum peccatores se esse intelligentes à divinæ justitiæ timore, quo utiliter concutiuntur, ad considerandam Dei misericordiam se convertendo, in spem erigantur, fidentes Deum sibi propitium fore, ILLUMQUE TAMQUAM OMNIS JUSTITIÆ FONTEM DILIGERE INCIPIUNT, ac propterea in eum moventur adversùs peccata per odium aliquod ac detestationem, hoc est per eam pœnitentiam, quam ANTE Baptismum AGI OPORTET.

III. Primum omnium advertе, hìc Tridentinum non damnare aliquem Novatorum errorem, ut præstat *sess. 14. c. 4.* sed imbuere Catholicos, & explicare dispositiones necessarias ad sacramenta suscipienda, seu ad justificationem obtinendam. Varia sunt interpretamenta quæ defensores attritionis servilis excogitarunt. Alii dicunt, Concilium explicare dispositiones necessarias ad justificationem extra Baptismum. Hoc interpretamentum directè pugnat cum *decreto*, in quo dicitur: *Per eam pœnitentiam, quam ANTE Baptismum agi oportet.* Alii asserunt, Concilium recensere omnes illos actus, non quia necessarii, sed quia regulariter semper habentur. Concilium ergo, non de necessariis, sed de arbitrariis dispositionibus agit? Hoc pacto omnes eludi canones possunt.

IV. Turnely pag. 158. fatetur Concilium præter fidem, & Ipsem *exigere dilectionem Dei, sed qualis illa sit, aperte non explicare.* Fatetur Theologus iste hanc dilectionem quam requirit Concilium, esse distinctam à dilectione ipsi, sed ignoratur an sit distincta *tamquam res à re, vel tamquam effectus à causa.* Quid? Duos tantum amores & Philosophi, & Theologi agnoscunt, *concupiscentiæ, & amicitiæ* seu *benevolentiæ & charitatis.* Fatentur adversarii, Concilium præter *amorem concupiscentiæ*, qui ipsem comitatur, & eam præcedit tamquam fundamentum cui innititur; aliam dilectionem exigere. Ergo hæc dilectio distincta à dilectione ipsi, est dilectio charitatis, seu amicitiæ, & benevolentiæ. Nulla hìc ad evadendum latebra.

V. Pergunt ulteriùs Tridentini Patres *c. 7.* ubi hæc docent. *Hanc dispositionem, seu præparationem justificatio ipsa consequitur, quæ non est sola peccatorum remissio, sed & sanctificatio, & renovatio interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiæ, & donorum, unde homo ex injusto fit justus, & ex inimico amicus.*

VI. In justificatione fit *renovatio interioris hominis.* Qua ratione fit hæc renovatio? *Per voluntariam susceptionem gratiæ.* Hæc verba produnt liberam, & actualem consensionem voluntatis. Quid produnt alia posteriora verba: *Unde homo ex injusto fit justus, ex inimico amicus.* Duo hostes transire ne ex inimicitia in sinceram, & mutuam amicitiam valent, nisi ambo sincero, & reciproco amicitiæ amore se se prosequantur? Quid est amicitia Deum inter & nos? Charitas. In hanc amicitiam, inquit Concilium, liberè homo consentit. Ergo consensus iste charitatis est. Luculenta hæc sunt.

VII. Cabillabuntur ne hæc intelligenda esse de prioritate naturæ, non temporis, de consensu comitante, & consequente, non antecedente justificationem? Verùm has distinctiunculas huic argumento ineptissimas labefactat Concilium ipsum declarans consensionem liberam in futuram justificationem. Præterea ibidem *c. 5.* hæc præmittit: *Ipsius justificationis exordium in adultis à Deo per Jesum Christum, præveniente gratia, sumendum esse, hoc est ab ejus vocatione, qua, nullis eorum existentibus meritis, vocantur, ut qui per peccata à Deo aversi erant, per ejus excitantem & adjuvantem gratiam ad convertendum se ad suam ipsorum justificationem: eidem gratiæ liberè assentiendo & cooperando dispONantur, ita ut tangente Deo cor hominis per Spiritus Sancti illuminationem, atque homo ipse nihil omninò agat, inspirationem illam recipiens, quippè qui illam abjicere potest; neque tamen sine gratia Dei movere se ad justitiam coram illo liberâ sua voluntate possit.*

VIII. Liberè homo se movet, disponit, & præparat ad futuram tuam justificationem, eidem liberè assentitur, eam respuere valet, eidem cooperari debet. Tandem Concilium ibidem *can. 13.* hæc definit: *Si quis dixerit, sine prævenientе Spiritus Sancti inspiratione, atque ejus adjutorio hominem credere, sperare, diligere, aut pœnitere posse, sicut oportet, ut ei justificationis gratia conferatur; anathema sit.* Tota Concilii doctrina sub unica oculorum acie in hoc canone proponitur. Distincto ordine primum proponitur fides; post spes, atque adeo amor concupiscentiæ, sine quo spes non datur; & tandem charitas. Ergo Concilium præter amorem Ipsi, qui amor, ut dictum est, necessariò Ipsem præcedit, requirit *charitatem incipientem*, qua, ut Concilium ait, *incipimus diligere Deum ut omnis justitiæ fontem.* Sapientissimus BOSSUETUS de Doctr. Concilii Tridentini *p. 1. n. 14.* testatur, *hanc doctrinam ex S. Thoma desumptam esse, immò ex ejus verbis contextam.*

IX. Reponent ne, hanc Tridentini doctrinam pro Baptismo, locum pro Sacramento Pœnitentiæ traditam esse? Minus ne pro hoc quam pro illo Sacramento requiritur? Primus Baptismus est aquæ frigidæ; secundus Pœnitentiæ est laboriosior, est aquæ ferventis, & excoquentis pelicem. Nonne Pœnitentia est Sacramentum mortuorum, sicut est Baptismus? Hcinc doctissimus Bossuetus *loc. cit. pag. 32.* jure clamat: *Quarè hæc opinionum ludibria procul à Schola gravitate, & auctoritate amandari deberet: ac revera certum est refutationem hanc, ut quis dicam gravius, habere inevitabilem, ac temerarium.* Merito episcopali gravitate has quorundam opinationes improbat Bossuetus, *ut opinionum ludibria.*

X. Doctrinam Tridentini declarat ejusdem Catechismus *p. 2. c. 5. §. 9.* his verbis: *Dicendum est etiam, quibus GRADIBUS ad hanc dilectionis virtutem liceat ascendere. Primum itaque Dei misericordia nos prævenit, cordaque nostra ad se convertit . . . Deinde hoc lumine illustrati, per fidem ad Deum animo tendimus . . . Præterea metus timoris consequitur, & supplicium æternitate proposita animus à peccatis revocatur . . . Hinc deinde accedit spes*

num., De Lugo, Dicastillum, Laymannum. Lex evangelica est lex amoris, ut universum Evangelium Christi, ut Patres, & Concilia, & tota Ecclesia clamant. Sacramentum confessionis est *durum, & difficile*, reponit citatus Casuista cum aliis à se allegatis. Sed charitate suave fit, respondent Patres omnes. Quid? Insurgunt Casuistæ isti: si amor charitatis necessarius esset cum sacramento, *Christus non alleviasset, sed multum aggravasset onus legis, essemusque pejoris conditionis quam olim Hebræi.* Hæc meditentur lectores, & lacrymas, si valent, contineant. Hęc paradoxa referibo, ut aliquando dedoceantur, qui sunt his casuisticis commentis præventi, & recogitent recitatam doctrinam esse principium quoddam, undè innumera alia paradoxa proficiscuntur. Vide plura *tom. 9. lib. 1. dis. 1. cap. 8.*

X. Subdit *ibidem num. 177.* „ Præceptum „ contritionis *per se tractim* obligare in articulo „ mortis, & NUNQUAM ante, *docent graviso-* „ *res* Doctores. " P. Georgius Gobat *tract. 6. num* 139. similiter scribit: „ Dico 6. *Probabile* „ *quidem est*, nullum exate præceptum de con- „ tritione per se loquendo elicienda ante articu- „ lum mortis."

XI. Ecce quomodò per Tò *probabile*, vel ipsa prima Christianæ Religionis mandata ad nihilum redigentur. Jàm supra ostensum est, ejusmodi opiniunculas fallas, laxas, & vi justi ratiocinii proscriptas esse.

XII. QUÆST. VI. *Peccator qui per annum confiteri nequit ex defectu Confessarii, teneturne ad contritionem?* RESP. Hanc quęstionem proponit P. Dominicus Viva *quæst. 3. art. 1. n. 8.* & eam his verbis resolvit. „ Respondeo quidem cum „ Coninch, & aliis *communiter NEGATIVE*. Fallum „ est enim quod Ecclesia determinavit tempus „ illud indeterminatum, pœnitendi in genere.... „ ad regulas adductas, *Qui non potest totum, &c.* „ respondeo, eas valere quando totum, & partes „ sunt *homogeneæ*, non verò quando sunt *hete-* „ *rogeneæ.*

XIII. En distinctiunculæ à Peripatetica Philosophia haustæ, quibus primaria Christi præcepta eluduntur. Præcepta evangelica his quisquillis *homogeneæ*, & *heterogeneæ* involvuntur? Damnata, nedum falsa, & laxa imbecillitati meæ videtur hæc doctrina *P. Vivæ.* Nam damnata est hæc thesis: *Tunc solum obligat* (præceptum charitatis) *quando tenemur justificari, & non habemus aliam viam quam justificari possimus.* Tenemur justificari singulis annis ex præcepto Ecclesiæ, & damnata est thesis, quia *solum tunc* mandatum charitatis urgere asserebat. P. Viva autem neque intra annum teneri nos ad justificationem, deficiente Confessario, docet; quia præceptum charitatis, & contritionis non urget. Ergo vi justi ratiocinii, nisi fallor ipse, magis damnata est hæc doctrina *P. Vivæ* quam suo Coninch communem appellat. Et revera ipse communis sensus hanc doctrinam detestatur. Quoniam qui non potest totum, nempè conteri, & simul confiteri saltem conteratur. Qui non potest solvere centum, solvat saltem decem dum potest. Hoc verum habet, reponit P. Viva, quandò partes sunt *homogeneæ*, secus quandò sunt *heterogeneæ.* Peregregiè. Commenta hęc, & similia quæ passim occurrunt in pluribus libris casuisticis, mihi terrorem ingerunt. Siquidem universa Scriptura sancta, & omnes Patres oppositum docent.

XIV. Animos addit P. Sporer adversus Scripturas, & Patres *num. 178. & seq.* his verbis. „ Absterrent te gravissimę SS. Patrum, & sacræ „ Scripturæ sententiæ tam tetrò, & minaciter „ urgentes maturam pœnitentiam, & damnantes „ seram illationem pœnitentiæ. " Audi responsum. *At quidnam commodè intelligi possunt de consilio sanè optimo, ac saluberrimo, aut ad summum de præcepto non debere nos nimis diù permanere in statu peccati mortalis?* Nimis diù, idest usque ad mortem, vel per quinquennium. Consilium tantùm est nos peccatores christiani perseverent sub tyrannide diaboli, & rebelles à Deo?

XV. QUÆST. VII. *Utrum sit nimium laxa opinio De Lugo negantis præceptum contritionis in articulo mortis?* RESP. Hæc scribit *disp. 7. de Pœnit. sect. 13. num. 271.* Cardinalis de Lugo. „ An ille qui suscipit Sacramentum Pœnitentiæ „ cum attritione cognita, debeat adhuc sub pec- „ cato mortali habere contritionem saltem in „ articulo mortis? Affirmant multi, Suarez... „ Nugnus.... Sanchez.... Granado... Va- „ lentia, &c. Contrariam tamen sententiam do- „ cent alii multi, Coninch, Becanus, Layman, „ Fagundez, Faber, Diana, Turrianus, Salas, „ & alii recentiores.... num. 263. *Hæc posterior* „ *sententia* semper mihi VERIOR visa est. "

XVI. Audistin'? Non probabilis modò, sed *verior* etiam semper illi visa est. Nobis autem semper falsa, & vi justi ratiocinii damnata videtur præfata doctrina. Neque in articulo mortis contritionis naturale, divinumque præceptum urget? Desit, & in nihilum occidit in evangelica lege respectu illorum qui confitentur, præceptum contritionis, etiam in extrema lucta. Neque in hoc extremo Christiani amore charitatis Deum prosequi, neque conteri ex dolore offensæ introgatæ infinitæ Dei bonitati astringuntur.

CAPUT VI.

De insufficientia attritionis formidolosæ, seu servilis ad Sacramentum Pœnitentiæ validè suscipiendum.

QUæstionem summi momenti discutiendam aggredimur; idcircò, ut clarè, & perspicuè pleno in lumine veritatem constituamus, caput istud in sequentes §§. tribuemus.

§. I.

Status quæstionis aperitur.

I. ATritio *formidolosa*, seu servilis illa dicitur quæ concipitur ex metu gehennæ, & peccati turpitudine. Sub hoc timore gehennæ comprehenditur etiam amissio beatitudinis. Alii addunt necessitatem amoris spei, seu concupiscentię, quo Deus diligitur ut nobis bonus, seu ut beatitudo nostra. Hanc attritionem quocumque charitatis etiam inchoatæ amore destituram sufficere ad Sacramentum Pœnitentiæ defendunt plurimi; negant verò graves alii Theologi, & ego cum illis. Pro controversiæ decisione primum omnium prejudicia adversariorum convellenda sunt.

§. II.

PRÆJUDICIUM PRIMUM.

Evidenter falsum est Tridentinum definisse attritionem servilem sufficere ad Sacramentum Pœnitentiæ; immò aperte repugnat tali opinioni.

I. IN duabus sessionibus nempè 6. & 14. sermo habetur in hoc Concilio de dispositionibus ab Baptismum, & Pœnitentiam. In priori apertè necessitas amoris charitatis inchoatæ asseritur, ut infra ostendam. In posteriori nullo modo favet adversariis.

II. Cardinalis Pallavicinus *in Hist. Concil. Trident. lib. 12. c. 10.* narrat, in decreto primum formato insertum fuisse verbum *sufficere*, & contradicentibus Episcopis substitutum fuisse verbum *disponere.* Hoc factum extra controversiam est. Ergo Tridentinum non modo non declaravit attritionem formidolosam *sufficere*, sed hanc opinionem abrogavit, & substituit contrariam quæ docet attritionem servilem *disponere* quidem; sed non *sufficere.*

III. Innumera sunt sophismata, quibus *Attritionarii* implicare, & obscurare hoc decretum pertentant. Huc ferè omnia recidunt. Tò *disponit*, inquiunt, idem sonat ac *sufficit*, quia attritio servilis etiam extra sacramentum disponit. Ergo Tridentinum loquitur de dispositione proxima quæ idem valet ac *sufficit.*

IV. Ergo illusoria est reformatio decreti. Ergo cum Tridentinum delevit verbum *sufficit*, & substituit verbum *disponit*, fucum fecit Catholicis, illisdemque illusit, si ambo verba idem significant. Extra sacramentum attritio servilis disponit remotè; in sacramento minus remotè, seu propinquius. Ergo proximè? Ergo sufficit? Ineptiæ hæ sunt.

§. III.

PRÆJUDICIUM SECUNDUM.

Quo plures proventi falsò existimant, charitatem in quocumque gradu etiam remisso justificare impium extra sacramentum.

I. UT hoc prejudicium penitùs labefactem, in medium adduco doctrinam communem penès omnes Theologos scholasticos, ut celebertimi Salmanticenses scholastici *tom. 12. tract. 24. disp. 7. dub. 1. §. 1. num. 8.* testantur. Est autem ejusmodi. Omnes actus, tum naturales, tum supernaturales attingentes idem prorsùs formale objectum, seu sub eodem formali motivo, sive fidei, sive spei, sive charitatis, sive temperantiæ, sive justitiæ, sive castitatis, &c. alii sunt perfecti, alii imperfecti, alii producunt ultimum effectum, alii disponunt, sed non producunt hunc effectum. Ergo communi Theologorum sensu causa nostra finita est. Ergo charitas imperfecta, & in gradu remisso non expellit maculam peccati, cum hęc expulsio sit ultimus operis justificationis, pluribus actibus constantis effectus.

II. Confirmant hanc doctrinam Catechismo Concilii Tridentini *2. part. c. 5.* ubi *79.* sectionibus hanc materiam dispicit, & nec verbulum habet de attritione servili. Hæc autem scribit *§. 36. Primum itaque dicendum est, Confessionis institutionem nobis summoperè utilem, atque adeò necessariam esse.* Cur? Attentè perpende. *Ut enim concedamus, contritione peccata deleri, quis ignorat ADEO VEHEMENTEM, ACREM, ET INCENSAM esse oportere, ut doloris acerbitas cum scelerum magnitudine æquari, conferrique possit? At quoniam PAUCI ADMODUM ad hunc GRADUM pervenirent, fiebat etiam ut à PAUCISSIMIS HAC VIA peccatorum venia sperandæ esset. Quare necesse fuit ut clementissimus Dominus facilliori ratione communi hominum saluti consuleret: quod quidem admirabili consilio effecit, cum clavis regni cœlestis Ecclesiæ tradidit.*

§. 37. Confessio contritionem perficit. Etenim ex fidei catholicæ doctrina omnibus credendum, & constanter affirmandum est, si quis ita animo affectus sit ut peccata admissa doleat, simulque in posterum non peccare constituat, etsi hujusmodi dolore non afficiatur qui ad impetrandam veniam satis esse possit, ei tamen, cum peccata Sacerdoti rite confessus fuerit, vi clavium scelera omnia remitti ac condonari.

III. Adeo hæc luculenta sunt, ut penitùs omnium adversariorum ora mihi videantur obstruere. Catechismus explicat contritionem, quę est principalis pars materiæ sacramenti. Docet hanc contritionem esse *charitatis actionem §. 27* Distinguit istius contritionis gradus, & declarat *admodum paucos esse* qui ad *hunc* servoris *gradum* necessarium ad justificationem extra sacramentum *perveniant. Quare*, subdit, *necesse fuit*, &c Quid præstat hoc sacramentum? *Contritionem perficit.* Quomodo? Quia si peccator *hujusmodi*

dolore non afficiatur qui ad impetrandam veniam satis esse possit, ei tamen, cum peccata Sacerdoti rite confessus fuerit, vi clavium omnia scelera remitti, ac condonari constat.

IV. Missis testimoniis Patrum, & præsertim S. Augustini, unus in medium prodeat S. Thomas, qui in 2. *dist.* 3. *quæst.* 4. *ad* 1. hæc scribit *Dicendum, quod actus charitatis potest dici dupliciter: vel qui est ex charitate; & hoc non est nisi in habente charitatem: vel qui est ad charitatem, non sicut meritorius, vel generativus, sed sicut PRÆPARATIVUS, & sic actus charitatis ANTE CHARITATIS habitum habiti potest, sicut facere justa est ANTE habitum justitiæ. Vel potest dici, quod in amicitia charitatis movetur animus ad amandum Deum ex similitudine gratiæ; sed in dilectione naturali ex ipso bono naturæ, quod etiam est similitudo summæ bonitatis. Et propter hoc dicendum, quod cum dicitur, quod habens charitatem diligit Deum PROPTER SE IPSUM, ly* propter *denotat habitudinem finis, & efficientis, quia ipse Deus superaddit naturæ, unde in ejus dilectionem tendit. Sed cum dicitur de CARENTE CHARITATE, quod diligit propter se ipsum, ly* propter *denotat habitudinem finis, & non efficientis.*

V. Hanc eamdem doctrinam explicat ibi *dist.* 28. *quæst.* 1. *art.* 3. *ad* 2. his verbis. *Dicendum, quod sicut aliarum virtutum actus dupliciter considerari possunt, vel secundum quod sunt à virtute, vel secundum quod antecedunt virtutem; ita etiam est de charitate: potest enim aliquis etiam charitatem NON HABENS diligere proximum, & Deum etiam super omnia, ut quidam dicunt; & hoc diligere intelligitur ACTUS CHARITATIS sub præcepto directè cadere, & non solum secundum quod à charitate* (habituali) *procedit.*

VI. Rursus 2. 2. *quæst.* 19. *art.* 8. hæc docet: *Perfectum, & imperfectum non diversificant substantiam rei; sed timor initialis, & filialis differunt secundum perfectionem, & imperfectionem charitatis, ut patet per Augustinum.* Deindè in *corp. art.* hæc resolvit. *Sic non accipitur initialis timor, secundum quod distinguitur à timore servili & filiali; sed accipitur secundum quod competit statui incipientium, in quibus inchoatur quidam timor per inchoationem charitatis. Non tamen inest eis timor filialis PERFECTE, quia nondum pervenerunt ad perfectionem charitatis. Et ideò timor initialis hoc modo se habet ad filialem sicut charitas imperfecta ad perfectam. Charitas autem perfecta, & imperfecta non differunt secundum ESSENTIAM, sed solùm secundum STATUM.*

VII. Luculentiùs hanc doctrinam confirmat 1. 2. *quæst.* 113. *art.* 10. hoc pacto. *Est enim iste communis, & consuetus cursus justificationis, ut, Deo movente interiùs animam, homo convertatur ad Deum, primo quidem conversione imperfecta, ut postmodùm ad perfectam deveniat, quia CHARITAS INCHOATA MERETUR AUGERI, ut aucta meretur perfici, sicut Augustinus dicit* (tract. 5. in epist. Joan.) *Quandoquè vero Deus tam vehementer animam movet, ut statim quamdam perfectionem justitiæ assequatur; sicut fuit in conversione Pauli; adhibita etiam exteriùs miraculosa prostratione: & ideò conversio Pauli tanquam miraculosa in Ecclesia commemoratur celeberrimè.*

VIII. Tandem 3. *part. quæst.* 86. *art.* 3. hanc eamdem doctrinam declarat inquiens: *Peccatum mortale non potest sine vera pœnitentia remitti, ad quam pertinet deserere peccatum, in quantum est contra Deum; quod quidem commune est omnibus peccatis mortalibus: ubi autem est eadem ratio, & idem effectus. Undè non potest esse verè pœnitens de uno peccato qui non pœnitet de alio. Si enim displiceret ei illud peccatum, quia est CONTRA DEUM super omnia dilectum (QUOD REQUIRITUR AD RATIONEM VERÆ POENITENTIÆ) sequeretur quod de omnibus pœniteret. Undè sequitur quod impossibile sit unum peccatum remitti sine alio.* Ad rationem itaque pœnitentiæ necessariò requiritur displicentia de peccato, *quia est contra Deum super omnia dilectum.* Et loquitur Angelicus de pœnitentia cum sacramento necessaria, ut constat ex articulo præcedenti, ad quem hìc se remittit.

IX. Hæc adeò comperta sunt, & decretoria, ut fateamur oportet, Thomistas illos qui oppositum docent, non attigisse fontem angelicæ doctrinæ, sed ex corruptis rivulis aquas suas derivasse. Quod isti opponunt ex 4. *distinct.* 17. seu *in Suppl. quæst.* 5. *art.* 3. ubi ait, quod *quantumcumque sit parvus dolor, dummodò ad contritionis rationem sufficiat, omnem culpam delet*, ex ignorantia opponentis oritur. Ibi enim Angelicus loquitur, ut ex argumento prolusorio constat de contritione gratia sanctificante informata, quæ etsi remissa, delet omnem culpam. Vanum itaque commentum est omnem charitatem actualem in gradu remisso peccata delere.

§. IV.
PRÆJUDICIUM TERTIUM.

Quo Attritionarii Rigoristæ notam inurunt charitati evangelicæ, & formidolosam attritionem benignitatis larva induunt.

I. IN Veteri Testamento, inquiunt Attritionarii, sola contritio delebat peccata. In nova lege institutum est sacramentum Confessionis. Si necessaria in hac lege esset contritio ex charitate inchoata concepta, Christus non *levigasset*, sed aggravasset jugum: quod dici non potest, cum ipse testetur: *Jugum meum suave est.*

II. Hoc adversariorum paradoxon hostiliter pugnat cum Evangelio. Clamat Paulus Rom. 8. *Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in TIMORE, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, Abba, Pater.* Clamat S. Augustinus tract. 13. in Joan. *Verum est quod ipse dicit:* Jugum meum suave est. *Quidquid enim durum est in præceptis, ut sit leve charitas facit.* Et rursùs in *epist. ad Rom.* idem Augustinus docet: *Evidentissimè duorum Testamentorum distincta sunt tempora: illud enim ad timorem pertinet, novum ad charitatem.* S. Thomas in *cap. 4. Matth.* inquit: *Vetus erat lex timoris, nova verò amoris.*

Hæc

Hæc est doctrina omnium Patrum. Durum est Confessionis jugum; sed charitate suave fit. Adversarii auferunt ab hoc jugo charitatem. Ergo jugum *durum*, & durissimum remanet. Ipsi existimant suave reddi jugum, si ala charitatis, inquit Augustinus, ab eo præcidatur. Sed mirum in modum falluntur, ut Patres omnes docent. Contendunt suave reddi jugum, si accommodetur carni, & sanguini, si diminuantur præcepta; sed in hoc graviter errant: & gravius errant, dum sententiæ nostræ notam *Rigoristæ*, *Jansenistæ*, & *Bajanistæ* inurunt. Jansenistæ defendunt primum charitatis mandatum, defendunt præceptum contritionis, necessitatem charitatis inchoatæ ad sacramentum. Jansenistæ defendunt mysteria Trinitatis, Incarnationis, Eucharistiæ, &c. Ideò neganda hæc omnia? Jansenistarum, & Protestantium errores strenuè refellendi sunt. Sed ut victoria obtineatur, purganda est à laxatum opinionum commentis, undè scandalum accipiunt hæretici, evangelica Moralis. Alioquin inanis erit omnis vociferatio contra Jansenistas, & Bajanistas.

§. V.

Pauca præmittuntur de diversitate timoris.

I. TImor triplex. 1. Naturalis, quo quis natura duce, temporalia mala reformidat. 2. Mundanus, quo dumtaxat hominum respectu, à malo abstinetur. 3. Divinus, qui Deus respicit. Hic divinus timor duplex: servilis alter, dum quis non justitiæ amore, sed gehennæ metu à malo abstinet; alter castus, quo Deum ut supremum Dominum reveretur, & ne ei displiceat, à peccato se coercet. Timor iste duplex: initialis, qui est timor culpæ cum formidine pœnæ conjunctus; filialis, quo quis ad Deum convertitur, non formidine pœnæ, sed amore justitiæ, & charitatis ut 2. 2. *quæst.* 59. *art.* 2. docet S. Thomas.

II. Timor naturalis malitiam, vel bonitatem recipit à bono, vel pravo voluntatis affectu. Timor mundanus suapte natura malus est.

III. In timore servili duo distinguenda. Timor ipse, & ejus servilitas. Timor pœnæ bonus est. Servilitas mala, cum sit affectus peccati in animo latitans, quo, nisi pœna imminueret, peccatum eligeretur. Hinc duplex timor servilis distingui à theologis solet: unus qui dicitur absolutè servilis; alter qui nuncupatur *serviliter* servilis. Ille bonus, iste malus est.

IV. De fide est attritionem ex gehennæ, & pœnarum metu conceptam bonam, & utilem esse ad justificationem, ut Tridentinum *sess.* 6. *can.* 8. definivit. Tandem attritio ex gehennæ timore concepta, præcedente fide, supernaturalis est, cum disponat ad justificationem.

§. VI.

Insufficientia attritionis servilis ad sacramentum Pœnitentiæ ostenditur.

I. TImor sufficiens ad sacramentum Pœnitentiæ debet penitùs excludere omnem voluntatem peccandi, ut omnes fatentur: timor servilis hanc voluntatem penitùs non excludit: ergo est insufficiens. Demonstratur secunda propositio. Voluntas peccandi, seu peccatum excludi nequit nisi per ejus oppositum. Inter timorem pœnarum, & peccatum absolutè spectatum, prout est offensa Dei, non est directa oppositio. Timor enim directè pœnas infligendas à judice spectat. Timor iste contumaciam coercet animi tormenta spernentis, & huic contumaciæ directò opponitur. Ergo nequit excludere peccatum absolutè, & secundum se, prout est offensa Dei, cum sub hac consideratione peccatum non respiciat. Neque hoc est vitium timoris, quia ad officium timoris hoc non attinet.

II. Ut clariùs hæc percipias, scias oportet cujuscumque virtutis, & doni limitatam vim esse, & sphæram. Fides excludit infidelitatem, spes desperationem. At neque fides intemperantiam, neque spes injustitiam, aut incontinentiam convellunt. Propterea ne, sive fides, sive spes, sive aliæ virtutes quidquam vitii continent? Absit. Quoniam quælibet virtus limitata est, & solùm suum vitium oppositum expellit. Similiter timor bonus est, & utilis: quia pœnas à judice statutas reformidat, & coercet impii contumaciam, cui opponitur; & coercendo contumaciam impii aliquo modo etiam excludit peccatum, quatenùs impio pœnas parat. Hoc est totum, & plenum timoris officium. At excludere omnem peccandi voluntatem excedit timoris sphæram, quia timor non respicit peccatum, ut dixi, absolutè, & ut est offensa Dei.

III. Hanc doctrinam confirmant omnes Patres S. Augustinus *serm.* 15. *de Verb. Apost. cap.* 6. hæc habet. *Qui timore pœnæ non concupiscit, puto quia concupiscit. Terroré ingenti armorum, atque telorum, & circumdandis forsitan multitudinis, vel obviam euntis, etiam leo revocatur à præda; & tamen leo venit, leo redit: prædam non rapuit, non malitiam posuit. Si talis es, adhuc justitia est: quia justitia tibi consulis ne torqueris. Quid magnum est pœnam timere? Quis enim non timet? Quis latro, quis sceleratus, quis nefarius? Sed hoc interest inter timorem tuum, timoremque latronis, quod latro timet leges hominum; tu autem leges ejus times, ejus pœnam times: quem fallere non potes. Nam si fallere posset, quid non fecisses? Ergo, & concupiscentiam tuam malam non timor tollit, sed timor premit. Ad ovile venit lupus; latratu canum, & clamore pastorum ab ovili reversus est lupus: ipse tamen semper est lupus?* Audistin'? Leo venit, leo redit, prædam non rapuit, sed malitiam non posuit. Semper est lupus prædæ avidus, semper

non Dei, sed sui ipsius causa, puta quia peccata infamiam generant, aut temporale damnum. Vera pœnitentia, altera interior, quæ est ipsa virtus pœnitentiæ jam descripta; alia exterior, quæ est ipsum sacramentum novæ legis à Christo institutum.

IV. Pœnitentia est vera virtus. Quoniam quę præcipiuntur à Deo ad virtutem attinent. Pœnitentia autem frequenter à Deo præcipitur Matth. 3. *Pœnitentiam agite.... Facite fructum dignum pœnitentiæ.* Rursus Luc. 6. *Agite pœnitentiam.* Vide S. Thom. 3. *part. quæst.* 85. *art.* 1.

V. Pœnitentia hæc virtus infusa est, ut ex Scripturis sanctis colligitur, & definivit *sess.* 6. *can.* 8. Tridentinum. *Si quis dixerit, sine præveniente Spiritus Sancti inspiratione, atque ejus adjutorio hominem credere, sperare, diligere, aut pœnitere posse, sicut oportet, ut ei justificationis gratia conferatur, anathema sit.* Hæc pœnitentiæ virtus quovis tempore necessaria iis qui peccaverunt, fuit, necessitate medii, & præcepti divini, ut definivit Tridentinum *sess.* 14. *can.* 1.

VI. QUÆST. II. *Quot gradibus ad pœnitentiæ virtutem perveniatur?* RESP. Sex numerantur à Theologis. 1. Dei operatio nos convertentis. 2. motus fidei. 3. motus timoris servilis. 4. motus spei. 5. motus charitatis. 6. motus timoris filialis. Quam doctrinam explicat 3. *part. quæst.* 85. *art.* 5. S. Thomas, & Tridentinum *sess.* 6. *can.* 6.

VII. QUÆST. III. *Quinam sint pœnitentiæ effectus?* RESP. 1. Est remissio omnium peccatorum. 2. est remissio pœnæ æternæ. Pœna tamen temporalis non semper tota remittitur. Remittuntur quoque peccata venialia. Peccata semel per pœnitentiam remissa, absolutè, & simpliciter per sequens peccatum post pœnitentiam patratum non reviviscunt. Redeunt tamen secundum quid, inquit 3. *part.* 3. 88. *art.* 1. S. Thomas, *inquantum scilicet virtualiter in peccato sequenti continentur.* Quarè tantò gravior est malitia peccati sequentis, quantò plura, & sceleftiora fuerunt peccata per pœnitentiam dimissa. Per pœnitentiam recuperantur quoque virtutes amissæ, non tamen semper in æquali gradu, sed juxta majorem, aut minorem fervorem pœnitentis.

CAPUT IV.

De Sacramento Pœnitentiæ, ejusque materia remota, & proxima.

I. QUÆST. I. *Quid sit Sacramentum pœnitentiæ?* RESP. Definiri solet: *Est Sacramentum à Christo Domino institutum, quo per judicam Sacerdotis absolutionem homini contrito, & confesso remittuntur peccata post Baptismum commissa.* Primæ particulæ rationem genericam produnt; cæteræ particulæ exprimunt potestatem in Sacerdote remittendi peccata post Baptismum patrata homini contrito, & confesso. Hæ ultimæ particulæ declarant dispositiones necessarias in pœnitente, qui suscipere hoc Sacramentum velit.

II. Novatores ex albo sacramentorum rejiciunt Pœnitentiam. Sed istorum errorem improbatur ex S. Matth. *cap.* 16. ubi Petro Christus inquit: *Tibi dabo claves regni cælorum: quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum, & in cælis; & quodcumque solveris super terram, erit solutum, & in cælis.* Mitto alia plurima testimonia divina. Institutum fuisse hoc sacramentum à Christo præcipuè post resurrectionem, declarat *sess.* 14. *can.* 1. Tridentinum.

III. Sacramentum istud est omnibus post Baptismum lapsis necessarium ad salutem obtinendam, ut *sess.* 14. *can.* 2. Tridentinum definivit. Hoc sacramentum iterari posse Catholici omnes docent.

IV. QUÆST. II. *Quænam est materia istius Sacramenti?* RESP. Duplex istius Sacramenti materia, remota, & proxima. De illa nunc, de hac posteà. Materia remota sunt peccata, vel mortalia, vel venialia post Baptismum commissa. Originale enim, vel actualia crimina ante Baptismum patrata non sunt istius sacramenti materia. Nullum est scelus, quantumvis gravissimum, quod remitti hoc sacramento nequeat, ut contra Montanistas, & Novatianos Ecclesia definivit.

V. QUÆST. III. *Quænam est materia proxima istius Sacramenti?* RESP. Sunt tres actus pœnitentis, nempè contritio, confessio, & satisfactio, ut innuit Tridentinum *sess.* 14. *can.* 3. De singulis sermo nobis instituendus est.

CAPUT V.

De Contritione prima Pœnitentiæ parte, ejusque naturali, divinoque præcepto.

I. QUÆST. I. *Quid sit contritio generatim sumpta?* RESP. Universè spectata, prout à perfecta, & imperfecta abstrahit, à verbo *contero* suam ducit originem. *Contero* idem sonat ac divido, scindo, confringo. Ideo Propheta Joel *cap.* 2. clamat: *Scindite corda vestra.* Concilium Tridentinum *sess.* 14 *can.* 4. sic eam definit: *Contritio animi dolor, ac detestatio est de peccato commisso, cum proposito non peccandi de cætero.* Dicitur *animi dolor*, quia intra animum sistit. Additur *detestatio*, quia pœnitentia non solùm est relipiscentia, ut contendunt Lutherani, sed etiam anteactæ vitæ odium. *De peccato commisso*, idest de omnibus peccatis. *Cum proposito*, &c. Propositum istud expressum communiter esse debet. Hæc duo, dolor de peccato patrato, & propositum non peccandi de cætero ita connexa sunt, ut unum consistere sine altero nequeat.

II. Proprietates contritionis sunt istæ *Libera, bona, supernaturalis, vera, sincera, magna, vehemens.* Contritio itaque est actus non coactus, ut blateravit Lutherus, sed liber, & bonus. Præterea supernaturalis sit oportet, tum ratione divini auxilii, sine quo conteri nemo potest, tum ratione motivi, à quo speciem capiat. Addit Concilium *loc. cit.* cum voto præstandi omnia quæ requiruntur ad Sacramentum Pœnitentiæ,

tiæ, nempè confitendi, & satisfaciendi. Votum istud necessarium est. Præter divinum auxilium, & fidem, timor æternę pœnæ, & beatitudinis amittendæ, turpitudo peccati quatenùs offensa Dei, & amor saltem inchoatus divinę bonitatis influunt in contritionem. Vera, & sincera contritio esse debet, quæ non in quibusdam lacrymis, non in lectione alicujus libelli, sed in intimo, summoque voluntatis dolore sita est.

III. Contritio hæc summa appretiativè esse debet, quę Deum omnibus creaturis anteponat, & vehemens, quæ maximo ardore in odium peccati, & amorem Dei feratur. Propheta Michæas dolorem contritionis parturientis doloribus assimilat, cap. 4. *Dole, & satage filia Sion quasi parturiens*: & Isaias cap. 59. *Rugiemus quasi ursi omnes, & quasi columba meditantes gemimus.* Necesse haud est ut erumpat in lacrymas, quæ interdum fluunt ex indole, & sensuum dispositione.

IV. QUÆST. II. *Præceptum contritionis obligatne continuò ac homo peccavit?* RESP. Necessariam esse contritionem Jure Naturali, Divino, & Ecclesiastico fatentur omnes. De tempore obligationis disputant Theologi. Plures docent hoc præceptum urgere singulis diebus festis, quibus audiendum est Missæ Sacrificium. Alii quoties peccatum commissum memoriæ occurrit. Alii continuò ac patratum peccatum est. Illorum opinio qui limitant hoc præceptum ad mortis articulum, & ad receptionem, vel administrationem Sacramentorum, penitus falsa est, & vi justi ratiocinii proscripta.

V. *Tom.* 1. *in Decalog. lib.* 1. *diff.* 4. *cap.* 10. fuso calamo dispexi quæstionem de obligatione contritionis *statim* post patratum crimen lætale. Tò *statim* moraliter, non physicè accipiendum est. Latitudo temporis præcisè definiri nequit. Graviores Theologi, Scripturarum, & Patrum testimoniis nixi, docent mortaliter peccare illos qui diù differunt conversionem. Quantum temporis comprehendit Tò *diu*? Aliqui dicunt mensem. Ego hebdomadam præter propter intelligerem. Sententia hæc, quæ defendit peccatorem differentem ultra hebdomadam suam conversionem media contritione, graviter peccare, mihi videtur probabilior. Scripturæ Sanctæ passim, sicut, & Patres omnes invehuntur contra peccatores differentes suam conversionem ad Deum. Admissa plurium opinatione, qua efficacitate concionatores è suggestu revincere peccatores valent ut non differant de die in diem suam conversionem, ut statim se convertant, quia incertum est mortis tempus, & qua hora non putamus Filius hominis veniet? Qui in peccato persistunt, periculo moriendi in peccato se exponunt. Homo peccato mortali inquinatus mancipium diaboli est. Licitum ne est diabolo inservire, aut in ejusdem famulatu perseverare? Expedit ne sub ira Dei, & in ejusdem rebellione persistere? Expergiscimini filli hominum, & Deum audite clamantem: *Ne differas de die in diem*: non dicit de mense in mensem, de anno in annum, sed *de die in diem.* Legite divina testimonia, & Patrum documenta quæ *loc. cit.* adduxi, quæque hic repetere opus non est.

VI. QUÆST. III. *Quid de opinione Leandri asserentis præceptum contritionis obligare per se tantum in articulo mortis, dicendum?* RESP. P. Leander *tract.* 5. *dis.* 1. *quæst.* 38. allegat pro rescripta opinione Vazquez, Hurtadum, Diana, Villalobosium, Lugo citantem Navarrum, Durandum, Sotum, Bonacinam citantem Suarez, Molfesium, Filiucium. Hæc opinio falsa, & laxa est. Num omnes citati auctores eam doceant, penès Leandrum esto. Præterea hæc opinio damnata est. Evinco. Ecclesia damnavit opiniones casuisticas defendentes præceptum charitatis non urgere per se extra articulum mortis, vel extra quinquennium. Ergo damnata quoque est præfata opinio. Probo. Peccatores astringuntur ne extra articulum mortis, & intra quinquennium amare Deum? Ais? Ergo etiam tenentur contemi. Nequeunt enim amore charitatis Deum prosequi, nisi conterantur de patratis culpis. Ergo damnatio prioris doctrinæ necessariò infert damnationem alterius.

VII. QUÆST. IV. *Quid sentiendum de sequenti opinione P. Sporer?* RESP. P. Sporer 3. *part. c.* 2. *sect.* 2. §. 2. *num.* 174. ait: „ Præceptum contritionis etiam in *articulo mortis*, „ non obligat hominem peccatorem usu sacramenti cum attritione justificatum.... Ita Hen„ riquez, Vazquez, Canus, pluribus allegatis „ Cardinalis De Lugo.... Dicastillus, Layman. “ Hæc opinio falsa est, & ut imbecillitati meæ videtur, æternæ Christianorum saluti perniciosissima. Præceptum enim charitatis impleri sine contritione, aut implicita, aut explicita nequit. Ergo relata opinio contenta videtur in *thesi* 7. proscripta ab Innoc. XI.

VIII. QUÆST. V. *An præceptum contritionis ex charitate conceptæ DESIERIT in lege evangelica admisso Sacramentorum usu?* RESP. Adfirmat P. Sporer *loc. cit. num.* 173. his verbis: „ Præcep„ tum contritionis non obligat eos qui usu sacra„ menti cum attritione justificati sunt, aut jus„ tificari volunt. *Communissima* apud citandos „ infra. Ratio est, quia Christus in nova lege „ *singulari privilegio* aliud quoque medium justi„ ficationis instituit, scilicèt sacramenta mor„ tuorum Baptismi, & Pœnitentiæ, ut proindè „ modò solius contritionis perfectę NECESSI„ TAS DESINAT: alioquin certè Christus insti„ tuens ac præcipiens confessionem sacramen„ talem, medium *per se satis durum, & difficile, si* „ *insuper etiamnum requireretur contritio perfecta*, & „ ipsa peccatori satis difficilis, *non alleviasset*, sed „ multum aggravasset onus *legis*, essemusque „ PEJORIS conditionis Christiani, quam olim „ veteres, qui ad solam contritionem obligati, „ per eam justificabantur. “

IX. Lacrymis amarissimis hæc inaudita paradoxa defienda sunt potiùs quam acri stilo perstringenda. Evertunt primum Religionis Christianæ fundamentum, nempè charitatis legem. Et tamen hanc doctrinam *communissimam* vocat P. Sporer, & pro ea citat *Henriquez, Vazquez, Canum,*

impetranda à Deo misericordiâ, qua erecti, vitam, & mores emendare constituimus. Postremò CHARITATE CORDA NOSTRA ACCENDUNTUR, ex quo liberalis ille timor prohibi & ingressus filiis dignus exitur: atque ita unum illud veritis ne qua in re Dei majestatem ledamus, peccandi consuetudinem omninò deserimus. Hisce igitur quasi GRADIBUS ad hanc præstantissimam pœnitentiæ virtutem pervenitur.

§. II.

SS. Augustini, & Thomæ testimoniis necessitas charitatis inchoatæ demonstratur.

I. S. Augustinus *epist.* 45. ad Anastasium hæc scribit: *inaniter putat victoriosa se esse peccatis qui pœnæ timore non peccat: quia etsi non invitetur foris negotium malæ cupiditatis, ipsa tamen malæ cupiditas intus est hostis . . . Inimicos ergo justitiæ est qui pœnæ timore non peccat; amicus autem erit, si ejus amore non peccet: tunc enim verè timebit peccare: nam qui gehennas metuit, non peccare metuit, sed agere: ille autem peccare metuit qui peccatum ipsum, sicut gehennam, odit.* Item tract. 5. in Joannem. *Filii Dei discernuntur sola dilectione, & charitate à filiis diaboli.* Denuò in expositione epist. ad Galatas.: *Non auferuntur peccata, nisi gratia fidei, quæ per dilectionem operatur.* Sexcenta alia S. Doctoris testimonia referibere possem, quæ prætereo.

II. S. Thomas 1. 2. *quæst.* 107. *art.* 1. *ad* 2. hæc scribit: *Lex vetus dicitur cohibere manum, non animum: quia qui TIMORE POENÆ ab aliquo peccato abstinet NON SIMPLICITER ejus voluntas à peccato recedit, SICUT recedit voluntas ejus qui AMORE JUSTITIÆ à peccato abstinet: & propter hoc lex nova, quæ est lex amoris, dicitur animum cohibere.* Rursus *lib.* 4. *contra Gentes cap.* 72. hæc docet. *Primum quod in Pœnitentia requiritur, est ordinatio mentis, ut scilicet mens convertatur ad Deum, & avertatur à peccato, dolens de commisso, & proponens non committendum, quod est de ratione contritionis. Hæc verò mentis reordinatio sine gratia esse non potest: nam mens nostra debitè ad Deum converti non potest sine CHARITATE.*

III. Tandem missis pluribus aliis testimoniis 3. p. *q.* 85. *art.* 5. luculentissimè exponit necessitatem charitatis ad Pœnitentiæ sacramentum, ubi ex instituto controversiam discutit. Inquirit enim, *utrum principium pœnitentiæ sit ex timore?* Respondet autem his verbis: *Primum principium est Dei operatio convertentis eor, secundum illud Thren. ultim.* Convertè nos Domine ad te, & convertemur: *secundus actus est motus fidei: tertius est motus timoris servilis, quo timore suppliciorum à peccatis retrahitur: quartus actus est motus spei, quo quis sub fœ veniæ consequendæ assumit propositum emendandi: quintus actus est MOTUS CHARITATIS, quo aliquis peccatum displicet SECUNDUM SE IPSUM, & non jam propter supplicia: sextus actus est motus timoris filialis, quo propter reverentiam Dei aliquis emendam Deo voluntarius offert. Sic igitur patet quod actus pœnitentiæ à timore servili procedit sicut à primo motu affectus ad hoc ordinato; à timore autem filiali sicut ab immediato, & proximo principio.* Hanc doctrinam reperit in Supplem. quæst. 3. art. 1. ad 4. *Malitia autem in culpa mortali mensuratur ex eo in quem peccator, inquantum est ei indigna; & ex eo qui peccat, inquantum est ei nocivus. Et quia homo debet magis Deum quam seipsum diligere; ideò plus debet odire culpam, inquantum est offensa Dei quam inquantum est nocivus sibi.*

IV. Hæc est splendidissima christianæ pœnitentiæ pictura, quam vividis coloribus delineavit S. Thomas, & ad cujus exemplar Concilium Tridentinum *sess.* 6. formavit 6. decretum, teste Dominico SOTO. Sed prætermisso Soto Dominicano, hoc testatur BOSSUETUS, hæc loc. citat. pag. 90. scribens: *Non ergo immeritò dicimur, tantam esse sacrosanctæ Synodi Tridentinæ cum S. Thoma doctrinæ consensionem, ut ex hac illa quodammodo contexta esse videatur.*

V. Ulteriùs præfatam doctrinam mirum in modum confirmat, & declarat S. Thomas 1. 2. *q.* 113. *art.* 10. his verbis: *Est ipse COMMUNIS, ET CONSUETUS cursus justificationis ut, Deo movente interius animam, homo convertatur in Deum primò quidem conversione imperfecta, ut postmodum ad perfectum deveniat. Quia CHARITAS INCHOATA MERETUR AUGERI, UT AUCTA MERETUR PERFICI, sicut Augustinus dicit: QUANDOQUE verò tam vehementer Deus animam movet, ut STATIM quamdam perfectionem justitiæ assequatur, sicut fuit in conversione Pauli, &c.*

VI. Hanc ipsam doctrinam præmiserat *ibid. art.* 5. *ad* 1. inquiens: *Ergo dicendum, quod ad eamdem virtutem pertinet prosequi unum oppositorum, & refugere aliud: & ideò sicut ad charitatem pertinet diligere Deum, ITA ETIAM DETESTARI PECCATA, per quæ anima separatur à Deo.*

VII. Rursus *ibidem art.* 7. *ad* 2. *subdit: Liberum arbitrium potest simul in duo moveri, secundum quod unum ordinatur ad aliud. Motus autem liberi arbitrii in peccatum ordinatur ad MOTUM LIBERI ARBITRII IN DEUM. Propter hoc enim homo detestatur peccatum, QUIA EST CONTRA DEUM, cui vult adhærere* (per dilectionem scilicet.) *Ideò liberum arbitrium in justificatione impii SIMUL DETESTATUR PECCATUM, ET CONVERTITSE IN DEUM, SICUT ETIAM CORPUS SIMUL RECEDENDO AB UNO LOCO ACCEDIT AD ALIUM.*

VIII. Aut Concilio Tridentino, SS. Augustino, & Thomæ, & Catechismo Tridentino nuntium remittant adversarii: aut huic doctrinæ fasces submittant, victalque manus dent necessum est. Plura alia testimonia SS. Patrum omitto brevitatis causa.

§. III.

§. III.

Rationibus ex Scripturis sanctis haustis evincitur necessitas charitatis inchoatæ ad Pœnitentiæ sacramentum ritè suscipiendum.

I. PRimum, maximumque mandatum dilectionem Dei imponit. Nullum tempus assignari potest quo præceptum illud magis urgeat, quam dum agitur de recuperanda per pœnitentiam Dei amicitia. Ideo enim Christianus peccavit, quia Deum non amavit. Ergo tum potissimum divino flagrare amore obstringitur cum dolet de Dei amicitia amissa, eamque redintegrare toto virium conatu latagit.

II. Confirmare opportuno exemplo doctrinam hanc lubet. Audi Filium prodigum patrem alloquentem. Doleo pater, & quam valeo, vehementer doleo, quod peccaverim. Autem actæ flagitiosæ, & sceleratæ vitæ veniam enixè rogo, effagitoque. Ingentis hæreditatis tuæ adeundæ amoræ deflagro, firmamque concipio spem eandem assequendi. Sed quia toties peccavi contra mandata tua, vehementer timeo ne illam sim amissurus: & ob hunc timorem subeundi tam grave damnum vehementer me pœnitet peccasse. Scias tamen velim, mi pater, quod intus in corde meo latitat, non amor erga te, erga bonitatem tuam, cujus nec levem, inchoatamque scintillam experior; sed solus timor damni sustinendi, sola spes opulenti patrimonii obtinendi unica mihi est ad te redeundi causa. Non te amo amantem; sed te timeo pœnas, & supplicia minantem. Non amo bonitatem tuam erga me profusissimam; sed reformido exhæredationem meam mihi pernicioſissimam. Hanc hæreditatem concupisco; & ex hoc concupiscentiæ amore erga divitias tuas, spes in me conſurgit easdem assequendi. Ama ergo pater filium te non amantem, sed pertimescentem. Ah fili nequam, & indignissime! Siccine patrem alloqueris? Apage in malam crucem. Ah clementissime pater! Tempera, quæso, paruniper indignationem tuam. Si meus te sermo concitavit, causam cur ita locutus fuerim, audire supplex deprecor, effagitoque ne dedigneris. Theologi illi, magistri illi, quos tumet, o pater, pro conscientiæ meæ regimine mihi assignasti, hanc me docuere doctrinam. Iti prefatum sermonem altius animo meo imprimere conati sunt. Iti, isti, inquam, mihi suasere, haudquaquam necesse esse ut in hac mea pœnitentia, & reconciliatione te vel inchoatæ charitatis, & initialis amicitiæ dilectione prosequar; sed sufficere ut ob ciadium, pœnarumque metum de peccatis meis doleam, amoreque concupiscentiæ erga infinitam hæreditatem tuam mihi obveniendam ardeam. Hanc servilem doctrinam, o pater, egomet, vel ipso lumine quo me tu magna clementia perfudisti, ut talsam, communique sensui advertantem reputabam. Quid? ipse dicebam. Inimicus, offensorque evasi amantissimi patris mei: & novum amicitiæ fœdus cum eodem instaurabo, quin illum sincera charitate, suavique benevolentia redamem? Quid? Ille me charitate impensa diligit; & ego ipsum ob hæreditatem potsidendam dumtaxat concupiscam? Dum talia effari audierunt Theologi tui, continuò vociferantes, me tetrici rigoris, stultiæque insimularunt, & velut hæreticæ sententiæ fautorem redarguerunt: quarum vocum strepitu perterrefactus, illorum tandem placitis auscultavi. Adjecerunt illi solummodo, ne illos gravare, ut mihi caveam, videat, postquam in jus hæreditatis capiendæ testitutus, & plene, media absolutione, tecum reconciliatus fuero, me postea mortis tempore, singulisque quinquenii, biennitve semel saltem te charitatis amore prosequi debere. Illos ergo, pater optime, redargue, increpa in illos, non in me, animadvertito. Hæc est autem viva imago peccatoris, qui solo gehennæ timore, & spe beatitudinis æternæ obtinendæ, & dolore amittendæ concussus ad Deum redit, ut cum eodem reconcilietur, omnia amore vel initiali erga illius bonitatem sublato. *Ex inimico amicus fieri vult*: & amare amicum patrem non studet, non curat, non nititur?

III. Altera ratio sic propositur. Vita cordis amor. Amore peccator ad creaturam convertitur, receditque à Deo. Hæc aversio à Deo, & conversio ad creaturam per solam aversionem à creatura, & conversionem ad Deum auferri potest. Amor quippè erga creaturam auferri nequit, nisi per amorem erga creatorem.

IV. Adultus cum primum moraliter usum rationis attingit, Deum amore prosequi, eique & se, & omnia subjicere obstringitur ut ultimo fini, sicuti omnes Thomistæ, & alii Theologi docent: ergo potiori jure, dum post patrata peccata Dei rebellis evasit, amore in Deum se convertere debet.

V. Qui odio in proximum ardet, absolutionis capax non est, nisi posito odio, erga proximum amorem accendat. Christiani mortaliter peccantes *rursus crucifigunt Filium Dei*, & cum Deo inimicitiam contrahunt. Quomodo hæc auferri inimicitia potest nisi amore? Petrus amare Paulum offensum astringitur, ut cum illo novum amicitiæ fœdus ineat: & Sempronius, qui Dei Filio peccato mortem intentavit, reconciliationem cum eodem inibit quin illum amet? Solo amore concupiscentiæ, solo timore gehennæ divinum illud amicitiæ fœdus redintegrabit? Vulgare axioma: *Si vis amari, ama*, respectu divinæ amicitiæ locum non habebit: Deus testatur: *Diligentes me dilige*. Cor est quod Deus petit: *Fili, præbe mihi cor tuum*. Quomodo præberi cor istud Deo potest nisi amicitiæ amore?

VI. Qui voluntatem deliberatam non habet omnia mandata servandi, non est absolutionis capax: sed nemo servare omnia mandata absque charitate initiali valet: ergo ad Sacramentum Pœnitentiæ dignè suscipiendum est necessaria charitas inchoata. Primam propositionem admittunt omnes. Secundam eviuco. Voluntas constans, & firma servandi omnia mandata includit voluntatem servandi primum, & maximum mandatum charitatis, quod est universæ legis caput, & ad

quod

quod cætera omnia mandata ordinata sunt. Implicat autem in terminis, ut ajunt, propositum efficax & deliberatum diligendi Deum sine amore Dei. Quid enim est velle sincerè servare charitatis mandatum nisi ipsa Deum amore prosequi? Quarè sapienter S. Augustinus *tract. 74. in Joan.* scribit: *Quomodo ergo Dominus dicit*: Si diligitis me, mandata mea servate: & ego rogabo Patrem, & alium Paraclytum dabit vobis: *cum hoc dicat de Spiritu Sancto, quem nisi habeamus, nec Deum diligere possumus, nec ejus mandata servare? Quamdiù diligimus, ut eum accipiamus, quem nisi habeamus diligere non valemus? Aut quamdiù mandata servabimus, ut eum accipiamus, quem nisi habeamus, mandata servare non possumus?*

VII. Non me latet, orta attritionis servilis opinione, una cum Probabilismo Salmanticæ, ut fusè ostendi *tom. 9.* plures Probabilistas charitatis mandatum ferè evacuasse. At istorum doctrina proscripta est, ut alibi retuli.

§. IV.

Diluuntur adversariorum objecta.

I. OPponunt 1. Dolor, qui requiritur ad Pœnitentiæ sacramentum, disponere, non destruere sacramentum debet. Dolor charitate inchoata formatus delet omnia peccata. Ergo nihil restat sacramento destruendum; & tamen est sacramentum mortuorum, quod delere peccata debet.

II. Hoc est potissimum adversariorum argumentum, quo nihil efficacius falsitatem opinionis formidolosæ attritionis patefacit. Nihil falsius quam charitatem inchoatam delere peccata. Quid ad hæc Attritionarii? Edisserant nobis eruditi adversarii an per xiii. sæcula in aliquo SS. Patrum reperierint charitatem destruere sacramentum Pœnitentiæ? Hæc doctrina, & universæ antiquitati, & Tridentino, & ejus Catechismo incognita fuit. Dico itaque, Pœnitentiam esse sacramentum mortuorum, & producere primam gratiam habitualem vivificantem, quę diffunditur per Spiritum Sanctum inhabitantem illis qui charitate inchoata dispositi sunt per Spiritum Sanctum moventem, & nondum inhabitantem. Et sine hac gratia actuali, & amore initiali nemo potest credere, sperare, diligere, & pœnitentiam agere, sicut oportet, ad justificationis donum obtinendum, ut definivit Concilium Tridentinum. Omnibus virtutibus habitualibus præcunt actus imperfecti ejusdem speciei, ut Theologi omnes fatentur. Adverterit legant S. Augustinum *lib. de Nat. & grat. cap. ult.* ubi inquit: *Charitas inchoata, inchoata justitia est; charitas provecta, provecta justitia est; charitas magna, magna justitia est; charitas perfecta, perfecta justitia est.* Jure proscriptę fuere propositiones Bajanæ 62. & 63. quod negarent hujus duplicis vivificationis, & duplicis charitatis imperfectæ, & perfectæ distinctionem, sicut & alię similiter hanc duplicem charitatem negabant. Quarè nonnisi ab illis qui ignorant errores Bajanos, adversus sententiam propugnantem necessitatem charitatis initialis ad sacramentum Pœnitentiæ dignè suscipiendum obtrudi iidem valent.

III. Opponunt 2. S. Thomas 3. *p. q. 70.* docet: *Minima gratia potest resistere cuilibet concupiscentiæ, & vitare omne peccatum mortale. . . . Minima charitas diligit Deum quam cupiditas mille aurei, & argenti.*

IV. Resp. Ibi S. Thomas loquitur de circumcisione, quę Baptismum portendebat. Integrant articulum retexi *tom. 9. lib. 1. dist. 2. cap. 9. §. 2.* & palam feci ibi expressè loqui Angelicum de gratia sanctificante quæ in Baptismo infunditur, atque adeo de charitate habituali. Quid quod S. Thomas hoc ipsum adversariorum argumentum 3. *p. q. 84. a. 5.* sibi opponit argum. 2. *Universa delicta operit charitas. . . . Ergo habenti charitatem, & fidem, & misericordiam potest quælibet peccata remitti.* Audiant nunc S. Thomæ responsum. *Ad secundum dicendum, quod ex quo aliquis peccatum incurrit, CHARITAS, fides, & misericordia NON liberant hominem à peccato sine pœnitentia. Requirit enim CHARITAS, quod homo DOLEAT DE OFFENSA IN AMICUM COMMISSA, & quod amico studeat satisfacere. Requirit etiam ipsa fides ut per virtutem passionis Christi, quę in SACRAMENTIS Ecclesię operatur, QUÆRAT JUSTIFICARI À PECCATIS. Requirit etiam ipsa misericordia ordinata ut bonis subveniat pœnitendo suę miseriæ, quam per peccatum incurrit, secundum illud Proverb. 14. Miseros facit populos peccatum. Undè Eccles. 30. dicitur*: *Miserere animæ tuæ placens Deo.* En adversariorum principium à S. Thoma convulsum. Charitas actualis inchoata tollit affectum, & voluntatem peccandi. Gratia verò sanctificans delet maculam peccati.

V. Quod opponunt ex Appendice adjecta ad Concilium Romanum sub Benedicto XIII. nihil adversus nostram sententiam evincit, ut mox ostendam, sed potius contra adversarios urget.

§. V.

Sententia formidolosæ attritionis in 1. thesi ab Innoc. XI. proscripta vi evidentis rationis evincitur contenta.

PROPOSITIO DAMNATA.

NON est illicitum in sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore sacramenti, relicta tutiore, nisi id vetet conventio, aut periculum gravis damni incurrendi. Hinc sententia probabili tantùm utendum non est in collatione Baptismi, Ordinis sacerdotalis, aut episcopalis.

I. Fuso calamo *tom. 9. lib. 1. dist. 2. c. 10.* recensui interpretamenta, quibus adversarii præservare suam opinionem student à præfata damnata thesi. Fatentur uno ore, quod opinio de attritione servili, si sit solum *probabilis*, vel *probabilior*, vel *probabilissima*, continetur in thesi damnata. Sed ajunt hanc suam opinionem prætergredi *probabilitatis* confinia, & esse *moraliter certam.*

Audi

II. Audi P. Cardenas, qui in Crisi *D. 2. c. 6. art. 2. q. 1. n. 6.* inquit: *Decretum loquitur de probabilibus. Hæc autem doctrina non est merè probabilis, sed omninò certa, & indubitabilis propter definitionem Concilii Tridentini.*

III. P. Dominicus Viva *in prop. 1. Innoc. XI. n. 21.* hæc scribit: *Opinionem de sufficientia attritionis . . . . non esse merè probabilem, aut probabilissimam, sed practicè, & moraliter certam.* Et rursus *in Cur. q. 3. art. 2. n. 7.* hæc docet: *Asserere attritionem non esse sufficientem &c. Hęc opinio post Tridentinum tamquam improbabilis rejicitur communissimè. . . . Post Tridentinum amisit omnem probabilitatem.* Iterum *in prop. 14.* Alexandr VIII. Hæc adjicit: *Prohibitio autem illa Alexandri VII. ne alterutra ex iis opinionibus censuretur, non infert utramque opinionem esse probabilem.* Et *n. 31.* addit: *Cum hujusmodi PROHIBITIONES SÆPE FIANT IN BONUM PACIS.* His paucis verbis eludit decretum Alex. VII.

IV. Similia docent communiter Probabilistæ defensores attritionis formidolosæ. Porrò hæc jactata *moralis certitudo* est facti falsitas luce meridiana clarior, est commentum, imaginaria & manifesta chimæra, improbata ab Alexandro VII. prohibente censura notari alterutram opinionem.

V. Plusquam centum Theologi ex universo orbe catholico celebriores, quibus comparati Casuistæ defensores attritionis formidolosæ parum resplendent in Republica litteraria, quos *tom. 9.* recensui; doctissimi Cardenales Denhoffius, Aguirius, Le Camus, Monillanus; plurimi Archiepiscopi, & Episcopi, quos inter doctissimus BOSSUETUS, qui solus prævalet centum Casuistis; celebriores Universitates Parisiensis, Lovaniensis; omnes ferè Theologi Augustinianæ Religionis, & hodiè Dominicanæ. Quid si celeberrimi BENEDICTINI Ordinis, quid si aliorum Ordinum Theologos recenserem? Illud satis sit vix hodiè reperiri alicujus nominis Theologum præjudiciis vacuum, qui opinionem de attritione servili non refutet.

VI. Tota hæc numerosissima multitudo insignium Cardinalium, Episcoporum, Universitatum satis non est ad constituendam opinionem probabilem apud Probabilistas, qui defendunt quatuor Casuistas, immo unum, juxta *P. Vivam*, si sit doctissimus, efficere opinionem probabilem? Quid quod Probabilistæ defendunt attritionem servilem esse certam, quia contendunt definitam esse in Concilio Tridentino? At evulgata Historia Cardinalis Pallavicini, vel ipsi defensores attritionis servilis fatentur, nihil hac de re definisse Tridentinum.

VII. Ergo evidentissimum est jactatam *certitudinem moralem* esse falsissimam, vanumque commentum, injuriosum decreto Alexandri VII. tot Cardinalibus, Archiepiscopis, Episcopis, & tot gravissimis Theologis, perniciosissimum imperitis lectoribus, qui ex tali asserta certitudine decipiuntur. Ergo hæc *moralis certitudo* retractanda, & eliminanda est. Undè hanc formo argumentationem.

VIII. Si opinio attritionis servilis esset tantum probabilis, vel probabilior, vel probabilissima, fatentibus adversariis, esset damnata ab Innoc. XI. Sed veritas facti evidentissima, luculentissima est universo litterario orbi, talem opinionem *non esse moraliter certam* elidentem probabilitatem contrariæ sententiæ. Ergo tam evidens est opinionem de attritione servili contineri in decreto Innocentiano, quam evidens, compertumque est certitudinem moralem dictam esse arbitrarium commentum, & inauditum paradoxon.

IX. Illud dicitur moraliter certum quod unanimi consensu à Theologis defenditur. Illud probabile, vel probabilius, quod à gravibus Theologis in utramque partem disputatur. Tam certum est hanc controversiam in utramque partem disputari, ut Alexander VII. prohibuerit ne alterutra opinio censura notaretur, *donec aliquid à S. Sede definitum fuerit.* Post duodecim annos Ven. Innoc. XI. definivit in perficiendis sacramentis ex opinionibus controversis tutiorem amplectendam esse. Post hoc decretum defensores attritionis servilis evulgarunt suam opinionem, quę sub Alexandro VII. erat tantum probabilis, & inter Probabilistas communior, evasisse certam, & extra controversiam. Illud autem certum est post decretum Alexandrinum sententiam attritionis servilis coercitam fuisse inter Casuistas, & evulgato decreto Innocentiano contrariam doctrinam prævaluisse inter graviores Theologos.

X. Celebertimi Theologi Salmanticenses Scholastici *tom. 12. p. 2. tract. 24. disp. 7. dub. 1. §. 6. n. 51.* quamquàm defensores attritionis servilis, candidè fatentur relatam certitudinem moralem esse purum, putumque commentum. En illorum verba. „ Hæc responsio non satisfacit, „ nec *sustineri* potest. Defert enim assertioni nos„ træ omnimodam certitudinem fundatam in de„ finitione Concilii Tridentini . . . . Philaletus „ refert *centum auctores* productis nominibus con„ trariam nobis sententiam instituentes. Et quid„ quid sit de hoc, assertionem non esse definitam „ in Concilio Tridentino *constat satis evidenter* „ ex decreto Alexand. VII. . . . Pontifex prohi„ bet censuras in unam & alteram partem, *donec*, „ inquit, *ab hac Sede fuerit aliquid definitum*, „ palam supponens NIHIL hactenùs definitum „ esse ab Ecclesia circa istam controversiam. "

XI. En novam ineluctabilem confirmationem chimæricæ *certitudinis moralis, & indubitatæ.* Alterum responsum præbent Attritionarii, nempè decretum Innocentianum prohibet usum opinionis probabilis relictâ tutiore *in sacramentis conferendis*, secùs verò *in recipiendis.* Hæc responsio, inquiunt Salmanticenses, *est mera fuga speculativa, meati Pontificis in illa propositione repugnantis.* Similia docent Tournely, & alii attritionis servilis propugnatores. Evidens ergo est, vel celebriorum adversariorum confessione, certitudinem moralem, cui unicè fidunt communiter Casuistæ, esse chimæram; & decretum Innocentianum prohibere usum opinionis probabilis, re-

lic-

licta tutiore, tum *in conferendis*, tum *in recipiendis* sacramentis.

§. VI.

PARADOXON Salmanticensium paucis refellitur, & sententia nostra confirmatur.

I. Respondent itaque Salmanticenses *n.* 53. his verbis: „ Ut autem non videamur „ *difficultatem fugere, aut timere vel in his quæ ad* „ *praxim spectant*, respondetur admittendo to- „ tum syllogismum. .... Nostra namque senten- „ tia non solum est probabilior, & communior, „ *sed etiam TUTIOR, quam contraria.*

II. Legiones scholasticorum numquam terga vertunt, sed trucidari potius volunt. Ad orbe condito simile paradoxon, ut mihi videtur, non est auditum. Hæc doctrina est contra omnes Catholicos: evertit funditus Christi regnum charitate partum, charitate erectum, charitate perfectum.

III. Sed rationes cur Theologi isti propugnant opinionem attritionis servilis esse *tutiorem*, & *tutissimam*, indicemus. Hæc est eorum argumentatio. Amor charitatis Dei super omnia conjungi nequit cum peccato mortali. Hic enim est error Baji. Ergo ut hic error declinetur, dicimus oportet, attritionem servilem omni charitate vacuam esse longè tutiorem, immo unicè tutam, quia sacramenti praxim defendit.

IV. Mirum est potuisse perdoctos viros tam crassum & erroneum sophisma objicere. Ipsi fatentur Alex. VII. prohibuisse, ne alteruter sententia censura notaretur, nihil Tridentinum definisse: & eadem pagina censuram *Bajanismi* inurere sententiæ nostræ illos non pudet? Ignorant perdocti viri *Bajum* errasse, quia *charitatem habitualem* cum peccato conjunxit. Erravit præterea *Bajus*, quia charitatem actualem imperfectam ab habituali non distinxit. Nos dicimus, charitatem actualem imperfectam conjungi cum peccato proximè expellendo per gratiam sanctificantem posse. Dicimus cum S. Thoma, contritionem charitate imperfecta formatam esse materiam sacramenti Pœnitentiæ? ut fiat sacramentum expellens peccatum, requiritur forma. Corruit ergo undique versum vanissimum sophisma Salmanticensium.

V. Quam inauditum sit recensitum paradoxon, paucis habeto. Si doctrina formidolosæ *attritionis est longè tutior*; ergo omnes Theologi, omnes Concionatores clamare deberent: Christiani cavete à charitate Christi etiam imperfecta. Longè magis cavetote ab amore Dei ferventiori, & ferventissimo: cavete, quæso, ab hac divina charitate, dum acceditis ad sacramentum Pœnitentiæ: cavete, inquam, cavete ab hac divina charitate, quia charitas ista destruit, exterminat sacramentum Pœnitentiæ. Cavete, quia si charitate flagrantes ad tribunal pœnitentiæ acceditis, *hæretici Bajanistæ* estis. Accedite solum perterrefacti pœnarum gehennæ timore, & amore concupiscentiæ propriæ beatitudinis succensi. Cæterum amor Dei super omnia longe à vobis sit, exulet ab animabus vestris: quia iste amor Dei super omnia hostiliter pugnat cum sacramento Pœnitentiæ, illudque exterminat. In sacramentis recipiendis tutiora ex definitione Ecclesiæ sequi debetis. Longè *tutius est*, si accedatis ad sacramentum Pœnitentiæ solo timore servili percusi, quam si adeatis divina charitate flagrantes. Blasphemiæ istæ sunt legitima, nisi me omnia fallunt, & necessaria consectaria doctrinæ Salmanticensium.

VI. Hinc collige sententiam nostram esse certam, & adversariorum, ut mihi videtur, opinionem contineri in decreto Innocentiano. Jactata *certitudo moralis* est mera chimæra, ut doctiores adversarii fatentur. Quod propositio damnata comprehendat solos *ministros* conferentes sacramentum, non fideles *recipientes*, est, inquiunt Salmanticenses, *mera fuga speculativa mentis Pontificis .... repugnans*. Tandem quod opinio attritionis servilis sit *tutior* est paradoxon quod universum Christi Evangelium & Religionem christianam evertit. Adversarii ipsi, non secus ac ædificatores Turris Babelicæ, propriam sententiam lacerant, destruunt, damnant. Nam dum unus trullam petit, alter cæmentum porrigit. Si plura hoc de argumento cupis, consule *tom. 9. lib. 1. diff. 2.* ubi omnia adversariorum sophismata labefactata, & plura quæ ad historiam hujus controversiæ attinent, invenies.

CAPUT VIII.

Nonnulla quæstiones de dolore, & proposito non peccandi resolvuntur.

I. QUÆST. I. *An pœnitens elicere dolorem debeat de peccato cum intentione confitendi?* RESP. Negant Lugo, Aversa, Tamburinus, Gobat, Moya, Sporer, Ilsung, & alii. Sed hæc opinio rejicienda est ut minus probabilis. Dolor iste actio est sacramentalis. Ergo per intentionem pœnitenti subjicienda est formæ sacramentali. Neque enim in solo ministro, sed etiam in pœnitente necessaria est intentio. Non sunt tamen hæc metaphysicè & subtiliter discutienda, quoniam eo ipso quod quis confiteri velit, doleatque de peccatis, re ipsa dolor illius respectum dicit ad sacramentum. Non sunt ergo, ad hoc quod attinet, penitentium mentes torquendæ.

II. QUÆST. II. *An dolor præcedere confessionem debeat, an satis sit ut post confessionem ante absolutionem eliciatur?* RESP. Omnes affirmant, dolorem præcedere absolutionem debere, cum sit ejusdem proxima materia. Disputant verò Theologi in utramque partem, num antecedere confessionem, quę *dolorosa* dicitur, debeat. Navarrus, Toletus, Vazquez, Hurtado, Diana, Bonacina, Suarez, Lugo, Sporer, Gobat, Moya, Tamburinus, & alii defendunt sat esse ut subsequatur confessionem, & antecedat absolutionem. Alii sustinent oppositum. Præcisis casibus repentinis, & insolitis, communiter loquendo mihi probabilius est quod debeat præcedere confessionem: tum quod in sacramentis tutiora, dum res in controversiam vocatur, sequi debeamus:

mus: tum quod medio isto dolore pœnitens de statu peccati mortalis, & diabolicæ servitutis ad statum filiorum Dei transire debet. Transitus iste, communiter loquendo, non fit in instanti, aut paucis momentis. Habenda tamen pœnitentium ratio est. Nam dum justi confitentur, facillimè dolent, & conteruntur, cum habitualiter dispositi sint. Contra, peccatores gravi sarcina onusti difficilius hunc concipiunt doloris partum. Confessariorum est instruere pœnitentes ut antequam ad sacrum tribunal accedant, aliquod congruum tempus insumant in hoc dolore concipiendo. Proponant illis quę meditari puncta debeant, quas considerationes formare, ut se ad hunc pariendum dolorem excitent: doceantur precibus opus esse, quibus à Deo auxilium implorent, quo, ut oportet, conteri queant.

III. Dolor iste ita perdurare moraliter debet, ut vi ejusdem absolvendus pœnitens sit, cum iste dolor sit absolutionis materia. Diana refert plures defendentes, dolorem ante plures annos elicitum perdurare, dummodo retractatus non sit. Quæ opinio falsa, & laxa est. Escobarius, Diana, Arriaga admittunt præcedentiam longi temporis. Alii dicunt, dolorem ante quatuor, aut sex dies, alii ante mensem elicitum sufficere. Sed quid in congerendis his falsis opinationibus tempus tero? Dolor moraliter præsens sit oportet. Pro praxi concipiendus dolor est ante confessionem, & renovandus in ipsa confessione, dum impertienda absolutio est.

IV. Etiam in confessione venialium necessarius est dolor iste. Non est necesse ut de omnibus venialibus dolor concipiatur, cum venialia non sint materia necessaria, sed libera: sat est ut de aliquo veniali graviori dolor concipiatur, & propositum expressum habeatur illud evitandi, quando nulla materia necessaria clavibus subjicitur.

V. QUÆST. III. *Quid dicendum de opinione P. Vivæ asserentis, dolorem conceptum ex motivo damni temporalis sat esse ad Confessionem?* RESP. P. Dominicus Viva *in Trutin. in propos. 1. Innocentii XI. n. 26.* docet, sufficere attritionem supernaturalem ex metu *temporalium pœnarum, ut à Deo vindice infligendarum*, concluditque: *Licite æquimur hujusmodi opiniones probabilissimas, omissis tutioribus.* Quis definivit ejusmodi opiniones esse probabilissimas? Probabilitę? At Romana Sedes, etiam admisso quod essent probabilissimæ, jubet ut in Sacramentis, dum de materia, & forma agitur, sequamur *tutiores sententias* omissis probabilibus.

VI. P. Tamburinus *lib. 1. Meth. Confess. c. 1. §. 4. n. 11.* inquit: „ Inter motiva attritionis, „ de quibus *n. 4.* diximus, licet aliqui non ad- „ mittant aliud quartum, idest *timorem mali* „ *temporalis..... timorem infamiæ, carceris, ægri-* „ *tudinis, &c.* tamen in sententia *probabilissima* „ etiam hoc motivum est sufficiens, si hujusmo- „ di mala timeantur ut á Deo inflicta, vel infli- „ genda.

VII. Hanc opinionem existimo non modo falsam, & laxam, sed contentam in decreto Innocentiano. Fatetur ibi Tamburinus, *Doctores* oppositum docere. Ergo opinio est controversa. Ergo tutior amplectenda. Opponit Tamburinus. Tridentinum non definit dolorem concipiendum ex *timore solùm gehennę, vel alterius pœnæ spiritualis, seu eternę, sed addit in universum ex timore pœnarum.* Evidenter fallitur Tamburinus cum aliis. Concilium dicit; *ex gehennę, & pœnarum metu.* Propositio est copulativa. Cur ergo mittis *gehennam* primo loco positam, ac per particulam & copulatam cum pœnis? Pœna mortali peccato debita est æterna. Ergo de malo æterno à Deo infligendo dolere peccator debet. *Nolite timere eos qui occidunt corpus..... sed potius timete eum qui potest, & animam, & corpus perdere in gehennam*: Matth. 10. Sic Evangelista, sic Tridentinum. Ergo evidenter falsa est opinio Tamburini, Viva, & aliorum.

VIII. QUÆST. IV. *Quid dicendum de opinione P. Tamburini docentis non esse inculcandum peccatori ut doleat de illo peccato cujus magno afficitur amore?* RESP. Ipsa ratio naturalis dictat ut illud vulnus præcipuè curetur quod intimius animæ insidiatur. Sed P. Tamburinus *lib. 1. Meth. Confess. cap. 1. §. 2. num. 5.* scribit: „ Undè quan- „ do advertis pœnitentem tuum *valdè* alicui cri- „ mini *addictum*, ne inculces doloris actum circa „ illud *peculiare peccatum*. Periculum enim subest „ ne illud ex animo detestetur, dum ejus specialis „ memoria reficatur, quod in universum, & „ simul cum aliis detestandi difficultatem vel „ *nullam sentiet, vel exiguam.*“

IX. Cavete, ò Confessarii, inquit P. Tamburinus, ne suadeatis pœnitentibus ut eliciant actum doloris de illa culpa quam veluti amasiam afflictim depereunt, & in illam impotenter feruntur: quia periculum *subest* ne ex animo illam detestentur. Non ergo necessum est ut peccator ex animo detestetur culpam illam quam vehementi dilectione prosequitur? Sat est, reponit Tamburinus, ut de hac culpa valdè dilecta, cum aliorum scelerum turba confusa, & obtecta doleat. Hoc enim pacto facile pœnitens peccatum istud latitans intra multitudinem peccatorum detestabitur, & tunc *difficultatem nullam*, vel *exiguam* sentiet. Contra si amatam hanc suam culpam nudato vultu spectet: periculum subest ne ex animo illam detestetur.

X. Quisque hominum aliqua passione, & appetitione dominante, & regnante obstringitur. Omnes Patres, & Concionatores clamant ut Christiani coerceant, deprimant, subigant hanc passionem dominantem, hunc affectum regnantem. *Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis vestris*, inquit Rom. 6. S. Paulus. In illo dominatur avaritia, in hoc libido, in alio ira, in altero vindicta. Nisi quisque sese peculiari dolore, & fortitudine armet adversus hanc belluam ferocientem, & repugnantem, actum de sua salute est. Quam falsa ergo, & quam laxa sit præfata doctrina, quisque judex sedeat.

XI. QUÆST. V. *Requiriturne propositum formale, & explicitum non peccandi de cætero?* RESP. P. Tamburinus *loc. cit. §. 3. n. 7.* subdit: *In pro-*

licta tutiore, tum *in conferendis*, tum *in recipiendis* sacramentis.

§. VI.

PARADOXON Salmanticensium paucis refellitur, & sententia nostra confirmatur.

I. Respondent itaque Salmanticenses *n.* 53. his verbis: „ Ut autem non videamur „ *difficultatem fugere, aut timere vel in his quæ ad* „ *praxim spectant*, respondetur admittendo to- „ tum syllogismum. .... Nostra namque senten- „ tia non solum est probabilior, & communior, „ *sed etiam TUTIOR, quam contraria.*

II. Legiones scholasticorum numquam terga vertunt, sed trucidari potius volunt. Ad orbe condito simile paradoxon, ut mihi videtur, non est auditum. Hæc doctrina est contra omnes Catholicos: evertit funditus Christi regnum charitate partum, charitate erectum, charitate perfectum.

III. Sed rationes cur Theologi isti propugnant opinionem attritionis servilis esse *tutiorem*, & *tutissimam*, indicemus. Hæc est eorum argumentatio. Amor charitatis Dei super omnia conjungi nequit cum peccato mortali. Hic enim est error Baji. Ergo ut hic error declinetur, dicimus oportet, attritionem servilem omni charitate vacuam esse longè tutiorem, immo unicè tutam, quia sacramenti praxim defendit.

IV. Mirum est potuisse perdoctos viros tam crassum & erroneum sophisma objicere. Ipsi fatentur Alex. VII. prohibuisse, ne alteruter sententia censura notaretur, nihil Tridentinum definisse: & eadem pagina censuram *Bajanismi* inurere sententiæ nostræ illos non pudet? Ignorant perdocti viri *Bajum* errasse, quia *charitatem habitualem* cum peccato conjunxit. Erravit præterea *Bajus*, quia charitatem actualem imperfectam ab habituali non distinxit. Nos dicimus, charitatem actualem imperfectam conjungi cum peccato proximè expellendo per gratiam sanctificantem posse. Dicimus cum S. Thoma, contritionem charitate imperfecta formatam esse materiam sacramenti Pœnitentiæ? ut fiat sacramentum expellens peccatum, requiritur forma. Corruit ergo undique versum vanissimum sophisma Salmanticensium.

V. Quam inauditum sit recensitum paradoxon, paucis habeto. Si doctrina formidolosæ *attritionis est longè tutior*; ergo omnes Theologi, omnes Concionatores clamare deberent: Christiani cavete à charitate Christi etiam imperfecta. Longè magis cavetote ab amore Dei ferventiori, & ferventissimo: cavete, quæso, ab hac divina charitate, dum acceditis ad sacramentum Pœnitentiæ: cavete, inquam, cavete ab hac divina charitate, quia charitas ista destruit, exterminat sacramentum Pœnitentiæ. Cavete, quia si charitate flagrantes ad tribunal pœnitentiæ acceditis, *hæretici Bajanistæ* estis. Accedite solum perterrefacti pœnarum gehennæ timore, & amore concupiscentiæ propriæ beatitudinis succensi. Cæterum amor Dei super omnia longe à vobis sit, exulet ab animabus vestris: quia iste amor Dei super omnia hostiliter pugnat cum sacramento Pœnitentiæ, illudque exterminat. In sacramentis recipiendis tutiora ex definitione Ecclesiæ sequi debetis. Longè *tutius est*, si accedatis ad sacramentum Pœnitentiæ solo timore servili percusi, quam si adeatis divina charitate flagrantes. Blasphemiæ istæ sunt legitima, nisi me omnia fallunt, & necessaria consectaria doctrinæ Salmanticensium.

VI. Hinc collige sententiam nostram esse certam, & adversariorum, ut mihi videtur, opinionem contineri in decreto Innocentiano. Jactata *certitudo moralis* est mera chimæra, ut doctiores adversarii fatentur. Quod propositio damnata comprehendat solos *ministros* conferentes sacramentum, non fideles *recipientes*, est, inquiunt Salmanticenses, *mera fuga speculativa mentis Pontificis .... repugnans*. Tandem quod opinio attritionis servilis sit *tutior* est paradoxon quod universum Christi Evangelium & Religionem christianam evertit. Adversarii ipsi, non secus ac ædificatores Turris Babelicæ, propriam sententiam lacerant, destruunt, damnant. Nam dum unus trullam petit, alter cæmentum porrigit. Si plura hoc de argumento cupis, consule *tom. 9. lib. 1. diff. 2.* ubi omnia adversariorum sophismata labefactata, & plura quæ ad historiam hujus controversiæ attinent, invenies.

CAPUT VIII.

Nonnulla quæstiones de dolore, & proposito non peccandi resolvuntur.

I. QUÆST. I. *An pœnitens elicere dolorem debeat de peccato cum intentione confitendi?* RESP. Negant Lugo, Aversa, Tamburinus, Gobat, Moya, Sporer, Ilsung, & alii. Sed hæc opinio rejicienda est ut minus probabilis. Dolor iste actio est sacramentalis. Ergo per intentionem pœnitenti subjicienda est formæ sacramentali. Neque enim in solo ministro, sed etiam in pœnitente necessaria est intentio. Non sunt tamen hæc metaphysicè & subtiliter discutienda, quoniam eo ipso quod quis confiteri velit, doleatque de peccatis, re ipsa dolor illius respectum dicit ad sacramentum. Non sunt ergo, ad hoc quod attinet, penitentium mentes torquendæ.

II. QUÆST. II. *An dolor præcedere confessionem debeat, an satis sit ut post confessionem ante absolutionem eliciatur?* RESP. Omnes affirmant, dolorem præcedere absolutionem debere, cum sit ejusdem proxima materia. Disputant verò Theologi in utramque partem, num antecedere confessionem, quę *dolorosa* dicitur, debeat. Navarrus, Toletus, Vazquez, Hurtado, Diana, Bonacina, Suarez, Lugo, Sporer, Gobat, Moya, Tamburinus, & alii defendunt sat esse ut subsequatur confessionem, & antecedat absolutionem. Alii sustinent oppositum. Præcisis casibus repentinis, & insolitis, communiter loquendo mihi probabilius est quod debeat præcedere confessionem: tum quod in sacramentis tutiora, dum res in controversiam vocatur, sequi debeamus:

mus: tum quod medio isto dolore pœnitens de statu peccati mortalis, & diabolicæ servitutis ad statum filiorum Dei transire debet. Transitus iste, communiter loquendo, non fit in instanti, aut paucis momentis. Habenda tamen pœnitentium ratio est. Nam dum justi confitentur, facillimè dolent, & conteruntur, cum habitualiter dispositi sint. Contra, peccatores gravi sarcina onusti difficilius hunc concipiunt doloris partum. Confessariorum est instruere pœnitentes ut antequam ad sacrum tribunal accedant, aliquod congruum tempus insumant in hoc dolore concipiendo. Proponant illis quę meditari puncta debeant, quas considerationes formare, ut se ad hunc pariendum dolorem excitent: doceantur precibus opus esse, quibus à Deo auxilium implorent, quo, ut oportet, conteri queant.

III. Dolor iste ita perdurare moraliter debet, ut vi ejusdem absolvendus pœnitens sit, cum iste dolor sit absolutionis materia. Diana refert plures defendentes, dolorem ante plures annos elicitum perdurare, dummodo retractatus non sit. Quæ opinio falsa, & laxa est. Escobarius, Diana, Arriaga admittunt præcedentiam longi temporis. Alii dicunt, dolorem ante quatuor, aut sex dies, alii ante mensem elicitum sufficere. Sed quid in congerendis his falsis opinationibus tempus tero? Dolor moraliter præsens sit oportet. Pro praxi concipiendus dolor est ante confessionem, & renovandus in ipsa confessione, dum impertienda absolutio est.

IV. Etiam in confessione venialium necessarius est dolor iste. Non est necesse ut de omnibus venialibus dolor concipiatur, cum venialia non sint materia necessaria, sed libera: sat est ut de aliquo veniali graviori dolor concipiatur, & propositum expressum habeatur illud evitandi, quando nulla materia necessaria clavibus subjicitur.

V. QUÆST. III. *Quid dicendum de opinione P. Vivæ asserentis, dolorem conceptum ex motivo damni temporalis sat esse ad Confessionem?* RESP. P. Dominicus Viva *in Trutin. in propos. 1. Innocentii XI. n. 26.* docet, sufficere attritionem supernaturalem ex metu *temporalium pœnarum, ut à Deo vindice infligendarum*, concluditque: *Licite æquimur hujusmodi opiniones probabilissimas, omissis tutioribus.* Quis definivit ejusmodi opiniones esse probabilissimas? Probabilitę? At Romana Sedes, etiam admisso quod essent probabilissimæ, jubet ut in Sacramentis, dum de materia, & forma agitur, sequamur *tutiores sententias* omissis probabilibus.

VI. P. Tamburinus *lib. 1. Meth. Confess. c. 1. §. 4. n. 11.* inquit: „ Inter motiva attritionis, „ de quibus *n. 4.* diximus, licet aliqui non ad- „ mittant aliud quartum, idest *timorem mali* „ *temporalis..... timorem infamiæ, carceris, ægri-* „ *tudinis, &c.* tamen in sententia *probabilissima* „ etiam hoc motivum est sufficiens, si hujusmo- „ di mala timeantur ut á Deo inflicta, vel infli- „ genda.

VII. Hanc opinionem existimo non modo falsam, & laxam, sed contentam in decreto Innocentiano. Fatetur ibi Tamburinus, *Doctores* oppositum docere. Ergo opinio est controversa. Ergo tutior amplectenda. Opponit Tamburinus. Tridentinum non definit dolorem concipiendum ex *timore solùm gehennę, vel alterius pœnæ spiritualis, seu eternę, sed addit in universum ex timore pœnarum.* Evidenter fallitur Tamburinus cum aliis. Concilium dicit; *ex gehennę, & pœnarum metu.* Propositio est copulativa. Cur ergo mittis *gehennam* primo loco positam, ac per particulam & copulatam cum pœnis? Pœna mortali peccato debita est æterna. Ergo de malo æterno à Deo infligendo dolere peccator debet. *Nolite timere eos qui occidunt corpus..... sed potius timete eum qui potest, & animam, & corpus perdere in gehennam*: Matth. 10. Sic Evangelista, sic Tridentinum. Ergo evidenter falsa est opinio Tamburini, Viva, & aliorum.

VIII. QUÆST. IV. *Quid dicendum de opinione P. Tamburini docentis non esse inculcandum peccatori ut doleat de illo peccato cujus magno afficitur amore?* RESP. Ipsa ratio naturalis dictat ut illud vulnus præcipuè curetur quod intimius animæ insidiatur. Sed P. Tamburinus *lib. 1. Meth. Confess. cap. 1. §. 2. num. 5.* scribit: „ Undè quan- „ do advertis pœnitentem tuum *valdè* alicui cri- „ mini *addictum*, ne inculces doloris actum circa „ illud *peculiare peccatum*. Periculum enim subest „ ne illud ex animo detestetur, dum ejus specialis „ memoria reficatur, quod in universum, & „ simul cum aliis detestandi difficultatem vel „ *nullam sentiet, vel exiguam.*“

IX. Cavete, ò Confessarii, inquit P. Tamburinus, ne suadeatis pœnitentibus ut eliciant actum doloris de illa culpa quam veluti amasiam afflictim depereunt, & in illam impotenter feruntur: quia periculum *subest* ne ex animo illam detestentur. Non ergo necessum est ut peccator ex animo detestetur culpam illam quam vehementi dilectione prosequitur? Sat est, reponit Tamburinus, ut de hac culpa valdè dilecta, cum aliorum scelerum turba confusa, & obtecta doleat. Hoc enim pacto facile pœnitens peccatum istud latitans intra multitudinem peccatorum detestabitur, & tunc *difficultatem nullam*, vel *exiguam* sentiet. Contra si amatam hanc suam culpam nudato vultu spectet: periculum subest ne ex animo illam detestetur.

X. Quisque hominum aliqua passione, & appetitione dominante, & regnante obstringitur. Omnes Patres, & Concionatores clamant ut Christiani coerceant, deprimant, subigant hanc passionem dominantem, hunc affectum regnantem. *Non regnet peccatum in vestro mortali corpore, ut obediatis concupiscentiis vestris*, inquit Rom. 6. S. Paulus. In illo dominatur avaritia, in hoc libido, in alio ira, in altero vindicta. Nisi quisque sese peculiari dolore, & fortitudine armet adversus hanc belluam ferocientem, & repugnantem, actum de sua salute est. Quam falsa ergo, & quam laxa sit præfata doctrina, quisque judex sedeat.

XI. QUÆST. V. *Requiriturne propositum formale, & explicitum non peccandi de cætero?* RESP. P. Tamburinus *loc. cit. §. 3. n. 7.* subdit: *In pro-*

probabili allorum opinione satis est implicitum, hoc est illud quod involvitur in ipso actu detestationis seu displicentiæ. Hanc opinionem similiter docent Diana, Gormaz, Lugo, Vazquez, & plures alii. Sed falsa aperte est: oppositum enim docent S. Thomas, Albertus Magnus, Durandus, Scotus, Cajetanus, Cano, Soto, Cardinalis Bellarminus, qui *lib. 2. de Pœnitentia cap. 6.* hæc scribit: *Sed nobis communis, ac trita à veteribus via semper est tutior ac commodior. Probatur igitur ad contritionem requiri explicitum, & formale propositum vitæ melioris.* Utinam hanc tritam à veteribus viam calcare omnes vellent. Tridentinum præter dolorem efficacem, & universalem, in quo sanè continetur propositum virtuale, requirit propositum non peccandi de cætero. Si sufficeret propositum virtuale contentum in dolore efficaci, superfluum foret quod Concilium requireret propositum præter dolorem efficacem. Contra clamant aliqui, si præter dolorem efficacem universalem requireretur propositum, non tres, sed quatuor essent pœnitentiæ partes. Inane sophisma est. Tres sunt pœnitentiæ partes. Sed contritio duobus constat, dolore nempè de peccato commisso, & proposito non peccandi de cætero. Contingere tamen potest ut pœnitens ita vehementi dolore abreptus sit ut de proposito non cogitet; at si adverteret, firmissimam resolutionem conciperet non peccandi de cætero. Sermo nunc est de his quæ communiter & passim contingunt, non de aliquo raro, & repentino casu.

CAPUT IX.

IMAGO *justificationis christianæ sanctarum Scripturarum lineamentis depicta.*

I. DUÆ de justificatione sunt hæreses. Calvinistæ *inamissibilem* effutiunt. Novatiani veniam negabant lapsis, & aliqua scelera irremissibilia asserebant. Utrasque hæreses damnavit Ecclesia.

§. I.

Justificationem christianam firmam, ac stabilem Scriptura sancta repræsentant.

I. CHristiani pœnitentes qui validè recipiunt Sacramentum Pœnitentiæ, justificationis dono ornantur, eorumque anima templum Spiritus Sancti inhabitantis, & totius Trinitatis evadit. Olim Judæi, & Pagani servitute diaboli, & falsorum numinum idololatria abjecta, & fide Christi suscepta continuo in arenam pro Christo descendebant, & intrepidi tigres, leones, & ferociores bestias despiciebant, illarumque fieri epulas minimè pertimescebant: eculeorum, plagarum, & Crucis Christi ingenti cupiditate flagrabant: non ignes, non craticulas ardentes, non fornaces, non vulnera pavebant; sed cruciatus atrocissimos, infinitaque procellas fortis, & invicto animo subibant. Nos Christiani eadem ac illi fide perfusi, eisdem disciplinis imbuti, eodem divino cibo aliti, eodem pretiosissimo Sanguine potati, eadem justificatione sanctificati sumus. Justificatio effectibus se prodit, cum omnem vitam nostram ad Dei voluntatem, & ad Jesu Christi exemplar conformamus, teste Apostolo: *Vivo ego, jam non ego; vivit verò in me Christus*: & rursus: *Quos præscivit, & prædestinavit conformes fieri imaginis Filii sui.*

II. Hoc novum fœdus inter Christum, & pœnitentes ritè confessos, natura sua firmum, stabile, & perpetuum est. Heinc *Joann. 14.* Christus inquit: *Si quis diligit me, sermonem meum servabit: & Pater meus diliget eum; & ad eum veniemus, &* MANSIONEM *apud eum faciemus.* Non ait Christus, si quis formidat, si quis pavescit, sed *si quis diligit*, & filiorum, non servorum more etiam timet sermones, leges Christi servabit. Et Christus, & tota Trinitas *mansionem* statuet in anima ejus.

III. Sed audiamus Paulum Apostolum, qui firmitatem, & stabilitatem pœnitentiæ *2. Cor. 7.* his verbis describit: *Quæ enim secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem* STABILEM *operatur.* Pœnitentia, inquam, quæ secundum Deum, idest secundum regulas quas Deus præscripsit, formata, *stabilem* operatur sanctitatem, ut subdit *ibi c. 15. S. Paulus. Itaque fratres mei dilecti,* STABILES *estote, & immobiles, abundantes in opere Domini semper, scientes quod labor vester non est inanis in Domino.* Hanc ipsam reconciliationis per mortem Filii Dei initæ firmitudinem, & stabilitatem, & constantiam inculcat cap. 1. Colossensibus. *Et vos cum essetis aliquando alienati, & inimici sensu in operibus malis, nunc autem reconciliavit in corpore carnis ejus per mortem exhibere vos sanctos, & immaculatos, & irreprehensibiles coram ipso; si tamen permanetis in fide fundati, & stabiles, & immobiles à spe Evangelii quod audistis.*

IV. Ubiquè intonat, & altiùs hanc stabilitatem, & perseverantiam in divino contracto fœdere commendat, & urget Apostolus, ut coronam assequamur. Hujus verò firmæ, & stabilis justificationis effectus, atquè triumphos exponit, Romanos *c. 8.* alloquens hæc grave, & vehementi oratione. *Quis ergo nos separabit à charitate Christi? An tribulatio? An angustia? An fames? An nuditas? An periculum? An persecutio? An gladius?* (*sicut scriptum est: quia propter te mortificamur tota die, æstimati sumus sicut oves occisionis.*) *Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque virtutes, neque instantia, neque futura, neque fortitudo, neque altitudo, neque profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei quæ est in Christo Jesu Domino nostro.*

V. Ob oculos expositis prærogativis christianæ justificationis funestissimum exitium manifestat S. Paulus quod iis imminet qui hoc sacrosanctum fœdus violant, & abrumpunt. Ipse catenis hic Romæ vinctus nuntium accepit, Ecclesiam Hyerosolymitanam ex solis Judæis conflatam, languescere, tentationibus concuti, atque gravi periculo acceptæ justificationis amittendæ obnoxiam esse. Elapsi jam erant à Christi morte anni 30. & Hebræi Hierosolymitani ad Christum conversi nullum prædictionis à Christo factæ eventum spectabant. Templum, Sanctuarium, Altare, Candelabrum, Sacerdotum multitudo, Summus Pontificatus, Sacrificia magna pompa celebrata, ritus Mosaici solemnitas, cantus, symphoniæ, & cætera antiquæ Religionis, quam cum lacte fuxerant, mysteria, & cæremoniæ usquequaquè corusabant. Ipsi autem Judæi Christiani parvulum manipulum formantes, pro templo parvum cubiculum, pro altari tabulam, pro candelabro lucernam, pro aureis, & argenteis vasis ligneum poculum habentes, illinc à perfidis Judæis dominantibus, hinc à gentilibus exagitati, angustiati, oppressi, vix privatim celebrare divinas laudes poterant. Tot inter tempestates, & procellas, quodammodo vacillabant. Quid nos talibus pressi angustiis ageremus, licèt tam ingentia miraculorum multitudine corroborati? S. Paulus epist. *ad Hebræos* inscripta præsidium fractibus affert. Novi testamenti supra vetus præstantiam, & excellentiam incredibili eloquentia describit. Ejus fratres, inquit, quid formidatis? Templum Christi non materiale, ut Mosaicum, sed vivum est, omni lapide pretioso ornatum, quod estis vos. *Christus tamquam filius in domo sua, quæ domus sumus nos, si fiduciam, & gloriam spei usque in finem* FIRMAM *retinemus* cap. 3.

VI. Postquam fratres suos erexit, animavitque ad fiduciam locandam in Christo Jesu, transit ad miseram, funestamque illorum qui à sublimi justitiæ statu in peccatum relabuntur, infelicitatem, extremamque difficultatem resurgendi manifestandam his verbis, cap. 6. *Impossibile est eos qui semel sunt illuminati,* (per Baptismum fidei) *gustaverunt etiam donum cœleste,* (sacratissimum nempè Christi corpus) *& participes facti sunt Spiritus Sancti,* (per Sacramentum Confirmationis) *gustaverunt nihilominùs bonum Dei verbum, virtutesque sæculi futuri, & prolapsi sunt, rursus renovari ad pœnitentiam, rursum crucifigentes filimetipsis Filium Dei, & ostentui habentes.* Quam veritatem ut ad illorum captum accommodet, altiusque in eorum cordibus imprimat, eis præbet similitudinem ab ipsa rerum natura repetitam. *Terra enim sæpe venientem super se bibens imbrem, & generans herbam opportunam illis à quibus colitur, accipit benedictionem à Deo: proferens autem spinas ac tribulos, reprobæ est, & maledicto proxima: cujus consummatio in combustionem. Confidimus autem de vobis, dilectissimi, meliora, & viciniora salutis, tametsi ita loquimur.*

VII. Duplex est Patrum expositio hujus vocis *impossibile.* Alii interpretantur *difficile, & difficillimum.* Alii in obvio, & litterali sensu vocem hanc accipiunt, inquientes *impossibile* esse rursum renovari lapsos post Baptismum ad pristinam illam innocentiam quam semel in sacro lavacro infusam acceperunt. Licet enim per pœnitentiam novum deleatur peccatum, remanent tamen communiter cicatricum, & vulnerum vestigia, & malignæ reliquiæ, remanent cupiditatum, libidinum fæginatæ, & incrassatæ concupiscentiæ impressiones, & radices, quæ vires extenuant, & ad relapsum viam aperiunt laxiorem.

VIII. Sed audiamus iterum Paulum suum sermonem *cap. 10.* persequentem, & eandem veritatem hac pacto altiùs exaggerantem. *Teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem .... Voluntariè enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, jam non relinquitur pro peccatis hostia. Terribilis autem quædam expectatio judicii, & ignis æmulatio, quæ consumptura est adversarios. Irritam quis faciens legem Moysi, sine ulla miseratione duobus vel tribus testibus moritur: quanto magis putatis deteriora meretur supplicia qui Filium Dei conculcaverit, & Sanguinem Testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & Spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Scimus enim qui dixit: mihi vindicta, & ego retribuam: & iterum: quia judicabit Dominus populum suum. Horrendum est incidere in manus Dei viventis. Rememoramini autem pristinos dies, in quibus illuminati, magnum certamen sustinuistis passionum, & in altero quidem opprobriis, & tribulationibus spectaculum facti: in altero autem socii taliter conversantium effecti. Nam, & vinctis compassi estis, & rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem, & manentem substantiam. Nolite itaque amittere confidentiam vestram, quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis necessaria est, ut voluntatem Dei facientes, reportetis promissionem. Adhuc enim modicum aliquantulum qui venturus est, veniet, & non tardabit.* His ultimis verbis prædicit Apostolus imminentis civitatis Hierusalem, templi, & altaris excidium, desolationem, & funestissimam destructionem, quæ quinque circiter annos post hanc exaratam epistolam contigit. Qua horrenda catastrophe prædictiones à Christo factæ altiùs in eorum mentibus impressæ fuerunt, atque Ecclesiam illam ex primitiis electi populi coactam confirmarunt.

§. II.

Rationum momentis, & communi hominum sensu justificationis christianæ stabilitas confirmatur.

I. HÆc justificatio christiana, quæ suas firmitatis vires à Christi passione haurit, *jugum* evangelicum, quod est *durum dictu*, efficis *suave*, & *leve*, & homines justos, lætos, felices, quietos, & constantes in mandatorum Dei observatione reddit.

II. Communem Christianorum sensum, & praxim consulamus. Vides hominem exterius virtutis, & pietatis speciem præferentem. Vides illum simul in manifesta scelera lapsum, & nulla urgente vehementi occasione in libidinis luto revolvi. An non continuo illum ut hypocritam, versutum, veteratorem, & sepulchrum dealbatum improbas? Undè hoc? Nonnisi ex intimo sensu stabilitatis, & firmitatis justificationis christianæ.

Habes amicum, cujus castissimos mores, vitæ probitatem, sinceritatem, æquitatem, & justitiam plurium annorum intervallo certò novisti. Longiùs proficiscitur. Post aliquot annos occasio se præbet aliquid de amico rescisendi. Rogas quonodo se habeat, qualis sit ejus vivendi consuetudo. Audis hominem vafrum, libidinosum, fraudulentum factum. Renuis credere. Arguis calumniæ relatorem. Is reponit rem certò ita se habere. Quid tum? Heu exclamas, heu! quam tremenda, quàm formidanda sunt judicia Dei! Reverà terribilis Deus in consiliis super filios hominum. Undè, quæso, tanta admiratio, tanta repugnantia ad credendum hominis justi mutationem? Profectò non aliunde nisi ex intimo illo instinctu, & altius impressa persuasione, qua judicas justificationem christianam insusam per Spiritum Sanctum, & sanguine Christi obsignatam, ejusque sacratissimi corporis pabulo alitam, stabilem esse, difficilèque mobilem. Quæ enim à Deo sunt, firma sunt & stabilia.

III. Fateor occasiones occurrere posse, & tales temporum calamitates, & persecutiones, in quibus ipsæ firmiores columnæ contremiscant. Justificatio natura sua stabilis est; sed imbecillitas humanæ naturæ magna est: idcircò amitti potest. Sed dona quæ hanc justificationem comitantur, vires instaurant humanas, infirmitatem curant, animos, & fortitudinem infundunt. Consulatur ipsa Christianorum, & Religiosorum vivendi consuetudo. Qui revera conversi, & justi sunt, raro labuntur, occasiones peccandi fugiunt, mundi præstigia detestantur, precibus, & jejuniis divinam implorant gratiam. Si casu aliquo repentino urgentis occasionis labuntur, protinus resurgunt, & amarissimis lacrymis abluere maculam satagunt. Quemadmodum vera, & sincera amicitia, quę rata est inter homines, frequenter non violatur; ita sincera amicitia per justificationem sacramentalem Deum inter & homines inita, dum vera est, non adeò facilè instringitur.

§. III.

Nova, & falsa inter Christianos divinę justificationis idea concipitur. Cur Christiani fictarum justificationum horrenda spectra non perhorrescant? Quia VIA MEDIA *invecta est.*

I. JUstificationis christianę caracteres, ut vidimus, constituunt hominem justum, Dei filium, sanctum, liberalem, castum, sincerum, injuriarum tolerantem, pro persecutoribus orantem, mitem, humilem, misericordem, pauperum patrem, cæterisque christianis virtutibus ornatum. Hæc est justificationis christianæ imago, quam nobis Scripturæ sanctæ depingunt, ut ostensum supra est.

II. Toto cælo diversa est imago quæ in plurimorum Christianorum moribus spectatur. Videmus ætate nostra avaros, fœneratores, libidinosos, prodigos, amatorculos, amasias, mimos, & mimas, saltatrices, & cantatrices, lusores, perjuros, fraudolentos, molles, mœchos, bis, aut quater in annum sacramenta, & Pœnitentiæ, & Eucharistiæ frequentare. Quęnam morum emendatio? Nulla. Percurrunt apostolici ministri provincias, sacras, ut vocant, missiones exercentes. Accurrunt ingentes cujuscumque status turbę multæ: gehennalis fornacis timore perculsæ flagitiorum sarcinam deponunt, confitentur, absolvuntur, communicantur. Vix profecti sunt sacri Missionarii, cursum præteritæ vitę resumunt, & denuò pro futuro anno scelera agglomerant. Eædem consuetudines, libidines, fœnora, fraudes, mendacia, adulteria, perjuria, injustitiæ. Et hic confessionum, & relapsuum circulus totam ferè vitam comprehendit. Ex tanta pœnitentium multitudine vix quinque in mille veræ christianæ justificationis signa præbent, & fructos pariunt. Visibilis, & omnibus comperta experientia judex esto.

III. Sed undè, inquis, evenit quod ejusmodi fictarum justificationum spectra nullum ingerant terrorem? Undè, quod Confessarii Christianis istis fictis sacramenta administrent? Undè, quod Christiani ipsi, suorum relapsuum conscii, non dignoscant sacrilegas esse confessiones? Nonne ipsi perspectum habent, amicitię fœdera sincerè, & constanter inita facilè non violari? Undè ergo tam horrenda hallucinatio? Undè tam monstrosa deceptio?

IV. Ex illo humani moris torrente, reponit S. Augustinus, ex illa universali consuetudine prævalente, quæ secum abripit vel ipsos quandoque sapientes, nisi diligenter vigilent, & strenuè dimicent. Ex illa denique VIA MEDIA, quæ pro formandis moribus, quemadmodum pro dirigendis divinis decretis, inquit doctissimus Episcopus *Palanco*, invecta est. Duas tantum vias Christus patefacit: arctam, & angustam unam, latam, & spatiosam alteram. Priotis viæ pauci ambulatores teste ipso Christo, posterioris multi. Nova VIA MEDIA ab hominibus, non sanè à Deo, excogitata, immensam comprehendit Christianorum multitudinem. Istius vię Christiani corpus oppipare nutriunt, sensus demulcent, voluptati, illecebris, choreis, theatris, comœdiis, & mundi deliciis indulgent: suas habere matronulas, amasias honestulas, volunt, quibus cum conversentur, epulentur, jocentur. Jejunia, disciplinas, cilicia perhorrescunt. Concupiscentiæ, ambitionis, superbię impetus coercere, carnis stimulos comprimere omnino recusant. Ut tamen à sceleratis, improbis, obstinatis peccatoribus, qui per viam latam, & spatiosam laxatis habenis, & larva posita percurrunt, sese distinguant, suas recitant precatiunculas, pios libellos legunt, frequentant Ecclesias, & ad sacramenta festis Christi, & Beatæ Virginis solemnioribus accedunt. Hęc VIA MEDIA ingentiorem peccatorum multitudinem claudit ætate nostra, quam olim via lata, & spatiosa ab Evangelio descripta. Quoniam hæc via lata ducit ad perditionem. Sed NOVA VIA MEDIA unà conjungit paganicos mores, & regni æterni præmium, sacramenta Christi, & voluptates mundi; lucem, & tenebras; bonum, & malum. Hæc autem VIA MEDIA seducentior est via lata. Qui hanc calcant, sic unt se esse peccatores, & ad sacramenta, nisi priùs eam derelinquant, non accedunt. Verùm enim verò MEDIÆ VIÆ ambulatores sese beatos reputant, & per hanc viam pervenire posse ad æternum regnum existimant amasios, & amasias, mimos, & mimas, saltatrices, & psaltrias, cæterosque omnes qui frequentant sacramenta.

V. Doctissimus Joannes Morinus *lib. 9. cap. 34.* apud Judæos has tres vias etiam obtinuisse, declarat his verbis. Judæorum recentiorum, & antiquorum celebre est effatum, „ tria esse hominum genera, perfectè justorum, „ perfectè impiorum, & intermediorum: Deum „ tres libros habere: in primo perfectè justos describi; in secundo perfectè impios; in postremo „ intermedios. Deum initio anni omnium hominum actiones celebri judicio examinare; „ perfectè justos rum statim primo libro inscribi, „ malos secundo, intermediorum autem judicium in decimum diem mensis suspendi: si perfectam pœnitentiam egerint, justis; si non, impiis adnumerandos. "

VI. Porrò sicut istorum *via media* est, sic eorumdem justificatio *media est*. Via media nova est, ideò non evangelica, sed mundana. Similiter istorum justificatio *media est*, *nova est*, non à Christo Jesu, non à Deo infusa, sed ab hominibus conficta. Ad commentitiam justificationem effingendam coegit hominum malitia. Sacramentorum ministri nonnulli hominum salutis zelo flagrantes, pia, & sancta intentione, ut sentire nos convenit, cum adducere homines ad exactam Evangelii observantiam, & ad reformandos mores juxta baptismalis professionis normam non possent, levigare Christi jugum, delinire legis rigorem, & evangelicam normam humanis appetitionibus accommodare satagerunt, inquit in Psal. 98. S. Augustinus. *Hæc est enim in hominibus magna, & usitata perversitas; quia cum debeant vivere ipsi secundum voluntatem Dei, Deum volunt vivere secundum voluntatem suam. Et cum ipsum velint corrigi, illum volunt depravari; rectum non arbitrantes quod ille vult, sed quod ipsi volunt.*

VII. En reseratam, & patefactam causam cur hodiè homines non mirentur, dum vident Christianos hac hebdomada ad pœnitentiæ tribunal, ad mensam eucharisticam accedere, altera, sin minus eadem, ad mensam lusoriam cum amasiunculis, & matronulis, ad choreas, ad theatra, ad comœdias, & etiam ad fornicandum, ad adulterandum aut re, aut oculis, aut tactibus, & ad omnia mundi præstigia frequentranda. Rursus ad tribunalia pœnitentiæ; & tursus inter amasios, & amasias, ubi procant, & procantur, amant, & amantur, tangunt, & tanguntur, spectant, & spectantur, inhiant, & inhiantur, suspirant, & suspirantur. Iste ne divinæ justificationis fructus? Isti ne filii Dei? Isti ne vitam moresque suos ad Christi exemplar conformant? Non commoventur Christiani super hoc justificationis spectro, super hoc sacramentorum, & sacrilegiorum fœdere. Cur? Quia ab infantia assueti sunt videre hunc perpetuum circulum sacramentorum, & relapsuum: quia reputant satis esse peccata confiteri ministris pœnitentiæ, licèt nulla succedat emendatio, licèt perpetuo sese in libidinis luto, veluti sues, volvant revolvantque. Confirmantur in hac persuasione auctoritate non paucorum Casuistarum, & Confessariorum. Clamant isti, & voce, & scriptis, reflorere ętate nostra *aurea sæcula*. Quandonam, inquiunt, tanta sacramentorum frequentia, tantus ad templa concursus, tam splendidus cultus, tam magnificus apparatus, tanta Sacrificiorum multitudo, tanta cantus melodia, tanta devotionum varietas?

VIII. Si reponatur, quandonam mores dissolutiores? Quandonam tantæ templorum profanationes? Quandonam patrimonia pauperum, & Christi prodigaliùs dilapidata in scortis, in canibus, in pompis, & luxu? Quandonam tandem impietas, & incredulitas audacius Religionem aggressi sunt? Si ita inclametur, continuò regerunt: sic crocitant *Rigoristæ* truces, sævi, immisericordes, tetrici, semper murmurantes adversus florentissimam *ætatis nostrę* disciplinam.

IX. En unam ex causis cur Christiani non commoventur super instabili, & fluxa plurium ætatis nostræ Christianorum justificatione. Moralistæ doctores plurimi invehuntur contra Theologos qui inculcant pœnitentibus ut præcipuè do illo peccato doleant *cui sunt valdè additi*, ut propositum *firmum*, & *constans* concipiant non peccandi de cætero, ut mox clariùs videbimus. Et ut ad incitans te, lector, redigam, revolvito plurimos Casuistarum libros, qui præcipuè omnium manibus teruntur: severe perquirito, ubi sit depicta vera justificationis christianę imago, juxta exemplar quod Scripturæ Sanctæ proponunt. Inquirito ubi descripti sint ejus effectus, excelsi caracteres, splendidissimæ prærogativæ. In quorum Casuistarum libris hæc invenies? In Gobat, in Tamburino, in Diana, in Viva, in Lacroix, in Caramuele, in Leandro, in Sporer, in Burgaber, in Bonacina? Invenies contra innumeras distinctiunculas, sophismata, divisidia, quibus vera justificationis christianæ imago obscuratur. Ita imbecillitati meæ videtur. Num ipse fallar, & deceptus sim, tu judex esto, & sapientes omnes. Neque enim me in censorem erigo, sed quæ exiguitati meæ vera videntur, sapientum judicio submitto.

X. Quid ergo mirum, si Christiani, & ipsi si minus periti Confessarii his præjudiciis educati existiment, justificationem divinam natura sua stabilem, & firmam, sicam esse in hoc confessionum, & relapsuum perpetuo circulo, in hac flagitiorum, & sacramentorum successione? Vident ab ipsis incunabulis non paucos Dei ministros ad sacramenta admittere Christianos qui licèt pluriès in annum confiteantur, tamen, ac si non confiterentur, indulgent luxui, immodestię pompis, ludis, fœnori, ambitioni, & insanientis mundi voluptatibus. Clamant præterea: Quid?

An nos decipient Dei Ministri? An hæc disciplina confœderandi sacramentorum frequentiam cum recensitis mundi solatiis, & illecebris tantorum virorum plorum, gravium, & proborum auctoritate fulta, reputanda erit vitiosa, & corrupta? *Magna*, clamat S. Augustinus, *tentatio*. Hac ipsa tentatione exagitati vacillabant Christiani Ecclesiæ Hierosolymitanæ; sed eosdem confirmavit, roboravitque S. Paulus. S. Augustinus testatur se gravissimas persecutiones passum, ut sui temporis Christianos ab errore eriperet, quod adversarii aliter opinantes illos in suavi, & benigna vivendi consuetudine, detineret firmos, & constantes. Nec propterea inclamare cessavit Doctor sanctissimus. *Propter hominum errores, qui per vanissimas seductiones, & pravas consuetudines nobis molestam pro vobis curam inferre non cessant, tacere non possumus.* Serm. 137. jam indè usque possessio propriæ libertatis adversus divinæ legis controversa mandata opponebatur, licet Probabilismi fuco non calamistrata. *Sunt aliqui* (inquit S. Augustinus, sive auctor serm. 4. ad Fratr. in Erem.) *qui spiritu libertatis vivere volunt: & si ab aliquo reprehenduntur, latrant ut canes; mordent ut serpentes, dolent ut parturientes, dicenter malum bonum, & bonum malum, verum falsum, & falsum verum.*

XI. Paulum, rogo, obtestorque, Paulum tubam Spiritus Sancti audite, Paulum legite. Evangelium Christi seriò meditamini, si vestram æternam salutem amatis. Aures arrigite, ut doctrina Pauli de justificatione insculpta hæreat cordibus vestris. Justificatio quam Paulus docet, *constans, firma, & stabilis* est. Novis autem Doctoribus, & à Paulo dissentientes, de sacramentorum frequentia, & fucato devotionis splendore glorientur, cum S. Paulo 1. *Corinth.* 5. respondetur: *Non est bona gloriatio vestra. Nescitis, quia modicum fermentum totam massam corrumpit? Expurgate vetus fermentum, ut sitis nova conspersio, sicut estis azymi..... Itaque epulemur non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ, & nequitiæ, sed in azymis sinceritatis, & veritatis..... Nunc autem scripsi vobis non commiscevi. Si is qui frater nominatur, est fornicator, aut avarus, aut idolis serviens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax; cum ejusmodi nec cibum sumere.* Nunquid dicturi sunt nonnulli novi Casuistæ: *Communis opinio Doctorum* oppositum docet? Disciplina hæc obsolevit, & alia id genus?

CAPUT X.

Conditiones propositi necessarii ad Confessionem.

I. UT veram, christiane lector, imaginem formare queas justificationis, quam nonnulli juniores Casuistæ depingunt, in mentem revoca istos docere, sat esse ad sacramentum attritionem servilem conceptam ex timore pœnæ æternæ. Et hic paululùm animadverte quod quæ fiunt ex timore, non sunt *firma* & *stabilia*, cum timor vim quamdam inferat. Quæ enim formidamus, delere ex mente cupimus.

II. Secundò recogites velim, Doctores istos ultrà pergere, docentes non esse necessarium timorem conceptum ex metu gehennæ, seu pœnarum æternarum, sed sat esse dolorem conceptum ex malo aliquo temporali inflicto, vel infligendo à Deo auctore supernaturali, puta ex infamia, ex carcere, ex ægritudine. Transeuntes postea ad propositum, quod Tridentinum necessarium definivit, docent non requiri *expressum*, sed sat esse *implicitum*, contentum in illo dolore concepto ex malo temporali, ut dictum est. Audi nunc quid de hoc proposito doceant, & continuo formabis veram imaginem novæ justificationis invectæ ab hominibus.

III. Prærogativæ seu conditiones veri propositi sunt tres: 1. quod sit universale; 2. quod sit stabile, constans, & firmum; 3. quod sit efficax. Non debet tamen Confessarius proponere, nec pœnitens formare has hypotheses. Quid agerem, si mors crudelissima à tyranno intentaretur, si ingens patrimonium mihi exhiberetur, ut rursus peccarem, &c.? Hæ hypotheses turbare aliquorum pœnitentium mentem possunt: ideò ab his abstinendum: sat est ut firmiter proponant abstinere ab omnibus peccatis, & instaurent propositum præcipuè contra illa peccata quibus sunt valde addicti; sat est ut in communi proponant se velle potiùs mori, & bona omnia amittere, quam Deum graviter offendere, quin necesse sit ad hoc vel illud acerbissimum tormentum descendere. Tres istas conditiones Theologi communiter necessarias esse ad verum propositum docent. Quid plures Casuistæ doceant audiamus. Neque enim tam docendi, quam dedocendi sunt lectores, ut abstineant, vel deponant falsas opiniones.

IV. QUÆST. I. *Quid dicendum de opinione quæ docet propositum sufficere ad Confessionem, licèt pœnitens certò sciat se relapsurum?* RESP. Ne dicant me imponere Casuistis, hæc 3. *p. c.* 2. *sec.* 4. *n.* 310. *pag.* 204. scribit Sporer: "Potest enim „ quis verè dolere, ac detestari peccatum, ac vetè & absolutè proponere se de cetero non pec„ caturum, seu *firmum* propositum, ac *sufficiens* „ concipere abstinendi impositerum; tametsi valde timeat, aut etiam existimet, *immo CERTO CREDAT se ob experiam vitæ suæ inconstantiam, & fragilitatem suam denuò relapsurum:* „ non omnia peccata mortalia, vel hoc certum „ peccati genus evitaturum. Undè si pœnitens „ dicat: *Omnino quidem doleo, ac firmiter propono „ imposteram abstinere; interim tamen SCIO, iterum „ faciam, iterum labar, jam toties experta sum:* „ is tamquam BENE DISPOSITUS, præmissa „ confirmatione, ac consolatione debita, ABSOLVENDUS: quia sensus verbi *iterum faciam* „ est tantùm indicativus, seu enuntiativus ex „ parte intellectus."

V. Contra rescriptam doctrinam clamat *lib.* 8. *Confess. c.* 9. S. Augustinus: *Undè hoc monstruum? Imperat voluntati sibi, & non fit quod imperat? Ergo non ex toto corde imperat.* Si iste pœnitens certò existimat se relapsurum; ergo non sperat à Deo gratiam qua resistere tentationi valeat: & nisi spe-

speret, indignus est absolutione. Aut pœnitens iste justificatur per absolutionem, aut secus. Si negas; sacrilegium ergo pœnitens patrat. Si justificatur; ergo reipsa gratiam habet, qua abstinere à peccato possit. Negas? *Janseniſta* ergo es. Heu quot Jansenisticæ propositiones in quorumdam Ethice ubi media ignorantia invincibili passim jactata, & peccantum infirmitate, impossibilia plura Decalogi mandata traducuntur! Et tamen isti obcœcatis, & obduratis semper adesse divinam gratiam clamant. Sed quia gratia hæc verſatilis est, ideò docent pœnitentem certò se credere relapsurum. Pœniteus iste descriptus à P. Sporer sincerus saltèm est, licèt sacrilegus. Scit præteritas Confessiones fuisse sacrilegas, ex defectu veri propositi: ideò experientia doctus sincerè fatetur, *se credere*, & *scire* se relapsurum: quia scit se non relicturum amasiam, fenora, perjuria, & similia crimina. Sed simul sciunt pœnitentes se reperturos Casuistas, & Confessarios à quibus absolutionem, & sacram Eucharistiam accipiant. Subdit P. Sporer: *secùs si sensus esset optativus.* Papæ! Hoc solum deficeret quod peccatum optaret.

VI. QUÆST. II. *Quid dicendum de censura quam P. Francolinus inivit Episcopo Gennet, quia is vult* propositum esse firmum, & constans? RESP. P. Francolinus in suo *Cler. Rem. lib.* 2. *col.* 10. *dis.* 10. *num.* 16. *pag.* 99. *ultim. edit. Venet.* hæc scribit: "Franciscus Gennetus in sua „ recentissima Theologia morali edita Parisiis „ an. 1703. Ex pluribus exemplis RIGIDISSIMÆ ipsius doctrinæ, unde gravia sequantur „ absurda, unum afferam ex *tom.* 4. *tract.* 6. *de „ Sacr Pœnit.* ubi *c.* 5. *q.* 9. docet, ad veram con„ tritionem in hoc sacramento requisitam esse „ necessarium CONSTANS propositum: non in„ quit propositum, sed *constans propositum*, id que „ debere innotescere Confessario antequam ab„ solvat."

VII. Redarguit insuper ibidem P. Francolinus Gennetum Episcopum afferentem, non esse sæpè credendum lacrymis peccatorum. Deindè concludit P. Francolinus ibi n. 27. *Quis unquam audivit tam* ABSURDAS *doctrinas, tam* SEVERAS?

VIII. Quis unquam audivit catholicum Scriptorem contra ipsum Apostolum Paulum, nedum contra Episcopum Gennetum tam aperte insurgentem? Nam doctrina Genneti est ipsissima S. Pauli inquientis: *Quæ secundum Deum tristitia est, pœnitentiam operatur* STABILEM. Et rursus docet Paulus: *Si tamen permanetis in fide fundati & stabiles, & immobiles.* Et constantes, & stabiles, & immobiles vult esse pœnitentes S. Paulus, & cum eodem Gennetus. Sed P. Francolinus in oppositum vociferatur: *Quis unquam audivit tam absurdas doctrinas?* Absurda ne docuit sanctissimus Apostolus Paulus?

IX. Doctrinam Francolini transcripsit P. Lacroix *lib.* 6. *p.* 2. *n.* 1824. Quæro, debet ne pœnitens habere voluntatem constantem, aut inconstantem? Si primum *doctrinam rigidissimam* doces, inquit Francolinus cum P. Lacroix. Ergo sufficit habere voluntatem inconstantem. Quis verò hanc consequentiam, D. Paulo adversantem, falsitatis aperte non arguat? Dic lector: fideres ne tu pecunias mutuo illis qui haberent voluntatem non constantem, sed inconstantem illas restituendi?

X. QUÆST. III. *Quid dicendum circa propositum universale vitandi omnia mortalia?* RESP. Conditio secunda propositi requisiti ad confessionem, est voluntas universalis abstinendi ab omnibus, & singulis mortalibus. Hæc doctrina certa, & manifesta, est quam docent S. Thomas 3. p. quæst. 87. art. 1. ad 1. *Pœnitentia*, ait, *de peccatis mortalibus requirit quod homo proponat abstinere ab omnibus, & singulis mortalibus.* Omnes antiqui Theologi idem docent. Contrariam opinationem sustinent Aversa, Hurtado, Platellus, Dicastillo, qui priorem doctrinam vocat singularem. Horum scriptorum opinionem falsam judico, & divinis Scripturis contrariam. Non satis sectorum periculo consuluit P. Lacroix, scribens lib. 6. p. 2. n. 898. „ Probabilius videtur „ pro absolutione à mortalibus requiri propositum universale impositerum cavendi omnia „ mortalia." "Si enim est tantùm *probabilior*, juxta ipsum est adhuc *probabilis* opposita opinio Platelli, Hurtadi, &c. quam proindè sequi quisque potest secundum Probabilistas. Quis verò asserere audeat accedentem ad Sacramentum Pœnitentiæ sine proposito universali vitandi omnia mortalia, justificari?

XI. Quodnam pœnitentiæ genus istud est quod ab his auctoribus est excogitatum? Sufficit juxta nonnullos dolor servilis etiam ex mali temporalis à Deo infligendi timore conceptus. Non requiritur propositum explicitum. Non requiritur quod sit constans. Non requiritur quod sit universale. Hæc ne pœnitentia quam Christus, quam Evangelistæ docent?

XII. Tertia conditio propositi requisiti ad confessionem est ut sit efficax, ideſt ut efficiatur quod proponitur, ut in *Psalm.* 48. ſapienter declarat S. Thomas. *Propositum optimè manifestatur per operationem.* Potrò ut propositum dicatur efficax, oportet ut pœnitentes habeant voluntatem abstinendi non solùm à peccatis, verùm etiam à periculis, & occasionibus quæ ad peccata impellunt.

XIII. QUÆST. IV. *Quas vitare occasiones debet pœnitens, ut propositum dicatur efficax?* RESP. Duplex occasionum genus. Aliæ *remotæ*, quæ ubique ferè occurrunt, aliæ *proximæ*, quæ natura sua, omnibus spectatis, ad peccatum inducunt: seu in quibus constitutus homo aut rarò, aut numquam à peccato abstinet. Harum occasionum aliæ liberæ, aliæ necessariæ. Primi generis occasiones liberè homo quærit, aut retinet. Secundi generis sunt illæ à quibus homo recedere nequit, ut filiifamilias, & alii servituti obnoxii. Præterea alia est occasio proxima absoluta, ut concubinatus, habitatio cum amasia &c. Alia occasio proxima relativa, ut colloquium familiare cum tali puella, muliere &c. Titio erit occasio proxima, secùs Sempronio.

XIV. QUÆST. V. *Quid de proposito vitandi*

occasiones proximas docuerit Probabilissæ plures? RESP. Volumen implerem, si omnes opiniones quæ mihi videntur falsæ, recensere vellem : in transcursu pauca delibabo. 1. Mulieres absolvendas docent quæ non proponunt nudata ubera modestè tegere. 2. Quæ non proponunt superfluum ornatum, & luxum moderari. 3. Quæ nolunt dimittere fucos, & artificiales faciei colores. 4. Docent aliqui posse famulos inservire pellici, eique porrigere cibos calidos provocantes ad venerem. 5. Posse domino, & amasiæ lectum sternere citra culpam venialem, & floribus fulcire citra mortalem. 6. Posse conducere pellicem in domum sui domini, etiamsi prævideant eos peccaturos. 7. Posse deferre munuscula turpis amoris incimenta ad amasiam. 8. Licitum esse locare domum alicui petenti ad fornicandum. 9. Licitum esse donare judicis concubinæ, ut intercedat apud ipsum. Nullus esset scribendi finis, si recensere omnia paradoxa vellem.

XV. QUÆST. VI. *Quid dicendum de regula quam proponunt PP. Sporer, Gobat, Caramuel, & alii circa propositum vitandæ occasionis, in quam probabiliter scis te lapsurum?* RESP. In hac materia Probabilissimus suas exerit vires. Hæc *p.* 3. *c.* 2. *sec.* 4. *q.* 2. §. 1. *n.* 324. docet P. Sporer. „ Quando enim tolum est *probabile* te succubiturum in tali occasione tentationi, certè etiam „ *probabile* est te non succubiturum : occurrunt „ enim graves rationes ob quas vir prudens judicat te non lapsurum. Certè hujus judicium „ sequendo, sine nota temeritatis ob rationabilem causam poteris te committere huic occasioni, certè non commissurus, si scires, vel CERTO crederes te lapsurum. Quarè Confessarius non judicabit esse in occasione proxima peccandi, v. g. se inebriandi, fornicandi &c. *qui in tali loco decies tentatus succubuit „ solùm ter, vel quater ; secùs si octies, vel septies, „ & bis vel ter tantùm peccatum vitavit, & superior evasit.* Quapropter huic, & non illi nolenti hanc occasionem relinquere neganda erit „ absolutio. QUIA Joannes Caramuel *Theolog. Reg. disp.* 20. *num* 1056. vult etiam dandam „ absolutionem illi qui *toties fuit victor, quotiès victus, referente, & non contradicente* P. „ Gobat *casu* 16.

XVI. Hac probabilistica doctrina animati luxuriosi, ebrii, & cæteri adiunt amasiam, tabernam, aliamvè occasionem quater, aut ter in diem, in biduum, in triduum, bis vel ter se abstinebunt ; bis vel ter peccabunt. Immò ut secutius absolvantur octiès in diem visitabunt amasiam, & semel vel bis peccabunt. Tum enim, non solùm juxta *Gobat, & Caramuelem*, verùm etiam secundùm alios Probabilistas cautiores absolvi poterunt, & eucharistico pabulo nutriri. Si ab his perconteris, cur absolvi queant qui bis aut quater in occasione peccant, secùs qui sex, respondent : Ita docent *Doctores.*

XVII. QUÆST. VII. *Quid sit occasio propinqua, & an pœnitens habere propositum debeat illam evitandi?* RESP. Occasio propinqua illa dicitur quæ omnium circumstantiarum plexu spectato, graviter allicit ad culpam, ita ut sine magna difficultate, & cautione abstinere à culpa homines non soleant. Hæ occasiones, quæ propinquæ á pluribus appellantur, sunt sæpiùs occasiones proximæ respectivæ.

XVIII. QUÆST. VIII. *Quid dicendum de opinione PP. Sporer, Layman, & aliorum circa debitum derelinquendi occasiones propinquas?* RESP. P. Patritius Sporer *loc. cit. n.* 322. hæc scribit: „ Undè absolvendi sunt milites, mercatores, an„ cillæ &c. quibus ex officio, negotio, domo, „ &c. imminet propinquum peccandi periculum, „ *quo sæpiùs peccare* solebant, si absque magna „ difficultate, vel damno notabili dimittere ne„ queant, dummodò seriò proponant peccatum „ vitare imposterum. Ex communi Layman *c.* „ *4. n.* 9. “

XIX. Si peccare *sæpiùs solent*, occasiones istæ, quæ *ex communi* Probabilistarum sensu sunt propinquæ, reipsa proximæ relativæ sunt. Hæc doctrina, quæ ut testatur P. Sporer, est communis inter Doctores Probabilistas, duplici ex capite falsa est. Nam vel *sæpiùs peccare solent* ex efficacia occasionis fragilitatem pulsantis : & tunc est proxima, atque adeò deferenda ante absolutionem ex doctrina Ecclesiæ : vel *sæpiùs peccare solent* ex malitia, & tunc indispositi & indigni sunt absolutione. Hæc ne pœnitentia *stabilis, immobilis*, quam Scriptura sancta docet? Difficilè est derelinquere ejusmodi occasiones. Fateor. Quid indè? Quid docet Evangelium Christi? Arrigite aures, & audite Christum Jesum: *Amen dico vobis quia dives difficilè intrabit in regnum cœlorum. Facilius est camelum transire per foramen acus, quam divitem intrare in regnum cœlorum.* Matth. 19. Et rursus Marc. c. 10. *Quam difficilè qui pecunias habent, in regnum Dei introibunt!* Obstupescebant discipuli tantum *Rigorismum* audientes. Sed Christum iterùm clamat: *Discipuli autem* (pergit Marcus) *obstupescebant. At JESUS rursùs respondens ait illis : Filioli, quam difficilè est confidentes in pecuniis in regnum Dei introire!* Quid tandem præferunt hæc oracula? *Si oculus tuus scandalizat te, erue eum* &c. *Si manus tua scandalizat te, abscinde eam.* Matth. 5. Et iterùm Paulus 1. *Thessal.* 5. intonat : *Ab omni specie mali abstinete vos.* Sic docent Doctores evangelici. Sed oppositum docent Doctores Probabilistæ. Si hæc sola JESU Christi oracula, & quæ superiùs adduxi, præ oculis haberetis, ò Confessarii, ò Dei ministri, nonne omnes, quas de pœnitentia stabili, de amore Dei, de proposito constanti, & de occasionibus derelinquendis controversias excitant Casuistæ, resolvere vobis ipsis luce Scripturarum præeunte sciretis? Nonne falsissimas deprehenderetis similium Casuistarum opiniunculas Christi Evangelio adversas? Legite ergo, iterùm clamo, legite Evangelium Christi, legite verbum Dei : quoniam secundum Evangelium, & non secundum Doctores Casuistas judicandi á Deo unà cum pœnitentibus vestris estis.

XX. QUÆST. IX. *Quid dicendum de opinione docente, absolvendos adulescentes qui laborando cum fœminis, consensu, tactibus, & copula peccant, quia non habitant in eadem domo?* RESP. Hæc est doctrina quam *qu.* 3. *a.* 4. *n.* 5. docet P. Dominicus Viva ex suis citatis Casuistis. „ Undè in„ ferunt Perez, Leander, Lugo, aliique, posse „ absolvi adolescentes, qui versantur cum fœ„ minis laborando, vel *conversando* cum eis, quę „ *in eadem domo non habitant* : quia licèt aliquan„ dò in tali occasione mortaliter peccent *con„ sensu, tactibus, & etiam copula*, ea tamen oc„ casio censetur *remota*. Quandòquidem non so„ lent homines *ex tali occasione SEMPER, aut „ ferè SEMPER PECCARE MORTALITER.*“ Sine hęc doctrina antievangelica, judicent sapientes : nulla enim est accomodatior fovendis carnalibus peccatis inter amasios, & amasias, qua ferè numquàm in eadem domo habitant, sæpissimè verò unà conveniunt.

XXI. QUÆST. X. *Quid dicendum de illorum opinione, qui in peccatore justificando non requirunt expressos actus fidei, & spei?* RESP. Hæc scribit P. Dominicus Viva *qu.* 3. *a.* 4. *n.* 11. „ Respondeo cum Leandro ... Sanchez, Bonacina, Filliucio, Valentia contra Hurtadum, Tur„ rianum, & alios, non requiri hos actus ex„ pressos, *cum numquàm* fideles, nec Confessarii „ fuerint de *iis solicitis*, sicut sunt solliciti de „ dolore. Quarè vel sufficit actus fidei, & spei „ præteritus non retractatus, vel actus fidei, vel „ spei imbibitus in ipso dolore. “

XXII. Concilium Tridentinum *sess. 6. c. 6.* docet : *Disponuntur autem ad ipsam justitiam, dum excitati divina gratia, & adjuti, FIDEM ex auditu concipientes ... à divina justitiæ timore, quo utiliter concutiuntur ... in SPEM erigantur* &c. Clarius hos actus, *credere, sperare, diligere*, explicat *can.* 3. ut videmus supra. Si actus isti imbibiti in dolore sufficerent, ut contendunt Leander, Sanchez, Bonacina, Viva, & alii, superfluè expressi à Concilio forent. Meditare istorum auctorum genium, quo communiter feruntur ad deliniendam, temperandam, & levigandam legem sivè Scripturarum, sivè Conciliorum.

XXIII. Oro iterùm lectores meos ut positis præjudiciis, & partium studio vacui, maturè expendant universam istius dissertationis doctrinam, quam ex una parte ex Scripturis sanctis, ex Concilio Tridentino, ex Patribus hausitam ; & ex altera parte ex Doctoribus Casuistis formidolosæ attritionis defensoribus excerptam adduxi, seriò conferant, & meditentur, tum judicium proferant. Omnia enim quæ scripsi, & scripturus sum, & sapientum, & superiorum judicio plenissima voluntate subjicio.

DISSERTATIO II.

De Confessione sacramentali, & satisfactione.

CAPUT I.

Quid sit Confessio sacramentalis, & quandò divinum ejus præceptum obliget.

I. De præcepto annuę Confessionis supra disputatum est. Confessionem peccatorum institutam esse à Christo Domino, semper docuit Ecclesia catholica, adductis his verbis Christi Jesu : *Tibi dabo claves regni cœlorum : quodcumque ligaveris* &c. Matth. 16. Potestatem hanc judiciariam esse evidens est. Porrò ut rectam judex proferre sententiam queat, qua solvat solvendos, & liget ligandos, perspecta habeat delicta necessum est. Agnoscere autem delicta judex nequit, nisi reus eadem patefaciat. Ergo ex Christi institutione confessio peccatorum necessaria est. Et hanc veritatem definivit Tridentinum *sess.* 14. *c.* 5. adversus Protestantes. Nec mihi nunc longiùs hoc dogma illustrare permissum est.

II. QUÆST. I. *Quo tempore divinum hoc præceptum per se obligat?* RESP. In probabili articulo mortis per se obligare hoc præceptum omnes communiter adfirmant. Nam si aliquandò urget (certum est autem urgere) profectò in mortis articulo obligat, cum potissimum illo tempore quisque saluti suæ æternæ consulere teneatur. Obligare quoquè hoc præceptum extra mortis articulum, adfirmat communis, & vera sententia. Siquidem præcepta adfirmativa non modò obligant in extrema necessitate, verùm etiam cum prudenter necessaria judicatur eorumdem observatio. Regula certę obligationis pro hoc, aut illo tempore, præter eam quam præscribit Ecclesia, designari absolutè nequit ; sed quisque consilio prudentis Confessarii applicare sibi hoc remedium debet.

III. QUÆST. II. *An quandò adest periculum oblivionis alicujus, vel malitiorum peccatorum mortalium, teneatur quis confiteri ante annum?* RESP. P. Leander *tr.* 3. *disp.* 3. *q.* 5. sententiam negantem ut probabiliorem defendit, & pro eadem citat Valentiam, Vazquez, Sylvestrum, Sotum, Lugo, & alios : quia, inquit, ferè omnes in anni decursu *totiès peccamus*, ut in Quadragesima veri numeri non meminerimus : tum quia nulla lege ad id obligamus ; & sine lege non est afferenda obligatio.

IV. Hæc opinio, ut mea minima præfert sententia, falsa est. Totiès peccamus omnes mortaliter? Omnium ergo pœnitentia *insufficiens est* Nullus ergo pœnitens verus in Ecclesia? Verùm *quod totiès mortaliter peccent omnes* in annum, ut in Quadragesima certi numeri non meminerint, assertio videtur infamans Ecclesiam catholicam, in qua plurimi sunt electi, qui aut numquàm, aut ratissimè scienter mortaliter peccent. Si talia

occasiones proximas docuerit Probabilissæ plures? RESP. Volumen implerem, si omnes opiniones quæ mihi videntur falsæ, recensere vellem : in transcursu pauca delibabo. 1. Mulieres absolvendas docent quæ non proponunt nudata ubera modestè tegere. 2. Quæ non proponunt superfluum ornatum, & luxum moderari. 3. Quæ nolunt dimittere fucos, & artificiales faciei colores. 4. Docent aliqui posse famulos inservire pellici, eique porrigere cibos calidos provocantes ad venerem. 5. Posse domino, & amasiæ lectum sternere citra culpam venialem, & floribus fulcire citra mortalem. 6. Posse conducere pellicem in domum sui domini, etiamsi prævideant eos peccaturos. 7. Posse deferre munuscula turpis amoris incimenta ad amasiam. 8. Licitum esse locare domum alicui petenti ad fornicandum. 9. Licitum esse donare judicis concubinæ, ut intercedat apud ipsum. Nullus esset scribendi finis, si recensere omnia paradoxa vellem.

XV. QUÆST. VI. *Quid dicendum de regula quam proponunt PP. Sporer, Gobat, Caramuel, & alii circa propositum vitandæ occasionis, in quam probabiliter scis te lapsurum?* RESP. In hac materia Probabilissimus suas exerit vires. Hæc *p.* 3. *c.* 2. *sec.* 4. *q.* 2. §. 1. *n.* 324. docet P. Sporer. „ Quando enim tolum est *probabile* te succubiturum in tali occasione tentationi, certè etiam „ *probabile* est te non succubiturum : occurrunt „ enim graves rationes ob quas vir prudens judicat te non lapsurum. Certè hujus judicium „ sequendo, sine nota temeritatis ob rationabilem causam poteris te committere huic occasioni, certè non commissurus, si scires, vel CERTO crederes te lapsurum. Quarè Confessarius non judicabit esse in occasione proxima peccandi, v. g. se inebriandi, fornicandi &c. *qui in tali loco decies tentatus succubuit „ solùm ter, vel quater ; secùs si octies, vel septies, „ & bis vel ter tantùm peccatum vitavit, & superior evasit.* Quapropter huic, & non illi nolenti hanc occasionem relinquere neganda erit „ absolutio. QUIA Joannes Caramuel *Theolog. Reg. disp.* 20. *num* 1056. vult etiam dandam „ absolutionem illi qui *toties fuit victor, quotiès victus, referente, & non contradicente* P. „ Gobat *casu* 16.

XVI. Hac probabilistica doctrina animati luxuriosi, ebrii, & cæteri adiunt amasiam, tabernam, aliamvè occasionem quater, aut ter in diem, in biduum, in triduum, bis vel ter se abstinebunt ; bis vel ter peccabunt. Immò ut secutius absolvantur octiès in diem visitabunt amasiam, & semel vel bis peccabunt. Tum enim, non solùm juxta *Gobat, & Caramuelem*, verùm etiam secundùm alios Probabilistas cautiores absolvi poterunt, & eucharistico pabulo nutriri. Si ab his perconteris, cur absolvi queant qui bis aut quater in occasione peccant, secùs qui sex, respondent : Ita docent *Doctores.*

XVII. QUÆST. VII. *Quid sit occasio propinqua, & an pœnitens habere propositum debeat illam evitandi?* RESP. Occasio propinqua illa dicitur quæ omnium circumstantiarum plexu spectato, graviter allicit ad culpam, ita ut sine magna difficultate, & cautione abstinere à culpa homines non soleant. Hæ occasiones, quæ propinquæ á pluribus appellantur, sunt sæpiùs occasiones proximæ respectivæ.

XVIII. QUÆST. VIII. *Quid dicendum de opinione PP. Sporer, Layman, & aliorum circa debitum derelinquendi occasiones propinquas?* RESP. P. Patritius Sporer *loc. cit. n.* 322. hæc scribit: „ Undè absolvendi sunt milites, mercatores, an„ cillæ &c. quibus ex officio, negotio, domo, „ &c. imminet propinquum peccandi periculum, „ *quo sæpiùs peccare* solebant, si absque magna „ difficultate, vel damno notabili dimittere ne„ queant, dummodò seriò proponant peccatum „ vitare imposterum. Ex communi Layman *c.* „ *4. n.* 9. “

XIX. Si peccare *sæpiùs solent*, occasiones istæ, quæ *ex communi* Probabilistarum sensu sunt propinquæ, reipsa proximæ relativæ sunt. Hæc doctrina, quæ ut testatur P. Sporer, est communis inter Doctores Probabilistas, duplici ex capite falsa est. Nam vel *sæpiùs peccare solent* ex efficacia occasionis fragilitatem pulsantis : & tunc est proxima, atque adeò deferenda ante absolutionem ex doctrina Ecclesiæ : vel *sæpiùs peccare solent* ex malitia, & tunc indispositi & indigni sunt absolutione. Hæc ne pœnitentia *stabilis, immobilis*, quam Scriptura sancta docet? Difficilè est derelinquere ejusmodi occasiones. Fateor. Quid indè? Quid docet Evangelium Christi? Arrigite aures, & audite Christum Jesum: *Amen dico vobis quia dives difficilè intrabit in regnum cœlorum. Facilius est camelum transire per foramen acus, quam divitem intrare in regnum cœlorum.* Matth. 19. Et rursus Marc. c. 10. *Quam difficilè qui pecunias habent, in regnum Dei introibunt!* Obstupescebant discipuli tantum *Rigorismum* audientes. Sed Christum iterùm clamat: *Discipuli autem* (pergit Marcus) *obstupescebant. At JESUS rursùs respondens ait illis : Filioli, quam difficilè est confidentes in pecuniis in regnum Dei introire!* Quid tandem præferunt hæc oracula? *Si oculus tuus scandalizat te, erue eum* &c. *Si manus tua scandalizat te, abscinde eam.* Matth. 5. Et iterùm Paulus 1. *Thessal.* 5. intonat : *Ab omni specie mali abstinete vos.* Sic docent Doctores evangelici. Sed oppositum docent Doctores Probabilistæ. Si hæc sola JESU Christi oracula, & quæ superiùs adduxi, præ oculis haberetis, ò Confessarii, ò Dei ministri, nonne omnes, quas de pœnitentia stabili, de amore Dei, de proposito constanti, & de occasionibus derelinquendis controversias excitant Casuistæ, resolvere vobis ipsis luce Scripturarum præeunte sciretis? Nonne falsissimas deprehenderetis similium Casuistarum opiniunculas Christi Evangelio adversas? Legite ergo, iterùm clamo, legite Evangelium Christi, legite verbum Dei : quoniam secundum Evangelium, & non secundum Doctores Casuistas judicandi á Deo unà cum pœnitentibus vestris estis.

XX. QUÆST. IX. *Quid dicendum de opinione docente, absolvendos adulescentes qui laborando cum fœminis, consensu, tactibus, & copula peccant, quia non habitant in eadem domo?* RESP. Hæc est doctrina quam *qu.* 3. *a.* 4. *n.* 5. docet P. Dominicus Viva ex suis citatis Casuistis. „ Undè in„ ferunt Perez, Leander, Lugo, aliique, posse „ absolvi adolescentes, qui versantur cum fœ„ minis laborando, vel *conversando* cum eis, quę „ *in eadem domo non habitant* : quia licèt aliquan„ dò in tali occasione mortaliter peccent *con„ sensu, tactibus, & etiam copula*, ea tamen oc„ casio censetur *remota*. Quandòquidem non so„ lent homines *ex tali occasione SEMPER, aut „ ferè SEMPER PECCARE MORTALITER.*“ Sine hęc doctrina antievangelica, judicent sapientes : nulla enim est accomodatior fovendis carnalibus peccatis inter amasios, & amasias, qua ferè numquàm in eadem domo habitant, sæpissimè verò unà conveniunt.

XXI. QUÆST. X. *Quid dicendum de illorum opinione, qui in peccatore justificando non requirunt expressos actus fidei, & spei?* RESP. Hæc scribit P. Dominicus Viva *qu.* 3. *a.* 4. *n.* 11. „ Respondeo cum Leandro ... Sanchez, Bonacina, Filliucio, Valentia contra Hurtadum, Tur„ rianum, & alios, non requiri hos actus ex„ pressos, *cum numquàm* fideles, nec Confessarii „ fuerint de *iis solicitis*, sicut sunt solliciti de „ dolore. Quarè vel sufficit actus fidei, & spei „ præteritus non retractatus, vel actus fidei, vel „ spei imbibitus in ipso dolore. “

XXII. Concilium Tridentinum *sess. 6. c. 6.* docet : *Disponuntur autem ad ipsam justitiam, dum excitati divina gratia, & adjuti, FIDEM ex auditu concipientes ... à divina justitiæ timore, quo utiliter concutiuntur ... in SPEM erigantur* &c. Clarius hos actus, *credere, sperare, diligere*, explicat *can.* 3. ut videmus supra. Si actus isti imbibiti in dolore sufficerent, ut contendunt Leander, Sanchez, Bonacina, Viva, & alii, superfluè expressi à Concilio forent. Meditare istorum auctorum genium, quo communiter feruntur ad deliniendam, temperandam, & levigandam legem sivè Scripturarum, sivè Conciliorum.

XXIII. Oro iterùm lectores meos ut positis præjudiciis, & partium studio vacui, maturè expendant universam istius dissertationis doctrinam, quam ex una parte ex Scripturis sanctis, ex Concilio Tridentino, ex Patribus hausitam ; & ex altera parte ex Doctoribus Casuistis formidolosæ attritionis defensoribus excerptam adduxi, seriò conferant, & meditentur, tum judicium proferant. Omnia enim quæ scripsi, & scripturus sum, & sapientum, & superiorum judicio plenissima voluntate subjicio.

DISSERTATIO II.

De Confessione sacramentali, & satisfactione.

CAPUT I.

Quid sit Confessio sacramentalis, & quandò divinum ejus præceptum obliget.

I. De præcepto annuę Confessionis supra disputatum est. Confessionem peccatorum institutam esse à Christo Domino, semper docuit Ecclesia catholica, adductis his verbis Christi Jesu : *Tibi dabo claves regni cœlorum : quodcumque ligaveris* &c. Matth. 16. Potestatem hanc judiciariam esse evidens est. Porrò ut rectam judex proferre sententiam queat, qua solvat solvendos, & liget ligandos, perspecta habeat delicta necessum est. Agnoscere autem delicta judex nequit, nisi reus eadem patefaciat. Ergo ex Christi institutione confessio peccatorum necessaria est. Et hanc veritatem definivit Tridentinum *sess.* 14. *c.* 5. adversus Protestantes. Nec mihi nunc longiùs hoc dogma illustrare permissum est.

II. QUÆST. I. *Quo tempore divinum hoc præceptum per se obligat?* RESP. In probabili articulo mortis per se obligare hoc præceptum omnes communiter adfirmant. Nam si aliquandò urget (certum est autem urgere) profectò in mortis articulo obligat, cum potissimum illo tempore quisque saluti suæ æternæ consulere teneatur. Obligare quoquè hoc præceptum extra mortis articulum, adfirmat communis, & vera sententia. Siquidem præcepta adfirmativa non modò obligant in extrema necessitate, verùm etiam cum prudenter necessaria judicatur eorumdem observatio. Regula certę obligationis pro hoc, aut illo tempore, præter eam quam præscribit Ecclesia, designari absolutè nequit ; sed quisque consilio prudentis Confessarii applicare sibi hoc remedium debet.

III. QUÆST. II. *An quandò adest periculum oblivionis alicujus, vel malitiorum peccatorum mortalium, teneatur quis confiteri ante annum?* RESP. P. Leander *tr.* 3. *disp.* 3. *q.* 5. sententiam negantem ut probabiliorem defendit, & pro eadem citat Valentiam, Vazquez, Sylvestrum, Sotum, Lugo, & alios : quia, inquit, ferè omnes in anni decursu *totiès peccamus*, ut in Quadragesima veri numeri non meminerimus : tum quia nulla lege ad id obligamus ; & sine lege non est afferenda obligatio.

IV. Hæc opinio, ut mea minima præfert sententia, falsa est. Totiès peccamus omnes mortaliter? Omnium ergo pœnitentia *insufficiens est* Nullus ergo pœnitens verus in Ecclesia? Verùm *quod totiès mortaliter peccent omnes* in annum, ut in Quadragesima certi numeri non meminerint, assertio videtur infamans Ecclesiam catholicam, in qua plurimi sunt electi, qui aut numquàm, aut ratissimè scienter mortaliter peccent. Si talia

tes speciem, nisi pœnitens, inquit P. Gobat, *quando peccatum committebat, saltim dubitavit* ? Quod post patratum cum sorore, cum aliena uxore, cum virgine Deo consecrata, sciat debitum manifestandæ circumstantiæ specie diversæ nihil refert. Debet *quando peccat*, saltèm dubitare, ut teneatur confiteri. *Utere mi bone vir frequenter hac regula.* Cavete Confessarii omnes, subdo ego, ab hac falsa regula.

V. QUÆST. II. *An Religiosus initiatus sacris Ordinibus explicare teneatur circumstantiam voti solemnis* ? RESP. Negant Salmanticenses, Diana, Molfesius, Castropalaus, Antonius à Spiritu Sancto. Sed affirmant alii graves Theologi, quorum sententia vera est. Peccans cum novitio, aut novitia anno probationis tenetur confiteri hanc circumstantiam, quidquid in oppositum dicant aliqui. Quoniam licèt non emiserint votum, sunt tamen primitiæ, & hostiç destinatæ in sacrificium Deo immolandum. Violare has hostias, & victimas Deo placentes communi sensui præfert enormem deformitatem. Sponsæ, & sponsi carnaliter se cognoscentes, aut alii cum eisdem se commiscentes juxta probabiliorem sententiam debent hanc circumstantiam manifestare.

VI. Virgo, quæ sponte primò fornicatur, debet hanc circumstantiam patefacere: quia virgo hæc peculiarem injuriam, sicut parentibus, ita Deo, à quo virginitatis donum accepit, infert, dum talem prodigit virginitatem.

VII. QUÆST. III. *An confessarius peccans cum pœnitente tenatur id fateri* ? RESP. Sermo non est de Confessario sollicitante, sed de Confessario absolutè peccante cum pœnitente. Negant, ut referunt Salmanticenses, aliqui. Affirmant verò alii graves Theologi, quorum sententia vera est. Quid ? Confessarius, judex, doctor, & medicus est. Lupus evadit devorans ovem, & hoc manifestandum in confessione non est? Suffragatur nostræ sententiæ reservatio sibi facta ab Episcopis in variis diœcesibus circa auctum, vel attentationem ad turpia cum filia spirituali.

VIII. Si Episcopus, Prælatus Religionis fornicetur, adulteretur, inebrietur, &c. tenetur explicare circumstantiam ob grave scandalum, quod saltem complici affert, quidquid in oppositum dicant aliqui. Similiter gubernatores civitatis, judices, rectores, & similes, qui furta, & injustitiæ crimina impedire ex officio tenentur, si ipsi furentur, non tenentur, ut inquiunt aliqui, manifestare hanc circumstantiam, licèt debeant patefacere omissionem qua non impedierunt aliena furta. Sed hæc opinio mihi falsa est. Tenentur enim hanc circumstantiam confiteri. Similiter falsa est mihi opinio docens Sacerdotem percutientem laicum *cum sanguinis effusione*, non teneri in confessione manifestare se esse Sacerdotem. Sacerdos enim ratione suæ dignitatis perpetrat malitiam distinctam à malitia simplicis percussionis. Eunuchus, aut frigidus fornicator tenetur explicare circumstantiam impotentiæ ad copulam naturalem, quia perpetrat peccatum contra naturam.

IX. QUÆST. IV. *Quid dicendum de opinione negantium debitum confitendi consuetudinem peccandi?* RESP. P. Claudius Lacroix *lib. 6. par. 2. n. 968.* respondet, per se loquendo non esse aperiendam talem consuetudinem; & pro hac opinione citat *Suarez, Vazquez, Reginaldum*, & *Lugo*. Eamdem opinionem defendunt Salmanticenses, & citant *Dianam*, & *Castropalaum*. Hæc est ratio quam assignat P. Lacroix. „ Nemo per se loquendo tenetur bis confiteri idem peccatum. Peccata autem præterita, per quæ est causata consuetudo, sunt antehac confessa, uti supponitur, & peccatum præsens non aggravatur, *sed potiùs minuitur ratione præcedentis consuetudinis, quæ aliquo modo minuit libertatem.* Ergo non est necessarium facere mentionem peccatorum præteritorum, vel illius consuetudinis."

X. P. Dominicus Viva in *Curs. Theolog. tom. 2. p. 6. q. 3. n. 2.* „ Licèt teneatur pœnitens respondere Confessario interroganti consuetudinem peccati, cum opposita sententia sit damnata ab Innocentio XI. ... tamen *per se loquendo non est aperienda* hujusmodi consuetudo."

XI. Per se loquendo doctrina hæc falsa est, & in propos. 58. damnata ab Innoc. XI. contenta. Per se loquendo, infirmus non tenetur patefacere medico infirmitatis suæ corporalis statum, consuetudinem, longitudinem ? Si turbæ, si agricolæ, si ipsi plebeji homines, & animæ non academiis eruditæ, sed rudes, & solo naturæ lumine excultæ legerent ejusmodi doctrinas, grave paterentur scandalum. Quid ? Peccatum ex consuetudine inveterata *minuitur* ? Peccatores ergo obstinati, indurati, inveterati minus peccant quam qui semel vel bis? Consuetudo, inquis, minuit libertatem. Quid heinc ? Diminutio hæc voluntaria est. Ipsi peccatores sibi compedes liberè fabricant. Patres omnes affirmant peccantes ex habitu peccare ex depravata malitia. Hæc diminutio libertatis in iis qui ex habitu perjurant, blasphemant, fornicantur, est consequens, non antecedens, ut veri Theologi cum S. Thoma 1. 2. q. 78. a. 2. & q. 76. a. 4. ad 1. docent. Aggravat ergo, non minuit peccati malitiam.

XII. Evinco descriptam doctrinam PP. Lacroix, Viva, Lugo, & aliorum contineri in hac damnata thesi 58. *Non tenentur Confessario interroganti fateri peccati alicujus consuetudinem.* Confessarius de iis solùm peccatis interrogare jure valet quæ manifestare pœnitens tenetur. Ergo si Confessarius interrogare jure valet de peccandi consuetudine, manifestare illam pœnitens adstringitur. Quid ad hęc ? Manifestare illam debet reponunt Casuistę, si interrogetur, secus si Confessarius sileat. Cavillatio vana. Debitum manifestandi præcedit jus interrogandi. Nisi enim in pœnitente esset debitum manifestandi, Confessarius interrogare non posset, cum de iis solùm interrogare queat quæ patefacere pœnitens astringitur. Verùm nullis ratiocinils, consulatur sensus communis omnium Christianorum, qui sincerè contriti primum omnium exponunt statum, consuetudinem, & habitum peccandi. Vix alicui Christiano in mentem veniisset recensita doctrina, nisi Casuistę illam excogitassent. Heinc collige, quam verum sit quod sæpiùs indicavi, nempè una ar-

arbitraria distinctiuncula eludi, & theses ab Ecclesia damnatas, & ipsa Scripturæ sanctæ luculentissima testimonia.

XIII. QUÆST. V. *Quid dicendum de peccatis ex consuetudine paratis* ? RESP. P. Claudius Lacroix hanc quæstionem proponit, nempè an peccata, quæ ex consuetudine moraliter mala, postea inadvertenter fiunt, sint confitenda? Respondet *lib. 6. p. 2. num. 974.* his verbis. " Si supponamus, quando ista fiunt, nullam prorsus adesse advertentiam malitiæ, talia nullam habebunt novam malitiam, uti constat ex dictis *lib. 5. a. 2. n. 16.* & conseq. cum ista ex se non sint peccata, nec externè compleant peccatum alinquod internum, sed tantum sint effectus peccati, secundum dicta *n. 174. Non est obligatio illa confitendi .... Quod verum est secundum multos cum D. de Illo, quamvis illa consuetudo non sit retractata.*"

XIV. Quandò igitur Christiani blasphemant, perjurant, desiderant adulterare ex consuetudine non retractata moraliter mala, si nulla adsit advertentia, *non sunt confitenda* hæc scelera ? Cur? Quia non sunt peccata nova. Ergo præcepta non pejerandi, non blasphemandi, non desiderandi uxorem alterius sunt iitis ex consuetudine non retractata peccantibus impossibilia. Ergo *Jansenismum* defendis. De hac opinione judicent sapientes.

XV. QUÆST. VI. *quid dicendum de opinione P. Tamburini dicentis non esse manifestandos gradus consanguinitatis peccati patrati cum matre, cum consobrina* ? RESP. P. Tamburinus *lib. 2. Meth. Conf. cap. 7. §. 7. n. 48.* hæc scribit. „ Dico probabile esse nec consanguinitatem ab affinitate ex S. Thoma 2. 2. *quæst. 16. art. 9.* & Cajet. ibidem; nec unum gradum ex his differre specie ab aliis. Sic *Filliucius* dicens esse opinionem S. Thom. Cajet. Sotl, & fere Thomist. Griptus.... Megala uterque apud Dianam. *Unde licet sint dubio gravius sit contra unum gradum deliquere* v. gr. contra primum cum MATRE, quam contra alium v. gr. cum consobrina; tamen quia non mutatur species, puto non esse speciatim manifestanda in confessione."

XVI. Vix rusticorum, aut idiotarum aliquem repetire fas est, qui si *concubuerit cum matre, cum sorore*, horrendam malitiam non concipiat, & quem summoperè tantum scelus manifestare non pudeat. Et P. Tamburin. cum P. Filliucio eximit Christianos tanti criminis reos ab obligatione patefaciendi tam enormem circumstantiam ? Sat istis erit dicere. Commisi incestum, quin declarent *an cum matre, an cum sorore* ? Opus non est ut longius hanc falsam opinionem refellam. Sapientes judicent. Injuria summa hæc opinio affingitur S. Thomæ, ut mox patebit.

CAPUT IV.

De obligatione confitendi circumstantias aggravantes mortaliter intra eamdem speciem. Vindicatur doctrina S. Thomæ.

I. FUso calamo tractavi hanc quæstionem *tom. 9 lib. 1. diss. 4. cap. 6.* Paucis nunc illam perstringam. Furatis unum aureum, aut centum, aut mille. Peccatum est intra eamdem speciem furti. At furtum mille aureorum notabiliter gravius est quam furtum unius aurei. Dilputant in utramque partem Theologi num pœnitentes teneantur confiteri ejusmodi circumstantias intra eamdem speciem moraliter aggravantes.

II. Primum omnium vindicanda est doctrina S. Thomæ. Opponunt Salmanticenses Scholastici præstantissimi doctrinæ S. Thomæ propugnatores lequens testimonium ex 4. Sent. distinct. 16. q. 3. art. 2. *Quidam enim dicunt quod omnes circumstantię quæ aliquam notabilem quantitatem addunt, confiteri necessitatis est, si memoriæ occurrant. Alii verò dicunt, quod non sint de necessitate confitendæ, nisi circumstantiæ quæ ad aliud genus peccati trahunt. Et hoc probabilius est.* Hic sistunt præclari Theologi, atque à se stare S. Thomam definiunt. Verum si integra doctrina spectetur Angelici Doctoris non video, undè de ejusdem patrocinio in hac causa gloriari Salmanticenses valeant. Sic enim continuò persequitur S. Thomas. *Sed addendum est, quæ ad aliam speciem mortalis trahunt .... Cujus RATIO EST,* (N.B.) *quod venialia non sunt de necessitate confessionis, SED SOLUM MORTALIA, quæ quantitatem infinitam quodammodò habent: & quia circumstantiæ quæ aliam speciem peccato non tribuunt, vel quæ tribuunt quidem, SED NON MORTALIS PECCATI, non sunt de necessitate Confessionis. Ita tamen eadem confiteri perfectionis est, sicut & de VENIALIBUS dictum est.*

III. Triplicem malitiam adjicere circumstantiæ possunt. 1. quæ mutat speciem 2. quæ auget malitiam intra confinia *peccati venialis*. 3. quæ *mortaliter* malitiam adauget. S. Thomas in allato testimonio docet circumstantias, quæ aut non mutant speciem, aut non augent *mortaliter* malitiam non esse necessario confitendas. Si enim augent solum *venialiter*, & intra limites peccati venialis etiam notabiliter, eorum confessio non est necessaria. Nam unum peccatum veniale gravius est altero, ut patet in furto unius *obuli*, & unius *julii*. Hæ circumstantiæ non sunt de necessitate confitendæ, inquit Angelicus. Quid enim produnt hæc verba, quæ universam articuli doctrinam regunt? *Cujus RATIO EST, quia venialia non sunt de necessitate confessionis, sed solum MORTALIA, quæ quantitatem infinitam quodammodò habent.* Clamant oppositores, S. Thomam expressè agere de circumstantiis quæ *aliquam notabilem quantitatem addunt*. Verum habet id sub articuli initium docere Angelicum; sed hęc verba, quæ ambiguitatem præferunt, num S. Thomas loquatur de notabili quantitate veniali, aut mortali, continuò in decursu articuli exponit idem S. Doctor, intelligenda esse de

lia nos scriberemus, quos rumores non excitarent Probabilistæ? Ipsum jus naturæ nos obligat ad præcavendum periculum oblivionis peccatorum mortalium.

V. QUÆST. III. *Quid dicendum de infrascripta opinione P. Gobat?* RESP. P. Georgius Gobat hæc *tract. 6. n. 261.* scribit: „ Tametsi confessionem differendo *usque ad articulum mortis*, „ vel Paschæ, *certus sit te* ob hanc dilationem „ *esse obligatum multa crimina*; haud tamen indè „ oritur tibi obligatio confitendi citiùs. Ita sanè tenet communis sensus, ut reor, tum consentium, tum Confessariorum. "

VI. Communis sensus lumine naturali, & evangelico illustratus, & non Probabilissimi præjudiciis obscuratus à tam falsa, & laxa opinione abhorret.

VII. QUÆST. IV. *Quid dicendum de opinione Leandri negantis debitum confitendi illorum, qui recipere alia sacramenta volunt præter Eucharistiam?* RESP. P. Leander à SS. Sacram. *tr. 5. disp. 3. q. 19.* hæc ad propositam quæstionem respondet: „ Sed *certissimè* respondeo, non teneri „ quia nullum extat præceptum circa hoc impositum, ut clarè colligitur ex Trident ... Victor. Sylvester, Angel. Soto, quos citat, & sequitur Suarez, Fagundez, Lugo, Villalobos, „ & *omnes communiter.* "

VIII. Communiter ergo Casuistæ defendunt, non debere fideles confessionem præmittere, dum alia sacramenta recipere, præter Eucharistiam, debent? Audiant omnes Catechismum Concilii Tridentini *p. 2. c. 5. §. 43.* ubi hæc statuit. *Verum si quid salutis nostræ ratio postulet consideremus, professo quoties vel mortis periculum imminet, vel aliquam rem tractare aggredimur, cujus tractatio homini peccatis contaminato non conveniat, veluti cum sacramenta administramus, aut percipimus, toties confessio prætermittenda non est. Atque idem OMNINO, cum veremur ne nos alicujus culpæ, quam admiserimus, oblivio capiat: neque enim peccata confiteri possumus, cum non meminerimus: neque peccatorum veniam à Domino impetramus, nisi ea Pœnitentia sacramentum per confessionem delcat.*

CAPUT II.

De Confessionis sacramentalis conditionibus.

I. CONditiones sacramentalis Confessionis sunt his verbis comprehensæ:

Sit simplex, humilis confessio, pura, fidelis, Atque frequens, nuda, discreta, libens, verecunda:

Integra, sincera, lacrymabilis, accelerata:

Fortis, & accusans, & sit parere parata.

II. Conditio 1. significat ut exponantur peccata simplici sermone, relictis epilogis. Fœminæ frequenter, ut sua peccata exponant, totam familiam infamant. Cavendum ab hoc defectu est. 2. Conditio sit *humilis* in gestu, in habitu modesto, sine ense, sine luxu, quem ad ipsum deferre tribunal mulieres solent, ideò rejiciendę. 3. *Pura* ob rectum justificationis finem. 4. *Fidelis* absque fuco, & mendacio. 5. *Frequens* juxta prudentis ministri consilium. 6. *Nuda* absque æquivocis, & excusatione. 7. *Discreta*, verbis honestis expressa. 8. *Libens*, seu spontanea, & libera. 9. *Verecunda* cum modestia, & pudore. 10. *Integra*, explicando numerum, speciem, & circumstantias. 11. *Secreta* ad vitandum scandalum, infamiam &c. 12. *Lacrymabilis*, idest cum vero cordis dolore. 13. *Fortis* in proposito abstinendi à peccatis. 14. *Accusans*, non excusans peccata. 15. *Accelerata* absque dilatione nimia post patratum peccatum. 16. *Parere parata* Confessario dirigenti, docenti, & medenti.

III. QUÆST. I. *Utrùm formaliter integra esse debeat confessio?* RESP. Affirmant omnes contra Lutherum, & veritas de fide est definita in Concilio Tridentino *sess. 14. c. 5.* idest, debet esse confessio omnium peccatorum mortalium quæ quis post diligens examen conscientię recordatur.

IV. QUÆST. II. *Quæ diligentia adhibenda in examine conscientiæ est?* RESP. Duo in hoc gravissimo negotio extrema cavenda sunt. Diligentia nimia, quæ angorem, & torturam conscientiæ inducit, quæ mentem & animum turbat, vitanda est. Neque enim confessio est *carnificina* animatum, ut blaterant Calvinistæ, sed evacuatio vulnerum, & salutis remedium. Vitandum quoque aliud extremum negligentiæ est. Serio & maturè recogitentur commissa peccata. Pauca monita adjiciam.

V. 1. Fundendæ Deo Preces sunt, quibus divinum imploretur auxilium ad fugandas mentis tenebras. Fidei actus eliciantur, quibus firmiter credatur hoc sacramento peccata remitti. Excitetur obtinendæ veniæ spes. Accendatur charitas erga Deum offensum, & dolor ex toto corde. Contritio antidotum peccati est. Si omnia evomere crimina cupis, initio examinis ferventem accende contritionem.

VI. 2. Quisque spectare suum statum & conditionem debet, & quid contra hunc statum peccaverit, expendat. 3. Severiùs peccata spiritus quam carnis examinentur. Adulteria, furta, fornicationes, ebrietates seipsis panduntur. At peccata superbiæ, invidiæ, simultatis, ambitionis, avaritiæ, amor ille vafferrimus refulgendi in hoc mundi theatro, & cætera ejusmodi adeò fucata, & splendida incedunt, ut totam oculis nostris malitiam abscondant, nisi penitius inspiciantur. 4. Quisque habet suam passionem regnantem, & dominantem, quæ aliis peccatis stipata incedit: hæc severiùs sub examen inducatur.

VII. QUÆST. III. *Quid dicendum de regula examinis quam P. Viva proponit?* RESP. P. Viva *qu. 5. a. 2. n. 3.* inquirit, quandonam confessio ob examinis defectum sit reputanda invalida? Et respondet: „ Si quis examinando diligentiùs conscientiam reperit *plura esse peccata* quorum erat oblitus, quam ea quæ confessus est, *potest* sibi persuadere, quod non pręmiserit examen debitum. "

VIII. Si ergo tertiæ, aut quartæ partis peccatorum reperierit se esse oblitum, potest tunc sibi

sibi persuadere quod præmiserit examen debitum. Falsa itaque, & vana est præfata regula. Temporis quantitas in examine conscientiæ insumenda præscribi nequit. Quo conscientia gravioribus flagitiis vulnerata est, eo diligentiùs inspicienda.

IX. MONITUM gravissimum de examinandis peccatis injustitiæ, & dilatione in solvendis debitis, & operariorum, atque artificum mercedibus. Hæc omnia severissimè discutienda sunt detractis larvis conservandi status, induendæ uxoris &c. Vide plura *tom. 9. lib. 1. diss. 4. cap. 4.*

X. QUÆST. IV. *Exprimendusne est peccatorum numerus?* RESP. Affirmant omnes. Et quandò certus numerus non constat, exprimatur verisimilior. Confessio non est, ut dixi, conscientiarum tortura. Eo præcipuum studium dirigatur ut cor vehementi contritione emolliatur, & tunc crimina se ipsis exeunt, sicut venenum potato efficaci antidoto evomitur. Statum conscientiæ suæ pœnitens, & numerum peccatorum quæ menti post serium examen occurrunt, sincerè exponat. Regula Tridentini *sess. 14. c. 5.* optima est. *Reliqua peccata, quæ diligenter cogitanti non occurrunt, in universum in eadem confessione inclusa esse intelliguntur, pro quibus fideliter cum Propheta dicimus: Ab occultis meis munda me Domine.* Si vera erit contritio, numquam examen deficiens erit. Frequentissimè in examine negligentia occurrit, quia ficta contritio est ex quibusdam temporalibus, aut etiam pœnis æternis concepta, & cujuscumque charitatis vacua.

XI. QUÆST. V. *Qui diuturna consuetudine peccavit, satisne eidem est tempus sui vitiosi status exponere non explicato peccatorum numero?* RESP. Pœnitens meliori quo potest modo suum repræsentare statum debet. Frequentiam peccandi exponat, si nequit numerum, puta totiès in diem, in hebdomadam, in mensem, & tempus quo in vitio moratus sit. Si meretrix sit, diversas species declaret, & tempus meretricii. Qui concubinam domi habuit ut uxorem, tempus concubinatus dicat, & numerum fornicationum, si possit. Qui inscienter numerum peccatorum auxit, si postea deprehendit, se totiès non peccasse, non tenetur hoc decrementum manifestare, nisi aliqua circumstantia id postulet. Qui uno actu pluribus detraxit, sicut plura patravit peccata, ita eadem exprimere tenetur. Qui communitati detraxit, manifestare communitatem debet.

XII. QUÆST. VI. *Quid dicendum de opinione negante debitum confitendi effectus peccati?* RESP. In peccato consideratur voluntas peccandi, seu actus internus, actio exterior, & effectus consequens. Voluntas comburendi domum completur per ignis applicationem: voluntas occidendi per vulnus lethale: mors, combustio domus sunt effectus peccati. P. Lacroix *lib. 6. p. 2. n. 944.* inquit: " *Probabilius* videtur non esse „ obligationem per se loquendo confitendi effectum. Ita Vazq., Salas, Granado, Lugo, Bonac. &c. .... Et consequenter talis homo satisfaciet dicendo: projeci Breviarium, prævidens „ me tanto tempore non posse orare: porrexi „ proximo venenum, intendens ejus mortem: *tacendo an horas non oraverit, & an mors sit secuta* „ *necne.* "

XIII. Hæc opinio mihi falsa videtur: & rationes quæ adducuntur à P. Lacroix, aliisque ab eo citatis, vanæ sunt. Nam licèt mors, domus combustio non sint in se peccata, sunt tamen peccati effectus: & horum effectuum notitia variat causæ statum. Subdit ibidem Lacroix: Per accidens sæpè addi debent tales effectus secuti: immò, inquit, *pœnitentes communiter addunt tales effectus secutos, in quo non sunt prohibendi, sed potius suaviter juvandi.* Hoc unum deesset quod etiam forent prohibendi. Cedo. Cur pœnitentes *communiter* confitentur ejusmodi effectus? Quia sequuntur intimum naturæ sensum, & lumen illud signatum in frontibus eorum, ignorantque novas istas quorumdam Casuistarum speculationes.

CAPUT III.

De obligatione confitendi circumstantias peccatorum.

I. CIrcumstantia id appellatur quod accidentaliter circumstat actum humanum, qui speciem capit ab objecto aut bono, aut malo. Circumstantia alia physica, ut si quis hominem pugione, veneno, sclopeto occidat; alia moralis, quæ in genere moris mutat speciem, seu addit novam malitiæ speciem, ut si quis occidat parrem, Religiosum, &c. Præter enim homicidium adest crimen parricidii, sacrilegii &c. Obligatio est confitendi circumstantias non physicas, sed morales, quæ speciem mutant, ut fatentur omnes. Septem enumerantur circumstantiæ, hoc versiculo contentæ:

Quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodò quandò.

II. Circumstantia *quis* pœnitentis prodit statum, qualitates professionem, ut si sit Clericus, Sacerdos, Monachus, uxoratus, voto astrictus, Advocatus, Judex, paterfamilias, &c.

III. QUÆST. I. *Quid dicendum de opinione negante debitum confitendi circumstantias mutantes speciem, dum peccator de eis dimen dubitat?* RESP. P. Georgius Gobat *tract. 7. n. 324.* inquit: „ Non „ contrahitur, adeoque confitenda non est malitia circumstantiæ *mutantis speciem, nisi pœnitens quando peccatum committebat, saltem dubitavit* an non adesset circumstantia talis, & an „ non contraheretur propter illam peculiare „ peccatum. *Ita fert communis sensus Theologorum.* „ *Utere sui bono viri frequenter hac regula*, præsertim in excipiendis confessionibus rudium, „ & *nominatim* quandò circumstantia est nota *stili* „ *Doctorum vulgò.* "

IV. Quodnam istud Doctorum vulgus? Peccatores dum adulterantur, fornicantur, aut incestum perpetrant, flagitii voluptate animum absortum habent, & quidquid aliud præter circumstantiam mutantem speciem cogitant. Nemo igitur confiteri astringitur circumstantias mutantes

de notabili quantitate veniali. RATIO *est*, *quia venialia non sunt de necessitate confessionis*. Cedo. Datur ne unum peccatum veniale *notabiliter* gravius altero? Affirmant omnes. Quo ergo ausu hanc notabilem quantitatem vi summa detorques ad mortale, cum Angelicus perspicuè asserat se loqui de additione notabili veniali. *Ratio est, quia venialia*, &c. Sed ut ora adversariorum penitus obstruantur, sub oculos revocanda sunt hæc alia Angelici verba. *Circumstantiæ aggravantes quæ aliam speciem peccato non tribuunt; vel quæ tribuunt quidem, SED NON PECCATI MORTALIS, non sunt de necessitate confessionis.* Cujus ratio est, quia venialia necessario confiteri non astringimur. Adeò decretoria, adeò peremptoria hæc sunt, ut nullum arguendi, & cavillandi locum relinquant. Si plura cupis, consule *tom. 9. hoc. tit.*

IV. Paucis vindicata S. Thomæ doctrina, dico, *circumstantias mortaliter aggravantes in eandem speciem manifestandas in confessione esse*. Evinco sententiam hanc, quam graviores Theologi defendunt, auctoritate Catechismi Tridentini, qui *p. 2. cap. 5. §. 47.* hæc docet. „ *Peccatorum circumstantiæ, dum quis confitetur, sunt patefaciendæ.* Sed in confessione summa illa cura, & diligentia adhibenda est, quam in rebus *gravissimis* ponere solemus; omneque studium in eo conferendum, ut sanemus animæ vulnera, & peccati radices evellamus. Neque solùm peccata gravia narrando explicare oportet, verùm etiam illa quę unumquodque peccatum circumstant, & pravitatem valdè augent, vel minuunt. Quædam enim circumstantiæ adeò graves sunt ut peccati mortiferi ratio ex illis tantùm constet. *Quare hęc omnia confiteri semper oportet.* Si quis enim hominem interemerit, explicandum est, utrum ille sacris initiatus, aut profanus fuerit: itemque si cum muliere concubuit, matrimonii ne lege libera, aut alterius uxore, aut propinqua, aut alicujus voti sponsione Deo consecrata, aperiat necesse est. Hæc enim diversa peccatorum genera constituunt; ita ut primum quidem simplex fornicatio, alterum adulterium, tertium incestus, quartum sacrilegium, & divinarum rerum Doctoribus appellatur. *Furtum etiam in peccatis numerandum est. Verùm si quis aureum nummum furetur, levius omninò peccat quam qui centum, vel ducentos; vel ingentem aliquam auri vim, præsertim verò qui sacram pecuniam abstulit. Quæ etiam ratio ad locum, & ad tempus pertinet; quorum exempla notiora sunt ex multorum libris, quam ut à nobis commemorentur. Hactenus*, ut diximus, *ENUMERANDA SUNT.* Quæ vero pravitatem rei magnoperè non augent, sine crimine omitti possunt."

V. Sicuti Patres Tridentini, ita auctores Catechismi semper doctrinam S. Thomæ, quam hìc declaratam, & confirmatam vides, sequuti sunt. Hanc meditari doctrinam debuissent perdocti Salmanticenses, mihi multis nominibus suscipiendi.

VI. Ven. Innoc. XI. damnavit thesim hanc: *Non tenemur Confessario interroganti fateri peccati alicujus consuetudinem.* Hæc duo jus interrogandi, & debitum manifestandi, ita conjuncta sunt, ut consistere unum sine altero nequeat. Immò debitum manifestandi præcedit jus interrogandi, ut dixi. Consuetudo fornicandi, pejerandi non mutat speciem, sed solùm malitiam intra eamdem speciem aggravat. Damnata est Doctrina negans debitum respondendi. Ergo damnata est doctrina negans debitum manifestandi circumstantiam aggravantem.

VII. Ratione demonstratur sententia nostra. Qui scienter reticet accessionem mortalis malitię, non facit confessionem formaliter integram. Qui furatur centum nummos aureos, quorum singuli constituunt materiam furti mortalis, furtum perpetrat, quod equivalet centum furtis mortiferis. Ergo qui confitetur solùm materiam gravem, nempè unius auri, reticet 99. peccata mortalia. Unico actu voluntatis concupiscis decem personas species diversas in genere moris, puta matrem, filiam, monialem, uxoratam, virginem, puerum, &c. Facit ne confessionem formaliter integram qui non confitetur has personas morali specie diversas unico actu concupitas? Negas. Ergo non facit confessionem formaliter integram qui unico actu patravit centum furta mortalia numero distincta: aut qui unico actu plures personas solo morali numero distinctas concupivit. Probo consequentiam. Æquè confiteri astringeris peccata mortalia numero, ac specie distincta, ut omnes docent. Ergo æquè confitenda est virtualis multiplicatio numerica, ac virtualis multiplicatio specifica. Vide plura *lib. cap.*

CAPUT V.

De cæteris circumstantiis.

I. QUÆST. I. *Quinam sint significatus circumstantiæ* quid? RESP. Significat quantitatem, qualitatem peccati, & personæ cum qua peccatur. Disputant num exprimenda sit persona de qua quis morosè delectatur, quæ manifestanda foret, si opus accessisset. Sententia affirmans mihi vera est, & negans falsa: quoniam ipse sensus communis execratur ut quid enormissimum veneream delectationem conceptam ex concubitu cum matre.

II. P. Lacroix *lib. 6. p. 2. num.* 1030. scribit: „Qui sine ullo desiderio personam *venerei* aspicit, non tenetur dicere (in confessione) quàlis persona fuerit. „ Subdit ibi n. 1031. „ Qui „ sine desiderio *venerei* attigit puellam, secundum „ Dianam &c. satisfacit dicendo, se toties attigisse „ turpiter, nihil dicendo de partibus, in quibus attigit." Subdit iterum: „ Alii *probabiliter* dicunt exprimendum, si partem turpem attigerit." Relinquit lectori, sceptico more, ut sibi eligat quod magis placet. Ecce exprimere non debet se *venerei* aspexisse matrem, sororem, monialem, &c.? Cur manifestare non debet se tetigisse manum, genas, mamillas, pudenda? Quænam reticentiæ ratio? Opiniones probabiliter negantes debitum manifestandi præfatam circumstantiam, falsæ sunt.

III. Pergit *ibidem num.* 1040. P. Lacroix „ Qui fornicatus est cum tribus una vice, vel cum una, satisfacit dicendo, se ter fornicatum, „ nec tenetur dicere an fuerit una, vel plures, „ an fuerint meretrices, an aliæ, dummodo non „ sit cooperatus ad impediendam generationem. „ Bonacina, Tamburinus."

IV. Nisi casuistæ excogitassent ejusmodi commenta, quilibet Christianus lumine naturali exprimeret tres fœminas, quia sunt tria gravissima scandala diversa. Sed cur exprimere tres fœminas non debet? Quia *jugum suave est*, inquiunt, & non debet gravari. Præfata opinio falsa est, & improbabilis.

V. Idem Lacroix *ibidem num.* 1041. „ Si Sa „ cerdos fornicetur cum filia confessionis, S. Tho„ mas, Sot. Sanch. & alii gravissimi auctores, „ quos refert, & sequitur Aversa p. 16. §. 14. ad„ hùc dicunt contrahi novam speciem malitiæ: „ quia jus canonicum vocat quoddam adulterium „ vel incestum: & reipsa videtur esse species irreverentiæ, & sacrilegii in Sacramentum. E contra esse simplicem fornicationem, *ac posse tacere „ quod fuerit filia confessionis*, docent Ledesm. „ Vasq. Sa, Bonac. Filliuc. Sanch. Pontius, P. „ Hurt. Ochag. Dic. Tambur. Dian. Lugo, quia „ ex confessione nulla oritur cognatio spiritualis, „ &c. . . . *Utraque sententia est probabilis. Prima est „ conformior juri canonico; sed secunda videtur ex „ ratione probabilior.*"

VI. Probabilissimus ubique serpit. *Utraque probabilis*, vera, & falsa. Prima conformior juri canonico, secunda ex ratione *probabilior*, inquit P. Lacroix. Ecce? Quia Vasq. Bonac. Filliuc. Hurt. Ochag. Dicast. Tamb. Diana, altius rationis jura comprehenderunt quam Patres, quam Concilia, quam Pontifices conditores juris canonici. Hæc opinio, quam probabiliorem vocat P. Lacroix, falsa est & laxa, ut sapientissimus Pontifex Benedictus XIV. eam declaravit, dum abstulit Confessariis auctoritatem absolvendi ab hoc crimine. An Pontifices sine ratione canones edunt? A sacris canonibus appellatur ad rationis Tribunal! An non obtenebrata ratio ex peccato originali! Plura dicenda occurrerent de hac prima circumstantia *Quid*; sed ea vide *tom. 9. dissert. 4. c. 7.*

VII. QUÆST. II. *Quid prodit circumstantia* ubi? RESP. Indicat locum, mutatque speciem, ut si quis in loco sacro effundat sanguinem humanum, fornicetur, polluatur, furetur, violetque immunitatem ecclesiasticam. Qui in loco sacro furatur rem sacram, sacrilegium duplici titulo perpetrat, & id exprimi in confessione debet. Qui furatur in loco sacro rem profanam, puta crumenam à divite, sacrilegium perpetrat, ut communiter auctores docent. P. Viva tamen de more advertit, *Lugo, Lessium, Henriquez, probabiliter* putare non esse sacrilegium, nisi quando res posita est in Ecclesia ad custodiam. Sed communatum hoc arbitrarium, & falsum est. P. Lacroix *lib. 6. p. 2. n.* 1090. introducit *Dicastillum*, qui agnoscit *parem fere in utraque sententia probabilitatem*, attamen in primam inclinat. Sola prima vera est, altera falsa.

VIII. Homicidium in Ecclesia perpetratum sine sanguinis effusione sacrilegium est. Qui in Ecclesia existens alterum occidit extra Ecclesiam sacrilegus est. Similiter qui extra Ecclesiam, existens telo occidit alium intra Ecclesiam, sacrilegus est. Qui alium percutit cum effusione sanguinis, sacrilegium committit. Requiritur tamen inquit aliquis, ut effusio sanguinis sit magna: quia effusio *copiosum fluxum* significat. Vulnus mortale pugione inflictum paucas guttas sanguinis emittit. Is ergo qui pugione ferit ad mortem, non erit sacrilegus. Quænam erit illius *magni fluxus* mensura? Sed quid in refellenda falsa opinione tempus tero? Falsa quoquè est opinio aliorum docentium pollutionem in Ecclesia occultè factam non esse sacrilegium.

IX. QUÆST. III. *Quid dicendum de opinione negante tolli impudicos in Ecclesia esse sacrilegos?* RESP. Eam esse falsam mihi certum est.

X. Nam undè colliges, osculari fœminas, tangere earum mamillas, aliasque partes *etiam publicè* in Ecclesia non esse sacrilegium? Hæc doctrina me perterrefacit. Meticulosum, & pusillum me dicturi sunt Probabilistæ. Esto. Sed hanc opinionem rejicio ut omninò falsam. Tum solùm, subdit P. Lacroix, committeretur sacrilegium, quando *quis meretricem ante altare publicè impudicè tangeret.* Si quis verò post altare, aut longiùs ab altari in medio Ecclesiæ meretricem, aliamve fœminam *publicè impudicè* tangeret non committeret sacrilegium? Non deberet exprimi id factum esse in loco sacro? An hęc sint paradoxa communi sensui repugnantia, aliorum esto judicium.

XI. QUÆST. IV. *Quid indicant circumstantiæ* quibus auxiliis, & cur? RESP. Circumstantia *quibus auxiliis* significat consilia, suasiones, media quibus aliquis utitur ad pecandum. *Cur* finem prodit propter quem quis peccat, ut si quis furatur adiutę randi causa peccatum ex se veniale evaderet lethale potest propter finem mortaliter pravum, sicut cum quis mentitur, ut fœminam inducat ad fornicandum.

XI. Circumstantia *quomodo* includit culpæ durationem, contemptum, consuetudinem. Occidisti hominem. *Quomodo?* Proditorie. Sevisti in cadaver? Quanto tempore animum habuisti occidendi? Circumstantia *quando* indicat tempus quo peccatum patratum est. Etiam super his duabus circumstantiis non paucas quæstiones disputant aliqui; sed illas ut minoris momenti missas facio.

CAPUT VI.

An peccata dubia confitenda sint?

I. TRIPLICITER dubitare potes. 1. Dubitas an peccaveris mortaliter in hac aut illa materia alloquin mortali. 2. Scis te peccasse, sed dubitas an peccatum sit mortale, vel veniale. 3. Scis certò te pecasse mortaliter, sed dubitas an confessus fueris.

II. Dubium, ut docet S. Thomas *quæst. 24. de Verit.* est quando intellectus inter rationes quę utrinque æqualiter occurrunt tum ad affirmandum tum ad negandum, anceps, & suspensus hæret neutri parti assentiens. Aliqui excogitarunt dubium *negativum*, quando ex neutra parte occurrunt rationes dubitandi; sed hæc est mera *nescientia*,

de notabili quantitate veniali. RATIO *est*, *quia venialia non sunt de necessitate confessionis*. Cedo. Datur ne unum peccatum veniale *notabiliter* gravius altero? Affirmant omnes. Quo ergo ausu hanc notabilem quantitatem vi summa detorques ad mortale, cum Angelicus perspicuè asserat se loqui de additione notabili veniali. *Ratio est, quia venialia*, &c. Sed ut ora adversariorum penitus obstruantur, sub oculos revocanda sunt hæc alia Angelici verba. *Circumstantiæ aggravantes quæ aliam speciem peccato non tribuunt; vel quæ tribuunt quidem, SED NON PECCATI MORTALIS, non sunt de necessitate confessionis.* Cujus ratio est, quia venialia necessario confiteri non astringimur. Adeò decretoria, adeò peremptoria hæc sunt, ut nullum arguendi, & cavillandi locum relinquant. Si plura cupis, consule *tom. 9. hoc. tit.*

IV. Paucis vindicata S. Thomæ doctrina, dico, *circumstantias mortaliter aggravantes in eandem speciem manifestandas in confessione esse*. Evinco sententiam hanc, quam graviores Theologi defendunt, auctoritate Catechismi Tridentini, qui *p. 2. cap. 5. §. 47.* hæc docet. „ *Peccatorum circumstantiæ, dum quis confitetur, sunt patefaciendæ.* Sed in confessione summa illa cura, & diligentia adhibenda est, quam in rebus *gravissimis* ponere solemus; omneque studium in eo conferendum, ut sanemus animæ vulnera, & peccati radices evellamus. Neque solùm peccata gravia narrando explicare oportet, verùm etiam illa quę unumquodque peccatum circumstant, & pravitatem valdè augent, vel minuunt. Quædam enim circumstantiæ adeò graves sunt ut peccati mortiferi ratio ex illis tantùm constet. *Quare hęc omnia confiteri semper oportet.* Si quis enim hominem interemerit, explicandum est, utrum ille sacris initiatus, aut profanus fuerit: itemque si cum muliere concubuit, matrimonii ne lege libera, aut alterius uxore, aut propinqua, aut alicujus voti sponsione Deo consecrata, aperiat necesse est. Hæc enim diversa peccatorum genera constituunt; ita ut primum quidem simplex fornicatio, alterum adulterium, tertium incestus, quartum sacrilegium, & divinarum rerum Doctoribus appellatur. *Furtum etiam in peccatis numerandum est. Verùm si quis aureum nummum furetur, levius omninò peccat quam qui centum, vel ducentos; vel ingentem aliquam auri vim, præsertim verò qui sacram pecuniam abstulit. Quæ etiam ratio ad locum, & ad tempus pertinet; quorum exempla notiora sunt ex multorum libris, quam ut à nobis commemorentur. Hactenus*, ut diximus, *ENUMERANDA SUNT.* Quæ vero pravitatem rei magnoperè non augent, sine crimine omitti possunt."

V. Sicuti Patres Tridentini, ita auctores Catechismi semper doctrinam S. Thomæ, quam hìc declaratam, & confirmatam vides, sequuti sunt. Hanc meditari doctrinam debuissent perdocti Salmanticenses, mihi multis nominibus suscipiendi.

VI. Ven. Innoc. XI. damnavit thesim hanc: *Non tenemur Confessario interroganti fateri peccati alicujus consuetudinem.* Hæc duo jus interrogandi, & debitum manifestandi, ita conjuncta sunt, ut consistere unum sine altero nequeat. Immò debitum manifestandi præcedit jus interrogandi, ut dixi. Consuetudo fornicandi, pejerandi non mutat speciem, sed solùm malitiam intra eamdem speciem aggravat. Damnata est Doctrina negans debitum respondendi. Ergo damnata est doctrina negans debitum manifestandi circumstantiam aggravantem.

VII. Ratione demonstratur sententia nostra. Qui scienter reticet accessionem mortalis malitię, non facit confessionem formaliter integram. Qui furatur centum nummos aureos, quorum singuli constituunt materiam furti mortalis, furtum perpetrat, quod equivalet centum furtis mortiferis. Ergo qui confitetur solùm materiam gravem, nempè unius auri, reticet 99. peccata mortalia. Unico actu voluntatis concupiscis decem personas species diversas in genere moris, puta matrem, filiam, monialem, uxoratam, virginem, puerum, &c. Facit ne confessionem formaliter integram qui non confitetur has personas morali specie diversas unico actu concupitas? Negas. Ergo non facit confessionem formaliter integram qui unico actu patravit centum furta mortalia numero distincta: aut qui unico actu plures personas solo morali numero distinctas concupivit. Probo consequentiam. Æquè confiteri astringeris peccata mortalia numero, ac specie distincta, ut omnes docent. Ergo æquè confitenda est virtualis multiplicatio numerica, ac virtualis multiplicatio specifica. Vide plura *lib. cap.*

CAPUT V.

De cæteris circumstantiis.

I. QUÆST. I. *Quinam sint significatus circumstantiæ* quid? RESP. Significat quantitatem, qualitatem peccati, & personæ cum qua peccatur. Disputant num exprimenda sit persona de qua quis morosè delectatur, quæ manifestanda foret, si opus accessisset. Sententia affirmans mihi vera est, & negans falsa: quoniam ipse sensus communis execratur ut quid enormissimum veneream delectationem conceptam ex concubitu cum matre.

II. P. Lacroix *lib. 6. p. 2. num.* 1030. scribit: „Qui sine ullo desiderio personam *venerei* aspicit, non tenetur dicere (in confessione) quàlis persona fuerit. „ Subdit ibi n. 1031. „ Qui „ sine desiderio *venerei* attigit puellam, secundum „ Dianam &c. satisfacit dicendo, se toties attigisse „ turpiter, nihil dicendo de partibus, in quibus attigit." Subdit iterum: „ Alii *probabiliter* dicunt exprimendum, si partem turpem attigerit." Relinquit lectori, sceptico more, ut sibi eligat quod magis placet. Ecce exprimere non debet se *venerei* aspexisse matrem, sororem, monialem, &c.? Cur manifestare non debet se tetigisse manum, genas, mamillas, pudenda? Quænam reticentiæ ratio? Opiniones probabiliter negantes debitum manifestandi præfatam circumstantiam, falsæ sunt.

III. Pergit *ibidem num.* 1040. P. Lacroix „ Qui fornicatus est cum tribus una vice, vel cum una, satisfacit dicendo, se ter fornicatum, „ nec tenetur dicere an fuerit una, vel plures, „ an fuerint meretrices, an aliæ, dummodo non „ sit cooperatus ad impediendam generationem. „ Bonacina, Tamburinus."

IV. Nisi casuistæ excogitassent ejusmodi commenta, quilibet Christianus lumine naturali exprimeret tres fœminas, quia sunt tria gravissima scandala diversa. Sed cur exprimere tres fœminas non debet? Quia *jugum suave est*, inquiunt, & non debet gravari. Præfata opinio falsa est, & improbabilis.

V. Idem Lacroix *ibidem num.* 1041. „ Si Sa „ cerdos fornicetur cum filia confessionis, S. Tho„ mas, Sot. Sanch. & alii gravissimi auctores, „ quos refert, & sequitur Aversa p. 16. §. 14. ad„ hùc dicunt contrahi novam speciem malitiæ: „ quia jus canonicum vocat quoddam adulterium „ vel incestum: & reipsa videtur esse species irreverentiæ, & sacrilegii in Sacramentum. E contra esse simplicem fornicationem, *ac posse tacere „ quod fuerit filia confessionis*, docent Ledesm. „ Vasq. Sa, Bonac. Filliuc. Sanch. Pontius, P. „ Hurt. Ochag. Dic. Tambur. Dian. Lugo, quia „ ex confessione nulla oritur cognatio spiritualis, „ &c. . . . *Utraque sententia est probabilis. Prima est „ conformior juri canonico; sed secunda videtur ex „ ratione probabilior.*"

VI. Probabilissimus ubique serpit. *Utraque probabilis*, vera, & falsa. Prima conformior juri canonico, secunda ex ratione *probabilior*, inquit P. Lacroix. Ecce? Quia Vasq. Bonac. Filliuc. Hurt. Ochag. Dicast. Tamb. Diana, altius rationis jura comprehenderunt quam Patres, quam Concilia, quam Pontifices conditores juris canonici. Hæc opinio, quam probabiliorem vocat P. Lacroix, falsa est & laxa, ut sapientissimus Pontifex Benedictus XIV. eam declaravit, dum abstulit Confessariis auctoritatem absolvendi ab hoc crimine. An Pontifices sine ratione canones edunt? A sacris canonibus appellatur ad rationis Tribunal! An non obtenebrata ratio ex peccato originali! Plura dicenda occurrerent de hac prima circumstantia *Quid*; sed ea vide *tom. 9. dissert. 4. c. 7.*

VII. QUÆST. II. *Quid prodit circumstantia* ubi? RESP. Indicat locum, mutatque speciem, ut si quis in loco sacro effundat sanguinem humanum, fornicetur, polluatur, furetur, violetque immunitatem ecclesiasticam. Qui in loco sacro furatur rem sacram, sacrilegium duplici titulo perpetrat, & id exprimi in confessione debet. Qui furatur in loco sacro rem profanam, puta crumenam à divite, sacrilegium perpetrat, ut communiter auctores docent. P. Viva tamen de more advertit, *Lugo, Lessium, Henriquez, probabiliter* putare non esse sacrilegium, nisi quando res posita est in Ecclesia ad custodiam. Sed communatum hoc arbitrarium, & falsum est. P. Lacroix *lib. 6. p. 2. n.* 1090. introducit *Dicastillum*, qui agnoscit *parem fere in utraque sententia probabilitatem*, attamen in primam inclinat. Sola prima vera est, altera falsa.

VIII. Homicidium in Ecclesia perpetratum sine sanguinis effusione sacrilegium est. Qui in Ecclesia existens alterum occidit extra Ecclesiam sacrilegus est. Similiter qui extra Ecclesiam, existens telo occidit alium intra Ecclesiam, sacrilegus est. Qui alium percutit cum effusione sanguinis, sacrilegium committit. Requiritur tamen inquit aliquis, ut effusio sanguinis sit magna: quia effusio *copiosum fluxum* significat. Vulnus mortale pugione inflictum paucas guttas sanguinis emittit. Is ergo qui pugione ferit ad mortem, non erit sacrilegus. Quænam erit illius *magni fluxus* mensura? Sed quid in refellenda falsa opinione tempus tero? Falsa quoquè est opinio aliorum docentium pollutionem in Ecclesia occultè factam non esse sacrilegium.

IX. QUÆST. III. *Quid dicendum de opinione negante tolli impudicos in Ecclesia esse sacrilegos?* RESP. Eam esse falsam mihi certum est.

X. Nam undè colliges, osculari fœminas, tangere earum mamillas, aliasque partes *etiam publicè* in Ecclesia non esse sacrilegium? Hæc doctrina me perterrefacit. Meticulosum, & pusillum me dicturi sunt Probabilistæ. Esto. Sed hanc opinionem rejicio ut omninò falsam. Tum solùm, subdit P. Lacroix, committeretur sacrilegium, quando *quis meretricem ante altare publicè impudicè tangeret.* Si quis verò post altare, aut longiùs ab altari in medio Ecclesiæ meretricem, aliamve fœminam *publicè impudicè* tangeret non committeret sacrilegium? Non deberet exprimi id factum esse in loco sacro? An hęc sint paradoxa communi sensui repugnantia, aliorum esto judicium.

XI. QUÆST. IV. *Quid indicant circumstantiæ* quibus auxiliis, & cur? RESP. Circumstantia *quibus auxiliis* significat consilia, suasiones, media quibus aliquis utitur ad pecandum. *Cur* finem prodit propter quem quis peccat, ut si quis furatur adiutę randi causa peccatum ex se veniale evaderet lethale potest propter finem mortaliter pravum, sicut cum quis mentitur, ut fœminam inducat ad fornicandum.

XI. Circumstantia *quomodo* includit culpæ durationem, contemptum, consuetudinem. Occidisti hominem. *Quomodo?* Proditorie. Sevisti in cadaver? Quanto tempore animum habuisti occidendi? Circumstantia *quando* indicat tempus quo peccatum patratum est. Etiam super his duabus circumstantiis non paucas quæstiones disputant aliqui; sed illas ut minoris momenti missas facio.

CAPUT VI.

An peccata dubia confitenda sint?

I. TRIPLICITER dubitare potes. 1. Dubitas an peccaveris mortaliter in hac aut illa materia alloquin mortali. 2. Scis te peccasse, sed dubitas an peccatum sit mortale, vel veniale. 3. Scis certò te pecasse mortaliter, sed dubitas an confessus fueris.

II. Dubium, ut docet S. Thomas *quæst. 24. de Verit.* est quando intellectus inter rationes quę utrinque æqualiter occurrunt tum ad affirmandum tum ad negandum, anceps, & suspensus hæret neutri parti assentiens. Aliqui excogitarunt dubium *negativum*, quando ex neutra parte occurrunt rationes dubitandi; sed hæc est mera *nescientia*,

tentiam noſtram eſſe abſolutè probabiliorem. Sed quid indè? Beneficio enim Probabiliſmi ſat ipſi eſt ut contraria ſit probabilis. Doctrinas certiſsimas Eccleſiæ, larva induunt Probabiliſmi, & ſic ambiguas reddunt veritates, quę olim extra controverſiam regnabant. Quo res chriſtianæ tendant, niſi eliminetur hic opinandi modus, judicent chriſtiani lectores. Sophiſmata, quę obtrudi ſolent, cum omnia nitantur Probabiliſſimo jam à me convulſo, prætereo. Conſule *tom. 9. diſſ. 4. c. 7.*

CAPUT VII.

De cauſis excuſantibus ab integritate materiali confeſſionis. De moribundo ſenſibus deſtituto, & de iterandis confeſſionibus. Laxæ opiniones refelluntur.

I. QUÆST. I. *Quænam ſint cauſæ excuſantes ab integritate materiali confeſſionis?* RESP. Sequentes. 1. Impotentia phyſica, vi cujus excuſantur primò qui ignorantia invincibili laborant. 2. muti. 3. qui inter confitendum delinquium patiuntur. 4. ignorantes idioma Confeſſarii, ſi deſint alii miniſtri. 5. qui imminente bello, incendio, naufragio, tempore deſtituuntur integrè confitendi. 6. quoties eſt grave periculum in mora, puta in naufragio. Hoc in caſu ſi plures ſint pœnitentes, dicat Sacerdos: *Ego abſolvo vos*, &c.

II. Impotentia moralis etiam excuſat ab integritate materiali, primò quandò Sacerdos abſque fractione ſigilli nequit pandere aliquod peccatum. 2. infirmus morbo contagioſo infectus, cujus confeſsio nec à longè audiri valet. 3. quando ex integra confeſsione infirmus graviter opprimeretur. 4. quandò ex integra manifeſtatione peccatorum graviſsimum immineret Confeſſario, vel pœnitenti detrimentum.

III. QUÆST. II. *Quid dicendum ſit de opinione aſſerente frequentiam magnam pœnitentium ratione ſolemnitatis excuſare ab integritate materiali?* RESP. Hæc *tract. 6. n. 479.* docet P. Georgius Gobat. „ Negat P. Coninch *lib. 6. n. 98.* eſſe probabilem „ opinionem arbitrantium, quandò adeſt tanta „ multitudo confiteri volentium pro aliquo celebri feſto, ut Sacerdos nequeat omnibus ſatisfacere audiendo omnes *integrè*, poſſe ſingulis dicere ut aperiant *ſolùm graviora* è mortalibus, „ reliqua differant in aliud tempus. Cenſeo ego „ ſalvo meliori judicio, eam opinionem poſſe probabiliter ſuſtineri, caſu quo multi, è longinquò „ advenîſſent obtinendę alicujus *grandis* indulgentię, confeſsionem, & communionem requirentis, „ cauſa. “

IV. Hanc opinionem damnavit Innoc. XI. in hac 59. theſi: *Licet ſacramentaliter abſolvere diminutè tantum confeſſos ratione magni concurſus pœnitentium, qualis v. g. poteſt contingere in die magnæ alicujus ſolemnitatis, aut indulgentiæ.*

V. Pœnitens habens caſus reſervatos, & impeditus adire ſuperiorem, non excuſatur ab integritate materiali, ita ut abſolvi poſsit à Sacerdote inferiore à cæteris peccatis cum onere poſteà adeundi Superiorem. Neque poteſt Superiori manifeſtare ſola reſervata, & ab iiſdem abſolvi, & cętera peccata confiteri Sacerdoti inferiori. Oppoſitam opinionem communiter auctores improbant.

VI. QUÆST. III. *Utrum perſona complicis manifeſtanda ſit in confeſſione?* RESP. Numquam ſine neceſsitate. Quarè quandò circumſtantia complicis manifeſtanda eſt, inquirere debet pœnitens dum poteſt, Confeſſarium cui ignota ſit perſona complicis. Si talem invenire Confeſſarium nequeat, manifeſtare complicem debet. Hæc ſemper fuit Eccleſiæ diſciplina, ut Morinus *lib. 2. cap. 12. & ſeq.* patefacit. Ceſsit enim complex peccando juri ſuo. Ita docet S. Thom. *1. 2. quæſt. 73. art. 2.* Prætereà pœnitens, vel propter ſuam, vel propter complicis utilitatem poteſt ipſum complicem manifeſtare Confeſſario.

VII. QUÆST. IV. *Abſolvi ne poteſt moribundus ſenſibus deſtitutus, quando petiit confeſſionem ante adventum Sacerdotis?* RESP. Adfirmant communiter omnes. Etiamſi non expreſsè petiit, ſi tamen pectus tundat, vel ſigna det confeſsionis, abſolvendus eſt.

VIII. QUÆST. V. *An moribundus ſenſibus repentè deſtitutus, qui nec petiit, nec ſigna dedit confeſsionis, ſi tamen pię, & chriſtianè vixit, ſit abſolvendus?* RESP. Adfirmant plures, & graves Theologi, & Joannes Morinus præ cæteris hanc ſententiam affirmantem illuſtravit *lib. 10. cap. 10.* Negant contra alii plures. Utriuſque ſententiæ argumenta dedi *tom. 9. diſſ. 4. cap. 10.*

IX. Paucis nunc rem perſtringo. Sententia negans mihi probabilior videtur: quoniam Chriſtus inſtituit hoc ſacramentum per modum judicii ſenſibilis, & humani. Quandò Deus vult alicujus ſalutem, vult eadem voluntate, & media quæ ille ipſe præſcribit. Ergo quum vult alicujus ſalutem, tempus illi concedit quo ſigna talia perhibeat, ut abſolvi jure queat. Sacramenti materia ſunt actus pœnitentis. Si hi deſint, deficit materia. Et quemadmodum deficiente aqua nequit Baptiſmus adminiſtrari, ita ſublatis actibus pœnitentis nequit perfici ſacramentum Pœnitentiæ. S. Auguſtin. in teſtimoniis quæ producuntur pro ſententia adfirmante, loquitur de catechumeno, vel de pœnitente moribundo, qui reipſa ſit in ſtatu pœnitentiæ, qui ſine voce, operibus abſolutionem petierint.

X. QUÆST. VI. *Quid dicendum de opinione P. Gormaz?* RESP. Probabilem judico opinionem illorum qui defendunt, Chriſtianos ſenſibus deſtitutos, de quorum optima vita conſtat, abſolvendos eſſe. Sed ultra pergit P. Joannes Baptiſta *Gormaz*, qui *diſp. 5. ſect. 2. §. 2. pag. 775. & ſeq.* hæc docet. „ Fit ſexto, etiam eſſe abſol„ vendum eum de quo non conſtat an vitæ diſ„ crimen pręviderit, *ſive benè, ſive malè vixerit*, „ & invenitur ſenſibus deſtitutus, & morti „ proximus .... Quapropter etſi fortè quis „ ACTUALITER PECCANDO ſubitò deſti„ tuatur ſenſibus, REGULARITER *ſine abſolu„ tione dimittendus non eſt*, cum rariſsimè con„ tingat ut morti vicinus non velit ſaluti ſuę con„ ſulere *ſaltem per attritionem*, qua non conſtat in-

„ internè carere, quamvis externè ſit ſenſibus pri„ vatus: per conditionem enim evitatur injuſtia „ ſacramenti, &c. . . . Sic Bonagratia ſu„ pra citatus. *Vide Gobat tract. 7. num. 597. uſque* „ *ad 625.* “

XI. Scelerati ergo, & flagitioſi Chriſtiani *actualiter peccando*, actualiter in duello, in fornicatione, in adulterio, in blaſphemia ſenſibus deſtituti, & laſſati in via iniquitatis abſolvendi & quidem *regulariter* ſunt? Peccator *actualiter* fornicans conſulere ſaluti ſuæ vult *ſaltem per attritionem*? Sed vel laxiores Caſuiſtæ docent, urgere contritionis præceptum in articulo mortis. Prętereà *attritio* nonne eſt donum Dei ſupernaturale? Et hoc donum Deus dabit peccatori *actualiter* adulterandi? Si Deus permiſit illum in peccatum labi, quomodò præſumi poteſt eodem momento, & quidem *regulariter* Deum velle eidem tale donum impertiri?

XII. QUÆST. VII. *Quid dicendum de opinione P. Gobat, qua eludit ſuę Societatis decretum prohibens abſolutionem moribundi deſtituti ſenſibus?* RESP. P. Gormaz citat P. Gobat, & P. Gobat citat *tract. 7. num. 602.* decretum ſuæ inclytæ Societatis his verbis “ Sexto merito inhibuere „ recentiſsimè Superiores Societatis noſtræ ſuis „ ne impoſterum doceant hanc propoſitionem: „ *Moribundus, cui ſuſtum ſignum det, aut dederit contritionis, adeò ut Sacerdos, nec ſciat, nec* „ *prudenter putare poſſit præceſſiſſe ſenſibilem ali„ quam confeſsionem, abſolvi poteſt.* “ Duo excogitabit P. Gobat, ut hoc prudens decretum eluderet. En illius verba *loc. cit. n. 604.* “ Porrò circa ordinationem illam noſtri Ordinis „ de qua *n. prędedente* diſſeruimus, notanda ſunt „ duo. Primum quod loquatur de caſu quo non „ poteſt prudenter præſumi, quod dederit ſig„ num. . . . *Alterum quod ord natio expreſsè ſo„ lùm probibeat ne illa ſententia DOCEATUR, non* „ *autem exerceſit ne PRACTICETUR.* “ Vin pulchriora? Quid? Si vel ipſius Societatis decreta lepidis eluduntur commentis, quam ſpectare obedientiam decreta extranea valent? Alto prætereo ſilentio conſectaria quæ hinc ſponte ſua proficiſcuntur. An dicent, textum P. Gobat minus ſinceræ eſſe productum. Oro omnes ut legant in fonte, & Gobat, & Gormaz, & Lacroix, & Viva, & omnes quos in hoc opere cito.

XIII. QUÆST. VIII. *Daturne confeſſio valida, & informis?* RESP. Sacramentum validum & informe illud vocant, quod omnes habet partes eſſentiales ad valorem, ſed propter ſubjecti indiſpoſitionem non confert gratiæ effectum. Plures Theologi defendunt dari confeſsionem *validam, & informem*, plurimi negant. Quæſtio eſt merè ſpeculativa.

XIV. QUÆST. IX. *Quo in caſu iteranda confeſsio eſt?* RESP. Plurimis in caſibus 1. ſi defuit dolor ſufficiens. 2. ſi pœnitens ſcienter reticeat aliquod peccatum. 3. ſi negligentia mortaliter culpabili omiſſum ſit aliquod mortale. 4. ſi quis confiteatur ob finem pravum. 5. ſi graviter quis mentitus in confeſsione fuerit. 6. ſi conſcius excommunicationis, ſive majoris, ſive minoris eandem occulter. 7. Qui Confeſſarios ſemidoctos, aut nimium benignos ſolicitè quæritant, ut à peccatis in quæ frequenter relabuntur abſolutionem obtineant, communiter ſacrilegas efficiunt confeſsiones. Si Confeſſarius ex confeſsionum, & communionum frequentia non videt morum reformationem, nec flagitiorum emendationem, ſed eadem præter propter patrati crimina, non ambigat, ſed judicet confeſsiones eſſe ſacrilegas.

CAPUT VIII.

De ſatisfactione tertia pœnitentiæ ſacramenti parte integrali.

I. QUÆST. I. *Quid ſit ſatisfactio ſacramentalis?* RESP. Eſt pœnæ acceptatio, & voluntaria perpeſsio à Confeſſario injuncta ad reintegrandam amicitiam cum Deo per peccatum læſam, & ad compenſandam injuriam ipſi irrogatam. Hæc ſatisfactio nomen pœnæ habet, à quo pœnitentia nuncupatur. Jejunia, eleemoſynæ, preces, vigiliæ, diſciplinæ pœnæ ſunt, quia contrariæ corpori. Brevis oratio vix pœnæ nomen obtinet. Quarè meminerint Confeſſarii, ſatisfactionem pœnam eſſe. Dicitur *voluntaria acceptatio*, &c. quia invita, & coacta non eſſet Deo accepta. *A Confeſſario injuncta*: per hanc particulam ſatisfactio ſacramentalis diſtinguitur à pœnitentiis quę ſponte ſuſcipiuntur.

II. Satisfactio hæc neceſsariò adhibenda Deo in delictorum vindictam eſt, ut omnes Catholici docent contra Novatores. Obvia ſunt Scripturarum teſtimonia. *Convertimini ad me in toto corde veſtro, in jejunio, fletu, & planctu.* Joel. cap. 2. Matth. 3. *Facite fructus dignos pœnitentiæ.*

III. QUÆST. II. *Quæ ſunt opera quibus ſatisfacere homo poteſt Deo pro peccatis?* RESP. Tria, oratio, jejunium, eleemoſyna. Ad hæc tria revocantur cætera. Oratio includit omnia quæ cultum divinum ſpectant. Jejunia omnes corporis caſtigationes, cilicia, humicubationes, diſciplinas, vigilias comprendit. Eleemoſyna avaritiam, cupiditatem, & oculorum concupiſcentiam coercet. Ad hæc tria opera revocantur quoque flagella, calamitates quæ à Deo nobis infliguntur.

IV. Executio ſatisfactionis non eſt neceſsaria ad ſacramenti eſſentiam, quod ipſam ſatisfactionem præcedit. Idcircò dicitur pars integralis. Diſputant Theologi in utramque partem num ſatisfactio facta in peccato mortali ſit valida. Sed utraque ſententia facilè conciliatur, ſi diſtinguamus ſatisfactionem meritoriam à præcepto implendi ſatisfactionem. Pœnitentes qui in ſtatu peccati mortalis implent præceptum ſatisfactionis, non tenentur rurſus eadem opera ſatisfactoria peragere, ut præceptum impleant. Hæc verò ſatisfactio non eſt meritoria, utpotè facta in peccato mortali.

V. Satisfactio altera medicinalis ad infirmi-

seu ignorantia. Primum itaque est verum, & propelum dubium quod *positivum* vocatur, de quo disputandum est.

III. QUÆST. I. *Quid dicendum de opinione docente non teneri ad confitenda peccata certò commissa si dubitas an confessus illa fuerit?* RESP. P. Dominicus Viva *in curs. q. 2. a. 2. n. 3.* hanc proponit quæstionem. " An qui CERTUS est *de peccato mortali commisso*, dubitat tamen positivè, „ an illud confessus fuerit, ita ut habeat rationem „ *probabilem*, quod confessus fuerit, & probabiles „ etiam IMMO PROBABILIORES RATIONES „ quod NON fuerit confessus, teneatur illud confiteri? Respondeo pariter NEGATIVE cum „ *communi DOCTORUM, quos citat Martinus Perez* „ *contra Cenink apud Diznam.*

IV. Quenam est hæc DOCTORUM communitas? Quid quæris? Vide apud *Diznam.* Lubet ipsorum *Probabilistarum* testimonio opinionem P. Viva refellere. Salmanticenses scholastici *tom. 2. tr. 2. cr. 24. dub. 6. §. 1. n. 178. pag. 173.* hæc scribunt. " Censemus eum qui *certò* scit se alio„ quod mortale commisisse, & dubitat an illud „ confessus fuerit, obligari ad ejus confessionem. „ Ita Navar. Suarez, Sanchez, & alii *communi*„*ter* . . . Unde vel ipse *Caramuel*, qui in his re„bus *censetur aliis laxior*, aut liberior, *cum fa*„*teatur quosdam JESUITAS Viennæ defendisse tertium* „ *hunc COMMUNI doctrinæ contrarium*, & Cara„muelem *pro se allegasse*, tenuit palam, se excu„savit, atque asseruit, se aliter philosophari de „ dubio, aliter de peccato *certò* commisso, & *du*„*bia confitenda.*"

V. En novum, & quidem luculentum *Probabilistæ* argumentum. Duplicitèr imponit lectoribus P. Viva dum ait suam doctrinam *Communiter Doctores* defendere. Quoniam etiamsi omnes Probabilistæ illam defenderent, hi non constant *Communitatem Doctorum*. Secundò quia vel ipsi liberiores Casuistæ, qui immeritò *Doctores* appellantur, doctrinam P. Viva improbant. Si hæc doctrina è publico suggestu prædicaretur, Christiani commoverentur, & scandalum paterentur, ut mihi videtur.

VI. Quid? Certo scis te venenum mortiferum bibisse, dubitas verò num antidotum applicaveris, & antidotum adhibere recusas? Nunquid certo debito satisfit dubia solutione? De fide est peccatum certum subsiciendum esse confessioni. Sed per dubium confessionem non satisfit huic certissimo debito. Ergo confiteri illud astringeris.

VII. Sophismata ex Probabilismi fodina cruta quæ P. Viva adducit, vana sunt. Probabilismi usus damnatus est in foro civili ab Innoc. XI. *Probabilitas existimat judicem posse judicare juxta opinionem minus probabilem.* Ergo longè severiùs improbatus est in foro sacro. Quid quod P. Viva defendit te dubitantem non astringi ad confessionem etiamsi *habeas rationes probabiliores te non fuisse confessum?* Doctrinam P. Viva docet etiam *P. Lacroix lib. 6. p. 2. n. 602.* & pro eadem citat *Gobat Sua, Busco*, & alios similes Doctores.

VIII. QUÆST. II. *Utrum qui dubitat an peccatum quodam commiserit, teneatur illud confiteri?* RESP. P. Dominicus Viva *loc. cit. n. 2.* hanc quæstionem proponit. *Utrum qui positivè dubitat, an peccatum commiserit, ita ut rationes probabiles habeat quod non peccaverit, quamvis æquè probabiles, immò fortè PROBABILIORES habeat rationes quod peccaverit, teneatur peccatum illud confiteri?* Hanc præbet responsionem. *Respondeo cum communi Doctorum NEGATIVE.*

IX. Soli ne Probabilistæ constant *Doctorum* Communitatem? Certum est inclytæ nationis Gallicæ, Dominicanæ, Augustinianæ Religionis celebriores Theologos, Doctiores Jesuitas, ut cujuscumque Instituti doctissimos viros, acriter improbare prefatam doctrinam P. Viva. An isti Doctores non sunt? Soli ne in Ecclesia catholica Probabilistæ Doctores? Quo ergo ausu scribit P. Viva *cum communi Doctorum.* Quinam hi Doctores quos citat P. Viva? Sunt ne Sanchez, Alcocer, Bizozer, Burgaber, Sporer, Stoz, Kazemberger, Leander, Escobar, Caramuel, Gormaz, Busembaum, Lacroix, Lacruz, Veracruz, Zanardi, aliique similes? Tot Parochi, tot Confessarii minus periti, dum in P. Viva, aliove Probabilista legunt, *Ita communiter Doctores docent*, bona fide credunt communiter *Doctores* Ecclesiæ id docere, atque adeo laxas opiniones clausis oculis adoptant, & ad executionem reducunt. Heinc sequitur Probabilistas plerumque citare. Num hoc sit decipere imperitos Confessarios, num hæc scribendi ratio redoleat sinceritatem, humilitatem, & prudentem scribendi formam, judicent sapientes. Falsa est descripta Doctrina.

X. QUÆST. III. *An peccatum mortale dubium debeamus confiteri ut dubium?* RESP. Affirmant omnes communiter antiqui Theologi, præsertim S. Thomas *in 4. distinct. 21. a. 3. ad. 3.* Salmanticenses tam scholastici, quàm morales testantur hanc esse communem sententiam omnium Theologorum etiam Probabilistarum.

XI. Quamquàm Probabilistæ ipsi, ut ajunt Salmanticenses, defendant communem Ecclesiæ doctrinam, istorum tamen plures illam ficis Probabilismi implicant. Distinguunt dubium duplex. Quando intellectus anceps omnino est, quia ob æqualia rationum pondera in alterutram partem declinare nequit, dicunt intellectum dubitare & hoc dubium appellant NEGATIVUM. Et communiter affirmant omnes Probabilistæ, Christianum sic dubitantem se peccasse moraliter, teneri ad confessionem. Quando verò intellectus habet pro una parte rationes probabiliores quæ ostendunt se peccasse, & pro alia parte rationes probabiles evincentes se non peccasse, tunc, inquiunt dubium est *positivum*, quod vi Probabilismi reflexi deponi juxta illos potest, & cessat obligatio confessionis.

XII. Hactenus refutavi doctrinam P. Viva, & aliorum exsultantium Christianos *positivè* dubitantes à debito confessionis, & indicavi futilem esse hanc distinctionem, & vanum commentum dubii *positivi*, & *negativi*. Verùm ut luculentiùs spectes quo *Probabilismus* in dies suam ampliicet jurisdictionem, lubet referibere quæ contra communem

Ecclesiæ doctrinam juniores plures Probabilistæ docent de dubio *negativo.*

XIII. P. Dominicus Viva *q. 2. art. 2. n. 6.* hæc de obligatione confitendi peccata *negativè* dubia scribit. „ Respondeo, ferè *communissimam* anti„quorum Doctorum sententiam fuisse, quod te„neatur homo peccata *negativè* dubia clavibus „ subjicere, & Thomas Sanchez id omninò cer„tum reputat . . . Hac de causa P. Matthæus Mo„ya nostræ Societatis, qui fuit à confessionibus „ Mariæ Annæ Hispaniarum Reginæ in selectis „ quæstionibus de Sacramento Pœnitentiæ, post„quam asseruit opinionem se contrariam per tri„ginta annos etiam in scholis docuisse, *dist. 1. q. 3.* hæc habet: *Nihilominus re maturiùs considera*„*ta standum censeo pro contraria, & communi sen*„*tentia asserente obligationem peccati dubii, ad quod* „ *hoc uno efficaci argumento ducor: quia Sacramen*„*tum Pœnitentiæ institui potuit cum hac obligatione.* „ *Quod autem instituerit fuadet communis Catholico*„*rum sensus, & traditio à tempore Apostolorum us*„*que ad nostra continuata tempora, ratione cujus ve*„*lut INCONCUSSUM DOGMA præceptum confiten*„*di peccata dubia æquè ac certa non tam probantur,* „ *quàm supposuerunt Doctores. Ut enim ait Augusti*„*nus l. 4. cont. Donat. quod universa tenet Ecclesia,* „ &c. Hactenus P. Moya. His adde Leandrum, „ ac Tamburinum ipsum, quamvis patronos in „ benigniores opiniones. "

XIV. Confiteur ergo sponte vel ipse P. Viva communissimam esse doctrinam obligantem „ Christianos ad confitenda peccata *negativè* dubia. „ Hæc verò subjungit. „ His tamen non obstan„tibus puto *probabilem* esse ac tutam opinionem „ contrariam asserentem, *peccata dubia negativè* „ non esse materiam necessariam Sacramenti Pœ„nitentiæ, quam sequuntur plurimi auctores „ apud Mendo, & Dianam, & alios . . . quos us„que ad viginti duos numerat Caramuel . . . . . „ Quibus adde Leisium, Sa, Layman, Præpos„ Amicum, Leand. Haunoldum, nec non Ferran„dinum de scandalo q. 77. ubi citat revisores So„cietatis Jesu sentientes, posse NUNC in scholis „ nostris hanc sententiam permitti, quam apertè, „ & exprofesso cont. Marchant, Josepin de Ja„nuario, Martinonius, & alii multi scriptores „ judicant probabilem, *quamvis OLIM secundùm* „ *nostras regulas permitti non poterat*; cum vix re„periretur unus scriptor qui illam apertè tuere„tur, ut iidem apud Tamburinum testantur, „ NUNC TAMEN, ut notat Diana, IN DIES „ MAGIS RADICES AGIT. "

XV. Securis ad has beneficas radices, quæ infiere communem Ecclesiæ doctrinam pertentant, adjicienda est, ne, ut vaticinatur Diana, in dies magis crescant. Olim inclyta Societate Jesu vetitum erat laxam opinionem doceri in scholis, nunc publicis typpis à P. Viva euditur, ut in dies magis radices agat? Si ego talia scriberem, clamarent adversarii, me Jesuitis detrahere, imponere, calumniari. Et sanè quæ P. Viva scribit de sua Societate, nunc annuente defendi sententiam contra communem Ecclesiæ doctrinam, quam olim vetaverat, ego publicare non auderem; nec illa rescripsissem, nisi necessitas dedocendi imperitos urgeret. Fatetur P. Viva doctrinam esse ferè omnium antiquorum, quæ docet obligationem confitendi peccata dubia negativè. Fatetur, ipsos Probabilistas benigniores, Sanchez, Leandrum, Tamburinum, defendere illam ut certam. Quid plura? Vel ipse P. Matthæus Moya in suo opere damnato ob coacervationem opinionum laxarum ait, quod hanc doctrinam suadet *communior Catholicorum sensus, & traditio à tempore Apostolorum usque ad nostra continuata tempora, ratione cujus velut INCONCUSSUM DOGMA præceptum* confitendi peccata dubia *æquè ac certa non tàm probantur, quàm supposuerunt Doctores.* Hoc idem testantur omnes ferè Theologi, & ipsi Probabilistæ, immò ipse P. Viva.

XVI. Et contra Apostolorum traditionem, contra totius sacræ antiquitatis doctrinam, contra communem omnium Theologorum, & doctiorem ferè omnium Probabilistarum sententiam, & contra ipsius Societatis diù firmatas regulas audet P. Dominicus Viva proponere christiano populo tanquam *probabilem*, immò tamquam *tutam*, saltam, improbabilem, &, ut mitissimè loquar, laxitatis plenam opinionem? Hanc invexere Caramuel, Fetentinus, Martinonius, Verde, Junarius, laxioris Echices patroni. Eam detestantur communiter Theologi omnes, & perillustris Societas nec in scholis olim dictari illam permisit. Sed nunc, inquit P. Viva, *in dies magis radices agit.* In quo solo, in quibus scholis, quibus agricolis, & cultoribus *radices* hæc laxa opinio *agit in dies?*

XVII. Falsò pro hac opinione citat P. Viva S. Antoninum, Tabienam, & Palludanum, quos apud Dianam de morte, & apud Mendo legit. An verè citet Laymannum, & Lessium, cæteri videant. Laymannum ab hac laxitate vindicant Salmanticenses *loc. cit. num. 195.* Sed P. Viva patronos multiplicare studet, ut latiùs serpant radices suæ opinionis.

XVIII. P. Claudius Lacroix *lib. 6. p. 2. n. 598.* more suo colligit omnes opiniones veras, & falsas super hac controversia, & pro opinione negante debitum confitendi peccata *negativè* dubia contra communem Ecclesiæ doctrinam allegat, quos? *Totdtf, Stoz, Caramuel, Commarch.* Deindè *n. 609.* sic concludit. „ Sententia affirmans obli„gationem confitendi mortalia *negativè* dubia est, „ spectata auctoritate, probabilior, uti patet ex „ dictis *n. 607.* Spectatis tamen præcisè rationibus „ intrinsecis, *negans videtur probabilior, ut pate*„*bit comparanti rationes intrinsecas allatas n. 607.* „ & *608.* "

XIX. Papæ! Intende animum. *Totdtf, Stoz, Commarch. Caram.* rationes validiores, robustiores, luculentiores excogitarunt pro negando debito confitendi peccata *negativè* dubia, quam sapientiores Theologi Jesuitæ duorum sæculorum, qui hanc doctrinam in scholis vetarunt. Altiùs Totdtf, & Stoz cum paucis aliis rem penetrarunt quam SS. Ecclesiæ Doctores, quam S. Thomas, quam Patres *Catechismi Tridentini*, quam cæteri omnes Theologi tùm antiprobabilistæ, tùm probabilistæ? Fatetur utique P. Lacroix *n. 610.* sen-

tates animæ curandas destinata, & hanc unus pro altero exequi nequit; altera pœnalis, qua solvitur pœna peccato debita; & hoc in sensu unus pro altero satisfacere potest, ut docent Catholici omnes, excepta quæ in sacramento injungitur facienda ipsi pœnitenti.

VI. QUÆST. III. *Qui sunt satisfactionis effectus?* RESP. Plures. 1. Peccatorum reliquias satisfactio convellit. 2. appetitiones, & concupiscentiam cohibet. 3. sinceræ conversionis argumentum perhibet, quando re ipsa vera est. 4. iram Dei avertit. 5. pœnitentes similes Christo capiti quodammodo reddit. 6. Ecclesiæ læsæ jura redintegrat. 7. solvit debitum pro reatu temporali, qui post remissam culpam remanet.

VII. QUÆST. IV. *Quænam fuit antiqua Ecclesiæ disciplina in satisfactionibus imponendis?* RESP. Plura dicenda forent, quæ præstituta brevitas prohibet. Sub initium Ecclesiæ severissima peragebatur pœnitentia, nullo præstituto modo, aut mensura. Occasione Novatiani schismatis quatuor instituti fuere pœnitentium status 1. *Flentium*, qui sacco, & lugubri veste induti ante Ecclesiæ fores fidelibus ingredientibus, flagitiis patefactis, se illorum precibus commendabant. 2. *Audientium*, qui in vestibulo Ecclesiæ lectiones sacræ Scripturæ, & Sacerdotum sermones audiebant. 3. *Subjtratorum*, qui intra templi ambitum ad ambonem usque recipiebantur. In hac statione pro Episcopi arbitrio manebant, & lectione Scripturarum, lacrymis, jejuniis, & precationibus delicta expiantes absolutionem accipiebant. 4. *Consistentium*, qui in Ecclesia consistebant omnium orationum participes.

VIII. Hæc pœnitentiæ disciplina viguit in Ecclesia Latina usque ad sæculum vii. Hoc circiter tempore prodiere contra antiquorum canonum severitatem nonnulli *libelli Pœnitentiales*, qui *fuco benignitatis* temperare ausi fuere antiquos pœnitentiales canones. Concilium Cabilonense II. hos *libri os* abrogavit: *quorum*, inquit, *certi sunt errores, incerti auctores*.

IX. Omnes antiquorum canonum scientiam Confessariis inculcant, ut advertit BENEDICTUS XIV. *lib. 7. de Synod. cap. 12.* ut hinc colligant, qua ratione temperare, augere, diminuere pœnitentias imponendas queant. Quamvis enim exteriores pœnæ diminutæ sint, spiritus tamen pœnitentiæ immutabilis, idemque semper perseverat in Ecclesia. Si mitior nunc exterior pœnitentia pro gravissimis flagitiis imponitur, fervor internus spiritus supplere debet.

X. S. Carolus Borromæus antiquos canones pœnitentiales simul collegit, atque per decem Decalogi præcepta distribuit: quam collectionem integram dedi *tom. 9. diss. 5.* ad Confessariorum commodum.

XI. Pœnitentiæ spiritus idem semper in Ecclesia perseverat, immutabilis, ut dixi. Exterior pœnitentiæ disciplina mitissima viget ætate nostra. Singuli pro ingenio illam diminuunt, quum canones istius immutabiles nunc non obtineant. Regulam tamen præscripsit Tridentinum, quam mox dabo.

XII. Sed quod altiùs commovere, & conterere animum nostrum debet, est quod non modò exterior pœnarum disciplina immutata sit, verùm ipsæ pœnitentiæ spiritus interior penès maximam Christianorum partem penitùs ferè sit extinctus. Quum severior pœnitentia exterior vigebat, ardebat in cordibus Christi charitas, fervebat vera contritio. Temperata, & quasi obsoleta antiqua disciplina externa, successit *attritio servilis* concepta ob pœnarum, non æternarum modò, verùm etiam juxta nonnullos Casuistas temporalium timorem. Successit propositum inconstans, & implicitum. Denique præcepta charitatis, & contritionis apud quosdam benigniores Casuistas in desuetudinem abiere. Aggravasset, inquiunt Viva, Sporer, & cæteri similes, Christus jugum Christianorum, non levigasset, si una cum confessione dolorem charitate, vel inchoata formatum exigeret. Plura mihi dicenda forent, si pro dignitate exponere invectas laxitates vellem. Vos ministri Christi consulite antiquos canones, & ipsi manibus tangetis, quo res sacramentaria ætate nostra deducta sit.

XIII. MONITUM ad Confessarios. Recogitate ministri Christi, ætate nostra superbiam, concupiscentiam, luxuriam, avaritiam, luxum, fastum, ambitionem, mollitiem impudentiùs grassari ac primis Ecclesiæ sæculis. Non minorem nunc adulterium, fornicatio, perjurium, &c. injuriam Deo inferunt ac olim. Ergo eadem solutio. Solvent, inquiunt aliqui, in Purgatorio. Esto. At pœnitentiæ ut medicinales curantes morbos, & coercentes concupiscentiam, & cæteras effrenatas appetitiones, nisi validæ sint, & severæ, ægrotos non sanant. At numquid inventa est nova medicina blandior incognita hactenùs Ecclesiæ, qua deprimatur superbia, crucifigatur suaviter caro, & benignè coerceatur concupiscentia? Expergiscimini ministri Dei, & Christi evangelium instituite rationes vestras.

CAPUT IX.

De qualitate, quantitate, & tempore satisfactionis injungendæ pœnitentibus.

I. QUÆST. I. *Quotuplex sit satisfactionis genus?* RESP. Duplex, ut ex dictis constat, & Concilium Tridentinum declarat. Altera satisfactio vocatur *medicinalis*, curandis morbis animæ apta; altera *vindicans* dicitur, quæ pro patratis delictis castigationem imponit.

II. QUÆST. II. *Quid præscripsit Tridentinum circa quantitatem pœnitentiæ injungendæ?* RESPOND. Concilium Tridentinum *sess. 14. can. 8.* hanc præscripsit regulam, quæ Confessariorum animis altiùs impressa sit oportet. *Debent ergo Sacerdotes Domini, quantum spiritus, & prudentia suggesserit pro qualitate criminum, & pœnitentium facultate salutares, & convenientes satisfactiones injungere; ne si forte peccatis connivent, & indulgentius cum pœnitentibus agant, levissima quædam opera pro gravissimis delictis injungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Habeant autem pro oculis ut satisfactio quam imponunt, non sit tantum ad novæ vitæ custodiam, & infirmitatis medicamentum, sed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam, & castigationem.*

III. QUÆST. III. *In pœnitentiis injungendis refrixere ne Confessarii debent ad antiquos canones?* RESP. Affirmat Catechismus Concilii Tridentini *part. 2. c. 5. §. 79.* his verbis. *In irrogenda autem satisfactionis pœna Sacerdotes nihil suo arbitratu statuendum esse, sed omnia justitia, prudentia, & pietate dirigenda existimabunt. Atque ut hæc regula peccata metiri videantur, & pœnitentes suorum scelerum gravitatem magis agnoscant, opera pretium erit, eis interdum significare, quæ pœnæ quibusdam delictis ex veterum canonum præscripto, qui pœnitentiales vocantur, constitutæ sunt. Igitur universæ satisfactionis modum culpæ ratio temperabit.*

IV. Hoc Concilium, hunc Catechismum diurna, nocturnaque manu revolvere, & serio animo meditari post Scripturas sanctas debent sacramentorum ministri. Referibenda hic esset doctrina S. Caroli Borromæi, & plurimorum Episcoporum hac de re. Sed consule *tom. 9. diss. 5. c. 7.*

V. QUÆST. IV. *Quid dicendum de quorumdam praxi imponentium levem pro gravibus delictis satisfactionem?* RESP. P. Claudius Lacroix *lib. 6. part. 2. num. 1255. §. 5.* hæc scribit. „ *Rigoristæ aiunt* causam relaxandi disciplinam „ quod pœnitentias esse refrigescentem charita„ tem fidelium. Sed *contra est*, nam potius inter „ causas fuit. 1. ne confessio ab hæreticis impug„ nata velut impossibilis, per duras pœnitentias „ magis redderetur odiosa. 2. quia successu tem„ poris plures fuere Sacerdotes, apud quos fre„ quentarentur confessiones ad emendationem „ utilissimæ, & qui in hoc foro interno aliter „ mederentur peccatis *per medicinas benigniores*. 3. *quia animadvertum est, benignas pœnitentias* plus prodesse quam rigidas, quod „ per benignas magis *allicerentur* fideles ad sa„ cramentum pœnitentiæ, & Eucharistiæ. 4. quia „ occasione belli sacri contra Turcas *indultus est* „ *usus indulgentiarum* . . . . qui est modus satisfa„ ciendi pro peccatis *utilior*, & *certior quam ob„ servatio canonum pœnitentialium*. 5. Quia succ„ cessu temporis instituti sunt Ordines Religiosi, „ qui sunt status pœnitentiæ utilissimi. Vide „ Francolinum *Cler. Rom. par. 2. cap. 1.*" Fusius has rationes exaggerat P. Balthasar Francolinus *cit. lib. cap. 1. Cler. Rom.*

VI. *Rigoristæ* ne sunt Patres Synodi Tridentinæ, ejusdemque Catechismi? *Rigoristæ* ne omnes Ecclesiæ Patres? *Rigoristæ* ne sancti Evangeliæ? Rigoristarum ergo somnium est quod causa relaxandi disciplinam fuerit *refrigescens fidelium charitas*? Scilicet reponit Lacroix; sed *contra est*, inquit. Audiat ergo, & cum illo audiant omnes benigni Casuistæ PP. Catechismi Tridentini p. 2. c. 5. §. 67. *Verùm posteà tantum de veteris disciplinæ severitate remissum est, atque ita charitas refrixit, ut jam plerique ex fidelibus ad peccatorum veniam impetrandam nullum intimi animi dolorem, atque gemitum cordis, necessarium putent, sed illud satis esse arbitrentur, si speciem tantùm dolentis habeant.*

VII. Sed in examen veniant velut in transcursu rationes PP. Lacroix, & Francolini. 1. Laxata est disciplina, non quia *refrixit charitas*, sed ne confessio ab hæreticis *velut impossibilis per duras pœnitentias redderetur odiosa*. Næ ista egregia ratio? Sancti ergo Ecclesiæ Patres, qui sacros canones condiderunt adversus Novatianos clavium potestati infestos, impossibile, & odiosum reddidere sacramentum Pœnitentiæ? 2. Sacerdotes multiplicati arcanum invenere medendi animabus per *medicinas benigniores*. Hæ medicinæ benigniores latuere Patres Sanctos Ecclesiæ xiii. sæculorum. Scilicet, reponit P. Lacroix. Audi ejusdem tertiam rationem. *Quia animadversum est, benigniores pœnitentias plus prodesse quam rigidas, quod per benignas magis allicerentur fideles ad sacramentum Pœnitentiæ, & Eucharistiæ.* Fausta, & felix animadversio, quæ luculentiùs confirmat universam sacram antiquitatem calligasse in animarum regimine. Alliciuntur sanè per pœnitentias benigniores ad frequentanda sacramenta, & Ecclesias, quemadmodum alliciuntur emptores ad illas officinas frequentandas, ubi merces minori pretio venduntur. *Hæ benigniores pœnitentiæ* efficacius ne medentur morbis? Validiùs ne deprimunt superbiam, concupiscentiam? Sanctiores ne mores efficiunt? Sunt ergo ætatis nostræ Christiani sanctiores, castiores, & ferventiores Christianis trium priorum sæculorum sub disciplina Apostolorum, & SS. Patrum: quid hilcis? Ais? Totus mundus reclamat. Negas? Ergo feliciùs per severas, quam per benignas pœnitentias sanctificantur fideles. Solam arctam, & angustam viam Christus designat. At novo opinandi modo invecto blandior, & benignior via detecta est.

VIII. Ratio quarta digna est meditatione. *Quia*, inquit, *occasione belli sacri contra Turcas indultus est usus indulgentiarum, qui secundum dicenda num. 3 14. est modus satisfaciendi pro peccatis UTILIOR, ac CERTIOR quam observatio canonum pœnitentialium.* Legi ne hæc valent quin commoveatur animus? Qui attritione servili confessus est adulteria, fornicationes, blasphemias, si ingrediatur aliquod templum solemni festo, visitet altaria, oret per horæ quadrantem, ut indulgentias lucrari intendat; *securiùs, ac certiùs* Deo satisfacit quam Christiani illi qui per septem, per decem, per viginti annos, aut per totam vitam jejuniis, ciliciis disciplinis, cinere, & sacco induti Deum placare vindicem satagebant? Usus indulgentiarum est modus utilior ac certior satisfaciendi pro peccatis, quam *observatio canonum pœnitentialium*? Nolo longiùs hanc doctrinam novo opinandi modo consentaneam refellere. Sapientes judicent quam sit festiva.

IX. Ratio quinta venustior est. *Quia successu temporis instituti sunt Ordines Religiosi, qui sunt status pœnitentium utilissimi. Vide Francolinum Cler. Rom.* An sæculis quibus observatio canonum pœnitentialium florebant, innumeræ sanc-

to-

torum Monachorum, & Anachoretarum falanges non refulgebant? Sanctiores ne nunc claustrales nostri? Severior ne istorum paupertas? Severiora ne jejunia, humiliora ne ædificia? Verùm ut ut hæc se habeant, numquid pœnitentiæ, cilicia, jejunia Regularium comprimunt concupiscentiam, superbiam, ambitionem amasiorum, & amasiarum?

X. QUÆST. V. *Quid dicendum de opinione docentium, nullam aut modicam injungendam esse pœnitentiam, dum pœnitentes confitentur ad lucrandam indulgentiam?* RESP. P. Sporer hæc *part. 3. cap. 4. quæst. 1. §. 3. num. 43. pag. 237.* scribit. „ Exculatur Confessarius, ut *nullam*, vel *levissimam* pœnitentiam injungat .... Quando „ quis lucratur indulgentiam plenariam, potest „ dimitti sine ULLA ALIA MINUTA pœnitentia, quum per illam pœnitentiam satisfaciat „ debito pœnæ. Etsi autem id rarò pro certo, „ sufficit quod probabiliter creditur."

XI. Similia, & benigniora docet *Lugo*, ut ipse P. Dominicus Viva *quæst. 6. de Pœnitent. à num. 1.* testatur his verbis. „ Immò Lugo *dispu. 27. sec. 2. num. 24.* putat, eum qui lucratur indulgentiam plenariam, non obligari ad „ pœnitentiam, *etiamsi detur in medicinam*: quia „ medicus non præcipit, sed suadet remedium, „ & solus judex præcipit pœnam. Quare si non „ tenetur pœnitens ratione indulgentiæ ad pœnam, quæ præcipitur, nec tenebitur ad medicinam, quæ solum suadetur; nisi fortè aliquando ad illam obligetur jure naturali, ne faciè „ labatur."

XII. Verba de Lugo *loc. cit.* hæc sunt. „ Dicunt pœnitentiam non solum imponi ad satisfaciendum, sed etiam in medicinam, &c. .... „ Respondetur, imponi quidem frequenter ut „ medicinam. Confessarius tamen non potest „ obligare, nisi quatenus illam imponit in pœnam peccati. Sicut licèt judex debeat procurare quod pœna delinquentis sit talis ut simul sit medicina in futurum; non tamen posset imponere illam pœnam, nec verberare „ reum, si pœna fuisset à Principe condonata. „ Sic Sacerdos, qui simul est medicus, & judex, potest punire peccata imponendo pœnam pro illis, quam, quia medicus est, debet simul curare, quod sit talis ut sit etiam „ remedium, & medicina in futurum. Cæterum si pœna totaliter condonetur, non potest „ obligare ad medicinam: quia medicus ut medicus non obligat, sed consulit. Quod semper „ intelligendum de medicina non simpliciter necessaria ad vitanda mala futura."

XIII. Vim, & naturam sacrarum indulgentiarum, quæ sunt in supplementum eorum quæ infirmitas nostra reddere Deo nequit, penitus ignorant. Ratio adducta, supra quam dici potest, acuta est. Confessarius ut medicus non jubet, sed consulit; Confessarius ut judex imponit, aut remittit pœnam satisfactoriam. Verùm pœnitentias medicinales imponit ut medicus, & ut medicus consulere, non præcipere potest. Consilia autem Confessarii implere pœnitens non tenetur. Judicium lectores ferant in hanc doctrinam, quam ego falsam judico, & divinis Scripturis, ut & Concilio Tridentino, universæque Ecclesiæ traditioni adversam.

XIV. QUÆST. VI. *Quid dicendum de opinione dicentium, leves pœnitentias pro gravissimis delictis imponendas esse?* RESP. Clamant Confessarii ... Si jejunia, si humicubationes, si cilicia imponimus, fugiunt pœnitentes, & Ecclesiæ nostræ desertæ remanent. Respondet Lugo *disp. 25. de Pœnitent. sect. 5. num. 60.* his verbis. „ Primo loco attendi debet ad utilitatem „ spiritualem pœnitentis, ne scilicèt laquei ei „ fusciantur, ut nova peccata committat. Ex „ hoc potissimum capite excusari potest *hodierna praxis, quæ leves pœnitentiæ imponuntur pro gravissimis peccatis*: id enim sæpe fit propter „ spiritualem infirmitatem pœnitentium, quia „ gravioribus pœnitentiis *scandalizabuntur*, & „ *vel confessionem fugient, vel certè confessarios inceptos adibunt*, qui eos curare nesciunt." Hæc & alia de Lugo verba transcribit P. Tamburinus *lib. 4. Methods. Confess. cap. 1. n. 12.* ubi sic concludit: *Hæc pendenter de Lugo.*

XV. Imprudens immò consilium ineunt omnes illi qui Patrum Ecclesiæ, & Tridentini Concilii monita posthabentes, nimia satisfactionum sacramentalium benignitate peccatoribus blandiuntur, & peccatis horrorem detrahunt, quo fit ut facilius relabantur in crimina. Si cui animarum salus cordi est, is profectò medicinam egrotantibus propinabit depellendis morbis aptam, licet carni, & sanguini invisam; nec pœnitentium favori captando, vel multitudini sibi conciliandæ inhiabit; sed unicè Deo reconciliare peccatores adnitetur. Qui secus fecerit, thesaurizat sibi iram in die iræ.

CAPUT X.

De obligatione pœnitentium acceptandi satisfactionem impositam à Confessario pro peccatis mortiferis.

I. QUÆST. I. *Teneturne sub mortali pœnitentes acceptare pœnitentiam impositam à Confessario?* RESP. Salmanticenses morales *tract. 6. cap. 10. punct. 4.* ex aliis advertunt, non teneri ad eam acceptandam, quando constaret esse injustam, astringi verò illos quando non constaret de excessu. Pœnitentes ergo erunt judices mensuræ pœnitentiæ injungendæ? An litigantes tenentur acceptare sententiam judicis supremi, quando ipsi illam judicant justam, secus verò quando injustam illam existimant? Quid si pœnitentiæ essent injustæ, quin nimis leves, & blandæ? Injustitia enim ob defectum æquè ac ob excessum contingere potest. Pœnitentes callent ne sacros canones, Ecclesiæ disciplinam, ut in propria causa rectum proferre judicium queant? Quid quod plures Casuistæ, ut *Ruiz, Villalobos, Zerola* citati à Salmanticensibus negant astringi pœnitentes ad ipsam justam pœnitentiam acceptandam? Hæc opinio falsa est, & universæ Ecclesiæ traditioni contraria. Quarè communis Theologorum sententia adstrmans est, nullaque, sive extrinseca, sive intrinseca probabilitate fruitur opposita opinio. Heinc est quod pœnitentes qui pœnitentiam pro mortalibus primò confessis impositam omitterent, mortaliter peccarent, ut docet communis sententia, sive pœnitentia imposita sit gravis, sive levis. Pœna enim pro mortiferis primò confessis sua natura gravis est. Et quamvis Confessarius ob imperitiam imponeret solum Psalmum *Miserere* pro dictis culpis; qui pœnam hanc deliberatè omitteret, graviter peccaret: quia hæc pœna prout est satisfactoria, est pars integralis sacramenti, & pro letalibus imposita, licèt materialiter levis sit, formaliter tamen, ut sic loquar, gravis est.

II. Similiter pœnitentia imposita pro venialibus, aut mortalibus aliàs confessis acceptanda est à pœnitente; & si illam deliberatè omitterer, graviter peccaret, quidquid in oppositum dicant nonnulli. Quoniam licet dicta peccata non sint materia necessaria, posito tamen quod pœnitens illa subjiciat clavibus, tamquam materiam sacramenti, partes sacramenti implere debet. Satisfactio autem pars est integralis sacramenti.

III. Disputant, quo tempore implenda sit pœnitentia? Aliqui docent differri per annum posse, quando Confessarius tempus non definivit. Hæc opinio falsa est. Hoc enim in casu, cum primùm pœnitens potest, solvere debitum debet. Si Confessarius determinat tempus, diem alicujus festi, hebdomadam, mensem, &c. intra tempus præscriptum impleri pœnitentia debet, nisi impedimentum legitimum excuset.

IV. Pœnitens nequit sibi pœnitentiam impositam commutare, aut per alium implere, ut contendunt aliqui, quorum opinionem damnavit Alexander VII. num. 15. *Pœnitens propria authoritate substituere alium potest qui loco ipsius pœnitentiam adimpleat.* Confessarius quisque commutare pœnitentiam valet, audita tamen confessione peccatorum ob quæ imposita fuit. Quarè nequit hanc pœnitentiam commutare extra confessionem. Similiter non potest commutare pœnitentiam impositam à Superiore ob peccata reservata, quia sicut peccata, ità & pœnitentia illi reservata est.

V. Quid de peccatore versuto dicendum, qui ob gravem pœnitentiam adit alium Confessarium, & occultata priore confessione, iterum confitetur, ut leviorem accipiat satisfactionem? P. Lacroix hæc scribit. „ Tamen Dicastillo n. „ 119. putat non esse *improbabile* quod confitens „ eadem peccata *posit tacere, & postea peragere* „ *re pœnitentiam quam voluerit, primam, aut secundam.*" Hoc pacto peragere emptores solent. Plures officinas explorant, & ubi venditur minori pretio, ibi merces emunt. Et qui hoc pacto vendunt, habent majorem concursum, inquit S. Bernardinus Senensis. *Occurrit in confessionibus sicut in mercatura: & sicut mercatores qui dant minori pretio, habent majorem concursum*, &c. Hanc opinionem, quam ex Dicastillo proponit P. Lacroix, quin illam more suo confutet, ut falsam, & pœnitentium versutiæ non Scripturis sanctis faventem rejicio cum communi Theologorum consensu.

VI. QUÆST. II. *An pœnitentiæ ideò sint suspectæ, quia à mendicantibus injunguntur?* RESP. Hanc calumniam olim impactam fuisse mendicantibus constat ex thesi sequenti 21. damnata ab Alexand. VIII. *Parochianus potest suspicari de mendicantibus, qui de eleemosynis communibus vivunt, de imponenda nimis levi, & incongrua pœnitentia, seu satisfactione ad quæstum, seu lucrum subsidii temporalis.* Vetusta est calumnia hæc quam primus omnium mendicantibus impoluit Guillelmus à S. Amore. Sicut extremæ temeritatis est, & malitiæ tale de mendicantibus judicium formare; ita summoperè vigilandum est, cavendumque ne ulla tam iniquæ suspicionis formandæ, occasio præbeatur.

CAPUT XI.

De Indulgentiis.

I. PAucis indulgentiarum doctrinam perstringo. Hæc de indulgentiis Tridentinum *sess. 25.* præscribit. *Cum potestas conferendi indulgentias à Christo Ecclesiæ concessa sit, atque hujusmodi potestate divinitùs sibi tradita, antiquissimis etiam temporibus illa usa fuerit; sacrosancta Synodus indulgentiarum usum christiano populo maximè salutarem, & sacrorum Conciliorum auctoritate probatum, in Ecclesia retinendum esse decet, & præcipit, eosque anathemate damnat qui aut inutiles esse asserunt, vel eas concedendi in Ecclesia potestatem esse negant. In his tamen concedendis moderationem, juxta veterem, & probatam in Ecclesia consuetudinem, adhiberi cupit, ne nimia facilitate ecclesiastica disciplina enervetur. Abusus verò, &c.*

II. Tria Concilium statuit. 1. Potestatem à Christo Ecclesiæ datam concedendi indulgentias; 2. salutares esse; 3. moderationem in earumdem largitione. Indulgentia est remissio pœnæ temporalis. Indulgentiæ ex communi thesauro Ecclesiæ impertiuntur. Thesaurus autem iste sunt infinita merita Christi, & posteà SS. omnium, quæ ab ipso Christo capite valorem accipiunt.

III. De fide est, extare in Ecclesia potestatem concedendi indulgentias, & earum usum salutarem fidelibus esse.

IV. Nonnulli falsam concipiunt indulgentiarum ideam, quia putant, & re ipsa docent extenuari opera satisfactoria indulgentiarum usu. Ut hæc falsa idea deleatur, scias oportet, nos impares esse ad pretium solvendum pro contractis debitis cum divina justitia ob peccata post Baptismum commissa. Partem tamen istius debiti nostris laboriosis operibus solvere valemus. Clementissima Mater Ecclesia thesaurum meritorum Christi, & B. Virginis, & Sanctorum aperit, ut id suppleat quod nostra infirmitas reddere nequit. Indulgentiæ itaque sunt in sup-

supplementum paupertatis nostræ : indulgentiæ non liberant nos ab ea solvenda debiti parte, quam possumus reddere, sed supplent id quod præstare non possumus. Si indulgentiæ nos à laboriosis operibus, à debitis satisfactionibus, quas præstare valemus, liberarent, foverent Christianorum desidiam, & torporem, atque enervarent Ecclesiæ disciplinam.

V. Cardinalis Cajetanus sapienter more suo veram indulgentiarum doctrinam exponit *tract. de Indulgent. quæst.* 1. ubi hæc habet. „ Sunt „ (pœnitentes) duplicis ordinis. Quidam soli„citi ad satisfaciendum per se ipsos pro pec„catis suis ; quidam negligentes satisfacere per „ se ipsos. Primi condignas pœnitentias, vel pe„tunt à Confessario sibi imponi, parati eas im„plere ; vel sponte illas assumunt, dum conti„nuò studeant per sua sancta opera satisfacere, „ jejunando, orando, eleemosynas dando, &c. „ Secundi verò levissimam pœnitentiam, aut „ rogant, aut læti suscipiunt, & cum illâm im„pleverint, quam sciunt esse minimam, non „ curant amplius de satisfaciendo : & hi sunt „ quibus indulgentiæ non prosunt judicio meo. „ Nullus enim indignus aliena satisfactione pro „ pœna sibi debita consequitur veraciter fruc„tum indulgentiæ. Sed quilibet negligens satisfa„cere per se ipsum, est indignus aliena satisfac„tione pro pœna propriis peccatis debita. Ergo „ nullus negligens satisfacere per se ipsum, ac„quirit fructum indulgentiæ. Præterea in qua„libet benè ordinata republica, quantumcum„que rationabilis adesset quandoque causa dis„pensandi communem thesaurum in cives ag„gravatos ære alieno, negligentes tamen solve„re, indigni conferentur adjutorio thesauri. „ Ex eo enim quod possunt de suo solvere, & „ non curant, indignos se reddunt tali sublieva„mine : & nisi tales pro indignis haberetur, „ foveretur eorum negligentia, quorum alii „ exemplo ad similem negligentiam provocaren„tur. Legis autem est facere non negligentes, „ sed virtuosos. Quum igitur Ecclesia sit à Deo „ ordinata, æquum non est ut spiritualis dispen„satio thesauri negligentes satisfacere pro dignis „ habeat : hoc enim verè esset enervare satisfac„tiones pœnitentiales. Non prosunt igitur indul„gentiæ negligentibus satisfacere per se ipsos, „ quoniam indigni sunt indulgentia . . . . Parati „ autem ad satisfaciendum per se ipsos sunt, „ non qui negligunt per se ipsos satisfacere, sed „ illi soli quorum voluntas sic est ad satisfa„ciendum parata quod non retardat opus nisi „ impedita. "

VI. Celeberrimus Episcopus BOSSUETUS in sua Instruct. pro Indulg. Cajetani doctrinæ consentaneas regulas tradit haustas ex ipso Concilio Tridentino. Animum instaurate, ô Dei ministri, & vera Sanctæ Matris Ecclesiæ documenta voce Tridentini expressa audite. Sic enim *sess.* 14. *c.* 2. Tridentinum loquitur. *Alius est præterea Baptismi, aliud Pœnitentiæ fructus. Per Baptismum enim Christum induentes, nova prorsùs in illo efficimur creatura, plenam, & integram peccatorum omnium remissionem consequentes : ad quam tamen novitatem, & integritatem per sacramentum Pœnitentiæ sine magnis nostri fletibus, & laboribus, divina id exigente justitia, pervenire nequaquam possumus ; ut meritò Pœnitentia laboriosa quidam Baptismus à sanctis Patribus dictum fuerit.*

VII. Præmisso hoc Ecclesiæ testimonio, sic alloquitur *Bossuetus* populum suum. „ Audite, „ filii, Ecclesiæ Matris vestræ verba. Illa vobis „ proponit *magnus fletus, magnique labores, „ Baptismus laboriosum* : illa vos edocet, *divinam „ justitiam id exigere.* Hic Ecclesiæ rigor à suo „ primo spiritu oritur, qui numquam extingue„tur ; nec ipsa umquam cessabit bellum indicere „ laxitati. Quid refert cum Concilio mollitiem „ detestari hæreticorum, qui sanctos satisfactio„num rigores rejecerunt ; si nos in similem lan„guorem incidamus, & id reipsa contemna„mus quod verbis confitemur? "

VIII. Paucis evincitur parum prodesse indulgentias plenarias illis qui pro virili laboriosis operibus divinæ justitiæ satisfacere negligunt, ut Tridentinum docet. *Facite fructus dignos pœnitentiæ* : inquit Matthæus. S. Paulus non indulsit Corinthios incestuoso nisi post austeram, & diuturnam pœnitentiam. Ab Apostolorum tempore usque ad sæculum circiter 14. nullam legimus indulgentiam plenariam generalem indiscriminatim pro omnibus fidelibus. Frequens nunc obtinet indulgentiarum usus, quę juxta dispositiones fidelium impertiuntur. Indulgentiæ *plenariæ* dicuntur, quia Ecclesia ex parte sua totam temporalem pœnam, quam exequi fideles nequeunt, remittit illis qui dispositi ad tantum beneficium suscipiendum sunt. At dicimus illos fideles ad hoc beneficium indispositos esse qui ea opera laboriosa, & satisfactoria quę possunt, non exequuntur. Reddere ipsi debiti partem, quod valent, debent ; id quod remanet, plenè supplet indulgentia plenaria.

IX. In mentem revoca exemplum á Cajetano indicatum. Ditissimus Christianus totum suum patrimonium opulentissimum fundis fructiferis numquam interituris fœcundum legat Reipublicæ, ut singulis annis pauperum civium debita solvantur. Si cives aliqui solvere sua debita possent sin integrè, saltem in parte, & recusarent, vellentque suis pecuniis lautiùs vivere, ambitiosius vestire, ut ex dicto publico ærario omnia sua debita solverentur ; nonne clamares, debitores illos vafros, versutos, & veteratores esse? Reddite, diceres, quod potestis, deindè ærarium supplebit inopiam vestram. Similes profectò his fraudulentis debitoribus illi pœnitentes sunt qui abutentes clementia S. Matris Ecclesiæ thesaurum suum aperientis ad supplendum id quod illis deest ; ingrati, & versuti sensus suos demulcent, corpus saginant, concupiscentiam, post patrata adulteria, fornicationes, perjuria, fovent deliciis, & illecebris indulgent, ut integrum debitum ex Ecclesiæ thesauro solvatur. Possent isti propria jejunia, eleemosynas, vigilias, flagella, humicubationes, aliaque pietatis opera contribuere ad solvendam debiti portionem ; at pernicioso errore occupati omnia debita ex Ecclesiæ ærario solvere contendunt. Sed fallunter cæci, & miseri homines.

X. Indulgentiarum dispensator est summus Pontifex. Quas indulgentias concedere Episcopi, & Archiepiscopi valeant, mea non interest discutere. Indulgentiæ sine causa concessæ, ratæ Deo non sunt.

XI. Soli fideles baptizati apti sunt ad lucrandas indulgentias, si peccato mortali careant. Quoniam indulgentiæ remittunt pœnam temporalem, quæ remitti nequit, quandiù reatus culpę manet. Non est tamen necesse ut omnia opera in bulla indulgentiarum præscripta in statu gratiæ peraganiur, dummodo animo pœnitenti impleantur. Requiritur tamen status gratiæ saltem cum ultimum opus impletur, quia tunc indulgentia fortitur effectum suum.

XII. Præmittenda est confessio sacramentalis ad lucrandas indulgentias etiam ab illis qui sunt in statu gratiæ, quia in bulla conceditur indulgentia *contritis*, & *confessis*. Et hæc est communis sententia. Quando in bulla præscribuntur eleemosynæ, fieri debent plus, & minus juxta divitias personarum. Falsa quippe est opinio inquientium, sat esse vel minimam eleemosynam à divitibus fieri, ut indulgentiæ obtineantur ; sicuti falsum est sufficere quamcumque brevem precatiunculam. Innumeras alias quæstiunculas prætereo, utpote nullius momenti, & quas graviores Theologi improbant : quia ansam hæreticis præbent deridendi indulgentias, ac si extinguerent pœnitentiæ spiritum, & de medio tollerent opera satisfactoria. Quare cavendum ab hujusmodi opiniunculis est.

XIII. Indulgentias extendi ad animas Purgatorii posse, docent Catholici omnes adversus Novatores, *per modum suffragii*, non *judicii*, & *absolutionis* : quia Ecclesia exercere in illas animas jurisdictionem nequit.

XIV. Indulgentia multiplex est. Aliæ perpetuæ, aliæ temporariæ, aliæ plenarię, aliæ partiales. Istę indulgentiæ partiales, quæ ad plures dies, aut annos tantum conceduntur, respectum habent ad antiquos canones pœnitentiales, qui tot dies, aut annos pœnitentiæ injungebant.

XV. Indulgentiæ plenariæ sunt duplicis generis. Aliæ absolutæ tales, quæ totam pœnam dimittunt dispositis fidelibus. Alia est indulgentia quæ vocatur *jubilæum*, à voce Hebraica *jobel*, quæ significat libertatem, & remissionem, qua Judæi quolibet anno quinquagesimo possessiones suas recuperabant. Plura hic dicenda de jubilæo forent. Verùm quia istorum discussio magis ad utilitigandum, quam ad instruendum conduceret, illa prætereo. Doctrina paucis data de indulgentiis sufficit ad Confessariorum institutionem.

XVI. Finem huic capiti imponat doctissimus BOSSUETUS, qui *loc. cit. quæst.* 7. & *seq.* hæc scribit. „ Doctrina Concilii Tridentini in adduc„to decreto sat est ut instauretur in praxi tum „ pœnitentiæ, tum indulgentiarum priscus Ec„clesiæ spiritus. Opus minimè est texere curio„sam indulgentiarum historiam, neque gra„dus indicare quibus laxatus est vetus canonum „ rigor. Neque discutiendum est, subsitant ne „ aliquo modo in præsentia canones isti, & num „ Ecclesia in indulgentiis concedendis ad eos„dem respiciat, ut doctores communiter existi„mant. Indulgentiæ plenariæ oppositæ indul„gentiis 7. annorum, 14. annorum, 20. anno„rum, 20. dierum, 40. dierum aliisque simili„bus, indicare videntur, canones pœnitentia„les non esse penitus oblivioni traditos, cum „ ad illos in his indulgentiis respiciat. Verùm, „ his scholarum quæstionibus missis, ut ea quæ „ ædificationi nostræ inserviunt, meditemur, „ Concilium Tridentinum abudè nobis ostendit, „ Ecclesiam jus conservare, & intentionem ha„bere exercendi suos sanctos rigores, & injun„gendi pœnitentias *convenientes*, & *proportiona„tas* : pœnitentias quæ nos conformes efficiant „ Christo crucifixo, & satisfacienti pro nobis justi„tiæ Patris sui : pœnitentias quę licentię frenum „ injiciant, & quæ non modo nobis adversus vi„tiosos habitus remedio sint, sed etiam Deo „ satisfactioni in vindictam, & punitionem pre„teritorum criminum. En specimen paucis pers„tricium doctrinæ Concilii Tridentini *sess.* 14. *c.* „ 2. & 8. An hoc non sufficit ut intelligamus, per„petuum esse Ecclesiæ propositum continuandi „ vetustum jus quo prædita est, & severè exer„cendi in pœnitentes justitiam, quam Deus in „ ejusdem manibus deposuit? Hæc Concilii doc„trina virtute continet totam antiquorum cano„num austeritatem. Peccatorum quæ Christiani „ perpetrant, minor non est gravitas : ingrati „ animi scelus in Spiritum Sanctum, quem in „ Baptismate susceperunt, haud est minus hor„rendum : Dei justitia suas regulas non immu„tavit : pravorum habituum inclinatio non est „ minus perniciosa, nec peccandi licentia minus „ formidanda quàm primis sæculis. Ecclesia in „ Concilio Tridentino has omnes rationes con„firmat tanto robore, ut nihil cedat illa quæ „ Patres adduxere. Neque pœnitentia est secun„dus Baptismus : nisi hoc pretio, &, ut Con„cilium dicit, nisi sit *magnis nostris fletibus, & laboribus* sociata : neque erit *Baptismus laboriosus*, „ qui nos ad pristinam morum puritatem, & in„tegritatem reducat. Quod si vigor antiqui spi„ritus Christianismi toto suo robore consistit, „ semper opus habemus indulgentia, & clemen„tia Ecclesiæ. . . . Omnia in his Concilii decretis „ redolent, & pietatem, & antiquitatem, nec „ satis admirari valemus sive sapientiam Ecclesiæ, „ sive ejusdem doctrinæ puritatem. Et principio „ constat, sanctum Concilium omnia revocate ad „ veterem disciplinam in Ecclesia, & in Conci„liis approbatam. Atqui spiritus antiquorum „ Conciliorum, & præ aliis Nicæni, totus in „ eo est ut iisdem indulgentias concedat, qui spi„ritus fervore delinitam corporis austeritatem „ compensant. Hinc consequi apparet, eumdem „ quoquè esse hodie Ecclesiæ spiritum, ut scilicet „ fideles hunc spiritum instaurantes, ardentius

amenr,

„ ament, dum plus accipiunt, quemadmodùm „ Christus proprio ore pronuntiavit. Secundò „ Concilium optat indulgentiarum moderatio- „ nem, ne nimia facilitate disciplina enervetur. „ Et, ut ea prætereamus quæ pastorum vigilan- „ tiam spectant, nihil validius occurrit ad impe- „ diendam hanc funestam disciplinæ relaxatio- „ nem, quam ut fideles indulgentiarum usu spi- „ ritus fervorem Evangelio, & antiquitati con- „ sentaneum instaurent.“

DISSERTATIO III.

De Ministro Pœnitentiæ Sacramenti, ejusque jurisdictione.

CAPUT I.

De subìmi dignitate, & dotibus Confessarii.

I. OMnes Theologiæ morum tractatus plus, & minus ad Pœnitentiæ Sacramentum viam sternunt, & omnia quæ de Sacramento Pœnitentiæ dicta sunt, aut dici possunt, hùc omnia recidunt, ut probus, evangelicæ doctrinæ, & disciplinæ Ecclesiasticæ peritus, ac prudens Confessarius inveniatur, qui administrare rectè hoc sacramentum sciat. Sed periti in arte paucissimi.

II. Nulla in christiana republica eminentior dignitas, nullus sublimior gradus. Confessarius vices Dei gerit, cui omnes vel ipsi Pontifices summi subjiciuntur. Clamabant Judæi: *Quis est hic qui etiam peccata dimittit?* Conscii soli Deo hanc facultatem convenire, & illis qui vices Dei in terra sustinet.

III. Confessarii sunt patriæ christianæ patres, publicæ tranquillitatis conservatores, flagitiorum vindices, sanctitatis evangelicæ custodes. Hi civium felicitatem promovent, atque reciprocam tranquillitatem, dum subditos obedire Principibus, iisdem tributa solvere, eorum parere legibus cogunt: Principes in subditos clementes, justos, providos, malorum vindices efficiunt: inter ipsos subditos mutuam benevolentiam, & justitiam fovent: & tandem Principes, & subditos Deo devinciunt.

IV. Hinc patet, probis, doctis, prudentibus, experrectis viris hoc munus unicè committendum. Illi qui inepti sunt ad ministerium, ad cathedras moderandas, qui obtuso ingenio sunt, & ad quælibet gravia negotia civilia tractanda impares, ab hac provincia arcendi: in ipsorum enim, fidelium que perniciem, & traderentur, & susciperetur onus hujusmodi angelicis humeris formidandum.

§. I.

De Spiritu fortitudinis, & libertatis Confessarii.

I. COnfessarius homo Dei sit oportet, quum officium Dei exerceat. Deum ergo imitetur, se supra omnia quæ mundi sunt, erigendo: nullam personam reformidet, ut in hoc ministerio illam reformidet. Omnia propter Christum contemnat. Audi Paulum ad *Philip.* 3. clamantem: *Verumtamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Jesu Christi Domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut stercora, ut Christum lucrifaciam.*

II. Ministri Christi, dum in tribunali vices Dei gerentes sedent, non magnatum, non matronarum, non Principum favorem, auram, existimationem quærere, aut contemptionem, aut exilium pavere debent. Impressa altiùs cordi habeant Christi documenta, omnibus Christianis necessaria: *Qui me erubuerit, & sermones meos, hunc Filius hominis erubescet, quum venerit in majestate sua.* Luc. c. 9. & iterum Matth. 10. *Omnis enim qui confitebitur me coram hominibus, confitebor, & ego eum coram Patre meo qui in cœlis est. Qui autem negaverit me coram hominibus, negabo, & ego eum coram Patre meo qui in cœlis est.*

III. Cessarunt à multis sæculis contra christianæ fidei mysteria persecutiones. At ardent bella, & quidem intestina, ideoque funestiora adversùs evangelicæ sanctitatis regulas, & mandata. Opinionum prælia fervent, pugnę pro humanis appetitionibus demulcendis in dies instaurantur, quia hæ favorem, & acclamationem delirantis mundi sibi conciliant. Sed Augustinum audite, o Christi ministri *serm.* 1. *in Psalm.* 48. intonantem: *Frontosus esto, quando audis opprobrium de Christo, prorsus esto frontosus. Quid times frontis tuæ, quam signo crucis obarmasti?* Rursus in *Psalm.* 39. fusiore oratione hanc fortitudinis, & libertatis dotem inculcat. *Dicant ergo labia quod habet cor: hoc contra timorem habeat cor quod dicunt labia: hoc contra simulationem habeant labia quod credit cor. Aliquandò enim timor est, & non audet dicere quod nosti, quod credis: aliquandò simulatio est: dicis, & non habes in corde. Confentiant labia tua cordi tuo.*

IV. Primis Ecclesiæ sæculis Nerones, Domitiani, Diocletiani, cæterique efferati leones, non per cuniculos, sed tecta Christi milites aggrediebantur. Nullus erat ambigendi locus, aut Christo renuntiandum, aut mors subeunda erat. Verùm ætate nostra opiniones mundo, pompis, theatris faventes, suos habent christianos patronos, & quidem potentes, quæque tanto efficaciùs meoti arridenti, quantò benignius cupiditati, & concupiscentiæ favent. Accedit multitudinis per viam latam, & spatiosam ambulantis auctoritas, quæ instar tortentis omnia secum abripit; ita ut *in errorem inducantur, si fieri posset, etiam electi.*

V. Hæc duo persecutionis genera millies repræsentant Patres omnes, præsertim S. Augustinus. Intestinus proprię gloriolæ amor præstandi cæteris, & occupandi prima subsellia attemperat plus justo Christi Theologiam hominum deliderijs. Confessarii nonulli rogati à Christianis, à puellis, num liceat adire theatra, choreas, reponunt quod quidam reponebant tempore S. Augustini lib. de Pastor. c. 3. *Securi estote: Deus neminem perdit. Tantummodo fidem christianam teneat. Non perdet ille quos redemit: non perdet pro quibus sanguinem suum fudit. Et si spectaculis volueritis oblectare animos vestros; ite, quid mali est?* Nonne palam hæc talia loquuntur hodiè? Quid mali præferunt oblectamenta theatrorum, comœdiarum, saltationum? *Ite, quid mali est?* Persequitur S. Doctor: *Magna est Dei misericordia, quæ totum ignoscat. Cessenate vos rogo, antequam marcescant. . . . Hæc si dixerimus, fortè congregabimus turbas amplures: & si sint quidam* (Rigoristæ) *qui non sentiunt hoc, dicentes non rectè sapere, PAUCOS offendimus, sed MULTITUDINEM conciliamus.* Multitudo blandiloquos nostros, & benignos sermones amore proprio partos audit. Pauci evangelicæ legis gnari offenduntur; sed interim multitudo confluit, plaudit, nobisque acclamat. Viden', quam sit immanis, quam sæva, quam subdola quam continua persecutio isthæc?

VI. Auctoritas postea multitudinis, consuetudo, & mos universalis tyrannus est Neronibus, Diocletianis, & Domitianis truculentior, & sævior, qui continenter vociferatur, subdit in *Psalm.* 73. Augustinus. *Non enim cessat & modo serpens insusurrare, & dicere: Nunquid verè damnaturus est Deus tantas turbas? Liberaturus est paucos? Quid est aliud quam facite contra præceptum non morte morieminì? Sed quomodò TUNC, sic & NUNC. Si fecerit quod suggerit diabolus, & contemserit quę præcipit Deus, veniet judicii dies, & invenies verùm quod minatus est Deus, & falsum quod pollicitus est diabolus.* Rursus *in Psalm.* 43. refert S. Doctor hanc insidiosam persecutionem: *Quam multi hoc faciunt, & quis non facit? Nunquid omnes perditurus est Deus?* O magna tentatio! O magna persecutio! clamat alibi Augustinus. Quomodò vincenda, quomodo superanda? *Dilectores mundi* (persequitur Augustinus in Psalm. 136.) *aliquandò interrogant nos, & dicunt nobis: exponite rationem. . . . quid respondemus?* Audi responsum Augustini, quod continuo ibidem exhibet. *Babylonia te portat, Babylonia te continet, Babylonia te nutrit, Babylonia de te loquitur. Non nosti capere nisi quod fulget ad tempus: æternam meditari ignorat, non capis quod interrogas.* Verum insistit & furit persecutor amor proprius. Si hoc pacto respondemus, despicimur, deridemur, diffamamur. Magna tentatio! Magna persecutio! *Verè fratres* (pergit ibidem Augustinus) *sic est. Sed incipite vos prædicare veritatem, quantulamcumque nostis, & videte, quam necesse sit ut tales patiamini irrisores, & exactores veritatis, plenos falsitatis. . . sed vide quomodò versaris inter eos, ne si amantur à te, & affectas amicitias eorum, & times talibus displicere, incipiat te delectari Babylonia, & obliviscaris Jerusalem. Hoc ergo timetur, vide quid subjiciat, vide quid sequatur . . .* Si oblitus fuero tui Jerusalem &c. *Ecce indè erat civis ille qui Dominum interrogavit:* Magister bone, quid faciam ut vitam æternam consequar? . . . . *Et Dominus dixit illi quidam de canticis Sion, & noverat quod non caperet; sed exemplum dedit nobis, quomodò multi quærant quasi consilium ad vitam æternam; & tamdiu nos laudant* (N.B.) *quam diu respondemus quod quærunt. Sed quod inter ipsos obstrepentes verissimè obstringit vos non eis velle placere, ne obliviscamini Jerusalem hic agentes in terra. Si oblitus fuero Jerusalem, obliviscatur mei dextera mea.*

§. II.

De Charitate, & prudentia Confessarii.

I. AXioma illud vulgare, *Nemo dat quod non habet*, quam maximè opportunum est argumento nostro illustrando. Si Confessarius vacuus sit Dei amore, quomodò accendere in pœnitentibus charitatis ardorem potest? *Qui sibi nequam est, cui alii bonus erit?* inquit Eccl. *cap.* 14.

II. Ignorantes se fatentur plures, nemo se imprudentem agnoscit, ut Seneca in *epist.* 56. animadvertit. Scientiæ prærogativam plurimi aliis cedunt; at ipsi prudentiam sibi arrogant, & quò sunt ignorantiores, eò se prudentiores existimant. Docti imprudentes esse queunt; ignorantes, ingenio obtuso, mente tardi prudentes esse non queunt. Prudentia enim mente acuta, & perspicaci indiget quæ futura prævideat, memoria valida, quæ præterita habeat præsentia, ingenio acri, quo conferre simul eventus possit, & indè deliberare. Obmutescentes, ignavi, torpidi prudentes reputari vulgò solent. Verùm isti sæpè hoc uno vitio carent, quod non sint linguosi, & vaniloqui.

III. Nisi fundus à Deo datus sit, vix comparari hæc pretiosa gemma valet. Si fundus adsit, industria, studio, & experientia perfici valet. Prudentia Confessariis necessaria, non tam industria, & studio, quam jugi oratione, & humilitatis cultu acquiritur. Confessarius pacificator est peccatorum cum Deo. Nisi cautus sit, & prudens in hoc altissimo procurando negotio, nihil proficiet. Paucas exhibebo prudentię regulas.

IV. REGULA PRIMA est ut Confessarius, antequam Deum illustrat ascendat, omnes carnis, mundi, spei, & timoris affectiones prorsus exuat, Dei at maturam, fortitudinis spiritum, & redundantis misericordiæ evangelicæ, non humanę ornamentum induat, quum super thronum non solum iræ, sed clementię, & viudictæ simul sedere debeat. Evangelicæ doctrinæ spiritum, & medullam in mentem revocet, evangelicas trutrinas in manibus firmas teneat. Illud melius judicet quod propriùs ad incorruptam Evangelii sanctimoniam accedit, illudque pejus quod longiùs ab evangelica veritate abest. Id altiùs recogiter, eo sine se illuc conferre, ut peccatores in gratiam & amicitiam Dei restituat, efficiatque conformes imagini Filii sui.

V. REGULA SECUNDA. Confessarius imprimis exploret indolem, & qualitatem pœnitentis, & pro temperamenti diversitate alliciat, inciter, animet ad nudandam conscientiam, in timiprestque recessus, & occultiora vulnera aperienda, omniaque manifestanda Dei vices gerenti. Si pudorem, & quamdam repugnantiam deprehenderit, solertia, dexteritate, & mansuetudine erigat, adjuvet, animos adjiciat. Cum ad sextum decalogi mandatum ventum fuerit, linguam opt imè instructam adhibeat: verbis utatur

„ ament, dum plus accipiunt, quemadmodùm „ Christus proprio ore pronuntiavit. Secundò „ Concilium optat indulgentiarum moderatio- „ nem, ne nimia facilitate disciplina enervetur. „ Et, ut ea prætereamus quæ pastorum vigilan- „ tiam spectant, nihil validius occurrit ad impe- „ diendam hanc funestam disciplinæ relaxatio- „ nem, quam ut fideles indulgentiarum usu spi- „ ritus fervorem Evangelio, & antiquitati con- „ sentaneum instaurent.“

DISSERTATIO III.

De Ministro Pœnitentiæ Sacramenti, ejusque jurisdictione.

CAPUT I.

De subìmi dignitate, & dotibus Confessarii.

I. OMnes Theologiæ morum tractatus plus, & minus ad Pœnitentiæ Sacramentum viam sternunt, & omnia quæ de Sacramento Pœnitentiæ dicta sunt, aut dici possunt, hùc omnia recidunt, ut probus, evangelicæ doctrinæ, & disciplinæ Ecclesiasticæ peritus, ac prudens Confessarius inveniatur, qui administrare rectè hoc sacramentum sciat. Sed periti in arte paucissimi.

II. Nulla in christiana republica eminentior dignitas, nullus sublimior gradus. Confessarius vices Dei gerit, cui omnes vel ipsi Pontifices summi subjiciuntur. Clamabant Judæi: *Quis est hic qui etiam peccata dimittit?* Conscii soli Deo hanc facultatem convenire, & illis qui vices Dei in terra sustinet.

III. Confessarii sunt patriæ christianæ patres, publicæ tranquillitatis conservatores, flagitiorum vindices, sanctitatis evangelicæ custodes. Hi civium felicitatem promovent, atque reciprocam tranquillitatem, dum subditos obedire Principibus, iisdem tributa solvere, eorum parere legibus cogunt: Principes in subditos clementes, justos, providos, malorum vindices efficiunt: inter ipsos subditos mutuam benevolentiam, & justitiam fovent: & tandem Principes, & subditos Deo devinciunt.

IV. Hinc patet, probis, doctis, prudentibus, experrectis viris hoc munus unicè committendum. Illi qui inepti sunt ad ministerium, ad cathedras moderandas, qui obtuso ingenio sunt, & ad quælibet gravia negotia civilia tractanda impares, ab hac provincia arcendi: in ipsorum enim, fidelium que perniciem, & traderentur, & susciperetur onus hujusmodi angelicis humeris formidandum.

§. I.

De Spiritu fortitudinis, & libertatis Confessarii.

I. COnfessarius homo Dei sit oportet, quum officium Dei exerceat. Deum ergo imitetur, se supra omnia quæ mundi sunt, erigendo: nullam personam reformidet, ut in hoc ministerio illam reformidet. Omnia propter Christum contemnat. Audi Paulum ad *Philip.* 3. clamantem: *Verumtamen existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Jesu Christi Domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut stercora, ut Christum lucrifaciam.*

II. Ministri Christi, dum in tribunali vices Dei gerentes sedent, non magnatum, non matronarum, non Principum favorem, auram, existimationem quærere, aut contemptionem, aut exilium pavere debent. Impressa altiùs cordi habeant Christi documenta, omnibus Christianis necessaria: *Qui me erubuerit, & sermones meos, hunc Filius hominis erubescet, quum venerit in majestate sua.* Luc. c. 9. & iterum Matth. 10. *Omnis enim qui confitebitur me coram hominibus, confitebor, & ego eum coram Patre meo qui in cœlis est. Qui autem negaverit me coram hominibus, negabo, & ego eum coram Patre meo qui in cœlis est.*

III. Cessarunt à multis sæculis contra christianæ fidei mysteria persecutiones. At ardent bella, & quidem intestina, ideoque funestiora adversùs evangelicæ sanctitatis regulas, & mandata. Opinionum prælia fervent, pugnę pro humanis appetitionibus demulcendis in dies instaurantur, quia hæ favorem, & acclamationem delirantis mundi sibi conciliant. Sed Augustinum audite, o Christi ministri *serm.* 1. *in Psalm.* 48. intonantem: *Frontosus esto, quando audis opprobrium de Christo, prorsus esto frontosus. Quid times frontis tuæ, quam signo crucis obarmasti?* Rursus in *Psalm.* 39. fusiore oratione hanc fortitudinis, & libertatis dotem inculcat. *Dicant ergo labia quod habet cor: hoc contra timorem habeat cor quod dicunt labia: hoc contra simulationem habeant labia quod credit cor. Aliquandò enim timor est, & non audet dicere quod nosti, quod credis: aliquandò simulatio est: dicis, & non habes in corde. Confentiant labia tua cordi tuo.*

IV. Primis Ecclesiæ sæculis Nerones, Domitiani, Diocletiani, cæterique efferati leones, non per cuniculos, sed tecta Christi milites aggrediebantur. Nullus erat ambigendi locus, aut Christo renuntiandum, aut mors subeunda erat. Verùm ætate nostra opiniones mundo, pompis, theatris faventes, suos habent christianos patronos, & quidem potentes, quæque tanto efficaciùs meoti arridenti, quantò benignius cupiditati, & concupiscentiæ favent. Accedit multitudinis per viam latam, & spatiosam ambulantis auctoritas, quæ instar tortentis omnia secum abripit; ita ut *in errorem inducantur, si fieri posset, etiam electi.*

V. Hæc duo persecutionis genera millies repræsentant Patres omnes, præsertim S. Augustinus. Intestinus proprię gloriolæ amor præstandi cæteris, & occupandi prima subsellia attemperat plus justo Christi Theologiam hominum deliderijs. Confessarii nonulli rogati à Christianis, à puellis, num liceat adire theatra, choreas, reponunt quod quidam reponebant tempore S. Augustini lib. de Pastor. c. 3. *Securi estote: Deus neminem perdit. Tantummodo fidem christianam teneat. Non perdet ille quos redemit: non perdet pro quibus sanguinem suum fudit. Et si spectaculis volueritis oblectare animos vestros; ite, quid mali est?* Nonne palam hæc talia loquuntur hodiè? Quid mali præferunt oblectamenta theatrorum, comœdiarum, saltationum? *Ite, quid mali est?* Persequitur S. Doctor: *Magna est Dei misericordia, quæ totum ignoscat. Cessenate vos rogo, antequam marcescant. . . . Hæc si dixerimus, fortè congregabimus turbas amplures: & si sint quidam* (Rigoristæ) *qui non sentiunt hoc, dicentes non rectè sapere, PAUCOS offendimus, sed MULTITUDINEM conciliamus.* Multitudo blandiloquos nostros, & benignos sermones amore proprio partos audit. Pauci evangelicæ legis gnari offenduntur; sed interim multitudo confluit, plaudit, nobisque acclamat. Viden', quam sit immanis, quam sæva, quam subdola quam continua persecutio isthæc?

VI. Auctoritas postea multitudinis, consuetudo, & mos universalis tyrannus est Neronibus, Diocletianis, & Domitianis truculentior, & sævior, qui continenter vociferatur, subdit in *Psalm.* 73. Augustinus. *Non enim cessat & modo serpens insusurrare, & dicere: Nunquid verè damnaturus est Deus tantas turbas? Liberaturus est paucos? Quid est aliud quam facite contra præceptum non morte morieminì? Sed quomodò TUNC, sic & NUNC. Si fecerit quod suggerit diabolus, & contemserit quę præcipit Deus, veniet judicii dies, & invenies verùm quod minatus est Deus, & falsum quod pollicitus est diabolus.* Rursus *in Psalm.* 43. refert S. Doctor hanc insidiosam persecutionem: *Quam multi hoc faciunt, & quis non facit? Nunquid omnes perditurus est Deus?* O magna tentatio! O magna persecutio! clamat alibi Augustinus. Quomodò vincenda, quomodo superanda? *Dilectores mundi* (persequitur Augustinus in Psalm. 136.) *aliquandò interrogant nos, & dicunt nobis: exponite rationem. . . . quid respondemus?* Audi responsum Augustini, quod continuo ibidem exhibet. *Babylonia te portat, Babylonia te continet, Babylonia te nutrit, Babylonia de te loquitur. Non nosti capere nisi quod fulget ad tempus: æternam meditari ignorat, non capis quod interrogas.* Verum insistit & furit persecutor amor proprius. Si hoc pacto respondemus, despicimur, deridemur, diffamamur. Magna tentatio! Magna persecutio! *Verè fratres* (pergit ibidem Augustinus) *sic est. Sed incipite vos prædicare veritatem, quantulamcumque nostis, & videte, quam necesse sit ut tales patiamini irrisores, & exactores veritatis, plenos falsitatis. . . sed vide quomodò versaris inter eos, ne si amantur à te, & affectas amicitias eorum, & times talibus displicere, incipiat te delectari Babylonia, & obliviscaris Jerusalem. Hoc ergo timetur, vide quid subjiciat, vide quid sequatur . . .* Si oblitus fuero tui Jerusalem &c. *Ecce indè erat civis ille qui Dominum interrogavit:* Magister bone, quid faciam ut vitam æternam consequar? . . . . *Et Dominus dixit illi quidam de canticis Sion, & noverat quod non caperet; sed exemplum dedit nobis, quomodò multi quærant quasi consilium ad vitam æternam; & tamdiu nos laudant* (N.B.) *quam diu respondemus quod quærunt. Sed quod inter ipsos obstrepentes verissimè obstringit vos non eis velle placere, ne obliviscamini Jerusalem hic agentes in terra. Si oblitus fuero Jerusalem, obliviscatur mei dextera mea.*

§. II.

De Charitate, & prudentia Confessarii.

I. AXioma illud vulgare, *Nemo dat quod non habet*, quam maximè opportunum est argumento nostro illustrando. Si Confessarius vacuus sit Dei amore, quomodò accendere in pœnitentibus charitatis ardorem potest? *Qui sibi nequam est, cui alii bonus erit?* inquit Eccl. *cap.* 14.

II. Ignorantes se fatentur plures, nemo se imprudentem agnoscit, ut Seneca in *epist.* 56. animadvertit. Scientiæ prærogativam plurimi aliis cedunt; at ipsi prudentiam sibi arrogant, & quò sunt ignorantiores, eò se prudentiores existimant. Docti imprudentes esse queunt; ignorantes, ingenio obtuso, mente tardi prudentes esse non queunt. Prudentia enim mente acuta, & perspicaci indiget quæ futura prævideat, memoria valida, quæ præterita habeat præsentia, ingenio acri, quo conferre simul eventus possit, & indè deliberare. Obmutescentes, ignavi, torpidi prudentes reputari vulgò solent. Verùm isti sæpè hoc uno vitio carent, quod non sint linguosi, & vaniloqui.

III. Nisi fundus à Deo datus sit, vix comparari hæc pretiosa gemma valet. Si fundus adsit, industria, studio, & experientia perfici valet. Prudentia Confessariis necessaria, non tam industria, & studio, quam jugi oratione, & humilitatis cultu acquiritur. Confessarius pacificator est peccatorum cum Deo. Nisi cautus sit, & prudens in hoc altissimo procurando negotio, nihil proficiet. Paucas exhibebo prudentię regulas.

IV. REGULA PRIMA est ut Confessarius, antequam Deum illustrat ascendat, omnes carnis, mundi, spei, & timoris affectiones prorsus exuat, Dei at maturam, fortitudinis spiritum, & redundantis misericordiæ evangelicæ, non humanę ornamentum induat, quum super thronum non solum iræ, sed clementię, & viudictæ simul sedere debeat. Evangelicæ doctrinæ spiritum, & medullam in mentem revocet, evangelicas trutrinas in manibus firmas teneat. Illud melius judicet quod propriùs ad incorruptam Evangelii sanctimoniam accedit, illudque pejus quod longiùs ab evangelica veritate abest. Id altiùs recogiter, eo sine se illuc conferre, ut peccatores in gratiam & amicitiam Dei restituat, efficiatque conformes imagini Filii sui.

V. REGULA SECUNDA. Confessarius imprimis exploret indolem, & qualitatem pœnitentis, & pro temperamenti diversitate alliciat, inciter, animet ad nudandam conscientiam, in timiprestque recessus, & occultiora vulnera aperienda, omniaque manifestanda Dei vices gerenti. Si pudorem, & quamdam repugnantiam deprehenderit, solertia, dexteritate, & mansuetudine erigat, adjuvet, animos adjiciat. Cum ad sextum decalogi mandatum ventum fuerit, linguam opt imè instructam adhibeat: verbis utatur

§. V.

Sanctorum Patrum tum antiquæ, tum postremæ ætatis auctoritate confirmatur periculum laxandi in Laxismum.

I. VEhementes, & ignitæ sunt invectivæ S. Martyris Cypriani *lib. de laps.* adversus laxitates Confessariorum. *Quam scriptum sit.* „ Qui „ vos felices dicunt, in errores vos mittunt, & „ semitas pedum vestrorum turbant: " *qui peccantem blandimentis adulantibus palpat, peccandi fomitem submi nistrat, nec comprimit delicta illa, sed nutrit. . . . Oportet Dei Sacerdotem non obsequis decipientibus fallere, sed remediis salutaribus providere. Imperitus est medicus, qui tumentes vulnerum sinus manu parcente contrectat, & in aliis recessibus viscerum virus inclusum, dum servat, exaggerat. Aperiendum vulnus est, & secandum, & putredini amputatis, medela fortiore curandum. Vociferetur, & clamet licet, & conqueratur ager impatiens præ dolore; gratiæ tamen est postmodum, quam senserit sanitatem. Emersit enim* FRATRES DILECTISSIMI, NOVUM GENUS CLADIS. . . . ACCESSIT SUB MISERICORDIÆ TITULO MALUM FALLENS, ET BLANDA PERNICIES *contra* EVANGELII RIGOREM, *contra* DOMINI, *ac* DEI LEGEM, *temeritate querendum* LAXATUR *incautis communio* (seu peccatorum remissio.) *Irrita, & falsa pars, periculosa doctoribus, nihil accipientibus profutura. . . . Pacem putant esse, quam quidam verba fallentibus venditant. Non est pax illa, sed bellum. . . . Quid injuriam beneficium vocant? Quid impietatem vocabulo pietatis appellant?*

II. Præterea testimonia Ambrosii, Hieronymi, Chrysostomi, Augustini, & aliorum, ne tam longus. Pauca posteriorum Patrum delibabo. S. Gregorius VII. *lib. 7. epist. 10.* inquit: *Ex imperitia, & negligentia Sacerdotum, quasi ex pestifera radice, innumera mala exorta sunt, adeò ut usque ad hæc nostra tempora inter cætera quæ malè pullulant vitia, falsæ nihilominùs pœnitentiæ consuetudo invaluerit.*

III. Concilium Lateranense II. can. 21. *Quia inter cætera unum est quod sanctam maximè contaminat Ecclesiam, falsa videlicet pœnitentia, confratres nostros, & Presbyteros admonemus, ne falsis pœnitentiis animas decipi, & in infernum detrahi patiantur.*

IV. S. Thomas de Vilanova *con.* 6. Dom. 4. Quadrag. hæc scribit: *Illum qui à Domino vivificatus desiderio salutis à vitiorum sepulcro foras egreditur, vos ô Sacerdotes solvite. . . . Prius ergo vendit, & concubinam, è domo expellat, pecuniam alienam restituat, contractus injustos rumpat, famam proximi læsam, prout potest, reparet, mercenariorum labores, & pauperum debita solvat, offenso fratri reconcilietur, & veniam petat: & tunc ad Confessionem redeat, & absolvatur. Ille rectus est ordoribi in Lazari suscitatione à Domino servatus est. Hanc ordinem ne transgrediaris.*

O medice, cur fetentem salvis? Cur indigno veniam promittis? Cur absolutionis beneficium exhibes non discernis? Duas tibi Dominus claves dedit, unam discernendi, alteram judicandi, ab ovendi scilicet, & ligandi. Et in fine discretionis examine animam ligat, omnes absolvit? Una tantùm clave nec integra quidem uteris, sed dimidiata.

Heu! heu! ventrem meum doleo. In domo Dei horrendum vidi. Pastores Domini sui oves jugulantes, medici populi sui ægros occidentes, judices turpibus blandientes, censores flagitia palpantes, cœci gregem Domini dirigentes. An non horrendum hoc? . . . . Oh! MISERI ANIMARUM NON CURATORES, SED INTERFECTORES, NON CONSULTORES, SED DECEPTORES, *quid respondebitis Domino ovis grege quem vestrit blanditiis decepisti, vestris cupiditatibus jugulastis?*

QUID ECCLESIAM DEI HODIE PERDIT, NISI CONFESSARIORUM BLANDIENS ADULATIO? . . . *Væ miseris! . . . Valentia lenimenta, verumen conscientiæ extinguunt, stimulum peccati auferunt, & securos peccatores ad inferna dimittunt. Qui, si timorem populo incuterent, profectò illum à vitiis revocassent.* CUI COMPARABIMUS ADULATORES ISTOS? . . . . *Similes sunt hominibus qui à ripa recurabus in flumine manum porrigunt, & violentia fluminis ipsi cum aliis demerguntur. Pendere namque peccatorum assentatores suos post se peccatores in præcipitia rapiunt, & secum ad infernum deducunt.*

Hæc contra Confessarios quosdam nostri temporis PIE IMPIOS, ET IMPIE PIOS *dicta fier, qui, ne confitentes aliquatenùs contristent, illos in sua nequitia manere permittunt. At quantò melius esset ad modicum contristare, quam in æternum damnare? . . . Non te pigeat, ô Sacerdos, ægros moribus ad pœnitentiam contristare.*

V. S. Carolus Borromæus *in Instruct. p. 2. c. 1.* hæc docet: *Summoperè cavendum est multis Confessariis ne in gravem reprehensionem inciderit eorum industria, cum de tanto numero confitentium, exiguam emendationem videmus in iis qui istiùs, vel tam multis annis hoc sacramentum frequentarunt.* Rursus subdit in Instr. Confes. c. 12. *Vel inscitia, vel negligentia, vel alia de causa sæpè accidit quod absolutionis beneficium iis impertiatur qui revera indigni sunt; ac proinde in iisdem sæpe peccatis hærent, cum animarum suarum lamentabili ruina.* Iterum in eadem Instr. Conf. cap. 17. *Atque hic vigilandum est eo diligentiùs, quo manifestum est hac in parte Confessarios incuria sua maximam præbere causam cur in omnibus fere opificiis, & exercitationibus publicis peccata gravissima inveniantur, & abusus intolerabiles.* Item cap. 28. invehitur contra eosdem Confessarios qui absolvendi facilitate fovent luxum, pompas, & fastum. *Hæc tumefactæ,* inquit, *luxus vestrum ad summum quem conscendere potuit verticem videtur evasisse, magna ex parte culpa, & negligentia Confessariorum, qui nullo . . . . cum scrupulo eis solvunt.*

VI. S. Franciscus Salesius in constitutionibus suis synodalibus *tit. 1. cap. 5.* hæc habet. *Nihil perinde Ecclesiam dedecorat, nihil ita ejus violat disciplinam, nihil ita fovet peccatores in somnolenta peccandi consuetudine, quam prolixus ille mos, quo quidam Presbyteri peccata relaxant, non tamquam judices, qui prudenti, & gravi criminum discussione discernant num pro eo possint pronunciare; verùm tamquam mancipia quæ præcipiti, & adulanti indulgentia peccatoribus blandiuntur. De istis adulatoribus dicit Cyprianus, quod inducant in Ecclesiam dulcem crudelitatem, misericordiæ, & clementiæ nomine palliatam, eamque prædant pacem* (absolutionem.) *Idem Cyprianus irritam esse, & falsam pacem asserit, damnosam, & nihil accipientibus profuturam. Nam si detur absolutio sine spe probabili, quod pœnitens stabit promissis* SANGUIS CHRISTI *profanationi exponitur, & Presbyteri iterarum prolapsionum, & illorum malorum se reos constituunt quæ ex falsis nascuntur absolutionibus:* QUIBUS PERIT TUM PRESBYTERORUM, TUM POENITENTIUM INFINITA MULTITUDO.

VII. Innumera alia documenta tum sanctorum Episcoporum, tum graviorum Theologorum brevitatis studio prætermitto. Si plura cupis, consule *tom. 9. lib. 2. diss. 1. c. 9. & 10.* ubi testimonia, quę quatuor doctissimi Jesuitæ *Bellarminus, Elizalde, Camargo, & Albertis* exhibent, reserpsi.

VIII. Paucis rem totam concludo. Dotes Confessarii sunt. 1. Singularis vocatio Dei: nisi enim singulari gratia vocatus à Deo sit, ad Dei vices gerendas ineptissimus minister erit, qui, & se, & alios perdet. 2. Fortitudo, mundi contemptio, & solius Dei gloriæ studium. 3. Prudentia, mansuetudo, humilitas, charitas. 4. Imaginem justificationis christianæ præ oculis semper habeat, & quid sit spiritus christianę professionis apprimè sciat necesse est. Ex Scripturis sanctis, ex Evangelio, ex Pauli epistolis veram imaginem spiritus Christi, & justificationis concipiat.

CAPUT II.

De Jurisdictione Ministri Pœnitentia Sacramenti.

I. QUÆST. I. *Solusne Sacerdos est Minister Sacramenti Pœnitentiæ?* RESP. Negant Novatores, Valdenses, Hussitæ, Wicleffitæ, Lutherani, quorum errores damnavit Tridentinum *sess. 14. cap. 9. & 10.* Igitur dogma fidei est, solos Episcopos, & Sacerdotes posse Sacramentum Pœnitentiæ administrare. Constat ex cap. 20. Joan. *Accipite Spiritum Sanctum: quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt.* Quæ verba perpetua ecclesiæ traditio ad solos Apostolos, eorumque successores, seclusis laicis, pertinere declaravit. Patrum, & Conciliorum testimonia, quæ hanc traditionem confirmant, obvia sunt, & ideo illa prætereo.

II. P. Claudius Lacroix *lib. 6. p. 2. num. 1483.* docet, quod quamvis communior, & probabilior opinio sit, quod laicus absente Clerico, ne quidem in articulo mortis validè absolvat ex censuris; oppositum tamen, subdit, defendunt graves Auctores *probabiliter*, quos referunt *Diana*, & *Moya*, eo quod putant piam matrem Ecclesiam idem concedere. Undè infert Sanchez, teneri laicum pro tali casu absolvere à censuris. An hæc pia commenta Probabilismi sint arbitraria, & ansam hæreticis præbeant extendendi hanc facultatem ad absolvendum etiam à peccatis judicent doctiores. Ex pietate matris Ecclesiæ omnia inferri queunt, nisi certa præfinitatur regula. Præfatam opinionem rejicio ut falsam. Sed graves Auctores probabiliter illam docent. Hi Auctores, qui pet *Tò probabiliter* communem Ecclesiæ doctrinam in controversiam vocant, mihi graves non sunt.

III. QUÆST. II. *Quotuplex sit Sacerdotis potestas?* RESP. Duplex: ordinis altera, quæ per ordinationem confertur; altera jurisdictionis, quæ est facultas regendi animas subjectas, & populum gubernandi, ut Tridentinum *sess. 14. cap. 7.* declaravit.

IV. QUÆST. III. *Utrum Regularis præsentatus Episcopo, & injustè rejectus, jurisdictionem acquirat, & validè absolvat?* RESP. Omnes fatentur approbationem Episcopi necessariam esse Sacerdotibus omnibus tam sæcularibus, quam regularibus: ut validè suscipiant sæculatium confessiones. Opposita sententia fuit damnata ab Alexandro VII. prop. 12. *Satisfacit præcepto annuæ Confessionis qui confitetur Regulari Episcopo præsentato, sed ab eo injustè reprobato.* Regulares ergo approbati sint ab Episcopo oportet. Approbati ab Episcopo unius diœcesis non sunt approbati pro aliis diœcesibus: & contraria opinio improbata est tum à Clero Gallicano, tum ab Alexandro VII. in decreto ad Henricum Andegavensem. Approbati pro sæcularibus, non sint approbati pro Monialibus: & oppositam opinionem improbavit Gregorius XV. an. 1621. Regulares approbati pro uno Monasterio, nequeunt absque nova approbatione audire confessiones Monialium alterius Monasterii.

V. Regulares, tametsi laureati, & etiam docti, subire Episcopi examen tenentur, quoties Episcopis id expedire visum fuerit. Ad hoc itaque quod attinet, prudentiam Episcopi adhibeant.

VI. De Regularibus approbatis ab Episcopo absque præsentatione Superiorum regularium, ipsique inscitis, vel repugnantibus, disputant in utramque partem Auctores. Invalidè, nedum illicitè istos Regulares sic approbatos absolvere docent plures Theologi. Validè contra, sed illicitè absolvere defendunt Salmanticenses, pluribus Auctoribus citatis. Disputant quoquè num isti Regulares sic approbati peccent mortaliter confessiones audientes. Missis disputationibus de valida, aut invalida absolutione, dico, Regulares qui inscitis, vel invitis Superioribus approbationem hanc obtinent, non esse ad hoc munus à Deo vocatos, sed intrusos. Quæ hinc confectaria fluant, nota omnibus sunt. Imprudentissimè Episcopi approbarent Regulares, invitis Superioribus, faltem nisi repugnantiæ causa cognita, palam constaret Superiores injustè repugnare. Quælibet enim regula humana interdum suas admittit exceptiones.

Re-

UNIVERSIDAD NACIONAL AUTÓNOMA DE MÉXICO
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

potest omnes unica medicina sanare ; sed pro diversitate subjecti , & circumstantiarum debet hæc , aut illas applicare.

XV. Quod cum Christi Evangelio pugnare mihi videtur , est quod Confessarius habeat *plures sententias* , *& non unicam doctrinam* circa idem omninò testamentum , circa eumdem prorsus contractum , eamdem occasionem peccandi, eamdem actionem. P. La Croix *loc. cit.* remittit lectorem ad n. 1737. ubi docet , Confessarium debere sequi, si possit, *tutiores* ; si non possit , debere se accommodare opinioni pœnitentis. „ Præterea (inquit) *si possit* , debet sequi tutiores. „ Nam sine justa causa velle se , aut pœnitentem „ exponere periculo erroris, quantumvis materialis, est imprudentia. Unde si pœnitens ostendat „ se præparatum ad sequendum id quod est *probabilius*, vel *tutius* , tenetur Confessarius PER „ SE (N. B.) loquendo dirigere eum *secundum „ opiniones probabiliores* , *& tutiores*. Quomodo „ autem Confessarius possit , aut debeat se ACCOMMODARE OPINIONI POENITENTIS, dixi *lib. 1. n. 2. n.* 443. "

XVI. Confessarius ergo , si *possit* , debet dirigere pœnitentes secundum opiniones probabiliores PER SE LOQUENDO. Nam etiamsi possit , *per accidens loquendo* , expediet illos dirigere secundum opiniones contrarias minùs probabiles, quæ falsæ certò sunt, si probabiliores veræ extant, cum opiniones contradictoriæ simul esse verè nequeant. Quomodo autem cum Confessarius non possit dirigere pœnitentes secundum opiniones probabiliores , debeat *per se loquendo accommodare se opinioni pœnitentis* , docuit *lib. 1. n.* 443.

XVII. Hoc systema imbecillitati meæ recta cum Christi Evangelio pugnare videtur. An fallar ipse, judicent sapientes. Evangelium Christi præcipit sermonis simplicitatem. Sermo vester sit EST EST , NON NON , Apostolus Paulus cum cæteris Evangelistis jubet ut idipsum sapiamus omnes , nempè unicam & simplicem Christi doctrinam. Quid plura? Christus Dominus nos admonet , ut has varias opiniones declinemus , & ab eisdem nobis caveamus , ne in seductionem labamur. *Videte ne quis vos seducat . . . . Audituri enim istis prælia , & opinionis prælium. Videte ne turbemini. Oportet enim hæc fieri.* Non ergo nobis opponant : ita docent Doctores : Usus contrariarum opinionum , & oppositarum doctrinarum plurium Doctorum auctoritate confirmatus est: Ita *practicatur* à Doctoribus multis probis , & gravibus : non , inquam , hæc nobis opponant, quia Christus respondet : *Oportet enim hæc fieri* ad probationem electorum.

XVIII. Confessarii itaque legant Christi Evangelium , legant Paulinas epistolas , legant Partes, legant Tridentinum , & ejusdem Catechismum, ut sæpius dixi , & millies repetam , & numquam satis inculcabo. Opones , in Scripturis sanctis non inveniri resolutiones casuum , nec sufficientem doctrinam pro animarum regimine. Ita ne verò? Clariorem ergo lucem effundunt pro regendis animabus Doctores Casuistæ , Caramuel, Reiffenstuel , Sporer , Tamburinus , Leander, Gobatt, La-Croix , & cæteri similes , quam Dei Prophetæ , quam Evangelistę , quam Paulus, quam Concilia , quam Christus Jesus? In Scripturis sanctis non *inveniet opiniones prælicrum* , non invenies resolutiones controversiarum , quas plures homines excitarunt ad circumveniendam legem ; sed invenies omnem doctrinam necessariam ad sanctificandas animas. Invenies in Conciliis,& Catechismis , & Episcoporum Synodis , & Pontificum constitutionibus , quæ disciplinam spectant. Sed nunc sermo nobis non est de ecclesiasticis sanctionibus ; sed de doctrina , quam pro fidei , & morum regulis Deus nobis revelavit in Scripturis sanctis.

XIX. Verum loquatur sapientissimus Jesuita P. *Michael Elizalde* , qui præfatam objectiunculam *lib. 8. q.8. §.8.* his verbis labefactat. „ Apertis multis libris Moralistarum notorię constat „ penè nullum usum in eis esse doctrinæ sacræ,& „ Sanctorum . . . . Hi libri contrarietate„& contradictione pleni sunt : ex quo proindè dimidia „ saltem pars falsa sit oportet. Sed nulla falsitas „ cum sana doctrina. . . . conciliari potest. "

„ Dices iterum , in libro Dei , & in Doctrina Sanctorum deesse doctrinam necessariam „ salutis ad regendos populos, dirigendas conscientias. Verum ostensum est hanc doctrinam „ numquam magis quam fidem in Ecclesia defuisse , & MONSTRUM MONSTRORUM „ ESSE SE NUNC VENISSE *ad dandam scientiam salutis plebi ejus. Ad hoc quippè ille venit qui illuminat omnem hominem venientem in „ hunc mundum* , qui Ecclesiam ædificavit firmamentum , & columnam veritatis , cuique depositum custodiendum credidit quod haud dubiè illa servavit. Non hic doctrina , sed consideratione, & minimo saltem gradu humilitatis ; opus est. "

XX. Neque suspiceris, difficilem & nimis laboriosam esse istius divinæ scientię acquisitionem. Da mihi Sacerdotem probum,optimi sensus, seu mentis quadrare (& nisi hæc adsint,omnia superflua sunt,) & evangelicæ legis studiosum: & hunc ut optimum, doctum, ptudentemque Confessorem habeto. Scientia Confessarii eo præcipuè spectat ut sciat cor pœnitentis emollire , mentem illuminare , donumque habeat persuadendi , increpandi , & conformandi suos pœnitentes ad Christi Jesu exemplar. Hæc autem scientia non à quorumdam Casuistarum libris , sed ab Evangelio hauritur. Christiani damnantur , quia observare recusant legem evangelicam , quia ejusdem spiritum ignorant. Sacerdos ille qui sciat evangelicæ charitatis ignem in suis pœnitentibus accendere , doctus , sapiensque Confessarius est. Si aliqui casus occurrunt contra legem Dei, præcepta positiva Ecclesiæ , aliasque disciplinæ leges; poterit , ut dixi , consulere Casuistas , sed graviores. In manu tamen semper habeat lapidem lydium , seu amussim evangelicæ legis , & quod huic magis, non minùs conforme viderit, seligat. De spiritu legis evangelicæ lege meum *tom. 2. Hist. Probabil. diss. 4. cap. 3.* Ubi uberrimè ex S. Thoma explicatus, in quo situs sit spiritus ipse. .

§. IV.

Extrema laxitatis , & rigoris æquè fevioris vitanda.

I. Nihil difficilius est quam ab his duobus extremis declinare , & solam viam arctam, & angustam calcare. Quis sibi securus est ne vel nimia remissione , vel æquò districtiori severitate à vero unico tramite recedat? Quisque Domino canat *misericordiam* , *& judicium* , ideòque, inquit S. Gregorius Magnus , *instè ipsi justè consolari misericordia , & sævienti disciplinæ , sicut in arca testamenti erat virga , & manna.* Misericordia vera Dei remittit patrata flagitia contritis corde , sed non fovet, neque concedit libertatem frequentandi pericula , relabendi in peccata ; non concedit frequentare theatra , comœdias , choreas , ludos aleæ lucratorios , reciprocas utriusque sexus conversationes , quæ vel te alliciunt ad peccatum, vel si tu non peccas , scandalum aliis præbes , & eorumdem criminum particeps evadis.

II. Hęc omnia nimis universalia. Quæ cavere extrema Confessarius debet, ut securè suos pœnittentes dirigat ? Duo assigno. *Jansenismum* , & *Probabilismum*. S. Augustinus animadvertit, Manichæum , & Pelagium pugnantes docuisse errores, formidabatque ne Christiani declinantes Manichæismum inciderent in Pelagianismum. *Inter utrumque sit cautus , ut sic declinet Manichæum , ne se inclinet in Pelagium ; rursumque ita se fejungat à Pelagio , ne se conjungat Manichæis* : in Psalm. 118. Idem ergo cùm tanto Doctore suggero consilium in morum causa. *Jansenismus* nimio in aliquibus punctis rigore addendo , *Probabilismus* nimia laxitate diminuendo legem Christi , sunt duo extrema viranda. Jansenistæ impossibilia quędam Dei præcepta constituunt : invincibilem præceptorum ignorantiam non excusare à culpa contendunt: extremum vitandum, sed in Italia, Hispania , Germania , immò nec in Gallia occurrunt libri morales à Catholicis editi , in quibus extremum istud reperiatur , quantum mihi videre licuit. Rarum ergo extremum istud. Contra. Probabilistæ non pauci ignorantiam vincibilem frequenter invincibilem vocant , & hac ignorantia impossibilia efficiunt respectu ignorantium plurima Dei præcepta. Gratiam Dei universè infundi obcœcatis, & induratis peccatoribus ajunt, & simul ignorantiam esse invincibilem contendunt. Nisi advertas te peccare , à peccato te liberant , Legem Dei in controversiam vocatam à Casuistis dubiam effici docent ; & dubiam factam de medio tollunt vi *reflexarum*. Illi ad impossibilia nos urgent ; hi à possibili mandatorum observantia beneficio ignorantiæ , inadvertentiæ, Christianos plures liberant.Illi ad desperationem, illi ad præsumptionem , ut mihi videtur , viam aperiunt. Illi nimium , isti parum oneris ponunt. Clamat autem S. August. in Psal. 118. conc. 4. *Parum,& nimium dico sunt inter se contraria. Verum est quod minus est quam oportet , & nimium est quod plus est quam oportet. Horum in medio modus est quod dicitur satis est : & utique utile est ut in vita, & in moribus non plus quam oportet , nihil omnino faciamus.* Ab his igitur extremis cavendum prudenter est. *Jansenistæ* nimiam laxitatem *Probabilistis* impropérant ; *Probabilistæ* exprobrant *Jansenistis*, non tam errores contra mores, quam hæreses contra fidem. In simili causa hæc *tr. 71. in Joan. . . .* scribit S. Augustinus : *Est quod invicem ex vobis alteri ex alteris admoneri utrique debeatis. . . . Errando in diversa itis. In medio est via quam relinquitis.*

III. Gravius semper fuit, & hodiè longè gravius est periculum ne Confessarii in *Laxismi*,quam in *Rigorismi* extremum declinent. Vix in universa Italia, Germania , Hispania invenies unum Rigoristam, quantum ex libris conjicere , & ex manifesta experientia licet, qui Christianis sincere contriti sacramenta deneget. A Rigorismo detrahunt omnes humanę rationes.Qui nimio rigore peccat, stultus omninò est , quia , & Deum, & mundum contra se provocat. A mundo traducitur ut phanaticus , ut mysantropus , ut Rigoristæ, ut Jansenista ; à Deo verò punitur ob erroneam severitatem. Infelix ergo est *Rigorista*,& in hoc, & in futuro sæculo. Contra *Laxistæ*, si infelices erunt in futuro, felices saltem sunt in præsenti sæculo.

IV. Ad extremum Laxismi in primis fugacissimus ille prærigiator impellit, amor nempè proprius , amor placendi hominibus , & mundo. Homines communiter arctam viam crucis , & evangelicæ pœnitentiæ pleramque perhorrescunt; illos Doctores, & Confessarios extollunt qui placentia loquuntur , qui cervicalia mollia, & blandos puvillos consuunt. Secundò timor derisionum , & censurarum. Tertiò pavor concilandi sibi hostes, qui dignitatum cursum intercipiant,& ambitioni nostræ bellum intentent. Quartò vehemens illud desiderium habendi multitudinem pœnitentium qui decorem Ecclesiarum, & splendorem communitatis sua affluentia augeant, nosque tamquam prudentes magistros , & doctores graves deprędicent. Cujuscumque status, & conditionis plebei , & nobiles , pauperes , & magnates , matronæ , & ancillę inquirunt , & amant Confessarios blandiloquos , indulgentes , dulces, benignos, suavissimos. Istorum splendor , favor, gratia , plausus , acclamatio humanitatem nostram commovent , mentem acuunt ad emolliendam, inflectendamque Dei legem.Isti tyranni sunt Nerone , Caligula , Diocletiano immaniores , & truculentiores ad constantiam nostram deprimendam. Quintò illicium quoquè validum est tenerrimus amor patris spiritualis in filios , & filias spirituales. Sextò seductionis illecebra est naturalis commiseratio , & propensio solandi , & non turbandi illos qui ad nos veniunt.

V. Quarè nisi divinæ fortitudinis spiritu obarmati Confessarii sint ; nisi sub pedibus habeant universum mundum ; nisi terrorem faciant hominum favorem , patrocinium ; nisi in pectore ardeat disciplinæ evangelicæ amor ; facilè in *Laxismum* prœcipites ruunt.

quæ cattimoniam oleant : caveat summoperè ne ignoratorum criminum notitiam induceat, aut quid curiosius interroget. In hoc negotio studeat summoperè brevitati : in id incumbat, ut emoliat cor pœnitentis, & pus, sanieſque sponte sua effluet, & continuò, brevique manu vulnera claudet, ne aures, & mentem tum loquentis, tum audientis inquinent. Temperabit, aut continuabit interrogationes suas, prout prudentia suggesserit.

VI. REGULA TERTIA. Dolorem expendat pœnitentis, videatque, sit ne conceptus ex amore Dei super omnia. Si viderit pœnitentes hoc amore carere, ad eum illos incitet, ac inflammet. His immensa Dei beneficia, & in primis mortem illam crudelissimam, quam Jesus Christus pro nobis oppetiit, illis inferorum supplicia, extremi judicii terrorem proponat. Varia variis adhibeat incitamenta, stimulis diversis urgeat pro pœnitentium diversitate ; alios terreat, alios animet. Incipiat, natura ipsa duce, ab imperfectioribus actibus ; à timore suppliciorum ascendat ad spem ; at non intercipiat iter donec ad charitatem tandem perventerit. Eo industriam omnem suam Confessarius dirigat, ut hanc sinceram peccatoris conversionem perspectam, quoad fieri potest, habeat. Hanc verò vivam pœnitentiæ plantam ex fructibus cognoscet. Instruet pœnitentes suos, veram conversionem sitam non esse vel in pectoris tunsionibus, vel in criminum narratione, vanisque pollicitationibus Sacerdoti factis. Nam, & Pharisæi, & Sadducæi sanctitatem præferentes ad baptismum Joannis suscipiendum accedebant, at fructus pœnitentiæ dignos non edebant. Sed de hoc iterum sermo redibit.

VII. REGULA QUARTA. Prudentia Confessarii in hoc maximè elucere debet quod christiana patientia, & mansuetudine evangelica suscipiat, audiat, amplectatur pœnitentes suos, ut fratres, quos eripere à diaboli servitute, Deoque lucrari debet. Patientia vobis necessaria est, omnibus certè, sed vobis imprimis.

VIII. REGULA QUINTA. Cum benignitatis oleo conjungat prudens minister severitatis acetum, ne plaga tabescens periculosior fiat. Postquam patientia, & mansuetudine peccata audivit, curandis vulneribus opportuna remedia applicet, & opera satisfactoria ætati, statui, valetudini, criminumque gravitati consentanea imponat. Si pœnitentes jugo satisfactionis subeundo, à te prudenter, & moderatè juxta evangelicas, & Tridentinas regulas impositio difficiles se præbent, dubitandi de eorum dispositione fundamentum occurrit, nisi evidentes, & manifestas allegent rationes.

IX. REGULA SEXTA. Munera Confessarius non accipiat á pœnitentibus : quia Spiritus Sanctus ait : *Non accipies personam, nec munera, quia munera excæcant oculos sapientum, & mutant verba justorum* : Deut. 16. Familiaritatem omninò declinet, præsertim fœminarum. Eva suis blanditiis Adamum seduxit. Halitus, vox, suspiria, lacrymæ ipsæ, beneficia, & præstigia sunt, quæ magnetica quadam vi hominum corda inficiunt. Ea cautione, & circumspectione tractandæ fœminæ sunt, qua tractarentur, si immanissima peste laborarent.

§. III.

De Scientia Confessarii. Undè illam hauriri debeat. PP. Lacroix, Gobat, & aliorum axiomata refelluntur.

I. AQua hæret, & undè orta capiam ignoro. Confessarius judex sedet, ut crimina contra legem Dei patrata judicet, vindicetque. Exacta ergo divinarum legum notitia necessaria plus minusve est, quantum humana imbecillitas permittit. Ubinam lex ista ? In Scripturis sanctis, in Evangelio, in Pauli, Petri, Jacobi, aliorumque Apostolorum epistolis. Libros istos diurna, nocturnaque manu revolvere Confessarius debet. Ratio evidens. Quilibet judex Principum callere leges : quilibet artifex artis suæ regulas habere perspectas debet.

II. Attentè legi Moralistas, qui præ cæteris hodiè in Confessariorum manibus sunt, Salmanticenses, Tamburinum, Leandrum, Sporer, Gobat, Viva, Lacroix, Reiffenstuel, aliosque similes, qui de Confessariorum scientia disputant. Istorum nemo ad Scripturam sanctam, ad Patres, ad Concilia addiscenda te mittit. Summistas, & Casuistas proponuntur ; sed de Evangelio, sed de Paulo, sed de Tridentino, ejusdemque Catechismo silent.

III. P. Claudius Lacroix *lib. 6. p. 2. n. 1788.* hæc scribit. „ Putant *Lamas*, & *Stoz* ad hoc munus (Confessarii) satis DOCTOS esse illos „ qui integram SUMMAM diligenter *legerint*, „ vel attentè AUDIERINT *explicari*. Quod si „ quis de seipso dubitet, sistat se examinatoribus „ ab Episcopo, vel Superiore constitutis : qui si „ eum satis scire judicent, poterit acquiescere, & „ cum fiducia in Deum aggredi functionem, quamvis omnium maximam, & gravissimam. *Stoz*, „ *Sporer*. “

IV. *Lamas* edidit summulam parvulam laxarum opinionum redundantem, ut quisque videre potest. Auctor est nullius nominis. *Stoz* non vidi. *Sporer* legi, &, ut ipse testatur, collector est Tamburini, Sanchez, Gobat, & aliorum similium auctorum, sæpè concludens : *Ita mei Doctores*. Minus aptè itaque P. Lacroix proponit Confessariis regulam præscriptam á *Lamas* Casuista nullius sanè auctoritatis, & scientiæ, quantum ex ejus libro imbecillitati meæ apparet.

V. Subdit *ibidem n. 1791.* P. Lacroix: *Refellunt GOBAT tract. 7. n. 321. Confessarium debere scire SENTENTIAS PLURES, quæ verè probabiles sunt, circa materias morales, eo quod sæpè, ubi non agitur de valore sacramenti, non possit, nec expediat pœnitentes dirigere SECUNDUM UNICAM DOCTRINAM, tam parum, quam medicus possit omnes unica medicina sanare ; sed pro diversitate subjecti, & circumstantiarum debet has, aut illas applicare ; attamen observare debet hoc quod dixi num. 1737.*

Cru-

VI. Crumenam ergo plurium contrariarum opinionum (si enim contrariæ non essent, una sufficeret) habere Confessarius debet, & pro pœnitentium diversitate illas expendere. Non expedit pœnitentes dirigere *secundum unicam doctrinam*? Quis talia audivit? Non ergo unica lex divina, non unica doctrina Christi, non unicum Evangelium, non unica fides, non unum Baptisma ? Siste gradum, & audi quæ scribit P. Gobat *tr. 7. n. 321.* „ Plurimum *juvat* ad prudentes „ administrandum hoc sacramentum habere *in* „ *recenti memoria & usu* quasdam regulas, docu„ menta, seu APHORISMOS, *sparsa* hinc indè „ per libros sapientissimorum Theologorum. “ Quinam isti sapientissimi Theologi? Lamas, Stoz, Burgaber, Sporer, Caramuel, Tamburinus, Diana, Bonacina, Leander, Zanardi, La-Crux &c.

VII. Sed meditemur unum ex *aphorismis*, quem P. Gobat *ibidem n. 325.* assignat: „ Quan„ doquidem in Clypeo clem. judicum ostende„ mus, esse moraliter ferè certum, per se loquen„ do licere utramlibet ex duabus opinionibus ve„ rè & practicè probabilibus sequi ; & tamen „ certum est etiam quandoque ratione variatum „ circumstantiarum incumbere Confessario obli„ gationem una potius quam altera utendi : id„ circò *tutent Confessarii* verisimam doctrinam „ P. Lessii, quam tradit in præf. sui oper. de jur. „ & just. *scil. contrariarum opinionum practicè pro„ babilium cognitionem esse commodissimam, & ferè* „ *necessariam conscientiæ foro.* Quarè non censeo „ illos Confessarios sat benè suo officio fungi pos„ se qui sunt, ut dici solet, tantùm unius senten„ tiæ doctores. “

VIII. Duo hic docet *P. Gobat*, alterum verum, alterum falsum. Verum dixit, dum ait crumenam *contrariarum opinionum practicè probabilium esse COMMODISSIMAM.* Quid enim commodius quam abundare variis opinionibus contrariis, nempè veris, & falsis, & juxta pœnitentium diversitatem modò unam, modò alteram adoptare, & omnes tamquam regulam tutam? Alterum falsum est, nempè quod Confessarii, qui rejecto *harum contrariarum opinionum usu*, utuntur unica evangelica doctrina, vel ex quam judicant Evangelio propinquiorem, non benè fungantur officio suo. Si contrariarum doctrinarum una est vera, altera falsa sit necessum est. Confessarius ergo si uni pœnitenti porrigit remedium, alteri impertitur venenum. Falsitas autem venenum est, & præsertim si falsitas cognita sit, quæ animas occidit. Cognita autem falsitas in casu proposito est. Quoniam Confessarius adhibens doctrinas contrarias, scit unam esse falsam, si altera vera est, cum doctrinæ contrariæ simul verè esse nequeant.

IX. Alius *aphorismus* quem ibidem exhibet *P. Gobat*, est ejusmodi. „ Quando Confessarius videt „ pœnitentem *salutis suæ admodùm studiosum*, val„ deque cupidum perfectè adimplendi vel in om„ nibus rebus, vel in CERTIS QUIBUSDAM „ voluntatem divinam, communiter *consuetum* „ *est* ut HIC cum TALI procedat secundum „ doctrinas tutiores, *adeoque rigidiores* : censetur „ enim ita *tacitè* velle ejusmodi pœnitens. Et „ quidni huic optimæ *opinioni*, laudatissimæque „ voluntati acquiescat Confessarius. “

X. Aphorismus iste mirificus est. Quandò pœnitens est salutis suæ *admodum studiosus*, tunc dirigendus secundum doctrinas *tutiores*, *adeoquè rigidiores*. Rectè, & benè. Sed cur hoc? Quia, respondet P. Gobat, *censetur ita tacitè velle ejusmodi pœnitens*. Aptanda ergo doctrina evangelica ingenio pœnitentis? Quid si pœnitens non esset *admodum studiosus adimplendi vel in omnibus rebus, vel in certis quibusdam voluntatem divinam*? Quid si nollet dirigi secundum doctrinas rigidiores? Quid tunc agendum?

XI. Respondet P. Gobat ibidem n. 326. „ Ita „ etiam propter eamdem omninò rationem miti„ gandæ sunt, *aut potius deferendæ opiniones severæ*, „ quandò ita expedit ad salutem ejusdem pœni„ tentis. Et sicut idem Coninch n. 73. monet, „ Confessarium numquam debere taleni pœni„ tentiam injungere, quam credat pœnitentem „ non esse perfecturum ; ITA NEC Confessarius „ debet pœnitenti ALIQUAM *à certo probabili„ bus sententiis tanquam necessariò sequendam pro„ ponere, si videat illum tam repudiaturum.* (N.B.) „ Quare dubitandum non est quin Confessarius „ in legem charitatis possit quandoque impin„ gere, dum *Catonianam* (ut loquar ex Tulio) „ severitatem imitatur, insuperhabita lenitate „ *Cæsariana*, ut si præfractè neget absolutionem „ reo confesso, *cum impertiri possit ex OPINIONE* „ *PROBABILI.* “

XII. Cum olim legebam in quodam libro quosdam Confessarios trahere ad se plurimos bonos Christianos, pios, probosque, simulque dissolutos, prævaricatores, luxuriosos, fœneratores &c. quia probos, & pios, atque studiosos implendi divinam voluntatem, vel in omnibus, vel in *certis quibusdam* dirigunt doctrina sana, tutiore, rigidiore : alios verò doctrina opposita mitiore, benigniore, minùs probabili : dum, inquam, hæc legebam, certò existimabam atrocissimam esse calumniam impactam Confessariis quibusdam. Verùm an ex doctrina P. Gobat, qui pro eadem citat Lessium, Coninch, & quam adoptat P. La-Croix, inferatur hanc esse veritatem, judicent sapientes.

XIII. Primo doctrinà P. Gobat absolutè probata de impertienda absolutione ex opinione probabili damnata est ab Innoc. XI. Ideò P. La-Croix adjecit, *ubi non agitur de valore sacramenti*, adhibendas esse plures opiniones probabiles. Ut clarè & perspicuè intelligatur istorum Moralistarum inaudita doctrina, distinguenda sunt remedia ab ipsa doctrina.

XIV. Unica Christi doctrina, ut ex Tridentino explicatum est, præscribit ut pro diversitate criminum, & consuetudinum peccandi applicentur medicinæ. Nam peccatoribus inveteratis, juvenibus luxuriosis, vanis, superbis remedia præscribenda sunt diversa ab iis quæ præscribi debent pœnitentibus ex infirmitate tarò labentibus. De hoc nemo ambigit. Et omnes admittunt, quod *loc. cit.* docent Gobat, & La-Croix. *Medicus non*

V.I. Regulares approbati in una diœcesi valent absolvere fideles alterius diœcesis ad ipsos adventantes, ut communis sententia docet, & confuetudo universalis obtinet. Superiores quoquè Regularium approbatione indigent, ut Provinciales, Priores, Guardiani, &c. quia Tridentinum neminem excipit. Quarè opposita opinio penitùs falsa est. Possunt tamen absolvere sine approbatione sæculares in eorum domibus commorantes tamquam de familia, secùs si ibi non continuè, & non tamquam de familia commorentur, & mensa non sruantur. Regulares iter agentes, si desint Confessarii proprii ordinis, debent confiteri Sacerdoti approbato, quia hæc est tutior sententia.

VIII. QUÆST. IV. *Quid sit jurisdictio ordinaria, & delegata?* RESP. Prima competit alicui ratione sui officii, idest curato animarum, quarum est pastor. Ejusmodi sunt Papa, Episcopus, Abbas, Parochus, Vicarius perpetuus Episcopi, Vicarius capitularis, summus Pœnitentiarius, Cardinalis in Ecclesia sui tituli, Vicarii Generales Papæ, Legati à latere in provincia legationis. Inter Regulares sunt Generales, Provinciales, Superiores locales. Hi omnes veniunt nomine Ordinarii, & nomine proprii Sacerdotis. Hinc Papa non habet ordinarium, cum sit omnium Pastor Supremus. Ordinarius Episcopi est Papa, & Parochi est Episcopus. Archiepiscopus habet facultatem ordinariam absolvendi sacramentaliter dum visitat diœcesim suffraganei.

IX. Jurisdictio delegata illa est quæ alicui Sacerdoti conceditur, non ratione curæ animarum, sed ex voluntate illius qui habet jurisdictionem ordinariam, & legitimè delegare eam valet, si capax sit ille cui deleganda jurisdictio est: suspensi enim, & excommunicati non tolerati capaces non sunt. Episcopus delegare potest, secùs Parochus, qui non potest delegare jurisdictionem in proprias oves Sacerdoti non approbato ab Episcopo proprio.

X. Sacerdotes non approbari nequeunt absolvere à venialibus, ut declaravit Innocentius XI. in decreto pro frequenti communione dato ann. 1679. In hoc decreto comprehensi sunt etiam Patres Societatis. Quarè fallitur P. Lacroix, qui *n.* 1553. excipit Jesuitas, & tamen decretum non ignoravit.

XI. P. Viva *q.* 8. *art.* 1. *n.* 7. inquit: „ Innoc. „ XI. anno 1679. voluit ut Episcopi non permit- „ tant veni allum confessionem fieri simplici Sa- „ cerdoti non approbato ab Episcopo, aut Ordi- „ nario. . . . Puto tamen cum Carden. & aliis „ apud *Lacroix* quod non sit invalida, & quod „ non exponeretur periculo frustrationis sacra- „ mentum. *Cum enim probabile sit jurisdictionem* „ conferri *Sacerdoti immediatè à Christo Domino*, „ & cum jurisdictione probabili validè confe- „ ratur Sacramentum Pœnitentiæ, ut dicemus „ quæsito nono; ideirco validè confertur Sacra- „ mentum á simplici Sacerdote absolvente dum- „ taxat à venialibus, aut á mortalibus aliàs ab- „ solutis. "

XII. Summus Pontifex prohibet ne simplices Sacerdotes queant absolvere à venialibus; & P. Viva *pr habiliter* docet oppositum: quia Sacerdotes habent jurisdictionem immediatè à Christo Domino. Ecce quam verùm sit *Probabilissimum* adversum esse potestari Pontificum, & Episcoporum, atque adeò Principum. Utique Sacerdotes habent potestatem á Christo Domino, sed vi ecclesiasticæ hierarchiæ subjectam Pontifici, & Episcopo. Alioquin dicendum esset vi doctrinæ P. Viva, simplices Sacerdotes posse absolvere quoque à mortalibus non absolutis. Quod magis displicet, est progressus Probabilissimi. Primo dicunt posse simplicem Sacerdotem absolvere à venialibus; post à mortalibus confessis, deindè à mortalibus invincibiliter oblitis, ut Salmanticenses *tract.* 6. *c.* 11. *n.* 16. & tandem á mortalibus bona fide confessis simplici Sacerdoti, ut cum aliis Probabilistis Leander *tract.* 5. *disp.* 11. *quæst.* 14. docet. Hæc omnia falsa sunt, & improbata ab Innocentio XI.

XIII. QUÆST. V. *Utrum omnis Sacerdos in articulo mortis habeat jurisdictionem absolvendi à peccatis, & à censuris?* RESP. In mortis articulo, si adsit Sacerdos approbatus, non potest simplex Sacerdos absolutionem impertiri, quia tum nulla urget necessitas. Secus dicendum, si approbatus nollet audire confessionem, aut si simplex Sacerdos jam incepisset audire confessionem.

XIV. Mendicantibus approbatis ab Ordinario delegatur jurisdictio absolvendi ab omnibus casibus, & censuris Papæ reservatis, exceptis casibus Bullæ Cœnæ, & sex aliis à Clemente VIII. extra urbem, & intra Italiam reservatis. Benedictus vero XIV. reservabit sibi, & successoribus facultatem absolvendi complicem criminis contra sextum præceptum, ut infrà dicetur.

XV. Qui habent potestatem ordinariam, possunt inquiunt communiter Auctores, illam exercere in aliena diœcesi cum propriis subditis, dummodò in facultatis formula limitatio non sit pro tali loco, ut frequenter fieri solet. Verùm spectanda consuetudo est.

XVI QUÆST. VI. *Quinam sit proprius minister vagorum, peregrinorum, & eorum qui in duplici parochia habent domicilium?* RESP. Vagi dicuntur qui non habent proprium domicilium; & istorum Parochus est ille sub quo reperiuntur tempore confessionis. Qui peregrinantur, licèt habeant proprium domicilium, confiteri valent cuilibet Confessario approbato ad quem declinant. Qui habent duplex domicilium in duplici parochia, confiteri utrique Parocho queunt.

XVII. Jurisdictio non acquiritur sola consuetudine, nisi accedat consensus saltem tacitus Superioris. Nec sufficit consensus præsumptus, & interpretativus. Confessarius excommunicatus non toleratus amittit omnem jurisdictionem. Excommunicatus toleratus illicitè, sed validè absolvit. Parochum excommunicatum non toleratum non privatum parochia, posse concedere alteri, ut matrimonio assistat, secùs delegare jurisdictionem audiendi confessiones, plures docent: quia, inquiunt, assistere matrimonio non est jurisdictionis, sed testimonii actio. Sed hęc opinio falsa est.

Quid?

Quid? Assistere matrimonio non est jurisdictionis actio? Omnes ergo indiscriminatim poterunt esse matrimonii ministri, sicut possunt esse testes. Hoc autem absurdum est. Neutrum ergo concedere valet præfatus Parochus. Sacerdos absolvens excommunicatum, debet præmittere absolutionem à censuris antequàm absolvat à peccatis.

XVIII. Episcopi limitare ex justa causa queunt jurisdictionem audiendi confessiones in templo, ante Solis ortum, & post Solis occasum, mulierum. Absque verò justa, & rationabili causa hanc jurisdictionem limitare nequeunt saltem respectu Regularium. Si tamen limitaret Episcopus, etiam absque justa causa, limitatio consisteret, & absolutiones invalidæ essent, sicuti quando sine justa causa reprobantur, reprobati manent.

XIX. QUÆST. VII. *An jurisdictio expiret morte concedentis?* RESP. Jurisdictio in hoc foro delegata in generali à Summo Pontifice non desinit morte concedentis, ut communis opinio docet. Disputant verò Theologi de jurisdictione concessa ab inferioribus Prælatis, ab Episcopo, &c. Asfirmant plures expirare; sed communius docent continuare, donec vel labatur tempus præfinitum, vel revocetur á successore. Et hoc colligunt ex communi consuetudine, consentientibus Prælatis. Nec officit quod mortuo Episcopo, ejus Vicarius caret potestate, quia Vicarius generalis unùm cum Episcopo efficit tribunal.

XX. Delegatus non potest subdelegare, quia delegatio est personalis, huic personæ concessa, & non alteri. Ergo qui illam accipit, nequit eam alteri communicare. Opinio contraria quam defendunt aliqui, mihi non probatur.

XXI. QUÆST. VIII. *An error communis, deficiente titulo colorato, sit satis ut dicatur, jurisdictionem conferri?* RESP. Aliquis est simplex Sacerdos carens omni jurisdictione, Illum ut pastorem, aut Confessarium habent omnes alicujus loci fideles. *Hic est error communis* de jurisdictione illius Sacerdotis. Si autem Sacerdos simplex obtineat ab Episcopo beneficium parochiale, verùm ob aliquod canonicum impedimentum, puta excommunicationem, aut simoniam, aliudvè obstaculum invalidè obtineat, & possideat beneficium parochiale; vi hujus ab omnibus habetur ut Parochus, vel Curatus. Hic est error communis, conjunctus *cum titulo colorato*: possidet enim titulum, nempè collationem beneficii parochialis collati á legitimo Superiore, nempè ab Episcopo; sed quia invalidè beneficium collatum fuit, possidet quidem titulum, non tamen verum, sed falsum, & apparentem, ideò *coloratum* nuncupatum. Qui verò beneficium non obtinet, sed falsis litteris se Parochum fingit, nullum titulum, ne coloratum quidem, habet.

XXII. Communis sententia docet, *communem errorem* conjunctum cum *titulo colorato*, quo aliquis habetur ut Parochus, aut Curatus, satis esse ad jurisdictionem, qua possit talis validè absolvere, & alia Sacramenta administrare: quia ob publicam utilitatem Ecclesia in hoc casu collati beneficii, licèt ob impedimentum occultum invalidè, confert reipsa jurisdictionem, ut communis Theologorum, & Canonistarum sententia docet.

XXIII. P. Viva cum aliis docet sufficere etiam solum errorem communem, dummodò error non sit supinus, & crassus, sed probabilis.

XXIV. Celeberrimus Canonistarum Fagnanus *in lib.* 5. *de Crim. fals. cap. saprà ea*, ut evincat titulum coloratum conjunctum cum errore communi sufficere ad jurisdictionem, adducit in suffragium juris canonici ipsum jus civile, nempè leg. *Barbarius*, ubi servus cum putaretur liber ex delegatione, sententiam dixit. Rejicit verò solùm errorem communem defensum à quibusdam.

XXV. QUÆST. IX. *An sufficiat jurisdictio dubia, & probabilis?* RESP. Asfirmant aliqui. P. Viva hæc *in curs. q.* 8. *art.* 2. *n.* 1. & 2. docet. „ Videtur non licere conficere Sacramentum Pœ- „ nitentiæ cum jurisdictione probabili, saltem „ quando potest haberi jurisdictio certa. Nihilo- „ minùs censeo licitum esse absolvere cum juris- „ dictione probabili. . . Hinc sequitur ab Innoc. „ XI. in prima ex ejus proscriptis thesibus non „ esse damnatam hanc sententiam: QUIA DE- „ BUISSET APERTE ILLAM DAMNARE, si „ voluisset quod non solùm in iis quæ pertinent „ ad *materiam*, & *formam Sacramenti*, sed etiam „ in iis quæ pertinent ad *jurisdictionem*, sequamur „ opinionem tutiorem, omissa probabili, ut mul- „ ti viri docti censent. "

XXVI. Nisi me omnia fallunt, hæc opinio continetur in 1. propos. damnata ab Innoc. XI. In ea enim damnata thesi mentio non fit nequè materiæ, nequè formæ. Altum de his silentium: indefinita thesis est, omnemque comprehendit opinionem *de valore Sacramenti*. Neque enim assignari potest ratio cur hanc, & non illam damnarit. Quisque dicere potest: hæc opinio probabilis, relicta tutiore, est damnata, secùs illa: alter diceret: illa est damnata, secùs hæc: & hoc pacto decretum pontificium esset illusorium, nihilque damnasset. Propositio itaque indefinita damnata comprehendit omnem opinionem probabilem in conspectu tutioris, agentem de valore Sacramenti. Sed omnibus fatentibus, etiam P. Viva, jurisdictio pertinet ad valorem Sacramenti. Ergo opinio probabilis de jurisdictione probabili, relicta tutiore, damnata videtur.

XXVII. Reponit P. Viva, in proscripta thesi damnari usum opinionis minus tutæ in his quæ adversantur juri ecclesiastico. Quæ responsio falsa omninò est, & ab ipso P. Lacroix *lib.* 6. *p.* 3. *n.* 37. *pag.* 359. improbata; immò testatur *ab omnibus* illam improbari.

XXVIII. Insistit P. Viva. „ Non est probabi- „ le centum triginta Doctores à Gobat relatos in „ re tanti momenti esse deceptos, & indiguisse „ censura. " Falsum est Gobat citare 130. Doctores, immò nec 100. Nisi brevitas præstituta impediret, vellem transcribere verba P. Gobat; sed vide *tom.* 9. *l.* 2. *d ff.* 2. *c.* 5. *n.* 5. Cæterum etiamsi P. Gobat citaret sexcentos Probabilistas, his

his præmissis standum esse pontificio decreto.

XXIX. Insistunt, *an matrem Ecclesiam* supplere, quando adest opinio probabilis de jurisdictione. Respondeo, piam matrem Ecclesiam medio suo capite Innoc. XI. damnasse hanc doctrinam. Ergo recusat supplere.

XXX. Opponunt Probabilistæ gravissimos auctores Suarez, Filliucium, Reginaldum, Lessium, Bonacinam, Dianam, & alios, quos citat Gobat, defendere usum jurisdictionis probabilis. Respondeo, præfatos auctores, sicut, & P. Gobat, scripsisse antequam Innoc. XI. damnaret hanc opinionem, ideoque excusandos; sed non in hoc sequendos esse.

CAPUT III.

De casuum reservatione.

I. Potestas reservandi atrociora quædam scelera, ut Tridentinum *sess.* 14. *c.* 7. declarat, á nemine in dissimen adducitur. Reservare peccata illis convenit quibus competit conferre jurisdictionis potestatem. Hi sunt Summi Pontifices respectu universæ Ecclesiæ, Episcopi respectu inferiorum Presbyterorum, & Superiores regulares respectu subditorum. Reservatio hæc invalidam, nedum illicitam reddit absolutionem.

II. Peccata venialia non reservantur, quia inutilis esset talis reservatio cum hæc peccata deleri absque Sacramento queant. Reservari posse peccata mortalia interna docent graviores Theologi, Suarez, Soto, Sylvius, Vazquez, & alii: quia hæc peccata mortalia respa subjiciuntur foro interiori Ecclesiæ, & judiciali sententia remittuntur. Ergo reservari valent. Ejusmodi tamen reservatio expediens minime est. Nec hactenus aut Romani Pontifices, aut Episcopi talia interna peccata reservarunt unquam.

III. Casus reservati Romano Pontifici continentur in Bulla *Cœnæ Domini*, quos brevitatis causa non refero. Clemens quoque VIII. sibi reservavit sex sequentes casus. 1. *Violationis immunitatis ecclesiasticæ in terminis constitutionis fel. record. Greg. XIV. cujus initium*, Cum alias nonnulli. 2. *Violationes clausuræ Monialium ad finem malum.* 3. *Provocantium, & pugnantium duello juxta decretum sacri Concilii Tridentini, & Constitutionis fel. record. Greg. XIII. incipientem.* Ad tollendam. 4. *Injicientium violentas manus in Clericos juxta canonem*, Si quis suadente, &c. 5. *Simoniæ realis scienter contractæ.* 6. *Confidentiæ beneficialis.*

IV. Alii quoque Pontifices reservarunt sibi nonnullos alios casus. Excommunicationem Summo Pontifici reservatam incurrit qui confessionem audit complicis *in aliquo peccato turpi*, & inhonesto contra sextum Decalogi præceptum commisso. BENEDICTUS XIV. in sua constitut. *Sacramentum Pœnitentiæ* edita an. 1741. jurisdictione privat Confessarios absolvendi ab hoc crimine. Eamdem constitutionem confirmavit altera constitutione edita ann. 1745. cujus initium est *Apostolici muneris partes.* Declaravit tamen in mortis articulo Sacerdotibus interdictum non esse confitentem personam complicem audire, illamque rite dispositam absolvere, dummodò tamen non adsit alius Sacerdos, qui si absque scandalo haberi possit, etiamsi simplex Sacerdos, iste excipere confessionem debet. Immò criminis socius omnem adhibere curam debet ut alius Sacerdos inveniatur, qui talem audiat confessionem, quando id fieri absque scandalo potest. Alioquin, si Sacerdos flagitii socius negligens fuerit in curando ut alius Confessarius reperiatur, & ipse confessionem audiat, valida quidem absolutio erit, respectu pœnitentis complicis; at Confessarius complex excommunicationem latam in dicta constitutione incurrit.

V. Qui indulto apostolico absolvit á culpa in his casibus quibus annexa est excommunicatio, absolvit quoque á censura. Præfati casus etiam tempore Jubilæi reservati sunt, nisi expressè excipiantur.

VI. De casibus quos reservare sibi Episcopi valent, non est nostrum ferre judicium. Ea tantùm atrociora crimina reservare sibi solent quæ magnoperè turbant Ecclesiæ disciplinam, & scandalum grave ingerunt.

VII. QUÆST. I. *An ignorantia excusat à casuum reservatione?* RESP. Omnes subditi Superioris reservantis subjecti sunt reservationi. Ad propositam quæstionem respondet aliquis, eum qui ignorat sive reservationem, sive censuram, sive eum qui *dum actu peccat*, ad illam non advertit, neutram incurrere. Hæc sententia falsa mihi est. Nam qui imporenti libidine, qui ira percitus peccant, nihil de reservatione cogitant. Qui censuram ignorant, non incurrunt, quia hæc lata est contra contumaces. Contumacia autem sine cognitione haberi nequit. Reservatio contra est subtractio potestatis absolvendi á certis peccatis. Distinguunt aliqui reservationem medicinalem, & pœnalem. Illam, secùs istam incurri ab ignorantibus asserunt. Distinctio hæc vana, & arbitraria est. Omnis quippè reservatio, & medicinalis, & pœnalis est.

VIII. Paucis refello hanc opinionem. Reservatio est subtractio jurisdictionis á Confessario, ut omnes docent, respectu criminum reservatorum. Numquid ignorantia pœnitentium confert jurisdictionem Confessario illam non habenti? Numquid pœnitens ignoranter, & bona fide accedens ad Confessarium non approbatum à Superiore, validè absolvitur? Numquid Confessarius ignorans casum reservatum validè absolvit? Negant omnes. Ignorantia Confessarii non impedit quominus casus sit reservatus. Ergo neque ignorantia pœnitentis tollit quin Confessarius privatus sit facultate absolvendi á reservatis.

IX. Quandò reservatur casus effectu secuto, ut procuratio abortus, homicidium, si effectus non sequatur, casus non est reservatus. Si propinet venenum, vel mortaliter vulneret, & confiteatur, antequam effectus succedat, casus non est reservatus, & validè absolvitur, dummodò Confessarius obliget pœnitentem, ut si effectus sequatur, se præsentet ad tribunal Superioris pro absolutione à reservatione. Alioquin procurantes abortum, propinantes venenum, possent eludere omnem reservationem continuò post datum venenum confitendo peccatum. Quarè mihi probabilius est ut effectu secuto, adeant isti Confessarios qui facultatem habent absolvendi à reservatis.

X. QUÆST. II. *An peccata intelligantur reservata, quando dubitatur de eorum reservatione?* RESP. Duplex dubium. Alterum *juris*, ut si quis dubitaret hoc vel illud peccatum esse reservatum. Tunc enim dubitaret de jurisdictione, & tunc absolvere Confessarius non posset. Quoniam quandò constat certò peccatum esse materiam reservationis, & dubitatur an Superior illud reservaverit, dubitatur de jurisdictione. Porrò cum jurisdictione dubia absolvere Confessarius nequit, ut supra ostensum est. Præterea Clemens VIII. prohibuit omnibus Confessariis in Italia degentibus, *ne quis eorum sub pretextu privilegiorum ab ullo ex confessis clarè, vel* DUBIE *in Bulla Cœnæ, &c. contentis, vel aliàs quomodocumque Sedi Apostolicæ reservatis, vel reservandis absolvat.* Ex quibus infertur in peccatis omnibus Sedi Apostolicæ reservatis ineludi etiam casus *dubios.* In dubio autem *facti* communiter Auctores docent posse simplicem Confessarium absolvere. Peccatum ebrietatis est reservatum: dubitas an in veram ebrietatem inciderit: dubium hoc *facti* vocatur. Quandò quis absolvitur á peccato dubio ab inferiori Sacerdote, si postea deprehendit esse certum, tenetur adire Confessarium potestate præditum absolvendi á reservatis, quidquid in oppositum dicant nonnulli.

XI. QUÆST. III. *Quinam possit à reservatis absolvere?* RESP. Omnes qui possunt reservare, possunt quoquè absolvere: insuper omnes illi qui habent jurisdictionem delegatam à Superiore. Dupliciter delegari jurisdictio valet. Primò directè quandò Ordinarius delegat hunc, aut illum Confessarium ut absolvat á reservatis. Secundò indirectè, quandò Ordinarius facultatem concedit alicui pœnitenti ut sibi eligat aliquem Confessarium, á quo absolvatur à reservatis.

XII. Peregrini bona fide, & omni fraude sublata venientes à diœcesi, in qua peccatum est reservatum, ad diœcesim in qua non est illud peccatum reservatum, possunt à simplici Confessario absolvi. Secùs si in utraque diœcesi esset reservatum, vel si esset reservatum in diœcesi in qua fieri confessio debet.

XIII. Episcopi valent absolvere ab omnibus casibus occultis, etiam Sedi Apostolicæ reservatis subditos suos in sua diœcesi, aut per se ipsos, aut per Vicarium ad id specialiter deputatum. Ab hæresi verò occulta dumtaxat per se ipsum in foro conscientiæ ut Tridentinum *sess.* 24. *c.* 6. declarat. Nomine Episcopi non veniunt Abbates, vel Prælati regulares, quamvis id affirment plures.

XIV. Hæc tamen facultas à Tridentino concessa Episcopis absolvendi ab hæresi occulta, revocata est per Bullam Cœnæ, & contraria opinio proscripta est ab Alexandro VII. num. 3. Certum itaque est ab hæresi occulta neque Episcopos, neque Prælatos regulares absolvere posse subditos suos religiosos, nedum laicos. Clemens VIII. & Urbanus VIII. expressè prohibuerunt regularibus Prælatis absolvere á casibus in Bulla Cœnæ. Sed solùm possunt respectu subditorum, quod possunt Episcopi cum subditis suis. Damnata quoquè est opinio quæ defendebat mendicantes absolvere posse à casibus Episcopis reservatis, non obtenta ab Episcopo facultate.

XV. Superior auditis reservatis nequit sacramentaliter absolvere pœnitentem, remittendo eum ad alium Confessarium pro absolutione á non reservatis. Neque Confessarii carentes potestate in reservata valent directè absolvere à non reservatis, & indirectè á reservatis. Invalidæ essent ejusmodi absolutiones. Immò neque à non reservatis solis qui caret potestate in reservata absolvere potest. Integra enim confessio esse debet.

XVI. Qui tempore jubilæi facit confessionem irritam, non absolvitur á reservatis. Similiter qui confitetur animo lucrandi jubilæum, postea mutat voluntatem, recusatque opera implere, si in ea confessione inculpabili oblivione omittat aliquod reservatum, non potest dum recordatur, à quolibet Sacerdote absolvi: Quia Pontifex aufert reservationem respectu illorum qui reipsa intendunt lucrari jubilæum. Ergo si sponte recusat lucrari jubilæum: eo ipso recusat privilegium reservationis.

XVII. Si tempore jubilæi differatur absolutio pœnitenti indisposito, si post elapsum jubilæum incidat in reservatum, nequit absolvi á quolibet Confessario, sed solùm ab eo qui præditus est facultate absolvendi à reservatis. Absolvi verò potest á reservatis ante jubilæum patratis, & invincibiliter oblitis, si operam dederit lucrando jubilæo.

XVIII. Qui habent facultatem absolvendi à casibus reservatis Summo Pontifici, absolvere quoquè á censuris valent. Qui in articulo mortis confitetur Sacerdoti non approbato, vel excommunicato, absolvitur etiam á reservatis, si dispositus sit, nec tenetur, si convalescat, adire Superiorem: quia, ut dictum est, in articulo mortis nulla est reservatio, nisi aliter à Superiore dispositum sit, ut contingit in peccatis adnexam habentibus censuram, & præcipuè contentam in Bulla Cœnæ. Disputant Auctores in utramque partem, num moribundus absolvi possit ab excommunicato non tolerato, vel á Sacerdote hæretico. Affirmant multi, & multi negant. Cum resolutio hæc pendeat à sola auctoritate Ecclesiæ, Episcopi consulendi sunt, ut verà, & tuta habeatur decisio. S. Raymundus *lib.* 3. §. 16. dissuadet fidelibus talem confessionem.

XIX. Sacerdos qui potestate destitutus absolvit inadvertenter á reservatis, debet, si possit, admonere pœnitentem. Si omni adhibita diligentia, ignorat, excusatur apud Deum, inquit S. Antoninus 1. *p. tit.* 17. *c.* 4. Pœnitens quoquè absolutus est, si invincibiliter ignorat reservationem. Dixi supra, contrahi reservationem etiam ab ignorante illam. Cæterùm cum reservatio sit juris humani, dari ejusdem potest ignorantia invin-

vincibilis tàm in pœnitente, quàm in Confessario. In casu autem necessitatis nulla est reservatio. Quænam autem major necessitas quam inculpata oblivio, & ignorantia invincibilis?

XX. Agendum hic esset de casibus, quos Prælati regulares sibi reservare valent. Verùm casus isti ex Decreto Clem. VIII. & Urbani VIII. omnibus Regularibus noti sunt. Et plures disputationes, quas super his excitant aliqui, prætereo ut superfluas.

DISSERTATIO IV.

De Absolutione sacramentali impertienda, differenda, deneganda; de sigillo Confessarii, & de solicitatione.

CAPUT I.

De Forma absolutionis sacramentalis.

I. QUÆST. I. *Quibus verbis constet forma sacramentalis?* RESP. Formam deprecativam olim obtinuisse usque ad medium sæculum XIII. & etiamnum obtinere apud Græcos, docent plurimi Theologi; & præsertim Morinus *lib. 8. c. 8.* Nonnulli tempore S. Thomæ contendebant formam indicativam esse nullam. Horum errorem convellit Angelicus *opusc. 22. cap. 2.* Formam indicativam propugnatam à S. Thoma probavit Tridentinum *sess. 14. cap. 3.*

II. Penès omnes Catholicos certum est hæc verba, *Absolvo te*, ad formæ essentiam pertinere. Disputant num hoc pronomen *Ego* ad essentiam pertineat.

Vitiligant etiam super pronomine *Te*. Verùm missis istis arbitrariis quæstiunculis usurpanda est forma præscripta à Conciliis tum Florentino, tum Tridentino. *Ego te absolvo à peccatis tuis. In nomine Patris*, &c. Communiter tamen Theologi docent hæc verba *à peccatis tuis* non ingredi formæ essentiam; idque clarè docere Catechismus Tridentinus videtur *p. 2. §. 14.*

Graviter tamen peccaret Confessarius, nisi integram formam proferret, ut si omitteret sequentia verba *à peccatis tuis. In nomine*, &c. Peccarent quoque Confessarii, si dicerent: *Ego tibi peccata dimitto: Remittuntur tibi peccata tua: Condono tibi omnia peccata tua.* Quamvis enim validæ sint ejusmodi formæ, cum sint æquivalentes; tamen negligere ritum Ecclesiæ in re gravissima letali crimine non vacat.

III. Sensus horum verborum, *Ego te absolvo*, non declarat peccata esse à Deo dimissa; sed ipse Sacerdos eadem verba pronuntians, auctoritate à Christo accepta, peccata dimittit, ut definivit contra Novatores Tridentinum *sess. 14. c. 9.* Non modò præfata verba proferre Confessarii debent, sed ritum etiam præscriptum ab Ecclesia servare exactè tenentur. Ideò præmitti preces istæ debent: *Dominus noster Jesus*, &c. *Misereatur*, &c. *Indulgentiam*, & alia quæ formam subsequuntur *Passio Domini nostri*, &c.

In frequentioribus, & brevioribus confessionibus ex Rituali Romano omitti possunt. Consultiùs tamen erit, excepta necessitate, integrum ritum perficere.

IV. QUÆST. II. *Licitumne est formæ absolutionis conditionem adjicere?* RESP. Convenit penès omnes conditionem appositam de præsenti, vel de præterito, v. g. *Si capax es, si unquam es absolutus*, non evertere sacramenti valorem. Baptismum, necessitate urgente, conferri sub conditione posse, dictum supra est. Casus moribundi, de quo dubitatur vivus ne, an mortuus sit, ille est in quo plurimi graviores Theologi usum defendunt absolutionis conditionalis.

V. Plures, ut mihi videtur, nimis facilè adjiciendam hanc conditionem docent. P. Sporer *3. p. c. 5. q. 2. §. 4. n. 622.* impertiendam absolutionem sub conditione docet. 1. Quandò Confessarius dubitat sit ne pœnitens rectè dispositus. 2. Quando dubitat an pueri rudes sint usu rationis præditi. 3. Quandò pœnitens affert sola dubia peccata in materia mortali. 4. Quandò Confessarius dubitat, an habeat jurisdictionem in hunc pœnitentem, vel in ejus peccata.

VI. In his 4. casibus absolutio conditionalis, ut mihi videtur, otiosa est, & reverentiæ Sacramento debitæ contraria. In 1. casu dubitat de materia, nempe de sincero dolore. Veticum autem est extra necessitatis articulum uti materia dubia. Quandò Confessarius dubitat sint ne pœnitentes rectè dispositi, sint ne pueri usu rationis præditi, cur non differt absolutionem, donec dispononantur, comparentque rationis usum? Cur hæc obvia media institutionis negligunt? Cur? Quia, inquiunt, magna est pœnitentium affluentia. Si differenda absolutio esset, vel instruendi pœnitentes, aut tempus concedendum pro dispositione, &c. plurimi dimittendi absque confessione essent: murmura, & censuræ in Confessarios audirentur. Utinam timor displiceendi hominibus, aut minuendæ pœnitentium affluentiæ in causa non sit cur usus iste conditionalis absolutionis interdum usurpetur. Absolvuntur pœnitentes recidivi, dubiè dispositi, absolutione conditionata. Quot heinè sacrilegia? Pœnitentes hunc ritum conditionalis absolutionis ignorantes, se revera absolutos reputant. Quid inde? Animos ad peccandum resumunt, horrorem peccandi exuunt, cum videant absolutionis facilem usum, creduntque vitam christianam sitam in perpetuo peccandi, & confitendi circulo. Magno in discrimine, ut mea minima præfefert opinio, versantur Confessarii illi qui extra necessitatis articulum, nempè mortis, aut dubii phrenetici, absolutionem conditionalem adhibent. Conditio de futuro omninò improbanda est, & reipsa communiter à Theologis rejicitur.

VII. QUÆST. III. *Impertiendane est absolutio absenti?* RESP. Affirmarunt olim aliqui; sed Clemens VIII. istorum opinionem proscripsit. Interpretatum continuò fuit, decretum Clementinum intelligendum esse *copulativè*, non *divisivè*? Sed hanc quoque interpretationem prohibuit Pontifex summus. Decreta tum Clementis VIII., tum Pauli V. integra dedi *tom. 9. lib. 2. diss. 3. c. 2.* Attuli quoque ibi documentum, quod extat in percelebri *Bibliotheca Angelica*, quo perspicuè evincitur Doctorem eximium propugnasse opinionem proscriptam à Clemente VIII. Nunc addo hoc adductum documentum extare quoquè in *Bibliotheca Vaticana*, ubi auctor *Historiæ literariæ* legere illud poterit, & corrigere quæ hac de re scripsit.

VIII. QUÆST. IV. *Quæ præsentia pœnitentis requiritur ut concedi absolutio possit?* RESP. Præsentia moralis, non physica. Illa præsentia sufficit ad absolutionem quæ satis est ad colloquium commune inter homines. Si Sacerdos è fenestra naufragantes, aut vitam agentes videat, & tempus non adsit quo descendat, illosque adeat, & mortis articulus urgeat, potest eos unica absolutione absolvere, dummodò non sit nimia distantia, sed ea quæ sufficit ad colloquium voce elata inter homines. Si Confessarius oblitus sit pœnitentem absolvere, debet illum revocare, eumque monere oblitæ absolutionis, eumque absolvere.

IX. Absolutio danda est statim post peccatorum confessionem completam. Quando opus fuerit, præmittat admonitiones, & exhortationes. Quandò pœnitens post acceptam absolutionem recordatur alicujus peccati mortalis vel circunstantiæ mortalis, vel majoris numeri mortalium, tàm contritio, quàm absolutio repeti debent. Si Sacerdos distractus pronuntiavit absolutionem, non debet eam repetere, quia distractio non impedit ejusdem valorem. Peccat tamen, si voluntariè distractus illam impertiit. Absolutioni à peccatis præmittenda est absolutio à censuris. In articulo mortis dici potest: *Ego absolvo te à censuris, & peccatis tuis.*

CAPUT II.

Vera peccatoris conversi IMAGO ex Scripturis sanctis, & Patribus.

I. *Nunquam nimis, quod nunquam satis*, fert commune axioma. Deplnxi supra imaginem justificationis christianæ. Hæc satis esset ut Confessarius deprehendere posset quandonam pœnitens sit reipsa conversus. Verùm quia negotium summi momenti est, cum ex hoc, sin unicè, saltèm maximè pendeat recta pœnitentiæ administratio, operæ pretium existimavi paucis perstringere veræ conversionis specimen, & ideam. Heine enim colliget Confessarius quandò impertiri, quandò suspendere absolutionem debeat.

II. Illis Deus veniam spondet qui toto corde ad illum convertuntur. Deuter. c. 6. *Cum quæsieris Dominum . . . invenies eum, si tamen toto corde quæsieris eum, & tota tribulatione animæ tuæ.* Ezechiel Propheta c. 18. *Projicite à vobis omnes prævaricationes vestras, in quibus prævaricati estis, & facite vobis cor novum, & spiritum novum.* Hæc vita spiritualis novi cordis, & novi spiritus à Deo infunditur, divina est. Ergo robusta, firma, fortis, & stabilis.

III. Paulus Apostolus *Rom. 6.* hæc scribit: *Quid ergo dicemus? Permanebimus in peccato, ut gratia abundet? Absit. Qui ergo mortui sumus peccato, quomodò adhuc vivemus in illo? An ignoratis quia quicumque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per Baptismum in mortem, ut quomodò Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus . . . Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruatur corpus peccati, & ultrà non serviamus peccato. Qui enim mortuus est, justificatus est à peccato . . . Scientes, quod Christus resurgens ex mortuis jàm non moritur, mors illi ultrà non dominabitur . . . Ita & vos existimate mortuos quidem esse peccato, viventes autem Deo in Christo Jesu Domino nostro . . . Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore ut obediatis concupiscentiis ejus. Sed neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete vos Deo, tanquam ex mortuis viventes, & membra vestra arma justitiæ Deo . . . Sicut enim exhibuistis membra vestra servire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra servire justitiæ in sanctificationem.*

IV. En imaginem Prophetarum, & Apostolorum penicillo expressam. Habes hic plenam, & integram cordis mutationem. Interiorem non vides. Verùm hæc vera, & integra animi mutatio foras erumpit. Sicut perfecta corporis sanitas sita in puro sanguine, in optima viscerum, nervorum, & stomachi dispositione, exterius in vultus colore, in oculis, & universis membris visibilem, & manifestam se prodit omnibus; ita vita spiritualis animæ sincera conversione divinitùs infusa exterius se patefacit visibilem, fructus nobis parit, & in ipsa membra corporis scelerum socii & complicis severè animadvertit. Oculos lascivos, & petulantes lacrymis affligit, à vanitate avertit eum David: vultum stibio olim delibutum ad capiendas animas, modestia, mœstitia, & pallore comprimit: & cætera membra, quæ luxuriæ, ebrietati, conviviis, & crapulæ indulsere, jejuniis, disciplinis, humiliationibus plus & minus, prout magis vel minus recalcitrant, deprimit, cruciat, torquet. Pompas, luxum, fastum in humilem ornatum, in planctum, & ululatum transmutat. Hæc sunt signa peccatoris absolvendi, & absoluti. Nullus hic tergiversationi locus, nulla ad effugium latebra patet. Quoniam omnia sanctarum Scripturarum testimonia signa hæc petunt; & his coloribus veram conversi peccatoris imaginem delineant.

V. Omnes pœnitentes testantur Confessario se toto, & pleno corde peccata detestari, & conversos se ad Deum esse; & post paucos dies in eadem flagitia relabuntur. Hanc eorum mentitam, & mendacem voluntatem *lib. 9. Confess. c. 9* sic carpit S. Augustinus. *Unde hoc monstrum? & quare istud? Imperat animus corpori, & paret statim: imperat animus sibi, & resistitur. Imperat ani-*

vincibilis tàm in pœnitente, quàm in Confessario. In casu autem necessitatis nulla est reservatio. Quænam autem major necessitas quam inculpata oblivio, & ignorantia invincibilis?

XX. Agendum hic esset de casibus, quos Prælati regulares sibi reservare valent. Verùm casus isti ex Decreto Clem. VIII. & Urbani VIII. omnibus Regularibus noti sunt. Et plures disputationes, quas super his excitant aliqui, prætereo ut superfluas.

DISSERTATIO IV.

De Absolutione sacramentali impertienda, differenda, deneganda; de sigillo Confessarii, & de solicitatione.

CAPUT I.

De Forma absolutionis sacramentalis.

I. QUÆST. I. *Quibus verbis constet forma sacramentalis?* RESP. Formam deprecativam olim obtinuisse usque ad medium sæculum XIII. & etiamnum obtinere apud Græcos, docent plurimi Theologi; & præsertim Morinus *lib. 8. c. 8.* Nonnulli tempore S. Thomæ contendebant formam indicativam esse nullam. Horum errorem convellit Angelicus *opusc. 22. cap. 2.* Formam indicativam propugnatam à S. Thoma probavit Tridentinum *sess. 14. cap. 3.*

II. Penès omnes Catholicos certum est hæc verba, *Absolvo te*, ad formæ essentiam pertinere. Disputant num hoc pronomen *Ego* ad essentiam pertineat.

Vitiligant etiam super pronomine *Te*. Verùm missis istis arbitrariis quæstiunculis usurpanda est forma præscripta à Conciliis tum Florentino, tum Tridentino. *Ego te absolvo à peccatis tuis. In nomine Patris*, &c. Communiter tamen Theologi docent hæc verba *à peccatis tuis* non ingredi formæ essentiam; idque clarè docere Catechismus Tridentinus videtur *p. 2. §. 14.*

Graviter tamen peccaret Confessarius, nisi integram formam proferret, ut si omitteret sequentia verba *à peccatis tuis. In nomine*, &c. Peccarent quoque Confessarii, si dicerent: *Ego tibi peccata dimitto: Remittuntur tibi peccata tua: Condono tibi omnia peccata tua.* Quamvis enim validæ sint ejusmodi formæ, cum sint æquivalentes; tamen negligere ritum Ecclesiæ in re gravissima letali crimine non vacat.

III. Sensus horum verborum, *Ego te absolvo*, non declarat peccata esse à Deo dimissa; sed ipse Sacerdos eadem verba pronuntians, auctoritate à Christo accepta, peccata dimittit, ut definivit contra Novatores Tridentinum *sess. 14. c. 9.* Non modò præfata verba proferre Confessarii debent, sed ritum etiam præscriptum ab Ecclesia servare exactè tenentur. Ideò præmitti preces istæ debent: *Dominus noster Jesus*, &c. *Misereatur*, &c. *Indulgentiam*, & alia quæ formam subsequuntur *Passio Domini nostri*, &c.

In frequentioribus, & brevioribus confessionibus ex Rituali Romano omitti possunt. Consultiùs tamen erit, excepta necessitate, integrum ritum perficere.

IV. QUÆST. II. *Licitumne est formæ absolutionis conditionem adjicere?* RESP. Convenit penès omnes conditionem appositam de præsenti, vel de præterito, v. g. *Si capax es, si unquam es absolutus*, non evertere sacramenti valorem. Baptismum, necessitate urgente, conferri sub conditione posse, dictum supra est. Casus moribundi, de quo dubitatur vivus ne, an mortuus sit, ille est in quo plurimi graviores Theologi usum defendunt absolutionis conditionalis.

V. Plures, ut mihi videtur, nimis facilè adjiciendam hanc conditionem docent. P. Sporer *3. p. c. 5. q. 2. §. 4. n. 622.* impertiendam absolutionem sub conditione docet. 1. Quandò Confessarius dubitat sit ne pœnitens rectè dispositus. 2. Quando dubitat an pueri rudes sint usu rationis præditi. 3. Quandò pœnitens affert sola dubia peccata in materia mortali. 4. Quandò Confessarius dubitat, an habeat jurisdictionem in hunc pœnitentem, vel in ejus peccata.

VI. In his 4. casibus absolutio conditionalis, ut mihi videtur, otiosa est, & reverentiæ Sacramento debitæ contraria. In 1. casu dubitat de materia, nempe de sincero dolore. Veticum autem est extra necessitatis articulum uti materia dubia. Quandò Confessarius dubitat sint ne pœnitentes rectè dispositi, sint ne pueri usu rationis præditi, cur non differt absolutionem, donec dispononantur, comparentque rationis usum? Cur hæc obvia media institutionis negligunt? Cur? Quia, inquiunt, magna est pœnitentium affluentia. Si differenda absolutio esset, vel instruendi pœnitentes, aut tempus concedendum pro dispositione, &c. plurimi dimittendi absque confessione essent: murmura, & censuræ in Confessarios audirentur. Utinam timor displiceendi hominibus, aut minuendæ pœnitentium affluentiæ in causa non sit cur usus iste conditionalis absolutionis interdum usurpetur. Absolvuntur pœnitentes recidivi, dubiè dispositi, absolutione conditionata. Quot heinè sacrilegia? Pœnitentes hunc ritum conditionalis absolutionis ignorantes, se revera absolutos reputant. Quid inde? Animos ad peccandum resumunt, horrorem peccandi exuunt, cum videant absolutionis facilem usum, creduntque vitam christianam sitam in perpetuo peccandi, & confitendi circulo. Magno in discrimine, ut mea minima præfefert opinio, versantur Confessarii illi qui extra necessitatis articulum, nempè mortis, aut dubii phrenetici, absolutionem conditionalem adhibent. Conditio de futuro omninò improbanda est, & reipsa communiter à Theologis rejicitur.

VII. QUÆST. III. *Impertiendane est absolutio absenti?* RESP. Affirmarunt olim aliqui; sed Clemens VIII. istorum opinionem proscripsit. Interpretatum continuò fuit, decretum Clementinum intelligendum esse *copulativè*, non *divisivè*? Sed hanc quoque interpretationem prohibuit Pontifex summus. Decreta tum Clementis VIII., tum Pauli V. integra dedi *tom. 9. lib. 2. diss. 3. c. 2.* Attuli quoque ibi documentum, quod extat in percelebri *Bibliotheca Angelica*, quo perspicuè evincitur Doctorem eximium propugnasse opinionem proscriptam à Clemente VIII. Nunc addo hoc adductum documentum extare quoquè in *Bibliotheca Vaticana*, ubi auctor *Historiæ literariæ* legere illud poterit, & corrigere quæ hac de re scripsit.

VIII. QUÆST. IV. *Quæ præsentia pœnitentis requiritur ut concedi absolutio possit?* RESP. Præsentia moralis, non physica. Illa præsentia sufficit ad absolutionem quæ satis est ad colloquium commune inter homines. Si Sacerdos è fenestra naufragantes, aut vitam agentes videat, & tempus non adsit quo descendat, illosque adeat, & mortis articulus urgeat, potest eos unica absolutione absolvere, dummodò non sit nimia distantia, sed ea quæ sufficit ad colloquium voce elata inter homines. Si Confessarius oblitus sit pœnitentem absolvere, debet illum revocare, eumque monere oblitæ absolutionis, eumque absolvere.

IX. Absolutio danda est statim post peccatorum confessionem completam. Quando opus fuerit, præmittat admonitiones, & exhortationes. Quandò pœnitens post acceptam absolutionem recordatur alicujus peccati mortalis vel circunstantiæ mortalis, vel majoris numeri mortalium, tàm contritio, quàm absolutio repeti debent. Si Sacerdos distractus pronuntiavit absolutionem, non debet eam repetere, quia distractio non impedit ejusdem valorem. Peccat tamen, si voluntariè distractus illam impertiit. Absolutioni à peccatis præmittenda est absolutio à censuris. In articulo mortis dici potest: *Ego absolvo te à censuris, & peccatis tuis.*

CAPUT II.

Vera peccatoris conversi IMAGO ex Scripturis sanctis, & Patribus.

I. *Nunquam nimis, quod nunquam satis*, fert commune axioma. Deplnxi supra imaginem justificationis christianæ. Hæc satis esset ut Confessarius deprehendere posset quandonam pœnitens sit reipsa conversus. Verùm quia negotium summi momenti est, cum ex hoc, sin unicè, saltèm maximè pendeat recta pœnitentiæ administratio, operæ pretium existimavi paucis perstringere veræ conversionis specimen, & ideam. Heine enim colliget Confessarius quandò impertiri, quandò suspendere absolutionem debeat.

II. Illis Deus veniam spondet qui toto corde ad illum convertuntur. Deuter. c. 6. *Cum quæsieris Dominum . . . invenies eum, si tamen toto corde quæsieris eum, & tota tribulatione animæ tuæ.* Ezechiel Propheta c. 18. *Projicite à vobis omnes prævaricationes vestras, in quibus prævaricati estis, & facite vobis cor novum, & spiritum novum.* Hæc vita spiritualis novi cordis, & novi spiritus à Deo infunditur, divina est. Ergo robusta, firma, fortis, & stabilis.

III. Paulus Apostolus *Rom. 6.* hæc scribit: *Quid ergo dicemus? Permanebimus in peccato, ut gratia abundet? Absit. Qui ergo mortui sumus peccato, quomodò adhuc vivemus in illo? An ignoratis quia quicumque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus? Consepulti enim sumus cum illo per Baptismum in mortem, ut quomodò Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus . . . Hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, ut destruatur corpus peccati, & ultrà non serviamus peccato. Qui enim mortuus est, justificatus est à peccato . . . Scientes, quod Christus resurgens ex mortuis jàm non moritur, mors illi ultrà non dominabitur . . . Ita & vos existimate mortuos quidem esse peccato, viventes autem Deo in Christo Jesu Domino nostro . . . Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore ut obediatis concupiscentiis ejus. Sed neque exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato, sed exhibete vos Deo, tanquam ex mortuis viventes, & membra vestra arma justitiæ Deo . . . Sicut enim exhibuistis membra vestra servire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra servire justitiæ in sanctificationem.*

IV. En imaginem Prophetarum, & Apostolorum penicillo expressam. Habes hic plenam, & integram cordis mutationem. Interiorem non vides. Verùm hæc vera, & integra animi mutatio foras erumpit. Sicut perfecta corporis sanitas sita in puro sanguine, in optima viscerum, nervorum, & stomachi dispositione, exterius in vultus colore, in oculis, & universis membris visibilem, & manifestam se prodit omnibus; ita vita spiritualis animæ sincera conversione divinitùs infusa exterius se patefacit visibilem, fructus nobis parit, & in ipsa membra corporis scelerum socii & complicis severè animadvertit. Oculos lascivos, & petulantes lacrymis affligit, à vanitate avertit eum David: vultum stibio olim delibutum ad capiendas animas, modestia, mœstitia, & pallore comprimit: & cætera membra, quæ luxuriæ, ebrietati, conviviis, & crapulæ indulsere, jejuniis, disciplinis, humiliationibus plus & minus, prout magis vel minus recalcitrant, deprimit, cruciat, torquet. Pompas, luxum, fastum in humilem ornatum, in planctum, & ululatum transmutat. Hæc sunt signa peccatoris absolvendi, & absoluti. Nullus hic tergiversationi locus, nulla ad effugium latebra patet. Quoniam omnia sanctarum Scripturarum testimonia signa hæc petunt; & his coloribus veram conversi peccatoris imaginem delineant.

V. Omnes pœnitentes testantur Confessario se toto, & pleno corde peccata detestari, & conversos se ad Deum esse; & post paucos dies in eadem flagitia relabuntur. Hanc eorum mentitam, & mendacem voluntatem *lib. 9. Confess. c. 9* sic carpit S. Augustinus. *Unde hoc monstrum? & quare istud? Imperat animus corpori, & paret statim: imperat animus sibi, & resistitur. Imperat ani-*

mus ut moveatur manus, & tanta est facilitas, ut vix à servitio discernatur imperium. Et animus, animus est; manus autem corpus est. Imperat animus ut velit animus, nec alter est; nec facit tamen. Undè hoc monstrum? Et quærè illud? Imperat, inquam, ut velit, qui non imperaret, nisi vellet, & non fit quod imperat. Sed non ex toto corde vult: ergo non ex toto imperat. Nam in tantum imperat, in quantum vult; & in tantum non fit quod imperat, in quantum non vult. Quoniam voluntas imperat ut fit voluntas, nec alia, sed ipsa. Non utique plena imperat, ideò non est quod imperat. Nam si plena esset, nec imperaret ut esset, quia jam esset. Non igitur monstrum parum velle, parum nolle; sed ægritudo animi est, quia non totus assurgit veritate sublevatur, consuetudine prægravatus. Et ideò sunt duæ voluntates, quia una earum tota non est, & hoc adest alteri quod deest alteri.

VI. Acutam S. Augustini argumentationem confirmat communis hominum sensus in singulis humanæ vitæ officiis. Quis dixerit, cum plenè ex toto corde velle, qui id non exequitur, quod se velle testatur, si in potestate ipsius sit ut fiat? Duo quippe ad executionem promissi requiruntur, potestas, & voluntas. Quodnam in peccatore deest? An potestas? Absit hoc asserere, clamant omnes Theologi catholici. Adest ergo potestas. Et non fit quod se velle facere pœnitentes ajunt? Ergo deest voluntas. Ergo ficta, & larvata est, quam ementiuntur, voluntas. Quamobrem scitè S. Thomas 1.2. q. 20. *art.* 4. docet: *Non est perfecta voluntas, nisi sit talis quæ data opportunitate operetur.* An milles pleno corde anhelans gloriam omnia non præstat huic fini assequendo consentanea? An avarus aliquid eorum negligit quæ comparandis divitiis necessaria judicat? An infirmus vel amariora medicamina non deglutit, cum plena voluntate sanitatem desiderat? Si itaque peccatores toto corde, plenaque voluntate reformare mores suos vellent, nihil eorum omitterent, quæ huic fini assequendo conducunt. Præsertim quod majori ardori, & potentiori conatu, & diligentiori studio velle emendationem suam per mandatorum observantiam debeant, quam milles gloriam, quam avarus aurum, quam infirmus sanitatem.

VII. Caveas ergo, ò Confessarii, fidem pœnitenti adhibere, qui, cum possit sese emendare, recusat ab iis abstinere quæ cum emendatione pugnant. Experientia diuturna didicit, ludos, comœdias, amicitias, illecebras mulierculares esse suorum relapsuum causam. Hæc abrumpere iniquitatis fœdera negligit. Ergo ex toto corde non vult emendationem. Habent, inquis, pœnitentes plenam sese emendandi voluntatem, dum confitentur; sed postea humanæ ægritudinis inconstantia eamdem mutant.

VIII. Hæc est vanissima hallucinatio, eò perniciosior, quò frequentior. Plenam, & constantem deliberationem humanam mutari posse nemo inficiatur. At hoc rarò accidit, ut omnes justi testantur. Cedo: cur contingit avaros, insores, libidinosos ratò mutari? Quia, respondet Propheta psal. 72. *transierunt in affectum*: quia voluntas fornicandi, divitias acquirendi, easque in ludos expendendi, plena est, & dominatur in eosdem. Cur veri justi, casti, sinceri, ingenui ratò labuntur, ratò aut nunquàm mentiuntur, ratò aut nunquàm fornicantur? Quia voluntas eorum plena est, integra, & constans. Ergo voluntas pœnitentium, quam plenam, dum confitentur, ostentant, quamque frequenter, & frequentissimè mutant, non est voluntas plena, & firma; sed debilis, infirma, & mera velleitas, ex mero servili timore extorta, & amore virtutis, justitiæ, & Dei penitùs vacua. Cur Judæi inconstantes fuere in Dei obsequio? *Citò defecerunt* (inquit David Psalm. 105.) *obliti sunt operum ejus, & non sustinuerunt consilium ejus.* Quia ex mero timore, minimè ex amore, Deo inserviebant. Imbecillis est humana natura, fragilis, mutabilis. At gratia Dei, & debita vigilantia, robusta, & dominans evadit. Quid fragilitatem obtrudis? clamat *hom.* 28. inter 50. nunc *serm.* 17. S. Augustinus. *Vitrum, etsi fragile est, tamen servatum diu durat. Invenies calices ab avis, & proavis, in quibus bibunt nepotes. Tanta fragilitas custodita est per annos.* Urgeo iterùm. Nunquid in solo æternæ salutis negotio inconstans, & mutabilis homo est? Cur in aliis quibuslibet negotiis ratò recedit ab eo quod sincerè, & toto corde concepit, & deliberatè promisit, nisi promissi rationes mutentur, vel circumstantiæ? Quia, licèt mutabilis, & imbecillis sit, tamen quandò tota voluntate, plenoque animo vult, revera id præstat quod toto corde promisit. In solo unico, gravissimoque æternæ salutis negotio pleno corde promittit, non hominî, sed Deo morum emendationem; & post paucos dies mendax, perfidus, revellis evadit? Quænam tum subitæ, & frequentis mutationis causa? Potestatis defectus? absit. Mutatio circumstantiarum, aut finis? minimè. Nam idem Deus qui prohibet, idem infernus, idem paradisus, eadem scelerum malitia, eadem emendationis sanctitas. Quid quod in hoc negotio unico præ cæteris prompta adsunt divina auxilia, & Sacramentum ipsum Pœnitentiæ gratiam sanantem, & roborantem confert? Ergo evidens est pœnitentes frequenter relabentes in eadem scelera, ideò non emendari, quia toto corde, & plena voluntate nolunt emendationem. Ergo imprudenter Confessarii fidem pœnitentium dictis adhibent, cum illorum frequentes relapsus fallacia ejusmodi promissa evincant. Prona natura est ad voluptates, ad illecebras, ad delicias; repugnat verò virtuti, & rebus cælestibus. Esto. Et tamen ab his omnibus abstinent homines mundani, ut uni soli passioni inserviant. Quæ non sustinet miles, ut gloriam assequatur mendacem? Quæ non perfert mercator, ut diteſcat? quæ non patitur luxuriosus, ut bruteſcat? lusor, ut victor evadat? Et regnum cælorum, quod vim patitur, indipisci absque labore, & dolore contendis? O stultorum omnium stultissimus, si id credis!

IX. Innumera SS. Patrum testimonia, quæ dedi *tom. 9. lib. 2. diss.* 3. *c.* 4. possem huc transcribere; sed sufficit pauca ex Cardinali Bellarmino

mino *conc.* 8. *Dom.* 4. *adventus* subjicere. *Multi hodiè reperiuntur imperiti œconomi, qui nec numerum, nec locum, nec gradum suum intelligunt... illi postremò se ministros, & dispensatores non agnoscunt qui, quasi non essent Domino rationem reddituri, summa facilitate omnibus manum imponunt; & tàm contritos, quàm non contritos, tàm plenè, & perfectè confitentes, quàm peccata confusa quadam generalitate involventes, tàm satisfacere paratos, quàm non paratos quasi propria potestate, & authoritate* ABSOLBUNT. *ISTI SUA IMPERITIA, ET SUPERBIA CORRUMPUNT POPULOS, ET EIS VERÆ POENITENTIÆ VIAM PRÆCLUDUNT. Nec enim esset hodiè tanta facilitas peccandi, si non esset tanta facilitas absolvendi. Veniunt homines enixi peccatis, & qui millies in eadem ceciderunt, & veniunt sæpè sine ullo signo doloris vel pridiè, vel ipso die summæ celebritatis; & statim absolvi, & ad sanctorum mysteriorum communionem accedere volunt. Et nos judices inconsiderati, dispensatores infideles manum imponimus, omnibus dicimus, Ego te absolvo: Vade in pace. Sed væ nobis, cum Dominus rationem ponet cum servis suis.*

§. UNICUS.

Pauci peccatores habituati, vel recidivi facilè relabentes in pollutiones, in fornicationes, in oscula, & tactus brevi temporis intervallo convertuntur. Idque omnium Concionatorum authoritate confirmatur. MONITUM pro Missionariis.

I. CHristianus per peccatum mortale Deo terga vertit, fœdus cum Christo in Baptismate initum frangit, Christum ipsum rursus ex parte sua crucifigit, æternam hæreditatem repudiat, & diaboli mancipium evadit, ut spurcis mundî voluptatibus indulgeat, & veluti sus in luto libidinis, aut avaritiæ sese revolvat. Omnes Patres, & omnes Evangelistæ testantur brevi temporis intervallo communiter non redintegrari fœdus inter similes peccatores, & Deum. Sed audiamus ipsum Tridentinum *sess.* 14. *c.* 2. ubi hæc habet: *Plenam, & integram peccatorum omnium remissionem consequentes* (per Baptismum) *ad quam tamen novitatem, & integritatem per Sacramentum Pœnitentiæ sine magnis nostris fletibus, & laboribus, divina id exigente justitia, pervenire nequaquam possumus; ut merito pœnitentia laboriosus quidam Baptismus à sanctis Patribus dictus fuerit.*

II. Qui sincera pœnitentia, & vero dolore tacti sunt, ita odio prosequuntur scelera, ut omnia quę ad peccatum impellunt, execrentur. Et quia concupiscentia, caro, & sensus ad peccata contineuter urgent; ideò in proprium corpus fletibus, magnisque laboribus, ut Tridentinum ait, severè animadvertunt. *Quid prodest* (inquit S. Gregorius M. sivè alius auctor lib. 6. in 1. Reg. c. 2.) *confiteri flagitia, si confessionis vocem non sequitur afflictio pœnitentiæ? Tunc namque benè conversum peccatorem cernimus, cum digna afflictionis*

nis austeritate delere nititur quod loquendo confitetur. Undè, & Dominus arborem foliis decoram, sed fructu sterilem maledixit, quia confessionis ornatum non recipit sine fructu afflictionis.

III. Similia habent Chrysostomus, Basilius, Hieronymus, Augustinus, & cæteri Patres omnes. Cedo. An dum hæc Scripturarum, & Patrum testimonia serio meditaris, non te commotum sentis? Musitant, *Doctores temporum refolvere casus temporum.* Edisserant nobis. Imago conversionis, & justificationis depicta in Scripturis sanctis, & in Patribus diversa toto cælo est ab ea quam delineatam spectas in quorumdam libris. Quibus fides adhibenda? Tu judex esto.

IV. Omnes Concionatores ætatis nostræ uno ore è suggestu clamant difficillimum esse peccatoris *consuetudinarii, habituati,* & *recidivi*, ut vulgò dicitur, conversionem. Urgent hanc fieri non posse sine jejuniis, lacrymis, laboribus, vigiliis, & laboriosis operibus præviis. P. Claudius de la Colombiere Soc. Jesu Concionator fervidus *serm.* 72. adversus eos qui dumtaxat jejunia quadragesimalia violant, & Paschate confitentur, hæc scribit latinè à me reddita. *Vos auditores persuadere mihi contenditis pœnitentiam vestram veram esse? Adeò falsam ego illam existimo, ut vobiscum Redemptoris sanguinem profanare vererer, si vos absolverem, antequàm vos elapsis festis* (N. B.) *quadraginta dierum jejuniis ad pœnitentiam disponerem, ut hoc experimento colligerem, num revera vos violatæ Quadragesimæ pœniteat.*

V. Neque rigorista planè, neque Jansenista est P. de la Colombiere. Hæc dum auditores audiunt, impallescunt, lacrymantur, perterrefacti adeunt Confessarios quorumdam Casuistarum libris, & opinionibus præventos, & manifestatis culpis, quæ præter propter á pluribus annis eædem sunt, absolvuntur, & exsiccatis lacrymis, pulsoque pavore læti se justos reputant. Sed quia ficta justificatio est, post paucos dies in eadem relabuntur flagitia. Accedit quod aliqui Confessarii, ut lætabundos, & triumphabundos suos pœnitentes efficiant, dicere solent: *Prædicatores oratorię, figuratè, emphatiçè declamant, exaggerant, amplificant.*

VI. Hæc universo mundo comperta sunt: nempè Concionatores luculentissimis Scripturæ sanctæ testimoniis evincere raram, & difficillimam esse *recidivantium, habituatorum,* & *consuetudinariorum* conversionem; ex altera parte consuetudinarios habitibus iterùm ter, quaterque in anum absolvi. Hæc, inquam, universo mundo explorata sunt. Quibus fides habenda? Undè, quæso, tanta Concionatores inter, & Confessarios diversitas? Undè? Ex librorum quos legunt varietate. Concionatores formant suas conciones ex Scripturis sanctis, & ex Patrum testimoniis; ideò veram conversionis pœnitentium idæam repræsentant. Confessarii contra, missis ferè Scripturis sanctis, & Patribus, Summistas opinionum contrariarum plenos versant. Opiniones autem istæ ideò oppositæ, quia non ex limpido, & unico Scripturarum fonte, sed ex

ingeniorum humanorum diversitate prodeunt.

VII. Quid, si iidemmet apostolici ministri qui é suggestu optimam conversionis peccatorum idæam tradunt, ab eo ad Confessionale transeuntes aliam prorsus rationem inirent, & inveteratos peccatores concione, Deo adspirante, perterritos, nondum tamen ut oportet conversos, statim nullo facto discrimine absolverent? Quo fit ut peccatores hujusmodi, culparum horrorem, propter nimiam veniæ facilitatem, exuentes, statim ac timor incussus evanuit (quo solo compulsi, non illecti divina charitate, culpas execrabantur) ad pristinum vomitum redeunt quantociùs, & fiunt novissima eorum pejora prioribus. Recogitate, Pœnitentiæ ministri, unicam esse veritatem, quocumque in loco dicere oporteat, ptaximque rectæ theoriæ consentire debere: hanc verò eam esse quam Christus, quam Apostoli, quam Patres, quam Ecclesiæ perennis traditio firmarunt. Nihil ergo de mundi favore solliciti, nihil de multorum concursu ad vestras Ecclesias, in animarum salutem Agni immaculati sanguine redemptarum tantummodò intendite.

VIII. Finem huic capiti imponat doctissimus *Guido de Sevr*, &c. *Episcopus Atrebatensis*, qui in sua amplissima pastorali instruct. 3. hæc inter plurima alia scribit. „ Quot mercatores, „ qui quavis arte lucrantur? Quot operarii iniquitatis inter eos qui debent administrare, vel „ curare administrari justitiam? Quot Sacerdotes in vita omninò otiosa? Religiosi, qui post„ quam se á sæculo separarunt, in viam mundi „ spatiosam redeunt? &c. Hi omnes incedunt „ ne per viam arctam? Numquid incedunt per „ viam spatiosam, ac proindè per viam perditionis? Hi omnes . . . . Ecclesiæ præceptis de „ Confessione, & communione annua satisfaciunt. *Nulla interim mutatio. Undè hoc? An quod „ pratticè convicti non sumus tentadam esse viam „ arctam, ut veniatur ad eam? An quod hæc veritas salutis sterilis maneat in mente, nec ad cor „ usque transeat? An quod nec ad mentem fortè ipsum perveniat? An quod excæcet ipsa cupiditas? „ An quod versentur in ignorantia? An quod fortè „ Directores, & Confessarii veritatem illam ignorent, „ & sint duces cæci, qui alios ducatum præstent?* „ An quod negligant pœnitentes suos de hoc „ instruere, aut pœnitentes monita ipsorum „ contemnant? Quæ breviter est origo illius „ cæcitatis, quæ tantùm non everssum it FUN„ DAMENTUM CHRISTIANISMI STABI„ LITQUE SPECIEM QUAMDAM HÆRE„ SEOS IN RE MORALI PERICULOSIOREM „ (si dicere licet) Christianis quam quæ ad „ mentem spectat? Cum tam frequens sit in Ecclesia impugnari hujusmodi veritates practicas, „ quam est rarum (apud Catholicos) illic impugnari eas, quæ in sola hærent speculatione. „ Aliundè sæculum nostrum suppeditat exempla, „ de quibus non ingemiscere non possumus. Et „ omnes errores isti quibus MORALIS RES„ PERSA est, & é quibus aliqui in ipsa princi„ pia, & legem naturæ impingunt, *ex quo alio „ fonte scaturire patebat*, nisi quod ignoraretur „ tom magnum illud principium *de necessitate „ ingrediendi viam arctam*, tum indispensabile „ præceptum quo tenetur *Christianus naturæ suæ „ sensa, ac desideria oppugnare?*

„ *Pereò cum ignorantia illa non aliundè nascatur quam quod istiusmodi malorum degustatores „ Auditores, qui in caput suum Sedis Apostolicæ, & „ plurimorum Episcoporum fulmina, & anathemata „ provocarunt, consulere pro suis decisionibus NON „ SOLEANT SACRAS LITTERAS, AUT SS. PA„ TRES, AUT CONCILIA, quæ apud ipsos tàm „ raro citata invenies, quàm illic frequenter videbis ingentes quorumdam Theologorum ULTIMI „ SÆCULI* cateruas, &c.

IX. Plurima similia in eadem instructione habet doctissimus Episcopus, quæ brevitatis studio prætereo. Nisi veritates fidei sacra Scriptura, definitionibus Sedis Apostolicæ, & Conciliorum immobiles consisterent, actum de Religione esset. Idem prorsus eveniet veritatibus morum, nisi ob oculos habeamus Scripturam sanctam, decreta Pontificia, traditionem Patrum, & canones Conciliorum. Et æquè hæresis est negare veritates morum, ac veritates fidei. Aliundè versutus amor proprius, concupiscentia, & cupiditas importunius insidiantur morum, quam fidei veritatibus. Quoniam morum præcepta crucient carnem, coercent sensus, affligunt appetitiones, & ambitionis idolum, atque illecebras, voluptates, & omnia insanientis mundi prætigia damnant, & execrantur. Quarè facilius in morum, quam in fidei regulis erratur. Convertimini ergo filii hominum ad Dei verbum, ad Patres, ad sacra Concilia: ista ante oculos versentur, ut dicatis, quæ sit *via arcta* calcanda. His divinis Scripturis imbuti, & summorum Pontificum, SS. Patrum, Conciliorum canonibus roborati, inoffenso pede legere Auctores morales poteritis, & distinguere verum à falso; & quæ vera sunt tenere, & quæ falsa quacumque tecta larva prorsus rejicere.

CAPUT III.

Plures quæstiones de absolutione impertienda, vel differenda peccatoribus recidivis, & in occasione peccandi versantibus.

I. DE occasione peccandi aliqua supra dicta sunt, ubi propositum non peccandi exposui. Verum quia summi momenti est istius argumenti notitia, latius explicandum est: idrò enim Christiani à peccatis non abstinent, quia dulcia peccandi illicia, & fomenta derelinquere recusant. Casuistæ plures finitiones arbitrarias sibi effingunt occasionis proximæ, propinquæ, propinquioris, proximæ per se, proximæ per accidens, occasionis probabilis, occasionis probabilioris: denique ratiocinantur de periculis, & occasionibus, sicuti de opinionibus probabilibus.

II. Sapientissimus Jesuita P. Michael de Elizalde salsè defticat *lib. 8. 5. 15. §. 3.* istorum cogitationes. *Sunt enim* (inquit) *qui de periculis, tamquam*

quam de opinionibus probabilibus imperitissimè philosophantur, dicendo alia esse magis, alia minus, alia æquè probabilia. Illa æquè probabilia ajunt in quibus totiès plus minusve peccatur, & totiès non; illa pericula magis probabilia in quibus pluries; illa minus in quibus non totiès, sepè tamen delinquitur.

Resolvunt tamen juxta viam opinionum probabilium, nullum horum discriminum nos teneri vitare: quia in eis omnibus oppositum quoquè, id est ne peccaturum non esse, est probabile. Ergo grave fundamentum sequor, prudenterque periculum adeo.

Confecutio, & Logica optima est ex VIA PROBABILIUM; sed quæ una viam illam (paradisi) *evertat, & INFERNUM IMPLEAT. Quis enim sibi plenè constans fateatur, licere juveni domum illam adire in qua vel ipse, vel similes, vel instar sui adtutes totiès, vel etiam pluries lubuntur, caduntque? Patet hoc dici non posse ex pr. 1. essequè sorti, vel casui animam committere: quid scelus est. Ac postremò, ne in re absona conterenda moremur, hoc uno verbo est ad nullum periculum vitandum obligare, sed damnaxit ad vitandam necessitatem peccandi: nam post ea probabilia pericula sequitur necessitas; & quę infra necessitatem existunt, ajunt esse utrinque probabilia, at nulla probabilia vitare tenetur: ergo nulla pericula, sed solùm necessitatem. Necessitas autem periculum non est. Et de propria periculi ratione est contingentia aliqua in oppositum, & nemo non fatuus ignem ad stipam applicatum videns dicit, periculum esse ne comburat: & ita in aliis necessariis. O HOMINES!*

§. I.

Propositiones de occasione proxima ab Ecclesia damnatæ.

I. ALexander VII. sequentem propositionem, quę est 41. damnabit: *Non est obligandus concubinarius ad ejiciendam concubinam, si hoc nimis utilis esset ad obtinendum concubinarii, vulgò regalo; dum deficiente illa nimis gravi ageret vitam, & alia æquè tadio magno concubinarium afficerent, & alia famula nimis difficilè inveniretur.*

Ven. Innocentius XI. sequentes.

Pœnitenti habenti consuetudinem peccandi contra legem Dei, naturæ, aut Ecclesiæ etsi emendationis spes nulla appareat, non est neganda, nec differenda absolutio, dummodò ree proferat se dolere, & proponere emendationem. Est n. 60.

Potest aliquandò absolvi qui in proxima occasione peccandi versatur, quam potest, & non vult omittere, quamvis directè, & ex proposito quærit, aut ei se ingerit. Est 61.

Proxima occasio peccandi non est fugienda, quandò causa aliqua utilis, aut honesta non fugiendi occurrit. Est 62.

Licitum est quærere directè occasionem proximam peccandi pro bono spirituali, vel temporali nostro, vel proximi. Est 63.

II. Ex recensitis proscriptis opinionibus cum Evangelio Christi clamante: *Si oculus, &c.* præfractè pugnantibus, collige cujus pastilli sit

ingeniorum humanorum diversitate prodeunt.

VII. Quid, si iidemmet apostolici ministri qui é suggestu optimam conversionis peccatorum idæam tradunt, ab eo ad Confessionale transeuntes aliam prorsus rationem inirent, & inveteratos peccatores concione, Deo adspirante, perterritos, nondum tamen ut oportet conversos, statim nullo facto discrimine absolverent? Quo fit ut peccatores hujusmodi, culparum horrorem, propter nimiam veniæ facilitatem, exuentes, statim ac timor incussus evanuit (quo solo compulsi, non illecti divina charitate, culpas execrabantur) ad pristinum vomitum redeunt quantociùs, & fiunt novissima eorum pejora prioribus. Recogitate, Pœnitentiæ ministri, unicam esse veritatem, quocumque in loco dicere oporteat, ptaximque rectæ theoriæ consentire debere: hanc verò eam esse quam Christus, quam Apostoli, quam Patres, quam Ecclesiæ perennis traditio firmarunt. Nihil ergo de mundi favore solliciti, nihil de multorum concursu ad vestras Ecclesias, in animarum salutem Agni immaculati sanguine redemptarum tantummodò intendite.

VIII. Finem huic capiti imponat doctissimus *Guido de Sevr*, &c. *Episcopus Atrebatensis*, qui in sua amplissima pastorali instruct. 3. hæc inter plurima alia scribit. „ Quot mercatores, „ qui quavis arte lucrantur? Quot operarii iniquitatis inter eos qui debent administrare, vel „ curare administrari justitiam? Quot Sacerdotes in vita omninò otiosa? Religiosi, qui post„ quam se á sæculo separarunt, in viam mundi „ spatiosam redeunt? &c. Hi omnes incedunt „ ne per viam arctam? Numquid incedunt per „ viam spatiosam, ac proindè per viam perditionis? Hi omnes . . . . Ecclesiæ præceptis de „ Confessione, & communione annua satisfaciunt. *Nulla interim mutatio. Undè hoc? An quod „ pratticè convicti non sumus tentadam esse viam „ arctam, ut veniatur ad eam? An quod hæc veritas salutis sterilis maneat in mente, nec ad cor „ usque transeat? An quod nec ad mentem fortè ipsum perveniat? An quod excæcet ipsa cupiditas? „ An quod versentur in ignorantia? An quod fortè „ Directores, & Confessarii veritatem illam ignorent, „ & sint duces cæci, qui alios ducatum præstent?* „ An quod negligant pœnitentes suos de hoc „ instruere, aut pœnitentes monita ipsorum „ contemnant? Quæ breviter est origo illius „ cæcitatis, quæ tantùm non everssum it FUN„ DAMENTUM CHRISTIANISMI STABI„ LITQUE SPECIEM QUAMDAM HÆRE„ SEOS IN RE MORALI PERICULOSIOREM „ (si dicere licet) Christianis quam quæ ad „ mentem spectat? Cum tam frequens sit in Ecclesia impugnari hujusmodi veritates practicas, „ quam est rarum (apud Catholicos) illic impugnari eas, quæ in sola hærent speculatione. „ Aliundè sæculum nostrum suppeditat exempla, „ de quibus non ingemiscere non possumus. Et „ omnes errores isti quibus MORALIS RES„ PERSA est, & é quibus aliqui in ipsa princi„ pia, & legem naturæ impingunt, *ex quo alio „ fonte scaturire patebat*, nisi quod ignoraretur „ tom magnum illud principium *de necessitate „ ingrediendi viam arctam*, tum indispensabile „ præceptum quo tenetur *Christianus naturæ suæ „ sensa, ac desideria oppugnare?*

„ *Pereò cum ignorantia illa non aliundè nascatur quam quod istiusmodi malorum degustatores „ Auditores, qui in caput suum Sedis Apostolicæ, & „ plurimorum Episcoporum fulmina, & anathemata „ provocarunt, consulere pro suis decisionibus NON „ SOLEANT SACRAS LITTERAS, AUT SS. PA„ TRES, AUT CONCILIA, quæ apud ipsos tàm „ raro citata invenies, quàm illic frequenter videbis ingentes quorumdam Theologorum ULTIMI „ SÆCULI* cateruas, &c.

IX. Plurima similia in eadem instructione habet doctissimus Episcopus, quæ brevitatis studio prætereo. Nisi veritates fidei sacra Scriptura, definitionibus Sedis Apostolicæ, & Conciliorum immobiles consisterent, actum de Religione esset. Idem prorsus eveniet veritatibus morum, nisi ob oculos habeamus Scripturam sanctam, decreta Pontificia, traditionem Patrum, & canones Conciliorum. Et æquè hæresis est negare veritates morum, ac veritates fidei. Aliundè versutus amor proprius, concupiscentia, & cupiditas importunius insidiantur morum, quam fidei veritatibus. Quoniam morum præcepta crucient carnem, coercent sensus, affligunt appetitiones, & ambitionis idolum, atque illecebras, voluptates, & omnia insanientis mundi prætigia damnant, & execrantur. Quarè facilius in morum, quam in fidei regulis erratur. Convertimini ergo filii hominum ad Dei verbum, ad Patres, ad sacra Concilia: ista ante oculos versentur, ut dicatis, quæ sit *via arcta* calcanda. His divinis Scripturis imbuti, & summorum Pontificum, SS. Patrum, Conciliorum canonibus roborati, inoffenso pede legere Auctores morales poteritis, & distinguere verum à falso; & quæ vera sunt tenere, & quæ falsa quacumque tecta larva prorsus rejicere.

CAPUT III.

Plures quæstiones de absolutione impertienda, vel differenda peccatoribus recidivis, & in occasione peccandi versantibus.

I. DE occasione peccandi aliqua supra dicta sunt, ubi propositum non peccandi exposui. Verum quia summi momenti est istius argumenti notitia, latius explicandum est: idrò enim Christiani à peccatis non abstinent, quia dulcia peccandi illicia, & fomenta derelinquere recusant. Casuistæ plures finitiones arbitrarias sibi effingunt occasionis proximæ, propinquæ, propinquioris, proximæ per se, proximæ per accidens, occasionis probabilis, occasionis probabilioris: denique ratiocinantur de periculis, & occasionibus, sicuti de opinionibus probabilibus.

II. Sapientissimus Jesuita P. Michael de Elizalde salsè defticat *lib. 8. 5. 15. §. 3.* istorum cogitationes. *Sunt enim* (inquit) *qui de periculis, tamquam*

quam de opinionibus probabilibus imperitissimè philosophantur, dicendo alia esse magis, alia minus, alia æquè probabilia. Illa æquè probabilia ajunt in quibus totiès plus minusve peccatur, & totiès non; illa pericula magis probabilia in quibus pluries; illa minus in quibus non totiès, sepè tamen delinquitur.

Resolvunt tamen juxta viam opinionum probabilium, nullum horum discriminum nos teneri vitare: quia in eis omnibus oppositum quoquè, id est ne peccaturum non esse, est probabile. Ergo grave fundamentum sequor, prudenterque periculum adeo.

Confecutio, & Logica optima est ex VIA PROBABILIUM; sed quæ una viam illam (paradisi) *evertat, & INFERNUM IMPLEAT. Quis enim sibi plenè constans fateatur, licere juveni domum illam adire in qua vel ipse, vel similes, vel instar sui adtutes totiès, vel etiam pluries lubuntur, caduntque? Patet hoc dici non posse ex pr. 1. essequè sorti, vel casui animam committere: quid scelus est. Ac postremò, ne in re absona conterenda moremur, hoc uno verbo est ad nullum periculum vitandum obligare, sed damnaxit ad vitandam necessitatem peccandi: nam post ea probabilia pericula sequitur necessitas; & quę infra necessitatem existunt, ajunt esse utrinque probabilia, at nulla probabilia vitare tenetur: ergo nulla pericula, sed solùm necessitatem. Necessitas autem periculum non est. Et de propria periculi ratione est contingentia aliqua in oppositum, & nemo non fatuus ignem ad stipam applicatum videns dicit, periculum esse ne comburat: & ita in aliis necessariis. O HOMINES!*

§. I.

Propositiones de occasione proxima ab Ecclesia damnatæ.

I. ALexander VII. sequentem propositionem, quę est 41. damnabit: *Non est obligandus concubinarius ad ejiciendam concubinam, si hoc nimis utilis esset ad obtinendum concubinarii, vulgò regalo; dum deficiente illa nimis gravi ageret vitam, & alia æquè tadio magno concubinarium afficerent, & alia famula nimis difficilè inveniretur.*

Ven. Innocentius XI. sequentes.

Pœnitenti habenti consuetudinem peccandi contra legem Dei, naturæ, aut Ecclesiæ etsi emendationis spes nulla appareat, non est neganda, nec differenda absolutio, dummodò ree proferat se dolere, & proponere emendationem. Est n. 60.

Potest aliquandò absolvi qui in proxima occasione peccandi versatur, quam potest, & non vult omittere, quamvis directè, & ex proposito quærit, aut ei se ingerit. Est 61.

Proxima occasio peccandi non est fugienda, quandò causa aliqua utilis, aut honesta non fugiendi occurrit. Est 62.

Licitum est quærere directè occasionem proximam peccandi pro bono spirituali, vel temporali nostro, vel proximi. Est 63.

II. Ex recensitis proscriptis opinionibus cum Evangelio Christi clamante: *Si oculus, &c.* præfractè pugnantibus, collige cujus pastilli sit

si ludi sint liciti, ut tempore S. Thomæ erant. Quod evidenti demonstratione evinco. S. Thomas loc. cit. q. 169. a. 2. ad 3. hæc docet. *De se vitiosum est quod mulier utatur veste virili, aut e converso, & præcipuè quia hoc potest esse causa lasciviæ, & specialiter prohibetur in lege.* Ergo dum quæstione præcedenti *a.* 3. *ad* 3. dicit Angelicus quod *officium histrionum non est secundùm se illicitum*, non loquitur de histrionibus quorum unus induit vestem virilem, & alter vestem muliebrem, ut fit ætate nostra. Hoc enim *de se virile est*, inquit S. Thomas. Ergo luce meridiana clarius est, S. Thomam improbare ut vitiosa theatra nostri temporis, in quibus aut evitati homines muliebrem vestem induunt, aut ipsæ mulieres expudoratæ in scenam prodeunt; quod nemo negaverit grave esse peccatum.

XII. QUÆST. X. *An liceat adire occasionem in qua probabile est te lapsurum?* RESP. Respondet P. Georgius Gobat *tr. 7. cap. 10. n. 125. pag. 595.* „ Quando enim est dumtaxat solùm probabile te „ succubiturum tentationi, certè etiam probabile „ est te non succubiturum. Atqui sicut in pluribus „ aliis materiis fas tibi est ex utralibet sententia„ rum speculativè probabilium deducere conclu„ sionem TIBI GRATAM; ita licebit hic argu„ mentari. Occurrunt mihi graves tentationes, ob „ quas vir prudens sapienter judicare potest me „ lapsurum in novum crimen mortale, si accesse„ ro hanc domum. Vice versâ sunt aliæ rationes „ etiam graves, ob quas alius æquè prudens pro„ nunciaret me non lapsurum. *Ego possum sine „ ulla temeritate, & imprudentiæ me committere „ illi occasioni*, certò non commissurus, si liquidò „ scirem me in illa admissurum istud grave pec„ catum. Adeoque fas est per se loquendo commit„ tere se periculo probabili peccandi mortaliter.

XIII. Hoc principio probabilistico posito, confessaria tanto principio digna elicit P. Gobat *ibidem num.* 530. *pag.* 396. „ Si concubinarius ne„ queat dimittere suam concubinam sine jactura „ centum aureorum, seu *ducatorum*, poterit Con„ fessarius pro re nata amplecti sententiam *Joannis „ Sanchez*, vel *Oviedi* paulò ante relatam. "Aliud confessarium deducit P. Gobat non minus detestandum *ibidem num.* 532. Audi. „ Si ipsa est ita „ effrons, ut dimissa propalatura sit concubina„ tum occultum, retinere eam volenti patrocina„ bunturplerique ex citatis; sed utique munien„ dus erit peculiaribus propositis, & aliis mediis: „ sicut patrocinantur, si ipsa sit ejus ancilla, & „ nequeat aliam adipisci absque pari periculo; „ cum tamen haud possit ullo modo carere an„ cilla omni."

XIV. QUÆST. XI. *Quid dicendum de opinione quæ defendit non esse denegandam absolutionem plebeis juvenibus exutis in eodem lecto cum puellis consimilibus, & nolentibus proponere separationem?* RESP. Hæc P. Georgius Gobat *tr. 5. c. 32. n. 19. & 20. pag. 552. & seq.* scribit. „ Quæres forsè, „ an actiones quas diximus sufficere ad violentam „ præsumptionem adulterii, sufficiant ad violen„ tam præsumptionem fornicationis; si videlicet „ versentur circa personas omninò solutas? Respondeo omnes, & singulas, eo quod constet valdè sæpè inter solutas exercentur ejusmodi actiones nonnullas ea solùm in „ tentione ut aliquam dispositionem ad sponsalia „ faciant. Liquidò scio crebrò fieri, præsertim in„ ter plebejos, & rusticanos, ut eodem in lecto „ aliquot horas induti, & exuti cubent, & tamen „ nil omninò impudicum agant, vel non nisi os„ cula, & turpes attrectationes exerceant.

„ UNDE judico, non posse à Confessario nega„ ri absolutionem omnibus illis puellis plebeis „ (aliud ob varias considerationes sentio de nobi„ libus) quæ non videntur habere propositum „ nunquam admittendi in lectum procum suum. „ Sed si qua, ut quandoque fit, asserat illum se„ xies, vel octies secum in eodem lecto jacuisse, „ verùm nihil mali petiisse, aut fecisse; absolven„ dam videri, esto non proponat non amplius ad„ mittere. Ratio est, quia Confessarius non de„ bet absolutionem negare pœnitenti ea solùm de „ causa, quod hic nolit deserere occasiones remo„ tas peccandi: nec enim tenetur eas vitare pœ„ nitens. Hæc sine horrore audiri nequeunt.

XV. QUÆST. XII. *Utrum absolvi possit persistens in occasione proxima mortaliter peccandi, quia sine gravi incommodo corporis, famæ, vel fortunarum eam tollere non potest.* RESP. P. Layman *lib. 5. tr. 6. c. 4. num. 9.* hæc docet. „ Excipe, nisi „ propinquum periculum, seu occasio mortaliter „ peccandi, sine gravi incommodo corporis, fa„ mæ, vel fortunarum tolli non possit: tunc con„ silium quidem est minorem illam jacturam ma„ joti bono securitatis animæ posthabere, sed non „ præceptum. Quare absolvendi sunt qui officio, „ negotiatione, domo, in qua peccandi periculum „ propinquè imminet, discedere nolunt, quia „ sine maxima difficultate non possunt, interim „ parati adhibere peccatorum remedia, præsertim „ ea quæ à Confessario ipsis præscribuntur, ut do„ cent Sa, Henriquez, &c.... Ratio est *quia occasio peccandi in se peccatum non est, neque necessitatem infert, aut animi libertatem aufert: quare „ cum ea consistere possit peccatorum detestatio, & „ absolutum propositum adhibendi operam, & consi„ tum ut imposterum peccata vitentur*, quamvis in„ interim adjunctum sit timor, aut existimatio vo„ luntatem aliquandò immutatum iri, ut suprà „ dixi. Deindè sic ratiocinor. Vel præceptum de„ clinandi occasiones peccati affirmativum est, & „ tunc manifestò liquet non obligare in tali ne„ cessitate. Vel si contendas, negativum esse præ„ ceptum non adeundi periculum, aut in eo non „ persistendi; rum *respondeo*, intelligendum esse „ præceptum, ne quis ultrò, ac voluntarie in pec„ candi periculum se conjiciat, aut in eo per„ sistat. "

XVI. Hic est totus Probabilismi succus, qui, ut vidimus, per universam Theologiam serpit. Nec minus fallitur, nisi fallor ego, illustrator P. Layman posterioris editionis inquiens, doctrinam Layman non contineri in thesi damnata, quia auctor requirit non quamcumque, sed gravem causam non deserendi occasionem. Omnia paradoxa excogitanda sunt, ne concedatur Casuistam erraste.

se. Huc omnia recidunt. Et quis, vel ex ipsis damnatarum thesium auctoribus, non requirit grave incommodum, ut occasio licitè retineatur? An lascivi, fœneratores, debitores morosi, amasii, & amasiæ sine difficultate valdè gravi derelinquere occasionem valent?

XVII. QUÆST. XIII. *Quid dicendum circa absolutionem recidivorum?* RESP. P. Layman *lib. 5. tr. 6. cap. 4. n. 2.* hæc scribit. „ Qui est recidi„ vus, si affert *aliquod signum* emendationis, est „ SEMPER absolvendus. *Signa autem sunt vel RA„ RIUS peccare, vel aliquis major dolor*, ex vero „ animo conceptus, vel IPSUM SPONTE CON„ FITERI, in his qui non urgentur præceptore, „ patre, vel pedagogo, consuetudine congrega„ torum ad confitendum, &c. *Tunc enim habetur „ signum emendationis*; secùs non item. " *Placet quod docet Layman*, inquit Tamburinus; & idem dicunt La-Croix, & Viva. Mirum esset, si doctrina benigna, mihi tamen falsa, non placeret Tamburino, & aliis Probabilistis.

XVIII. Spontanea, & libera confessio est signum in recidivis ita certum emendationis, ut debeant *semper* absolvi? Et reipsa absolvuntur amasii, & amasiæ semper conversantes simul, convivantes, sese procantes, osculantes, tangentes, & mœchantes. Spontè enim isti absque pædagogo, vel præceptore accedunt ad Patrem spiritualem, & absolvuntur. Aliud emendationis signum est, *si rarius* peccent. Quod isti pœnitentes ferè semper sunt diaboli mancipia, & inimici Dei, dummodò *rarius* Christum crucifigant, rarius multiplicent offensas divinæ Majestatis absolvendi sunt. Conferte lectores hanc doctrinam cum doctrina Christi, voce Evangelistarum, & Pauli promulgata, qua declaratur veram pœnitentiam conversionem esse *stabilem, firmam, immobilem*, & rarò relabentem; & ipsi judices sedete, num rescripta doctrina sit falsa, & antievangelica necne. Ego enim proferre sententiam nolo. Sed venustiora audiamus.

XIX. QUÆST. XIV. *Quid dicendum de sequenti* P. La-Croix *opinione?* RESP. P. Claudius La-Croix *lib. 6. p. 2. num.* 1729. inquit: „ *Fre„ quentem* relapsum esse signum, quod defuerit do„ lor, aut propositum, tenent *Jansenistæ*, & *Ri„ goristæ* plurimi cum Opstraedt in Pastore bono; „ sed *certum est* id non esse universaliter verum."

XX. Quod aliquis casus rarus, & specialis excipiendus à præfata regula sit, nemo sanæ mentis inficiatur. Cæterùm quod *frequens relapsus* sit communiter signum quod desit dolor cum proposito, soli *Laxiste* negare possunt. *Jansenistæ* ne, & *Rigoristæ* Evangelistæ, & Paulus Apostolus, qui stabilem requirunt conversionem? Sub hac larva *Rigorismi Laxissimus* usquequaque grassatur. Vel ipsæ veritates evangelicæ luculentissimè tetra *Jansenismi*, & *Rigorismi* censura à quibusdam Probabilistis notantur. Et hæc est ætatis nostræ funestissima calamitas.

XXI. Opponit P. *La-Croix* ibidem. „ Non „ est major obligatio vitandi peccata antiqua, „ quam nova: ad omnia enim debet se æqualiter „ extendere propositum: immò facilius est vitare „ *nova*, quam antiqua, quia consuetudo, & ha„ bitus vitiosi magis impellunt ad antiqua. *Sed „ ex eo quod quis asserat NOVA, nemo prudenter ju„ dicat, quod defuerit dolor, vel propositum in priori „ confessione: ergo neque ex eo quod asserat an„ tiqua.* "

XXII. Nemo prudenter judicat? Quinam sunt qui prudenter non judicant defuisse dolorem, vel propositum in his qui *asserunt nova peccata?* Non planè qui Evangelium audiunt, & christianæ pœnitentiæ veram ideam efformarunt. Sed hoc modo prætermisso, quæro. Donum justificationis, gratia triumphans Jesu-Christi infusa pœnitenti revera conversio, nonne vires præbet, & fortitudinem ad evitanda omnia peccata mortalia sivè *nova*, sivè *antiqua*? Quænam, quæso, idea formatur de Christi gratia sanante, vivificante, & sanctificante? Profectò gratia Christi efficax, atque triumphans natura sua vires præbet ad vitanda sivè antiqua, sivè nova peccata. Ergo *frequens relapsus* (de hoc enim nunc sermo est) sivè in antiqua, sivè in nova peccata, argumentum est quod sincerus dolor, & constans, stabileque propositum defuerit. Cedo. Christi gratia dat vires ad vitanda omnia peccata, & implenda omnia præcepta, an secùs? Si primum concedis; ergo recensita doctrina tua falsa est. Utique, ut dixi, quilibet justus ex imbecillitate, ex urgente, & inopinata occasione prælius, potest interdum post veram confessionem, & justificationem relabi vel in antiqua, vel in nova peccata. Sed nunc loquimur de *frequenti relapsu*. Porrò asserere, quod *nemo prudenter dubitat* defuisse dolorem, & propositum, dum videt *frequentes relapsus* sivè in nova, sivè in antiqua peccata mortalia, falsitas est apertissima. Immò omnes doctrina evangelica imbuti non modo dubitant, sed prudentissimè judicant *frequentes hos recidivos* facrilegia patrare. Quoniam si vere justificati essent, gratia Christi, charitas, & cætera dona cælestia suos paterent fructus, vulnera sanarent, infirmitatem, & imbecillitatem roborarent. Si duo inimici post semel, & iterum redintegratum reconciliationis fœdus frequenter relaverentur in inimicitias, & mortem vicissim sibi intentarent, vel unus alteri, diceres ne sinceram, & veram fuisse reconciliationem? Et audes dicere sinceram cum Deo amicitiam inire peccatores illos qui fidem Deo datam *frequenter* infringunt, qui Deo terga vertunt, & cum inimico diabolo fœdus contrahunt?

XXIII. QUÆST. XV. *Quid sentiendum sit de doctrina traditâ in Dissertatione theologica*, De danda, vel differenda absolutione recidivo, *typis edita hoc anno* 1754? RESP. In hac dissertatione primo loco notio recidivi perhibetur ex communi Casuistarum placito. Inquit enim auctor *pag.* 8. „ Quæ„ rè tria requiruntur ad constituendum recidivum „ in hac acceptione theologica. I. Frequens relap„ sus post plures confessiones. II. Deinde relap„ sus in eadem specie peccata. III. Defectus om„ nis *etiam inchoatæ emendationis*. Et primò qui„ dem requiritur *frequens relapsus post plures con„ fessiones*. . . inquit Platelius. . . Requiritur dein„ dè *relapsus in eadem specie peccata*, quæ antea

„ præ

„ propositione illa 61. Innoc. XI. eruitur, quòd „ absolvi non possit. Nam qui proponit occasio„ nem statim tollere, non potest dici, quod illam „ velit de præsenti; sicut nec dicitur velle pericu„ lum mortis qui appropinquante leoni proponit „ fugere statim ac potest. Cautè tamen in hoc „ procedendum, eo quod pæsim hujusmodi pro„ positum non est efficax in eo qui potuit antece„ denter occasionem peccandi tollere, & nondum „ sustulit. "

IV. Ut auctor evincat, posse semel, & iterum concubinarium, de quo sermo est in thesi proscripta ab Alex. VII. absolvi, paritatem opponit debitorum, qui *passim*, inquit, *absolvuntur per hoc quod proponant restituere, quamvis ante confessionem non restituerint, prout poterant.* Passim sanè, & utinam non *passim*, absolvuntur debitores, quamvis ante confessionem non restituerint, *prout poterant*, á Confessariis falsis doctrinis præventis. Numquid validè? Numquid non sacrilege? Audiamus S. Francisci Xaverii Indiarum Apostoli doctrinam relatam *lib.* 6. *c.* 17. á Tursellino. *Confessionem continuò sequatur absolutio . . . . . Si quid debent, restituant. . . . . Simultates, si quas habent, deponant, reddeant cum inimicis in gratiam, á libidinis consuetudine, & à cæteris flagitiis, quibus impliciti sunt, expediantur. Hæc omnia absolutionem* PRÆCURRANT. An non pluris facienda istius Orientis Apostoli doctrina hausta ex divinis Scripturis, & Patribus, quam Leandri, Tamburini, Basembaum, Escobarii, Dianæ, Bonacina, Viva, & aliorum interpretamenta? Sed audiamus alium Italiæ nostræ Apostolum S. Carolum Borromæum, qui in Concilio I. Mediolanensi hæc præscribit. *Caveant Confessarii ne ante debitam satisfactionem illos absolvant quibus, cum facultas adsit aliena restituendi, vel legata quæ ad pias causas facta sunt, præstandi, illisque, ut id faciant, superiori . . . . confestim præceptum sit, præstare tamen negligerunt.* Quid quod ipsa Scriptura sancta *Job* 4. clamat: *Quicumque tibi aliquid operatus fuerit, STATIM ei mercedem restitue?*

V. Doctrina P. Viva, ut mihi videtur, includitur in hac thesi damnata ab Innoc. XI. *Potest ALIQUANDO absolvi quisin proximâ occasione peccandi versatur*, &c. Hæc proscripta thesis non asserit absolvendum versantem in occasione proxima *retiès quoties*, aut bis, terve, quaterve; sed *aliquandò*. Ergo juxta decretum pontificium numquam talis absolvendus est, nisi priùs, cum possit, occasionem deserat. Et citatus Auctor docet, nunc absolvi posse *primò*, & *secundò vice*. Cur hoc? *Quia*, inquit, *qui promisit occasionem statim tollere, non potest dici quod illam velit de præsenti.* Et quis inter Catholicos adeò infanivit, ut docuerit absolvendum esse eum qui *de præsenti* velit peccati occasionem? An damnatæ thesis Auctores non requirebant propositum *de præsenti* dimittendę occasionis? *Cautè tamen*, subdit P. Viva, *in hoc procedendum.* Hoc unum deerat quod ejusmodi peccatoribus incautè etiam, & indiscriminatim impertienda absolutio esset. Falsum est Doctorem eximium Suarez, & Cajetanum, quos in sui præsidium allegat Auctor, docere hanc falsam doctrinam. P. Suarez ab hac laxa doctrina vindicavi *tom.* 9. *l.* 2. *disp.* 3. *c.* 7. §. 3. *num.* 7. *& seq.* sicut, & Cajetanum, ut omnibus compertum sit, me á partium studio immunem esse.

§. II.

Falsę opiniones Leandri, Tamburini, Gobat, Sporer, Lacroix, & aliorum refelluntur.

I. QUÆST. I. *An possit absolvi concubinarius, antequam expellat concubinam?* RESP. P. Leander *tr.* 5. *disp.* 7. *q.* 35. hęc scribit. „ Probabilius respondeo, posse licitè semel, ac iterum „ absolvi concubinarium, antequam ejiciat con„ cubinam, dummodò denuò proponat Confessa„ rio firmiter illam è domo ejicere. . . Ratio est, „ quia ex secunda, *immò ex tertia, aut quarta* pro„ missione facta de ejicienda concubina, aut alia „ occasione proxima non sumitur *judicium grave* „ *de defectu dispositionis pœnitenti.* Ergo licitè potest „ absolvi. " Expende, lector, rationem quam promit hic benignissimus Probabilista; & indè collige indolem recentis Theologiæ benignæ. Ex hoc auctore suam transcripsit sententiam P. Viva, non advertens hunc auctorem scripsisse ante damnatas theses.

II. QUÆST. II. *An possit absolvi concubinarius, non ejecta è domo concubina, quod nequeat absque magno detrimento suæ vitæ, honoris, vel pecuniæ?* RESP. P. Leander *q.* 36. „ Probabilius respondeo, „ posse absolvi, immo, & debere totiès quotiès ve„ rè pœnituerit, & non solùm quandò adest ali„ qua emendatio, *verùm etiam quandò nullus ap„ paret profectus*; dummodò, ut diximus, talis „ concubinarius dolorem habeat de peccatis, & „ verum propositum de illis cavendis in futurum, „ &c. . . . . Probatur nostra responsio: quia ad„ huc post experientiam illam nullius profectus „ potest stare dolor verus, & propositum requisi„ tum absque voluntate auferendi illam occasio„ nem cum tanto detrimento. Ergo potest absolvi „ pœnitens. . . . Sic Vivaldus, Sanctius, Diana, „ & novissimè, & doctissimè (ut solet) De Lu„ go *disp.* 34. *num.* 132. & 136. Hurtado, Can„ didus, Bonacina, Sa, Layman, Baunius, &c. " Vides, quomodo hi Probabilistæ conciliant cum retentione occasionis propositum emendationis? Vides, quomodo eam propugnent *doctissimè* primores Probabilistæ? Sed damnata est, & antievangelica.

III. QUÆST. III. *An possit absolvi concubinarius, non ejecta è domo concubina, eo quod fuerim amitteret, si concubinam expulerit?* RESP. P. Leander *q.* 38. „ Probabilius respondeo, posse absol„ vi ipsum, *immò, & ipsam*, si eadem nota infa„ miæ incurreretur, aut absque gravi damno, aut „ scandalo eam ejicere non posset. . . . Sic Sanc„ tius, Lugo, Bonacina, Candidus. " Hæc opi„ nio filia est præcedentis, & ab Ecclesia damnata.

IV. QUÆST. IV. *An possit absolvi, non ejecta concubina, concubinarius qui dicta fœmina dedit mutuo v. g. centum aureos, & credit se illos esse amissurum, si domo illam expellat?* RESP. P. Leander *q.* 49. „

49. „ Probabilius respondeo, posse absolvi ip„ sum, sicut & ipsam fœminam, casu quo non „ recuperaturus esset centum aureos sibi debitos, „ si illam è domo ejiceret, dummodò proponat „ amplius non peccare. Quia nemo tenetur vita„ re occasionem proximam cum magno suo de„ trimento etiam temporali. Sic Sanctius, Lugo, „ Bonacina. " Evangelium Christi clamat: *Quid prodest homini, si mundum universum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur?* Et juniores Casuistæ citati ad evitandam jacturam centum aureorum non dimittendam concubinam defendunt.

V. QUÆST. V. *An possit absolvi pœnitens qui adhuc decies repetitam meretricem modò cum una, modò cum altera fornicatur?* RESP. P. Leander *q.* 44. Respondeo, posse totiès quotiès ad confessionem cum dolore, & proposito non pec„ candi accedat, dummodò nullam fœminam „ alibi retineat, aut alat. Sic Bonacina, Sa, Lu„ blinus, Trullenchus. " Concubinarius propriis expensis alere domi, vel concubinam astringitur, & cum eadem sola peccat. Hic autem peccator absque tot incommodis potest modò cum una, modò cum altera coire, ideòque multiplicare scandala, plures seducere fœminas; & nihilominùs *totiès quotiès* accedit ad confessionem cum dolore absolvendus erit. Dolor iste chimericus est. Hæc doctrina in proscriptis thesibus continetur, & ab omnibus improbanda est.

VI. QUÆST. VI. *An possit absolvi Confessarius qui ex devotione excipit confessiones, in quibus audiendis crebrò voluntariè polluitur?* RESP. P. Leander *q.* 46. „ Adfirmat Josephus ab Horto in „ Specul. Paroch. cap. 10. & *Castropalao apud* „ *Dianam*, docentes, posse talem Confessarium „ absolvi, dummodò cum dolore, & proposito „ non peccandi accedat. " Hæc opinio falsa, laxa, & scandali plena est. Adjectio doloris, & propositi mera est chimera, sicut & alia, devotio excipiendi confessiones, in quibus voluntariè, & quidem crebrò, polluitur Confessarius iste.

VII. QUÆST. VII. *An possit absolvi medicus vel chirurgus qui in medendis fœminis sæpè peccant, si propositum cessandi à curatione non habeant?* RESP. P. Leander *q.* 48. Probabilius respondeo, posse „ absolvi, quantumvis nequeant suum deserere „ officium, dummodò pœniteant, & proponant „ amplius non consentire. Patet ex dictis. " Ex dictis scilicèt patet falsitas, & laxitas hujusce venefici antecedentis. Aut emendare se, aut relinquere artes suas debent medici, chirurgi; & idem esset de advocatis, judicibus, cæterisque, quandò professiones propriæ essent illis occasio proxima peccandi.

VIII. QUÆST. VIII. *An possit absolvi hospita sine proposito non recipiendi hospitem quocum pluriès peccavit, quandò absque magno scandalo, aut detrimento non posset cum hospitio suo prohibere?* RESP. P. Leander q. 55. „ Probabiliùs respon„ deo, posse absolvi, dummodò promittat, ac„ proponat numquam se solam cum eo solo in „ aliquo cubiculo separato versaturam, & se præ„ teriti ex animo pœnitere, etiamsi confessa „ fuisset, proposuissetque numquam se amplius „ cum eo peccaturam. Sic Navar. & alii DD. „ quibus adde Stephanum Baunium sic dicentem „ *Sequitur ex dictis, absolvi posse fœminam quę domi* „ *suæ virum excipit, cum quo sæpe peccat, si eum* „ *bonesti indè non potest ejicere; aut causam habet* „ *eum retinendi, dummodo firmiter proponat cum eo* „ *amplius non peccaturam.*

IX. Plura alia similia inaudita commenta prętereo, nihilque in rescripta repono; sed eadem lectorum judicio submitto, nihil dubitans quin omnes qui eadem lecturi sunt, debeant eadem improbare, & detestari.

X. QUÆST. IX. *Absolvendi ne sunt histriones, mimæ, cantatrices, & saltatrices comœdæ?* RESP. Nisi priùs artem suam relinquant, quæ spectatis omnibus, reipsa vitiosa est, & mala, non sunt absolvendi. Patres Ecclesiæ, & Concilia omnium sæculorum theatrales representationes detestati sunt tanquam paganicæ superstitionis iniquas reliquias. Blaterant nonnulli, antiquos Patres damnasse theatra, quia erant turpissima, & superstitione inquinata. Isti numquam Patres legerunt. Patres damnant, quod viri induant vestem muliebrem, utpotè à Deo vetitum: damnant musicam meretriciam, & cantum fornicatorium: damnant congressum virorum, & mulierum, videri, & videre. Hæc omnia hodiè fiunt. Immò theatra nostra turpiora plerumque sunt illis quæ tempore Patrum repræsentabantur: nam tunc mulieres mimas non agebant, sicut ætate nostra, si excipias theatra *Deæ, Floræ, & Mabiumæ*, quibus nec honesti pagani assistebant.

XI. Opponere quosdam non pudet S. Thomæ auctoritatem. Alibi ex instituto luce meridiana clatiùs evici oppositores istos supina laborare ignorantia. *In* 4. *dist.* 16. *q.* 4. *a.* 2. *q.* 2. inquit, quod spectacula *si sint rerum turpium, & ad peccatum provocantium, studiosa eorum inspectio peccatum est, & quandoque in eis tanta potest libido adhiberi, ut sit etiam mortale. Unde à tali inspectione omnes se arcere debent.* Omnes ergo juxta S. Thomam *se arcere debent.* Quandoque ergo, non semper, est mortale. Ineptissima oppositio. Utique quis turpia spectare quandoque potest quin mortaliter delectetur. Verùm si frequenter id egerit, mortaliter peccabit, quod se periculo exponat peccandi mortaliter. Cæterum, ut ignorantia objicientium evidentiùs pateat, quæ subdit Angelicus 2. 2. *q.* 168. *a.* 3. *ad* 3. adducenda in medium sunt. Quamvis spectantes turpia nullam experiantur delectationem, peccant peccatum cooperationis. Hæc enim ibidem S. Thomas adjicit. *Si quis autem superflua in tales consumunt, vel etiam sustentat* (NB) *illos histriones, qui illicitis ludis utuntur, peccant, quasi eos in peccato foventes. Unde Augustinus dicit super Joannem* (tract. 100.) *quod donare res suas histrionibus vitium est immane.* Omnes frequentantes theatra, quamvis à libidine essent immunes, peccant mortaliter, quia fovent in peccato mortali histriones eis mercedem solvendo. Tempore S. Thomę erant histriones, seu joculatores, vulgò *Saltimbanchi*, qui ludos licitos exercebant. Istorum artem non esse secundum se illicitam, ait *loc. cit.* quod verum habet,

„ pœnitens confessus fuerat, *nec sufficit relapsus in „ nova, ac diversa peccata.* Pag. 9. „ Quarè ad „ recidivum propriè talem, quandò inquirunt „ Theologi, utrum danda nec ne sit absolu- „ tio requiritur *relapsus in eadem specie pec- „ cata.*

Pag. 10. „ Postremò requiritur *defectus omnis „ etiam incboatæ emendationis.* Nam ex tali defectu „ dubitant Theologi utrum recidivus absolven- „ dus sit, nec ne, &c.

„ Cæterùm si recidivus CONATUM ALI- „ QUEM adhibuerit ad emendationem *si peccato- „ rum numerum imminuerit*, tum rationabile ad- „ esse fundamentum putant *communiter Theologi* de „ eo quod ille sit hic, & nunc rite dispositus, & „ capax absolutionis. "

XIV. Quinam sunt Theologi illi qui dubitant, utrum absolvendus sit recidivus qui nullum *etiam incboatæ emendationis signum* perhibet? Sunt plures Casuistæ mollioris Ethices propugnatores. En quos citat auctor dissertationis in sui patrocinium. Layman, de Lugo, Sanchez, Platellius, Gobat, La-Croix, Felix Potestas, Alphonsus Manrique, Navarrus, Azorius, Tolerus, Lopez, *aliique quamplures*, inquit pag. 11. *qui hanc callebant Scripturam, & Patres.*

XV. Platellius damnatam de peccato philosophico doctrinam apertissimè propugnat. Layman, Sanchez, Gobat plus minusve opiniones damnatas, & laxas defendunt plurimas. P. Potestas, & Manrique duo sunt Casuistæ laxioris Ethices. Lopez, Azorius, & alii, qui indicantur, sunt Probabilistæ recentiores benigniotis disciplinæ fautores.

XXVI. Videamus nunc, num recensiti Probabilistæ *benè calluerint Scripturas, & Patres.* Isti auctores primo *dubitant*, inquit auctor dissertationis, num absolvendi sint *recidivi*, seu frequenter relabentes in eadem peccata post plures confessiones, qui nullum neque *incboatæ emendationis* signum afferunt. Porrò si dubitant, juxta principia Probabilismi, non tutior, sed benignior pars eligenda erit; atque adeò absolvendi qui nullum omninò neque *incboatæ emendationis* argumentum exhibent. At communis Christianorum sensus perhorrescit tale commentum, nempè quod absolvendi sint recidivi, qui nullum emendationis signum perhibent.

XXVII. Sed ad id quod caput est, accedamus. *Si recidivus conatum aliquem adhibuerit ad emendationem, si peccatorum numerum imminuerit, tunc rationabile adesse fundamentum putant communiter Theologi de eo quod ille sit hic & nunc rite dispositus, & capax absolutionis.* Et isti Theologi Probabilistæ *benè callebant Scripturas, & Patres.* Non modò auctores isti non benè *callebant Scripturas, & Patres*, sed in hoc argumento tum Scripturas, tum Patres penitùs ignorabant. Evinco. Præfati auctores ad veram recidivi emendationem requirunt dumtaxat *aliquem conatum, aliquam inducturiam incboatæ emendationis.* Contra Scripturæ sanctæ, & Patres omnes non *aliquem*, sed omninò *totum conatum, totam inductriam* postulant ad emendationem non incboatam, sed integram assequendam. Ergo præfati auctores prorsus ignorabant cum Scripturas sanctas, tum Patres. Ostendo secundam propositionem.

XXVIII. Scripturæ sanctæ passim clamant Deut. 4. *Cum quæsieris Dominum . . . . invenies eum, si tamen TOTO corde quæsieris eum, & TOTA tribulatione animæ tuæ.* Rutsus c. 30. *Cum ergo . . obedieris ejus imperiis. . . in TOTO corde tuo, & in TOTA anima tua, reducet te.* &c. Iterum 3. Reg. cap. 8. *Si reversi fuerint ad te in UNIVERSO corde suo, & in TOTA anima sua . . . . exaudies in cælo.* Tandem Joel. c. 2. *Convertimini ad me in TOTO corde vestro in jejunio, & in fletu*, &c. Denique quid frequentius in universa Scriptura sancta quam hoc oraculum: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua?* Matth. 22. & *ex tota fortitudine tua*: Deut. 6. Et omnes Prophetæ divini de conversione peccatorum loquentes ajunt: *Rugiemus quasi ursi omnes, & quasi columbæ meditantes gememus*: Isaiæ 59. *Dole & satage filia Sion quasi parturiens.* Mich. 4. Quis tam cæcus est ut in his Scripturis sanctis non videat, intelligatque omnem conatum, omnem industriam, omnem fortitudinem, omnem nisum, omnesque vires adhibendas à peccatore esse ut sincerè in Deum à via iniquitatis convertatur: atque adeò colligere hinc Confessarius valeat conversionis recidivorum solidum indicium? Ergo doctrina recentiorum Probabilistarum, qui non totum, sed *aliquem conatum* dumtaxàt in peccatore recidivo exigunt, ut emendatus, & dignus absolutione appareat, hostiliter cum Scripturis sanctis pugnat.

XXIX. Accedit justificationem peccatorum stabilem appellari in Scripturis sanctis. *Quæ enim secundum Deum tristitia est, pœnitentiam in salutem STABILEM operatur*: 2. Cor. c. 7. Eamdem doctrinam repetit S. Paulus 1. Cor. c. 15. *Itaque fratres mei dilecti, STABILES estote, & IMMOBILES.* Rursus ad Colossenses c. 1. *Si tamen permanetis in fide fundati, & STABILES, & IMMOBILES.* Respondet auctor citatæ dissertationis pag. 25. „ Valdè mi- „ ror recentiorem hunc redarguentem hac in re „ plus æquo solicitum esse de libertate indifferen- „ tiæ cum ipse docuerit *justificationem christianam „ infusam per Sacramentum Pœnitentiæ esse firmam, „ constantem, ac stabilem, aliaque communiter non „ continere ut verè justificatus relabatur, & si id „ contingat, illum statim inter gemitur, & pœniten- „ tias resurgere*: quod profectò utrum, & quate- „ nus cohæreat cum Scripturis, cum Tridentino, „ & cum ipsa libertate indifferentiæ, judicium sit „ penes alios. Certè calvinianus error de firmita- „ te, & in amissibilitate justificationis omnibus „ illis adversatur. "

XXX. Calviniana ne S. Pauli doctrina, quæ declarat justificationem *stabilem, immobilem*, firmamque esse? Quid quod ego in libro inscripto: *Institutio Confessariorum*, &c. hæc pag. 155. præmili. *Quamquàm justificatio christiana naturæ suæ stabilis, firma, & immobilis sit, non est tamen inamissibilis, ut contendunt calvinistæ; sed singulis momentis perdi valet, spretata humanæ libertate. Est quoque verum post innumeros relapsus, & enormia scelera posse pœnitentes*

catorem cum Deo reconciliari; & Ecclesia oppositum Novatorum errorem damnavit. Quam doctrinam repeto pag. 183. citata à dissertatore laudato. Sed expendamus cætera rescripta dissertationis verba. Quid non *cohæret cum Scripturis, cum Tridentino, & cum humana libertate* quod justificatio impii sit *firma, stabilis, & immobilis?* At hoc apertissimè testatur S. Paulus. Quid ergo cum Scripturis, Tridentino, & humana libertate non cohæret? Forsitàn quod verè justificati *communiter non relabantur in peccata?* Cohæret ergo cum Scripturis, Tridentino, & humana libertate, quod verè justificati communiter relabantur in flagitia, & quidem frequenter. Alterum admittamus oportet. Quid denique non cohæret cum Scripturis, Tridentino, & humana libertate? Quod verè justificati, si relabantur in peccatum, statim inter lacrymas, & pœnitentias resurgant, ut fecit S. Petrus, & innumeri alii. Cohæret ergo cum Scripturis, Tridentino, & humana libertate ut justi relapsi in peccatum, diù, longoque tempore in vitiorum sentina jaceant, & revolvantur? Aut subscribendum est doctrinæ quam ex Scripturis, & Patribus hausiam tradidimus deglutienda ejusmodi absurda sunt, quæ cum Religione pugnant.

XXXI. Expendamus aliud caput. *Si peccatorum* (inquit pag. 10.) *numerum imminuerit, recidivus est ritè dispositus, & capax absolutionis*, ut communiter Theologi, nempè Layman, Sanchez, Platellius, Gobat, La-Croix, & alii ejusmodi docent. Recidivus in priori confessione patravit viginti fornicationes, in hac confessione quindecim, in altera confessione decem, in altera sex, in altera sexdecim. Hæc flagitiorum diminutio, & variatio juxta recentes Casuistas signum est recidivum esse ritè dispositum. Heinc Christiani in continuo flagitiorum circulo vitam miserimè ducunt. Hac librorum Probabilistarum lectione præventi Confessarii absolvunt recidivos. Recidivi, ut absolutionem assequantur, imminuere, & variare numerum peccatorum student, & *aliquem conatum* adhibent; at continenter in hac scelerum vicissitudine volutantur, ut funesta experientia patefacit.

XXXII. Tertium caput sub examen veniat. *Requiritur deinde* (inquit Dissertator pag. 8.) *relapsus in eadem specie peccata quæ antea pœnitens confessus fuerat; nec sufficit relapsus in nova, ac diversa peccata . . . . Accedit ex novis, ac diversis peccatis non resultare in Confessario judicium prudens de eo quod pœnitenti defuerit verus dolor, ac propositum in priore confessione, ut bene advertit La-Croix.* Ergo juxta hanc doctrinam dolor, & propositum ad sacramentum Pœnitentiæ necessarium, non excludit omnia peccata mortalia. Aut si omnia peccata mortalia detestatur, & excludit, æquè recidivus est qui in unum, ac qui in alterum peccatum mortale relabitur. Quo te recipis? Theologi docent, recidivum tantùm esse qui in eadem specie peccata relabitur. Quinam hi Theologi? Casuistarum laxioris Ethices manipulus. Hæc doctrina nova est, Scripturis, & Patribus adversa. Heinc inferunt Casuistæ citati, Christianos relabentes in peccata specie diversa esse absolvendos, quia non sunt recidivi. Confitetur pœnitens in hac confessione triginta pollutiones, in altera viginti fornicationes, in altera viginti sodomias, in altera decem furta, in altera quindecim perjuria, in altera decem blasphemias, in altera totidem calumnias, in altera viginti injustitias, & damna proximo illata. Pœnitens iste non est recidivus, quia non relabitur *in eadem specie peccata.* Debet igitur absolvi. Quam doctrinam prius ex Filliucio tradiderat Dissertator in altero suo libro inscripto: *Pratica di Confessare*, ubi pag. 115. hæc docet: *Si perche non usandosi molta difficoltà in dare l' assolutione à chi reca peccati di diversa specie; così non si deve usar difficultà eccedente in absolvere chi reca più volte peccati di una stessa specie.* Hanc opinionem labefactavi in citato opusculo *Instruzione del Confessori*, &c. Subdit in laudato libro *Pratica di confessare* pag. 124. Dissertator: *Ma tal rimedio poi consistente nel differire l' assolutione . . . . universalmente non credo sia bene usarlo con chi precisamente ricade per forza del mal abito, ed inclinazione cattiva, ma che ha fatto pel passato ciò che ha POTUTO, è di presente ha buona volontà di fare ciò che può per astenersene.*

XXXIII. In hac dissertatione de danda, vel neganda, aut differenda absolutione recidivo pag. 22. & 23. conatur auctor noster descriptam propugnare doctrinam; sed frustra. Ut fucum lectoribus suis faciat, duo puncta conjuncta, quæ errorem conflant, separat; ut quoquo modo sibi caveat. Setmo quippè est de peccatore *qui pœnitè vi pravi habitus, & malæ inclinationis relabitur in peccatum, quique hactenus quod potuit præstitit, ut habitum evelleret, & in præsens bonam habet voluntatem sese corrigendi.* Si pœnitens revera quæ potuit remedia executus est, ut vitiorum habitum superaret, & nihilominus *præcisè vi habitus in peccatum relabitur*: ergo alterutrum admittas, necessum est: aut habitum vitiosum esse insuperabilem; aut pœnitentem non præstitisse id quod potuit. Ipse fateris, pœnitentem quod potuit peregisse, ut habitum evelleret. Ergo habitus superat vires pœnitentis. Ergo huic pœnitenti desunt vires quibus implere divina præcepta queat.

XXXIV. Nec minus falsa doctrina altera est, quæ docet, Christianum frequenter relabentem in peccata specie diversa absolvendum esse: quia, inquit pag. 8. particula *re* videtur referri ad actum reiteratum ejusdem speciei. Hæ sunt casuisticæ subtilitates levissimæ, quæ facere imperitis fucum valent, secus peritis. Redire ad vomitum, relabi in peccatum, omnia mortalia includit. Ita docent, inquit, Carena, Gobat, Sanchez, La-Croix, Platellius, Layman, Manriquez, & alii recentiores. Esto. Quid indè? Propterea ne falsa doctrina vera evadet? Consulamus S. Paulum Apostolum, qui *epist. ad Hebr. cap. 6.* hæc docet: *Impossibile est enim eos qui semel sunt illuminati, gustaverunt etiam donum cœleste . . . . & prolapsi sunt, rursus renovari ad pœnitentiam, rursus crucifigentes*

tes filiumtiesti Filium Dei. Impossibile est, id est difficile, explicant Patres, est eos qui post susceptam sacramenta prolabuntur in peccata, renovari ad pœnitentiam. Prolapsus, non relapsus dicitur in Scriptura. Ergo particula *re* futilis est, & commentum vanum. Non ne peccatores quolibet peccato mortali, sive hujus, sive alterius speciei, crucifigunt Filium Dei? Subdit *ibidem* Apostolus: *Terra enim sæpè venientem super se bibens imbrem, & generans herbam opportunam illis à quibus colitur, accipit benedictionem à Deo; proferens autem spinas, ac tribulos, reproba est, & maledicto proxima: cujus consummatio in combustionem.* An omnia peccata mortalia non sunt spinæ, & tribuli? Anima ergo quæ Christi sanguine, sacramentorum susceptione irrigata, ejusque sanctissimi corporis epulo roborata frequenter parit spinas, & tribulos, sive hujus, sive alterius speciei, reproba est, & maledicto proxima: inquit S. Paulus. Rursus cap. 10. subdit: *Voluntariè enim peccantibus nobis, post susceptam notitiam veritatis, jam non relinquitur pro peccatis hostia .... Iritam quis faciens legem Moysi sine ulla miseratione, duobus vel tribus testibus, moritur. Quanto magis peccatis deteriora meretur supplicia qui filium Dei conculcaverit, & sanguinem Testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit?* Sacramenta Christi non modo gratia sanctificante ornare animam revera justificatam, sed præterea particularibus gratiis, & donis eamdem muniunt, & roborant, ut resistere tentationibus, & pravis inclinationibus possit. Ergo si hæc anima post plures confessiones, & communiones frequentes prolabitur in peccata mortalia, revera sanctificata, vivificata, & roborata non fuit. Evangelium Christi clamat: *A fructibus eorum cognoscetis eos .... Non potest arbor bona malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere*: Matth. 7. Evangelistis, non quibusdam Casuistis, aures præbeant Confessarii, si discernere jure velint quinam digni sacramentorum participatione sint. Ipsi oculis conspiciunt avaros, libidinosos, prodigos, amasios, & amasunculas; saltatrices, mimos, mimasque, lusores, fraudulentos, debitores morosos, fornicatores, perjuros pluries quotannis ad sacramenta accedere. Quos fructus edunt plantæ istæ tanto donorum cælestium imbre fecundatæ? Ipsi judicium ferant.

XXXV. Audiamus Patres, quos calluisse contendit dissertator suos Probabilistas. S. Thomas in *Psalm.* 48. inquit: *Propositum optimè manifestatur per operationem.* Rursus 1. 2. quæst. 20. art. 4. *Non est perfecta voluntas, nisi fit talis quæ, opportunitate data, operetur.* S. Augustinus *lib.* 8. *Confess. cap.* 9. hæc scribit: *Unde hoc monstrum? Et quarè istud? Imperat animus corpori, & paret statim: imperat animus sibi, & resistitur! .... Imperat, inquam, ut velit, qui non imperaret nisi vellet: & non fit quod imperat. Sed non ex TOTO corde vult: ergo non ex TOTO imperat .... Sunt duæ voluntates, quia una earum TOTA non est, & hoc adest alteri quod deest alteri.* Imperat animus recidivi, ut docet Dissertator *pag.* 10. cum suis Casuistis, nempè *aliquem conatum* adhibendo; idcirco non fit quod imperat, quia non *TOTO conatu, non toto animo* imperat. Similem laxitatem amaris lacrymis lugebat suo tempore S. Cyprianus lib. de Lapsis. *Emersit, fratres charissimi, novum genus cladis, & quasi parum persecutionis procella sævierit, accessit ad cumulum sub misericordiæ titulo malum fallens, & blanda pernicies. Contra Evangelii legem, contra Domini, ac Dei legem temeritate quorumdam laxatur incautis communicatio. Irrita, & falsa pax, periculosa dantibus, & nihil accipientibus profutura.* Innumeros alios Patres lege *tom.* 9. *lib.* 2. *diss.* 3. Interim audi Concilium Tridentinum sess. 14. c. 2. *Plenam, & integram peccatorum omnium remissionem consequentes, ad quam tamen novitatem, & integritatem per sacramentum Pœnitentiæ sine MAGNIS nostris fletibus, & laboribus, divina id exigente justitia, pervenire nequaquam possumus, ut meritò pœnitentia laboriosa quidam Baptismus a Sanctis Patribus dictus fuerit.*

XXXVI. Magnos labores, ingentes fletus, totum conatum in pœnitente, potissimùm recidivo post plures confessiones frequenter prolabente, requirunt Patres omnes, & Concilia. Contra Dissertator, & Casuistæ quos citat, exigunt *aliquem conatum, aliquam industriam, aliquam peccatorum diminutionem.* Hæc duo invicem hostiliter pugnant. Ergo doctrina Casuistarum adversatur doctrinæ Scripturarum, Patrum, & Conciliorum. Opponit Dissertator *pag.* 17. testimonium P. Alphonsi Manriquez *Ord. Præd.* Sed omnes Dominicani hunc Casuistam ut laxioris Ethices scriptorem, & omni auctoritate destitutum rejiciunt, contemnunt, & inter Laxistas collocant.

XXXVII. Ut mea minima præsert opinio, Disputator in hac sua dissertatione compilavit laxiora, quæ hoc de argumento tradere Casuistæ solent. Scribit enim pag. 30. *Notes proinde, recidivos posse TOTIES QUOTIES absolvi, quandò actu verè dolent, ac proponunt. Id Confessario innotescit ex ALIQUO ad emendationem conatu, qualis certè est reditus ad confessionem ex Confessarii præscripto, ac propterea iidem spem faciunt futuræ tandem stabilis conversionis.* Quis hæc probet? Reditus ad confessionem ex præscripto Confessarii veri doloris, & veræ conversionis argumentum est? Singulis diebus redibunt fornicatores, adulteri ad confessionem, dummodo *toties quoties* à suis adulteriis, & fornicationibus absolutionem obtinebunt. *Aliquem* etiam *conatum*, ut hic repetit Dissertator, *ad emendationem* adhibebunt, sed *non omnem, & totum*, ut Scripturæ, & Patres exigunt, ut sua frui libidine possint. *Recidivi toties quoties absolvi possunt quandò actu verè dolent, ac proponunt.* Peregregiè. At undè scire Confessarius potest, recidivos frequentèr relabentes post plures confessiones *fatcrè dolere, & verè proponere?* Dolor iste supernaturalis est, & in sinu cordis absconditus, quem spectare Confessarius nequit. Ex fructibus dumtaxat emendationis, & bonorum operum colligere Confessarius hunc verum dolorem, & firmum propositum valet. Quo gravius est negotium, & gravioribus periculis obnoxium, eo fortior conatus, & major industria requiritur ad ejusdem consecutionem. Negotium evitandi inferni, & obtinendæ æternæ gloriæ est omnium maximum. Ergo requirit totas vires, totum conatum, totum animum, totam mentem, ut Scripturæ Sanctæ, ut Patres omnes, & Concilia clamant. Contra laudatus Dissertator in hac sua dissertatione, semper abstinet ab hoc Dei sermone, ab inculcando scilicèt, ut peccatores *toto corde, tota anima, tota mente* Deum inquirant. Sed *pag.* 10. requirit *conatum aliquem.* Pag. 13. *ex aliquo conatu ad novam vitam.* Pag. 27. *conatum aliquem ad emendationem,* Pag. 30. *Id innotescit Confessario ex aliquo ad emendationem conatu.* Pag. 33. *Sufficere ut aliquam adhibuerint operam in emendationem vitæ.* Pag. 34. *Ex aliqua ipsius pœnitentis emendatione.* Ad hoc Scripturarum loquendi modo: *Convertimini ad me in toto corde vestro in jejunio*, &c. abstinet veluti à phrasi Merbesii, & Genneti. Et reipsa *pag.* 25. veluti errorem rejicit doctrinam de justificatione stabili, firma, & constanti, quam conceptis verbis docet S. Paulus. Totum conatum, quem omnes Scripturæ requirunt, alto silentio præterit, & aliquem dumtaxat conatum, aliquam, non totam industriam exigit. Nec semel in universa dissertatione requirit *totum conatum*, quia totum hunc conatum in suis Casuistis non invenit.

XXXVIII. Venusta sunt, quæ scribit Dissertator *pag.* 34. inquiens: *Duo nunc superfunt, quibus unumquemque ad calcem manum velim. Alterum est ne quisquam facilè se abripi sinat facto quodam pretorii Ethices, ac veteris, ut inore nonnulli habent, instauranda disciplinæ, & probitatis.* Flammæ Laxismi, ne dicam cujusdam Epicureismi, à quatuor angulis ardent. Sacramenta iis administranda esse, qui theatra frequentant, qui inter amasias dies, noctesque ducunt, qui ludis, conviviis, vanitati, luxui continuam navam operam, quorum denique mores antichristiani sunt, dummodo præteritorum criminum dolorem præferant, & ad confessionem accedant, docent Scriptores hujusmodi: & ad ultimum malorum cumulum Christiani isti admonentur ne se abripi sinant *facto quodam pretorii Ethices?* Sed alia paradoxa, quæ ibidem Dissertator *pag.* 35. adjecit, referibamus. *Audit quis e.g. non esse absolvendos prava consuetudine laborantes: videat, ne brevi gradu inde fiat ad sentiendum pravum habitum .... non solum esse peccati effectum, sed peccatum, quo actualiter manente, absque dubio pœnitens justificari non potest. Audit, relapsos non facile absolvendos, sed rejiciendos à Confessario: caveat ne rei eò tandem à nonnullis feratur, ut persuaderi velint Sacramentum Pœnitentiæ esse veluti Sacramentum Baptismi, quod iterari non potest.* Pericula, quæ cavenda suadentur Lectoribus, probabilia aliquo modo sint oportet. Quis Catholicorum docuit, aut docet, Sacramentum Pœnitentiæ esse veluti Sacramentum Baptismi, quod iterari nequeat? Quis Catholicus aliquid, quod vel remotam cum tali errore affinitatem habeat, scripsit? Quis propugnat, habitum vitiosum non modò effectum peccati esse, sed etiam peccatum, quo *actualiter manente* justificari pœnitens nequeat? Spectra ergo hæc sunt, arbitrariæ chimæræ, & inepta commenta ad tuendum Laxismum in moribus Christianorum dominantem excogitata, & inventa. *Quis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lacrymarum? & plorabo die, ac nocte interfectos filiæ populi mei?* Lugens reperam cum Jeremia *cap.* 9.

XXXIX. „ Alterum est (subdit ibidem) ne „ quis facilè eos SS. Patrum textus ad rem, de „ qua agimus, opportunè allegatos existimet. “ Hoc consilium sibi applicare Dissertator jure debet. Allegat ipse *pag.* 13. S. Thomam in 4. *dist.* 17. *quæst.* 3. *quæst.* 5. *ad* 2. ubi *inquirit S. Doctor* (inquit Dissertator) *de cognitione, qua Confessarius debet cognoscere pœnitentis DISPOSITIONEM sic habet.* Ut mitissimè loquar hæc est evidentissima falsitas, nempè S. Doctorem ibi loqui de cognitione, qua Confessarius debet cognoscere *dispositionem* pœnitentis; sed sermonem habet Angelicus de cognitione peccatorum, quæ pœnitens manifestat. Hæc sunt verba S. Doctoris. *Alio modo per confessionis manifestationem. Et quantum ad hanc cognitionem non potest majorem certitudinem accipere, quam ut subdito credat: quia hoc est ad subveniendum conscientiæ ipsius. Unde in foro confessionis creditur homini, & pro se, & contra se.* Meridiana luce clarius est Angelicum loqui de fide, quam Confessarius adhibere debet pœnitenti sua peccata manifestanti. Nec verbum ibi habet de cognitione doloris, propositi, seu dispositionum pœnitentis. Ergo Dissertator manifestè imponit lectoribus suis. Adducit ibidem hunc P. Suarez de recidivo textum. *De quo proposito credendum est pœnitenti, non obstante quatumque præcedenti frequentia, & inconstantia.* Si Confessarius tenetur credere pœnitenti ex animo testanti se dolere, & propositum habere emendationis, omnes accedentes ad tribunal pœnitentiæ absolvendi erunt. Omnes enim spontè accedentes ad Sacramentum testantur se dolere, & propositum jactant abstinendi à peccatis. Stulti enim essent, nisi hæc duo ostentarent, cum sciant, hæc duo, dolorem nempè, & propositum, materiam esse sacramenti. Nec est præsumptio in contrarium, inquit Auctor Dissertationis ibidem, *quando constat ex aliqua prævia emendatione, ex aliquo conatu ad novam vitam.* Aliquem conatum, aliquam præviam emendationem semper ostentant pœnitentes. Immò legentes ejusmodi Casuistarum libros, aliquot diebus ante confessionem à peccatis abstinent, ut *aliquem conatum* ad novam vitam, aliquam præviam emendationem perhibeant Confessario. Et hoc pacto universam vitam suam communiter in peccatorum circulo, & sacramentorum frequentia ducunt.

XL. Exempla, quæ de S. Francisco Xaverio, de S. Philippo Nerio, de S. Francisco Salesio, de

S. Andrea Avellino obtrudit, inepta omninò sunt, & extranea, ad constituendam regulam quam servare Confessarii debeant. Lege quæ de S. Francisco Xaverio scripsi *tom. 9. lib. 2. diss. 3. can. 5.* & de Card. Bellarmino clamante: *Non esse tanta facilitas peccandi, nisi esset tanta facilitas absolvendi.* Omnes sancti viri, & sapientiores Theologi hanc facilitatem absolvendi, & administrandi sacramenta recidivis, & consuetudinariis deplorant, tanquàm ætatis nostræ extremam calamitatem. Et tamen scopus citatæ hujusce dissertationis eò tendit, ut approbet, & confirmet laxam disciplinam in administrandis sacramentis recidivis, & pravis habitibus irretitis. Atque, ut hæc lugenda consuetudo altiores radices agat, errorum monstra obtruduntur, quæ nec sunt, nec ut eveniant vel leve instet periculum. Doctrinæ Evangelicæ, quæ in peccatorum conversione requirunt, & altius inculcant totum conatum, nilum vehementem, omnemque industriam, traducuntur tanquam doctrinæ invectæ à Merbesio, ab Obstraedt, à Gennet, *aliisque hujus ætatis, & scholæ*, inquit Dissertator. Schola evangelica est quæ docet toto, non aliquo conatu, vehementi, non aliqua industria fatigendum, enitendumque esse, ut quisque à scelerum sentina surgat, Deumque toto corde, tota anima, tota mente, totis viribus diligat. Hæc doctrina evangelica est, quidquid in oppositum clamitent Probabilistæ plures, quorum falsas opiniones in citata dissertatione auctor diligenter coacervavit.

§. III.

Nonnullæ quæstiunculæ de officio Confessarii, quæ praxim spectant, resolvuntur.

I. QUÆST. I. *Quid in primis observare Confessarius debet confessiones auditurus?* RESP. Duo inter cætera ob oculos habeat Confessarius oportet, 1. Justificationem impii maximum esse opus Dei, Baptismæ laboriosum aquæ non frigidæ, ut primum, sed ferventis, quæ veterem pellem excoquat, & excoriet; idque manifestare pœnitentibus debet. 2. Multos esse vocatos, paucos electos. Catervatim currunt homines ad confessionem, non secus ac ad aliquam solemnitatem, & videntes communiter paucis rem expediri, perfunctoriè tantum negotium peraguit. Sedulò ergo, ò Confessarii, pœnitentes instruite, opus justificationis maximum esse redemptionis christianæ fructum. Paucos utique lucrabimini; sed pauci electi sunt. Omnium conversionem vos anhelare debetis; sed ne animo despondeatis, si exiguus spondeat fructus. Satis vobis sit, vel unam lucrari ovem. Dei est animas sanctificare; vestrum est eas instruere, & disponere, ut aptæ evadant ad rotem cælestem suscipiendum.

II. QUÆST. II. *Quid observare debet Confessarius in interrogatione pœnitentium?* RESP. Statum pœnitentis domini, servi, uxorati, judicis, advocati, magnatis, Principis, adolescentis, puellæ, matrisfamilias considerer. In examine peccatorum carnalium magna opus prudentia est. Omnes interrogationes castæ sint. Duo impedire confessionis integritatem queunt, malitia, & verecundia. Hæc obstacula facilè superabit, si infinitam Dei clementiam erga peccatores; si passionem Christi Jesu pro salvandis peccatoribus repræsentabit; si animos adjecerit ad vomenda monstra, quæ animam torqueat. At nisi Confessarius naturali acumine, & dexteritate præditus sit, Deique adjutorio fultus, frustrà folia implemus.

III. Interroget Confessarius præsertim circa primum præceptum amandi Deum, num frequenter illud implere studuerint. Si deprehenderit amorem Dei prædominari in eorum cordibus, fausta sibi spondeat. Contra si amorem mundi, voluptatum carnalium, divitiarum regnantem spectaverit; absurda multa timeat. Expendat num viva sit eorum fides, & firma spes. In harum virtutum exercitio plurimos rudes inveniet. Et propterea in his præcipuè instruere eos debet. Hæc tres virtutes theologales sunt fundamentum, & forma christiani ædificii. Si fundamenta vacillant, corruit totum ædificium.

IV. QUÆST. III. *Utrum Confessarius interrogare de socio criminis debeat?* RESP. Jam dixi supra, pœnitentem teneri manifestare complicem, occultato nomine, & habitatione, quando reperiri Confessarius nequit qui complicem ignoret. Ergo etiam Confessarius interrogare astringitur, quando pœnitens, aut ignoranter, aut ob aliam causam complicem occultet. BENEDICTUS XIV. duo edidit diplomata, alterum 7. Julii 1745. cujus initium est, *Suprema omnium*, &c. alterum 4. nonas Junii 1746. cujus initium est, *Ubi primum*. His decretis abusum proscribit Pontifex illorum Confessariorum, qui aut blanditiis, aut minis extorquere à pœnitentibus solent nomen complicis prætextu eumdem corrigendi. Idcircò in regno Lusitaniæ, ad cujus Episcoporum preces emanarunt decreta, seu constitutio confirmans decretum primum, Confessarii curabant ut extra confessionem complicem manifestarent pœnitentes, ut possent eumdem corrigere. Quem abusum gravissimum Pontifex damnavit, integra consistente doctrina eumdem patefaciendi, occultato nomine, & habitatione, quoties necessitas id postulat.

V. QUÆST. IV. *An Confessarius astringatur admonere pœnitentes eorum quæ ignorant, sive vincibiliter, sive invincibiliter?* RESP. Fuso calamo hanc quæstionem tractavi *tom. 1. Appar. diss. 1. cap. 4.* Paucis nunc illam expediam. P. Viva in *Cur. p. 6. q. 8. art. 5. n. 4.* hæc docet: „ Si speratur „ quod pœnitens advertens, v. g. matrimonium „ esse invalidum, aut contractum quem putat „ justum, esse injustum, &c. sublaturus sit ea „ peccata materialia; tenetur Confessarius igno- „ rantiam detegere propter bonum pœnitentis, „ ne sic contra legem Dei peccet etiam materia- „ liter. Quod si non speretur profectus, sed po- „ tius timeatur quod peccatum materiale dein- „ ceps

„ ceps sit futurum peccatum formale; v. g. si „ sciens matrimonium esse invalidum, *non facilè* „ tunc abstineret à cognoscenda illa quam con- „ jugem putabat; in tali casu ignorantia non est „ amovenda, juxta illud August. in cap. *Si quis* „ &c. . . . Idemque docet Tamburinus ex Pel- „ lizario, quando quis BONA FIDE EST IN „ OCCASIONE PROXIMA, *nec speratur emen- „ datio; vel quando quis bona fide non restituit „ alienum.* Etenim revelatio veritatis *noceret pœ- „ nitenti*, si deindè cum culpa formali remane- „ ret in *occasione proxima*, aut retineret alie- „ num. Nec hoc prodesset ei cui alienum res- „ tituendum est: quia supponimus non dari „ spem quod restituatur, si bona fides illi tol- „ latur.“

VI. Illi bona fide alienum possident, contractum fœnebrem justum existimant, isti bona fide in occasione proxima versantur, bona fide differunt debitorum solutiones. Et minister pœnitentiæ, qui ex officio judicis, doctoris, & medici personam sustinet, accedentes pœnitentes ad suum tribunal instruere non tenetur? Ecur? Ne veritas revelata noceat pœnitenti. Pernicio- sa ergo est veritas divina? Non debuit ergo Filius Dei in terram descendere, ut illuminaret omnes homines, debebat illos in bona fide, & ignorantia relinquere, ne fierent ex peccatoribus materialibus peccatores formales? Et tamen ipse *Joan. 15.* clamat: *Si non venissem, & locutus non fuissem eis, peccatum non haberent.* Erat ergo invincibilis eorum ignorantia. Subdit autem Christus: *Nunc autem excusationem non habent de peccato suo.* Quisque judicet quomodo cum Evangelio componi doctrina P. Viva queat.

VII. Eamdem doctrinam docet P. Thomas Tamburinus ex Lugo *lib. 2. Moral. cap. 4. num. 3.* Ideò illam transcribo ut ab illa sibi cavere lectores queant. Inquit ergo Tamburinus: „ Pri- „ ma regula ex Sanchez *lib. 2. de Matrimon. disp.* „ 38. *num.* 53. Si talis ignorantia est contra pœ- „ nitentem; v. g. si ipse crederet esse mortale „ quod hujusmodi non est; debet ea amoveri à „ Confessario . . . . Secunda regula. Si ignoran- „ tia inculpabilis quæcumque, sive facti, sive „ juris, & sive Juris Divini, sive Humani, non „ est contra pœnitentem (id est quando pœni- „ tens non putat esse mortale quod tale est) & „ nihil pœnitens interrogat de hoc Confessarium, „ distinguendum est. Si enim Confessarius præ- „ det pœnitentem, ignorantia ablata, non dif- „ ficulter relicturum quod reipsa peccatum est, „ tenetur ex Sanchez *disp. cit. num.* 6. verita- „ tem aperire propter bonum pœnitentis, ne „ & pœnitens peccet contra legem Dei etiam „ *materialiter*. At si prævidet non relicturum, „ potius taceat, ne in majus malum illum con- „ jiciat. Idem esse dicendum, *quando quis est in* „ *occasione proxima*, & non speretur emendatio, „ docet Pellizarius *tract. de Monial. cap. 10. sect. 3.* „ *num.* 191.“

VIII. QUÆST. V. *Quid si Confessarius in- terrogetur à pœnitente ut veritatem eorum, quæ ignorat, perdat?* RESP. Respondet Lugo *disp. 22. sect. 2. num.* 29. „ Quid verò, si pœnitens inter- „ roget Confessarium, vel Doctorem de re illa? „ Respondetur, tunc debere veritatem aperi- „ re. . . . Addit verò Sanchez cum aliquibus: „ quando pœnitens non cum dubio, sed ex „ scrupulo interrogaret, *posse Confessarium tace- „ re, vel respondere, quod* (N. B.) *deponat „ scrupulum*: quia scrupulus non impedit bonam „ fidem, nec ignorantiam invincibilem, quæ il- „ lum excusat. Hoc tamen non videtur conse- „ quenter dici: quia etiamsi pœnitens ex scru- „ pulo interroget, non potest Confessarius affir- „ mare licitum, quod est illicitum: ergo nec po- „ terit tacere. . . . . Posset quidem Confessarius „ in illo casu fingere se non audivisse, vel non „ attendisse, vel oblitum fuisse respondere, „ ut sic remaneat in bona fide, quam prius ha- „ bebat, non tamen ipsius auctoritate confir- „ mata.“ Fingere ergo se non audivisse, vel non attendisse judex, & doctor potest? Et qui interrogatus tacet, non præsumitur consentire?

IX. Auctores citatos sic urgeo. Aut speratis vos pœnitentes vestros restituturos aliena, dis- cessuros ab occasione proxima, relicturos con- tractus injustos; aut certò prævidetis, si admo- neantur nihil horum præstituros? Si primum, ipsi conceditis admonendos fore. Si secundum; ergo isti non pœnitentes sunt, sed cæci, pessimi, & obstinati in viis pessimis. Ergo imparatissi- mi ad sacramenta. Ergo, qui illos absolvunt, tremendo supplicio à Christo prædicto subja- cent: *Si cæcus cæco ducatum præstet, ambo in fo- veam cadunt*: cæcus ductus, & cæcus ducens, inquit Augustinus. Veritas fidei est pœnitentes habere propositum debere omnia divina manda- ta servandi. Qui ita dispositi, & obstirmati sunt, ut neque scire eadem mandata velint, habent-ne propositum istud? Credo. Ecur Confessarius non debet manifestare veritatem? Ex charitate, inquiunt, erga pœnitentes, quibus veritas no- xia est. Charitatem ergo violavit Christus Domi- nus, ejusque Apostoli, & Evangelistæ, qui ve- ritates mandatorum Dei revelarunt, & explica- runt? In hæc blasphema absurda consiciunt recentiæ juniorum doctrinæ.

§. IV.

Accommodare ne Confessarii se debent opinionibus pœnitentium, relictis propriis?

I. SERaphicus Doctor S. Bonaventura *Confes- sion. cap. 4.* exclamat: *O inauditum philo- sophandi genus! Judex sententiam ferre debet ad arbitrium rei, & reus judicis judicio obtemperare non tenetur?* Exclamationes istæ, inquiunt junio- res plurimi, *Rigoristarum* sunt, & *Jansenista- rum*. Communiter enim Probabilistæ omnes ad- firmant, Confessarios posse, & debere sese ac- commodare pœnitentium opinionibus, relictis propriis. Quam doctrinam communi sensui re- pugnantem, & *tom. 2. Appar.* & supra etiam profligavi. Quarè nunc paucis illam refutabo.

II. Supra relcripsi teſtimonia quibus Probabiliſtæ evincunt, poſſe Confeſſarium dirigere pœnitentem ſecundum opinionem quam ipſe Confeſſarius falſam eſſe certò ſibi perſuadet, inquit Laymanus, cujus verba dedi ſupra *tom.* 1. *lib.* 1. præſertim ſi hæc opinio ſit *favorabilior, & optatior* pœnitenti. *Si una opinio doceat* (inquit P. Viva quæſt. 7. art. 2. num. 6.) *pœnitentem teneri ad reſtitutionem, & removendam talem occaſionem, ac acceptandam talem pœnitentiam; altera opinio docet non teneri; NON poteſt abſolutio negari, ſi pœnitens ſequatur opinionem ſibi FAVORABILEM, dummodò probabilem; etiamſi Confeſſarius ſit in opinione contraria.* Hinc eſt quod P. Gobat, & P. *Lacroix* advertunt Confeſſarium, ut non habeat tantùm *unam doctrinam*, ſed *plures ſententias*. Quod ſi Confeſſor minùs experrectus ſit, & in crumena mentis ſuæ non habeat has plures ſententias, tunc pœnitentes ipſi antequam accedant ad Confeſſarium legere poſſunt Leandrum, Zanardi, Eſcobarium, Gobat, Lacroix, Dianam, Bonacinam, in quorum libris ſuper qualibet ferè materia invenient opiniones probabiles contrarias, ut ſeligant ſibi *favorabiliores, & optatiores*. His opinionum præſidiis adeant Confeſſarium, cui exponant has opiniones; & ſecundum iſtas abſolvi debent.

III. Si chriſtianę Religionis hoſtis hæc legat, ea ut *fabulationes* deteſtabitur, & Religionem Chriſti ut vanum commentum repudiabit. Verùm nos ipſius Chriſti teſtimoniis hæc rejicimus. Clamat Chriſtus Dominus Matth. 24. *Multi venient in nomine meo dicentes: Ego ſum Chriſtus, & multos ſeducent*: & Marc. 13. *Cum audieritis bella, & opiniones bellorum, ne timueritis. Oportet hæc fieri, ſed nondum finis.* Quid quod in ipſo Veteri Teſtamento hæc oppoſitarum opinionum paradoxa abominatus Deus eſt. Prov. 20. *Abominatio eſt apud Deum pondus, & pondus. Statera dolоſa non eſt bona.* Opinionum pondera alia majora, alia minora. Pondera autem minora, & minùs probabilia per Michęam *cap.* 6. Deus deteſtatur. *Menſura minor ira plena. Numquid juſtificabo ſtateram impiam, & ſacculi pondera doloſa.* Si doloſa opinionum pondera non ſunt illa quæ judex ipſe judicat minora, & falſa, & tamen iſtis falſis ponderibus adminiſtrat ſacramenta, & Dei theſauros; quænam erunt? Ut ipſe judices, quam ſit hoc ſiſtema rationi oppoſitum, audias velim quæ ſequuntur.

IV. Accedit ad Confeſſarium *Cinthia amaſia* doctrina lumine naturali imbuta, quæ obligationem oſtendit ſe ſeparandi ab amaſio. Refugit tamen ſeparationem. Dimittitur ſine abſolutione. Accedit *amaſius Sempronius* opinione caſuiſtica contraria armatus, quæ non obligat ad ſeparationem. Abſolvitur amaſius. Sibi mutuo occurrunt in confueta converſatione amaſii, & amaſiunculæ, & alloquia inſtituunt. Te ne Confeſſarius abſolvit? Utique. Quid? Mihi abſolutionem negavit. Quid pœnitentiæ tibi dedit? Jejunia quatuor, eleemoſynas, & hoſpitalium viſitationes. Acceptaſti ne talem pœnitentiam? Ecquomodo non? Ego nolui eam acceptare. Noluiſti? Et te abſolvit? Certè. An non ſumus in delicto, & circumſtantiis pares? Scilicèt. Quę ergo tantæ diverſitatis cauſa, ut tu abſolutus in Paradiſum aſcendas; ego ſine abſolutione in orcum præceps corruam? Revela arcanum. Ecce. Tu non legiſti Dianam, Leandrum, Zanardi, Tamburinum, Viva, Lacroix docentes imperſiendam eſſe abſolutionem. Contra ego legi. Repræſentavi Confeſſario opinionem *verè probabilem, mihi favorabiliorem, & optatiorem*, quia eam defendunt plures, & graves Auctores, ut ſunt Lamas, Stoz, Totdf, Burgaber, aliique. Gratias tibi ago. In poſterum antequam ad tribunal confeſſionis accedam Caſuiſtas benigniores revolvere volo, donec inveniam opinionem *verè probabilem, &

cælo tonante, & fulminante, tempestate sæpius exagitante, & naufragio jam jam ad te deglutiendum imminente? Quid, inquam, ageres? Merces, pecunias, vestes, & omnia projiceres, ut nudus portum arriperes. In funestiori, seviorique tempestate versaris. Gehenna aperta est, super latera infetni ambulas, furor divinæ vindictæ, quæ à tanto tempore flagellum distulit, jam jam ictum intorquet. Nisi omnium virium conatu, quo utereris in declinando corporis naufragio, utaris in hac expellenda lepra fœtidissima, & ipsis viscéribus, & sanguini hærente, actum de tua salute est. Desperationis ergo laqueo me jugulas? In desperationem ne te conjicerem, si in dicto corporis naufragio constituto tibi suaderem, ut omnibus abjectis contenderes, & niteréris portum nudus, & semivivus tenere? Immò tu miser de salute tua desperare obstinatè vis, qui tanta obrutus mortifera peste eam expellere recusas. Difficillima præscribo remedia? Verum habet. At diuturna experientia didici hunc morbum putridum aliis remediis non curari. Credo. Quid difficilius quam projicere merces, thesauros, vestes ipsas, ut corporis naufragium evadas? Difficiliora hæc sunt, quam quæ ego præscribo, ut animę naufragium declines. Vis ergo sanari? Paradisus apertus est. Christus expansis brachiis te expectat. Potes ejusdem adjutus gratia, si vis. Sed necessaria est deliberatio vehementissima, atque fortissima supra quam explicari potest. Requiritur universalis magnanima, & robusta mutatio integrę vitæ. Conatus illos adhibere debes, quos exteres ad corporis naufragium vitandum, & flammarum ardentium furacem. Remedium efficax in hoc vertitur ut persuasum istis sit, numquam se emendaturos nisi difficillimo, & violento labore, gemitu, planctu, jejunio, cinere, & cilicio. Si semel portum emendationis post duorum, aut trium mensium intervallum severæ pœnitentię attigeris, felicissimè triumphabundus ambulabis viam arctam Domini nostri Jesu Christi, non secùs ac ille qui naufragium corporis evasit. Tentationum ictus aliquos patieris; sed feliciter eos exuffiabis, & deridebis.

VI. His peractis, tum absolutionem impertimini, ò Confessarii, & sacramentorum frequentia, aliisque pietatis operibus confirmate, & roborate convalescentes. Credite, credite, absolutionum facilitate fovetur hæc pestis, non sanatur. Poucos utique lucrabimini, qui pauci sunt electi. Sed cavete ne dum nimia, & crudelissima benignitate salvare istos suos continenter se in luto libidinis revolventes contenditis, æternum pereatis ipsi. Advertite vafros istos esse, & versutos. Se abstinere solent à pollutionibus per unam, & alteram hebdomadam, ut vobis eripiant absolutionem. Observate ergo omnia ne decipiamini, & decipiantur ipsi, qui ex facilitate absolutionum ansam peccandi arripiunt.

VII. Debitoribus morosis absolutio non impertiatur, nisi priùs debita solvant, cum possint, & aliena restituant. Prætextus, & excusationes difficillimè admittantur. Communiter illi debitis gravati sunt qui possunt, & nolunt solvere. Pauperrimis nemo fidit pecuniam suam, neque merces iis dantur, nisi protinùs solvant. Divites sunt illi qui opprimunt mercatores, & artifices, ut luxum, fastum, & ambitionem foveant.

VIII. Fœminis quoqué vanis, ambitiosis, luxum, & pompas ad ipsum tribunal deferentibus suspendatur absolutio, & præsertim illis expudoratis, quę nuda ubera ostentant, quæ cum vitiis sine necessitate conversantur, quæ munuscula, & munera ab amasiis recipiunt. Audite S. Carolum Borromæum in *Instruct. Conf.* ubi rem hanc fusè explicat. *Nec etiam absolvant, qui in vestium splendore, aut superfluo corporis ornatu mortaliter peccant. Et quia hodiè sæculi pompæ, & vanitates ad summum crevérunt, potissimùm ex CULPA CONFESSARIORUM, qui ab hoc peccato pœnitentes suos inconsideratiùs* (N. B.) *absolvunt, & nullum fortasse ex de re scrupulum ipsis movent.* Si plura cupis, consule *tom. 9. lib. 2. diff. 3. cap. 10.*

CAPUT IV.

De Sigillo confessionis.

I. QUÆST. I. *Quo jure Confessarii custodire secretum teneant, quæ audierunt in confessione, debeat?* RESP. Triplici, Naturali, Divino, & Ecclesiastico, ut docent omnes. Contra hæc tria jura peccaret violator. Hoc sigillum oritur ex sola confessione sacramentali, qua pœnitens bona fide sua peccata Sacerdoti manifestat ad obtinendam absolutionem, quamvis ob indispositionem pœnitentis, aut defectum jurisdictionis Confessarii absolutio non impertiatur. Si quis confiteretur alicui se fingenti Sacerdotem, iste obnoxius sigillo esset.

II. Si quis fingeret confessionem, & sub confessionis larva provocaret ad turpia, aut injurias afficeret Sacerdotem, vel aliquod crimen Sacerdotis ministerio pertentaret, nullum hinc oriretur sigillum. Similiter quandò aliquid communicatur sub sigillo confessionis, etiamsi flexis genibus dicatur *Confitor*, non oritur sigillum sacramentale, sed tantùm naturale. Ex sola itaque confessione ordinata ad obtinendam absolutionem suo tempore opportuno dandam, oritur sigillum sacramentale.

III. QUÆST. II. *Quam gravis sit sigilli custodia, & an liceat aliquo in casu illud violare?* RESP. Gravissima est istius sigilli custodia, triplici jure, ut dictum est, imposita. Nullo unquam in casu, sive privato, sive publico licitum est illud aperire, etiamsi subeunda mors esset, & periclitaretur universus orbis. Materia istius sigilli sunt singula peccata sive mortalia, sive venialia determinata in confessione manifestata. Summa prudentia, & cautione hoc sigillum custodiendum est.

IV. QUÆST. III. *Potest ne Confessarius loqui de auditis in confessione ex licentia pœnitentis?* RESP. Certum est pœnitentem posse impertiri licentiam dictam Confessario, cum sigillum sit in favorem ejusdem pœnitentis. Quarè sicut pœnitens se ipso manifestare sua peccata valet; ita potest alteri licentiam concedere id præstandi. Hæc autem pœnitentis licentia debet esse libera, expressa, nec sufficit interpretativa, vel præsumpta. Interdùm pœnitens sub gravi tenetur hanc licentiam concedere, aut ad avertendum aliquod grave malum imminens Reipublicæ, aut alteri.

V. Quæcumque peccata etiam publica in confessione manifestata cadunt sub sigillo. Heinc Confessarius audiens peccata alicujus damnati ad mortem propter furta, homicidia, blasfemias, hæreses, &c. nequit hæc crimina revelare ut in confessione audita. Si aliundè novit, loqui, ut cæteri, data occasione poterit. Quarè Parochus potest, & debet suum parochianum, quem novit publicum fœneratorem, vel concubinarium rejicere à communione, quamquàm ad hoc cavendum parochianus eidem fictè confiteatur.

VI. QUÆST. IV. *Quid respondere Confessarius debet rogatus an audierit confessionem meretricis, concubinę, &c.* RESP. Respondere debet se audivisse ejusdem confessionem, suoque officio functum esse. Quid si meretrix schedam, seu testimonium confessionis peteret? Negant dandam esse aliqui. Sed hæc opinio mihi falsa est. Confessio facta est, ut supponitur. Si Confessarius diceret, se eam non absolvisse, frangeret sigillum, ut omnes fatentur. Negans schedam respta dicit, se eam non absolvisse. Cedo. Cur neganda est hæc scheda? Quia meretrix non fuit absoluta? Si hæc ratio consisteret, nullum esset sigillum, nisi cum absolutio impertitur; quod est manifestus error. Danda ergo scheda est confessionis auditę, quia hoc non est testimonium absolutionis.

VII. QUÆST. V. *Potestne Confessarius dicere, in tali oppido, communitate, collegio gravia crimina patrari, dum ea in confessione audivit?* RESP. Frangeret procul dubiò sigillum, dum de tali oppido, civitate, communitate crimina gravia panderet. Si tamen civitas ampla, & populosa esset, non crederem sigillum violari. Quandò ergo oppidum, sive civitas parva est, tum sigillum violatur, quia, & scandalum oritur, & facilè deprehendi posset, quis talia enormia crimina patravit. Qui de collegio, conventuve crimen auditum in confessione revelaret, sigillum frangeret, quia infamaret talem ordinem. Tacendo Confessarius nunquam peccat. In locutione semper periculum adest. Cohibeat ergo linguam suam.

VIII. Nec cum suo pœnitente de auditis in confessione loqui Confessarius potest absque expressa ejusdem licentia. Si ipse pœnitens loqui sponte incipiat, expressa intelligitur licentia. Continuò post datam absolutionem potest monere, hortari, corrigere pœnitentem, quia judicium sacramentale adhuc perseverat.

IX. Confessarius nequit uti notitia habita in confessione ad exteriorem gubernationem. Clemens VIII. an. 1594. prohibuit Regularibus ne confessionis notitia utantur ad regimen exterius. Quod decretum confirmavit Urbanus VIII. *const.* 26. Quarè infertur 1. non posse Confessarium à sacrificio abstinere vel fugere, quandò cognovit in confessione ab aliquo criminis socio sibi parari insidias, venenum infusum in calice, si delicti complices conjicerent ab aliquo sociorum revelatum crimen esse. 2. Nequit Confessarius denegare Eucharistiam, vel benedictionem matrimonii pœnitenti coram uno, vel alio teste id postulanti, etiamsi denegarit eidem absolutionem. 3. Non potest sacris interdicere Sacerdotem subditum, aut rejicere canonicè electum propter crimina in confessione detecta, neque vitare excommunicatum propter occisionem Clerici in confessione manifestatam.

X. Maritus invita uxore suscipit Sacerdotium. In articulo mortis uxoris confessionem audiens intelligit matrimonium suum esse invalidum, & nullum. Fictitia uxor convalescit. Debitum petit, debet ne maritus Sacerdos reddere, cum ficta uxor scit eum non reddere ob confessionem auditam? Casus iste chimæricus est. Si contingeret, deberet Confessarius petere facultatem colloquendi cum ea, si convalesceret, & fictum matrimonium rescindere. Quid si renueret? Non esset absolvenda utpotè indispositа, quia parata vivere in concubinatu. Quid si absque absolutione convalesceret? Hypotheses istę arbitraria commenta sunt. Si hypothesis occurreret, confugiendum ad Deum esset, qui nunquam innocentem tentari supra id quod potest permittit. Sed repeto casum chimericum esse.

XI. QUÆST. VI. *Quomodò se gerere Confessarius debet quandò interrogatur de auditis in confessione?* RESP. Si Confessarius absolutè interrogetur, potest absolutè respondere se nescire, etiam adjecto Sacramento, quia præsumitur non interrogari ut Confessarius. Quid si versutus interrogator peteret ut panderet ea quæ ut Confessarius scit? Tum intrepidè Confessarius respondere debet, interrogationem indignam esse, & rejicere interrogatorem ut hominem iniquum. Plures alii casus discuti solent de hoc sigillo; sed quia obvii sunt, & nullius difficultatis, illos prætereo. Confessarius severa, & prudenti linguæ custodia omnes resolvet.

XII. QUÆST. VII. *Quinam teneantur ad hoc sigillum?* RESP. Præter omnes Confessarios sive legitimos, sive fictos, tenentur omnes interpretes quorum ope utuntur pœnitentes, ut manifestent Sacerdoti peccata sua. Adstantes quoquè huic sigillo subjecti sunt, cum absque eorum præsentia fieri confessio nequeat, ut in communi naufragio, vel peste contingit. Similiter qui audiunt vel casu, vel industria peccatum confitentium sacramentaliter, servare sigillum hoc tenentur, sicut, & consiliarii, quibus ex necessitate manifestatur persona pœnitens, & Superiores á quibus petitur facultas pro reservatis.

CA-

cælo tonante, & fulminante, tempestate sæpius exagitante, & naufragio jam jam ad te deglutiendum imminente? Quid, inquam, ageres? Merces, pecunias, vestes, & omnia projiceres, ut nudus portum arriperes. In funestiori, seviorique tempestate versaris. Gehenna aperta est, super latera infetni ambulas, furor divinæ vindictæ, quæ à tanto tempore flagellum distulit, jam jam ictum intorquet. Nisi omnium virium conatu, quo utereris in declinando corporis naufragio, utaris in hac expellenda lepra fœtidissima, & ipsis viscéribus, & sanguini hærente, actum de tua salute est. Desperationis ergo laqueo me jugulas? In desperationem ne te conjicerem, si in dicto corporis naufragio constituto tibi suaderem, ut omnibus abjectis contenderes, & niteréris portum nudus, & semivivus tenere? Immò tu miser de salute tua desperare obstinatè vis, qui tanta obrutus mortifera peste eam expellere recusas. Difficillima præscribo remedia? Verum habet. At diuturna experientia didici hunc morbum putridum aliis remediis non curari. Credo. Quid difficilius quam projicere merces, thesauros, vestes ipsas, ut corporis naufragium evadas? Difficiliora hæc sunt, quam quæ ego præscribo, ut animę naufragium declines. Vis ergo sanari? Paradisus apertus est. Christus expansis brachiis te expectat. Potes ejusdem adjutus gratia, si vis. Sed necessaria est deliberatio vehementissima, atque fortissima supra quam explicari potest. Requiritur universalis magnanima, & robusta mutatio integrę vitæ. Conatus illos adhibere debes, quos exteres ad corporis naufragium vitandum, & flammarum ardentium furacem. Remedium efficax in hoc vertitur ut persuasum istis sit, numquam se emendaturos nisi difficillimo, & violento labore, gemitu, planctu, jejunio, cinere, & cilicio. Si semel portum emendationis post duorum, aut trium mensium intervallum severæ pœnitentię attigeris, felicissimè triumphabundus ambulabis viam arctam Domini nostri Jesu Christi, non secùs ac ille qui naufragium corporis evasit. Tentationum ictus aliquos patieris; sed feliciter eos exuffiabis, & deridebis.

VI. His peractis, tum absolutionem impertimini, ò Confessarii, & sacramentorum frequentia, aliisque pietatis operibus confirmate, & roborate convalescentes. Credite, credite, absolutionum facilitate fovetur hæc pestis, non sanatur. Poucos utique lucrabimini, qui pauci sunt electi. Sed cavete ne dum nimia, & crudelissima benignitate salvare istos suos continenter se in luto libidinis revolventes contenditis, æternum pereatis ipsi. Advertite vafros istos esse, & versutos. Se abstinere solent à pollutionibus per unam, & alteram hebdomadam, ut vobis eripiant absolutionem. Observate ergo omnia ne decipiamini, & decipiantur ipsi, qui ex facilitate absolutionum ansam peccandi arripiunt.

VII. Debitoribus morosis absolutio non impertiatur, nisi priùs debita solvant, cum possint, & aliena restituant. Prætextus, & excusationes difficillimè admittantur. Communiter illi debitis gravati sunt qui possunt, & nolunt solvere. Pauperrimis nemo fidit pecuniam suam, neque merces iis dantur, nisi protinùs solvant. Divites sunt illi qui opprimunt mercatores, & artifices, ut luxum, fastum, & ambitionem foveant.

VIII. Fœminis quoqué vanis, ambitiosis, luxum, & pompas ad ipsum tribunal deferentibus suspendatur absolutio, & præsertim illis expudoratis, quę nuda ubera ostentant, quæ cum vitiis sine necessitate conversantur, quæ munuscula, & munera ab amasiis recipiunt. Audite S. Carolum Borromæum in *Instruct. Conf.* ubi rem hanc fusè explicat. *Nec etiam absolvant, qui in vestium splendore, aut superfluo corporis ornatu mortaliter peccant. Et quia hodiè sæculi pompæ, & vanitates ad summum crevérunt, potissimùm ex CULPA CONFESSARIORUM, qui ab hoc peccato pœnitentes suos inconsideratiùs* (N. B.) *absolvunt, & nullum fortasse ex de re scrupulum ipsis movent.* Si plura cupis, consule *tom. 9. lib. 2. diff. 3. cap. 10.*

CAPUT IV.

De Sigillo confessionis.

I. QUÆST. I. *Quo jure Confessarii custodire secretum teneant, quæ audierunt in confessione, debeat?* RESP. Triplici, Naturali, Divino, & Ecclesiastico, ut docent omnes. Contra hæc tria jura peccaret violator. Hoc sigillum oritur ex sola confessione sacramentali, qua pœnitens bona fide sua peccata Sacerdoti manifestat ad obtinendam absolutionem, quamvis ob indispositionem pœnitentis, aut defectum jurisdictionis Confessarii absolutio non impertiatur. Si quis confiteretur alicui se fingenti Sacerdotem, iste obnoxius sigillo esset.

II. Si quis fingeret confessionem, & sub confessionis larva provocaret ad turpia, aut injurias afficeret Sacerdotem, vel aliquod crimen Sacerdotis ministerio pertentaret, nullum hinc oriretur sigillum. Similiter quandò aliquid communicatur sub sigillo confessionis, etiamsi flexis genibus dicatur *Confitor*, non oritur sigillum sacramentale, sed tantùm naturale. Ex sola itaque confessione ordinata ad obtinendam absolutionem suo tempore opportuno dandam, oritur sigillum sacramentale.

III. QUÆST. II. *Quam gravis sit sigilli custodia, & an liceat aliquo in casu illud violare?* RESP. Gravissima est istius sigilli custodia, triplici jure, ut dictum est, imposita. Nullo unquam in casu, sive privato, sive publico licitum est illud aperire, etiamsi subeunda mors esset, & periclitaretur universus orbis. Materia istius sigilli sunt singula peccata sive mortalia, sive venialia determinata in confessione manifestata. Summa prudentia, & cautione hoc sigillum custodiendum est.

IV. QUÆST. III. *Potest ne Confessarius loqui de auditis in confessione ex licentia pœnitentis?* RESP. Certum est pœnitentem posse impertiri licentiam dictam Confessario, cum sigillum sit in favorem ejusdem pœnitentis. Quarè sicut pœnitens se ipso manifestare sua peccata valet; ita potest alteri licentiam concedere id præstandi. Hæc autem pœnitentis licentia debet esse libera, expressa, nec sufficit interpretativa, vel præsumpta. Interdùm pœnitens sub gravi tenetur hanc licentiam concedere, aut ad avertendum aliquod grave malum imminens Reipublicæ, aut alteri.

V. Quæcumque peccata etiam publica in confessione manifestata cadunt sub sigillo. Heinc Confessarius audiens peccata alicujus damnati ad mortem propter furta, homicidia, blasfemias, hæreses, &c. nequit hæc crimina revelare ut in confessione audita. Si aliundè novit, loqui, ut cæteri, data occasione poterit. Quarè Parochus potest, & debet suum parochianum, quem novit publicum fœneratorem, vel concubinarium rejicere à communione, quamquàm ad hoc cavendum parochianus eidem fictè confiteatur.

VI. QUÆST. IV. *Quid respondere Confessarius debet rogatus an audierit confessionem meretricis, concubinę, &c.* RESP. Respondere debet se audivisse ejusdem confessionem, suoque officio functum esse. Quid si meretrix schedam, seu testimonium confessionis peteret? Negant dandam esse aliqui. Sed hæc opinio mihi falsa est. Confessio facta est, ut supponitur. Si Confessarius diceret, se eam non absolvisse, frangeret sigillum, ut omnes fatentur. Negans schedam respta dicit, se eam non absolvisse. Cedo. Cur neganda est hæc scheda? Quia meretrix non fuit absoluta? Si hæc ratio consisteret, nullum esset sigillum, nisi cum absolutio impertitur; quod est manifestus error. Danda ergo scheda est confessionis auditę, quia hoc non est testimonium absolutionis.

VII. QUÆST. V. *Potestne Confessarius dicere, in tali oppido, communitate, collegio gravia crimina patrari, dum ea in confessione audivit?* RESP. Frangeret procul dubiò sigillum, dum de tali oppido, civitate, communitate crimina gravia panderet. Si tamen civitas ampla, & populosa esset, non crederem sigillum violari. Quandò ergo oppidum, sive civitas parva est, tum sigillum violatur, quia, & scandalum oritur, & facilè deprehendi posset, quis talia enormia crimina patravit. Qui de collegio, conventuve crimen auditum in confessione revelaret, sigillum frangeret, quia infamaret talem ordinem. Tacendo Confessarius nunquam peccat. In locutione semper periculum adest. Cohibeat ergo linguam suam.

VIII. Nec cum suo pœnitente de auditis in confessione loqui Confessarius potest absque expressa ejusdem licentia. Si ipse pœnitens loqui sponte incipiat, expressa intelligitur licentia. Continuò post datam absolutionem potest monere, hortari, corrigere pœnitentem, quia judicium sacramentale adhuc perseverat.

IX. Confessarius nequit uti notitia habita in confessione ad exteriorem gubernationem. Clemens VIII. an. 1594. prohibuit Regularibus ne confessionis notitia utantur ad regimen exterius. Quod decretum confirmavit Urbanus VIII. *const.* 26. Quarè infertur 1. non posse Confessarium à sacrificio abstinere vel fugere, quandò cognovit in confessione ab aliquo criminis socio sibi parari insidias, venenum infusum in calice, si delicti complices conjicerent ab aliquo sociorum revelatum crimen esse. 2. Nequit Confessarius denegare Eucharistiam, vel benedictionem matrimonii pœnitenti coram uno, vel alio teste id postulanti, etiamsi denegarit eidem absolutionem. 3. Non potest sacris interdicere Sacerdotem subditum, aut rejicere canonicè electum propter crimina in confessione detecta, neque vitare excommunicatum propter occisionem Clerici in confessione manifestatam.

X. Maritus invita uxore suscipit Sacerdotium. In articulo mortis uxoris confessionem audiens intelligit matrimonium suum esse invalidum, & nullum. Fictitia uxor convalescit. Debitum petit, debet ne maritus Sacerdos reddere, cum ficta uxor scit eum non reddere ob confessionem auditam? Casus iste chimæricus est. Si contingeret, deberet Confessarius petere facultatem colloquendi cum ea, si convalesceret, & fictum matrimonium rescindere. Quid si renueret? Non esset absolvenda utpotè indispositа, quia parata vivere in concubinatu. Quid si absque absolutione convalesceret? Hypotheses istę arbitraria commenta sunt. Si hypothesis occurreret, confugiendum ad Deum esset, qui nunquam innocentem tentari supra id quod potest permittit. Sed repeto casum chimericum esse.

XI. QUÆST. VI. *Quomodò se gerere Confessarius debet quandò interrogatur de auditis in confessione?* RESP. Si Confessarius absolutè interrogetur, potest absolutè respondere se nescire, etiam adjecto Sacramento, quia præsumitur non interrogari ut Confessarius. Quid si versutus interrogator peteret ut panderet ea quæ ut Confessarius scit? Tum intrepidè Confessarius respondere debet, interrogationem indignam esse, & rejicere interrogatorem ut hominem iniquum. Plures alii casus discuti solent de hoc sigillo; sed quia obvii sunt, & nullius difficultatis, illos prætereo. Confessarius severa, & prudenti linguæ custodia omnes resolvet.

XII. QUÆST. VII. *Quinam teneantur ad hoc sigillum?* RESP. Præter omnes Confessarios sive legitimos, sive fictos, tenentur omnes interpretes quorum ope utuntur pœnitentes, ut manifestent Sacerdoti peccata sua. Adstantes quoquè huic sigillo subjecti sunt, cum absque eorum præsentia fieri confessio nequeat, ut in communi naufragio, vel peste contingit. Similiter qui audiunt vel casu, vel industria peccatum confitentium sacramentaliter, servare sigillum hoc tenentur, sicut, & consiliarii, quibus ex necessitate manifestatur persona pœnitens, & Superiores á quibus petitur facultas pro reservatis.

CA-

„ deant, diligenterque caveant, ne quærentibus,
„ & pulsantibus eorum culpa cælum claudatur,
„ ne deperditæ oves ad ovile dominicum redire
„ properantes eorum manibus ferarum dentibus
„ dilaniandæ tradantur, ne Prodigi Filii egentes,
„ & siculi, ad cæsestem Patrem reverentes nefa-
„ ria eorum improbitate gravioribus peccatorum
„ vulneribus dum adhuc in via sunt, confo-
„ diantur.

„ §. 7. Ut autem præsentes Litteræ ad om-
„ nium notitiam facilius deveniant, & nemo
„ illarum ignorantiam allegare valeat, volu-
„ mus illas, seu earum exempla ad valvas Ec-
„ clesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apos-
„ tolorum, nec non Cancellariæ Apostolicæ,
„ Curiæque Generalis in Monte Citatorio, ac in
„ Acie campi Floræ de urbe, ut moris est, affi-
„ gi, & publicari, sicque publicatas, & affixas
„ omnes, & singulos, quos illæ concernunt, per-
„ indè arctare, & afficere, ac si unicuique eo-
„ rum nominatim, & personaliter intimatæ fuis-
„ sent: utque ipsarum præsentium Litterarum
„ transumptis, seu exemplis, etiam impressis
„ manu alicujus Notarii publici subscriptis, & si-
„ gillo alicujus personæ in ecclesiastica dignitate
„ constituræ munitis eadem prorsus fides tam in
„ judicio, quam extra illud, ubique adhibeatur,
„ quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent
„ exhibitæ, vel ostensæ.

„ §. 8. Nulli ergo omninò hominum liceat
„ paginam hanc nostræ voluntatis, sanctionis,
„ præcepti, mandati, & derogationis infringere,
„ vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem
„ hoc attentare præsumpserit, indignationem om-
„ nipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli
„ Apostolorum ejus se noverit incursurum. Da-
„ tum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem
„ anno Incarnationis Dominicæ millesimo septin-
„ gentesimo quadragesimo primo, Kalend. Junii,
„ Pontificatus nostri anno I.

II. QUÆST. I. *Denuntiarine debent Confessarii solicitantes masculos ad turpia?* RESP. Cardinalis Gozza refert Paulum V. declarasse ann. 1612. ejusmodi sollicitantes denuntiandos esse vi constitutionis Pii IV. in hac quippè constitutione dicitur, qui solicitaverit *aliquem pœnitentem*. Æquè pœnitens est vir, ac mulier. Et ratio urget pro utroque sexu. Comprehenduntur etiam solicitantes sive pro se, sive pro aliis, ut habetur §. 2. rescriptæ *Constit.*

III. QUÆST. II. *Denuntiandusne est Confessarius qui chartam provocantem ad turpia mulieri confitenti legendam tradit?* RESP. Duas sequentes hac de re opiniones damnavit Alex. VII. n. 6. *Confessarius, qui in sacramentali confessione tribuit pœnitenti chartam postea legendam, in qua ad venerem incitat, non censetur solicitasse in confessione, ac proinde non est denuntiandus.* n. 7. *Modus evadendi obligationem denuntiandæ solicitationis est, si solicitatus confiteatur cum solicitante: hic potest ipsum absolvere absque onere denuntiandi.*

IV. QUÆST. III. *Sacerdotes qui fingunt se Confessarios, cum non sint, denuntiari ne debent, si solicitent ad turpia?* RESP. Adfirmans sententia vera est, & colligitur ex §. 1. & 2. rescriptæ *Constit.* ubi omnes Sacerdotes absque limitatione comprehenduntur. Si tamen laici, vel clerici fingant se Sacerdotes, & solicitent ad turpia, denuntiandi non sunt, ut communis sententia docet. Si tamen Confessarius per clericum, aut laicum sub larva confessionis solicitaret, denuntiandi essent vi aliarum constitutionum.

V. QUÆST. IV. *Quem sensum hæc verba*, in actu sacramentalis confessionis, vel ante, vel immediatè post, *præferunt?* RESP. Qui intra spatium inceptæ confessionis usque ad finem inclusivè solicitant, denuntiandi juxta omnes sunt. Disputant super aliis duabus particulis *immediatè ante, vel post.* Missis cavillationibus verba hæc non physicè, sed moraliter accipienda sunt. *Immediate ante* significat, si quis mulierem paratam ad confessionem, aut confessionem petentem, quamque post accessuram nosceret, provocaret ad turpia, solicitaret *immediatè ante confessionem*, licèt aliquod spatium interfluereut antequam confiteretur. *Immediatè post* solicitaret, si peracta confessione, vel mulieri chartam ad turpia incitantem traderet in Ecclesia legendam, aut verbis obscænis provocaret; si ad domum mulieris accederet, vel in itinere comes solicitaret, denuntiandus esset.

VI. QUÆST. V. *Quem sensum hæc verba*, vel occasione, vel prætextu confessionis, *præbent?* RESP. Occasio, & prætextus duo sunt diversa. *Occasione confessionis* solicitare quis dicitur qui reipsa ex ipsa confessione ansam solicitandi arripit ad turpia. Prætextus verò confessionis tunc est, quando quis simulat, & fingit confessionem, ut indè provocare ad venerem queat. Variis modis nefarius Confessor sollicitare ad turpia confessionis occasione valet. 1. Expressa impudentia. 2. Dum intelligit pœnitentem luxuriæ stigitia confitentem, & ad venerem proclivem, eam signis, gestibus, suspiriis, aliisque indiciis concitat ad libidinem. Hi juxta omnes sunt denuntiandi. 3. Cum ex notitia acquisita in confessione propensionis ad venerem, occasionem nanciscitur eam provocandi paulò post confessionem, dummodò persona solicitata prudenter judicare queat hanc solicitationem otiri ex notitia habita in confessione. Quarè circumstantiæ spectandæ sunt.

VII. *Prætextu confessionis* solicitat Confessarius qui mulierem invitat ad confessionem, eamque in Ecclesiæ janua expectat, ibi, nulla confessionis mentione facta, ad venerem incitat. Mulier, præmissa conventione de peccato carnis patrando cum Sacerdote, illum domum vocat, & ut domesticos eludat propter executionis difficultatem, egrotam se fingit, & prætextu confessionis simul commiscentur. Iste denuntiandus est.

VIII. Mulier accedit ad Confessarium dicens se velle crastina die confiteri. Illam iste extra confessionale solicitat, quin confessionem simulet. Hic est ne denuntiandus? Vera sententia adfirmat. Similiter denuntiandus esset ille Confessarius qui mulieri dissuaderet confessionem, ut securiùs illam concitaret ad venerem. Omnes quoquè qui in con-

confessionali absque confessione vera, aut simulata solicitant, denuntiandi sunt, sicut, & illi qui adstantes mulieres expectantes confiteri, nutibus, aut signis solicitant. Qui in Religiosorum capellis, seu cellulis, ubi confessiones audiuntur, solicitant ad turpia, denuntiandi sunt, etiamsi nec audiant, nec simulent confessionem. In cæteris aliis locis non deputatis ad confessiones audiendas, tunc solùm denuntiandi sunt, quandò Confessarii, aut reipsa audiunt, aut simulant audire confessiones, si ad turpia solicitent.

IX. Qui non ad turpia, sed ad alia crimina, puta furtum, homicidium, solicitarent, essent denuntiandi ex aliis decretis latis adversùs suspectos de hæresi. Ut solicitantes denuntientur, non requiritur quod actus, quo provocant ad turpia, sit natura sua mortalis; sed sat est quod ex circumstantia loci, temporis, & administrationis Sacramenti talis sit. Similiter denuntiandi sunt Confessarii, qui in dictis locis turpes sermones habent cum pœnitentibus, ut colligitur ex clausula constitutionis: *Aut cum eis illicitos, & inhonestos sermones, sive tractatus habuerint.* Innumeri sunt modi, quibus lupi iiti rapaces inficere, & devorare Christi oves solent. Nec eos numerare expedit. Quisque ex circumstantiis deprehendere eos valet.

X. Verba dubia in meliorem partem sunt interpretanda, præsertim dum Confessarius est notæ probitatis. Cuilibet etiam cautissimo excidere verba dubia queunt. Quarè cavendum est ne dum iniquorum pravitas coercenda curatur, innocentum, & proborum hominum fama maculetur. Dum Confessarius solicitatur, si consentiat, denuntiandus est.

XI. Quamquàm in omnibus aliis delictis præmittenda sit correctio fraterna; quandò tamen delicta sunt contra bonum publicum, ut sunt delicta ejusmodi, & hæreses, prætermissa correctione denuntiari debent. Quarè Alexander VII. declaravit an. 1660. denuntiandos esse solicitantes, non præmissa correctione fraterna. Non tolùm personæ solicitatæ, sed etiam, qui vel casu audierunt Confessarium solicitantem, vel ab ipsa persona solicitata, nisi hæc implere onus suum vellit, denuntiare tenentur. Personæ solicitatæ ipsæ comparere ad tribunal debent: quæ per epistolam denuntiant, proprium nomen, & cognomen scribere debent. Si puellæ, & matronæ nobiles non audeant adire vel Inquisitorem, vel Episcopum, id agere per internuntium, nempè per Confessarium valent. Eligatur aut Inquisitor, aut Episcopus, prout melius expedit denuntiationis finì. Ad pœnas quod attinet contra calumniatores, & falsos denuntiatores lege rescriptum *Constit.* BENEDICTI XIV.

MONITUM

AD CONFESSARIOS.

I. BReviter de Sacramento Pœnitentiæ disputatum. Vos, ó Confessarii doctrina, zelo, vigilantia supplete quæ ego vel brevitatis studio, vel insciția, & ignorantia prætermisi. Duo recordari vobis magnoperè interest. Unum quod nisi vos ipsi conscientiæ vestræ vineam seduò excoluerilis, ex eadem evulsis spinis, vepribus, & tribulis; nisi inordinatos animi motus moderari; superbiam, ambitionem refulgendi in hac mundi scæna compescere; nisi mundi oblectamentis, illecebris, & præstigiis renuntiare satageritis, nisi ipsi casti, mortificati, humiles, devoti fueritis; frustra ex librorum lectione regulas, & artem alias regendi animas addiscetis. Mementote, Ven. Magistri. Avila docere vix è mille, & S. Franciscum Salesium vix è decem millibus unum Confessarium optimum, & necessariis dotibus ornatum reperiri. Si talia ergo scriberem, quæ non interquerentur in me maledicta? At rogo vos ut sæpè mente revolvatis ejusmodi documenta, & illud S. Thomæ de Villanova: *Quid Ecclesiam Dei hodiè perdit, nisi Confessariorum, & Pastorum blandiens adulatio?* Christianorum reformatio á cura vestra potissimùm pendet, & in primis ab Episcopis de quibus infra.

II. Alterum Christi documentum vobis seriò meditandum propono, quod habetur Matth. 13. *Cum autem dormirent homines venit inimicus ejus, & superseminavit zizania in medio tritici, & abiit. Cum autem crevisset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt, & zizania.* Initio zizania non distinguebantur à tritico, sed eidem simillima erant. Heinc est quod servis eadem eradicare cupientibus: *Vis imus, & colligamus ea?* prohibuit Christus inquiens: *Non, ne forte colligentes zizania, eradicetis cum eis simul, & triticum.* Usque dum nova quædam sistemata moralis doctrinæ disputantur in scholis, similia apparent veritatis grano. Tot speciosis distinctionum, & cavillationum fucis, & lenociniis incrustantur, ut à tritico vix discerni zizania queant. Verùm enim verò cum fructus patiendi sunt, tunc refulget veritas, & falsitas zizaniorum suas effundit tenebras.

III. Quo hæc tendunt? Ecce. Novum opinandi modum *lib.* 1. vobis exposui, plurimis implicatum subtilissimis sophismatis, & blandis delinitum speculationibus. Imperitis, & hebetioris acici lectoribus triticum veritatis, & á falsitate zizaniorum non omnibus fortè perspicuè distinctum apparuit. Fructus illius opinandi modi, teste Pontifice summo, á simplici veritatis evangelicæ grano alienos per omnes hactenus scriptos libros, & præsertim in hoc undecimo ipsi vidistis, & manibus ferè tetigistis. Quam sit justificationis christianæ imago, quam nonnulli Casuistæ depingunt, ab imagine quam S. Paulus, & omnes Evangelistæ delineant, diversa, ipsi vidistis, tum in dolore concepto ex timore alicujus ægritudinis, carcerationis, & infamiæ, tum in propositio vertatili, & inconstanti, tum in contrarietate doctrinarum *favorabilium*, & *non favorabilium*. Fructus illos vidistis.

IV. Oculos convertite in ultimos, & visibiliores fructus, nempè in Christianorum mores. Ipsi spectatis amasios, & amasias, debitores morosos, fœneratores, perjuros, vanitatum, ambitionis, pomparum sectatores turmatim ad sa-

cra-

CAPUT V.

De Sollicitatione.

I. PLura diplomata edidarunt Romani Pontifices Paulus IV. an. 1561. Pius IV. an. 1564. Clemens VIII. 1592. Paulus V. 1608. Gregorius XV. 1621. adversus Confessarios sollicitantes, omnisque imposuere eosdem denuntiandi ad sacræ inquisitionis tribunal. BENEDICTUS XIV. an. 1741. constitutionem edidit, cujus initium est *Sacramentum Pœnitentiæ* : in qua omnia, quæ desiderari possunt, resolvuntur perspicuitate summa. Integram illam exhibeo.

BENEDICTUS EPISCOPUS &c.

„ Sacramentum Pœnitentiæ, quam secundam „ post naufragium deperditæ gratiæ tabulam sanc„ ti Patres aptè nuncuparunt, Nos licèt imme„ rentes ad universi dominici gregis curam, su„ perna dispositione vocati, omne studium, & pas„ toralem solicitudinem adhibere tenemur ne, „ quod post amissam Baptismi innocentiam da„ tum est divina benignitate perfugium, per dæ„ monum fraudem, & hominum Dei beneficiis „ perversè utentium, malitiam naufragis, ac mi„ seris peccatoribus luctuosum evadat exitium; & „ quod in salutem, & curationem animarum à „ Deo, qui dives est in misericordia, institutum „ est, execrabili scelestorum quorumdam Sacer„ dotum improbitate in eatum perniciem, atque „ interitum vertatur.

„ §. 1. Dudum quidem à felic. rec. Gregorio „ Papa XV. Prædecessore nostro per suas litteras „ in forma Brevium sub datum Romæ apud S. „ Mariam Majorem die 30. Augusti 1622. Ponti„ ficatus sui anno secundo, sapienter provisum „ fuit contra quoscumque Sacerdotes audiendis „ Confessionibus deputatos ad turpia, & inho„ nesta sollicitantes; & deinceps successivis tempo„ ribus ad earum litterarum interpretationem, ac „ declarationem plura subindè à Congregatione „ Ven. Fratrum Nostrorum S.R.E. Cardinalium „ adversùs hæreticam pravitatem generalium In„ quisitorum sub die 11. mensis Februarii an. Do„ mini 1661. prodierunt decreta, & à rec. mem. „ Alexandro PP. VII. pariter Prædecessore nostro „ in Congregatione generali Sanctæ Romanæ uni„ versalis Inquisitionis die 24. Septemb. 1665. „ coram eo habita, inter alias ab evangelica ve„ ritate, & sanctorum Patrum doctrina alienas, „ & dissonas propositiones, sexta videlicèt, & „ septima, huc revocandæ, damnatæ, & pro„ hibitæ fuerunt. Nos itaque maturè perpenden„ tes quanti momenti sit ad æternam animarum „ salutem ea ubique exactè observari, & quan„ ti ad infirmas oves curandas, & decorem S. „ Ecclesiæ Dei retinendum intersit, ne aliqui Sa„ cerdotes Pœnitentiæ sacramento nefariè abu„ tentes pœnitentibus pro curatione vulnus, pro „ pane lapidem, pro pisce serpentem, pro medi„ cina venenum porrigant, sed animo secum „ recolentes, se à Christo Domino Præsides, & „ Judices animarum constitutos, ea sanctitate, „ quæ sublimitati, ac dignitati muneris convenit, „ tàm venerandum sacramentum administrent; „ motu proprio, & ex certa scientia, ac matura „ deliberatione nostra præfatas Litteras hujusmo„ di, ac omnia, & singula decreta ad illarum „ interpretationem, & declarationem emanata, „ apostolica auctoritate tenore præsentium appro„ bamus, & confirmamus, illisque omnibus, & „ singulis inviolabilis apostolicæ firmitatis robur „ adjicimus; atque etiam, quatenus opus sit, „ denuo committimus, & mandamus omnibus „ hæreticæ pravitatis Inquisitoribus, & locorum „ ordinariis omnium regnorum, provinciarum, „ civitatum, dominorum, & locorum universi „ Orbis Christiani, in suis respectivè diœcesibus, „ ut diligenter, omnique humano respectu post„ posito, inquirant, & procedant contra omnes, „ & singulos Sacerdotes tàm sæculares, quàm re„ gulares quomodolibet exemptos, ac Sedi Apos„ tolicæ immediatè subjectos, quorumcumque „ Ordinum, Institutorum, Societatum, & Con„ gregationum, & cujuscumque dignitatis, & „ præeminentiæ, aut quovis privilegio, & in„ dulto munitos, qui aliquem pœnitentem, „ quæcumque persona illa sit, vel in actu sacra„ mentalis confessionis, vel antè, vel immedia„ tè post confessionem, vel occasione, aut præ„ textu confessionis, vel etiam extra occasionem „ confessionis in confessionali, sive in alio loco „ ad confessiones audiendas destinato, aut electo „ cum simulatione audiendi ibidem confessio„ nem, ad inhonesta, & turpia sollicitare, vel „ provocare, sive verbis, sive signis, sive nuti„ bus, sive tactu, sive per scripturam, aut tunc, „ aut post legendam tentaverint, aut cum eis „ illicitos, aut inhonestos sermones, vel tracta„ tus temerario ausu habuerint; & quos in ali„ quo ex hujusmodi nefariis excessibus culpabiles „ repererint, in eos pro criminum qualitate, & „ circumstantiis severè animadvertant per condig„ nas pœnas juxta memoratam Gregorii præde„ cessoris Nostri constitutionem, quam hic de ver„ bo ad verbum pro inserta haberi volumus: „ dantes etiam, si opus sit, & rursus concedeno „ tes facultatem, ne delictum tam enorme, & „ Ecclesiæ Dei injuriosum remaneat ob probatio„ num defectum impunitum, jam aliàs in præfa„ ta constitutione tributam procedendi cum tes„ tibus etiam singularibus, dummodo præsump„ tiones, indicia, & alia adminicula concur„ rant.

„ §. 2. Meminerint præterea omnes & singu„ li Sacerdotes ad confessiones audiendas consti„ tuti teneri se, ac obligari suos pœnitentes, quos „ noverint, fuisse ab aliis, ut supra, sollicitatos, „ sedulò monere juxta occurrentium casuum cir„ cumstantias de obligatione denuntiandi Inquisi„ toribus, seu locorum Ordinariis prædictis per„ sonam, quæ sollicitationem commiserit, etiamsi „ Sacerdos sit, qui jurisdictione ad absolutio„ nem validè impertiendam careat, aut sollicita„ tio inter Confessarium, & pœnitentem mutua „ fuerit, sive sollicitationi pœnitens consenserit, „ sive consensum minimè præstiterit, vel lon„ gum tempus post ipsam sollicitationem jam ef„ fluxerit, aut sollicitatio à Confessario, non pro se „ ipso, sed pro alia persona peracta fuerit. Ca„ veant insuper diligenter Confessarii, ne pœni„ tentibus, quos noverint jam ab alio sollicitatos, „ sacramentalem absolutionem impertiant, nisi „ prius denuntiationem prædictam ad effectum „ perducentes delinquentem indicaverint compe„ tenti judici; vel saltem se, cum primum pote„ runt, delaturos spondeant, ac promittant.

„ §. 3. Et quoniam improbi quidam homines „ reperiuntur, qui vel odio, vel ira, vel alia in„ digna causa commoti, vel aliorum impiis sua„ sionibus, aut promissis, aut blanditiis, aut mi„ nis, aut alio quovis modo incitati, tremendo „ Dei judicio posthabito, & Ecclesiæ auctoritate „ contempta, innoxios Sacerdotes apud Eccle„ siasticos judices falsò solicitationis insimulant; „ ut igitur tam nefaria audacia, & tam detestabi„ le facinus metu magnitudinis pœnæ coerceatur, „ quæcumque persona, quæ execrabili hujusmodi „ flagitio se inquinaverit, vel per se ipsum „ innocentes Confessarios impiè calumniando, „ vel scelestè procurando, ut id ab aliis fiat, à „ quocumque Sacerdote quovis privilegio, aucto„ ritate, & dignitate munito, præterquam à „ Nobis, nostrisque successoribus, nisi in fine „ vitæ, & excepto mortis articulo, spe absolutio„ nis obtinendæ, quam Nobis, & successoribus „ prædictis reservamus, perpetuò careat.

„ §. 4. Demùm magnoperè cupientes à sacer„ dotalis judicii, & sacri Tribunalis sanctitate „ omnem turpitudinis occasionem, & sacramen„ torum contemptum, & Ecclesiæ injuriam longè „ submovere, & tam exitiosa hujusmodi mala „ prorsùs eliminare, & quantùm in Domino „ possumus, animarum periculis occurrere, quas „ sacrilegi quidam dæmones potius, quam Dei „ ministri, loco eas per sacramentum Creatori „ suo, ac nostro reconciliandi, majori peccato„ rum mole onerantes in profundum iniquitatis „ barathrum nefariè submergunt, nonnullorum „ Venerabilium Fratrum Nostrorum S.R.E. Car„ dinalium, & aliquorum in Theologia Magis„ trorum consilio desuper adhibito accedentibus „ quoque iteratis plurium Episcoporum supplica„ tionibus hac nostra in perpetuum valitura sanc„ tione, quemadmodum à pluribus Episcopis per „ synodales suas constitutiones jam factum esse „ novimus, omnibus & singulis Sacerdotibus „ tàm sæcularibus, quàm regularibus cujuscum„ que ordinis ac dignitatis, tametsi aliòquin ad „ confessiones excipiendas approbatis, & quo„ vis privilegio, & indulto, etiam speciali ex„ pressione, & specialissima nota, & mentione „ digno suffultis, auctoritate apostolica, & nos„ træ potestatis plenitudine interdicimus, & pro„ hibemus, ne aliquis eorum extra casum extre„ mæ necessitatis, nimirùm in ipsius mortis „ articulo, & deficiente tunc quocumque alio „ Sacerdote, qui Confessarii munus obire possit, „ confessionem sacramentalem personæ complicis „ in peccato turpi, atque inhonesto contra „ sextum Decalogi præceptum commisso excipere „ audeat, sublata propterea illi ipso jure quacum„ que auctoritate, & jurisdictione ad qualem„ cumque personam ab hujusmodi culpa absol„ vendam, adeò quidem, ut absolutio, si quam „ impertierit, nulla, atque irrita omninò sit, „ tamquàm impertita à Sacerdote qui jurisdictio„ ne, ac facultate ad validè absolvendum neces„ saria privatus existit: quam ei per præsentes „ has nostras adimere intendimus; & nihilominus „ si quis Confessarius secùs facere ausus fuerit, ma„ joris quoque excommunicationis pœnam, à qua „ absolvendi potestatem Nobis solis, nostrisque „ successoribus dumtaxat reservamus, ipso facto „ incurrat.

„ §. 5. Declarantes etiam, & decernentes, „ quod nec etiam in vim cujuslibet Jubilæi, aut „ etiam Bullæ, quæ appellatur Cruciatæ sanctæ, „ aut alterius cujuslibet indulti confessionem „ dicti complicis hujusmodi quisquam valeat „ excipere, eique sacramentalem absolutionem „ elargiri; cum ad hunc effectum, & in hoc casu „ nullus Confessarius, utpotè qui in hujusmodi „ peccati, & pœnitentis genere jurisdictione, ut „ præfertur, careat, & absolvendi facultate à „ nobis privatus existat, habendus sit pro Con„ fessario legitimo, & approbato. Non obstanti„ bus Constitutionibus, & ordinationibus Apos„ tolicis præsertim, quæ nuncupantur Cruciatæ „ sanctæ, vel Jubilæi universalis, & plenarii, nec „ non quibusvis Ecclesiarum, & Monasteriorum, „ & Ordinum quorumlibet, quorum ipsi Sacer„ dotes fuerint, etiam juramento, confirmatione „ apostolica, vel quavis firmitate alia roborati, „ statutis, & consuetudinibus, Privilegiis quo„ què, Indultis, & Litteris Apostolicis sub „ quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum „ quibusvis clausulis, & decretis, etiam motu „ proprio, aut aliàs quomodolibet concessis „ etiam iteratis vicibus approbatis, & innovatis: „ quibus omnibus eorum tenores præsentibus pro „ expressis habentes hac vice dumtaxat specia„ liter, & expressè derogamus, cæterisque con„ trariis quibuscumque.

„ §. 6. Volumus demùm, ac præcipimus, ut „ omnes locorum Ordinarii tàm præsentes, quàm „ futuri pro tempore existentes in approbatione „ Confessariorum tàm prædictam Constitutionem „ Gregorii Prædecessoris, quàm præsentem hanc „ Nostram ab omnibus Sacerdotibus approban„ dis attentè legi, & accuratè observari curent, „ moneantque eos in Domino, atque hortentur, „ ut sacrum ministerium ipsorum fidei commis„ sorum summa animi innocentia, morum puri„ tate, judicii integritate peraguat, exhibeant„ que semetipsos, ut ministros Christi, & dis„ pensatores mysteriorum Dei; memores præ„ tea sint, se locum tenere, ac vices obire sum„ mi, atque Æterni Sacerdotis, qui sanctus, inno„ cens, impollutus, per Spiritum sanctum semet„ ipsum obtulit immaculatum Deo, ut emunda„ ret conscientiam nostram ab operibus mortuis „ ad servandum Deo viventi. Sedulò igitur stu„ deant,

tramenta accedere. Quænam morum reformatio? Veritatis triticum, sacramenta Christi suos parturient fructus, & quidem ubertimos. Ipsi itaque judices sedete, & sententiam dicite num zizania falsitatis immixta sint veritatis grano.

V. Interim huic libro finem imponat doctissimus, & pissimus Jesuita Cardinalis Bellarminus, qui epistola ad nepotem suum hæc scribit: *Si quis velit in uno salutem suam collocare, is animo debet certam veritatem inquirere, & non respicere quid MULTI* (N. B.) *hoc tempore dicant, aut faciant. Et si rei certitudo non possit ad liquidum apparere, debet omnino TUTIOREM partem sequi, & nulla ratione, nullius imperio, nulla UTILITATE temporali* (N. B.) *proposita, ad MINUS tutam declinare. Agitur enim de summa rei, cum de salute æterna tractatur. Et facilimum est* (N. B.) *conscientiam erroneam aliorum extimulo inducere.* Hæc meditamini, ô Confessarii.

LIBER XII.

De Sacramentis Extremæ-Unctionis, & Ordinis: DE SIMONIA, ET BENEFICIIS.

DISSERTATIO I.

De Extrema-Unctione, & Ordine.

CAPUT I.

Propositiones damnatæ, & laxæ recensentur, quæ reliqua tria sacramenta Extremæ Unctionis, Ordinis, & Matrimonii respiciunt.

§. I.

Theses proscriptæ ab Alexandro VII. & Innocentio XI.

Alexander VII. damnavit sequentes.

22. NON est contra justitiam beneficia ecclesiastica non conferre gratis quia collator conferens illa beneficia ecclesiastica, petunia intervenientæ, non exigit illam pro collatione beneficii, sed veluti pro emolumento temporali, quod tibi conferre non tenebatur.

40. *Est probabilis opinio quæ dicit, esse tantùm veniale osculum habitum ob delectationem carnalem, & sensibilem, quæ ex osculo oritur, seclusio periculo consensus ulteriori, & pollutionis.*

Innocentius XI. proscripsit infrascriptas.

9. *Opus conjugii ob solam voluptatem exercitum omni penitùs caret culpa, ac defectu veniali.*

45. *Dare temporale pro spirituali non est simonia, quando temporale non datur tamquam pretium, sed donatur ad tamquam motivum conferendi, vel efficiendi spirituale; vel etiam quando temporale sit solum gratuita compensatio pro spirituali, aut è contra.*

46. *Et id quoque locum habet, etiamsi temporale sit principale motivum dandi spirituale; immò etiam si sit finis ipsius rei spiritualis, sic ut illud plusvis æstimetur quam res spiritualis.*

47. *Cum dixit Concilium Tridentinum eos alienis peccatis communicantes inutiliter peccare, qui nisi quos digniores, & Ecclesiæ magis utiles ipsi judicaverint, ad Ecclesias promovent, Concilium vel primò videtur per hoc dignores non aliud significare velle nisi dignitatem eligendorum, sumpto comparativo pro positivo; vel secundò, locutione minus propria ponit* dignores, *ut excludat indignos, non verò dignos; vel tamen loquitur tertiò, quando fit concursus.*

50. *Copula cum conjugata, consentiente marito, non est adulterium; adeoque sufficit in confessione dicere, se esse fornicatum.*

§. II.

Propositiones laxæ quorumdam Casuistarum.

DEstinaveram nullas de matrimonio rescribere laxas opiniones, quod sint adeò fœtidæ, & horrendæ, ut legi sine scandalo vix possint. Verum quia hæretici nobis improperant, á Casuistis catholicis multa propudiosa defendi; & præsertim impius Petrus Bail plura eorum quæ docet hoc in genere Thomas Sanchez, exaggerat; idcircò paucas aliquas referam, ut calumniantium hæreticorum ora obstruam, intelligantque, minimè quorumdam Casuistarum laxitatis paradoxa à gravioribus Theologis probari.

I. P. Claudius Lacroix *lib.* 3. *part.* 2. *num.* 1090. „ Gobat *n.* 10. putat in Germania licitum „ esse in Monasteriis per famulos vendere vinum, „ & panem: id enim propriè non esse habere „ tabernam, aut negotiari, sed sua vendere tran„ seuntibus.“

II. PP. Salmanticenses *tr.* 19. *c.* 1. *punct.* 4. *num.* 55. „ Dicendum igitur est, necessario re„ quiri ad contractum emptionis, & venditionis „ quod traditio pecuniæ, vel alterius rei tem„ poralis fiat ex voluntate dandi illam ut pre„ tium, seu commensurandi illam cum re spiri„ tuali, tantique æstimandi; quod fit per con„ tractum onerosum: hac tamen seclusa prava „ voluntate, *etiamsi temporale detur animo conje„ quendi spirituale*, non ut pretium onerosum, sed „ gratis, vel ex gratitudine, aut benevolentia, „ etiam cum aliqua antidoralis obligationis im„ positione, nulla simonia committitur, sive mu„ nus ante collationem rei spiritualis conferatur, „ sive post ipsam, sive simul cum ipsa.“

III. Idem Salmant. *ibid. n.* 56. „ Si alquis „ resignet beneficium in manibus Prælati, vel in „ favorem alterius, *sed cum eo animo, spe & in„ tentione* ut alter ex gratitudine, & antidorali „ obligatione, muneribus, donis, & obsequiis „ correspondeat, aliàs sine tali spe non resignatu„ rus; sed neque intendens illum alia obligatione „ *præter antidoralem* obligare, nec pacto alio one„ rolo, aut conventione intercveniente, quo „ alium *rigorosè* obligare intendat; non erit si„ monia.

IV. Idem Salmant. *ibid.* „ Idem est de eo „ qui beneficium in manu Prælati, vel in favo„ rem

„ rem alterius resignat ea spe, & intentione ut „ aliud pinguius ab Episcopo sibi conferatur, ali„ ter non resignaturus; si Superiorem non alia, „ præter antidoralem, obligatione astrictum re„ linquere intendat. Idem est in similibus casibus.“

„ Valentia §. 3. Sotus *art.* 2. Rodriquez *cap.* 58. „ Palaus *punct.* 4. Suar. Ugol. Sanch. Diana, Less. „ Layman *loc. cit.* . . . qui etiam addunt, id ve„ rum esse, *etiamsi dictam spem verbis, vel scripto „ exprimas Superiori*: quia quod optare licet, etiam „ verbis exprimere licet; & etiam licitum est pe„ tere ab alio quod ex naturali obligatione te„ netur.

V. Iidem Salmant. *ibid. c.* 2. *punct.* 7. *n.* 49. „ Hinc etiam honestatur quod Monasteria nobi„ lium Monialium pinguiorem dotem, & majo„ rem summam pro ingressæ sustentatione exi„ gant: quia quo sunt Monasteria celebriora, ma„ jores sumptus habent, & sic major summa, ut „ dos, pro ingressura assignatur.“

VI. Iidem Salmant. *ibid. n.* 50. „ Cæterùm si „ præter dotem sustentationis ampliùs reciperent, „ aut peterent Moniales, vel quia ingressura est „ minus nobilis, *vel deformis, vel alia infamia, „ vix excusari posse* à simonia, inquit Sanch. *lib.* „ 2. *c.* 3. *dub.* 22. *n.* 7. quod verum judicamus „ *nisi fortè* (N. B.) *indè Monasterio aliquod detri„ mentum eveniat vel in honore, vel in aliis rebus „ temporalibus: quia hoc compensari per incremen„ tum dotis licitè potest*; sicut in matrimonio su„ pra diximus compensari æqualitatem nobilita„ tis, vel alterius rei inter conjuges per assignatæ „ doctis auctarium.

VII. Iidem Salmant. *ibid.* „ Hinc liberatur á „ simonia quod apud nostras Moniales frequenter „ contingit, nimirum quod ut recipiatur vigesima „ prima, quę apud nos dicitur *la veinte y una*, „ major dos exigitur: ut duo sorores, vel tres re„ cipiantur in eodem Monasterio, *adhuc major „ summa* requiritur, nisi aliis superexcellentibus, „ qualitatibus sint ornatæ: ut viduas admittant „ *exigitur etiam ut dos augeatur*. Etenim in priori „ casu intenditur reddere ingressum difficilem: „ quia cum ex *sanctissimæ virginis M. N. sanctæ Te„ resiæ* habeant Moniales nostræ ut solum sint vi„ ginti, &c. . . . In aliis duobus casibus eadem „ ratione major dos exigitur, ut difficilior sit ta„ lis ingressus, &c.“

VIII. Iidem Salmant. *ibid. n.* 53. „ Si Mo„ nasterium etiam ditissimum à recipiendis exigat „ *ex pacto* pecuniam pro sustentatione, nec ex ju„ re divino, nec ex positivo simoniam commit„ tit.“

IX. P. Nicolaus Mazzotta *tr.* 3. *disp.* 5. *c.* 3. *pag.* 235. „ Si autem des aliquid intercessori sive „ mediato, sive immediato, non quidem pro „ intercessione, sed pro labore, lucro cessante, „ damno emergente, dispendio temporis, &c. „ in eundo, & redeundo; non est simonia, quia „ ista sunt quid temporale omninò extrinsecum. „ Lacroix *n.* 91. & alii communiter.“

X. PP. Salmant. *tr.* 19. *c.* 4. *punct.* 3. *n.* 22. „ Emens beneficium non facit injustitiam, sed patitur: debebat enim gratis accipere quod dato

„ pretio accipit; & tantùm peccat contra religio„ nem, cujus transgresio non obligat ad restitu„ tuendum. Nec etiam beneficium conferens pec„ cat contra justitiam, aut ex jure divino invali„ dam facit collationem.

XI. P. Thomas Tamburinus *lib.* 8. *c.* 4. §. 4. *n.* 5. „ Affero secundò, omnia beneficia, sive ma„ jora, ut Cardinalatus, & Episcopatus, sive mi„ nora, ut Canonicatus, & Capellania, sive cu„ ram animarum habentia, ut Abbatia, & Paro„ chia, sive non habentia, ut prædictus Canoni„ catus, & Capellania, & cætera beneficia quæ „ simplicia nominantur, abstrahendo ab his quæ „ dantur in concursu (de quibus mox num. 14) „ assero, inquam, satis esse ad evitandum mor„ tale, si conferantur dignis, & idoneis, esto præ„ termittantur digniores, vel dignissimi.

XII. P. Filliucius *tr.* 41. *in Append. cap.* 4. *n.* 18. „ Dico quintò, sententiam quæ censet, satis „ esse dignos eligere ad beneficia quæ non dan„ tur in concursu, esse probabilem ex Tridentino „ *sess.* 7. *c.* 3. *de Ref.* dicente: Conferantur dig„ nis & universali æstimatione in creatione Be„ neficiariorum, & Cardinalium, Episcoporum, „ Abbatum, &c. qui si inter dignos habeantur, „ laudatur elector, & electio: non laudaretur au„ tem communiter, si mala esset, & peccatum „ mortale.

XIII. P. Tamburinus *loc. cit. n.* 8. Cum im„ mediatè antè Concilium videatur esse conten„ tum de dignis, vel primò videtur per hoc *dig„ niores* non aliud significare velle nisi dignita„ tem eligendorum, sumpto comparativo pro posi„ tivo: vel secundò locutione minùs propia po„ nit *digniores*, ut excludat indignos. . . . . vel „ tandem tertiò loquitur, quandò fit concur„ sus.

XIV. P. Thomas Sanch. *lib.* 2. *disp.* 15. *n.* 5. „ Probabile est valere dispensationem Pontificis „ *in matrimonio rato* absque justa causa conces„ sam. . . Et ratio est quia est probabile indis„ solubilitatem talis matrimonii esse de jure hu„ mano.

XV. Salmanticenses *tract.* 9. *c.* 1. *punct.* 6. „ *n.* 83. Sponsalia faciunt licita oscula, & ample„ xus inter sponsos.

XVI. P. Thomas Sanch. *lib.* 3. *disp.* 18. *n.* 29. „ Limitant aliqui hanc sententiam, nisi „ adirent ea loca in fraudem decreti Tridentini, „ ut ibi possent liberè absque Parocho, & testi„ bus matrimonio copulari: tunc enim ajunt es„ se invalidum. . . . Cæterùm displiceat mihi hæc „ limitatio, & credo, licèt adirent eo fine ut pos„ sent liberè absque Parocho, & testibus contra„ here, esse ratum matrimonium. Primò. Nam qui „ utitur jure suo, non potest dici fraudem com„ mittere, ut ea ratione effectus impediatur.“

XVII. Idem Sanchez. *loc. cit. disp.* 38. *n.* 7. „ Tertia conclusio. Culpa venialis est ea verba „ (*Ego conjugo vos*, &c.) omittere . . . Probatur: „ quia materia non est gravis, cum ea verba „ non sint forma sacramenti, *nec pertineant ad so„ lemnitatem magni momenti*, nec includant mys„ terium magnæ significationis. Præterea quia

tramenta accedere. Quænam morum reformatio? Veritatis triticum, sacramenta Christi suos parturient fructus, & quidem ubertimos. Ipsi itaque judices sedete, & sententiam dicite num zizania falsitatis immixta sint veritatis grano.

V. Interim huic libro finem imponat doctissimus, & pissimus Jesuita Cardinalis Bellarminus, qui epistola ad nepotem suum hæc scribit: *Si quis velit in uno salutem suam collocare, is animo debet certam veritatem inquirere, & non respicere quid MULTI* (N. B.) *hoc tempore dicant, aut faciant. Et si rei certitudo non possit ad liquidum apparere, debet omnino TUTIOREM partem sequi, & nulla ratione, nullius imperio, nulla UTILITATE temporali* (N. B.) *proposita, ad MINUS tutam declinare. Agitur enim de summa rei, cum de salute æterna tractatur. Et facilimum est* (N. B.) *conscientiam erroneam aliorum extimulo inducere.* Hæc meditamini, ô Confessarii.

LIBER XII.

De Sacramentis Extremæ-Unctionis, & Ordinis: DE SIMONIA, ET BENEFICIIS.

DISSERTATIO I.

De Extrema-Unctione, & Ordine.

CAPUT I.

Propositiones damnatæ, & laxæ recensentur, quæ reliqua tria sacramenta Extremæ Unctionis, Ordinis, & Matrimonii respiciunt.

§. I.

Theses proscriptæ ab Alexandro VII. & Innocentio XI.

Alexander VII. damnavit sequentes.

22. NON est contra justitiam beneficia ecclesiastica non conferre gratis quia collator conferens illa beneficia ecclesiastica, petunia intervenientæ, non exigit illam pro collatione beneficii, sed veluti pro emolumento temporali, quod tibi conferre non tenebatur.

40. *Est probabilis opinio quæ dicit, esse tantùm veniale osculum habitum ob delectationem carnalem, & sensibilem, quæ ex osculo oritur, seclusio periculo consensus ulteriori, & pollutionis.*

Innocentius XI. proscripsit infrascriptas.

9. *Opus conjugii ob solam voluptatem exercitum omni penitùs caret culpa, ac defectu veniali.*

45. *Dare temporale pro spirituali non est simonia, quando temporale non datur tamquam pretium, sed donatur ad tamquam motivum conferendi, vel efficiendi spirituale; vel etiam quando temporale sit solum gratuita compensatio pro spirituali, aut è contra.*

46. *Et id quoque locum habet, etiamsi temporale sit principale motivum dandi spirituale; immò etiam si sit finis ipsius rei spiritualis, sic ut illud plusvis æstimetur quam res spiritualis.*

47. *Cum dixit Concilium Tridentinum eos alienis peccatis communicantes inutiliter peccare, qui nisi quos digniores, & Ecclesiæ magis utiles ipsi judicaverint, ad Ecclesias promovent, Concilium vel primò videtur per hoc dignores non aliud significare velle nisi dignitatem eligendorum, sumpto comparativo pro positivo; vel secundò, locutione minus propria ponit* dignores, *ut excludat indignos, non verò dignos; vel tamen loquitur tertiò, quando fit concursus.*

50. *Copula cum conjugata, consentiente marito, non est adulterium; adeoque sufficit in confessione dicere, se esse fornicatum.*

§. II.

Propositiones laxæ quorumdam Casuistarum.

DEstinaveram nullas de matrimonio rescribere laxas opiniones, quod sint adeò fœtidæ, & horrendæ, ut legi sine scandalo vix possint. Verum quia hæretici nobis improperant, á Casuistis catholicis multa propudiosa defendi; & præsertim impius Petrus Bail plura eorum quæ docet hoc in genere Thomas Sanchez, exaggerat; idcircò paucas aliquas referam, ut calumniantium hæreticorum ora obstruam, intelligantque, minimè quorumdam Casuistarum laxitatis paradoxa à gravioribus Theologis probari.

I. P. Claudius Lacroix *lib.* 3. *part.* 2. *num.* 1090. „ Gobat *n.* 10. putat in Germania licitum „ esse in Monasteriis per famulos vendere vinum, „ & panem: id enim propriè non esse habere „ tabernam, aut negotiari, sed sua vendere tran„ seuntibus.“

II. PP. Salmanticenses *tr.* 19. *c.* 1. *punct.* 4. *num.* 55. „ Dicendum igitur est, necessario re„ quiri ad contractum emptionis, & venditionis „ quod traditio pecuniæ, vel alterius rei tem„ poralis fiat ex voluntate dandi illam ut pre„ tium, seu commensurandi illam cum re spiri„ tuali, tantique æstimandi; quod fit per con„ tractum onerosum: hac tamen seclusa prava „ voluntate, *etiamsi temporale detur animo conje„ quendi spirituale*, non ut pretium onerosum, sed „ gratis, vel ex gratitudine, aut benevolentia, „ etiam cum aliqua antidoralis obligationis im„ positione, nulla simonia committitur, sive mu„ nus ante collationem rei spiritualis conferatur, „ sive post ipsam, sive simul cum ipsa.“

III. Idem Salmant. *ibid. n.* 56. „ Si alquis „ resignet beneficium in manibus Prælati, vel in „ favorem alterius, *sed cum eo animo, spe & in„ tentione* ut alter ex gratitudine, & antidorali „ obligatione, muneribus, donis, & obsequiis „ correspondeat, aliàs sine tali spe non resignatu„ rus; sed neque intendens illum alia obligatione „ *præter antidoralem* obligare, nec pacto alio one„ rolo, aut conventione intercveniente, quo „ alium *rigorosè* obligare intendat; non erit si„ monia.

IV. Idem Salmant. *ibid.* „ Idem est de eo „ qui beneficium in manu Prælati, vel in favo„ rem

„ rem alterius resignat ea spe, & intentione ut „ aliud pinguius ab Episcopo sibi conferatur, ali„ ter non resignaturus; si Superiorem non alia, „ præter antidoralem, obligatione astrictum re„ linquere intendat. Idem est in similibus casibus.“

„ Valentia §. 3. Sotus *art.* 2. Rodriquez *cap.* 58. „ Palaus *punct.* 4. Suar. Ugol. Sanch. Diana, Less. „ Layman *loc. cit.* . . . qui etiam addunt, id ve„ rum esse, *etiamsi dictam spem verbis, vel scripto „ exprimas Superiori*: quia quod optare licet, etiam „ verbis exprimere licet; & etiam licitum est pe„ tere ab alio quod ex naturali obligatione te„ netur.

V. Iidem Salmant. *ibid. c.* 2. *punct.* 7. *n.* 49. „ Hinc etiam honestatur quod Monasteria nobi„ lium Monialium pinguiorem dotem, & majo„ rem summam pro ingressæ sustentatione exi„ gant: quia quo sunt Monasteria celebriora, ma„ jores sumptus habent, & sic major summa, ut „ dos, pro ingressura assignatur.“

VI. Iidem Salmant. *ibid. n.* 50. „ Cæterùm si „ præter dotem sustentationis ampliùs reciperent, „ aut peterent Moniales, vel quia ingressura est „ minus nobilis, *vel deformis, vel alia infamia, „ vix excusari posse* à simonia, inquit Sanch. *lib.* „ 2. *c.* 3. *dub.* 22. *n.* 7. quod verum judicamus „ *nisi fortè* (N. B.) *indè Monasterio aliquod detri„ mentum eveniat vel in honore, vel in aliis rebus „ temporalibus: quia hoc compensari per incremen„ tum dotis licitè potest*; sicut in matrimonio su„ pra diximus compensari æqualitatem nobilita„ tis, vel alterius rei inter conjuges per assignatæ „ doctis auctarium.

VII. Iidem Salmant. *ibid.* „ Hinc liberatur á „ simonia quod apud nostras Moniales frequenter „ contingit, nimirum quod ut recipiatur vigesima „ prima, quę apud nos dicitur *la veinte y una*, „ major dos exigitur: ut duo sorores, vel tres re„ cipiantur in eodem Monasterio, *adhuc major „ summa* requiritur, nisi aliis superexcellentibus, „ qualitatibus sint ornatæ: ut viduas admittant „ *exigitur etiam ut dos augeatur*. Etenim in priori „ casu intenditur reddere ingressum difficilem: „ quia cum ex *sanctissimæ virginis M. N. sanctæ Te„ resiæ* habeant Moniales nostræ ut solum sint vi„ ginti, &c. . . . In aliis duobus casibus eadem „ ratione major dos exigitur, ut difficilior sit ta„ lis ingressus, &c.“

VIII. Iidem Salmant. *ibid. n.* 53. „ Si Mo„ nasterium etiam ditissimum à recipiendis exigat „ *ex pacto* pecuniam pro sustentatione, nec ex ju„ re divino, nec ex positivo simoniam commit„ tit.“

IX. P. Nicolaus Mazzotta *tr.* 3. *disp.* 5. *c.* 3. *pag.* 235. „ Si autem des aliquid intercessori sive „ mediato, sive immediato, non quidem pro „ intercessione, sed pro labore, lucro cessante, „ damno emergente, dispendio temporis, &c. „ in eundo, & redeundo; non est simonia, quia „ ista sunt quid temporale omninò extrinsecum. „ Lacroix *n.* 91. & alii communiter.“

X. PP. Salmant. *tr.* 19. *c.* 4. *punct.* 3. *n.* 22. „ Emens beneficium non facit injustitiam, sed patitur: debebat enim gratis accipere quod dato

„ pretio accipit; & tantùm peccat contra religio„ nem, cujus transgresio non obligat ad restitu„ tuendum. Nec etiam beneficium conferens pec„ cat contra justitiam, aut ex jure divino invali„ dam facit collationem.

XI. P. Thomas Tamburinus *lib.* 8. *c.* 4. §. 4. *n.* 5. „ Affero secundò, omnia beneficia, sive ma„ jora, ut Cardinalatus, & Episcopatus, sive mi„ nora, ut Canonicatus, & Capellania, sive cu„ ram animarum habentia, ut Abbatia, & Paro„ chia, sive non habentia, ut prædictus Canoni„ catus, & Capellania, & cætera beneficia quæ „ simplicia nominantur, abstrahendo ab his quæ „ dantur in concursu (de quibus mox num. 14) „ assero, inquam, satis esse ad evitandum mor„ tale, si conferantur dignis, & idoneis, esto præ„ termittantur digniores, vel dignissimi.

XII. P. Filliucius *tr.* 41. *in Append. cap.* 4. *n.* 18. „ Dico quintò, sententiam quæ censet, satis „ esse dignos eligere ad beneficia quæ non dan„ tur in concursu, esse probabilem ex Tridentino „ *sess.* 7. *c.* 3. *de Ref.* dicente: Conferantur dig„ nis & universali æstimatione in creatione Be„ neficiariorum, & Cardinalium, Episcoporum, „ Abbatum, &c. qui si inter dignos habeantur, „ laudatur elector, & electio: non laudaretur au„ tem communiter, si mala esset, & peccatum „ mortale.

XIII. P. Tamburinus *loc. cit. n.* 8. Cum im„ mediatè antè Concilium videatur esse conten„ tum de dignis, vel primò videtur per hoc *dig„ niores* non aliud significare velle nisi dignita„ tem eligendorum, sumpto comparativo pro posi„ tivo: vel secundò locutione minùs propia po„ nit *digniores*, ut excludat indignos. . . . . vel „ tandem tertiò loquitur, quandò fit concur„ sus.

XIV. P. Thomas Sanch. *lib.* 2. *disp.* 15. *n.* 5. „ Probabile est valere dispensationem Pontificis „ *in matrimonio rato* absque justa causa conces„ sam. . . Et ratio est quia est probabile indis„ solubilitatem talis matrimonii esse de jure hu„ mano.

XV. Salmanticenses *tract.* 9. *c.* 1. *punct.* 6. „ *n.* 83. Sponsalia faciunt licita oscula, & ample„ xus inter sponsos.

XVI. P. Thomas Sanch. *lib.* 3. *disp.* 18. *n.* 29. „ Limitant aliqui hanc sententiam, nisi „ adirent ea loca in fraudem decreti Tridentini, „ ut ibi possent liberè absque Parocho, & testi„ bus matrimonio copulari: tunc enim ajunt es„ se invalidum. . . . Cæterùm displiceat mihi hæc „ limitatio, & credo, licèt adirent eo fine ut pos„ sent liberè absque Parocho, & testibus contra„ here, esse ratum matrimonium. Primò. Nam qui „ utitur jure suo, non potest dici fraudem com„ mittere, ut ea ratione effectus impediatur.“

XVII. Idem Sanchez. *loc. cit. disp.* 38. *n.* 7. „ Tertia conclusio. Culpa venialis est ea verba „ (*Ego conjugo vos*, &c.) omittere . . . Probatur: „ quia materia non est gravis, cum ea verba „ non sint forma sacramenti, *nec pertineant ad so„ lemnitatem magni momenti*, nec includant mys„ terium magnæ significationis. Præterea quia

XL. PP. Salmant. *tr.* 10. *cap.* 8. *punct.* 4. *n.* 52. „ Sed nos cum hac distinctione ad difficultatem respondemus, & propositionem damnatam, prout ad nos attinet, explicamus. Quod „ si fuga nec periculosa est, *nec ignominiosa aggressio*, irregularitatem incurret aggressorem occidendo, si fugiendo posset suum damnum evitare: quia in hoc *fas non est* &c. ut inquit Ponsex. *Si verò sit ignominiosa illi, ut si vir nobilis, aut miles esset, quibus indecorum est fugam capere*; potest resistere invasori, & *fas est* illum occidere non excedendo moderationem suæ inculpatæ tutelæ. "

XLI. Idem Salmant. *ibid. n.* 54. „ Scimus autem *Dianam*. . . . & *Filliucium tr.* 30. *c.* 5. *n.* 133. asserere, quod si Clerico, aut Religioso in aliquo esset fuga ignominiosa, posset se defendere, nec incurreret irregularitatem, si invasorem occidat. Et addit *Leander* tr. 2. disp. 12. q. 38. quod Clerici, aut Religiosi regulariter, & absolutè *nullo modo* tenentur fugere, ut evitent conatum injustè invadentis; ideoque si occidant defendendo se, non fieri irregulares: quia regularitatet loquendo fuga in ipsis inventi non potest, quæ *aut indecora non sit, aut damnosa*, aut periculosa. Scimus etiam Filliucium *num.* 135. sensisse, quod etiam ille qui causam sua culpa invasori dedit, si non prævidit damnum futurum, posset invasori resistere, absque eo quod incurreret irregularitatem, eum occidendo, tametsi fugiendo se liberare posset. Scimus etiam, *Fagundez*, & ex illo *Leandrum* tr. 2. disp. 12. *quæst.* 36. dixisse, nobiles, aut milites, qui *etiam absque* nota fugere possent, posse licitè invadenti resistere: quia ex se fuga nobilibus, aut militibus semper ignominiosa est, & per accidens est quod in tali casu non sequatur: & addit idem *Leander pluribus citatis quæst.* 37. quod etiam *bonitas, qualitas, aut mechanicæ*, qui fugam *sine periculo* possent capere, licitè invasori resisterent, *nec* fierent irregulares occidendo: quia omni generi personarum fugere est infamia, quam omnes vitare tenentur. "

Hæc ex Salmanticensibus rescribere volui, ut semper luculentiùs appareat, quam sit putida, & inaudita impostura illa quam nonnulli fabulatores apud imperitum vulgus disseminant, me truncatas, & minus sincerè transcribere laxas quorumdam Casuistarum opiniones. Numquid dicturi sunt, Salmanticenses minus sincerè, aut fraudulenter narrare præfata laxitatis paradoxa, quæ tamen omnia nec ipsi probenti? Sed ex iisdem rescribere illa volui, ut ora obstruerem illorum, qui omnia casuistica commenta propugnare gloriæ sibi vertunt. Porrò si citati Doctores moderni cum aliis non paucis defendere non sunt veriti, *etiam nobiles, & mechanicos, & Religiosos ipsos*, qui consilia evangelica profitentur, non debere fugam arripere, ut evitent homicidia, quia *omni generi personarum fugere est infamia, quam omnes vitare tenentur*; sed posse resistendo occidere homines: si, inquam, hæc antievangelica laxitatis commenta evulgare ausi sunt; & tam evidenter contradicere Evangelio clamanti Luc. 6. *Et qui te percutit in maxillam, præbe ei, & alteram*: quisque colligat, qua majori libertate, & facilitate laxaverint, attemperaverint, perturbaverint, alias leges quæ non sunt adeò luculentæ, & manifestæ.

XLII. P. Herman. Busembaum *lib.* 5. *c.* 3. *dub.* 5. apud Claudium Lacroix *num.* 293. *pag.* 43. „ Hinc *probabile est* quod docet Nav. Tol. &c. & „ non repugnat *Laymann*, seclusò scandalo, & „ alii, veniale tantùm esse usque ad *vomitum* se „ cibo, & potu IMPLERE: idque etiam si quis „ VOMAT, UT ITERATO POSSIT BIBERE. "

XLIII. P. Claudius Lacroix *lib.* 5. *num.* 313. „ Ad morbum gravem etiam non lethalem curandum, *aut cavendum* licitam esse inebriationem, „ docent multi cum Gobat á n. 15. si aliter curari, aut caveri nequit. "

XLIV. P. Busembaum *lib.* 5. *cap.* 3. *art.* 2. „ Si quis post potum discernere adhuc possit inter „ bonum, & malum, licet nonnihil phantasia „ turbata sit, aut sequatur vomitus, lingua tubet, pedes vacillent, oculi cernant duplicia, „ vel domus gyrari videatur; nondum plena est „ ebrietas: ideoque tantùm peccatum veniale, „ quamvis ex gravioribus, si DELIBERATE sit „ commissum. Vide *Layman* loc. cit. "

XLV. Tamburinus *lib.* 5. *in Decalog. c.* 1. §. 3. *n.* 37. „ Quando doleo de bono alterius, ut est „ diminutivum meæ excellentiæ, non doleo de „ bono alterius absolutè, sed formaliter de malo meo, seu de diminutione meæ excellentiæ, „ quæ mihi mala est. . . . sicut enim si gauderem „ de malo alterius, v. g. *de morte patris, ut causante immediatè bonum meum*, puta hæreditatis „ successionem, non esset peccatum juxta *omnes*, „ ut suprà vidimus; *sic contra*, si doleam de bono „ alterius ut causante immediatè malum meum, „ culpa non erit. "

XLVI. Idem Tamb. *ibid. n.* 40. „ Et S. quidem Thomas, cæterique Doctores citati lit. H. „ quando tanquam certum supponunt invidiam „ esse tristitiam qua quis dolet de bono alterius, „ ut est diminutivum propriæ excellentiæ, SUNT „ INTELLIGENDI descripsisse invidiam ab effectu. "

CAPUT II.

De Sacramento Extremæ-Unctionis, ejusque materia, & forma, de Ministro, subjecto, & dispositionibus ad illud suscipiendum.

I. QUÆST. I. *Extrema unctio est ne verum Sacramentum?* RESP. Negant Lutherus, Calvinus, & Protestantes omnes. Adfirmant contra omnes Catholici, idque evincunt Scripturarum testimoniis. *Infirmatur quis in vobis? Inducat Presbyteros Ecclesiæ, ut orent super eum ungentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus: & si in peccatis sit, remittentur ei.* Epist. Jacobi c. 5. Omnia his verbis continentur quæ ad rationem veri sacramenti requiruntur. Habetur res sensibilis, nempè unctio, quæ *materiam*, & Presbyterorum oratio, quę *formam* constituunt. Habetur institutio divina. Apostolus enim ad universas Ecclesias scribit quod à Christo Domino acceperat. Denique effectus sacramenti exponitur, nempè peccatorum, si quæ sunt, expiatio, & ægroti alleviatio, & virium instauratio ad resistendum dœmonis tentationibus, & corporis sanitas, si æternæ expediat saluti. Novatorum errorem damnavit *sess.* 14. *can.* 1. Tridentinum.

II. QUÆST. II. *Quænam est istius sacramenti materia?* RESP. Remota est oleum ex baccis olivarum expressum; proxima usus ejusdem, nempè unctio. Oleum istud benedictum sit ab Episcopo necessum est, ut omnes adfirmant. Disputant in utramque partem Theologi num hæc benedictio necessaria sit necessitate sacramenti, nedum præcepti. Probabilius mihi est benedictionem requiri necessitate sacramenti. Ex pontificia dispensatione, quæ non conceditur nisi urgente necessitate, simplices Presbyteri hoc oleum benedicere queunt.

III. Partes infirmi ungendæ, sunt quinque sensus, oculi, nares, os, manus, pedes, & etiam renes. Omnes quinque sensus ungendi sunt ex præcepto Ecclesiæ. Sat est unum oculum, unam manum ungere. Et urgente mortis articulo sufficit caput ungere formam universalem pronuntiando. Sed quisque Rituali suę Ecclesiæ adhæreat.

IV. QUÆST. III. *Quænam sit istius sacramenti forma?* RESP. Est oratio quam pronuntiat Minister, *Orent super eum*, inquit S. Jacobus. Definita à Christo non sunt verba istius precationis. Ideo variè sunt in Ecclesia Græca, & Latina orationis hujus formulę, & omnes ratæ habentur. Deprecativam orationem sufficientem esse definivit Tridentinum *sess.* 14. *can.* 3. Et in Romana Ecclesia deprecativa est.

V. QUÆST. IV. *Quis sit extremæ unctionis minister?* RESP. Soli Presbyteri sunt hujus sacramenti ministri, ut contra Novatores definivit Tridentinum *sess.* 14. *can.* 4. Unus Presbyter sufficit, quamvis olim plures convenirent, sicut nunc septem adhibentur in Ecclesia Græca.

VI. Parochus est minister ordinarius. Cæteri Sacerdotes, qui absque Parochi licentia expressa, aut tacita ministrarent hoc sacramentum, graviter peccarent, & Regulares excommunicationem incurrerent. In extrema tamen necessitate præsumitur Parochi licentia, & quilibet Sacerdos potest illud ministrare. Si Parochus ex malitia nec administrare, nec concedere licentiam vellet, tunc quilibet Sacerdos sive sæcularis, sive regularis administrare hoc Sacramentum posset.

VII. Parochus sub mortali astringitur hoc Sacramentum administrare, ut docet communis sententia. Tempore pestis, si sacramenta Pœnitentiæ, & Eucharistię essent administrata, non teneretur Parochus cum mortis periculo extremam unctionem conferre. Si verò præfata sacramenta non essent ab infirmo suscepta, tunc etiam cum vitæ discrimine astringeretur hoc sacramentum

conferre. Si infirmi hoc sacramentum petant, denegare illud Parochi, etiamsi vitæ periculum instaret, non possent.

VIII. QUÆST. V. *Quibus ministrandum est hoc sacramentum?* RESP. Apud Latinos solis decumbentibus confertur. Non est tamen expectanda ultima pestodus; sed dum mortis periculum instat, & infirmus ratione præditus est, administrari debet. Extrema cavenda sunt. Navigantibus, belligerantibus, ultimo supplicio afficiendis non administratur hoc Sacramentum.

IX. QUÆST. VI. *An istius sacramenti susceptio sit sub præcepto?* RESP. Negantem sententiam defendunt aliqui. Hæc sententia mihi falsa est. S. Jacobus inquit: *inducat Presbyteros.* Hæc verba non consilium, sed præceptum indicant. Tridentinum *sess.* 14. *cap.* 3. improbat eos qui dixerint, *hanc unctionem, vel figmentum esse humanum, vel ritum à Patribus acceptum, nec* MANDATUM *Dei, nec promissionem gratiæ*, &c. Merbesius *diss.* 5. q. 9. refert sequentem propositionem à sacra Facultate Parisiensi ann. 1634. censura inustam.

Omnes Theologi dicunt, confirmationem non præcipi, nisi cum commodè haberi potest, vel ut alii dicunt, quandò commodissimè, quandò sine ullo, vel minimo prorsus incommodo.

CENSURA.

Ista propositio est scandalosa, in maximum sacramenti Confirmationis contemptum, maligno animo proposita, & in errorem potest deducere.

X. Par est utriusque sacramenti, & Confirmationis, & extremæ unctionis ratio. Ergo eadem utriusque opinionis censura. Quid? Ecclesia catholica habet sacramenta otiosa, indifferentia, in casum instituta? Quorsum tot Ecclesiæ catholicę conatus adversus Novatores in hoc asserendo Sacramento, si nulla urgeret necessitas illud suscipiendi? Nostram sententiam defendunt Merbesius, Gennet, Turnely, Antoine, Ludovicus Habert, & alii graves Theologi.

XI. Iterari hoc sacramentum potest, ut declaravit Tridentinum *sess.* 14. *c.* 3. Nec in re aperta diutius immorandum. Si infirmi convaluerint, iterum relapsi in mortalem infirmitatem suscipere hoc sacramentum debent. Hoc sacramentum administratur post alia suscepta sacramenta.

XII. QUÆST. VII. *Quæ dispositiones præcedere hoc sacramentum debent?* RESP. Aliæ remotæ, aliæ proximæ sunt. Remotæ sunt 1. ut ungendus sit baptizatus; 2. ut periculosè decumbat; 3. ut sit adultus rationis particeps. 4. ut nulla excommunicatione sit innodatus. Proximæ dispositiones sunt 1. ut suscipiens non sit sibi conscius peccati mortalis; 2. ut cum magna fiducia, & fide accedat; 3. sancto oleo liniendi suam intentionem, & preces conjungere debent cum intentione, & precibus quibus utitur Ecclesia.

XIII. Effectus hujus sacramenti sunt 1. gratia sanctificans omnibus sacramentis communis, 2. est peccati reliquias abstergere; 3. infirmi alleviatio, & erectio. Disputant Theologi num

„ quamvis Tridentinum utatur verbis præceptivis, „ at sub illo præcepto non continetur tantum ut „ Parochus ea verba proferat, sed alia magni momenti, nempè ut præmittantur denuntiationes, „ & ut matrimonium celebretur coram Parocho, „ & testibus, ut habeat librum, &c.

XVIII. P. Viva *q.4.art.4. n.6.* „ Benedictio „ nuptiarum *non videtur* esse res gravis, nec VALDE CONGRUENS PROGRESSUI MATRIMONII. Etenim Benedictio nuptialis non est „ Sacramentum, sed quoddam Sacramentale, „ nec tanti momenti, quanti Sacramentalia quæ „ Baptismo præmittuntur. Quamvis autem non „ vacet culpa veniali illam simpliciter omittere „ sine ulla causa contra usum, & consuetudinem „ Ecclesiæ; nihilominus *probabile* est nullam esse „ culpam ex justa causa, videlicet ratione temporis feriati, in Adventu, aut Quadragesima „ consumare matrimonium ante benedictionem „ Ecclesiæ, cum videatur esse consilium, non „ præceptum illam præmittere. "

XIX. PP. Salmanticenses *tract.9. c.14.punct. 3. n. 41.* „ Ex quo inferunt fere omnes Doctores „ nostræ sententiæ, & inferri ex illa testantur Sanchez *lib.8. disp.25.n.12.* & Palaus loco proximè citato, quod si talis dispensatio remittatur Episcopo, & ille, antequam expediat eam, „ interroget contrahentes, an copula inter eos „ incestuosa sit habita: *possunt* ipsi negare, etiamsi præstito juramento interroget: quia talis interrogatio est superflua, & juridice in tali re „ non interrogat; & sic non tenentur juxta illam „ respondere, sed asserere non fuisse inter eos „ copulam, & ne veritati contraveniant, in „ mente retinere possunt, *ne tibi dicamus.* Immò „ etiamsi in rescripto Pontificis veniat illa clausula: *Nisi copula inter eos fuerit habita*: quia intelligitur de publica, non de secreta. "

XX. P. Patritius Sporer *part.4. cap.2. sect.1. n.* 428. „ Aliud est consensus, & complacentia „ in copulam cogitatam ut præsentem, & delectationem actualem veneream ex tali copula „ cogitata actu in appetitu sensitivo, & partibus „ venereis consequentem; quod est sponsis de futuro, & viduis de præterito mortaliter illicitum, & solis conjugibus licitum est. *Aliud est „ consentire, & complacentia in copulam cogitatam „ ut futuram, & delectationem veneream ex tali „ copula futura aliquando consecuturam; quod sponsis illicitum non est. Cum enim ex ipsis sponsalibus „ contractis, velut jure inchoato, talis copula, & delectatio sit aliquando futura, non debent de ea „ contristari, vel eam averfari; sed licite in eam „ consentire, complacere, vel gaudere de ea possunt; „ cum nihil aliud sit quam gaudere de spe boni futuri, quæ spes præsens, & licita est. Ita cum „ plurimis Sanchez, Diana,* &c. "

XXI. P. Thomas Sanchez *lib.1. disp.1.n.5.* „ Secundum communem sententiam liciti sunt „ amplexus, & oscula inter sponsos de futuro, „ eo quod sponsalia sunt initium quoddam matrimonii, ac proindè concedunt jus utendi *voluptate progenitrix matrimoniali*. Ergo per sponsalia acquiritur jus in corpus, alias nullus illius usus concederetur; & consequenter violans hoc jus per fornicationem, reus erit ultra „ fornicationem injustitiæ admissæ, necessario „ apetiendæ in confessione. Et hæc sententia est „ valdè probabilis. "

XXII. Salmanticenses *tr.9.c.15. punct.9.n. 91.* „ Utrum inter sponsos de futuro sint licita „ oscula, amplexus, tactus, verba amatoria, &c. „ extra pollutionis periculum? Respondetur, „ quod si tales actus ad captandam voluptatem „ fiant, erunt peccata venialia . . . si ob signum „ amoris, nullum erit peccatum, dummodò „ sponsalia inter eos sint absoluta; non verò si „ conditionata fuerint. Ratio est, quia sicut sponsalia sunt *inchoatio quædam* matrimonii, sic „ etiam licitè sunt in illo statu actus qui quodammodo sunt copulæ inchoatio, & initium. Sanchez *lib.9. disp.46.* Aversa, Diana. . . Bonacina, „ Azor. "

XXIII. Tamburinus *lib.7.c.3. n.61.pag. mihi* 193. „ Sponsis de futuro valdè probabiliter sine „ peccato licent quædam amoris signa, qualia „ sunt oscula, tactus, aspectus pudici, ac locutiones amatoriæ *etiam propter delectationem in „ illis refidentem*, sed sine periculo pollutionis, „ vel consensus in illam, vel in copulam; at nullo modo impudici. Ita Thomas Sanchez. . . . *Unam excusationem invenio in sponsos eas actiones „ pudicas exercentes cum pollutionis periculo previso, „ sed non intento, & sine periculo consensus in illam. „ Nam si in occasione esset ut* INURBANUS *haberetur, si ab illis abstineret, posset eas usurpare; „ quia jam adest rationabilis excusatio.*

XXIV. P. Gregorius Gobat *tr.10.num.671.* „ Certum est apud omnes DD. oscula tactus, „ amplexus non impudicos licitè fieri inter sponsos, quando fiunt secundum consuetudinem patriæ in signum benevolentiæ ad conciliandum, „ & fovendum mutuum amorem in ordine ad „ matrimonium. Ita loquitur Perez. Et quidem „ sunt ob finem prædictum licitum liciti hi actus, *„ licèt adsit periculum pollutionis*, modò non sit „ periculum consensus in veneream delectationem. "

XXV. P. Thomas Sanchez *lib. 9. disp. 46. n. 48.* „ Oscula, & amplexus, aliique tactus non „ impudici excusantur a culpa mortali inter sponsos de futuro ratione contractus sponsalium „ inter ipsos initi. Ratio est, quoniam sicut matrimonium ipsum cohonestat copulam ita sponsalia; quæ quoddam matrimonii initium sunt, „ cohonestare debent hujusmodi tactus, *qui inchoatio quædam sunt copulæ*; præsertim quia sic „ magis fovetur amor in ordine ad matrimonium. . . . *n.* 49. Atque hæc conclusio vera est, „ quamvis sponsi *intendant eam delectationem* sensitivam quæ ex ipsis amplexibus, & osculis oritur. Quia sponsalia, quæ matrimonii initium „ sunt, excusant a mortali hanc delectationem, „ quæ copulæ inchoatio est; & in omnino solutis „ esset culpa mortalis. "

XXVI. P. Gobat *tr.10.n.672.* „ Sanchez *loc. „ cit. n.* 49. utitur quidem nomine delectationis „ *sensitivæ*, sed per hanc certè intelligit *veneream*, „ ut

„ ut patet ex *n.* 5. . . . Fateor tamen, non raro „ fieri ut Confessarius cogatur in praxi supponere „ sententiam *Sanchezii*, nisi velit tales sponsos dimittere *sine absolutione*, utpotè quibus ægrè persuadebit *cur* illos amplexus, oscula, &c. esse „ mortalia, aut agnoscentes esse mortalia, forment propositum se emendandi. "

XXVII. Salmanticenses *tr.9. c.15. punct.4. num.* 41. „ Quod verum esse asserit *Sanchez* cum „ *Aversa*, & *Navar. etiam ante contractum matrimonium*, si videat ignorantia invincibili velle „ ad illud accedere, credatque eos ejus admonitioni non acquiescere; sed læsa conscientia contracturam quæ bona fide contraheret, *vel magna difficultate*, & scandalo à tali matrimonio „ recessuram. Prudenter igitur Confessarius tunc „ sileat, *immò tacere tenetur*, inquit Sanchez *n.* 7. *„ etiamsi ignorantia sit juris divini*, propter eamdem rationem. "

XXVIII. P. Claudius Lacroix cum Gobat ultra pergit *lib. 6. part.3. §. 3. n.541.* „ Quamvis prævideatur quod monitio sit profutura, si „ tamen conjuncta sit cum gravissimo incommodo alterius, v. g. prolium, Confessarius non tenetur monere, *sed potest permittere* eos in bona „ fide. Gobat *à n.*57. iterumque *n.*3. & Sporer. "

XXIX. P. Georgius Gobat *tr. 7. num.* 315. „ Quod faciet Confessarius, si videat pœnitentem ex invincibili ignorantia obnoxium, v. g. „ mollitiei, cujus gravitatem edoctus ob habitum „ pravum vix abstinebit? His verbis proposita fuit „ illa quæstio, applicaraque huic peculiari vitio, „ cum possit pluribus. Respondi autem ex scriptis illo *cit. c.37. n.* 61. Si, probè consideratis „ circumstantiis illius pœnitentis, omninò judicetur *nihil planè profuturam monitionem*, sed cognito à se committi grave scelus, nihilo rarius „ patraturum illud quam fecit ignarus turpitudinis tantæ coram Deo DISSIMULANDAM ESSE MANIFESTATIONEM VERITATIS. "

XXX. Idem Gobat *ibid.n.*317. „ Et verò non „ semel didici, esse qui inculpabiliter ignorarent „ mortalem malitiam hujus flagitii. Igitur, practicè loquendo, non tam quærendum est de illo „ qui planè nunquam peccatum illud omittet ob „ cognitam turpitudinem, quam de illo solo *qui „ vix omittet, seu vix abstinebit*, ut loquutur „ illæ litteræ, ideft qui quandoquè, etsi rarissimè „ abstinebit, sicut, proh dolor! gemunt Confessarii se nactos complures hujus fœdissimi simul, „ & fœditissimi furfuris. *De hoc quoquè censeo inteligendam sententiam D. Augustini. Moraliter enim „ non tam prodest, quam obest* ILLA MONITIO, „ *quæ tantùm* impediret sex, octo, decem peccata formaliter mortalia, causabit autem ducenta, trecenta itidem mortalia. "

XXXI. P. Claudius Lacroix *lib.6. part.3. n.* 299. „ Qui probabiliter putat matrimonium esse validum, licitè petit debitum: tum quia est „ possibile pro illo, tum etiam quia aliquis posteft hic, & alibi, sequi sententiam probabilem. . . . *Additque* Aversa, *etiamsi opinio pro „ invaliditate esset* PROBABILIOR; *& hoc est „ conforme dictis lib.1.à n.268. de licito usu opinionis probabilis.* "

XXXII. P. Dominicus Viva *de Sacram. Matrim. q.7. art.3. n. 9. pag. mihi* 133. „ Demum, „ si alter habeat opinionem probabilem de nullitate matrimonii, & simul habeat opinionem „ probabilem de ejus valore, licitè potest petere, „ & reddere; cum possit amplecti alteutram opinionem probabilem quam mavult, etiamsi una „ sit probabilior quam altera. "

XXXIII. P. Claudius Lacroix *lib.3. part.3. n.* 302. „ Si matrimonio bona fide contracto superveniat dubium de valore, & post inquisitionem nil reperiri, nec dubium deponi possit; *prima sententia*, quam tenet S. Thomas, S. Bonaventura, S. Antoninus, P. Soto, Ledesm. Val. „ Vasq. Azor. Rebell. Pont. Hurt. Turr. Arr. „ Aversa. & alii 17. cum Schild. dicit, posse quidem reddere debitum, sed non petere, quia id „ videtur esse decisum cap. *Inquisit.* de sentent. excomm. . . . *Secund. sententiam* D. Sot. Veracrux, „ Vict. Lopez, Suar. Con. Laym. Bon. Reg. Less. „ Lorc. Bretl. Lug. Bos. Bardi, Sanch. Dian. Dicastill. Terill. Card. dicit, posse etiam petere debitum. . . . atque hæc secunda sententia videtur, saltem spectata ratione, esse probabilior. "

XXXIV. P. Dominicus Viva *q.7. art.1. n.3* „ Quæritur secundò, quo tempore sit illicitus actus conjugalis? Respondeo, non esse illicitum „ diebus festis, aut jejunii, *nec die communionis*, „ nec quo tempore uxor est gravida, aut prolem lactat, aut *menstruum patitur*, nec ante benedictiones nuptiales; quamvis consilium sit iis „ temporibus abstinere. "

XXXV. P. Patritius Sporer *part.4.c.2. sect. 3.§.3. n.* 490. *pag.*356. „ Et si enim uxor sciat „ maritum *solere* copulam abrumpere, & semen „ effundere, non tamen peccat nec *petendo*, nec *reddendo*, dummodò ipsa non consentiat, nec „ cooperetur: quia non sequitur ex actione uxoris, sed præcisè ex malitia viri. "

XXXVI. P. Antoninus Dian. *part.3. resp.37.* „ Quidam inchoabat copulam cum uxore, & „ postea ob morbi periculum de ejus consensu retrahebat; verùm ex hoc aliquando sequebatur „ pollutio. Quæsitum à me fuit, an talis actus esset licitus? *Respondi affirmativè.*

XXXVII. P. Sporer *loc. sup. cit.* „ Insuper „ cessante omni periculo pollutionis in utroque „ conjuge, conjuges mutuo consensu inchoatam „ copulam abrumpentes, *ne proles generetur*, sive „ ob inopiam, sive ob aliam causam, non pecare mortaliter, docent Doctores satis communiter. "

XXXVIII. Idem Spor. *ibid.* „ Qui (DD.) id „ etiam ab *omni culpa* excusant, quando justa causa subest; v. g. ob paupertatem, ne multiplicetur proles *ex una parte, ex altera verò parte ad „ sedandam aliqualiter concupiscentiam, & incontinentiam vitandam.* "

XXXIX. P. Thomas Sanchez *lib.9. disp.17. n.5.* „ Quod si vir in superficie tantùm vasis prœ „ posteri uxoris fricaret sua verenda, vel in os „ ejus intromitteret, cessante omni pollutionis „ periculo non crederem esse mortale. "

hoc sacramentum per se, an per accidens peccata dimittat? Sed dissidium istud nullius momenti est.

CAPUT III.

De Sacramento Ordinis.

I. QUÆST. I. *Quid sit Ordo sacer, quo conferantur personæ ecclesiasticæ?* RESP. Est verum sacramentum novæ legis, quo spiritualis potestas confertur ad sacrosanctum Christi corpus consecrandum, & ad alia ministeria Ecclesiastica ritè, & ex officio obeunda, ut contra Lutherum, Calvinum, & Protestantes Tridentinum *sess.* 23. *c.* 3. definivit.

II. QUÆST. II. *An sint plures sacri Ordines?* RESP. Septem numerantur, videlicèt *Presbyteratus*, *Diaconatus*, *Subdiaconatus*, *Acolythatus*, *Exorcistatus*, *Lectoratus*, & *Ostiariatus*. Tres primi vocantur majores, & sacri; alii quatuor minores. Hunc septenarium numerum confirmavit Tridentinum *loc. cit.* Non improbavit tamen Græcorum ritum, qui quatuor tantùm Ordines retinent.

III. Nec Tonsura, nec Cantoratus sunt Ordines. Tonsura est ad eósdem dispositio, & præparatio. Disputant Theologi num Episcopatus sit sacramentum á Presbyteratu distinctum? Negat S. Thomas. Sed disputatio hæc nunc ad nos non pertinet.

IV. QUÆST. III. *Quid sit Ostiariatus, & quænam ejus munia?* RESP. Est ordo quo Clericus præficitur sacræ Ecclesiæ supellectili curandæ, Deique domui custodiendæ. Quatuor Ostiarii Clerici munia recensèt Catechismus Tridentinus *p.* 2. *de Sacr. Ord.* 1. Januas reserare dignis, & indignis claudere debet, puta infidelibus, & excommunicatis. 2. Impedire debet ne laici proprius ad altare accedant. 3. Illius est campanæ pulsu populum fidelem ad divina officia convocare. 4. Servare vasa sacra, & supellectilem Ecclesiæ custodire. Invigilare etiam debet ut omnes in Ecclesia modestè se gerant.

V. QUÆST. IV. *Quid sit Lectoratus, ejusque munia?* RESP. Est Ordo quo confertur potestas legendi in Ecclesia Scripturam sanctam, & SS. Patrum doctrinam. Quinque sunt ejusdem munia. 1. Legere utriusque Testamenti Scripturam divinam. 2. Erudire catechumenos, & rudes baptizatos, fidei articulos explicando. 3. Olim Lectoris munus erat, eam divinæ Scripturæ partem legere quam Episcopus interpretaturus erat. 4. Divinas decantare laudes, & psallentibus præesse. 5. Novos fructus benedicere.

VI. QUÆST. V. *Quid sit Exorcistatus, & quænam illius officia?* RESP. Est Ordo quo potestas impertitur expellendi dæmones á corporibus sivè catechumenorum, sivè baptizatorum: & hoc est Exorcistarum unicum munus.

VII. QUÆST. VI. *Quid sit Acolythatus, ejusque officia?* RESP. Est Ordo quo potestas traditur inserviendi Subdiacono, & Diacono in Missæ sacrificio. Tria sunt illius munia. 1. parare vinum cum aqua in urceolis Subdiacono ab ipso exhibendis. 2. deferre lumina, cum Evangelium solemni ritu á Diacono legitur. 3. Luminaria Ecclesiæ accendere, & asservare.

VIII. QUÆST. VII. *Quid sit Subdiaconatus, & quæ illius munia?* RESP. Est Ordo quo potestas traditur ministrandi Diacono, & Sacerdoti in sacrificio Missæ. Disputant Theologi, sitne Ordo iste sacramentum? Verùm de hac controversia in præsens nihil ad nos. In Pontificali Romano quinque numerantur illius munia. 1. Calicem, & patenam in usum sacrificii Diacono offerre. 2. Sacerdoti sacrificanti aquam fundere ad extroma digitorum abluenda. 3. oblationes à populo suscipere. 4. legere epistolam. 5. pallas altaris, corporalia, & purificatoria abluere.

IX. QUÆST. VIII. *Quid sit Diaconatus, & quænam ejus officia?* RESP. Est sacer Ordo quo traditur potestas spiritualis inserviendi proximè Sacerdoti sacrificanti. Tria illius officia. 1. Diaconi Episcopo, vel Presbytero sacra agenti præstò adsunt, materiam sactificii panem, & vinum exhibent, calicem consecrandum cum ipso offerunt. Evangelium in altiori loco legunt solemniter. Indignos à dignis separant hac terribili voce: *Recedant pœnitentes; sancta sanctis.* 2. Diaconus ex officio baptizat, non quidem solemniter, nisi ut extraordinarius minister. 3. Diaconus vi suæ ordinationis est verbi Dei minister, si prædicatio fiat per modum catecheseos, & absque ullo apparatu. *Evangelistæ Diaconi sunt*, inquit auctor *libri Eccl. Dogmat.*

X. QÆST. IX. *Quid erant Diaconissæ?* RESP. Aliæ erant uxores quas Diaconi ante in auguration em duxerant: hac ratione uxor Episcopi Episcopa, Presbyteri Presbytera, Diaconi Diaconissa, Subdiaconi Subdiaconissa dicebatur. Ambo apud Latinos perpetuam servare continentiam astringebantur. Aliæ Diaconissæ erant mulieres viduæ, sivè virgines Deo dicatæ ad aliquod Ecclesiæ ministerium. Diaconissarum consuetudo ab ipsis Apostolis in Ecclesia universali sivè Latina, sivè Græca obtinuit. Diaconissæ erant. 1. Ostiariæ mulierum, quæ tunc á viris in templo separatæ erant. 2. Mulieres baptizandas exuebant, & induebant. 3. Mulieres rusticanas imbuebant. Sensim sine sensu Diaconissæ obsolevere.

XI. QUÆST. X. *Quid sit Presbyteratus, & quænam ejusdem munia?* RESP. Est sacer ordo quo datur potestas consecrandi corpus Christi, & remittendi peccata. Quinque in Pontificali Romano numerantur ejusdem munia. Offerre, benedicere, præesse, prædicare, baptizare. 1. est offerre Sacrificium. 2. est benedicere personas, & quæ ad earum usum attinent. 3. sub manu Episcopi præesse populo. 4. prædicationis officium. 5. Baptizare illis jure ordinario competit.

XII. QUÆST. XI. *Quid sit Episcopatus, & quæ illius munia?* RESP. Est ordo supremus, quo datur Presbytero potestas conferendi sacramenta Confirmationis, & Ordinis: regendique Ecclesiam ipsi commissam, nempè clerum, & plebem. Dicitur ordo, quia est apex, & fastigium Sacerdotii. Ordo iste confertur Presbytero, quia nequit esse Episcopus, nisi priùs fuerit Presbyter. Potestas conferendi sacramenta Confirmationis, & Ordinis competit soli Episcopo.

XIII. QUÆST. XII. *Suntne singuli Ordines sacramenta?* RESP. De fide est Presbyteratum esse Sacramentum, ut definivit Tridentinum *sess.* 23. *can.* 1. Diaconatum sacramentum esse affirmant nunc omnes: nam Diaconatus confertur per manuum impositionem, quæ est signum sensibile divinitùs institutum. Subdiaconatum, & minores Ordines non esse sacramenta permulti Theologi defendunt, nec spernenda opponunt argumenta. Quam controversiam indecisam prætereo. Quamvis autem Ordines sivè majores, sivè minores essent sacramenta, unum tamen est sacramentum Ordinis, quia omnes ordinantur ad unum Sacerdotium. Qui suscipit hos sacros Ordines in peccato mortali, peccat mortaliter. Et quamvis minores Ordines non essent sacramenta, non propterea à gravi malitia immunis esset qui mortifero scelere inquinata conscientia illos susciperet.

XIV. Negant aliqui Diaconum, & Subdiaconum peccare mortaliter dum officium proprium in peccato mortali exercent. Hæc sententia mihi falsa est. Nam isti ministerium sacramentale exercent. Ergo graviter peccant dum sordida conscientia illud profanant. Non desunt qui docent minores Ordines esse sacramenta, & simul defendunt non peccare graviter illos, qui eosdem in peccato mortali exercent. De hac opinione infra sermo erit.

CAPUT IV.

De materia, & forma Sacramenti Ordinis.

I. IN celebri Armenorum decreto Eugenius IV. de materia, & forma sacrarum ordinationum hæc statuit. *Sextum Sacramentum est Ordinis, cujus materia est illud per cujus traditionem confertur ordo. Sicut Presbyteratus traditur per calicis cum vino, & patenæ cum pane porrectionem. Diaconatus verò per libri Evangeliorum dationem. Subdiaconatus per calicis vacui cum patena vacua superposita traditionem. Forma Sacerdotii talis est*: Accipe potestatem offerendi sacrificium in Ecclesia pro vivis, & mortuis in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: *& sic de aliorum ordinum formis, prout in Pontificali Romano latè continetur.*

II. Hac auctoritate nixi plurimi Theologi defendunt, materiam essentialem Sacramenti Ordinis in porrectione instrumentorum sitam esse, & in oratione quæ recitatur, dum porriguntur, formam. Verum magnum facessit negotium in hac controversia quod Ecclesia Græca sola manuum impositione, & oratione conferat sacras ordinationes nullis adhibitis instrumentis, nisi post ordinationem completam. Quid quod neque Ecclesia Latina longo sæculorum intervallo præfata instrumenta adhibuit? Difficultàs hæc in varias sententias divisit Theologos. Illa mihi videtur probabilior quę docet, manuum impositionem esse materiam essentialem, & orationem annexam formam: instrumentorum verò porrectionem cum verbis eidem adjectis esse materiam, & formam accidentalem, & integralem ad majorem effectus expressionem, & declarationem: & de hac accessoria materia, & forma locutum esse Eugenium IV. contendunt istius sententiæ Theologi. Accedit perpetuus usus universalis Ecclesię, quæ in ordinandis sacris ministris semper adhibuit manuum impositionem, & orationem. Quod instrumentorum porrectio non sit materia essentialis, sed accessoria, & integralis, patet ex eo quod nullum ejusdem vestigium in Scriptura sancta habeatur; & ipsa Latina Ecclesia per decem priora sæcula hæc instrumenta non adhibuerit; & Ecclesia Græca nec in præsens iisdem utatur, cujus tamen ordinationes ratas habet Ecclesia Latina.

III. Cæterum in praxi ea omnia servanda sunt quæ Ecclesiæ ritus præscribit. Quæ hactenùs dicta sunt, comprehendunt potissimùm Ordines sacros seu hierarchicos Diaconatum, Presbyteratum, & Episcopatum, quorum materiæ essentiali adjuncta sunt instrumenta, nempè *Diaconatui* liber Evangeliorum, *Presbyteratui* unctio, & porrectio calicis, & patena cum sacris symbolis consecrandis. Aliorum verò Ordinum, puta Subdiaconatus, & quatuor minorum materia, & forma sunt instrumenta, & preces quas recitat Episcopus illa tradendo. Qui defendunt hos Ordines esse sacramenta, dicunt in ipsa instrumentorum porrectione intelligi manuum impositionem. Sic materia ostiarii est traditio clavium, & tintinnabuli. Forma: *Sic agite quasi rationem reddituri*, &c. materia Lectoratus est traditio sacræ Scripturæ. Forma: *Accipite, & estote verbi Dei relatores*, &c. Exorcistatus materia est traditio libri exorcismorum, seu Pontificalis. Forma: *Accipite, & commendate memoriæ*, &c. Acolythatus materia est traditio candelabri cum cereo extincto. Forma: *Accipite ceroferarium cum cereo*, &c. Partialis materia Subdiaconatus est traditio calicis vacui, & patenæ superpositæ. Forma: *Videte cujusmodi ministerium vobis traditur*, &c. Materia Diaconatus est impositio manuum cum traditione codicis Evangeliorum. Materia Presbyteratus est impositio manuum cum traditione calicis, & patenę, adjectis sacris symbolis consecrandis. Ut jam dixi, in his tribus ordinibus hierarchicis Diaconatu, Presbyteratu, & Episcopatu impositio manus expressa est, & semper in Ecclesia usurpata. Disputant Auctores num necesse sit tangere singulas materiæ partes, puta calicem, patenam, &c. Et communiter docent sat esse tangere aliquam materiæ partem aut calicem, aut patenam, &c. Contactus iste physicus sit oportet, nec sufficit moralis, ut communior sententia docet.

CAPUT V

De ministro, & subjecto sacramenti Ordinis, ejusque effectibus.

I. QUÆST. I. *An solus Episcopus sit hujus sacramenti minister?* RESP. Quod Ordines majores affirmant omnes Catholici, idque definitum est in Tridentino *sess.* 23. *can.* 7. adversus Novatores. Inferiores dumtaxat ordines con-

conferri à simplice Sacerdote queunt, nempè tonsura, & quatuor minores.

II. QUÆST. II. *Ad consecrandum Episcopum quot Episcopi requiruntur?* RESP. Necessitate præcepti tres. Plures Theologi, ut Cajetanus, & Bellarminus, defendunt tres, aut duos requiri necessitate sacramenti, ita ut nullum sit sacramentum, nisi saltem duo adsint. Plures alii hoc negant, contenduntque validam esse ordinationem, sed illicitam ab uno Episcopo factam. Consuetudo tamen semper obtinuit Presbyterum ordinari Episcopum à tribus Episcopis sublato necessitatis casu.

III. Clerici à solo Episcopo proprio ordinari licitè valent, valide verò à quocumque Episcopo. Episcopus proprius est vel originis, vel domicilii, vel beneficii. Episcopus beneficii ille est in cujus diœcesi beneficium quis reipsa possidet: originis est in cujus diœcesi ordinandus baptizatus est: domicilii Episcopus in cujus diœcesi quis sedem fixit, animo ibidem commorandi in perpetuum. Ad matrimonium contrahendum sufficit ut quis bona fide per annum commoretur in aliqua parochia, licèt postea sit discessurus. Ad sacros verò Ordines suscipiendos nec decennium quidem sufficit, nisi animus adsit ibidem perpetuò commorandi. Quoniam quisque addicitur Ecclesiæ illius loci in quo ordinatur. Episcopus ordinare potest familiarem suum qui per triennium apud eumdem commoratus fuerit, eique beneficium conferre, ut Tridentinum *sess.* 23. *c.* 9. declaravit. Fraus contingeret, si Episcopus intentione eximendi ordinatum á proprio Episcopo beneficium illi conferret: quo in casu Episcopus, & ordinatus pœnis obnoxii essent à sacris canonibus latis.

IV. Episcopus in aliena diœcesi ordinare nequit suum subditum absque Ordinarii licentia, ut Tridentinum *sess.* 6. *c.* 3. *de Refor.* declarat. Regularium Episcopus ille est in cujus diœcesi ipsi commorantur, ut plura Concilia statuerunt. Videndum circa hoc decretum Benedicti XIV. ann. 1746. datum, cujus initium est, *Impositi nobis*, &c.

V. Litteras dimissoriales concedere possunt. 1. Episcopus proprius. 2. Ejus Vicarius generalis si tamen facultatem expressam acceperit. 3. Capitulum cathedralis Ecclesiæ Sede vacante, elapso anno ab Episcopi morte, ut Tridentinum *sess.* 7. *c.* 10. statuit. Has litteras concedere Episcopus non debet, nisi iis quos suo examine idoneos judicaverit. Hæ litteræ non expirant morte concedentis.

VI. QUÆST. III. *Quo tempore administrari licitè sacri Ordines queunt?* RESP. Sabbatis quatuor temporum, Sabbato ante Dominicam Passionis, & Sabbato sancto. Consecratio Episcopi quolibet die dominico. Ordines minores privatim quolibet festo, publicè feria 6. ante Sabbatum quo conferri possunt Ordines majores, aut eodem Sabbato. Prima Tonsura quolibet die. Hæc sunt tempora consueta. Ex privilegio aliis quoquè diebus conferri sacri Ordines valent. Idoneos, & dignos repellere Episcopus nequit, cum non ordinationis dominus sed dispensator, quemadmodum nec indignum ordinare potest. Frequenter in hoc, ratò in illo peccatur.

VII. In his ordinationibus interstitia servari debent, ut Tridentinum *sess.* 23. *cap.* 10. declaravit. Subdiaconus ordinari nequit, nisi elapsus sit annus ab ultimo ordine suscepto, neque promoveri in Diaconum, nisi elapsus annus sit à suscepto Subdiaconatu, neque in Sacerdotium nisi post annum à suscepto Diaconatu. Tempore interstitiorum exercere suos Ordines debent ordinati. Super his interstitiis dispensare Episcopus potest ex rationabili causa cum suis subditis.

VIII. QUÆST. IV. *Quinam apti sunt ad sacros Ordines?* RESP. Soli masculi, exclusis fœminis, ordinari valent. Amentes, & non baptizati excluſi sunt. Pro minoribus ordinibus nulla determinatur ætas à Tridentino, sed solum *sess.* 23. *c.* 11. statuitur ut iis conferatur qui intelligunt latinam linguam. Ad Subdiaconatum requiritur annus 22. Ad Diaconatum 23. ad Presbyteratum 25. Consuetudine prævalente sat est ut anni istì incepti sint. Nequit suscipi Ordo superior non suscepto inferiore. Qui per saltum ordinaretur, ipso facto remaneret suspensus ab executione superiorìs, secus inferioris ordinis.

IX. QUÆST. V. *Qui non confirmatus Ordinem suscipit, peccatne mortaliter?* RESP. Tridentinum *sess.* 23. *c.* 4. *de Refor.* hæc statuit. *Prima Tonsura non initiatur qui sacramentum Confirmationis non susceperit.* Quare graviores Theologi docent, peccare mortaliter qui scienter, prætermissa Confirmatione, susciperet Tonsuram, & alios Ordines. P. Lacroix *n.* 2223. refert Bufembaum cum 12. aliis, qui docent esse tantùm peccatum veniale. Et hæc sententia, inquit P. Lacroixius, est *probabilior.* Quia *ubi agitur* (inquit) *de mortali contrahendo, non est asserenda obligatio, nisi certo certitus constet.* Robusta ratio. Sed neque subdo ego, tollenda, nisi certiùs constet non adesse obligationem. Periculosè, inquit Angelicus *quodl.* 9. determinatur, nisi veritas expressè habeatur. Æque determinatur negando, ac adfirmando. In dubiis ergo tutior pars est eligenda, pulsis *Reflexionum* commentis. Certum est malum committere illum qui neglecta Confirmatione Ordines suscipit. Quid ergo agendum? *Declina à malo, & fac bonum.*

X. QUÆST. VI. *Quotuplex est titulus clericalis?* RESP. Triplex, Ecclesiasticus, patrimonialis, monasticus. Titulus generatim accipitur pro jure ad quidquam legitimè possidendum. Quare titulus clericalis Ecclesiasticus est jus fruendi Ecclesiæ bonis. Jus istud nunc acquiritur per beneficium pacificè possessum, aut per pensionem clericalem. Primis Ecclesiæ sæculis non ordinabantur nisi Ecclesiæ addicti: & ipsa ordinatio titulus erat, quo jus Clerico tribuebatur accipiendi alimenta ex bonis Ecclesiæ.

XI. Titulus patrimonialis est jus percipiendi fructus ex aliis quam Ecclesiæ bonis, quæ vel gratuita donatione, aut hæreditaria successione ordinato obvenìunt.

XII. Solo titulo ecclesiastico, excluso patrimoniali, usque ad sæculum 10. ordinati fuere Clerici determinatæ Ecclesiæ addicti. Et hoc titulo alimenta ab Ecclesia accipiebant; & ad aliam

aliam transire Ecclesiam illis permissum non erat.

XIII. Post hæc tempora, & præsertim sæculo 12. vicissitudinem passa est Ecclesiæ disciplina. Missis pluribus documentis, in Tridentino, ut narrat Cardinalis Pallavicinus *lib.* 7. *c.* 9. acerrimè disputatum fuit adversus titulum patrimonialem, & pro instauranda antiqua disciplina summo studio oratunt plurimi Sanctissimi Patres, inquientes, Sacerdotes vinculo ecclesiastici tituli solutos, similes equis esse freno destitutis. Sacra Synodus divino perfusa lumine, ut utriusque generis malis occurreret, regulam condidit salubérrimam, quæ si servaretur, reflorèret ecclesiastica disciplina. Primum statuit ut Episcopus neminem etiam titulo patrimonaii ordinet, nisi quem Ecclesiæ utilem, vel necessarium judicaverit. *Patrimonium verò* (inquit) *vel pensionem obtinentes ordinari posthac non possint, nisi illi quos Episcopus judicaverit assumendos pro necessitate, vel commoditate Ecclesiarum suarum, eo quoquè prius prospecto, patrimonium illud, vel pensionem verè ab eis obtineri, taliaque esse quæ eis ad vitam sustentandam satis sint.* Ut verò Tridentini Patres occurrerent malis quæ exaggerata fuere adversus Clericos nulli Ecclesiæ addictos, vetuit S. Synodus *sess.* 23. *c.* 16. *de Refor.* ne quis deinceps ordinetur quin sit alicui Ecclesiæ addictus. *Cum* (inquit) *nullus debeat ordinari qui judicio sui Episcopi non sit utilis, aut necessarius suis Ecclesiis, sancta Synodus, vestigiis sexti canonis Concilii Calcedonensis inhærendo statuit ut nullus in posterum ordinetur qui illi Ecclesiæ, aut pio loco pro cujus necessitate, aut utilitate assumitur, non adscribatur, ubi suis fungatur muneribus, nec incertis vagetur sedibus. Quod si locum, inconsulto Episcopo, deseruerit, si sacrorum exercitium interdicatur.*

XIV. En disciplina ecclesiastica ad suum primævum instauratam splendorem. Nihil deest, nisi ut Episcopi exactè servent in promovendis ad sacras ordinationes quæ Tridentinum præscribit. Num hodiè plures sint Clerici nulli addicti Ecclesiæ iis qui addicti sunt, cæteri judicent.

XV. Tertius titulus est monasticus, vi cujus ordinantur Regulares, qui titulus paupertatis vocatur. Hi enim de bonis Ecclesiæ, seu domus in qua professi sunt, sustentantur. Plurima de hoc titulo, & de censibus vitalitiis, qui eumdem committantur, dicenda essent. Sed dicta sunt alibi.

XVI. QUÆST. VII. *Quot sunt effectus Sacramenti Ordinis?* RESP. Tres: 1. gratia sanctificans: 2. gratia sacramentalis. 3. character. Gratia major, aut minor confertur juxta diversam suscipientium dispositionem. Character est signum Christi in anima indelebiliter impressum. Plures alii effectus solent recenseri, ut sunt obligatio servandæ castitatis vi voti annexi, recitandi horas canonicas, privilegium canonis, & fori, & alia quę non sunt sacramenti effectus, sed obligationes, vel privilegia, quæ statum clericalem consequuntur.

CAPUT VI.

De vocatione initiandorum, & signis quibus dignosci queat.

I. VOcatio de qua nunc sermo est, describi potest quod sit *actus providentiæ supernaturalis, quo Deus hos præ illis eligit, præparatque dotibus consentaneis ad sacra officia obeunda.* Status Sacerdotalis supernaturalis est, cui nemo propria industria, & labore idoneus est; ideò necessaria est providentia supernaturalis, quæ dirigat, & auxilia conferat tanto fini consentanea. Quos Deus ad hunc statum vocat, præparat dotibus opportunis.

II. Istius divinæ vocationis necessitatem Scripturæ sanctæ manifestant. Christus Dominus, qui factus est exemplar à nobis imitandum, præordinatus fuit Sacerdos secundum ordinem Melchisedech, ut *Psal.* 109. habetur. Non à semetipso venit, sed missus à Patre, *ut nobis esset Pontifex* (inquit Paulus Hebr. 9.) *sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cœlis factus.*

III. Quamobrem ipse *clamabat in templo docens: A me ipso non veni, sed est verus, qui misit me:* Joan. 7. Ille missus à Patre vocavit ad idem Sacerdotium Apostolos. *Vocabit ad se quos voluit ipse:* Marc. 3 Apostoli cum substituere deberent qui Judæ locum impleret, implorarunt á Deo signa quibus manifestaretur eligendus. *Ostende quem elegeris ex his duobus:* Act. 1. Qui audent non vocati hanc occupare dignitatem, sic improbantur à Christo: *Amen, amen dico vobis, qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, ille fur est, & latro:* Joan. 10. subdit ibidem: *Per me si quis introierit, salvabitur.* Tandem S. Paulus *Hebr.* 5. inquit: *Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. Sic, & Christus non semetipsum clarificavit, ut Pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum: Filius meus es tu.*

IV. Quæ hactenùs ex Scripturis sanctis dicta sunt, confirmari sanctorum Antistitum exemplis possent. Quo majori refulgebant sanctitate, eo fortius ordinationi suæ in animarum Pastores aut resistebant, aut nonnisi expresè vocati annuebant. Innumera adducere exempla possem, quę brevitas præstituta non sinit.

V. Vocatio Divina est veluti fons, & radix gratiarum, & donorum quæ statui sustinendo vires pares conferunt. Sublata vocatione desunt præsidia necessaria, & ea posita omnia succedunt prosperè. Qui Deo non vocante, sed vel splendoris dignitate alliciente, vel redituum lucello impellente suscipiunt sacros Ordines, Deo placere nequeunt. Numquid famulorum opera grata domìnis essent, quæ ipsis repugnantibus fierent? Audiamus Christum ipsum loquentem Matth. 15. *Omnis plantatio quam non plantabit Pater meus cœlestis, eradicabitur.* Rursus Joan. 15. *Omnem palmitem in me non fructum ferentem, tollet eum.* Notanda illa verba sunt *in me.* Non satis est fructus parere. Videndum num sint in Deo: *In me.* Tandem Matth. 7. *Multi dicent mihi in die illa: Domine, Domine,*

non

non ne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo dæmonia ejecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc confitebor illis, quia nunquam novi eos: Discedite à me qui operamini iniquitatem.

VI. Quis hæc, Christe Jesu, oracula seriò meditans, totis artubus non contremiscit? Quis non videt, quam tremenda, & formidanda sit deliberatio dirigendi oves tuas, non implorata Dei misericordia, & vocationis gratia? Quid ergo, inquies, acturi sunt tot Sacerdotes, tot Pastores, qui nulla precatione præmissa, nullo vocationis examine facto statum illum susceperunt? Seminabunt ergo in agro alieno undè metere nequeant? In vanum ne isti currunt, cum non sint à Deo missi? Numquid deserere hunc statum debent? Si status deseri potest, ut animarum regimen; dubio procul dimitti, quando gravia signa occurrunt quod desit ad talem statum vocatio, & desunt vocationis dona, debet. Cæterum arcanum divinæ vocationis nos latet, Deoque soli patet. Vocatus Saul fuit, vocatus Judas, & ambo improbati fuere. Aliorum vocationis initia mala hominibus apparuere; sed prosecutio bona, & exitus sanctus. Catholicorum pauci electi; multi vocati. Nemo tamen desperare de sua salute debet. Sed omnes satagere precibus piis, & laboriosis operibus debent ut certam, sanctamque efficiant vocationem suam. Nemo deserere proprium statum valet, à quo recedere sine peccato nequit.

VII. Neque opponas doctrinam datam multos avertere à statu Religioso: quoniam repono: Utinam id verum esset ut averteret plurimos illos qui turmatim intrant non per ostium, sed aliundè, ut fures, & latrones. *Satius enim est*, inquit Concilium Lateranense IV. *maximè in ordinatione Sacerdotum patres bonos, quàm multos malos habere.* Hæc recogitent illi qui ut Ecclesias, Monasteria, Conventus, & Collegia impleant, necessitatis fuco propagandæ sobolis, & implendi sedes, indiscriminatim admittunt claudos, gibos, cæcos, & dissolutos. Propagatio hæc cælestis, spiritualis, & divina est. A Deo, non ab humana industria proficiscatur oportet.

VIII. QUÆST. I. *Quænam sint signa vocationis ad statum religiosum, & sacerdotalem?* RESP. Illi non sunt ad sacros Ordines vocati quos corporis, animique defectus ineptos reddunt ad sacra ministeria obeunda. Corporis defectus omnibus patent. Animi defectus alii sunt ambigui, alii probabiles, alii ferè certi. Defectus animi alii sunt veluti à natura insiti, & dicuntur naturæ vitia, ut animus ferox, indoles sæva, & ferina, vel mollis, fluxa, & ad omnem ventum instabilis: ingenium retusum, plumbeum, stupidum, necessariis scientiis comparandis omninò ineptum. Alii sunt morales, & voluntarii, ut iracundia, superbia, ambitio, & habitus vitiosi. Qui naturæ vitiis laborant, ad munia sacra non sunt promovendi. Numquid Sacerdotes ferocis indolis allicient gregem? An Pastores plumbei, retusique ingenii effundent in populum eloquia divina? Si mollis, fluxæque indolis, & effeminatæ naturæ sint, carent fortitudine evangelica, qua repellere lupos rapaces, deprimere superbos valeant. Ad istorum latera, inquiunt, ministri idonei sedent, quorum subsidio gregem dirigunt. O homines miserrimi in viis suis! Pastores ergo statuę sunt, & ministri doctores fiunt? Ministri carent vocationis gratia, carent cælestium donorum copia: quoniam isti non Deo vocante, sed humano artificio lenocinante plerumque intrusi sunt. Illusio est pernicioslissima velle Pastoris ineptitudinem ministrorum peritia compensare.

IX. Defectus morales animi, quia voluntarii, corrigi valent, præsertim dum vocatio vera est. Diversum de istis, ac de incurabilibus naturæ vitiis judicium formandum est. Nam si adsit acre ingenium, optima indoles, animi fortitudo, cæteræque naturæ dotes, crimina, & vitia emendari queunt. Prudens director præscribat pœnitentibus pietatis exercitium, virtutum semina spargat: & ex fructibus colliget, num planta transferenda sit in cæleste viridarium.

X. Signa divinæ vocationis juvenis promovendi ad sacros Ordines sunt. 1. si adolescens à sæculi oblectamentis avulsus sit, & ab illecebris mundi sejunctus. 2. si non ad vitam privatam secum traducendam, sed ad Dei obsequium, proximique salutem incumbendum succensum se sentiat. 3. si orationis studio afficiatur, ut ejusdem ope explorare divinam voluntatem valeat: oratio enim est cum Deo commercium, & animum eidem conjungit, atque dona necessaria petit. 4. ardens desiderium adipiscendi sacros Ordines. Hoc tamen signum frequenter falsum, utpotè à cupiditate lucrandi panis, aut dignitatis indipiscendę, non ab amore Deo inserviendi proficiscens. Plures enim appetunt statum clericalem, quia à parentibus ad id incitantur, quia indè sperant exonerare familiam. Alii rei familiaris penuria pressi, laborare, ut Paulus Apostolus, manibus suis, fodere, occare, piscari renuunt, & statum clericalem considerant veluti artem, & professionem, qua absque labore, & sudore victum, & vestitum assequi commodè valeant. Quarè recensita signa ambigua sunt, & prudentis directoris erit pro circumstantiarum diversitate deprehendere quænam vera, quænam fucata vocatio sit. Sed eo malorum res devenit ut plurimi nullo promisso consilio statum ex ingenio assumant, & non omnes Episcopi vigiles sint in exploranda ordinandorum vocatione.

XI. QUÆST. II. *Licitumne Clericis est dignitates Ecclesiasticas, & animarum regimen appetere?* RESP. Qui regimina animarum nempè Episcopatum, Parochiam, &c. appetunt, aut stulti, aut superbi sunt. Fusè versat hanc quæstionem S. Thomas 2.2. *q.* 133. *art.* 1. ubi tria distinguit. 1. Est officium, quod Dei cultum, & proximi utilitatem spectat. 2. est celsitudo gradus, vi cujus Pastor dominatur in subditos. 3. sunt reditus, & obsequium subditorum. Desiderium laborandi, operandique in vinea Domini bonum est; verùm ut fertur in dignitates, in honores, & gradus, & emolumenta temporalia, vanum, & ambitiosum est. Plurimi ajunt: Cupio vitare otium, & assequi occupationem laborandi, & operandi in vinea Domini, & sub hac larva mentitur iniquitas sibi, latitatque cupiditas, serpit ambitio. *Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat*, inquit Paulus: & subdit Hieronymus: *opus, non dignitatem: laborem, non delicias, per quod humilitas decrescat, non intumescat fastigio.* Si laborare isti revera vellent in vinea Ecclesiæ, an non patet omnibus? Visitent xenodochia, consolentur infirmos: adeant rura, & montes, instruant rudes, doceant ignorantes, dedoceant errantes, succurrant pauperibus, prædicent verbum Dei. Adeant Episcopum, & dicant: *Ecce ego mitte me.* Quid? mittere, non mitti; imperare, non obedire; inservire, non inservire; extolli, non extollere nos volumus. Hoc profectò est legitimum, germanumque responsum.

XII. Quid de illis qui ambitum agunt, patronos solicitant, ut sibi Episcopatum, Parochiam procurent; qui matronis ipsis inserviunt, ut amasios suos obstringant ad intercedendum, procurandumque gradum, & dignitatem? Isti sunt vilissima ambitionis mancipia, fures, & lactrones, qui nequeuntes ingredi per ostium, scalas admoveri fenestris curant, & ut ascendere queant, adjuvari, & erigi à quibuscumque viris, & fœminis student. Blaterant hæc ætate ita distribui omnia ut, nisi industria humana, officia, & procurationes adhibeantur, omnes jaceant, nullumque sine officiis promoveri. Distinguo. Nemo sine procurationibus promovetur ab homine, concedo. A Deo, nego. Cedo.: vis promoveri ab homine, an à Deo? A Deo, inquis. Quid ergo garris necessariam esse industriam humanam? An ignorat Deus tuas dotes, & aptitudinem tuam? An si te judicaverit idoneum, non disponit sua infallibili providentia ut præficiaris Ecclesiæ moderandæ? Insistis, Deum miracula non patrare sine necessitate, humanamque industriam non prohibere, sed præcipere. Humanam quidem industriam Deus requirit in iis omnibus quæ ab homine pendent, secùs in iis quæ sibi ipsi reservavit. Vocatio ad regimina Ecclesiæ christianæ tollius Dei opus est. Non ne ipsi facti canones prohibent ejusmodi officia, & procurationes? Sed quid plura verba fundimus? Nisi illi qui præsunt, rejiciant omnes illos quos noverint officiis, & ambitu parare sibi viam ad gradus, & dignitates Ecclesiæ, frustraneus est labor noster. Veritas ipsa luculenta est. Executione, non persuasione opus habet.

CAPUT VII.

De iis quæ præstare, & de iis à quibus abstinere Clerici debent.

I. QUÆST. I. *Peccantne mortaliter Clerici qui nec vestem clericalem, nec tonsuram deferunt?* RESP. Affirmant graviores Theologi, & innumera Concilia præcipiunt sub pœna excommunicationis ut Clerici, & tonsuram, & habitum clericalem palam deferant, & ne comas longas nutriant, deferantque. Probabilistæ plures omnia deliniunt. P. Claudius Lacroix *lib.* 4. *n.* 1371. & *seq.* refert opinionem Gobat negantem esse mortale, si absit scandalum, & contemptus. Aliam opinionem de Clerico nutriente comam refert *n.* 1373. & scribit communius, & probabilius esse, talem clericum non peccare mortaliter, licèt Episcopi, & Synodi talibus commineantur excommunicationem: quia, inquit, *comminatio gravis non semper indicat grave præceptum.* Injustitiam ergo perpetrant Synodi, & Episcopi levi culpæ gravissimam pœnam comminantes. Etiamsi gravis comminatio non semper indicaret grave præceptum; ideone in hoc casu non indicat? Et sic dicetur in altero casu. Et his distinctiunculis Synodorum, & Episcoporum saluberrimæ sanctiones eluduntur. Rogandi ejusmodi Casuistæ, quo jure Synodorum, & Episcoporum decreta ad proprias cogitatiunculas detorqueant? Quis illis auctoritatem contulit tam frequenter extenuandi, & humanis appetitionibus attemperandi leges Ecclesiasticas, & divinas? Quid quod graviores Probabilistæ non excusant à gravi culpa tales Clericos, ut animadvertit doctissimus Presbyter Bonus Merbesius *diss.* 6. *q.* 15. inquiens: *At reipsa quidem ipsi Casuistæ, quorum plerique nihil in sacris litteris evolvendis, nihil in sanctis Patribus, & Conciliis legitimandis versati, plus æquo confisi, omnem in omnibus habent fidem . . . . in eam concessere sortem, ut tonsurę, & habitus clericalis neglectum, & omissionem inter peccata mortalia recenserent; & insuper homines talis omissionis conscios excommunicationis anathemate percussos, vel pe cellentes asserverent.*

II. QUÆST. II. *Peccantne Clerici, qui habitum clericalem ad formam habitus laicalis accommodant, comasque aleitiatas, & cincinnatas, & pulvere odorifero aspersas deferunt, tonsura vix apparente?* RESP. Quid adversus torrentem, & quidem spumantem moris humani hiscam? Numquid adversus communem, & prævalentem corruptelam vocis sonitum emittam? Numquid Conciliorum, & S. Matris Ecclesiæ doctrinam, & Christi Evangelium erubescam? Absit. Status clericalis inter omnes Ecclesiasticos Ordines refulget, cujus Patriarcha, non homo, sed ipse Christus est, qui vocavit Apostolos, & successores. Habitus clericalis, & monachalis hostiliter pugnat cum luxu, fastu, & vanitate mundana. Quid si Clausstrales vestem monachalem ad formam vulgo *alla moda* accommodarent? Quid si cincinnati, comati, crispati, manicati, & cyprio pulvere respersas comas deferrent? Clamarent omnes: Quænam hæc monstra? Stulti ne evaserunt Clausstrales? Exclamationes, & admirationes justissimæ. At status clericalis non ne, & ipse excellens, atque eminens? Ergo longiùs abesse à mundi vanitate, luxu, & pompis debet. Patres Tridentini, & cæteri Theologi adeò laborarunt ut contra Novatores propugnarent vestem clericalem distinctam à laicali esse: & Clerici nunc plurimi facto negant doctrinam in Tridentino definitam. Immò allcubi laici vestem clericalem, & clerici vanas laicorum pompas deferunt. Quid refert vestem esse nigram, si forma, & ornatu vanitatem spirant? Quamquam plures nec nigram, sed fulgidam, & inauratam deferunt, præsertim dum rusticantur, & itinera agunt. Audiamus Tridentinos Patres, qui *sess.* 14. *c.* 6. *de Reform.* clamant: *Tanta autem hodie ali-*

aliquorum invaluit temeritas, religionisque contemptus, *ut* propriam dignitatem, *&* honorem clericalem parvi pendentes, vestes etiam deferant publicè laicales pedes in diversis ponentes, unum in divinis, alterum in carnalibus.

III. Quid verò de illis Confessariis dicendum qui ejusmodi pulitulos, torosulos, barbatulos, comatos, crispatos, & ciocinnatos clericos, fastum, venerem, & satanicam pompam usquequaquè crepantes absolvunt, & ad altaria sacrificaturos mittunt? *Quæ conscientia*, (inquit Merbesius loc. cit.) *& religionis Confessarii iis absolutionis beneficium impendunt, extrema supplicia cum hujusmodi larvatis clericis experturi?*

IV. QUÆST. III. *Peccantne mortaliter Clerici accipientes beneficium cum animo deserendi statum clericalem, si opportunitas occurrerit?* RESP. Affirmant communiter Theologi, quia Clerici isti in re gravi circumveniunt Ecclesiam, & fraudantur reditus sacros, cum in sortem Domini vocati non sint. Aliqui affirmant istos mortaliter peccare, si beneficio annexa sit animarum cura, secùs si beneficium simplex sit. Distinctio vana, quia in utroque casu circumvenitur Ecclesia in re gravi, licèt enormius in uno, quam in altero casu.

V. QUÆST. IV. *A quibus abstinere Clerici debent?* RESP. Concilium Mediolanense 1. plura enumerat à quibus abstinere Clerici astringuntur. 1. profanis negotiis se immiscere non debent; 2. abstinere ab arte medendi; 3. à negotiis, & mercatura; 4. à conducendis prædiis lucri causâ; 5. á tutela seu cura aliorum suscipienda; 6. à fidejubendo pro aliis; 7. à servitute fœminis præstanda; 8. à ludis aleatum, à venatione clamorosa tenentur. Ut ab his ultimis incipiam.

VI. QUÆST. V. *Peccantne Presbyteri sæculares, qui matronis ancillantur?* RESP. Corrupta hodierna, qua Presbyteri laici familiis inserviunt, & sub prætextu educandi liberos, familiæ negotia tractant, dominabus matronis inserviunt, manus consecratas porrigunt, quibus ambulantes sustinent, monstrosa est, & horrenda. Presbyteri isti dignitatem sacerdotalem deturpant, vilipendunt proptium caracterem, & sacrum gradum profanant. Episcopi evangelico pectore deberent ejusmodi Presbyteros ab altari arcere, & sacris interdicere.

VII. QUÆST. VI. *Utrùm negotiatio Clericis sit interdicta?* RESP. Omnes absolutè affirmant. Inquit enim. S. Paulus 2. ad Tim. 2. *Nemo militans Deo implicat se negotiis sæcularibus.* Casuistæ non pauci plures excogitarunt opinationes, quas omnes more suo colligit P. Lacroix *lib.* 3. *p.* 2. *n.* 997. *& seq.* & primò asserit, Clericum posse emere aliquid ut consumat, & aucto pretio illud vendere sperans se vilius empturum. Est enim, inquit, *actus œconomicæ prudentiæ.* Sacræ, ne an profanæ? Addit ibi *n.* 999. *& seq.* Manriquez, & Delbene, teste *Gobat*, docent, posse Presbyteros emere uvas, & vinum vendere. Addit *num.* 1000. Gobat, inquit, putat in Germania licitum esse in Monasteriis per famulos vendere vinum, & panem. Id enim *propriè* non esse habere tabernam, aut *negotiari, sed sua vendere transeuntibus.* Hoc fit non modò in Germania, sed etiam alicubi in Italia. Per illam particulam *propriè* eluduntur omnes canones, qui vetant negotiationem, & mercaturam Clericis, & in primis claustralibus. Plurimas alias opiniones faventes Clericorum negotiationi refert P. Lacroix, quas indicavi *tom.* 10. *lib.* 1. *diss.* 2. *c.* 11. Nunc eas pretereo, satisque sit monere lectorem, ut ab eis quæ minùs conveniunt Clerico, abstineat.

VIII. QUÆST. VII. *An venatio sit interdicta Clericis?* RESP. Affirmant absolutè omnes, & innumeri sunt canones eamdem prohibentes. Venationes vetitæ sunt clamorosæ, nempè cum canibus, avibus, & armis, puta sclopis peractæ. Quietæ autem venationes sine canibus, avibus, & sclopis, sed solis retibus, & laqueis licitæ clericis sunt, ut colligitur ex Tridentino. P. Lacroix *lib.* 4. *n.* 1374. inquit: „ *Prohibitiones illæ* „ *nunc ita mitigatæ* sunt, ut si *recreationis* causa „ fiant sine *magno clamore*, scandalo, vel con„ temptu, non facilè peccetur mortaliter. *Nav.* „ *Mol. Tur. Lug. Ms.* Addunt Suar. Sa, Castrop. „ etiam à veniali excusari, si venatio sit rara, „ & moderata, & ad reficiendas vires.“

IX. Fateor me gravi timore, & tremore concuti, cum ex una parte videam Pontifices summos, Episcopos, & sacras Synodos comminari excommunicationem Clericis non deferentibus vestem clericalem, prohibere mercaturam, venationem, &c. & cum ex altera parte videam citatos Casuistas tribunal erigere supra Pontifices, Episcopos, & Concilia, & clamare ad Clericos, prohibitiones istas, ita nunc *mitigatas esse*, ut violatores non peccent mortaliter. Subdit ibidem. *n.* 1376. P. Lacroix: „ Dicastillus n. 300. „ putat venationem *etiam* cum apparatu, & CLA„ MOSAM non prohiberi Clericis, nisi fiat fre„ quenter; & addit cum Cajet. Nav. Silv. Bann. „ Molin. Tur. Dian. . . licèt fiat frequenter, non „ audere se damnare mortalis, si ex recreatione „ fiat.“

X. Hæc & similia per universam Theologiam interpretamenta grassantur, & ipsæ divinæ leges similibus distinctiunculis accommodantur ad hominum mores. Quid juvat sacra Concilia, Episcopos, & Pontifices pro disciplinæ reformatione canones condere, si plurimi continuò doceant Clericos, & populum, *hodie ita mitigatos esse canones*, ut non obligent sub mortali, immò neque sub veniali, si recreationis gratia, quæ vetita sunt, fiant? Profectò omnes Clerici confitebuntur se recreationis gratia venari, ludere, negotiari, & alia plura quæ fileo. Cur miramur, si nunquàm reformari, sed contra in dies laxari disciplinam tum ecclesiasticam, tum monasticam videamus? An plures Casuistæ in causa sint, an vetandum istis sit ne audeant *mitigare* sacros canones, judicent sapientes.

XI. QUÆST. VIII. *Utrùm Clericis veniri fint ludi aleatum?* RESP. Non modò antiqui, sed etiam recentes canones Clericis vetant ludos aleæ,

aleæ, seu fortunæ & sortis. Concilium Lateranense IV. sub Innocentio III. *can.* 26. inquit: *Clerici ad aleas, & taxillos non ludant, nec hujusmodi ludis intersint.* Glossa plura adjicit, & citat Novellam CXXIII. cap. 10. ubi hæc habentur: *Interdicimus autem sanctissimis Episcopis, Presbyteris, & Diaconis, & Subdiaconis, Lectoribus, & omnibus aliis. . . . ad tabulas ludere, aut aliis ludentibus participes, aut inspectores fieri, aut ad quodlibet spectaculorum spectandi gratia venire.* Concilium Tridentinum *sess.* 22. *cap.* 1. *de Refor.* inter plura quæ de vita, & honestate Clericorum præscribit, hæc inculcat: *Statuit sancta Synodus ut quæ aliàs a summis Pontificibus, & á sacris Conciliis de Clericorum vita, honestate, cultu, doctrinaque retinenda, ac simul de luxu, comessationibus, chartis, ALEIS, LUSIBUS, ac quibuscumque criminibus, nec non sæcularibus negotiis fugiendis copiosè, ac salubriter sancita fuerunt, eadem in posterum iisdem pœnis, vel majoribus, arbitrio Ordinarii imponendis, observentur; nec appellatio executionem hanc, quæ ad morum correctionem pertinet, suspendat.*

XII. P. Lacroix *lib.* 4. *n.* 1370. refert *Salas, Mol. Rebel. Anac. Castrop.* interpretantes prohiberi consuetudinem ludendi, minimè verò una, aut altera vice. Imo addit *Sa, & Valentiam* ipsam consuetudinem ludendi, excusare à mortali, si non fiat ob lucrum, sed recreationis causa. Immò, inquit, *Salas* putat prohibitionem horum lusuum non extendi ad *Religiosos laicos, quia textus tantùm habet de Clericis.* Sed communis opinio tenet oppositum, concludit ille.

XIII. Clerici hæc legentes, & Probabilissimi lenocinio præventi, incipiunt citatorum Casuistarum auctoritate fulti ludere una, & altera vice. Ex repetitis vicibus fit consuetudo, & tunc patrocinantibus Sa, & Valentia dicunt se ludere recreationis causa, non ob lucrum. Hoc enim est quid *accessorium.* Tandem patrocinante *Salas* concludunt hanc consuetudinem non extendi ad *Religiosos laicos.* Quoniam, inquiunt, auctores citati sunt graves, probi, & classici. Sed tu lector missis ejusmodi commentis, in Conciliorum, & maximè Tridentini doctrinam animum seriò intendito, & á ludis aleatoriis omninò abstine. Noli incipere, nisi vis prosequi, & pravam contrahere consuetudinem. Vix aliquem excitatis Casuistis legi, qui ferventi zelo, & sedulo studio promoveat sacrorum canonum observantiam; sed eo dirigunt conatus suos, & studia in universa ferè Theologia ut leges, & canones mitigent, lineant, temperent, & humanæ fragilitati accommodent. Verùm ne hoc sit, tu ipse lector judex esto.

XIV. Clerici larvati incedentes peccant mortaliter. Diana *tom.* 7. *tr.* 5. *resol.* 6. inquit: *Puto non esse recedendum à communi sententia Doctorum, nempè in tali casu Clericos sæculares, & regulares peccatum mortale committere.*

§. UNICUS.

De Scientia ordinandorum.

I. SCripturæ sanctæ ignaros à Sacerdotio repellit Deus. *Quia tu scientiam repulisti, repellam te ne Sacerdotio fungaris.* Oseæ c. 4. Et Evangelista Matth. c. 23. clamat: *Væ vobis duces cæci.*

II. Omnes adfirmant in ordinandis scientiam requiri: sed pauci explicant qualis scientia necessaria sit. Scientiam quam Propheræ, & Evangelistæ inculcant, est scientia Scripturæ sanctæ. S. Paulus 2. *ad Tim.* 3. inquit: *Omnis Scriptura divinitùs inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in justitia, ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus.* Primum ergo necessarium est Scripturæ sanctæ studium, ut vera imago christiani spiritus formetur. Hac instructus divina scientia inoffenso pede legere poteris etiam auctores morales: quia tum discernere scies verum à falso. Non modò ipsæ divinæ Scripturæ, sed omnia Concilia, & Patres inculcant studium divinæ legis ab ipso Deo sacris scriptoribus dictatæ. Concilium Nicænum II. *can.* 2. inquit: *Nostræ Hierarchiæ substantia sunt eloquia divinitùs tradita, divinarum Scripturarum vera scientia.* Rursùs dis. 1. cap. *Cum ignorantia*, hæc habentur: *Sciant ergo Sacerdotes Scripturas sanctas, & canones.* Deus te redarguet ob Scripturarum neglectum; atque juxta legis suæ in Scriptura sancta descriptæ mandata judicabit. Lubet huc transcribere verba præclari Theologi Ludovici Habert de *sacr. Ord. p.* 2. *c.* 8.

III. "Apagè ergo modernos illos Theolo„gos morales qui in libris à se vulgatis doctrinam „ morum stabiliunt ratiunculis, & argumentis „ verisimilibus, ne dicam sophisticis, vixque „ sacrarum Scripturarum memineres, nisi ut „ earum sensum ad præconceptas opiniones de„flectant; eoque progrediuntur ut suspectos in „ fide pronuntient qui sicut fidei dogmata, ita „ morales conclusiones asserunt repetendas ex „ Scriptis sactis, canonibus Ecclesiæ, & sancto„rum Patrum scriptis. Operæ pretium foret ut „ viri hierarchici collectas apud se haberent pro„positiones ex hujusmodi libris magno numero „ excerptas, & censoriè notatas tum à summis „ Pontificibus, tum ab Episcopis per varia loca, „ ac præsertim Gallicanis an. 1655. & 1700. „ tum ab insignibus Academiis."

IV. Verum si in ordinandis Clericis, si in Parochis, si in Confessariis requiritur Scripturarum studium, quid de Episcopis dicendum erit? Isti, cum sint populi christiani duces, multo profundiùs aliis subalternis ministris callere Scripturas, canones, Patres debent, quo possint alios sana imbuere doctrina, atque dignos, aptosque Ecclesiæ profectui in sui adjutorium assumere, indignos verò, ineptosque à ministerio arcere atque repellere.

DISSERTATIO II.

De Simonia.

CAPUT I.

Simoniæ notio, ejus variæ species: & quæ pretii rationem habent in simoniæ contrahenda.

I. QUÆST. I. *Quid sit simonia?* RESP. Simonia à Simone Mago nuncupata, est *studiosa voluntas emendi, vel vendendi aliquid spirituale, vel spirituali annexum*, ut inquit S. Thomas 2. 2. q. 100. a. 1. Prima particula *studiosa voluntas* prodit deliberatam voluntatis actionem. Altera *emendi, vel vendendi* præfert omnem contractum onerosum, & non gratuitum, quo res spiritualis aliquo temporali pretio, seu aliqua re pretio æstimabili emitur, venditur, locatur, permutatur, transigitur &c. Ultimæ particulæ significant aliquid à Deo auctore supernaturali proficiscens, aut ad Deum salutis auctorem directum.

II. Hoc spirituale triplex. 1. Aliud in se, ut gratia, jurisdictio ecclesiastica, virtutes infusæ, dona Spiritus sancti, gratiæ gratis datæ, operatio miraculorum, interpretatio sermonum &c. 2. Aliud est spirituale efficiens, ut sacramenta. 3. Est spirituale productum á causa spirituali, ut dispensationes in votis, juramentis, absolutio á censuris, mortuos sepelire, cantare in choro &c. *Spirituali annexum* dupliciter evenit: aut quia antecedenter conjungitur cum spirituali, ut sunt beneficia ecclesiastica, quæ supponunt ordinem clericalem, aut quia rem spiritualem comitatur, vel consequitur, vel ad rem spiritualem ordinatur, ut sunt vestes sacræ, vasa sacra, templa, reliquiæ Sanctorum, juspatronatus præsentandi ad beneficia.

III. QUÆST. II. *Quotuplex sit simonia?* RESP. Duplex. Alia juris naturalis & divini, quæ natura sua mala est, quæque committitur, dum quæ spiritualia sunt, aut spiritualibus annexa, ut gratiæ, sacramenta, jurisdictio ecclesiastica, dona, virtutes, &c. venduntur, vel emuntur. Altera est ecclesiastici juris, quæ mala est, quia prohibita: & hæc sita est in permutatione, & resignatione beneficiorum &c.

IV. Dividitur alterius simonia in *mentalem, conventionalem, realem*, & *confidentialem*. Illa *mentalis* dicitur quæ intra mentem sistit, quæ dupliciter contingere potest: 1. quando quis interno proposito deliberat simoniam committere; 2. quando exterius id indicet. *Conventionalis* ex mentali oritur; estque expressa, vel tacita conventio dandi temporale pro spirituali, aut contra: sed ex neutra parte executioni mandatur, aut tantum ex una. *Realis* utramque consequitur, & executioni demandatur, aut in partem, aut in totum, quod animo conceptum, & exterius conventum erat. *Confidentialis* est cum quis beneficium procurat eligendo, præsentando, resignando, aut alia via, cum confidentia, seu pacto expresso vel tacito, ut his cui procuratur, resignet vel procuranti, vel alteri, aut ut pensionem, vel fructus ex eo reddat.

V. QUÆST. III. *Utrum filius simoniacus veram simoniam committat?* RESP. Fictus simoniacus est qui pretium promittit pro beneficio, animo se non obligandi, neque tradendi illud. Hunc gravissimè peccare affirmant omnes. Sed negant plures hunc esse simoniacum. Oppositæ sententiæ mihi vera est. Exterior promissio dandi pretium collidit interiorem intentionem. Prior opinio viam latissimam aperit obtinendi, & retinendi beneficia his fictis simoniis. Cæterùm casus rarus est, quia venditores rerum spiritualium non solent esse minùs versuti, & veteratores, quàm emptores: & nisi securi, & tuti sint de pretio, non vendunt.

VI. QUÆST. IV. *Quæ habent rationem pretii in simonia?* RESP. Munus ab obsequio, à manu, á lingua. Munus *ab obsequio* est subjectio oblata, ut est inservire collatori rei spiritualis, assistere, cum comitari, docere, instruere &c. Munus *à manu* est pecunia, & quidquid nomine pecuniæ venit, sivè tradita, sivè promissa. Munus *à lingua* est favor, laus, elogia, preces, supplicationes, adulationes, & alia hujusmodi. Regula generalis, & præcisa designari nequit quandodam in munere ab obsequio, & à lingua simoniæ patretur. Pecuniæ traditio, vel promissio ferè nunquàm munus gratuitum est. Si Episcopus beneficium conferat ministris ob servitia præstita, vel præstanda absque salario, communiter simoniam committit, etiamsi nullum interveniat pactum: quoniam factum loquitur, & locum picti obtinet.

VII. Communiter munera á lingua, & ab obsequio, si sint gratuita, non inferunt collationem beneficii esse simoniacam. At rarò gratuita sunt, & ingenui animi sincera testimonia. Aliqui distinguunt *principaliter*, & *minus principaliter* offerre. Distinctio absolutè vera est. At in praxi distinguere hujus distinctionis, *primariò*, & *secundariò*, confinia difficillimum est, & versutus animus se transformat, larvamque induit. Quare tam candidati, quàm collatores ab ejusmodi muneribus abstinere debent. Qui digni sunt, his præstigiis non indigent.

VIII. Mutuum sub obligatione impositum simoniam continet, cum talis obligatio sit pretio æstimabilis. Si mutuum tradatur ex pacto, vel conventione assequendæ rei spiritualis, similiter simonia est.

IX. Qui titulo consanguinitatis, vel affinitatis conferunt beneficia, præferuntque consanguineum, vel affinem digniori, peccant gravissimè contra justitiam, ut docet S. Thomas 2. 2. q. 100. a. 5. ad 2. eique subscribunt omnes Theologi. Simoniam perpetrat Episcopus, si conveniat de pensione sibi, aut alteri solvenda, aut conferat beneficium, si aliàs pensionem non fuisset impositurus. Simoniæ quoquè rei sunt candidati qui in Romana Curia pensionem solvendam, aut aliquid aliud pretio æstimabile spondent aulicis, aut aliis quibuslibet, ut auxilium favoremvè præbeant ad beneficium assequendum. Qui imponunt onus beneficio nullo modo annexum, simoniam committunt. Quarè simonia est renuntiare, vel commutare beneficia quibuscumque pactionibus, conditionibus, modisque adjectis in favorem alterius. Simoniæ rei sunt qui permutant, aut renuntiant beneficia cum pensione ex licentia Papæ, sed adjecta conditione ut renuntiatarius solvat bullas pensionis. Similiter simoniam perpetrant qui conferunt beneficium curatum cum onere ut beneficium quod habet, libere resignet, quia apponerent conditionem in collatione beneficii quæ de jure non est.

CAPUT II.

Quomodò simonia committatur dum res temporalis traditur aut tanquàm pretium, vel tanquàm motivum, vel ut gratuita compensatio.

I. INvecto novo opinandi modo, peccata pluria malitiam exuerunt; cum millena de mundo, inquit Caramuel, sustulerit unus Diana. Olim viti sancti invehebantur acriter in simoniam larva posita. In præsens tot est phalerata, & compta fucis, & lenociniis, ut vix reperiatur in mundo. Casuistæ plures in pecunia, seu in temporali distinguunt rationes *pretii, motivi principalis, secundarii, proximi, remoti, directe intenti, compensationis, gratuitæ retributionis*. Hoc distinctiuncularum involucro abscondita simonia, veluti fossa, & vallo munita, retundit omnium sacrorum canonum ictus, & triumphabunda discurrit.

II. Concilium Toletanum *can.* 1. hæc statuit: *Si quis Episcoporum accepta QUOCUMQUE MODO pecunia ordinaverit Episcopum, Abbatem* &c. *ipse gradus sui subjaceat periculo.*

III. Concilium Tridentinum, missis innumeris aliis canonibus, *sess.* 24. *c.* 18. *de Reformat.* inter plura hæc decernit. *Caveantque ne quidquam prorsus occasione hujus examinis NEC ANTE, NEC POST ACCIPIANT. Aliquin simoniæ vitium tam ipsi, quàm alii dantes incurrant. A qua absolvi nequeant nisi DIMISSIS BENEFICIIS, quæ quomodocumque etiam antea obtinebant, & ad alia imposterum inhabiles reddantur.*

IV. Nihil sivè ante, sivè post tradi examinatoribus, & collatoribus beneficiorum potest. Ergo vana sunt commenta quæ docent, aliquid tribui licitè posse sivè ante, sivè post, quocunque fuco obtectum. Neque Scripturæ sanctæ, neque Patres, neque Concilia distinguunt in re temporali tradenda rationes *pretii, motivi proximi, remoti, principalis, accessorii &c.* sed absolutè, rechnis rejectis, clamant: *Gratis accepistis, gratis date.*

V. P. Gregorius Valentia inter primos citari solet qui mandata contra simoniam laxaverit. Et reipsa *tom.* 3. *disp.* 6. *q.* 16. *punct.* 3. hæc docet: "Potest quis conferre spirituale propter „ temporale principaliter tamquàm propter finem; ita ut temporale apud eum non sit finis „ ipsius rei spiritualis, quasi temporale pluris ab „ eo quam spirituale æstimetur, sed tantummodò voluntatis, *sivè applicationis animi ad actum „ conferendi spirituale: & hoc non est simonia.*" Quod ibidem fusiùs confirmat.

VI Venustior ne, & acutior excogitari distinctiuncula potest? Collator beneficii accipere potest principaliter temporale; sed hoc temporale non est finis rei spiritualis, sed tantummodò voluntatis, *sivè applicationis animi ad actum conferendi spirituale.* Temporale ergo datur non propter rem spiritualem, sed ut collator applicet voluntatem ad conferendam rem spiritualem. An hæretici, & impii legentes hæc festiva interpretamenta scandalum accepturi sint, cæteri judicent. Doctrinam Valentiæ secutus est Tannerus, aliique plures, inter quos ipse P. Viva.

VII. Romana Sedes inaudiens simoniæ scelus quorumdam opinationibus foveri, & in dies grassari, tres sequentes theses damnavit. Alexander VII. hanc num. 22. proscripsit: *Non est contra justitiam beneficia ecclesiastica non conferre gratis: quia collator conferens illa beneficia ecclesiastica, pecunia intervenience, non exigit illam pro collatione beneficii, sed veluti pro emolumento temporali, quod tibi conferre non tenebatur.* Ven. Innocentius XI. duas sequentes 45. & 46. diris devovit: *Dare temporale pro spirituali non est simonia, quandò temporale non datur tanquàm pretium, sed duntaxat tamquàm motivum conferendi, vel efficiendi spirituale, vel etiam quandò temporale sit solùm gratuita compensatio pro spirituali, aut è contra. 46. Et hoc quoque locum habet, etiamsi temporale sit principale motivum dandi spirituale; immò etiam si sit finis ipsius rei spiritualis, sic ut illud pluris æstimetur quam res spiritualis.*

VIII. QUÆST. I. *Qui dat pecuniam tanquàm motivum non immediatè obtinendi rem spiritualem, sed tamquam motivum medium honestum, ex quo expectatur res spiritualis, committit ne simoniam?* RESP. Negant aliqui. Sed hæc opinio falsa mihi est, doctrinæ Scripturarum, Conciliorum, & S. Thomæ prorsus contraria. Candidatus ad Ordines, aut parochiale beneficium accipiendum offert pecuniam examinatoribus, Episcopo, collatori &c. Quodnam est motivum illud medium vetum, & honestum, à quo expectatur beneficium aut sacramentum Ordinis? Silent. Ne multa, candidatus non traderet, vel promitteret rem temporalem, nisi speraret beneficii, aut sacrorum Ordinum assecutionem. Ergo simoniam committit.

IX. Eamdem opinionem defendunt Salmanticenses *tract.* 16. *cap.* 1. *p.* 4. *n.* 55. ubi docent, ad rationem simoniæ requiri voluntatem dandi pecuniam "*ut pretium, seu commensurandi illam „ cum re spirituali, tantique æstimandi, quod fit „ per contractum onerosum.* Hac tamen secluso „ prava voluntate, etiamsi temporale detur animo consequendi spirituale, non ut pretium „ onerosum, sed gratis, vel ex gratitudine, aut „ benevolentia, etiam cum aliqua antidoralis „ obligationis impositione, nulla simonia com„ mittitur, sivè munus ante collationem rei spi-

lùm repetere juvat scientiam scripturæ sanctæ, & præsertim Testamenti novi apprimè necessariam esse. Ex hoc salubertimo fonte aurire primùm debent christianæ professionis regulas directores animarum. Heinc discere in primis quis sit spiritus christianæ vitæ, quæ forma morum, quæ vitæ sanctitas, debent. Deindè Tridentinum, ejusque Catechismum, & alios graviores Theologos legant. Episcopi super Scriptura sancta primùm, deindè super Tridentino examinare illos serio debent. Verùm tum de moribus, tum de morum probitate promovendorum ad regimen animarum pluta alibi jam dicta sunt. Sed nihil valent scripta nostra, nisi Episcopi docti sint, & probi, qui seipsis dijudicare valeant, aut nisi saltem prædicti sint mente seria, & prudenti judicio, quo discernere verum à falso, adulatores à probis viris queant. Pluris ego facio Episcopum prudentem, maturum, & probum, qui Christianismi spiritum simplicissimo pennicillo in Evangelio delineatum calleat, quam plurimos laureatos in utroque jure, & variis opiniunculis, & sophisticis disputationibus præventos, & plenos.

III. QUÆST. III. *An licitum sit desiderare regimen animarum?* RESP. S. Thomas *quodlib.* 2. *art.* 2. hæc scribit: *Qui appetit prælationem, aut est superbus, aut injustus. Injustitia enim est quod aliquis velit sibi plus de honore accipere, aut de potestate, aut de aliis bonis, nisi sit majoribus dignus . . . . Quod autem aliquis æstimet se esse magis dignum prælationis præ omnibus illis super quos prælationem accipit, superbiæ, & præsumptionis est. Undè patet, quod quicumque prælationem appetit, aut est injustus, aut superbus. Et ideò nullus sine appetitu debet ad prælationem pervenire, sed solùm Dei judicio, secundùm illud Apostoli ad Hebr.* 5. *Nemo sibi assumit honorem, sed qui vocatur à Deo tamquam Aaron.* Vide quæ habet 2. 2. *q.* 100. *art.* 3. *ad* 5. item in 4. *dist.* 25. *q.* 3. *art.* 3. *ad* 4.

IV. QUÆST. IV. *Licitumne est petere vacantem Ecclesiam?* RESP. S. Raymundus in *Sum. lib.* 1. *tit.* 1. §. 7. hæc scribit. *Ego distinguo, salvo melliori judicio, quod non potest pro se petere Ecclesiam, vel dignitatem, vel aliud beneficium habens curam animarum annexam. Et in hoc sentio cum Hugone. Beneficium verò simplex, si indiget, & sentit se dignum, potest petere absque motu peccati, & simoniæ.*

V. S. Antoninus *part.* 2. *tit.* 1. *cap.* 3. §. 4. hæc habet. *Si porrigat preces pro se, pro obtinenda dignitate, vel beneficio, seu Ecclesia habente curam animarum; tales preces inducunt simoniam secundum Hugonem, Raymundum, & Thomam . . . . etiam quantumcumque esset dignus: quia eo ipso, quod se ingerit, præsumptuosus, & ambitiosus videtur, & per consequens indignus. Et ratio est secundum Thomam in quodlibetis, quia nullus exercere potest curam animarum extra gratiam, seu cum peccato mortali digne: quia faciendo ea quæ pertinent ad curam, peccabit mortaliter. Sed nemo scire potest, si est extra peccatum mortale: & sic est præsumptuosus, & simoniacus. Undè, & nullus debet sibi adsumere honorem, sed qui vocatur à Deo, tamquam Aaron.*

VI. Licitus tamen est concursus ad examen juxta regulam præscriptam à Tridentino, si prævio prudentum consilio te sistas examini, ut Ecclesiæ vocanti pareas, & judicio tui Pastoris humili obsequio te subjicias. Cæterùm si beneficii appetitio latitet, & ambitio tecta serpat, vitio infici ipse concursus potest. Quarè antequam huic certamini te exponas, semper præmittendum est consilium viri revera probi, & docti. Intentio tua sincera sit laborandi in vinea Domini, & Deo cultum præstandi. Interroga conscientiam tuam, expende serio cursum vitæ tuę, tuam fortitudinem, tuum zelum, & operà tua. Et nisi sponte te decipere velis, conscientia tua judex rectum pronuntiabit judicium. Si vocationis signa appareant, confidito non in viribus tuis, sed in Dei auxilio. Extrema cavenda sunt etiam in hoc gravissimo negotio. Superiori præcipienti ne resistito: sponte te ne ingerito.

VII. Opportunum est ut promovendi ad beneficia sint de gremio Ecclesiæ illius loci in quo est beneficium. In pluribus regnis leges obtinent, quæ id præscribunt. Quæ leges, utpotè justæ, servandæ sunt, & æmulandæ, nisi peculiaris circumstantia obsit. Quando fundatores determinant beneficia conferenda esse consanguineis, propinquiori conferri debent, in hypothesi quod sit dignus. Spurii, & illegitimi excluși sunt. Gradus propinquitatis à Jure Civili desumi debet. Expositi, seu ob parentum inopiam projecti, communiter habentur pro legitimis. Majori excommunicatione, suspensione, interdicto, aut irregularitate ligati inhabiles sunt ad beneficia. Similiter neophyti, seu recenter ad fidem conversi inhabiles reputantur.

VIII. QUÆST. V. *Quot modis acquiri beneficia possunt?* RESP. Tribus modis. 1. Patroni præsentatione, & institutione consequente: 2. electione, & confirmatione: 3. collatione libera. Jus patronatus enim præbet jus nominandi, seu præsentandi aliquem ad instituendum in beneficium Ecclesiasticum vacans. Tribus modis acquiritur, sive laicale, sive Ecclesiasticum. 1. Fundatione, quandò quis fundum concedit ad Ecclesiam ædificandam: 2. constructione, quandò quis propriis sumptibus Ecclesiam ædificat: 3. dotatione, quandò quis Ecclesię, & ejus ministris sufficientes reditus tribuit. Ut verò quis jurispatronatus titulum possideat, certa præbere documenta debet, ut Tridentinum *sess.* 25. *c.* 9. determinavit.

IX. Patronis Ecclesiasticis conceduntur sex menses, intra quos præsentare candidatos debent, & sæcularibus quatuor. Mixtis ex sæcularibus, & Ecclesiasticis sex. Hoc semestre, vel quadrimestre computatur à die notitię certæ habitæ vacationis. Si lis exoriatur inter patronos, & Episcopum, dies non currunt, ut communiter auctores docent. Nemo præsentare se ipsum potest. Præsentandi habere conditiones debent, quæ Clericum aptum reddant ad Beneficium.

X. Institutio est concessio Ecclesiæ, seu beneficii auctoritate Episcopi, vel Ordinarii facta, non cuivis Clerico, sed unicè ei qui à patrono est nominatus, seu præsentatus. Clericus præsentatus intra terminum juris exhibere præsentationis documentum personaliter tenetur, ut Tridentinum *sess.* 24. *c.* 18. de reform. determinat. Quandò à pluribus patronis plures Clerici nominantur, præferri dignior debet.

XI. Electio est alicujus hominis ad Ecclesiam suo vacantem pastore, canonicè facta vocatio, Superioris auctoritate confirmanda. Si electio non requirat confirmationem, collatio dicitur, non electio. Beneficia electiva sunt Patriarchatus, Primatus, Archiepiscopatus, Episcopatus, Archimandritæ, Cœnobiarchæ, Prioratus, &c. Olim ad Clerum, & populum electio pastorum attinebat. Diversa nunc disciplina obtinet.

CAPUT V.

De dignioribus ad beneficia Ecclesiastica eligendis.

I. QUÆST. I. *An dignior, omisso digno, ad beneficia Ecclesiastica eligi debeat?* RESP. Dignior ille dicitur qui utiliori ministerio est. Hæc dignitas non ex sola scientia, neque ex sola probitate; sed omnibus dotibus serio perpensis colligenda est: judiciumque formandum est quinam eligendorum utilior sit evangelico gregi regendo. Concilium Tridentinum *sess.* 24. *cap.* 1. de Reform. docet, electores *alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, nisi quos digniores, & Ecclesiæ magis utiles ipsi judicaverint, non quidem precibus, vel humano affectu, aut ambientium suggestionibus, sed eorum exigentibus meritis, præfici diligenter curaverint.*

II. P. Thomas Tamburinus *lib.* 8. *cap.* 4. §. 4. *num.* 5. hæc scribit. „ Affero secundò, omnia „ beneficia, sive majora, ut Cardinalatus, & „ Episcopatus, sive minora, ut Canonicatus, & „ Capellania, sive Curam animarum habentia, „ ut Abbatia, & Parochia, sive non habentia, „ ut prædictus Canonicatus, & Capellania, & „ cætera beneficia, quæ simplicia nominantur, „ abstrahendo ab his quæ dantur in concursu (de „ quibus mox num. 14.) affero, inquam, satis „ esse ad evitandum mortale, si conferantur dignis, & idoneis, estò prætermittantur digniores, „ vel dignissimi. "

III. P. Filliucius *tract.* 41. *in Append. cap.* 4. *num.* 181. „ Dico quintò, sententiam quæ cen„ set, satis esse dignos eligere ad beneficia, quæ „ non dantur in concursu, esse probabilem ex „ Tridentino *sess.* 7. *c.* 13. de Reform. dicente: *Con„ferantur dignis*: & universali æstimatione in „ creatione Beneficiariorum, & Cardinalium, Episcoporum, Abbatum, &c. qui si inter dignos „ habeantur, laudatur electo, & electio. Non „ laudaretur autem communiter, si mala esset, „ & peccatum mortale. "

IV. Hæc rescripsi, ut exploratum, magisque compertum omnibus sit, quo genius quorundam Casuistarum tendat. Si luculentissima Tridentini verba non dubitant eludere, quid acturi sint, dum canones, & leges non sunt adeò perspicuæ, judicent sapientes. P. Tamburinus *ibidem num.* 8. hæc addit. „ Cum immediatè an„ tè Concilium videatur esse contentum de dig„ nis, vel primò videtur per hoc *digniores* non „ aliud significare velle nisi dignitatem eligen„ dorum, sumpto comparativo, pro positivo, „ vel secundò locutione minùs propria, ponit „ *digniores*, ut excludat indignos . . . vel tandem „ tertiò loquitur quandò sit concursus. "

V. Ven. Innocentius XI. hanc Tamburini opinionem damnavit in propos. 47. quæ ejusmodi est: *Cum dixit Concilium Tridentinum, eos alienis peccatis communicantes mortaliter peccare, qui nisi quos digniores, & Ecclesię magis utiles ipsi judicaverint, ad Ecclesiam promoverint; Concilium, vel primò videtur per hoc* digniores *non aliud significare velle nisi dignitatem eligendorum; sumpto comparativo pro positivo; vel secundò locutione minùs propria ponit* digniores, *ut excludat indignos; vel tandem loquitur tertiò, quando sit concursus.*

VI. Excusandus P. Tamburinus, quia scripsit ante damnationem thesium. Sed P. Viva in hanc thesim *num.* 1. advertit, Tamburinum vocare oppositam opinionem probabiliorem. Quid indè? Hoc unum deerat, quod doctrina in Tridentino evidenter traditam, nec tamquam probabiliorem recognosceret. Sed quid refert doctrinam Tridentini vocare probabiliorem, cum Probabilistis satis sit oppositam esse probabilem? Immò his vocibus *probabilit.*, & *probabiliorit* omnia, vel evidentissima testimonia eluduntur.

VII. Planum ergo est electores ad omnia beneficia, sive simplicia, sive curata debere eligere digniores. Utique gravius, & sceleștius peccant electores eligentes dignos, prætermissis dignioribus, ad beneficia curata, quàm si eos eligerent ad beneficia simplicia. Ad hoc non tollit quin graviter peccent, si ordinem præscriptum à Tridentino violent in beneficiorum simplicium distributione. Quoniam, & in hoc grave detrimentum Ecclesiæ inferunt, & justitia distributiva violatur.

VIII. Disputant hic Auctores, num quando excessus dignitatis sit levis, peccent graviter electores, si præferant dignum alteri, qui leviter dignior sit? Alii negant, alii affirmant. Sed, missis speculationibus, electores in gravissimo negotio, in quo de publico Ecclesiæ bono agitur, illum semper præferre tenentur quem spectatis omnibus digniorem agnoscunt. Indigno in nullo casu dandum suffragium est; immò, ut electores evitent electionem indigni, cum nequeant eligere digniorem, possunt dare suffragium digno. Resignans beneficium in favorem alicujus tenetur dignitorem quærere. Examinatores debent proponere Episcopo quem agnoscunt digniorem. Injusti electores ad beneficia tenentur compensare damna saltem Ecclesiæ, vel communitati. Quod attinet ad eum, qui injustè pre-

ter-

XXIX. QUÆST. VIII. *Quomodò resignari beneficium absque simonia possit?* RESP. 1. Resignare quisque in manibus Episcopi sui potest beneficium, nulla adjecta conditione: 2. in favorem talis personæ: 3. in favorem talis personæ, servata sibi pensione: 4. absque designatione personæ, & cum reservatione pensionis. Resignatio primo modo facta vera est, & tuta esse potest. Pro resignatione aliis modis facta requiritur auctoritas summi Pontificis qui in bonum, & commodum Ecclesiæ dispensare valet.

XXX. Salmanticenses *num.* 55. resignationem fieri posse contendunt in manibus Episcopi in favorem Petri, dummodo hæc conditio in toto rigore non fiat à resignante, ita ut suspendat resignationem, sed tantum declaret Prælato modum conceptum à resignante, & servandum in provisione beneficii post absolutam renuntiationem factam. Hę sunt blandę cogitationes, quas prudens Episcopus solus resolvere potest, nullam omnino admittendo conditionem, sive rigorosam, sive blandam. Hoc enim pacto explorabit sinceritatem resignantis.

XXXI. Simoniacæ sunt renuntiationes reciprocæ, quibus tu renuntias in favorem Petri, ut is vicissim tibi renuntiet. Similiter simoniacæ sunt renuntiationes quas vocant *triangulares*, ut dum tu renuntias Petro, ut Petrus renuntiet Paulo, & tandem Paulus tibi suum renuntiet beneficium.

XXXII. QUÆST. IX. *An renuntiatio confidentialis beneficiorum sit simoniaca?* RESP. Resignatio confidentialis beneficii illa dicitur, quæ fit in manibus legitimi Superioris cum fiducia, quod ille in cujus favorem renuntiatur beneficium, sibi, vel alteri resignabit idem beneficium, vel pensionem, aut quid aliud solvet. Resignatio fiduciaria cum pacto expresso, aut tacito, dubio procul simoniaca est, Jure Divino, Naturali, & Humano vetita, ut omnes fatentur. Resignatio fiduciaria absque ullo pacto, sed cum spe, quod resignatarius titulo gratitudinis opportuno tempore idem beneficium, vel sibi, vel amico, consanguineo, vel cui voluerit resignabit, aut partem fructuum solvet, quamvis absolutè, & speculativè possit absque simonia esse, in praxi tamen ferè semper simoniaca reputanda est.

XXXIII. Simoniæ rei sunt Canonici, qui principaliter choro absistunt propter distributiones ut docet S. Thomas *quodlib.* 8. *art.* 2. inquiens: *Clericus, qui vadit ad Ecclesiam principaliter propter distributiones quas recipit, tamquam finem operis, committit simoniam.* Facilè asserit quisque se non principaliter sed secundariò pergere ad chorum propter distributiones. Sed seriò conscientiam suam expendant, num revera chorum adeant propter divinum cultum. Unde colligere hoc queunt? Ex pluribus signis, ex devotionis fervore, modestia, attentione, qua celebrant divinas Laudes: ex omissione frequentandi chorum, quando nullæ, aut parvæ sunt distributiones.

CAPUT III.

De pœnis contra simoniacos, & de restitutione eorum, quæ per simoniam acquisita sunt.

I. QUÆST. I. *Subjacent ne pœnis contra simoniam conventionalem latis, quandò simonia non est completa ex utraque parte?* RESP. Resignavit Petrus sub promissione centum aureorum Paulo beneficium: is promissam pecuniam non solvit. Isti incurrunt ne pœnas contra simoniacos? Negant Sanchez, Lessius, Valentia, & alii: quia usque dum non solvitur pecunia, non est simonia realis completa. Aliundè simonia mentalis non subjacet pœnis, ut omnes fatentur. Hæc opinio falsa est. Ad incurrendas pœnas contra simoniacos latas sat est rem spiritualem tradi cum promissione solvendæ pecuniæ. Tum enim simonia realis est, non mentalis. Pœnas incurrunt simoniaci, sive simonia sit contra Jus Divinum, sive contra Jus Ecclesiasticum. Quoniam lex non distinguit simoniacos Juris Divini, aut Ecclesiastici. Qui rei sunt simoniæ contractę ob ingressum in Religionem, incurrunt excommunicationem ipso facto reservatam Papæ. Contendunt plures hanc pœnam non incurrere illos, qui rei sunt simoniæ contractæ in habitus receptione, sed tantum in professione. Sed hæc distinctio arbitraria est, nulloque modo eruitur ex lege. *Cap.* 1. *Extrav. de Simonia.*

II. QUÆST. II. *Quæ pœnæ impositæ sunt sacros ordines simoniacè recipientibus?* RESP. Qui per simoniam aliquem ordinat, aut ut ordinetur mediator est, anathemate innodatur, & ab ordinum quorumque collatione, & omnium pontificalium executione suspensus remanet, & ab Ecclesiæ ingressu, & omnium fructuum perceptione interdicitur, si suspensionem violaverit in pontificali munere. Ordinati verò sunt excommunicationi reservatæ Pontifici obnoxii; & ab omnium ordinum executione suspensi. Qui facti inscius, alterius ope ordinatus simoniacè est, ab executione ordinis suspensus remanet.

III. Qui sub titulo patrimonii ficti ordinantur, non possunt ad superiores ordines promoveri, nec susceptum ordinem exercere valent, ut Tridentinum *sess.* 21. *can.* 1. de Ref. statuit. Qui conferunt, aut procurant simoniacè alteri beneficium, vel officium Ecclesiasticum per electionem, postulationem, confirmationem, nominationem, sive publicè, sive secretò, ipso facto excommunicationem incurrunt summo Pontifici reservatam: & huic pœnæ obnoxius quoque est beneficium recipiens, ut habetur in Extrav. *Cum detestabile* de simonia. Præterea irritantur omnes collationes, & provisiones ejusmodi factæ. Quarè simoniaci non faciunt fructus suos, sed ante judicis sententiam restituere eos debent, & beneficium receptum dimittere, etiamsi simonia inscio beneficiato à parentibus, amicisvè commissa sit, ut S. Thomas 2. 2. *q.* 100. *art.* 6. *ad* 3. docet.

QUÆST.

IV. QUÆST. III. *An simonia in beneficiorum collatione privet beneficiis ante ritè obtentis?* RESP. Negant communiter auctores ante judicis sententiam simoniacum privari beneficiis quæ jure possidebat ante beneficium per simoniam acquisitum: quia, inquiunt, in nulla lege id expressum habetur. Excipitur tamen simonia fiduciaria, quæ vi constitutionis S. Pii V. non modò beneficii tali simonia comparati, verum etiam omnium antecedentium privationem inducit; quemadmodùm simonia perpetrata cum examinatoribus, quæ ex Tridentino privat omnibus beneficiis antea ritè obtentis, nedum beneficio simoniacè acquisito. Tandem, qui beneficia per simoniam assequuntur, inhabiles remanent: ipso facto ad alia beneficia obtinenda ante judicis sententiam, ut expressè S. Pius V. in sua constitutione *Cum primum* declaravit. Quod Salmanticenses ex Lessio, Sanchez, Castropalao ajunt, præfatam constitutionem non esse usu receptam, merum commentum est. Utiquè non est usu recepta à pluribus, quia reapte simoniam committunt. Sed hæc ratione neque Evangelium est à pluribus usu receptum, quia violatur. Usus contrarius non efficit ut justæ leges sufficienter promulgatæ non obligent.

V. QUÆST. IV. *An acquisita per simoniam restitui debeant?* RESP. Resolutio affirmativa patet ex dictis, nempè omnia beneficia simoniacè obtenta, & eorundem fructus restituenda esse. Salmanticenses *tract.* 19. *cap.* 4. *part.* 3. *num* 22. inquiunt: „ Emens beneficium non facit injustitium, sed patitur. Debebat enim gratis accipere, quod dato pretio accepit: & tantùm „ peccat contra Religionem, cujus transgressio „ non obligat ad restitutionem. Nec etiam be„ neficium conferens peccat contra justitiam, „ aut ex Jure Divino invalidam facit collatio„ nem. " Hęc doctrina damnata est ab Alexand. VII. n. 22. *Non est contra justitiam beneficia Ecclesiastica non conferre gratis*, &c. Ex proscripta doctrina plura inferunt citati auctores absurda consectaria, quę caveri debent.

DISSERTATIO III.

De Beneficiis.

CAPUT I.

Beneficii Ecclesiastici notio, & varia beneficiorum genera.

I. QUÆST. I. *Quid sit beneficium Ecclesiasticum?* RESP. Jus perpetuum percipiendi fructus ex bonis Ecclesiæ propter aliquod officium spirituale, auctoritate Ecclesiæ constitutum. Dicitur *jus*, quia beneficiario ex justitia debentur fructus, tamquàm laboris merces. *Perpetuum*, quia morte beneficiarii non extinguitur beneficium, sed vacat. *Ex bonis Ecclesiæ*, significatur quod bona, undè proveniunt fructus, sint Ecclesiæ, quia initio fideles bona sua tradebant Ecclesiæ in sustentationem ministrorum. *Propter aliquod officium spirituale*, nempè administrandi sacramenta, celebrandi sacrum, canendi in choro, concionandi, &c. *Auctoritate*, &c. declarat beneficium debere esse Episcopi, aut summi Pontificis auctoritate constitutum. Hinc sex conditiones ad beneficium auctores requirunt. 1. quod sit Episcopi auctoritate fundatum: 2. quod rei spirituali sit annexum: 3. quod conferri clerico debeat: 4. quod sola persona ecclesiastica conferre illud valeat: 5. quod sit perpetuum: 6. quod collator nequeat illud sibi conferre.

II. QUÆST. II. *Quotuplex sit beneficium?* RESP. Plura sunt beneficiorum genera. *Majora* sunt Papatus, Episcopatus, Abbatiæ; *minora* sunt plura alia. Præterea aliud est beneficium *regulare*, aliud *seculare*. Illud solis Religionis professis, Abbatia, Prioratus, & aliquæ Patriciæ; istud solis clericis votis Monasticis solutis conferri debet.

III. Dividitur præterea beneficium in *duplex* & *simplex*. Illud habet jurisdictionem in Clerum, populumque, & administrationem rerum Ecclesiasticarum. Ejusmodi sunt Papatus, Archiepiscopatus, Abbatia secularis, Plebanatus, & omnia beneficia curata, seu quibus animarum regimen annexum est, & jurisdictio. Istud nullam habet jurisdictionem, administrationem, vel præeminentiam, sed solùm eidem annexum est debitum fundendi preces, inserviendi altari, & alia ministeria Ecclesiastica exercendi, ut sunt Canonicatus, Capellaniæ, &c. Præstimonia, quæ sunt beneficia instituta ex proventibus Ecclesiæ, conferenda juvenibus studiorum causâ, conjunctum habent onus solvendi debitas preces.

IV. Rursus beneficium aliud est *electivum*, aliud *collativum*, aliud *mixtum*. *Electivum* a pluribus confertur per electionem confirmandam à Superiore. *Collativum* à Superiore confertur. *Mixtum* patrono designante Episcopus instituit, & confert.

V. Patrimonium, cujus titulo Clerici Sacros Ordines suscipiunt, beneficii rationem non habet. Dignitates, & alia officia, licet jurisdictio illidem annexa sit, propriè beneficia non sunt, ut Generalatus, Provincialatus, Prioratus, Guardianatus, &c. quia jure perpetuo percipiendi fructus carent, & idem dicendum de Vicario Generali Episcopi. Vicarii tamen perpetui Parochorum sunt beneficiarii, secus temporales.

VI. Capellaniæ, quæ laici auctoritate sunt institutæ, beneficii ratione carent. Quæ verò Episcopi consensu erectæ, & institutæ sunt, propriè beneficii rationem obtinent. Si quis, prævia Episcopi facultate, instituat Capellaniam, decernatque ut quoties vacaverit, eligatur Capellanus, qui tot in hebdomadam Missas celebret, non potest eligi qui non sit Sacerdos, aut saltem intra annum promovendus ad Sacerdotium. Quarè falsa mihi est opinio illorum, qui docent, eligi posse quemlibet habentem 14. annos.

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

nos. Non minùs falsa mihi est altera opinio plurium qui negant eligendum necessariò Sacerdotem, si Capellaniæ fundator dicat: *Presentetur, eligatur Sacerdos.* Sensus ipse communis dictat eligendum Sacerdotem esse.

CAPUT II.

De pensionibus, & coadjutoriis.

I. QUÆST. I. *Quid sit pensio, & quis imponere eam jure queat?* RESP. Est jus percipiendi fructus aliquos ex beneficio alicui concessum, sive ad vitam, sive ad tempus. Alia est laicalis, alia Clericalis in titulo spirituali fundata, & ad finem spiritualem ordinata, quæque Ordinem in accipiente supponit. Aliam vocant mixtam, quæ datur, aut Clerico pauperi, aut Parocho seni in alimentum. Solus Romanus Pontifex potest has adjicere pensiones super beneficiis. Episcopi possunt ipsis beneficiariis ob justam causam onus solvendi pensiones imponere: quia non onerant beneficia, sed personas: & ejusmodi pensiones desinunt obitu pensionarii.

II. QUÆST. II. *Quinam requiruntur causæ, ut impuni licitè pensiones queant?* RESP. Tres jure assignantur. 1. Est ut resignatores habeant, dimisso beneficio, alimenta undè vivant: 2. est æqualitatis ratio in beneficiorum permutatione, ut quando beneficium locupletius cum tenui permutatur: 3. est finiendæ litis occasio.

III. Pensio moderata sit oportet, habita ad beneficium, cui imponitur, ratione; ita ut beneficiario semper remaneat ea fructuum pars, quæ congruæ suæ sustentationi sufficiat. Quarè nunquam censendum est velle Pontificem gravare beneficium contra regulam præfinitam à Tridentino *sess.* 24. c. 13. de Reform. Ad validam pensionis impositionem communiter requiritur beneficiarii consensus.

IV. QUÆST. III. *Quinam sint Clericalis pensionis capaces?* RESP. Pensio laicalis cuilibet laico, etiam fœminæ, si conditiones adsint, conferri potest. Clericalis verò solis illis tradi valet, qui prima saltem tonsura initiati sunt. Ætas necessaria ad pensionem est 14. annorum. Excommunicati, & irregulares nullius pensionis capaces sunt. Illegitimi quoque incapaces pensionis sunt.

V. Beneficiarius solvere pensionem debet, antecessoris tamen pensiones solvere non astringitur, ut mihi probabilius videtur. Pensionarius de bonis pensionis Clericalis non potest ad libitum disponere, sed superflua in pios usus distribuere astringitur, quidquid in oppositum dicant aliqui.

VI. Pensionarii onera sunt 1. recitatio Officii B. Virginis: 2. solutio decimæ papalis, & subsidii ad reparationem Ecclesiæ: 3. inservire pro modulo suo Ecclesiæ. Quid? Devorabunt nepios Ecclesiæ reditus pensionarii, ut otio diffluant; ut ludant, ut inserviant matronulis? Pensionarii manifestare pensiones, & beneficia antea obtenta debent. Sed hoc ex regulis Cancellariæ resolvendum relinquo.

VII. Pensio extinguitur 1. obitu pensionarii; 2. si Clericus militiæ adscribatur, monitusque eam non deserat: 3. professione ejusdem in aliqua Religione emissa: 4. si matrimonium contrahat: 5. promotione ad Episcopatum: 6. si tonsuram, & habitum Clericalem ferre palam recuset: 7. si ipse pensionem remittat; nisi titulo pensionis esset ordinatus, quo in casu remittere illam nequit absque Episcopi auctoritate. Solis Cardinalibus, & paucis aliis concedi privilegium solet transferendi pensiones.

VIII. MONITUM. Hactenùs pauca de pensionibus delibavi ex iis quæ communiter Canonistæ disputant. Exponenda origo pensionum, illarumque incrementum esset. Sed non est hujus loci, & temporis. Illud in transcursu moneo, reditus à piis fidelibus donatos Ecclesiæ esse in alimenta ministrorum, & pauperum illius loci in quo Ecclesia est, subsidium. Si beneficiarii gravati sint pensionibus, eleemosynas distribuere nequeunt. Nunquam intellexerunt fideles ut sua bona cederent ad alendos extraneos, longè minus ad fovendum eorumdem luxum, fastum, & otium. Commune dumtaxat Ecclesiæ bonum verum, & vera utilitas potest esse justa ratio dandi pensiones moderatas illis tantùm, qui sunt non de magnatibus, & matronis, sed de Ecclesia optimè meriti, quique in Ecclesiæ defensionem, & incrementum continenter laborant. Sed hæc indicasse satis sit.

IX. QUÆST. IV. *Quotuplex sit Coadjutoria?* RESP. Duplex: una temporalis, & revocabilis; altera perpetua, & irrevocabilis. Prima assignatur Parocho seni non valenti suum officium peragere, cui datur coadjutor, qui illius vices suppleat, assignato ex fructibus beneficii congruo stipendio. Coadjutoriam perpetuam cum jure succedendi in beneficium à Tridentino concedi prohibetur *sess.* 25. c. 7. de Reform. his verbis: *In coadjutoriis quoque cum futuræ successione idem posthac observetur, ut nemini in quibuscumque beneficiis permittantur.* Solùm summum Pontificem posse interdum, causa cognita, & necessitate urgente concedere coadjutoriam cum futura concessione, Concilium itidem declarat. Coadjutoria non est beneficium. Coadjutores cum futura successione, jubente principali, inservire præbendæ, & canonicatui tenentur. Quandò expediuntur litteræ Coadjutoriæ, si principalis obiit, successio nulla est.

CAPUT III.

De Pastorum residentia.

I. QUÆST. I. *Utrum animarum pastores Jure Naturali, & Divino residere in suis Ecclesiis teneantur?* RESP. Adfirmant communiter Theologi omnes: idque ex Scripturis sanctis evincitur. *Pecora tibi sunt? Attende illis, & si sunt utilia, perseverent apud te:* Eccli. 7. Rursùs Prov. 27. *Diligenter agnosce vultum pecoris tui, tuosque greges considera.* Christus Dominus lucu-

lentiùs hanc inculcat doctrinam *Joann.* 10. inquiens: *Ego sum Pastor bonus. Bonus Pastor animam suam dat pro ovibus suis. Mercenarius autem, & qui non est pastor, cujus non sunt oves propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oves, & fugit, & lupus rapit, & dispergit oves:* & iterum cap. 20. *Pasce oves meas:* & S. Petrus *epist.* 1. c. 1. ait; *Pascite, qui in vobis est gregem Dei, non coacte, sed spontaneè secundum Deum.* Hæc divina testimonia luculentissima sunt.

II. Pascere gregem Dei debent pastores, verbum sanctum prædicando, docendo, sacramenta administrando, infirmis assistendo, eumdem à lupis defendendo. Dæmones enim, ut leones rugientes, & lupi famelici circuunt quærentes devorare gregem Dei. Numquid præfata munia exercere pastores valent; numquid solari viduas, erigere pauperes, pascere uno verbo gregem, si distent, queunt? Quarè Tridentinum *sess.* 23. c. 1. de Reform. Juris Divini esse hanc residentiam declaravit. Hanc sententiam triumphali calamo, inquit Natalis Alexander, tractarunt Bartholomæus Caranza Archiepiscopus Toletanus, Dominicus Soto, Cardinalis Cajetanus, Cardinalis Bellarminus, & plures alii.

III. QUÆST. II. *Romanus Pontifex, ejusque Cardinales teneanturne residere ut cæteri pastores?* RESP. Adfirmant omnes communiter Theologi. Juri enim Naturali, & Divino omnes subjecti sunt. Plures Canonistæ, Abbas Gonzalez, Barbosa, & alii defendunt, Cardinales institutos Episcopos residere Romæ posse: quia, inquiunt, qui residet in capite, residet in membris. Hoc axioma supra quam dici potest vanum est, & istorum opinio falsa evidenter est hodiè, & contra expressam Tridentini *sess.* 23. c. 1. declarationem, ubi Cardinales etiam residentiæ subjicit.

IV. QUÆST. III. *Quæ causæ excusant Episcopos à personali residentia?* RESP. Eas exponit Tridentinum *cit. sess.* 23. *cap.* 1. his verbis. *Cum christiana charitas, urgens necessitas, debita obedientia, ac evidens Ecclesiæ, vel Reipublicæ utilitas aliquos nonnunquam abesse postulent, & exigant; decrevit eadem sacrosancta Synodus, has legitimas absentiæ causas à beatissimo Pontifice, aut à Metropolitano . . . . in scriptis esse approbandas, nisi cum absentia inciderit propter aliquod munus, & Reipublicæ officium Episcopalibus adjunctum: cujus quoniam causa sunt notoria, & interdum repentina, nec eas quidem significari Metropolitano necesse erit . . . . Interea meminerint discessuri, ita ovibus suis providendum, ut quantum fieri poterit ex ipsorum absentia nullum damnum accipiant.*

V. Abesse à propria Ecclesia pastores valent, si absque ejusdem notabili detrimento charitas Christi postularet, ut aliis Ecclesiis periclitantibus succurrerent, ut Principum discordias componerent, quotiès ad id illorum industria necessaria esset. Urgens necessitas defendendæ propriæ vitæ excusat à residentia, quandò propriæ Ecclesiæ non immineat ex absentia detrimentum. Celebre est prodigiosi, & ad miraculum heroici viri S. Athanasii exemplum. Quandò è contrario absentia pastoris Ecclesiæ graviter obesset, tunc pro ovibus danda vita esset, ut Christus Dominus præcipit.

VI. QUÆST. IV. *Possunt ne Episcopi unius anni trimestres conjungere cum trimestri alterius anni?* RESP. Adfirmans aliquorum opinio falsa mihi est, legemque circumvenit. Hac opinione admissa, possent Episcopi sibi præstituere vigintì, tringinta vitæ annos, & omnium annorum trimestria copulare. Sed opponunt citati auctores Tridentinum non prohibere hanc copulationem. Verum habet: quia Tridentinum noluit prævidere omnia commenta. Parochi, & cæteri omnes curam animarum habentes, sicuti Episcopi, Jure Naturali, & Divino tenentur residere.

VII. Causę excusantes Parochos à residentia sunt illæ, quæ excusant Episcopum: *Christiana charitas, urgens necessitas, debita obedientia, evidens Ecclesiæ necessitas, vel reipublicæ utilitas.* Semper tamen causæ istæ ab Episcopo cognoscendæ sunt, & probandæ. Neque Cardinales, neque Episcopi occupare in propria servitute Parochos, alioſve pastores valent. Immò neque studiorum causa abesse à suis Parochiis valent Parochi: quia si rudes sint, & ignari, dimittere Parochias debent. Privilegium quod Tridentinum *sess.* 5. c. 1. de Reform. concedit beneficiariis, nempè Canonicis docentibus revera sacram Scripturam in publica Universitate, non extenditur ad Parochos. Nec suffragatur privilegium Eugenii IV. *Qui creditum*, &c. Verùm derogata, & nulla esse ejusmodi privilegia constat ex verbis Tridentini *sess.* 23. c. 1. ubi hæc habentur. *Nec executionem, quolibet privilegio, licentia . . . . statuto etiam juramento, vel quacumque auctoritate confirmato, consuetudine etiam immemorabili, quæ potius corruptela censenda est . . . . vel vigore EUGENIANÆ constitutionis suspendi posse.* Quid expectari luculentiùs potest?

VIII. Obligati quoque sunt ad residentiam Canonici, Prædendati, Mansionarii, Capellani Ecclesiæ Cathedralis. Electi ad beneficia intra tres menses tenentur suscipere ordines illidem annexos, ut Tridentinum *sess.* 23. c. 2. de Reform. declarat. Electi ad beneficium curatum, nisi intra annum captæ possessionis promoveantur ad Sacerdotium, privantur beneficio:

CAPUT IV.

De qualitatibus ad validam, & licitam beneficiorum acquisitionem necessariis.

I. QUÆST. I. *Quæ ætas requiritur in promovendis ad beneficia Ecclesiastica?* RESP. De eligendo ad Papatum nihil sacri canones decernunt. Ad Episcopatum requiritur annus 30. completus: in Gallis sat est annus 27. Ætas requisita ad Canonicatus, aliasque dignitates definita est à Tridentino *sess.* 24. c. 12. & est omnibus nota, quin egeat explicatione.

II. QUÆST. II. *Quæ scientia, & morum probitas requiritur in promovendis ad beneficia?* RESP. De scientia jam dictum supra est, & solùm

„ ritualis conferatur, sivè post ipsam, sivè simul „ cum ipsa. “

X. Quid expressiùs contra Tridentinum, contra omnes sacros canones proferri valeat, profectò me latet. Ad rationem simoniæ requiritur *voluntas commensurandi pecuniam cum re spirituali, tantique æstimandi?* Qui hanc haberet voluntatem, hæreticus impudentissimus esset, nedum simoniacus. Quis Catholicorum unquam asseruit pecuniam æquare rem spiritualem ordinis omninò superioris posse? Hæc opinio, meo judicio, reipsa contineetur in rescriptis damnatis thesibus. Hac quippè doctrina admissa, nulla in mundo simonia est. Si plura cupis, consule *tom. X. lib. 1. diss. 3. c. 3.* Nec lubet in doctrina evidenter falsa convellenda diutiùs immorari.

XI. QUÆST. II. *Utrum liceat dare temporale sub spe obtinendi à donatario spirituale, & contra, titulo amicitiæ, & gratitudinis?* RESP. Affirmat P. Billuart, dummodò sincere, & non fictè expectetur ut donum spontaneum ex mera gratitudine, amicitia, & liberalitate, & non titulo munèris temporalis debitum. Quoniam, inquit, hoc est dare temporale ut motivum quidem obtinendi spirituale, *sed mediante alio motivo honesto*, scilicèt *gratitudinis, & amicitiæ.*

XII. Hæc sunt pura, putaque commenta ad incrustandum simoniæ scelus excogitata. Concilia omnia, & præcipuè Tridentinum prohibent *dare pecuniam*, non animum, non modum dandi. Concilia prohibent *dare rem temporalem* pro obtinenda re spirituali. Ineptissimè excogitatus est modus dandi, quando *reipsa datur pecunia.* Nec collatores beneficiorum, ordinum &c. curant utrum pecunia detur titulo *pretii*, vel *incitamenti, remoti*, aut *proximi*, aut *antidoralis gratitudinis motivo*, dummodò reipsa *detur*, & ipsi reipsa *accipiant.* Hoc unicè curant, cætera desident. Admissa hac præcisionum, & distinctionum farragine, nulla in mundo simonia esset.

III. QUÆST. III. *An sacramentorum venditio sit simoniaca?* RESP. Affirmant omnes, dum pro sacramentorum administratione aliquid exigitur. Similiter simoniacus esset qui venderet Eucharistiam. Quæ sacris ministris dantur, sunt ad eorum sustentationem destinata, minimè ut pretium administrandi sacramenta: *dignus est enim operarius cibo suo*, inquit Evangelista Matth. sicut & Sacerdoti celebranti datur eleemosyna pro ejusdem sustentatione.

XIV. Qui concionantur vel propter plausum, vel propter lucrum, simoniaci sunt, ut docet Angelicus 2. 2. q. 100. a. 3. ad 2. Si Sacerdos in articulo mortis nollet baptizare absque pecunia, si baptizandus puer esset, quisque alius etiam laicus baptizare posset. Si baptizandus esset adultus, & nullus esset nisi Sacerdos simoniacus, tunc suppleret baptismus flaminis, ut docet S. Thomas 2. 2. q. 100. a. 2. ad 1. Quare rejicitur opinio eorum qui docent dari posse pecuniam ad inflectendam voluntatem avari Sacerdotis. Verùm commentum istud est prorsus inane. Simonia similiter est quidquam accipere pro administratione sacramentalium. Quæ tribui solent pro cantu Missæ, pro officio funebri, pro processione &c. à simoniæ labe immunia sunt, quia dantur juxta laudabilem consuetudinem in ministrorum sustentationem.

XV. P. Nicolaus Mazzota *tr. 3. disp. 5. q. unic. de Simonia* recenset multos docentes aliquid recipi posse absque simonia pro obligatione exercendi spiritualia, quod hęc obligatio sit á functione ecclesiastica sejuncta. Refert quoquè oppositam sententiam. P. Mazzota methodum imitatur P. Lacroix proponendi collectionem probabilium contrariarum opinionum, ut lectores eligere queant quę sibi magis arrident & blandiuntur. Prior opinio jam proscripta est.

XVI. QUÆST. IV. *An sit simonia vendere, aut emere actus jurisdictionis potestatis ecclesiasticæ?* RESP. Distinguunt communiter auctores jurisdictionis potestatem, quæ spectat forum conscientiæ, ut absolvere à peccatis, & potestatem quæ ad forum externum attinet, ut dispensare in votis, in legibus, visitare, condemnare &c. Pro his omnibus quidquam accipere simonia est, quia actus isti spirituales sunt. Similiter simonia est quidquam exigere pro licentia audiendi confessiones, absolvendi à censuris, pro concessione indulgentiarum, pro facultate dispensandi in votis, juramentis, pro assistentia Parochi ad matrimonium, pro electione, collatione, confirmatione beneficiorum, &c.

XVII. QUÆST. V. *Simonia ne est quidquam accipere pro ingressu in monasteria?* RESP. Concilium Tridentinum *sess. 25. c. 16.* hæc statuit. *Sed neque ante professionem, excepto victu, & vestitu novitii, vel novitiæ illius temporis, quo in probatione est*, NEQUE QUOVIS PÆTEXTU . . . . *Monasterio aliquid ex bonis ejusdem tribuatur.* Convenit penès omnes jure naturali, divino, & ecclesiastico vetitum esse aliquid tamquam pretium accipere, vel tradere sive pro habitus sacri susceptione, sivè pro monastica professione. Hæc duo certa sunt penès omnes. Verùm Calusiæ plures, qui pecuniam considerant, & ut pretium, & ut *motivum primarium, secundarium, proximum, remotum*, & ut titulum *antidoralis obligationis, & gratuitæ compensationis*, omnem simoniam de medio tollunt. Særi verò canones, qui prohibent quidquam accipere, vel tradere pro ingressu in Religionem, adeó sunt luculenti, ut omnes præfatas distinctiunculas, & excogitata commenta profligent. Consule *tom. 10. lib. 1. diss. 3. cap. 5.*

XIX. QUÆST. VI. *Est ne simonia Jure Divino vetita, beneficia quęcumque conferre intuitu temporalis emolumenti?* RESP. Duo in beneficiis includuntur jura. Aliud spirituale, seu jus administrandi spiritualia, & dicitur *officium*; aliud jus percipiendi temporalia, & dicitur *beneficium.* Juxta omnes simonia est omni jure vetita, á qua nec Papa dispensare potest, venditio beneficii prout jus dicit administrandi spiritualia. Disputant auctores, num sit simonia Jure Divino vetita captare, vel conferre beneficia intuitu solius temporalis emolumenti? Negant aliqui. Sed hæc

hæc opinio falsa mihi est, quia jus ad temporales reditus ita annexum est cum jure ad officia spiritualia, ut separari nullo modo possit. Distinguendi sunt fructus beneficii, quos vendere, locare, permutare beneficiarius potest, à jure percipiendi hos fructus. Hoc jus beneficiale inseparabile est à priori jure administrandi spiritualia. Idcircò qui unum vendit, vendat & alterum necessum est.

XX. Offerre aliquid Sempronio, ut intercedat apud collatorem, simonia est. P. Lacroix continuò adjecit distinctionem: *si des pro labore* non est simonia. Et hanc opinionem transcribit P. Mazzotta, *tract. 3. d. 5. cap. 3.* inquiens: „ Si „ autem des aliquid *intercessori*, sive mediato, „ sive inmediato, *non quidem pro intercessione*, „ sed pro labore, lucro cessante, damno emer„ gente, dispendio temporis, &c. in eundo, & „ redeundo, *non est simonia*; quia ista sunt, quid „ temporale omnino extrinsecum. Croix n. 91. „ & *nil communius.*

XXI. Revera *Croix* totidem verbis hanc opinionem docet cum Diana, Castropalao, Raynaudo, & aliis. Istius opinionis falsitas, & laxitas imbecillitati mex evidens est. Tradere pecuniam pro intercessione apud collatorem beneficii simoniam esse fatentur auctores isti: tradere verò pecuniam *pro tempore impendendo, pro lucro cessante, & damno emergente in eundo, & redeundo, non est simonia.* Eecur? Quia hæc sunt quid temporale omnino extrinsecum. Peregregiè. Cedo. Fieri ne intercessio valet sine *aliquo temporis dispendio*, sine *accessu, & recessu à collatore?* Si quis intercessione debet, loquatur oportet. Ut loqui valeat, tempus requiritur, & accessus, recessusque. Ergo si simonia est tradere pecuniam pro intercessione, simonia quoque est tradere pecuniam pro eisdem necessario annexis. Etiam ipsi collatori dari pecunia poterit, non pro collatione, sed pro dispendio temporis in collatione insumpti. Diana excogitavit has distinctiunculas, ex Diana Castropalaus, ex Castropalao Lacroix, ex Lacroix Mazzota: & postea concludunt: Ita communiter Doctores. Imperiti lectores hæc legentes putant Doctores Ecclesiæ ita docere: hinc tuta conscientia munus committunt. En quam verum sit, quod initio dixi, admissis his opinionibus, nullam dari in mundo simoniam.

XXII. Venditio habituum ordinum militarium, qui dantur Religiosis choro, & divino officio deputatis simonia est. Similiter vendere pensiones erectas in titulum beneficii, ut præstimonia, seu beneficia simplicia, simonia est, ut fatentur omnes. Plura de his pensionibus statuit S. Pius V. in Bulla, quæ incipit: *Ex proximo.* Quisquam asserit hanc Bullam nullibi esse receptam. Sed fallitur, & fallit. Testantur quippe Salmanticenses, *num. 74.* in Hispania esse receptam. Et communis sententia docet ejusmodi pensiones redimi, aut vendi non posse absque simonia. Simoniaca quoque est venditio juris patronatus Ecclesiastici.

XXIII. Qui electus est ad beneficium, haberque collationem à legitimo Superiore, licet nondum possideat, habet jus in re. Idcirco potest pecunia redimere injustam vexationem, dummodo revera sit injusta, absque simonia, ut docet S. Thomas 2. 2. q. 100. *art. 2. ad 5.* Redimere contra vexationem ante acquisitum jus in re pecunia, est simonia, ut ibidem S. Thomas asserit. Distinguunt tamen auctores vexationem intentatam contra jus acquirendum ab eo qui obesse, sed non prodesse valet, à vexatione intentata contra jus acquirendum ab eo qui obesse, & prodesse potest. Quando redimitur vexatio ab eo qui obesse, & prodesse valet eligendo, confirmando, &c. simonia committitur. Redimere vero vexationem intentatam ab eo qui obesse, sed non prodesse potest, nulla est simonia.

XXIV. Commutare res spirituales pro spiritualibus nulla est simonia, exceptis beneficiis. Quare licitum est te hac hebdomada celebrare quatuor Missas pro Petro, ut totidem alio tempore pro te Petrus celebret. Sic tradi possunt reliquiæ pro reliquiis.

XXV. QUÆST. VII. *Permutatio beneficii valent absque simonia?* RESP. Jure Ecclesiastico vetitę sunt omnes beneficiorum permutationes, & simoniacæ declaratę, nisi accedat Superioris auctoritas, & dispensatio. Licèt enim tituli beneficiorum spirituales sint, & hac ratione spirituale pro spirituali commutari possit; nihilominùs, quia beneficiorum titulis annexi sunt reditus temporales, qui avaritiam accendunt; idcircò Ecclesia prohibuit ne absque Superioris auctoritate hæ permutationes fiant. Nomine beneficiorum intelliguntur omnia spiritualia, quæ annexa habent emolumenta temporalia. Sufficit, & exigitur auctoritas illius Superioris qui beneficia contulit. Quarè Episcopus nequit facultatem concedere permutandi beneficia collata à Superiore, nempè à Papa. Si beneficia sint in diversis Diœcesibus, utriusque Episcopi consensus necessarius est, vel Patronorum, qui jus habent nominandi, & præsentandi.

XXVI. Permutatores beneficiorum possunt simul honestas conditiones inire mutuo, & eas proponere legitimo Superiori. Alibi evincam has permutationes raro licitas esse. Acceptio pecuniæ pro collatione beneficii non modò simoniaca est, sed etiam contra justitiam, & oppositam opinionem damnavit Alexander VII. *n. 22.*

XXVII. Episcopi nequeunt concedere facultatem permutandi beneficium cum pensione clericali spirituali. Si pensio sit laicalis, nullo modo neque Pontificis auctoritate permutari cum beneficio potest, ut patet. Quando beneficia sunt inæqualia, vel in reditibus, vel in dignitate, non possunt compensari pecuniæ, seu rei temporalis accessione, quidquid nonulli in oppositum dicant.

XXVIII. Transactio in componenda lite super beneficio simoniaca est, si fiat absque Sedis Apostolicæ auctoritate. Plura de hac re disputant aliqui, quę expendere non vacat, utpotè inutilia, quia ad Apostolicam Sedem ea dirimere attinet.

termittitur, lege S. Thomam 2. 2. *q.* 62, *art.* 2. *ad* 4.

IX. QUÆST. II. *Translatio Episcoporum est ne Jure Naturali, & Divino, an tantùm Ecclesiastico prohibita?* RESP. P. Suarez. *tom.* 3. *de Religione, lib.* 1. *cap.* 16. cum aliis defendit, Jure tantùm Ecclesiastico eam vetitam esse. Soto, Carthusianus, Bannez, Salmanticenses propugnant translationem hanc Jure Naturali, & Divino prohibitam esse. Evincunt auctoritate Innocentii III. *cap. Inter corporalia*, ubi hæc decernit. *Cum ergo fortius sit spirituale vinculum quam carnale, dubitari non debet quin omnipotens Deus spirituale conjugium, quod est inter Episcopum, & Ecclesiam, suo tantùm judicio reformavit dissolvendum*, &c.

X. Conjugium istud spirituale non in omnibus matrimonio assimilatur, cum istud sacramentum sit, non subjectum humanæ potestati. Subdit tamen Innocentius III. divina potius, quam humana potestate dissolvi vinculum illud spirituale, quandò Romani Pontificis auctoritate Episcopus removetur ab Ecclesia, & transfertur in aliam. Hinc collige hanc translationem fieri minimè posse, nisi urgentissima, & evidentissima causa occurrente, quæ cedat in commodum, & utilitatem non Episcopi, sed Ecclesiæ. Quamobrem, quid dicendum sit de illis Episcopis, qui primò accipiunt unam Ecclesiam in sponsam ea intentione, ut hæc via sit, & gradus ad aliam, & aliam desponsandam, donec tandem inveniant unam pulcherrimam, idest ditissimam, & opulentissimam, judicent sapientes. Num isti adulteri, & non sponsi, lupi, non pastores habendi sint, aliorum esto judicium. Neque opponas, quæ Juris Naturalis, & Divini sunt, non esse dispensationi etiam pontificiæ obnoxia: quoniam alia sunt Juris Naturalis, & Divini absolutè; alia quæ præsupponunt actus liberos humanos, quibus positis consurgit Jus Naturale, & Divinum. Hoc, non illud subjaceat dispensationi, seu verùs interpretationi summi Pontificis, qui, ut Dei vices gerens, interpretatur ejusmodi leges. Vide *tom.* 3. de Votorum dispensatione.

XI. Confirmatio est actus qui plenum jus tribuit electo, seu præsentatio ad dignitatem ad quam electus est. Confirmator explorare dotes electorum debet, & digniorem confirmare.

XII. Summus Pontifex habet potestatem conferendi omnia beneficia cujuscumque generis in universa Ecclesia. Archiepiscopi, & Episcopi in suis Diœcesibus, Concilium œcumenicum, Cardinales Ecclesiarum quarumlibet titulos, Cardinales à latere in provincia legationis conferre beneficia valent. Ecclesiæ Cathedralis Capitulum simul, & Episcopus potestatem habent dispensandi Canonicatus, & præbendas. In diversis Ecclesiis diversæ obtinent consuetudines. Capitulum sede vacante conferre beneficia nequit *ex reg.* 2. *Cancell.*

XIII. QUÆST. III. *Quid sit resignatio beneficii?* RESP. Vacare beneficium potest, vel per obitum beneficiarii, vel per renuntiationem, quæ est voluntaria beneficii dimissio coram Ordinario legitimo facta. Duplex est: altera expressa verbis; altera tacita per actus contrarios retentioni beneficii, ut per matrimonium, per artem militarem, per professionem religiosam, &c. Episcopi solas resignationes simplices admittere queunt; Pontifex omnes conditionatas. In Bulla S. Pii V. an. 1568. data plures assignantur causæ resignationis. 1. Si beneficiarius sit senex septuagenarius: 2. si sit valetudinarius: 3. si sit paralyticus, apoplecticus, lunaticus, leprosus, &c. 4. si sit claudus, mutus, surdus: 5. si sit homicida, sodomiticus, concubinarius, blasphemus: 6. si sit censuris Ecclesiasticis innodatus: 7. si plura beneficia obtinuerit, quæ simul administrare nequeat: 8. quandò ob inimicitias capitales nequit administrare. Aliquæ ex his causis inducunt resignationem necessariam.

XIV. Post triennium omnia beneficia resignari valent. Si beneficia sint jurispatronatus, necessarius est consensus patroni. Beneficiarius in articulo mortis renuntiare nequit cum ipe regressus, ut Tridentinum *sess.* 25. *c.* 7. *de R form.* declarat. Resignationes in favorem alterius sunt simoniacæ. Istarum usus semsim sine sensu invectus est circa finem sæculi XV. contra omnes antiquos canones. Quæ heinc consequantur absurda exprimi nequeunt. Dispensationes, quibus honestari ejusmodi successiones solent, frequenter obreptitiæ sunt, & subreptitiæ: ideoque coram Deo nullæ.

XV. Permutatio affinis est resignationi in favorem alterius, & solum differt, quod in permutatione resignatio est mutua. Si quis solum habens jus ad rem, permutaret cum altero habente idem jus, aut in re, simoniaca est permutatio. Ad licitam permutationem semper requiritur major Ecclesiæ utilitas. Beneficiarius per matrimonium contractum amittit beneficium, etiamsi postea matrimonium deprehendatur nullum. Nam, si revera intendit contrahere, ipso facto resquit beneficium. Si fictè contrahit, meretur privari. Hoc mihi probabilius est, missis argutationibus plurium.

CAPUT VI.

De pluralitate beneficiorum.

I. TRidentinum *sess.* 24. *c.* 17. *de Reform.* hæc statuit: *Illi verò, qui in præsenti plures parochiales Ecclesias, aut unam Cathedralem, & aliam Parochialem obtinent, cogantur omninò, quibuscumque dispensationibus, ac unionibus ad vitam non obstantibus, una tantùm Parochiali, vel sola Cathedrali retenta, alias Parochiales infra spatium sex mensium dimittere: aliquin tàm Parochiales, quam beneficia omnia, quæ obtinent, ipso jure vacare censentur; nec ipsi antea illa obtinentes, tuta conscientia fructus post dictum tempus retinent.*

II. Qui itaque plura beneficia habet, quæ simul administrari nequeant, intra duos menses tenentur renuntiare beneficia, quæ cum primo obtento administrare nequit. Addit Tridentinum ibi sub initium: *Cum Ecclesiasticus ordo perturbatur, quando unus plurium officia occupat Clericorum, sanctè sacris canonibus cautum fuit, neminem oportere in duobus Ecclesiis conscribi. Verùm quoniam multi improbæ cupiditatis affectu seipsos, non Deum decipientes, ea quæ bene constituta sunt, variis artibus eludere, & plura simul beneficia obtinere non erubescunt; sanctæ Synodus debitam regendis Ecclesiis disciplinam restituere cupiens, præsenti decreto, quod in quibuscumque personis quocumque titulo, etiamsi Cardinalatus honore fulgeant, mandat observari, statuit, ut in posterum unum tantum beneficium Ecclesiasticum singulis conferatur. Quod quidem si ad vitam ejus cui conferetur honestè sustentandam non sufficiat, liceat nihilominùs aliud simplex sufficiens, dummodò utrumque personalem residentiam non requirat, eidem conferri. Hæcque non modò ad Cathedrales Ecclesias, sed etiam ad alia omnia beneficia... pertinentant*, &c.

III. Nemo, etiamsi Cardinalis sit, habere plura beneficia jure potest, non quidem simplicia si unum sufficiat congruæ sustentationi. Si curata beneficia sint, etiamsi unum non sufficiat, non propterea possidere plura licet. Hæc clara, & luculenta sunt.

IV. QUÆST. UNIC. *Utrùm pluralitas beneficiorum Jure Naturali, nedum canonico, vetita sit?* RESP. Aliquæ actiones Jure Naturali ita vetitæ sunt ut in nulla circunstantia licitæ evadere queant, ut perjurium, adulterium, fornicatio, &c. Alię sunt jure quidem naturali vetitæ, ut homicidium, quod aliquandò auctoritate publica licitum est. In hoc secundo genere collocat S. Thomas *quodlib.* 9. *art.* 15. habere plures præbendas. *Sunt verò quædam actiones, quæ absolutè considerate deformitatem, vel inordinationem quandam important; quæ tamen aliquibus circunstantiis advenientibus bonæ efficiuntur; sicut occidere hominem, vel persequi, in se deformitatem quandam importat; sed si addatur occidere malefactorem propter justitiam, vel persequi delinquentem causa disciplinæ, non erit peccatum, sed virtuosum. In numero harum actionum videtur esse habere plures præbendas. Quamvis enim aliquæ inordinationes contineat; tamen aliæ circunstantiæ possunt supervenire ita honestantes actum, quod prædictæ inordinationes totaliter evacuentur; ut puta, si sit necessitas in pluribus Ecclesiis ejus obsequio, vel possit plus servire Ecclesiæ vel tantumdem absens, quam alius præsens, & si qua alia sunt hujusmodi. Et tunc istis conditionibus superenientibus cum recta intentione, non erit peccatum, etiam nulla dispensatione interveniente, si consideretur tantùm Jus Naturale quia dispensatio ad Jus Naturale non pertinet, sed solùm ad positivum.*

V. Pluralitas beneficiorum, inquit Angelicus, absolutè vetita est jure naturali. Vestita circunstantiis utilitatis, & necessitatis Ecclesiæ licita evadere potest. Sublatis his circunstantiis nulla dispensatio honestare valet beneficiorum pluralitatem, ut concludit ibidem S. Thomas. *Si autem antiqua jura sunt per consuetudinem abrogata, tunc prædictis circunstantiis superenientibus, etiam sine dispensatione licitum est plures præbendas habere, sine quibus circunstantiis licitum non est, quantumcumque dispensatio interveniat; eo quod dispensatio humana non aufert ligamen Juris Naturalis, sed solùm ligamen juris positivi, quod per hominem statuitur, & per hominem dispensari potest.*

VI. Opponunt. Consuetudo obtinet penes, vel ipsos Ecclesiasticos probos, benèque moratos plura habendi beneficia. Respondeo, sublatis recensitis circunstantiis pluralitatem beneficiorum repugnare ipsi naturæ juri, quia unus pluribus Ecclesiis simul inservire nequit, neque plures dissitos greges pascere simul, neque in pluribus choris dissitis simul canere. Fictitia, & larvata est probitas illa quæ jus naturale violat.

CAPUT VII.

Beneficiarii ex justitia, nedum ex charitate astringuntur dispensare omnia superflua pauperibus.

I. AUctores nescio qui, ut Pauli Comitoli elegantissimi & doctissimi Jesuitæ verbis utar, novam, periculosamque opinionem post mille & quingentos annos in christianam Rempublicam invehere conati sunt, qua iis qui beneficia obtinent ecclesiastica, fructuum indè perceptorum absolutum dominium tribuunt. Quæ sanè opinio sua ipsa novitate confoditur. Sententia quæ astrictos justitiæ vinculo Ecclesiasticos ad distribuenda superflua pauperibus defendit, suapte natura perspicua est, quindecim sæculorum pręscriptione fulta, Conciliorum, Canonum, SS. Patrum, Pontificum auctoritate, atque invictis rationum momentis munita.

II. Quamquàm, ut initio beneficiarios dedoceam, parum, immo nihil iis suffragatur opinio juniorum. Convenit enim penes omnes tum Theologos, tum Canonistas, præceptum charitatis sub interdicto æternæ damnationis urgere Ecclesiasticos ad superfluorum elemosynam. Quo verò in ignem æternum descendant ob violatum præceptum sive justitiæ, sive charitatis, quid quæso illis prodest, ut advertunt Dominicus Soto, Bellarminus, & cæteri Theologi? Heinc est quod paucis controversiam hanc absolvam. Volumen implerem si omnia Patrum, Conciliorumque testimonia isthuc transcribere vellem, quæ beneficiarios illos qui Jesu Christi, suorumque pauperum patrimonia prodigunt in fœvendo luxu, ambitione, fastu, in ditandis consanguineis, in muneribus matronulis, in frequentandis theatris, comœdiis, ludis, in alendis canibus, fures, latrones, fœvos raptores vocant. Obvia hæc sunt & competta.

III. Doctissimus Pontifex BENEDICTUS XIV. in sua *Synodo Diœcesana pag.* 234. *n.* 3. hæc scribit: *Certum pariter est, ante factam divisionem bonorum ecclesiasticorum, debuisse Episcopum, ad quem*

quem pertinebat eorumdem administratio, partem singulis assignatam fideliter elargiri, nec potuisse absque violatione justitiæ commutativæ pauperes fraudare ea quarta parte proventuum quæ juxta ejus aui disciplinam erat pauperum indigentiis sublevandis destinata: quod quidem onus ex ea profluens justitiæ virtute, iis in locis in quibus nondum facta est prædicta divisio, etiamnum incumbit Episcopis, Abbatibus, aliisve beneficiariis, quorum ecclesiasticis redditibus sunt illi adnexi, pauperibus, aut Ecclesiæ fabricæ juxta priscam institutionem attributi. Ex quibus propterea si aliquid sibi usurpent, sunt injusti rei alieni detentores, & tenentur ad restitutionem.

IV. In præsentia indivisa hæc bona beneficiariorum sunt. Ergo justitiæ vinculo ligati sunt beneficiarii ad distribuenda pauperibus superflua. Et primùm jam indè à principio peractæ divisionis administratio portionis pauperum penes Episcopos semper, & beneficiarios remansit. Num quam pauperum cœtui assignata fuit portio redituum ecclesiasticorum. Numquàm pauperes suę portionis administratione, & dominio potiti sunt. Sed Episcopi, & beneficiarii aut scipsis, aut ministrorum opera, portionem hanc, quæ modò major, modo minor erat, juxta majorem, aut minorem redituum abundatiam distribuebant. Hoc ex plurium Conciliorum decretis quæ retuli *tom. 2. diss. 6. c. 18.* evidens est. Pluribus in locis pauperes in tabulis, seu matriculis Ecclesiarum descripti erant, & matricularii vocabantur.

V. Heinc luculenter constat quam sit chimæricum commentum quod sibi fingunt oppositæ doctrinæ patroni. Existimant isti, tredditus ecclesiasticos vivum quoddam esse stabile, & permanens, tributum in partes quatuor, ad præsens usque tempus consistere, nulli obnoxium vicissitudini. Existimant pauperum portionem de vivo detractam, & re separatam in pauperum devenisse dominium. Quod commentum quam sit vanum nemo non videt. Reditus ecclesiastici sub initium fidei Episcopotum commissi in communi posidebantur, & ab Episcopis ministrorum opera singulis, prout opus erat, dividebantur. Refrigescente charitate, & Ecclesiasticorum avaritia invalescente, Episcopi aliqui, neglectis pauperibus, Ecclesiarum cultu, Cleroque, in suos & consanguineorum profanos usus, sacros proventus convertentes, omnia suis faucibus deglutiebant. Tum Conciliorum decretis partitio redituum sacrorum imperata fuit, Clero, Ecclesiæ cultui portiones separatim confignate fuere; sed pauperum portio bonis beneficiariorum permixta, singulis annis taxata ab ipsis beneficiariis conferebatur pauperibus. Sacri reditus illis mutationibus, quibus omnes res temporariæ, subjecti fuere. Temporis successu juxta augmentum vel decrementum redituum, qui à Christi fidelibus in dies conferebantur, crescebat, aut diminuebatur pauperum portio. A tempore primæ divisionis ad hanc usque ætatem nostram innumera sunt instituta beneficia, Episcopatus, Capellaniæ &c. Amplissima prædia, fundi, census, & ingentia bona Ecclesiis donata sunt. Quandò nam de istis dempta fuit pauperum portio? Quisnam œconomus, aut dispensator, præter Episcopos, & beneficiarios, institutus? Evidens ergo est pauperum portionem semper & iterum semper immixtam permansisse bonis beneficiariorum.

VI. Confirmat ea quæ diximus luculentissima ratio à facto evidenti repetita. Cujuscumque sæculi Pontifices, Concilia, Patresque voces exaltarunt adversùs Episcopos, & beneficiarios, quod pauperibus subvenire negligebant. Istos semper redarguerunt tamquam Christi, & pauperum patrimonii dilapidatores. Consule omnia Concilia, & Patres ab antiquo ad hoc usque tempus: nullibi invenies vel leve vestigium, quod aliquis œconomus sive dispensator portionis pauperum, distinctus à beneficiariis, increpatus fuerit ut infidelitatis, & dispensationis reus in sua administratione. Verùm semper exprobrarunt Episcopis, & beneficiariis infidelem pauperum portionis administrationem: istos solos accusant, improbant: istis solis pauperum curam tamquàm patribus committunt & præcipiunt: istis solis vetant ne pauperum patrimonio ditescant, aut divites efficiant consanguineos, aut in luxum, fastumque Christi reditus convertant. Hoc idem docent posterioris ætatis Patres, & Doctores, Petrus Damianus, Gratianus, Bernardus, Raymundus, Thomas, Bonaventura, Albertus Magnus, Alensis, Antoninus, Bernardinus, Paludanus, cęterique communiter. Quid quod adversarii numquam indicare potuerunt administratorem portionis pauperum distinctum à beneficiariis, vel portionem pauperum separatam à bonis beneficiariorum extare, vel extitisse? Quod quidam effutierint portionem pauperum ad hospitalia perveniisse, chimæra est manifesta. Quis Patrum, quodnam Concilium umquam redarguit, aut increpavit hospitalia, quod non distribuant reditus beneficiariorum, Episcoporum, pauperibus? Percurramus omnia beneficia tum episcopalia, tum parochialia, tum capitularia à sex & amplius sæculis. Provoco adversarios ut vel unius beneficii jactatæ divisionis documenta prodant. Perhibeant beneficiarii divisionem redituum ecclesiasticorum, quos nunc percipiunt; & continuò illos absolvimus à debito non solùm justitiæ, sed etiam charitatis eleemosynæ distribuendæ. Si enim justa divisio est, nihil superflui erogandi habent. Sed documenta authentica adferre debent. Quid? Frater excludere ne fratrem posset à communis patrimonii portione eidem debita, nisi evinceret documentis & quidem luculentis, divisionem factam fuisse, suamque portionem jamdiu habuisse? Nimium perridiculos sese propinarent, si divisionem obtruderent peractam iv. aut v. sæculo, quandò hodierna beneficia necdum instituta erant. Non secus ac si frater excluderet cęteros fratres à patrimonii communis divisione, quia jure gentium à tot sæculis invecta fuit divisio omnium bonorum.

VII. Evidens ergo, compertumque manet pauperum portionem Episcoporum, & beneficiariorum redibus permixtam esse, ejusdemque solos beneficiarios administrandæ onere devinctos esse.

Quo

Quo posito hanc conficio argumentationem. Adversarii ipsi uno ore fatentur, sublata divisione bonorum Ecclesiæ, beneficiarios justitiæ vinculo astringi ad eroganda superflua in pauperes. Divisio jactata chimærica est. Ergo concedere necessariò coguntur, hodiè beneficiarius ex debito justitiæ obstringi ad dispensanda superflua in pios usus, & in pauperum subsidium.

VIII. Argumentationes ineluctabiles sunt, rationum momenta invicta. Verùm avaritia, ambitio, superbia ita mentem dementant, ut nec lucem meridianam videre sinant. Accedit auctoritas quorumdam Casuistarum, qui licèt communiter obligent beneficiarios ex debito charitatis ad eroganda superflua, & ob istius præcepti violationem reos ęternæ damnationis pronuntient: tamen non defuere Probabilistæ qui etiam à præcepto charitatis liberant beneficiarios. Lessius, Baunius, & alii adeò communem doctrinam laxarunt, ut doceant *solo præcepto ecclesiastico* teneri beneficiarios ad dispensanda superflua. Vel ipse Diana *tom. 4. tr. 7. res. 20.* inquit: *Ego huic sententiæ non assentior, cum sit contra communem, & omninò refpuendam esse puto.* Vel ipsi laici christiani naturali præcepto charitatis tenentur dispensare pauperibus superflua. Et Lessius, & Baunius ab hoc præcepto liberant ipsos beneficiarios? Si plura cupis, consule *tom. 2. diss. 6. c. 18. & seq.*

LIBER XIII.

DE MATRIMONIO, CENSURIS, & statu Religioso.

DISSERTATIO I.

De Matrimonio.

CAPUT I.

De Matrimonii essentia, & institutione.

I. S. Augustinus *lib. 1. de Adult. conjug.* ad Pollentium inquit: *Quæstionem de conjugiis obscurissimam, & implicatissimam esse non nescio. Nec audeo profiteri omnes sinus ejus vel hoc in opere, vel alio me adhuc explicasse, vel jam posse, si urgeat, explicare.* Tempore Augustini, hæretici, nostra ætate nonnulli Moralistæ viis diversis hunc tractatum obscurarunt.

II. Conjunctionis maris cum fœmina matrimonium potius, quam patrimonium antiqui appellarunt, quod fœminæ sit parere, nutrire, & educare sobolem. *Nuptiæ* quoque vocantur matrimonium à nubendo, & *connubium*, & *conjugium* à communi jugo cui ambo vir, & mulier subjiciuntur.

III. Matrimonium tripliciter spectatur. 1. ut contractus naturalis, 2. ut contractus civilis, 3. ut sacramentum novæ legis: Absolutè describitur: *Conjunctio maritalis viri, & fœminæ inter legitimas personas, individuam vitæ consuetudinem retinens.* Additur verò, ut est Sacramentum, *divinitùs instituta in signum conjunctionis Christi cum Ecclesia, habens promissionem gratiæ ad uniendos conjugum animos, & prolem pię, ac sanctè educandam in fide christiana.* Tandem matrimonium triplex est, legitimum, ratum, & consummatum. Legitimum est jure gentium, & ad legum civilium normam contractum: quale est etiam infidelium. Ratum quod secundum Ecclesiæ leges perficitur, & quod ab Ecclesia probatur. Consummatum autem quandò carnali copula ambo conjuges commiscentur.

IV. Ex pluribus coalescit. 1. mutuo consensu; 2. externa promissione; 3. reciproca corporum traditione; 4. indè resultat vinculum perpetuum; 5. obligatio mutua reddendi debiti; 6. jus quod uterque in alterum habet; 7. carnalis copula.

V. Omnes Catholici negant essentiam matrimonii sitam esse in carnali copula. Inter Adamum & Evam verum fuit matrimonium ante commixtionem. Verùm fuit matrimonium Patriarchæ Josephi cum B. Virgine, omni prorsus carnali exclusa copula.

VI. Mutuus contrahentium consensus causa efficiens est matrimonii. Encratitæ, Marcionitæ, Manichæi, Priscillianistæ negarunt honestum, bonumque matrimonium. Sed istorum delirantium errorem execrantur Scripturæ sanctæ, & Catholici omnes. Siquidem naturali, divinoque jure institutum matrimonium est. Præceptum contrahendi matrimonii non singulos spectat, sed multitudinem.

VII. QUÆST. I. *An in lege veteri matrimonium fuerit Sacramentum?* RESP. Dupliciter sacramenti ratio spectari valet. 1. In latiore significatu prout quocumque modo signum rei sacræ dicitur 2. quatenùs est signum practicum & efficax gratiæ sanctificantis. Communis Theologorum sententia negat matrimonium ante adventum Christi fuisse verum sacramentum. In latiore verò significatu fuisse sacramentum, concedunt omnes, cum in ipso innocentiæ statu institutum in signum fuerit conjunctionis Christi cum Ecclesia. *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne meâ .... Quamobrem relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una.* Gen. 2.

VIII. QUÆST. II. *Matrimonium in lege evangelica est ne verum sacramentum?* RESP. Negant Hus, Lutherus, Calvinus, & Protestantes; sed de fide est verum esse sacramentum, S. Paulo *Ephes. 5.* inquiente: *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem suum, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo, & in Ecclesia.* Accedit perpetua Ecclesiæ traditio, cujus documenta dedi *tom. 10. lib. 2. diss. 1. c. 4.*

IX. QUÆST. III. *Utrum matrimonium inter fideles absentes per procuratorem celebratum, sit verum sacramentum?* RESP. Affirmant Soto, Isambertus, Gotti, Turnely, & alii plures. Negant Victoria, Canus, Cajetanus, Catharinus, Vanroy, & alii. Hęc secunda sententia mihi est probabilior. Nullum quippè sacramentum inter absentes celebratur. Nec minus præsentes contrahen-

quem pertinebat eorumdem administratio, partem singulis assignatam fideliter elargiri, nec potuisse absque violatione justitiæ commutativæ pauperes fraudare ea quarta parte proventuum quæ juxta ejus aui disciplinam erat pauperum indigentiis sublevandis destinata: quod quidem onus ex ea profluens justitiæ virtute, iis in locis in quibus nondum facta est prædicta divisio, etiamnum incumbit Episcopis, Abbatibus, aliisve beneficiariis, quorum ecclesiasticis redditibus sunt illi adnexi, pauperibus, aut Ecclesiæ fabricæ juxta priscam institutionem attributi. Ex quibus propterea si aliquid sibi usurpent, sunt injusti rei alieni detentores, & tenentur ad restitutionem.

IV. In præsentia indivisa hæc bona beneficiariorum sunt. Ergo justitiæ vinculo ligati sunt beneficiarii ad distribuenda pauperibus superflua. Et primùm jam indè à principio peractæ divisionis administratio portionis pauperum penes Episcopos semper, & beneficiarios remansit. Num quam pauperum cœtui assignata fuit portio redituum ecclesiasticorum. Numquàm pauperes suę portionis administratione, & dominio potiti sunt. Sed Episcopi, & beneficiarii aut scipsis, aut ministrorum opera, portionem hanc, quæ modò major, modo minor erat, juxta majorem, aut minorem redituum abundatiam distribuebant. Hoc ex plurium Conciliorum decretis quæ retuli *tom. 2. diss. 6. c. 18.* evidens est. Pluribus in locis pauperes in tabulis, seu matriculis Ecclesiarum descripti erant, & matricularii vocabantur.

V. Heinc luculenter constat quam sit chimæricum commentum quod sibi fingunt oppositæ doctrinæ patroni. Existimant isti, tredditus ecclesiasticos vivum quoddam esse stabile, & permanens, tributum in partes quatuor, ad præsens usque tempus consistere, nulli obnoxium vicissitudini. Existimant pauperum portionem de vivo detractam, & re separatam in pauperum devenisse dominium. Quod commentum quam sit vanum nemo non videt. Reditus ecclesiastici sub initium fidei Episcopotum commissi in communi posidebantur, & ab Episcopis ministrorum opera singulis, prout opus erat, dividebantur. Refrigescente charitate, & Ecclesiasticorum avaritia invalescente, Episcopi aliqui, neglectis pauperibus, Ecclesiarum cultu, Cleroque, in suos & consanguineorum profanos usus, sacros proventus convertentes, omnia suis faucibus deglutiebant. Tum Conciliorum decretis partitio redituum sacrorum imperata fuit, Clero, Ecclesiæ cultui portiones separatim confignate fuere; sed pauperum portio bonis beneficiariorum permixta, singulis annis taxata ab ipsis beneficiariis conferebatur pauperibus. Sacri reditus illis mutationibus, quibus omnes res temporariæ, subjecti fuere. Temporis successu juxta augmentum vel decrementum redituum, qui à Christi fidelibus in dies conferebantur, crescebat, aut diminuebatur pauperum portio. A tempore primæ divisionis ad hanc usque ætatem nostram innumera sunt instituta beneficia, Episcopatus, Capellaniæ &c. Amplissima prædia, fundi, census, & ingentia bona Ecclesiis donata sunt. Quandò nam de istis dempta fuit pauperum portio? Quisnam œconomus, aut dispensator, præter Episcopos, & beneficiarios, institutus? Evidens ergo est pauperum portionem semper & iterum semper immixtam permansisse bonis beneficiariorum.

VI. Confirmat ea quæ diximus luculentissima ratio à facto evidenti repetita. Cujuscumque sæculi Pontifices, Concilia, Patresque voces exaltarunt adversùs Episcopos, & beneficiarios, quod pauperibus subvenire negligebant. Istos semper redarguerunt tamquam Christi, & pauperum patrimonii dilapidatores. Consule omnia Concilia, & Patres ab antiquo ad hoc usque tempus: nullibi invenies vel leve vestigium, quod aliquis œconomus sive dispensator portionis pauperum, distinctus à beneficiariis, increpatus fuerit ut infidelitatis, & dispensationis reus in sua administratione. Verùm semper exprobrarunt Episcopis, & beneficiariis infidelem pauperum portionis administrationem: istos solos accusant, improbant: istis solis pauperum curam tamquàm patribus committunt & præcipiunt: istis solis vetant ne pauperum patrimonio ditescant, aut divites efficiant consanguineos, aut in luxum, fastumque Christi reditus convertant. Hoc idem docent posterioris ætatis Patres, & Doctores, Petrus Damianus, Gratianus, Bernardus, Raymundus, Thomas, Bonaventura, Albertus Magnus, Alensis, Antoninus, Bernardinus, Paludanus, cęterique communiter. Quid quod adversarii numquam indicare potuerunt administratorem portionis pauperum distinctum à beneficiariis, vel portionem pauperum separatam à bonis beneficiariorum extare, vel extitisse? Quod quidam effutierint portionem pauperum ad hospitalia perveniisse, chimæra est manifesta. Quis Patrum, quodnam Concilium umquam redarguit, aut increpavit hospitalia, quod non distribuant reditus beneficiariorum, Episcoporum, pauperibus? Percurramus omnia beneficia tum episcopalia, tum parochialia, tum capitularia à sex & amplius sæculis. Provoco adversarios ut vel unius beneficii jactatæ divisionis documenta prodant. Perhibeant beneficiarii divisionem redituum ecclesiasticorum, quos nunc percipiunt; & continuò illos absolvimus à debito non solùm justitiæ, sed etiam charitatis eleemosynæ distribuendæ. Si enim justa divisio est, nihil superflui erogandi habent. Sed documenta authentica adferre debent. Quid? Frater excludere ne fratrem posset à communis patrimonii portione eidem debita, nisi evinceret documentis & quidem luculentis, divisionem factam fuisse, suamque portionem jamdiu habuisse? Nimium perridiculos sese propinarent, si divisionem obtruderent peractam iv. aut v. sæculo, quandò hodierna beneficia necdum instituta erant. Non secus ac si frater excluderet cęteros fratres à patrimonii communis divisione, quia jure gentium à tot sæculis invecta fuit divisio omnium bonorum.

VII. Evidens ergo, compertumque manet pauperum portionem Episcoporum, & beneficiariorum redibus permixtam esse, ejusdemque solos beneficiarios administrandæ onere devinctos esse.

Quo

Quo posito hanc conficio argumentationem. Adversarii ipsi uno ore fatentur, sublata divisione bonorum Ecclesiæ, beneficiarios justitiæ vinculo astringi ad eroganda superflua in pauperes. Divisio jactata chimærica est. Ergo concedere necessariò coguntur, hodiè beneficiarius ex debito justitiæ obstringi ad dispensanda superflua in pios usus, & in pauperum subsidium.

VIII. Argumentationes ineluctabiles sunt, rationum momenta invicta. Verùm avaritia, ambitio, superbia ita mentem dementant, ut nec lucem meridianam videre sinant. Accedit auctoritas quorumdam Casuistarum, qui licèt communiter obligent beneficiarios ex debito charitatis ad eroganda superflua, & ob istius præcepti violationem reos ęternæ damnationis pronuntient: tamen non defuere Probabilistæ qui etiam à præcepto charitatis liberant beneficiarios. Lessius, Baunius, & alii adeò communem doctrinam laxarunt, ut doceant *solo præcepto ecclesiastico* teneri beneficiarios ad dispensanda superflua. Vel ipse Diana *tom. 4. tr. 7. res. 20.* inquit: *Ego huic sententiæ non assentior, cum sit contra communem, & omninò refpuendam esse puto.* Vel ipsi laici christiani naturali præcepto charitatis tenentur dispensare pauperibus superflua. Et Lessius, & Baunius ab hoc præcepto liberant ipsos beneficiarios? Si plura cupis, consule *tom. 2. diss. 6. c. 18. & seq.*

LIBER XIII.

DE MATRIMONIO, CENSURIS, & statu Religioso.

DISSERTATIO I.

De Matrimonio.

CAPUT I.

De Matrimonii essentia, & institutione.

I. S. Augustinus *lib. 1. de Adult. conjug.* ad Pollentium inquit: *Quæstionem de conjugiis obscurissimam, & implicatissimam esse non nescio. Nec audeo profiteri omnes sinus ejus vel hoc in opere, vel alio me adhuc explicasse, vel jam posse, si urgeat, explicare.* Tempore Augustini, hæretici, nostra ætate nonnulli Moralistæ viis diversis hunc tractatum obscurarunt.

II. Conjunctionis maris cum fœmina matrimonium potius, quam patrimonium antiqui appellarunt, quod fœminæ sit parere, nutrire, & educare sobolem. *Nuptiæ* quoque vocantur matrimonium à nubendo, & *connubium*, & *conjugium* à communi jugo cui ambo vir, & mulier subjiciuntur.

III. Matrimonium tripliciter spectatur. 1. ut contractus naturalis, 2. ut contractus civilis, 3. ut sacramentum novæ legis: Absolutè describitur: *Conjunctio maritalis viri, & fœminæ inter legitimas personas, individuam vitæ consuetudinem retinens.* Additur verò, ut est Sacramentum, *divinitùs instituta in signum conjunctionis Christi cum Ecclesia, habens promissionem gratiæ ad uniendos conjugum animos, & prolem pię, ac sanctè educandam in fide christiana.* Tandem matrimonium triplex est, legitimum, ratum, & consummatum. Legitimum est jure gentium, & ad legum civilium normam contractum: quale est etiam infidelium. Ratum quod secundum Ecclesiæ leges perficitur, & quod ab Ecclesia probatur. Consummatum autem quandò carnali copula ambo conjuges commiscentur.

IV. Ex pluribus coalescit. 1. mutuo consensu; 2. externa promissione; 3. reciproca corporum traditione; 4. indè resultat vinculum perpetuum; 5. obligatio mutua reddendi debiti; 6. jus quod uterque in alterum habet; 7. carnalis copula.

V. Omnes Catholici negant essentiam matrimonii sitam esse in carnali copula. Inter Adamum & Evam verum fuit matrimonium ante commixtionem. Verùm fuit matrimonium Patriarchæ Josephi cum B. Virgine, omni prorsus carnali exclusa copula.

VI. Mutuus contrahentium consensus causa efficiens est matrimonii. Encratitæ, Marcionitæ, Manichæi, Priscillianistæ negarunt honestum, bonumque matrimonium. Sed istorum delirantium errorem execrantur Scripturæ sanctæ, & Catholici omnes. Siquidem naturali, divinoque jure institutum matrimonium est. Præceptum contrahendi matrimonii non singulos spectat, sed multitudinem.

VII. QUÆST. I. *An in lege veteri matrimonium fuerit Sacramentum?* RESP. Dupliciter sacramenti ratio spectari valet. 1. In latiore significatu prout quocumque modo signum rei sacræ dicitur 2. quatenùs est signum practicum & efficax gratiæ sanctificantis. Communis Theologorum sententia negat matrimonium ante adventum Christi fuisse verum sacramentum. In latiore verò significatu fuisse sacramentum, concedunt omnes, cum in ipso innocentiæ statu institutum in signum fuerit conjunctionis Christi cum Ecclesia. *Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne meâ .... Quamobrem relinquet homo patrem suum, & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una.* Gen. 2.

VIII. QUÆST. II. *Matrimonium in lege evangelica est ne verum sacramentum?* RESP. Negant Hus, Lutherus, Calvinus, & Protestantes; sed de fide est verum esse sacramentum, S. Paulo *Ephes. 5.* inquiente: *Propter hoc relinquet homo patrem & matrem suum, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est: ego autem dico in Christo, & in Ecclesia.* Accedit perpetua Ecclesiæ traditio, cujus documenta dedi *tom. 10. lib. 2. diss. 1. c. 4.*

IX. QUÆST. III. *Utrum matrimonium inter fideles absentes per procuratorem celebratum, sit verum sacramentum?* RESP. Affirmant Soto, Isambertus, Gotti, Turnely, & alii plures. Negant Victoria, Canus, Cajetanus, Catharinus, Vanroy, & alii. Hęc secunda sententia mihi est probabilior. Nullum quippè sacramentum inter absentes celebratur. Nec minus præsentes contrahen-

tes requirunt hæc verba *Ego vos conjungo* &c. quam præsentem pœnitentem requirunt hæc alia *Ego te absolvo*. Usum absolutionis datę absenti damnavit Clemens VIII. Respondet Turnely absolutionem datam absenti non esse contra naturam sacramenti pœnitentiæ, & dari posse nisi obstaret prohibitio Clementis VIII. Hæc responsio futilis videtur. Ex arbitrio ne Clemens VIII. damnavit, prędatam opinionem? Eam damnavit, quia hæc verba *Ego te absolvo* requirunt pœnitentem præsentem. Validum itaque erit matrimonium in ratione contractus naturalis, & civilis initum inter absentes per procuratorem; at verum sacramentum non esse mihi est probabilius.

X. Matrimonium infidelium post promulgatam evangelicam legem non est sacramentum. Similiter sacramentum non est matrimonium fidelis cum infideli, ut mihi probabilius videtur. Si infideles conjuges convertantur ad fidem, illorum matrimonium non evadit sacramentum juxta probabiliorem sententiam: quia posterior intentio non potest efficere ut contractus initus, qui non fuit sacramentum, postea evadat.

XI. Matrimonia catholicorum cum hæreticis illicita omnino sunt, ut fatentur omnes Theologi. Nullum verò jus illa irrita declarat.

CAPUT II.

De materia forma, & ministro sacramenti matrimonii.

I. QUÆST. I. *Quænam est matrimonii sacramenti materia?* RESP. Plusquam septem recensere possem Theologorum opiniones in designanda materia, & forma istius sacramenti. Sed his missis, cum S. Thoma, cui communiter Theologi subscribunt, dico esse actus contrahentium. Hæc sunt in *Supp. q.* 42. *a.* 1. *ad* 2. ejus verba: *Sacramentum matrimonii perficitur per actum ipsius qui sacramento illo utitur, sicut pœnitentia. Et ideò sicut pœnitentia non habet aliam materiam nisi ipsos actus fensui subjectos, qui sunt loco materialis elementi, ita est de matrimonio.*

II. QUÆST. II. *An Sacerdos assistens contrahentibus sit sacramenti minister, ejusque verba habeant rationem formæ?* RESP. Duæ sunt sententiæ, & utraque suos gravissimos patronos habet, etiam in schola Thomistica. Gonet, Gotti, & alii plures docent ipsos contrahentes esse hujus sacramenti ministros, eorumque verba esse sacramenti forma.

III. Contra, ipsum Sacerdotem assistentem esse sacramenti ministrum propugnant gravissimi Guillielmus Parisiensis, Melchior Cano, Cardinalis Toletus, Petrus Ledesma, Petrus de Marca, Maldonatus, Franciscus Sylvius, Æstius, Natalis ab Alexandro, Turnely, Le-Druin, Gibertus, Herminier, Du-Hamel, Juvenin, Florentinus de Coq. Vanroy, Piette, Bannez. Hisque argumentis evincunt hanc suam sententiam.

IV. Tridentinum *sess.* 24. *c.* 1. *de Ref.* statuit: *Ad celebrationem matrimonii in facie Ecclesiæ procedatur, ubi Parochus vir & mulier interrogatis, & eorum mutuo consensu vel ille, vel dicat:* Ego vos in matrimonium conjungo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti: *vel alii utatur verbis juxta receptum uniuscujusque provinciæ ritum.* Satis perspicuè colligi hinc videtur, Sacerdotem esse hujus sacramenti ministrum, & verba quæ profert, esse formam. Concilium enim verba usurpanda præscribit, vel alia juxta cujuscumque Ecclesiæ ritum. Ibidem subdit hanc benedictionem à proprio Parocho faciendam esse. Plura alia Concilia, ut Colonense, Cameracense, Remense, Turonense, quæ refert Sylvius, prætereo.

V. His accedunt Ritu alia plurima. Romanum vetus an. 1494. à P. Castellano O.P. collectum. Alterum Romanum Pauli V. jussu editum, hæc verba *Ego vos conjungo*, &c. proferenda à Parocho hujus sacramenti ministro præscribit. P. Martene de antiquis Ecclesiæ ritibus *tom.* 2. *lib.* 1. *c.* 9. plura alia in hanc rem affert. Unum laudare sufficiat Mediolanense, in quo S. Carolus Boromæus *Act. p.* 4. hæc inferi curavit, nempè *quinque dumtaxat esse sacramenta, quæ Parochus ex officio administrare potest: Baptismum, Eucharistiam, Pœnitentiam, Matrimonium, & Extremam Unctionem.*

VI. Luculentius confirmatur hæc sententia argumento quod solidum responsum non excipit. Lutherani, & Calvinistæ negant matrimonium esse sacramentum, & scripturarum testimonia, quibus nos evincimus esse sacramentum, acutis cavillationibus eludere student. Cedo. Quibus nos illorum commenta rationibus explodimus? Non sanè aliis, nisi apostolica, & universali Ecclesiæ traditione omnium Patrum, & Conciliorum. Porro Patres omnes una voce sacras vocant nuptias, quia sacra Sacerdotis benedictione confecrantur. Patrum testimonia dedi *tom.* 10. *lib.* 2. *diff.* 1. *c.* 4. ubi legi possunt.

VII. Reponunt adversarii, benedictionem Sacerdotis, quam Patres omnes, requirunt, necessariam utique esse Ecclesiæ mandato, tamquam cæremoniam accidentalem ad majorem nuptiarum solemnitatem, secus ad sacramenti necessitatem divino præcepto impositam. Responsio hęc falsa est mihi. Respondeant adversarii. Undè nos ex traditione argumenta hauriemus, ut contra protestantes evincamus matrimonium esse sacramentum, si recensita responsio consisteret? Profectò si benedictio Sacerdotis, qua confecrari nuptias Patres omnes adfirmant, ut ad sacramenti dignitatem matrimonium evectum ostendant, sit mera accidentalis cæremonia, desunt nobis prędia omnia ex traditione arcessita, quibus contra Novatores denegantes matrimonium esse sacramentum, pugnemus. Sublata quippè traditione universalis Ecclesiæ, quæ est legitimus sacrarum Scripturarum interpres, inermes omninò sumus in certamine, & causa cadimus contrà eosdem Novatores.

VIII. Præterea sacramenta sunt sacræ Religionis cæremoniæ: & ideò sacramentum opus est Religionis. Porrò non quodlibet rei sacræ signum est sacramentum, sed illud dumtaxat quod sacrum est. Cum igitur matrimonium solis viri & fœminæ verbis civiliter, & profane contrahitur, licet rei sacræ signaculum sit, non est tamen sacræ religionis opus, atque adeò sacramentum propriè dictum. Alioquin & serpens æneus, & manna in deserto sacramenta dicenda essent. Ergo connubia absque sacro ministro, & sine sacra Religionis cæremonia sacramenta non sunt.

IX. Quid plura? Concilium Florentinum enumeratis septem sacramentis novæ legis ita definit. *Hæc OMNIA sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus tamquam materia, verbis tamquam forma, & persona ministri conferentis sacramentum.* Si horum unum desit, sacramentum non perficitur. Quis sacramenti minister ordinarius, sine quo sacramentum non perficitur? Ipsi conjuges? Homines laici ordinarii sacramentorum ministri? Mulier necessitate urgente baptizat, at ordinarius minister illa non est, sed sacerdos. Soli sacerdotes confecrati sacramento Ordinis sunt legitimi dispensatores mysteriorum Christi, ut Apostolus Paulus 1. *Cor.* 4. inquit: *Sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei.* Quo ergo jure adimi iisdem hæc potestas valet administrandi sacramenti matrimonii, quod magnum mysterium ab eodem Paulo nuncupatur, ut illa mulieri, cui ne loqui quidem in Ecclesia permittitur, adscribatur? Undè colligunt adversæ sententię patroni laicos contrahentes esse sacramenti ministros ordinarios? Ex quo Scripturarum testimonio, ex quo Concilio, ex qua Patrum traditione eruunt diversam esse sacramenti matrimonii, ac cæterorum omnium rationem? Nullum profecto sacrę antiquitatis monumentum adducere valent. Omnium cæterorum sacramentorum minister ordinarius Sacerdos est. Christus in nova lege matrimonium ad dignitatem sacramenti evexit. Cur istius sacramenti solius ministrum non instituit Sacerdotem? Ratiocinium solidum, & perspicuum evincit, ut sicut ad aliorum sacramentorum dignitatem matrimonium evexit, ita sicut & cæterorum sacramentorum Sacerdotes ministros instituit, ejusdem quoque matrimonii instituerit Sacerdotes. Hoc evidenter ratio demonstrat, hoc confirmat traditio. Ut hac universali regula, justoque principio eximant sacramentum matrimonii, non sufficit unum, aut alteram conjecturam, aut ambiguum testimonium afferre; sed requiruntur luculentissima testimonia, & exceptio manifesta.

X. Conjuges sacramentum matrimonii suscipiunt. Sacramentorum quæ in sola actione consistunt, minister à suscipiente distinguitur. Nemo enim baptizare, confirmare, absolvere seipsum potest. Qui ergo fieri potest ut conjuges suscipientes sacramentum matrimonii simul ministri sint? Nam aut quilibet contrahens sibi, aut unus alteri sacramentum administrat. Non primum, quia, ut dixi, nemo sibi administrare sacramentum in actione situm potest. Si secundum, duo efficiunt sacramentum: neque enim sacramentum ita dividuum est, ut unus minister unam partem, & alius minister alteram partem perficiat. Nam licet conferre tertio simul in eodem instanti duo ministri queant sacramentum: tamen percipi nullo modo potest, qua ratione valeant duo conjuges unum efficere ministrum, qui sibimetipsis sacramentum administret. Ex altera parte neutet sine altero potest sacramentum perficere. Et tum quæritur, an prius vir mulieri, aut mulier viro sacramentum conferat. Verba igitur contrahentium materia sacramenti sunt, forma non sunt. Forma enim cujusque sacramenti sacra est, à qua dicitur sacramentum. Hæc verba *Ego te accipio in uxorem*, nullo modo sacra sunt. Hæc enim verba, aut similla adhibebantur antequam Christus matrimonium sacramentum instituerit: & adhibentur ab omni natione fide christiana destituta. Si omnes nugas, quas nonnulli, inquit Melchior Canus, qui primus omnium in apricum hanc sententiam traduxit, excogitarunt, ut distinguant materiam à forma hujus sacramenti, recensere vellem, folia implerem. Hic dicit contrahentes ipsos esse materiam sacramenti: ille non ipsos, sed consensum: alius gestus, & nutus, qui à viro, fœminaque, exceptis verbis, adhibentur. Alius prioris loquentis verba materiam esse affirmat, posterioris formam. Quæ utinam graviter, & probabiliter dicerentur, ne jure ab hæreticis riderentur. Quorsum in re gravissima ad fidem, & religionem necessaria tenuiter, ne dicam ridiculè, philosophari?

XI. Tandem hæc opinio tutior est, & simul valdè probabilis, utpotè à gravissimis Theologis propugnata. Quare BENEDICTUS XIV. *lib.* 8. *de Synod. c.* 28. *num.* 3. inquit: *Verùm quamquam hæc usque explicata Melchioris CANI sententia tot Doctorum suffragiis communita, sit VALDE PROBABILIS; ac cuique liberum absque erroris nota eam amplecti*, &c. Non probabilis modo, verum etiam valdè probabilis est sententia hæc. Aliundè verò simul tutior est. Omnes enim ad unum Theologi fatentur, matrimonium ecclesiastico ritu à Sacerdote benedictum, esse verum sacramentum. Contra plurimi, & gravissimi Theologi negant prędicto ritu sublato esse sacramentum. Illa autem tutior sententia est de qua nemo Theologorum ambigit. Ergo tutior hæc est, & contraria minus tuta. Hæc omnia certa sunt, & extra controversiam. Atqui ex decreto Innocentii XI. quando agitur de valore sacramentorum ex duabus opinionibus probabilibus, & in utramque partem à Theologis disputatis, tutior seligenda est. Ergo amplectenda hæc nostra, rejicienda altera.

XII. Quæ contra opponuntur ab adversariis, nullius, ut ego quidem arbitror, sunt momenti. Omnia expendi *tom.* 10. *lib.* 2. *c.* 2. & rejeci. Ibi legere illa poteris, ut prolixitatem devitem.

CAPUT III.

De conditionibus consensus mutui ad matrimonium necessarii.

I. QUÆST. I. *An ut matrimonium sit validum requiratur utriusque conjugis consensus?* RES. Adfirmant omnes. Consensus iste integrus, sincerus, & non fictus, liber non coactus, ab errore immunis, & publicus, atque signo exteriore ma-

manifestatus sit oportet. Nullo enim modo sufficit consensus internus, nisi signo exteriore manifestatus sit. Quia consensus iste materia est sacramenti, quæ necessariò sensibilis esse debet. Exprimi autem exteriùs consensus iste debet aut verbis, aut nutibus clarè consensum internum indicantibus. Peccant tamen regulariter illi qui loqui valentes, omissis verbis, nutus, aut alia signa adhibent. Excipe puellas nimis verecundas, quæ hodie perquam raræ occurrunt.

II. Consensus fictus & simulatus internus, licèt verbis exteriùs expressus, non sufficit ad matrimonium. Peccat mortaliter qui fictè, & simulatè contrahit, & obstringitur verè & sincerè consentire. Neque afferenti fictè & simulatè se contraxisse fides adhibetur in aliquo tribunali, nec habenda est, sed pœnis potius plecti iste meretur. Et hujusmodi simulatores absolvendi minimè sunt, donec verum & sincerum consensum dederint.

III. Si fictè cum prima contraxit, & postea simulator sincero, & vero animo contrahat cum secunda, judex ecclesiasticus jubet ut maneat cum prima: quia judicium jus profert secundum ea quæ apparent, & præsumuntur. Cæterum, si cum prima revera coram Deo fictus fuit consensus, & sincerus cum secunda, tunc *debet potius* (inquit S. Thomas in supp. q. 45. a. 4. ad 3.) *excommunicationem sustinere quam ad primam uxorem accedat, vel debet in alias remotas regiones fugere.* Secunda enim in hoc casu esset vera uxor. Et quandò certa, & indubitata argumenta apparent fictionis cum priore fœmina, tunc judex ecclesiasticus impositâ pœnitentiâ, & damni illati priori fœminæ reparatione, absolvere reum, & nullum declarare primum matrimonium deberet.

IV. Proles ex ficto matrimonio suscepta legitima habenda est, usquedum fictio probetur, ut docent omnes. Quandiù unus conjugum certò scit prius matrimonium judicis sententia dissolutum, esse coram Deo validum, nequit secundum conjugium inire.

V. QUÆST. II. *An consensus metu extortus nullum efficiat matrimonium?* RESP. Multiplicem metum Theologi distinguunt. Alius gravis est, qui concipitur de aliquo malo gravi imminente, ut est mors, exilium, carcer, mutilatio; vel gravis esse potest ex vehementi apprehensione timentis. Mulieri potest esse grave malum quod viro leve est. Levis timor est de levi malo tum in se, tum respectu personæ timentis. Præterea alius est timor à naturali interna causa ortus, qui ob vitam servandam, vel ob pœnam æternam fugiendam ad agendum impellit. Alius, qui à causa exterius agente proficiscitur. Er hic duplex est: aut enim causa exterius agens est tantum occasio, ut est tempestas maris respectu mercatoris; aut causa exterius directè timorem incutit, ut latro qui pugione districto mortem minatur, nisi pecunia eidem consignetur. Iusuper alius metus justus est incussus à judice, vel legitimo Superiore ex justa causa; ut cum judex violatorem puellæ conjicit in carcerem, obstringitque ut eam ducat in matrimonium. Alius est injustus, qui absque justa causa incutitur. Alius tandem metus reverentialis, qualis est filiorum erga parentes.

VI. Matrimonium celebratum ex metu gravi injustè incusso nullum est, & irritum, ut omnes fatentur: quia pugnat consensus iste tali metu extortus cum perpetua animorum concordia, & benevolentia. Nullum est hoc matrimonium juxta ecclesiasticos, juri naturali quam maximè consentaneo, ut probabilius mihi videtur. Matrimonium contra ex metu justè incusso sive ex causa naturali interna, sive externa, validum est, sicut & matrimonium ex levi metu celebratum.

VII. Hinc 1. qui concubinam mortis causa ducit, validum contrahit matrimonium. 2. qui damnatus ad mortem justè, si ab aliqua postulatur ad nuptias ut mortem declinet, validè contrahit. 3. validum quoque est matrimonium illius qui judice mortem comminante, aut carcerem, defloratam ducit.

VIII. Sempronius passus injuriam à Titio ob furtum, aliudve crimen, minantur illum accusare apud judicem, nisi tali puellæ nubat: matrimonium nullum esset: quia nullum jus Sempronius habet ad cogendum Titium ut talem puellam ducat: quamvis jus habeat eundem accusandi ob furtum. Qui injusto metu compulsus nupsit, reddere debitum non tenetur.

IX. Matrimonium coactè initum per liberum consensum validum evadit, dummodò in altera parte quæ liberè contraxit, perseveret consensus. Temporales domini, ac magistratus, qui directè vel indirectè timorem gravem injustè incutiunt, ut aliquem cogant ad contrahendum matrimonium, sunt ipso facto excommunicati à Concilio Tridentino *sess. 24. c. 9. de Ref.*

X. Consensus conditione limitatus nullum efficit matrimonium. Quarè si quis dicat: Accipio te in meam uxorem, si pater meus consenserit: matrimonium nullum est, quia conditio suspendit consensum. Conditiones generales & necessariæ, ut si dicas, Ducam te, si Deo placuerit, nullo modo suspendunt matrimonium. Si sint impossibiles & turpes, quæ matrimonii substantiam non inficiunt, pro non adjectis habentur. Omnes conditiones quæ inficiunt substantiam matrimonii, nullum illud efficiunt, ut sunt istæ: Accipio te in meam, si nullos mihi genueris filios, si generationem devitaveris, si sterilitatis venenum sumpseris, si adulterandam te prostitueris. Contraho tecum usque dum venustiorem, ditioremve invenero. Istæ, similesve conditiones ipsam pecimunt matrimonii substantiam, nullumque efficiunt.

XI. Si matrimonio, aut sponsalibus apponantur conditiones de præsenti, aut de præterito, posita conditione subsistunt sponsalia, & matrimonium; sublata conditione, sponsalia, & matrimonium nulla sunt: ut si dicas, *Accipio te in meam, si sis virgo, si sis primogenita, si parentes tui consentiant, si sis nobilis, si sis legitima.* Si consummato matrimonio deprehendatur tempore contractus initi non fuisse virginem, nec legitimam, nec nobilem, nec primogenitam, matrimonium nullum est: nec copula carnalis validum efficere potest. Si quis dicat, *Accipio te in meam, si patri tuo placuerit*, sciebatque patrem esse mortuum, conditio pro non adjecta habetur; si verò ignorabat patris mortem, necessarius est novus consensus, ut matrimonium sit validum. Nullum quippè est ratione primi consensus conditionati, quia conditio suspendit effectum. Si pater vivat, taceatque, quia ei placet contractus, tunc valet matrimonium. Si deprehendatur tacere, quia ei displiceat, tunc contractus nullus est. Si dubitatur cur taceat, suspendendus est contractus, donec se declaret. Si contentiat, & postea dissentiat, validum est matrimonium, dummodò perseverent in voluntate contrahendi usque ad consensum patris. Prudentia tamen opus est, & spectatis circumstantiis colligendum est, num patris consensus plenus, & verus revera fuerit. Immo prudentia dictat, has conditiones, utpotè dubitationum scaturigines, in tanti momenti contractu, matrimonio videlicèt, esse omninò rejiciendas, & aut absolutè contrahendum, aut à tali contractu abstinendum.

XII. Conditio honesta contraria bonis matrimonii matrimonium nullum efficit; ut si contrahant sub conditione perpetuæ castitatis, tunc nullum jus ad copulam datur. Hoc autem jure sublato nullum est matrimonium. Nam licèt conjungi cum matrimonio possit intentio non petendi debitum, si tamen hoc deducatur in pactum, substantia matrimonii destruitur. B. Virgo, & Patriarcha Joseph absolutè contraxerunt, & mutuam corporum potestatem transtulerunt, nullo adjecto pacto reciproco, quamvis animum habuerint ab omni carnali copula abstinendi, Deo sic illuminante eorumdem mentem.

XIII. Qui impedimento dirimente irretiti contrahunt, adjecta conditione, *si Papa dispensaverit*, conjugium conditionatum efficium; sed ejusmodi matrimonia conditionata numquam admittenda sunt, sive impedimentum sit illorum à quibus dispensare Papa solet, sive alterius generis.

XIV. Illis verborum formulis exprimendus consensus est quæ juxta morem patriæ declarant consensum verum, sincerum, reciprocum, & de præsenti, ut sunt ejusmodi: *Accipio te in meam uxorem: duco te in ratum maritum, &c.*

CAPUT IV.

De proprietatibus matrimonii, & de polygamia simultanea, & successiva.

I. TRes sunt matrimonii proprietates, seu bona, nempè fides, proles, & sacramentum. Fides accipitur hic pro fidelitate, qua promissa implentur, estque justitiæ pars. Fides violant conjuges, si alterum, vel alteram, agnoscunt. Proles est matrimonii finis. Sacramentum indissolubilitatem significat, & confirmat. In fide igitur conjunctio unius cum una intelligitur.

II. Unitati matrimonii opponitur polygamia simultanea, seu uxorum pluralitas. Penes omnes convenit polygamiam qua una fœmina nubebat pluribus viris, esse contra jus naturale tum primarium, tum secundarium. Disputatur solum de polygamia qua unus vir plures ducit uxores, num adversetur juri naturali, & divino.

III. Communis Theologorum sententia est polygamiam adversari juri naturali. Advertendum tamen est, jus naturale aliud esse invariabile, & immutabile cujusmodi sunt prima & universalia principia, quæ primævum naturæ finem spectant. In his nulla cadit dispensatio, nulla interpretatio. Quæ enim hoc jure prohibentur, intrinsecus mala sunt. Aliud est jus naturale variationi obnoxium tatione temporum, & circumstantiarum. Varietatem hanc solus Deus universi naturæ juris conditor, & sapientissimus comprehensor, atque moderator cognoscit. Idcircò ille solus dispensare, seu veriùs interpretari, & declarare valet, quandò & quomodo homo huic sit juri obnoxius.

IV. Hinc habes quomodò Deus in veteri lege SS. Patriarchas dispensaverit ut simul plures haberent uxores. Nomen tamen uxoris dupliciter accipitur in Scriptura sancta. 1. in proprio significatu, sub quo venit prima uxor solemni ritu adducta, quæque mater familias nuncupabatur, & speciali honore prædita erat, ejusque filii hæreditati paternæ succedebant. 2. in latiore significatione, prout erant secundæ uxores, quæ præfatis carebant privilegiis, & concubinæ etiam appellabantur.

V. Christus Dominus in Novo Testamento sustulit hoc privilegium habendi plures uxores, ut perpetua, & universalis Ecclesiæ traditio docet, & Tridentinum definivit *sess. 24. can. 2.*

VI. Motanistæ, quibus accessit Tertullianus, damnarunt polygamiam successivam, seu secundas nuptias. Catholica Ecclesia numquam prohibuit secundas, & ulteriores nuptias. Primis tamen Ecclesiæ sæculis Ecclesia Græca severè pœnitentiæ subjecit bigamos, & trigamos.

CAPUT V.

De indissolubilitate vinculi conjugalis, & de divortio.

I. QUÆST. I. *An vinculum matrimoniale sit indissolubile?* RESP. Affirmant omnes Catholici. Firmitatem, & perpetuitatem ab ipso naturæ jure repetunt Theologi cum S. Thom. *in Suppl. q. 7. art. 1.* Hanc naturalem perpetuitatem suo divino jure Deus confirmavit Matth. 19. *Itaque jam non sunt duo, sed una caro. . . . Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet.*

II. QUÆST. II. *Quid de matrimonio infidelium dicendum?* RESP. Verum, & legitimum matrimonium, prout est contractus naturalis, & civilis, contrahi apud infideles certum est. Quandò ambo conjuges convertuntur ad fidem, eorum matrimonium non dissolvitur, ut Theologi omnes docent. Si maritus infidelis amplectebatur primis Ecclesiæ sæculis fidem Christi, & mulier infidelis pacificè habitare voluisset, licita erat talis habitatio ut *ex. 1. Cor. 7.* habetur. Disputant Theologi num in præsens licita hæc cohabitatio sit mariti fidelis cum uxore infideli, quæ habita-

re

& absque contumelia Creatoris cum marito desiderat. Communior sententia affirmat, cum nulla extet lex quæ talem cohabitationem prohibeat. Consuetudo tamen opposita obtinet, vi cujus illicita est talis cohabitatio, nisi prudenter speretur uxoris conversio.

III. Quandò unus conjugum ad fidem convertitur, altero in infidelitate persistente, si proles sit doli capax, sua fruitur libertate. Si rationis usu destituta sit, sequi patentem conversum ad fidem Christi debet. In dubio an proles prædita rationis usu sit, in Religionis favorem judicandum est.

IV. QUÆST. III. *Si conjux infidelis consentiat pacificè habitare cum conjuge fideli, potest ne fidelis conjux aliam ducere?* RESP. Affirmat Bellarminus: alii negant; alii distinguunt. S. Augustinus *lib. 1. de Adult. conjug. cap. 25.* absolutè negat. Similiter Innocentius III. cap. *Laudamus* negantem sententiam defendit. Si autem conjux infidelis pacificè cohabitare nolit absque contumelia Creatoris, tunc conjux fidelis, illo discerto, aliud inire connubium potest, ut expressè S. Thomas docet *in Suppl. q. 59. art. 5.*

V. Quandò unus infidelium ad fidem convertitur, matrimonium non solvitur per Baptismum, sed per nuptias subsequentes. Quare si infidelis pervicax ante matrimonium à fideli conjuge contractum, secundas celebraret nuptias, nullæ istæ essent: & si ad fidem converterentur conjuges isti, separandi essent. Quoniam privilegium dissolvendi vinculi conjugalis in favorem dumtaxat fidei, non infidelitatis concessum à Christo est, ut habetur *cap. Quinto de Divortiis.* Similiter si fidelis post monitum infidelem conjugem obstinatum in infidelitate contrahat matrimonium, deindè istud secundum solvatur per mortem conjugis; tunc fidelis iste non teneretur redire ad priorem conjugem infidelem, etiamsi ad fidem converteretur. Quoniam cum prius matrimonium legitimè solutum fuerit, liber omninò fidelis evasit: atque adeò non tenetur ad priorem conjugem conversum redire in casu mortis secundæ uxoris.

VI. QUÆST. IV. *An matrimonium Judæorum per libellum repudii nullum evaserit?* RESP. Alii affirmant, negant alii. Christus Dominus *Matth. 19.* ait, Moysem permisisse libellum repudii ad cordis Judæorum duritiem. Non ergo licitum repudium erat. Ergo vinculum matrimoniale non solvebatur. Et hanc negantem sententiam perspicuè docent SS. Hieronymus, Augustinus, Chrysostomus, Isidorus, Theophylactus. Et hanc sententiam communiorem appellat S. Thomas. Sed tanti non est ut discuti longius debeat.

VII. QUÆST. V. *Utrum matrimonium Christianorum per adulterium dissolvatur?* RESP. Negant Catholici omnes. Et veritas hæc apertè traditur in Evangelio *Luc. c. 19.* ubi hæc habentur: *Omnis qui dimittit uxorem suam, & aliam ducit, mœchatur, & qui dimissam duxerit, mœchatur.* Quæ verba sic disponenda sunt, ut facilius intelligantur. *Quicunque dimiserit uxorem (quod non licet nisi ob fornicationem) & aliam duxerit, mœchatur.* Fornicatio licitam facit dimissionem, minimè verò novi conjugii celebrationem. Ultima verba Evangelistæ rem perspicuè declarant. *Qui dimissam duxerit, mœchatur.* Dimitti uxor non poterat nisi ob fornicationem, ut omnes fatentur. Qui ergo dimissam fornicationis causa ducit, mœchatur. Ergo non solvitur vinculum conjugale. Accedit perpetua Ecclesiæ traditio.

VIII. QUÆST. IV. *Solvitur ne Christianorum matrimonium ratum non consummatum, per solemnem professionem Religionis approbatæ?* RESP. Affirmant Catholici omnes, & hæc veritas definita est in Concilio Tridentino *sess. 24. can. 6.* his verbis. *Si quis dixerit matrimonium ratum, & non consummatum, per solemnem Religionis professionem alterius conjugum non dirimi; anathema sit.* Hæc Concilii definitio universa, & perpetua Ecclesiæ traditione nititur.

IX. Utrum Pontifex dispensare à matrimonii rati vinculo queat, disputant in utramque partem Theologi. Illud penès omnes convenit, gravissimas urgere causas debere, & solum ob majorem Ecclesiæ utilitatem, & decorem dispensare Pontifices posse à præfato vinculo.

X. QUÆST. VII. *Utrum matrimonium Christianorum ratum, & consummatum dirimatur per ingressum in Religionem?* RESP. Negans sententia communis est, & vera. Quoniam Ecclesia declaravit solùm matrimonium ratum solvi per professionem monasticam. Si unus conjugum adulterium perpetret, ingredi religionem innocens conjux potest, vel vovere castitatem perpetuam, quia ob adulterii crimen jus habet perpetui divortii. Unus tamen conjux ex consensu alterius conjugis ingredi, & profiteri Religionem potest; conjux tamen consentiens, & remanens in sæculo, si senex sit, votum castitatis emittere; si juvenis, ingredi Religionem debet, ut statuitur cap. *Cum sit.* Maritus invita uxore, sive ante, sive post consummatum matrimonium nequit sacris ordinibus initiari. Si invita uxore susciperet sacros Ordines, reddere, non petere debitum posset. Consentiente uxore fieri maritus Sacerdos valet, dummodò ipsa uxor approbatam Religionem profiteatur, ut statuitur *cap. Sanè de Conv. conjug.*

XI. Disputant quandonam consummatum matrimonium dicendum sit. Alii dicunt, sat esse penetrationem vasis mulieris sine seminis effusione; sed probabilior opinio, & communior requirit seminis effusionem in mulieris vas. Copula habita ante matrimonium non sufficit ad matrimonii consummationem: matrimonium enim non per fornicationem, sed per copulam matrimonialem perficitur.

XII. QUÆST. VIII. *Quid sit divortium, & an in utroque conjuge jus ad illud par sit?* RESP. Divortium est separatio à toro, in quo distinguitur à repudio, quod vinculi dissolutionem infert. Divortium licitum esse adulterii causa affirmant omnes. In utroque conjuge jus ad divortium par est, quia in iis quæ ad torum attinent, utriusque conjugis jura paria sunt. Conjux innocens facto divortio, aut vovere castitatem, aut ingredi Religionem potest, invito conjuge reo. Conjux verò reus nec vovere castitatem, nec ingredi Religionem potest, quamdiù conjux innocens jus retinet illum revocandi. Si tamen conjux innocens non contradicat, valet mutatio status à conjuge reo facta. Si judicis sententia detrusa fœmina rea in monasterium fuerit, biennium conceditur innocenti ut deliberet si revocare illam velit. Intra hoc biennium fœminæ professio nulla est, elapso biennio valida habetur.

XIII. QUÆST. IX. *Quibus in casibus licitum divortium est inter Christianos?* RESP. Licitum est 1. ex utriusque conjugis consensu, studio sanctioris vitæ 2. adulterii causa 3. immoderata sævitia, si publica, & manifesta sit, justa est divortii causa; si occulta, expectanda est judicis sententia; à thoro tamen separare se potest, sed non à domo discedere. 4. Si subversionis periculum uni conjugi immineat ex cohabitatione, non modò licitum, sed necessarium divortium est. 5. Si alter conjux à fide defecerit.

XIV. QUÆST. X. *Quæ sunt casus in quibus ob fornicationem licitum divortium non est?* RESP. Septem. 1. Maritus non potest ab uxore fornicaria separari, si ipse similiter fornicarius sit. 2. Si ipse uxorem prostituerit. 3. Si uxor probabiliter virum absentem mortuum credens alteri nupserit. 4. Si latenter ab alio cognita fuerit sub specie viri lectum subintrante. 5. Si fuerit vi oppressa. 6. Si maritus adulterii conscius carnaliter uxorem cognoverit. 7. Si matrimonio in infidelitate contracto, vir dederit libellum repudii, & uxor alteri nupserit. Si tamen uterque convertatur ad fidem, tenetur vir eam recipere.

XV. Sola voluntas adulterandi non sufficit ad divortium: immò neque tactus, & oscula. Disputant plures, num copula carnalis absque seminis effusione causa justa divortii sit. Negant aliqui; sed contraria sententia communis, & vera est. Sodomiæ scelus sufficiens est divortii causa. Conjux secretus adulter nequit petere divortium à conjuge adultero publico. Qui enim secretò adulter est, reus est, non innocens. Ergo petere divortium nequit. Conjux innocens certus moraliter de altero conjuge adultero, negare ante judicis sententiam debitum jure valet; nequit tamen à conjuge adultero discedere, non expectata judicis sententia. Tenetur conjux innocens divortium facere ab uxore adultera, nisi resipiscat, ut Scriptura Sancta docet Proverb. 18. *Qui tenet adulteram, stultus est, & impius.* Uxor tamen non tenetur discedere, quia hæc impedire nequit maritum, neque eumdem coercere, sicuti maritus uxorem. Disputatur uter conjux gravius peccet. Si impudicitia spectetur, gravius est adulterium in viro quam in muliere, inquit S. Augustinus *lib. 2. de Adult. conjug. c. 8.* Si injustitia consideretur, uxor adultera scelestiùs peccat ob prolis incertitudinem, undè gravia sequuntur absurda.

CAPUT VI.

De Sponsalibus, eorumque conditionibus.

I. QUÆST. I. *Quid sint Sponsalia?* RESP. Sponsalia, de quibus in præsens, sunt promissio de futuro matrimonio, mutua, & libera, externis signis expressa, obligationem patiens. Promissio mutua sit oportet, ut utrumque obliget. Libera, excluså coactione, & metu. Signis externis expressa, quia non sufficiunt actus interni. Obligationem duplicem pariunt sponsalia, naturalem, & canonicam. Jure quippè naturali quisque stare promissis astringitur, maximè in re gravissima, uti sunt sponsalia. Canonica obligatio inducit impedimentum publicæ honestatis. Promissio facta absenti ante ejus acceptationem non obligat. Sponsalia contrahi nequeunt sub levi obligatione. Promittere utique sibi possunt sub pœna amittendi arrhas, & etiam sub nulla obligatione; sed hæ essent promissiones simplices, & jocosæ, non sponsalia vera, quæ inducunt impedimentum publicæ honestatis. Promittere sibi mutuo sponsi debent, ut valida, & firma sint sponsalia.

II. Requiritur animus deliberatus contrahendi sponsalia juxta Ecclesiæ ritum. Si sponsus decipit virginem ficta promissione, eamque defloret, tenetur eam ducere, nec fas est, eam dotare, maximè si non sint disparis conditionis, & si virgo ipsa non consenserit in suam defloration-em, & deceptionem. Si contra sponsus deceptor sit conditionis valdè superioris, & ut talis cognitus à virgine, tum dotare eam tenetur, non ducere. Quoniam in tali casu præsumitur, & quidem prudenter virginem decipi sponte volcisse. Contra si virgini ignota fuisset superior conditio sponsi, & fide bona promisisset, fictus promissor teneretur eam ducere.

III. Illud tamen mihi certum est paucissimas esse Lucretias invitas defloratas. Ipsæ apuellæ in causa sunt cur deflorentur. Si ipsæ abstinerent ab juvenum commercio, & pudicæ, & verecundæ, atque solitariæ vitam degerent, ut earum statum decet, arces essent inexpugnabiles. Verùm hodiernæ fictitiæ Lucretiæ, illæ ipsæ fores aperiunt, oculorum ictus jaculantur, amasios venantur, mirificis modis allíciunt, invitant, provocant. Cum vident miseros adolescentes æstu libidinis despumantes, & impudico amore captos, tum omnia muliebria præstigia adhibent, elegantiorem venustatem stibiis, fucis, & lenocinio ostentant. Non industriæ, non studio, non versutiæ, non fraudi parcunt, ut amatorculos suos, & procos excantent, & in laqueos compellant. Cum verò miseri adolescentes tot technis, & artificiis seducti ingredi arcem pertentant, tum vafræ Lucretiæ fraudulentam jactant repugnantiam, quæ non resistit, sed invitat; non repellit, sed provocat, ut in laqueum promissionis futuri matrimonii juvenes incidant. Ejusmodi expudoratæ virgines, revera fatuæ sunt, quæ familias perturbant, quæ discidia concitant, quæ inimicitias, homicidia, & funestissimas tragœdias pariunt. Quarè si lex ferretur omnes defloratas virgines ad perpetuam pœnitentiam in cinere, & cilicio agendam obstringens; hac lege lata, dubio procul solitariæ, verecundæ, & pudicæ virgines evaderent, & domi absconditæ degerent.

IV. QUÆST. II. *Quibus verbis contrahenda spon-*

sponsalia sunt? RESP. Verbis, aut signis, quæ clarè manifestent mutuum consensum, ut sunt hæc: *Promitto, me obligo, in fide mea te ducam in uxorem.* Taciturnitas non sufficit. *Qui tacet consentire videtur* valet tantùm in favorem proprium, secùs ad onus subeundum. Tunc enim valet hęc alia regula: *Qui tacet, non consentire, nec dissentire videtur.* Absolutè verba adhiberi debent. Cæterum juxta nationum diversitatem signa haberi loco verborum possunt.

V. Insani, amentes, ebrii, infantes sponsalia contrahere nequeunt: quia hæc, ut dixi, requirunt libertatem immunem à coactione, & à metu cadente in virum constantem. Surdi, & muti à nativitate, si tali præditi sint intellectu quo percipere queant quid sint sponsalia, quid matrimonium, contrahere sponsalia valent, ut colligitur ex cap. *Cum apud*, &c. de sponsi. Surdus enim & mutus confiteri, & absolvi potest. Qui tamen simul cæcus esset, contrahere non posset, quia nullis signis instrui posset, ut perciperet quid sint sponsalia, quid matrimonium.

VI. QUÆST. III. *Quæ ætas requiritur tum ad sponsalia, tum ad matrimonium contrahendum?* RESP. Septenium requititur completum ad sponsalia, quia communiter hac ætate refulget rationis lumen. Ad matrimonium verò quatuordecim in viris, & duodecim in fœminis anni necessarii sunt. Qui ante pubertatis annos completos contrahunt matrimonium, peccant mortaliter, ut habetur, *c. 2. de Sponsi. impub.*

VII. QUÆST. IV. *Quando tempus præfinitum sponsalibus inn est, celebrari ne illicò matrimonium debet?* RESP. Sponsalia obligant sub mortali ad matrimonium contrahendum, ut dictum est. Quandò tempus præfinitum est intra mensem, annum, &c. neuter alterum cogere potest ante elapsum tempus. Quando verò tempus præfinitum non est, contrahi matrimonium debet statim ac commodè potest. Si plus justo differatur, qui est in mora culpabili, peccat. Quoniam sponsalia prębent jus ad matrimonium futurum. Ergo dilatio istius juris est injusta privatio. Spectandæ tamen circunstantiæ sunt. Quando una pars plus justo differt, compelli in foro interiori à Confessario debet, ut omnes fatentur, nisi aliqua justa, & gravis causa obsit. Ad forum externum quod attinet, meo consilio nunquam judex coget vi ut matrimonium celebretur; sed potius suadebit parti volenti celebrare matrimonium ut renuntiet ejusmodi sponsalibus. Matrimonium enim est animorum conjunctio, quæ absque libertate non consistit. A prudentia Confessarii, & judicis totum hoc pendet negotium. Judex tamen cogere tenetur, ut pars læsa ex dissolutione sponsalium refarciatur.

VIII. QUÆST. V. *Utrum licitum sit sponsalibus adjicere obligationem ad pœnam?* RESP. Pœna altera positiva, ut si quis obliget se perdere centum aureos, nisi ducat Bertam; altera negativa, ut si quis promittat centum se daturum puellę, si secum nubere velit, secus non daturus: vel si testator relinquat puellæ legatum, si tali nupserit, alioquin legatum amittat. Priorem pœnam prohibet jus canonicum, & invalidam constituit, ut ex cap. *Gemma*, de sponsi. patet. Obstat enim talis pœna libertati matrimonii. Neque parti resilienti imponenda pœna est ob eandem rationem. Licet enim in aliis contractibus licitè imponi ejusmodi pœnæ valeant; quia tamen matrimonium est animorum vinculum, & quidem perpetuum, cujus felicitas à concordia, & benevolentia pendet conjugum, prudentissimè Legislatores omnem pœnam positivam prohibuerunt. Si apposita fuerit, pars resiliens non tenetur eam solvere.

IX. QUÆST. VI. *An dissolvi mutuo consensu sponsalia queant?* RESP. Sententia affirmans communis est, quando utraque pars libere consentit. Si una pars ab altera dolo, fraude, metu, importunis precibus remissionem obligationis extorqueret, non maneret ab obligatione contracta immunis. Quando verò reciprocus consensus sincerus, & liber est, dissolvi sponsalia queunt etiam juramento firmata, quia juramentum istud naturam contractus sequitur. Quare cessante contractu cessat juramentum. Impuberes dissolvere mutuo consensu sponsalia nequeunt antequam ad annos pubertatis pervenirent. Pubertate acquisita reclamare ambo, vel unus illorum potest, & sponsalia rescinduntur, licet altera pars renuat. Si adepta pubertate statim, vel, ut ajunt, post triduum non reclamaverint, nequeunt postea ad unius partis reclamationem sponsalia dissolvi, sed necessarius est utriusque partis consensus mutuus. Si unus prius altero pubertatem assequatur, continuò resilire valet, non expectata alterius partis pubertate. Si pubes cum impubere sponsalia contrahat, nequit recedere à contractu; impubes verò nactus pubertatem resilire valet. Quando impuberes contractis sponsalibus pubertatem assequuntur, non est necessarius novus consensus, sed initus contractus perseverat, quia non tractatus. Reclamatio etiam privata sufficit. Si tamen sponsalia coram Episcopo, vel Parocho contracta fuerint ab impuberibus, tunc ad rediendam vexationem reclamatio in foro exteriori fieri debet.

X. QUÆST. VII. *An post sponsalia contracta juramento firmata possit altera pars licitè ingredi Religionem?* RESP. Si licitus ingressus est post matrimonium ratum, potiori jure licitus est post sponsalia etiam juramento firmata: quia juramentum sequitur naturam contractus, qui per Religionis ingressum solvitur, atque adeo etiam juramentum. Pars quæ remanet in sæculo, continuo ac altera pars ingressa Religionem est, remanet libera, quia qui ingreditur, cedit juri suo. Qui verò ingreditur, ligatus manet usque ad professionem: ita ut si pars, quæ remanet expectare velit, & ingressus redeat ad sæculum sine professione, impleri sponsalia debent. Solvuntur quoquè sponsalia per susceptionem sacrorum Ordinum. Neque peccat qui post sponsalia sacros Ordines suscipit, quidquid in oppositum aliqui dicant, quia semper in sponsalibus inclusa hæc conditio est, *nisi ad melioremstatum transiero.* Similiter dissolvuntur sponsalia per votum aut ingredien-

grediendæ Religionis, aut suscipiendi Ordines sacros.

XI. QUÆST. VIII. *Licitum ne est contrahtis sponsalibus emittere simplex castitatis votum?* RESP. Emisso hoc voto, dissolvi sponsalia respectu partis quæ non vovet, convenit penès omnes, quia vovens cedit juri suo. Disputatur dumtaxat de parte vovente, num licitè voveat, liberque evadat ab onere sponsalium. Negantem sententiam faventem nuptiis defendunt Lessius, Laymanus, Castropalaus, Sanchez, qui plures alios refert auctores: quoniam, inquiunt, nequit Deo promitti quod debitum erat homini. Vi sponsaliorum corpus debitum erat homini. Ergo nequit Deo promitti. Quam sit robusta hæc ratio nemo non videt.

XII. Adfirmantem sententiam defendunt graves Theologi, Cajetanus, Suarez, Vazquez, Azorius, Gonet, Pontius, Ledesma, & alii plures. Hæc sententia mihi est probabilior, dummodò absit dolus, & fraus. Quoniam semper in promissione facta homini, quæque statum spectat, includitur conditio, *nisi eligero meliorem statum inserviendi Deo.* Cælibatus autem melior est statu matrimonii, ut omnes fatentur. Nec ratio oppositæ sententiæ urget quidquam: quoniam votum istud non est in damnum tertii, cum omnes creaturę Deo subjectæ sint. Nequè vi sponsalium debitum evadit corpus homini absolutè, cum in eisdem includatur dicta conditio melioris status. Caput *Veniens*, quod opponi solet, loquitur de muliere vafra, quæ votum emiserat post dilationem matrimonii, ut sponsum eluderet.

XIII. Matrimonium subsequens dirimit sponsalia præcedentia, ut omnes fatentur. Peccat tamen mortaliter qui post inita sponsalia, matrimonium cum alio vel alia contrahit. Si invalidum sit matrimonium, contrahens ligatus manet, & tenetur ex parte sua sponsalia implere: & si damnum intulit parti, refarcire illud astringitur.

XIV. Matrimonium subsequens validum non solùm suspendit sponsalia, sed eadem dirimit, ita ut mortuo conjuge non teneatur implere sponsalia, ut mihi probabilius videtur. Sponsalia præcedentia nullo modo per posteriora dissolvuntur, sed posteriora invalida omninò sunt, etiamsi juramento firmata essent. Semper tamen pars innocens libera manet, ut licitè alteri nubere possit. Quid, si secundis sponsalibus copula accederet carnalis, & non accessisset in primis? Si secunda sponsa sciebat priora sponsalia, hæc non dissolvuntur, quia sponte decipi voluit. Si contra sponsalia ignoravit, & revera decepta fuit sub spe futuri matrimonii, tunc valida esse secunda sponsalia mihi probabilius videtur, & hæc secunda virgo defiorata ducenda esset. Quamquam, ut supra dixi, raræ sunt virgines quæ invitæ, & decepto defiorentur. Et ideò rarus est casus in quo subsistant secunda sponsalia. Qui secunda sponsalia celebrat, si priora, quæ valida erant, ex aliquo capite rescinduntur, non tenetur implere secunda utpotè nulla: quia quod ab initio fuit nullum, tractu temporis non convalescit.

XV. QUÆST. IX. *An sponsalia dirimantur aut per temporis dilationem, aut per unius sponsi absentiam, vel domicilii mutationem?* RESP. Si tempus sit præfinitum ad finiendam obligationem, elapso tempore sponsalia dissolvi possunt à parte innocente, secus à reo. Si tempus sit indefinitum, non dissolvuntur per temporis dilationem; nisi valdè nimia foret, & altera pars instaret. Disputant auctores, an unus annus, an biennium, an triennium reputari debeat sufficiens intervallum ad sponsalia dirimenda? Regula certa præscribi hujus dissolutionis nequit. Spectanda est sponsorum ætas, conditio, status, & plures aliæ circumstantiæ.

XVI. Dissolvi sponsalia per discessum in regionem longinquam, etiam animo redeundi, communis est opinio, & colligitur ex cap. *De illo* 3. de Sponsi. Leges civiles quæ obligant sponsam expectare biennium reditum sponsi in eadem provincia absentis, & triennium, si abiit in provinciam alienam, correctæ sunt per jus canonicum. Forum conscientiæ præcipuè in hac materia spectandum est. Si consentiente sponsa sponsus abiit, illa expectare tenetur donec redeat juxta præfinitum tempus. Similiter si consentiente sponsa, domicilium mutetur, subsistunt sponsalia; secus si ipsa inscia id fiat. In his omnibus antequam solvantur sponsalia consulendus semper Parochus est.

XVII. QUÆST. X. *Quænam sunt causæ superuenientes quę sufficiunt ad sponsalia dirimenda?* RESP. Hæc est regula generalis, quæ communiter assignatur. Quotiès gravis mutatio, vicissitudo, circumstantia emergit, quæ cognita, & prævisa ante contracta sponsalia impedimento fuisset ne contractus celebraretur, sufficit ad sponsalia dirimenda respectu innocentis, qui in causa non est. Hæc enim conditio, *si res stent ut nunc sunt, nisi contingat notabilis mutatio*, insita semper est sponsalium contractui. Neque hinc sequitur omnia sponsalia esse conditionata, sed illa solum quibus ex libera voluntate contrahentium conditio apponitur. Conditio verò generalis insita ipsi contractui non impedit quin sponsalia sint absoluta, & inducant publicæ honestatis impedimentum.

XVIII. Defectus notabilis pulchritudinis qua prædita sponsa erat tempore contractus, & postea deformis facta est, causa sufficiens est ad sponsalia dissolvenda, quia cum puella notabiliter deformi prudens sponsus non contraxisset. Hæresis crimen, flagitium infamiam parlens, graves inimicitiæ, tixæ inter sponsos, & cætera quæ sufficiunt ad separationem à thoro, multo magis sufficiunt ad dirimenda sponsalia. Similiter quodlibet impedimentum sive dirimens, sive impediens, quod matrimonio contrahendo adversatur, sat est ad sponsalia rescindenda. Similiter paupertas gravis supervenlens uni sponsorum, qui tempore contractus divitiis affluebat, sat est ad dissolvenda sponsalia. Si tamen sponsa haberet integram designatam dotem, & sponsus dives esset, sicèt pertisset alia sponsæ bona, tum non videtur sufficiens causa dirimendi sponsalia. Quod si uterque sponsus pauper factus sit, tunc potiori jure sponsalia dissolvi, quia difficilius tunc onera matri-

trimonii possent sustineri, docent Pontius, Rebellus, Leander, Salmanticenses. Sed hoc absolutè verùm non est. Quando ambo sunt pauperes, æqualis est utriusque conditio. An valida non sunt inter pauperes sponsalia, dummodo sponsi habiles sint ad panem lucrandum, quo se, & prolem alere queant? In praxi tamen facilè dissolvi debere ejusmodi sponsalia, & ipse judico. Quia divites facti pauperes nimis molestè sustinent paupertatem, & difficilè inducuntur ad laborem. Et præterea dives sponsus factus pauper forte à matrimonio abstinere vult, & tales sæpius deberent. Quarè casus similes prudentiæ Parochi subjiciendi sunt, ut spectatis circumstantiis judicet quid in Domino expediat. Illud est certum peccare illos qui matrimonium contrahunt, nisi probabiliter prævideant se posse acquirere illa, quæ ad onera matrimonii sustinenda necessaria sunt.

XIX. Si unus sponsorum valdè ditior fiat, altero remanente in statu, in quo contracta sponsalia sunt, non dissolvi sponsalia mihi probabilius est. Nulla quippè tunc deceptio in eo qui factus ditior est. Fornicatio contracta post sponsalia illa ditimit tam respectu sponsi, quam sponsæ, quia uterque fidem sponsalium lædit: & licèt, turpius flagitium sponsa committat, non tollit tamen quin sponsi fornicatio sufficiat ad dissolvenda sponsalia. Si tamen pars innocens velit matrimonium contrahere, sponsalia consistunt. Quandò uterque fornicatur, dissolvi sponsalia possunt, quia non datur mutua compensatio, eo quod fornicatio sponsæ longè turpior sit, & infamiam inferat sponso. Sponsa vi oppressa post sponsalia jure rejici à sponso valet, quia gravis, immo gravissima mutatio contigit.

XX. QUÆST. XI. *Quæ causa antecedentes dirimant sponsalia?* RESP. Plures sunt, quæ si ignorentur à contrahentibus, dissolvere sponsalia possunt, secus si notæ illis essent. 1. Si vir nobilis, & dives promittat puellæ pauperi, ignobili, &c. putans esse divitem, nobilem, &c. 2. Fornicatio præcedens sponsæ, ut primum innotescit sponso, dirimit sponsalia. Contra fornicatio occulta sponsi nullam infamiam irrogat sponsæ, & ideò hæc absolutè non dirimit. 3. Causa accidentalis ignorata, quæ dedit causam contractui, jus præbet parti innocenti ut resilire à contractu valeat. 4. Sponsa ignobilis reputatur nobilis, pauper creditur dives, deformis pulchra, corrupta censetur virgo: si contrahere sponsalia velit, tenetur hos defectus patefacere, quia si illos occultaret, deciperet sponsum in re gravi. At non tenetur infamare se ipsam. Verum habet. Sed neque decipere proximum jure potest. Quid ergo? Abstineat à contractu. Cæterum si inire contractum velit patefacere occultos graves defectus debet. Hoc in venditione equi, vaccæ, asini observatur à viro revera christiano.

XXI. QUÆST. XII. *Quis judex legitimus dirimendi sponsalia?* RESP. Est ecclesiasticus, nempè proprius Episcopus, vel ejus delegatus. Parochus in foro contentioso non est judex. Si causa occulta sit, possunt sponsi propria auctoritate resilire à contractu. Si sponsa rea sit fornicationis occultæ debet moneri, & suaderi à sponso ut recedat; si nolit, potest eam vocare ad judicem: si infametur, ipsa in causa est.

XXII. Causa quæ assignatur pro dirimendis sponsalibus, debet esse moraliter certa. In foro exteriori utriusque partis confessio sufficit. In foro interiori unus testis fidedignus sufficit. In foro quoque exteriori si causa sit impedimentum dirimens, aut impediens, sufficit unus testis gravis, fideque dignus. Verùm hæc ad fori ministros attinent.

XXIII. QUÆST. XIII. *Peccant ne mortaliter filii qui inscii, & invitis parentibus, sponsalia, vel matrimonium contrahunt?* RESP. Affirmant communiter Theologi, & Canonistæ. Si enim honorare, revereri parentes filii debent, iisque obedire, tanè iisdem obedire, eosque honorare in negotio omnium gravissimo, undè pendet vitæ institutum, familiarum pax, conservatio civitatum, & regnorum, astringuntur. Cogere tamen parentes nequeunt filios, ut hanc præ alia ducant. Filii sub gravi culpa consulere parentes debent super matrimonio contrahendo. Parentes verò instruere filios debent, ut ducant sponsam pudicam, honestam, moratam, sibique parem tum in divitiis, tum in status conditione. Matrimonia tamen invitis parentibus celebrata valida sunt, licèt illicita.

CAPUT VII.

De matrimonio clandestino, & de proclamationibus quæ præcedere matrimonium debent.

I. QUÆST. I. *Quid sit matrimonium clandestinum?* RESP. Est illud quod celebratur absque præsentia Parochi, & testium, ut colligitur ex Tridentino *sess.* 24. *c.* 1. Ante Tridentinum valida erant matrimonia clandestina. Ea invalida Tridentinum declaravit ob gravissimas causas. Pugnant enim ejusmodi matrimonia cum fide servanda inter conjuges. Qui enim clam, & sine testibus contrahunt, facilè à præstito consensu recedere queunt: & una pars impunè deserere alteram potest, cum nullum adduci testimonium queat. Proles quoque incertitudini subjecta est. Tandem sacramenti dignitas violatur, nexus, & vinculum.

II. Ecclesia declarando invalida matrimonia clandestina, non immutavit sacramenti essentiam, sed ut sacramentum dignè celebraretur conditiones appposuit, quibus sublatis, inhabiles contrahentes ad sacramentum celebrandum declaravit. Matrimonium clandestinum neque vim sponsalium habet, ut communis sententia docet.

III. QUÆST. II. *An in aliquo casu post Tridentinum validum sit matrimonium clandestinum?* RESP. Infideles etiam subjecti civili potestati Principum catholicorum, inire matrimonium queunt absque solemnitate præscripta à Tridentino. Similiter matrimonia fidelium clandestina, ubi non est receptum Tridentinum, valida sunt. Lex enim non acceptata non irritat contractum. Ubi verò Tridentinum receptum est, nullus datur casus in quo matrimonium absque præsentia Parochi, & testium validum sit. Si Parochus desit, quamvis centum adessent testes, nullum est matrimonium.

IV. Peregrini transeuntes per loca ubi promulgatum est Tridentinum, tenentur contrahere coram Parocho, & testibus. Peregrini discedentes à locis ubi promulgatum est Tridentinum, & transeuntes per loca ubi Tridentinum non est receptum, validum contrahere matrimonium docent plures, peccare tamen istos mortaliter affirmant. Ego validum asserere non auderem ejusmodi matrimonium, cum possit contrahi coram Parocho, & testibus.

V. An verè opinatur qui docet, Catholicos qui infraudem adeunt ea loca ubi Tridentinum non est promulgatum, posse validum celebrare matrimonium?

VI. Hæc opinio penitùs falsa mihi est, & Concilio Tridentino adversa. Poterunt ergo Catholici ad hæreticorum, aut infidelium loca transire, ibique clam contrahere, & in patriam reduces publicè aliud matrimonium inire. Hoc enim, inter alia, est absurdum, quod Tridentinum monet consequi matrimonia clandestina. Non facit fraudem, inquit Sanchez, qui utitur jure suo. Verum habet. Sed undè habet, Catholicos jus posse idere circumveniendi gravissimam Tridentini legem, quæ inhabiles declarat Catholicos ad ejusmodi occulta matrimonia contrahenda? Negatur istos hoc jure potiri.

VII. Fideles degentes sub infidelium tyrannide, si habere præsentiam Parochi nullo modo valent, adhibeant saltem testes; ut eo quo valent modo legem servent. Hoc enim modo impediuntur posteriora adulterina conjugia, quod absurdum inter alia vitare Tridentinum intendit.

VIII. Catholici subjecti Principi hæretico post celebratum matrimonium juxta leges Tridentini, nequeunt se sistere ministro hæretico assistenti ut ministro ecclesiastico, & sacro: eidem se sistere valent, si assistat ut minister politicus, & civilis, ut declaravit Sac. Congr. S. Officii die 29. Novembr. 1672. relata à BENEDICTO XIV *lib. 6. de Synodo c. 5. n 4.* Quam declarationem confirmat ille *const. 89. §. 1. Bull. tom. 1.* ubi fidelibus degentibus in regno Serviæ, finitimisque regionibus, prohibet post celebratum matrimonium ritu catholico, illud renovare ante *Caddi*, nisi cæremonia nuptiarum explenda coram Caddi effet actus merè civilis, nullamque contineret superstitionem mahumeticam.

XI. QUÆST. III. *Quis sit Parochus præscriptus à Tridentino?* RESP. Parochus proprius esse debet saltem unius contrahentium, vel Sacerdos de ejusdem licentia. Usus obtinet pluribus in locis ut matrimonium celebretur in parœcia fœminæ, quando vir est alterius Parochiæ; debet tamen iste habere litteras testimoniales sui Parochi de consuetis proclamationibus. Proprius autem Parochus non originis, sed domicilii est. Quis sit Parochus domicilii, dictum aliàs est. Extra propriam Parochiam, vel Diœcesim Parochus assistere matrimonio suorum parochianorum potest; sed debet petere licentiam à Parocho loci, ut mihi probabilius videtur. Quis sit vagorum Parochus, dictum est alibi.

X. QUÆST. IV. *Qui præter Parochum, vel Sacerdotem ab eo delegatum, assistere matrimonio valent?* RESP. Assistere possunt Episcopi in suis Diœcesibus, Archiepiscopi in Diœcesibus suffraganeorum quandò actu visitant, Cardinales in Ecclesia sui Tituli, Legati pontificii in Provincia legationis, Capitulum Sede vacante, sive ejus Vicarius, Abbates Ecclesiæ nulli Episcopo subjectæ Vicarius Generalis Episcopi.

XI. Licentię vi, metu gravi cadente in virum constantem, fraude extortæ, ut Sacerdos assistat matrimonio, nullę sunt, & nullum efficiunt matrimonium, quidquid in oppositum alii dicant. Libera enim, & expressa sit hæc licentia oportet.

XII. QUÆST. V. *Utrum ad valorem matrimonii requirantur duo testes?* RESP. Affirmant omnes, nullum esse matrimonium contractum coram Parocho, & uno teste: quia Tridentinum præter Parochum duos testes præscribit, qui presentia physica, & morali adesse debent, & utriusque conjugum consensum percipere; & debent esse testes, & contestes simul cum Parocho.

XIII. Parochus vi, dolo, metu vocatur ut assistat matrimonio: validum ne hoc matrimonium dicendum est? Affirmant communiter recentiores, & plures declarationes Congregationis Cardinalium adducunt. Quibus, si authenticæ sint, subscribo. At his præcisis, invalidum mihi videretur hoc matrimonium, cui Parochus dolo, fraude, metuve cadente in virum constantem coactus assisteret. Nam vota Concilii sunt ut liberè hoc sacramentum celebretur. Metus gravis incussus sponsis nullum efficit matrimonium, ut dictum est supra. Quidni, & incussus Parocho? Peccare illos mortaliter qui coram Parocho vi, aut dolo retento, aut transeunter, & casu assistente, contrahunt matrimonium, docent omnes. Quid si Parochus oculos clauderet, aures obturaret, & protestaretur se nec videre, nec audire quid agatur? Etiam tum valere matrimonium affirmant Salmanticenses, Leander, & asserunt ex Farinacio Declarationes Cardinalium, præcisis his declarationibus, quas authenticas esse difficilè credo, nullum dicerem ejusmodi matrimonium. Standum tamen decisionibus est, si authenticę sint.

XIV QUÆST. VI. *Quę præstare Parochus debet in matrimonii celebratione?* RESP. Interrogare primum contrahentes debet, velint ne mutuo se conjungere. Audito illorum reciproco consensu conjungere illos debet verba pronuntiando præscripta à Concilio: *Ego vos in matrimonium conjungo*, &c.

XV. Peccaret ne mortaliter Parochus omittens hæc verba, *Ego conjungo*, &c.? Negat Sanchez. Verùm nuptiarum benedictio, & verba relata, vel similia, quibus Parochi conjungunt contrahentes, sunt unum ex potissimis sacræ traditionis momentum, quo Catholici evincunt contra hæreticos matrimonium esse sacramentum. Quo ergo fundamento quispiam præfatam verborum formulam *rem levem* vocat? Non præferunt mys-

terium *magnæ significationis*, cum portendant conjunctionem Christi cum Ecclesia? Præterea an non *valdè probabilis* est sententia, quæ defendit, illa verba formam esse sacramenti? An in perficiendis sacramentis tutior opinio seligenda non est?

XVI. QUÆST. VII. *An denuntiationes futuri matrimonii sint necessariæ necessitate sacramenti, an præcepti?* RESP. Non esse necessarias necessitate sacramenti, adfirmant omnes; esse verò necessarias necessitate præcepti certum est, ut constat ex Tridentino *sess.* 24. *c.* 1. Si diversæ parochiæ conjuges sint, in utraque parochia fieri proclamationes debent tribus diebus festivis inter Missarum solemnia. Præceptum hoc sub mortali obligare, docet communis, & vera sententia. Ab hoc præcepto exempti sunt Principes summi. Ab hoc præcepto dispensare solus Episcopus potest, ut Tridentinum decernit. Pro justa dispensatione aliqua requiritur causa. Cavere tamen Episcopi debent ne nimis faciles sint in ejusmodi dispensationibus concedendis.

XVII. Quicumque scit aliquod impedimentum quod probari per testes possit, tenetur sub gravi culpa illud manifestare, ut omnes docent. Si sit occultum, quod probari per testes nequeat, aliqui negant teneri quempiam ad illud patefaciendum; sed sententia adfirmans communis est. Quilibet enim parere Superiori præcipienti astringitur. Sed Parochus promulgans denuntiationes, legitimè præcipit manifestanda impedimenta inter futuros conjuges. Accedit quod revelanti impedimenta non incumbit probatio.

XVIII. QUÆST. VIII. *Peccantne conjuges, si consummant matrimonium ante benedictionem nuptialem?* RESP. Negant aliqui. Sed Concilium Tridentinum hortatur *sess.* 24. *c.* 1. ne in eadem domo cohabitent ante sacram benedictionem in Ecclesia suscipiendam. De hac benedictione Siricius Papa in epist. ad Himerium *cap.* 4. hæc scribit: *Illa Benedictio quam nuptura Sacerdos imponit, apud fideles cujusdam sacrilegii instar est, si nulla transgressione violetur.* Similia scribit Hormisda Papa; & Concilium Carthaginense IV. relatum 2. *p. D. c.* 30. *q.* 5. *c.* 5. inquit: *Sponsus, & sponsa cum benedicendi sunt à Sacerdote, à parentibus, vel a paranymphis offerantur, qui cum acceperint benedictionem, eadem nocte pro reverentia ipsius benedictionis in virginitate permanent.* Ita loquuntur omnes Patres, & ex Patrum traditione evincimus contra hæreticos matrimonium esse sacramentum, ut supra indicatum est.

XIX. Ut data occasione lectores intelligant quam distet à SS. Patrum doctrina modus opinandi plurium Casuistarum, audiant quæ post P. Sanchez scribit P. Viva *q.* 4. *art.* 4. *n.* 6. ubi ait:

„ Benedictio nuptiarum *non videtur esse res gravis,* „ nec VALDE CONGRUENS PROGRESSUI „ MATRIMONII. Etenim benedictio nuptialis „ non est sacramentum, sed quoddam sacramen„ tale; nec tanti momenti, quanti sacramentalia „ quæ Baptismo præmittuntur. Quamvis autem „ non vacet culpa veniali illam simpliciter omit„ tere sine ulla causa contra usum, & consuetu„ dinem Ecclesiæ; nihilominus *probabile* est nullam „ esse culpam ex justa causa, videlicèt ratione tem„ poris feriati, in adventu, aut quadragesima „ consummare matrimonium ante benedictionem „ Ecclesiæ; cum videatur esse consilium, non „ præceptum illam præmittere.

XX. Hæc legi, & comparari cum doctrina SS. Patrum, & Conciliorum non possunt, quin animus christianæ disciplinæ zelo succendatur. Sacra Pastorum benedictio non videtur esse res gravis, *nec valdè congruens progressui matrimonii*? Matrimonium Catholicorum sacramentum est; & benedictio Sacerdotum *non est valdè* congruens? Quidquam ne piarum aurium offensionis continetur in his verbis, judicent sapientes. Peccant igitur, & quidem mortaliter, qui ante benedictionem matrimonium consummant.

DISSERTATIO II.

De impedimentis dirimentibus, & impedientibus, eorumque dispensatione.

CAPUT I.

De impedimentis dirimentibus.

I. QUindecim impedimenta numerantur post Tridentinum his versibus contenta:

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas.
Amens, affinis, si clandestinus, & impos,
Si mulier sit rapta, loco nec reddita tuto.
Hæc facienda vetant connubia, facta retractant.

II. QUÆST. I. *An error personæ dirimat matrimonium?* RESP. Error personæ jure naturæ irritat contractum, quia hic error adimit consensum, quandò una persona pro altera substituitur. Error tamen iste antecedens sit oportet, qui det contractui causam ut dum quis intendit ducere Rachelem paratus non ducere Liam. Disputatur solùm num error concomitans nullum reddat matrimonium. Alii adfirmant, alii negant. Mihi probabilior est sententia adfirmans, quia error concomitans quamquam non efficiat involuntarium positivè, efficit tamen negativè. Error circa qualitates accidentales, sive sit antecedens, sive concomitans, juxta probabiliorem sententiam non irritat matrimonium; nisi qualitas accidentalis redundat errorem in ipsam substantiam personæ, vel consensus datus sit solùm sub conditione talis qualitatis; puta: *te duco, si es dives, si es nobilis: aliaquin te non duco.*

III. QUÆST. II. *Quid nomine conditionis intelligitur?* RESP. Conditio servitutem prodit. Servi illi dicuntur quorum dominus plenum habet dominium eosdem vendendi, locandi, occupandi, &c. & isti vocantur etiam mancipia. Hæc conditio servitutis juxta omnes irritat matrimonium. Disputatur solùm num error servitutis irritet

ter jure tantùm civili, & ecclesiastico, an etiam naturæ jure. Probabilior mihi sententia est impedimentum istud ab ipso naturæ jure proficisci, & à jure positivo determinatum esse. Qui novit aliquam esse servam, & nihilominus eam ducit, validum est matrimonium. Validum est etiam, si quis ignorans esse servam, eam ducat, quum & ipse servus sit: quia par est utriusque conditio.

IV. Tres sunt casus in quibus jura disponunt servum per matrimonium libertatem nancisci. 1. est cùm dominus dotem tribuit: 2. quando dominus servam in conjugem recipit, aut domina servum: 3. quando dominus tradit servam libero ignoranti servitutem. In his tribus casibus etiam in ultimo validum est matrimonium. Nam servitus hæc nullius momenti est, ac si non esset.

V. In servitute partus sequitur ventrem, ut jura disponunt. Si quis ex matre serva, & patre libero nascitur, servus est. Contra qui à matre libera, & patre servo gignitur, liber est. Servi pœnæ dicuntur damnati à judice ad triremes, ad perpetuum exilium, ad mortem, quam fuga declinant. Istorum matrimonia nulla sunt quantum ad effectus civiles, nempè legitimationis, hæreditatis, &c. Quantum verò ad vinculum conjugale, & sacramentale nulla lege ecclesiastica irritantur. Allorum servorum matrimonia, invito domino contracta, nunc juxta omnes rata, & valida sunt.

VI. QUÆST. III. *Quid sit impedimentum voti, & ordinis sacri?* RESP. Votum simplex illicitum, non invalidum efficit matrimonium. Votum solemne in Religione approbata emissum nullum reddit matrimonium contrahendum. Itemque votum simplex in Societate Jesu post biennium Novitiatus emissum.

VII. QUÆST. IV. *Quid sit impedimentum cognationis?* RESP. Cognatio triplex, naturalis, spiritualis, legalis. Naturalis dicitur *consanguinitas*, quasi sanguinis unitas: quia consanguinei eodem stipite descendunt, & in illo quasi conjunguntur. Cognatio spiritualis est affinitas, quæ contrahitur ex Baptismo, vel Confirmatione, & dicitur etiam *compaternitas*. Cognatio legalis ex adoptione legali oritur, & dicitur *adoptio*.

VIII. QUÆST. V. *Quid, & quotuplex sit consanguinitas?* RESP. Est vinculum personarum, ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum. Dividitur in lineas, & gradus. Linea est ordinata collectio personarum ab eodem stipite descendentium. Duplex est: una *directa*, quæ est collectio eorum quorum unus ab altero descendit, ut filius à patre, nepos à filio, & deinceps in infinitum. Hæc dupliciter spectatur. Altera est *ascendentium*, qua fit ascensus à genitis ad genitores, ut à filio ad patrem, à patre ad avum, &c. Altera *descendentium*, qua à patre ad filium, à filio ad nepotem, &c. fit descensus. Secunda linea est *transversalis*, quæ est collectio eorum qui ab eodem stipite descendunt, quin unus ab altero ortum ducat, puta fratres, consobrini, &c. Hæc duplici aspectu consideratur. Altera est *æqualis*, ut duo fratres, qui eodem gradu ab unico stipite descendunt. Altera dicitur *inæqualis*, ut patruus, & nepos, qui inæqualiter ab eodem stipite distant. *Gradus* est distantia major, aut minor unius personæ ab alia secundum lineam consanguinitatis. *Stines* tandem dicitur illa persona, à qua aliæ consanguineæ originem trahunt, ut filiorum pater, nepotum avus stipes est.

IX. QUÆST. VI. *Quot sunt regulæ quæ à Theologis, & Canonistis assignantur pro graduum consanguinitatis computatione?* RESP. Tres. 1. In recta linea ascendentium & descendentium tot sunt gradus, quot personæ, stipite dempto. Hinc pater, filius, nepos, pronepos, abnepos quinque personæ sunt, & quatuor gradus, & filius est in primo gradu cum patre, nepos in secundo, pronepos in tertio, abnepos in quarto: quoniam tot sunt gradus, quot generationes. 2. regula. In linea collaterali æquali personæ tot gradibus invicem distant, quot à communi stipite. Sic duo fratres distant in primo gradu inter se, quia uno gradu distant à stipite. Duorum fratrum filii sunt consanguinei in secundo gradu, quia in eodem à stipite distant. 3. regula est. In linea collaterali inæquali tot gradibus inter se distant personæ, quot gradibus distat à stipite qui est remotior. Quare patruus, & filius ex fratre inæqualiter distant ab avo, in quo conjunguntur. Ille enim in primo, cum sit ejusdem filius, hic verò distat in secundo gradu. Ergo in secundo gradu distant inter se, quia persona remotior duobus gradibus distat à stipite.

X. In linea recta conveniunt jus canonicum, & jus civile in graduum suputatione. In linea transversa, seu collaterali jus civile discrepat à canonico. Nam jus civile per personas gradus numerat, totque gradus numerat, quot sunt personæ, dempto stipite. Sic duo fratres uno quidem gradu distant à patre communi, at duobus gradibus distant inter se, quia duæ sunt personæ: & duorum fratrum filii distant in quartu gradu, quia quatuor sunt personæ, dempto stipite. Contra jus canonicum, non per personas, sed per distantiam à stipite gradus numerat. Ratio canonicę supputationis est, quia personæ in ordine transverso invicem non conjunguntur, nisi ratione stipitis, à quo descendunt. Ergo nequeunt inter se magis aut minus distare, quam distent à stipite, à quo descendunt. Hinc duo fratres in primo gradu distant inter se, quia ambo in primo cum stipite conjunguntur. Si inęqualiter à stipite distant, ut patruus & filius fratris, eo gradu distant inter se quo distat à stipite qui est remotior, ut dictum est.

XI. In primo gradu lineæ rectę nulla sunt matrimonia jure naturæ, ut communiter Patres docent. Disputant Theologi num in quolibet gradu lineę rectę sint illicita matrimonia, & num Adamus si nunc resurgeret, posset alicui fœminæ nubere; sed hanc disputationem futilem judico. Sat enim est, nulla esse usque ad quartum gradum. In quinto enim gradu, aut sunt mortui, aut sunt in ætate ita incurvata, ut absurdissimum sit inter eos velle matrimonium contrahere.

XII. In primo gradu lineæ transversæ nulla esse matrimonia jure naturæ contendunt Soto, Toletus, Lugo, Gonet, & alii. Sed contraria sententia negans probabilior est. Nam initio mun-

terium *magnæ significationis*, cum portendant conjunctionem Christi cum Ecclesia? Præterea an non *valdè probabilis* est sententia, quæ defendit, illa verba formam esse sacramenti? An in perficiendis sacramentis tutior opinio seligenda non est?

XVI. QUÆST. VII. *An denuntiationes futuri matrimonii sint necessariæ necessitate sacramenti, an præcepti?* RESP. Non esse necessarias necessitate sacramenti, adfirmant omnes; esse verò necessarias necessitate præcepti certum est, ut constat ex Tridentino *sess.* 24. *c.* 1. Si diversæ parochiæ conjuges sint, in utraque parochia fieri proclamationes debent tribus diebus festivis inter Missarum solemnia. Præceptum hoc sub mortali obligare, docet communis, & vera sententia. Ab hoc præcepto exempti sunt Principes summi. Ab hoc præcepto dispensare solus Episcopus potest, ut Tridentinum decernit. Pro justa dispensatione aliqua requiritur causa. Cavere tamen Episcopi debent ne nimis faciles sint in ejusmodi dispensationibus concedendis.

XVII. Quicumque scit aliquod impedimentum quod probari per testes possit, tenetur sub gravi culpa illud manifestare, ut omnes docent. Si sit occultum, quod probari per testes nequeat, aliqui negant teneri quempiam ad illud patefaciendum; sed sententia adfirmans communis est. Quilibet enim parere Superiori præcipienti astringitur. Sed Parochus promulgans denuntiationes, legitimè præcipit manifestanda impedimenta inter futuros conjuges. Accedit quod revelanti impedimenta non incumbit probatio.

XVIII. QUÆST. VIII. *Peccantne conjuges, si consummant matrimonium ante benedictionem nuptialem?* RESP. Negant aliqui. Sed Concilium Tridentinum hortatur *sess.* 24. *c.* 1. ne in eadem domo cohabitent ante sacram benedictionem in Ecclesia suscipiendam. De hac benedictione Siricius Papa in epist. ad Himerium *cap.* 4. hæc scribit: *Illa Benedictio quam nuptura Sacerdos imponit, apud fideles cujusdam sacrilegii instar est, si nulla transgressione violetur.* Similia scribit Hormisda Papa; & Concilium Carthaginense IV. relatum 2. *p. D. c.* 30. *q.* 5. *c.* 5. inquit: *Sponsus, & sponsa cum benedicendi sunt à Sacerdote, à parentibus, vel a paranymphis offerantur, qui cum acceperint benedictionem, eadem nocte pro reverentia ipsius benedictionis in virginitate permanent.* Ita loquuntur omnes Patres, & ex Patrum traditione evincimus contra hæreticos matrimonium esse sacramentum, ut supra indicatum est.

XIX. Ut data occasione lectores intelligant quam distet à SS. Patrum doctrina modus opinandi plurium Casuistarum, audiant quæ post P. Sanchez scribit P. Viva *q.* 4. *art.* 4. *n.* 6. ubi ait:

„ Benedictio nuptiarum *non videtur esse res gravis,* „ nec VALDE CONGRUENS PROGRESSUI „ MATRIMONII. Etenim benedictio nuptialis „ non est sacramentum, sed quoddam sacramen„ tale; nec tanti momenti, quanti sacramentalia „ quæ Baptismo præmittuntur. Quamvis autem „ non vacet culpa veniali illam simpliciter omit„ tere sine ulla causa contra usum, & consuetu„ dinem Ecclesiæ; nihilominus *probabile* est nullam „ esse culpam ex justa causa, videlicèt ratione tem„ poris feriati, in adventu, aut quadragesima „ consummare matrimonium ante benedictionem „ Ecclesiæ; cum videatur esse consilium, non „ præceptum illam præmittere.

XX. Hæc legi, & comparari cum doctrina SS. Patrum, & Conciliorum non possunt, quin animus christianæ disciplinæ zelo succendatur. Sacra Pastorum benedictio non videtur esse res gravis, *nec valdè congruens progressui matrimonii*? Matrimonium Catholicorum sacramentum est; & benedictio Sacerdotum *non est valdè* congruens? Quidquam ne piarum aurium offensionis continetur in his verbis, judicent sapientes. Peccant igitur, & quidem mortaliter, qui ante benedictionem matrimonium consummant.

DISSERTATIO II.

De impedimentis dirimentibus, & impedientibus, eorumque dispensatione.

CAPUT I.

De impedimentis dirimentibus.

I. QUindecim impedimenta numerantur post Tridentinum his versibus contenta:

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,
Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas.
Amens, affinis, si clandestinus, & impos,
Si mulier sit rapta, loco nec reddita tuto.
Hæc facienda vetant connubia, facta retractant.

II. QUÆST. I. *An error personæ dirimat matrimonium?* RESP. Error personæ jure naturæ irritat contractum, quia hic error adimit consensum, quandò una persona pro altera substituitur. Error tamen iste antecedens sit oportet, qui det contractui causam ut dum quis intendit ducere Rachelem paratus non ducere Liam. Disputatur solùm num error concomitans nullum reddat matrimonium. Alii adfirmant, alii negant. Mihi probabilior est sententia adfirmans, quia error concomitans quamquam non efficiat involuntarium positivè, efficit tamen negativè. Error circa qualitates accidentales, sive sit antecedens, sive concomitans, juxta probabiliorem sententiam non irritat matrimonium; nisi qualitas accidentalis redundat errorem in ipsam substantiam personæ, vel consensus datus sit solùm sub conditione talis qualitatis; puta: *te duco, si es dives, si es nobilis: aliaquin te non duco.*

III. QUÆST. II. *Quid nomine conditionis intelligitur?* RESP. Conditio servitutem prodit. Servi illi dicuntur quorum dominus plenum habet dominium eosdem vendendi, locandi, occupandi, &c. & isti vocantur etiam mancipia. Hæc conditio servitutis juxta omnes irritat matrimonium. Disputatur solùm num error servitutis irritet

ter jure tantùm civili, & ecclesiastico, an etiam naturæ jure. Probabilior mihi sententia est impedimentum istud ab ipso naturæ jure proficisci, & à jure positivo determinatum esse. Qui novit aliquam esse servam, & nihilominus eam ducit, validum est matrimonium. Validum est etiam, si quis ignorans esse servam, eam ducat, quum & ipse servus sit: quia par est utriusque conditio.

IV. Tres sunt casus in quibus jura disponunt servum per matrimonium libertatem nancisci. 1. est cùm dominus dotem tribuit: 2. quando dominus servam in conjugem recipit, aut domina servum: 3. quando dominus tradit servam libero ignoranti servitutem. In his tribus casibus etiam in ultimo validum est matrimonium. Nam servitus hæc nullius momenti est, ac si non esset.

V. In servitute partus sequitur ventrem, ut jura disponunt. Si quis ex matre serva, & patre libero nascitur, servus est. Contra qui à matre libera, & patre servo gignitur, liber est. Servi pœnæ dicuntur damnati à judice ad triremes, ad perpetuum exilium, ad mortem, quam fuga declinant. Istorum matrimonia nulla sunt quantum ad effectus civiles, nempè legitimationis, hæreditatis, &c. Quantum verò ad vinculum conjugale, & sacramentale nulla lege ecclesiastica irritantur. Allorum servorum matrimonia, invito domino contracta, nunc juxta omnes rata, & valida sunt.

VI. QUÆST. III. *Quid sit impedimentum voti, & ordinis sacri?* RESP. Votum simplex illicitum, non invalidum efficit matrimonium. Votum solemne in Religione approbata emissum nullum reddit matrimonium contrahendum. Itemque votum simplex in Societate Jesu post biennium Novitiatus emissum.

VII. QUÆST. IV. *Quid sit impedimentum cognationis?* RESP. Cognatio triplex, naturalis, spiritualis, legalis. Naturalis dicitur *consanguinitas*, quasi sanguinis unitas: quia consanguinei eodem stipite descendunt, & in illo quasi conjunguntur. Cognatio spiritualis est affinitas, quæ contrahitur ex Baptismo, vel Confirmatione, & dicitur etiam *compaternitas*. Cognatio legalis ex adoptione legali oritur, & dicitur *adoptio*.

VIII. QUÆST. V. *Quid, & quotuplex sit consanguinitas?* RESP. Est vinculum personarum, ab eodem stipite descendentium carnali propagatione contractum. Dividitur in lineas, & gradus. Linea est ordinata collectio personarum ab eodem stipite descendentium. Duplex est: una *directa*, quæ est collectio eorum quorum unus ab altero descendit, ut filius à patre, nepos à filio, & deinceps in infinitum. Hæc dupliciter spectatur. Altera est *ascendentium*, qua fit ascensus à genitis ad genitores, ut à filio ad patrem, à patre ad avum, &c. Altera *descendentium*, qua à patre ad filium, à filio ad nepotem, &c. fit descensus. Secunda linea est *transversalis*, quæ est collectio eorum qui ab eodem stipite descendunt, quin unus ab altero ortum ducat, puta fratres, consobrini, &c. Hæc duplici aspectu consideratur. Altera est *æqualis*, ut duo fratres, qui eodem gradu ab unico stipite descendunt. Altera dicitur *inæqualis*, ut patruus, & nepos, qui inæqualiter ab eodem stipite distant. *Gradus* est distantia major, aut minor unius personæ ab alia secundum lineam consanguinitatis. *Stines* tandem dicitur illa persona, à qua aliæ consanguineæ originem trahunt, ut filiorum pater, nepotum avus stipes est.

IX. QUÆST. VI. *Quot sunt regulæ quæ à Theologis, & Canonistis assignantur pro graduum consanguinitatis computatione?* RESP. Tres. 1. In recta linea ascendentium & descendentium tot sunt gradus, quot personæ, stipite dempto. Hinc pater, filius, nepos, pronepos, abnepos quinque personæ sunt, & quatuor gradus, & filius est in primo gradu cum patre, nepos in secundo, pronepos in tertio, abnepos in quarto: quoniam tot sunt gradus, quot generationes. 2. regula. In linea collaterali æquali personæ tot gradibus invicem distant, quot à communi stipite. Sic duo fratres distant in primo gradu inter se, quia uno gradu distant à stipite. Duorum fratrum filii sunt consanguinei in secundo gradu, quia in eodem à stipite distant. 3. regula est. In linea collaterali inæquali tot gradibus inter se distant personæ, quot gradibus distat à stipite qui est remotior. Quare patruus, & filius ex fratre inæqualiter distant ab avo, in quo conjunguntur. Ille enim in primo, cum sit ejusdem filius, hic verò distat in secundo gradu. Ergo in secundo gradu distant inter se, quia persona remotior duobus gradibus distat à stipite.

X. In linea recta conveniunt jus canonicum, & jus civile in graduum suputatione. In linea transversa, seu collaterali jus civile discrepat à canonico. Nam jus civile per personas gradus numerat, totque gradus numerat, quot sunt personæ, dempto stipite. Sic duo fratres uno quidem gradu distant à patre communi, at duobus gradibus distant inter se, quia duæ sunt personæ: & duorum fratrum filii distant in quartu gradu, quia quatuor sunt personæ, dempto stipite. Contra jus canonicum, non per personas, sed per distantiam à stipite gradus numerat. Ratio canonicę supputationis est, quia personæ in ordine transverso invicem non conjunguntur, nisi ratione stipitis, à quo descendunt. Ergo nequeunt inter se magis aut minus distare, quam distent à stipite, à quo descendunt. Hinc duo fratres in primo gradu distant inter se, quia ambo in primo cum stipite conjunguntur. Si inęqualiter à stipite distant, ut patruus & filius fratris, eo gradu distant inter se quo distat à stipite qui est remotior, ut dictum est.

XI. In primo gradu lineæ rectę nulla sunt matrimonia jure naturæ, ut communiter Patres docent. Disputant Theologi num in quolibet gradu lineę rectę sint illicita matrimonia, & num Adamus si nunc resurgeret, posset alicui fœminæ nubere; sed hanc disputationem futilem judico. Sat enim est, nulla esse usque ad quartum gradum. In quinto enim gradu, aut sunt mortui, aut sunt in ætate ita incurvata, ut absurdissimum sit inter eos velle matrimonium contrahere.

XII. In primo gradu lineæ transversæ nulla esse matrimonia jure naturæ contendunt Soto, Toletus, Lugo, Gonet, & alii. Sed contraria sententia negans probabilior est. Nam initio mun-

di fratres reipsa ducebant sorores. Nec est quod respondeant, id ex dispensatione divina factum. Quid ? Talem ne Deus condidit legem, quæ vix promulgata servari sine dispensatione non potuit?

XIII. Cognatio spiritualis, ut indicatum est, dicitur *propinquitas personarum jure ecclesiastico introducta*. Hæc impedimentum inducit inter patrinos, & baptizatum, aut confirmatum, patremque, & matrem baptizati, aut confirmati. Ad hanc tamen cognationem requiritur solemne Baptisma. Si domi baptizetur privatim, non contrahi hanc cognationem inter patrinos, & baptizatum, baptizatique patrem, & matrem, sed solùm cum baptizante, plures docent.

XIV. Ut cognatio legalis ex adoptione orta inducat impedimentum, sex requiruntur conditiones. 1. ut adoptans sit masculus. 2. ut adoptans sit 25. annorum. 3. ut possit naturaliter filios gignere. 4. Adoptans decem & octo annis excedere adoptatum debet, ut ratione ætatis ejus filius dici possit. 5. Adoptans, & adoptatus debent esse præsentes. 6. Accedat Principis seu Magistratus auctoritas oportet. Duplicem distinguunt adoptationem. Prima est *perfecta*, quæ etiam dicitur *arrogatio*, & fit rescripto Principis cum persona extranea quę sui juris est. Alia *imperfecta*, & vocatur *simplex adoptio*. Hęc non requirit ut adoptatus sit sui juris, nec Principis supremi rescriptum; sed sat est cujusque Magistratus auctoritas. Arrogatus succedit necessario arroganti tam ex testamento, quam ab intestato. Simplex adoptatus succedit solum ab intestato.

XV. Adoptionem perfectam inducere impedimentum dirimens jure positivo, affirmant omnes. De imperfecta disputant in utramque partem. Mihi probabilius est non inducere, ut defendere videtur S. Thomas in *Suppl. q. 57. art. 1. ad 1.* Hoc impedimentum durat inter adoptantem, & adoptatum, inter uxorem adoptantis, & adoptatum, inter uxorem adoptati, & adoptantem in perpetuum, inter adoptantem adoptatique posteros usque ad quartum gradum inclusivè. In linea collaterali, nempè inter adoptatum, & filios carnales, & legitimos adoptantis durat impedimentum solùm usque dum subjecti persistunt potestati adoptantis. Sublata patria potestate aut morte adoptantis, aut emancipatione filii adoptati, vel naturalis, evanescit impedimentum istud, nec extenditur ultra primum gradum. Cap. unic. *de cognat. legali.*

XVI. QUÆST. VII. *Quid sit impedimentum criminis?* RESP. Est adulterium cum promissione futuri matrimonii post mortem alterius conjugis; aut est homicidium conjugis cum adulterio, aut homicidium utriusque complicis consensu patratum sine adulterio; aut adulterium cum matrimonio de præsenti contracto cum complice. Itaque crimen istud quadruplex est. 1. solum homicidium 2. homicidium cum adulterio. 3. adulterium cum promissione futuri matrimonii. 4. adulterium cum matrimonio.

XVII. Ad hoc ut homicidium cum adulterio inducat impedimentum dirimens, sequentes conditiones requiruntur. 1. Quod mors reipsa secuta fuerit vi talis actionis. 2. Matrimonium antecedens conjugis occisionem debet esse validum. 3. Adulterium debet esse consummatum. 4. Adulterium antecedat occisionem oportet. 5. Adulter, & adultera debent esse conscii matrimonii utriusque. Requiritur semper animus futuri matrimonii, ut communiter auctores docent, quamvis aliqui doceant sufficere homicidium cum adulterio.

XVIII. Homicidium sine adulterio inducit impedimentum dirimens, quandò vir, & mulier conspirent in machinationem mortis uxoris, aut mariti cum intentione ut morte secuta matrimonium ineant. Et requiritur ut mors reipsa sequatur.

XIX. Adulterium cum promissione futuri matrimonii sine homicidio impedimentum dirimens inducit, quandò adulterium est consummatum, & ambo adulter, & adultera sunt conscii matrimonii. Rursus tàm adulterium, quàm & promissio antecedere mortem conjugis debent & promissio signis externis manifestata, & acceptata sit oportet; non tamen ut sit mutua, nec juxta multos ut sit sincera.

XX. Adulterium cum matrimonio de præsenti contracto inducit impedimentum dirimens, si matrimonium præcedens fuit validum, & ambo conscii sint, & matrimonium contrahere reipsa attentaverint.

XXI. QUÆST. VIII. *Quid sit impedimentum disparis cultus?* RESP. Dispar cultus diversam religionem significat, qualis est inter fidelem, & infidelem non baptizatum. Hoc impedimentum jure ecclesiastico invectum est, à quo justa, & gravi causa urgente summus Pontifex dispensare potest. Fidelis enim contrahere matrimonium debet ut sacramentum. Non baptizatus autem nullius sine Baptismo sacramenti capax est. Quandò imminet subversionis periculum jure naturali, divinoque ejusmodi matrimonia prohibita sunt. Similiter matrimonia catholicorum cum hæreticis jure tum divino, tum ecclesiastico prohibita fuit, non tamen invalida. Hæretici enim excomunicati sunt. Ergo non sunt in arctissimam matrimonii societatem admittendi. Et sanè Pontifices summi nonnisi in causis gravissimis, & urgentissimis ad graviora vitanda incommoda eadem permittunt.

XXII. QUÆST. IX. *Quid sit impedimentum coactionis, & ligaminis?* RESP. Hoc impedimentum coactionis oritur ex vi, aut metu, quo quis cogitur ad matrimonium contrahendum. Vis hæc extrinsecus illata sit oportet, & metus talis esse debet qui cadat in virum constantem, ut supra explicatum est. Impedimentum ligaminis illud est quod conjugati contrahunt ex matrimonio, atque aliam uxorem vivente priore ducere nequeunt. De hoc impedimento, seu de polygamia supra dictum est.

XXIII. QUÆST. X. *Quid sit impedimentum publicæ honestatis, & inter quos contrahatur?* RESP. Hoc impedimentum oritur ex matrimonio, & ex sponsalibus. Contrahitur inter sponsum, & matrem, & sororem, ac filiam sponsę, vel inter sponsam, & patrem, fratrem, ac filium sponsi, dum

dum tamen valida fuerunt sponsalia priùs contracta. Si enim aliquo ex capite invalida sint, nullum oritur impedimentum. Impedimentum autem ortum ex matrimonio rato extenditur usque ad quartum gradum, quia Tridentinum solùm impedimentum ortum ex sponsalibus limitavit.

XXIV. Ex matrimonio clandestino oritur impedimentum publicæ honestatis, quia hæc matrimonia non sunt irrita ex defectu consensus, sed ob omissionem solemnitatum. Sola autem matrimonia quæ sunt nulla ex defectu consensus, non inducunt impedimentum publicæ honestatis. Hoc impedimentum publicæ honestatis perpetuum est, sivè ortum sit ex matrimonio rato, sivè ex sponsalibus. Si sponsalia valida mutuo consensu dissolvantur, impedimentum nihilominùs durat, quia continuò ac sponsalia valida contracta sunt, impedimentum ortum est. Secunda sponsalia utpotè nulla, posito quod valida sint prima, nullum inducunt impedimentum.

XXV. QUÆST. XI. *Quid sit impedimentum affinitatis?* RESP. Affinitas est *propinquitas personarum ex copula carnali proficiscens*. Ea copula necessaria est quæ sufficit ad matrimonii consummationem. Affinitas ex copula sivè licita, sivè fornicaria oritur, duratque in perpetuum. Consanguinei viri non fiunt per hujus carnalem copulam affines consanguineis fœminæ, qua cum ille copulam habuit, nec contra, quia affinitas non parit affinitatem. Solum ergo ille qui copulam habuit carnalem, fit affinis consanguineis fœminæ, & fœmina fit affinis consanguineis viri. Impedimentum affinitatis dirimit matrimonium, oritur ex copula licita usque ad quartum, ex illicita usque ad secundum inclusivè, ut Tridentinum determinavit.

XXVI. QUÆST. XII. *Quid sit impedimentum impotentiæ?* RESP. Pauca capita, ea qua potero cautione attingam, ne calamus ipse tam putidam materiam versando maculetur.

XXVII. Impotentia est *ineptitudo ad exercendam copulam conjugalem cum penetratione vasis muliebris, & effusionis seminis intra illud, apta ad prolis generationem*. Hæc impotentia alia supervenit, alia antecedit matrimonium: alia perpetua, ad tempus alia: alia naturalis, & intima: alia accidentalis extrinsecùs adveniens. Naturalis alia ex defectu caloris in vito, alia ex nimia arctatione partium in fœmina. Rursus naturalis, alia absoluta respectu omnium, alia respectiva, idest in viris respectu hujus, & non alterius fœminæ. Accidentalis alia est à natura, ut in senibus; alia ab homine, ut in eviratis, & eunuchis; alia à dæmone, ut in maleficiatis.

XXVIII. Impotentia absoluta est impedimentum dirimens matrimonium. Similiter impotentia reputatur illa, quæ propter nimium calorem, aut arctationem fœminæ, immitti semen aut in totum, aut in partem intra vas naturale nequit, quando nullo prorsus remedio tolli potest. Et hæc etiam inducit impedimentum dirimens matrimonium jure & naturali, & ecclesiastico, ut omnes fatentur. Sivè hæc impotentia sit mutua, sivè in uno solo, sivé sciatur, sivè ignoretur á conjugibus, dirimit matrimonium, nec possunt cedere juri suo: quia absurda quę indè sequerentur, nota sunt: & peccant mortaliter qui conscii impotentiæ contrahunt matrimonium.

XXIX. Impotentia temporalis non dirimit matrimonium, ut habetur cap. *Fraternitatis*, & docent omnes. Illa dicitur impotentia temporalis, seu ad tempus, quæ absque peccato, & vitæ periculo tolli potest. Peccat tamen mortaliter qui vel quæ ejusdem conscia contrahit, ob injuriam illatam parti, & ob alia absurda indè proficiscentia. Qui vera coeundi facultate pollent, validum ineunt matrimonium, etiamsi steriles sint vel à natura, vel ob senectutem. Plura dicenda essent de impotentia respectiva. Verùm quia rarò hæc accidit, & aliundè luculenta sunt, ideò eadem prætereo.

XXX. Impotentia accidentalis proficiscens ex defectu ætatis, ut in pueris, nullum reddit matrimonium jure ecclesiastico. Senectus non est impedimentum dirimens. Si tamen impotentes essent ad coeundum modo apto ad generationem, nullum esset matrimonium. Spadones utroque testiculo carentes inepti sunt ad matrimonium, apti verò, si uno tantum careant.

XXXI. Impotentia ex maleficio proveniens si intra triennium orationibus, jejuniis, Pœnitentia, & exorcismis Ecclesiæ auferri nequeat, perpetua judicatur, & matrimonium irritum reddit. Similiter perpetua reputatur, quandò auferri absque alio maleficio nequit, cum nunquam liceat maleficium maleficio tolli.

XXXII. Impotentia superveniens matrimonio ex quocumque capite proficiscatur, nullo modo dirimit matrimonium. Ejusmodi impotentes nequeunt conari ad concubitum, quando periculum sit effundendi semen extra vas, & experimento didicerint se revera ineptos esse ad copulam. Dura res est; sed tribulationem carnis patientur hujusmodi. Si contra contingat semen non infrequenter immitti intra vas, licèt interdum præter eorum animum aliter eveniat, non sunt ab officio uxorio prohibendi. Prudentia tamen opus est.

XXXIII. QUÆST. XIII. *Quid sit impedimentum clandestinitatis, & raptus?* RESP. Impedimentum clandestinitatis oritur ex matrimonio occulto absque Parochi, & testium præsentia, dirimitque jure ecclesiastico matrimonium, de quo dictum est supra. Raptus dicitur impedimentum impediens, quandò homo uxorem adducit á domo proprii mariti. Raptus iste non modò impedit matrimonium cum fœmina rapta, sed & cum quacumque alia, quandò revera uxor est sub potestate mariti, & iste repugnet. Etsi fœmina rapta consentiat, & rapta, & raptor impedimento ligantur, si maritus repugnet.

XXXIV. Raptus qui est impedimentum dirimens, est *violenta fœminæ abductio de loco in locum matrimonii causa*. Duplex violentia. Physica una, qua per vim è domo sua fœmina trahitur. Moralis altera, quæ minis excitat timorem cadentem in virum constantem. Alterutra ad raptum requiritur. Si enim fœmina è domo parentum, ipsa consentiente, abducatur, etiamsi dolo, & fraude

decepta, non est raptus inducens impedimentum, quia tunc fuga est, non raptus, cum omnis vis sive physica, sive moralis desit, quotiès fœmina consentit. Nec refert, quod fœmina rapta sit virgo, vel corrupta. Dicitur *de loco in locum*, idest de loco in quo est, ad locum in quo sit sub potestate raptoris, deduci debet, quamvis nulla succedat copula. Quarè si eam de cubiculo in cubiculum traducat, ut eam cognoscat, non est raptus. Additur *matrimonii causa*, quia si desit hæc intentio, & ob alium finem, puta explendæ libidinis, fœmina traducatur, non est propriè raptus inducens impedimentum. Pœnas constitutas contra raptores lege in Tridentino *sess. 24. cap. 6.*

CAPUT II.

De impedimentis impedientibus.

I. Duplex impedimentorum impedientium genus. Aliud absque delicto, aliud ex delicto proficiscitur. Prioris generis sunt quinque his versibus contenta.

Ecclesia vetitum, nec non tempus feriatum,
Atque catechismus, sponsalia, jungito votum:
Impediunt fieri, permittunt facta teneri.

Posteriorum generis sunt septem, his aliis versibus contenta.

Incestus, raptus sponsata, mors mulieris,
Susceptio propriæ prolis, mors presbyteralis,
Vel si pœniteat solemniter, aut monialem
Accipiat: prohibent hæ conjugium sociandum.

II. *Ecclesiæ vetitum* significat prohibitionem Superioris, nempè Parochi, Episcopi, ne matrimonium celebretur tali tempore. *Tempus feriatum* est à prima Dominica Adventus inclusivè usque ad Epiphaniam inclusivè, & à die Cinerum usque ad octavam Paschæ inclusivè. *Catechismus*, seu fidei institutio infert illud impedimentum, quod contrahit ille qui pro infante respondet dum solemnes cæremoniæ in Ecclesia supplentur, quandò Baptisma urgente necessitate privatim administratum fuit. Baptismi impedimentum dirimens, catechismi patrini impedimentum impediens contrahunt. Impedimentum istud sublatum per Tridentinum plures contendunt. *Sponsalia* cum quacumque persona legitimè contracta matrimonium cum alia impediunt. *Votum* simplex castitatis, non nubendi, suscipiendi ordines sacros, ingrediendæ Religionis est impedimentum matrimonium impediens. Mulier contrahere licitè nequit cum vito uno ex his votis ligato. *Incestus* est copula matiti cum consanguineis uxoris, aut contra uxoris cum consanguineis viri. De *raptu* jam dictum est.

III. *Uxoricidium* patratum non animo contrahendi, sed ob iram, vindictam, aliamve causam impedit matrimonium cum quacumque alia persona, etiamsi adultera uxor fuisset. *Susceptio filiorum* parit impedimentum ratione cognationis spiritualis, quod tum evenit, si conjux, aut alterius conjugis, aut utriusque baptizet filium, aut ex sacro fonte elevet, aut confirmandum præsentet, animo negandi debitum conjugale. Si tamen ex necessitate filius alterius conjugis baptizetur, nullum contrahitur impedimentum. *Mors presbyteralis* impedimentum infert, quando quis occidit Presbyterum. Ut tamen hoc impedimentum quis incurrat, convictus sit occisionis in foro externo oportet. *Pœnitentia solemnis* parit impedimentum, quamdiù illa durat, cum nuptias quæ lætitiam afferunt, celebrare illos non deceat qui luctui, & mœstitiæ operam dant. *Conjugium cum moniali* est ultimum impedimentum, quod tum contrahitur, cum quis scienter virginem Deo desponsatam ducere non veretur. Is in perpetuum jure matrimonii privatur ob injuriam irrogatam divino sponso Christo.

IV. Qui aliquo ex recensitis impedimentis ligatus matrimonium contrahit, non privatur jure debiti petendi, nisi in voto castitatis, & in incestu; reddere tamen astringitur etiam his ligatus. In reliquis, & petere, & reddere valet. Advertunt auctores exceptis *interdicto tempore*, *voto*, & *sponsalibus*, cætera impedimenta obsoleviss. Quarè impedimenta impedientia quæ nunc vigent, hoc exprimuntur versu:

Ecclesiæ vetitum tempus, sponsalia, votum.

Ad hoc tamen quod attinet, consuetudini hærendum est.

CAPUT III.

De potestate, & causis dispensandi in his impedimentis recensitis.

I. QUÆST. I. *Quis potestatem habet dispensandi ab impedimentis dirimentibus?* RESP. Communis Theologorum sententia est usu, & consuetudine accedente, solùm Romanum Pontificem jure ordinario dispensare à præfatis impedimentis, exclusis Episcopis, & Legatis à latere.

II. QUÆST. II. *An Episcopi, urgente necessitate dispensare ab aliquo impedimento dirimente ante matrimonium contractum valeant?* RESP. Communis sententia affirmat, dummodò necessitas sit urgens & gravis, & aditus ad Pontificem summum non patet, & periculum infamiæ, vel incontinentiæ, vel alterius mali sit in mora. Nulla expressa lex, nullus canon declarat Episcopos non posse in diœcesi ea peragere in his casibus quæ æternæ ovium saluti necessaria sunt. Ex sola consuetudine, & usu Pontifices summi in ejusmodi impedimentis dispensant. Ergo cessat, dum talis urget necessitas, quæ impedit dispensationem à Pontifice peti, & aliundè concedi ab Episcopo potest. Duo extrema in hoc sicut in cæteris declinanda sunt: & nimia dispensandi facilitas absque legitima causa, & nimia severitas coarctandi Episcoporum auctoritatem, quæ natura sua ampla est, & solùm in bonum commune Ecclesiæ à Pontificibus summis restricta. Ergo quotiès bonum commune postulat, & aditi Pontifex nequeat, periculumque sit in mora, dispensare Episcopi valent tum ante, tum post matrimonium contractum.

III. QUÆST. III. *Requiriturne quod bona fide contractum matrimonium sit, ut dispensare ab impedimento Episcopus queat?* RESP. Sufficit bona fides in uno solo conjuge, ut communis sententia docet. Plures etiam contendunt dispensare Episcopum posse, etiamsi mala fides præesserit in utroque. Probabilior tamen opinio requirit bonam fidem saltem in uno conjuge.

IV. QUÆST. IV. *A quibus impedimentis extra necessitatis casum dispensare Episcopus potest?* RESP. Bonacina, Henriquez, Sanchez, Castropalaus, Salmanticenses docent, Episcopos dispensare posse in impedimento superveniente matrimonio ob affinitatem, cognationem spiritualem, votum simplex castitatis, ne conjuges sibi invicem debitum petant, licèt nulla sit necessitas urgens: idque constare ajunt ex legitima consuetudine.

V. Afferri solent multa privilegia concessa Mendicantibus Fratribus dispensandi in impedimento superveniente matrimonio ob copulam habitam cum consanguinea conjugis in primo vel secundo gradu, vel ob votum simplex castitatis ante matrimonium emissum, ut possint invicem reddere, & petere. Hæc omnia privilegia mihi commentitia sunt, quia nullum reperire authenticum documentum potui quo evincatur legitima esse hæc privilegia.

VI. QUÆST. V. *Peccant ne Superiores absque justa causa ab iis impedimentis dispensantes?* RESP. Convenit penes omnes peccare tum concedentes, tum petentes dispensationem absque causa. Disputant auctores num peccatum mortale sit, an veniale. Suarez, Bellarminus, Toletus, & alii graviores Theologi affirmant esse mortale. Hæc sententia vera est. Dispensationem sine causa *crudelem dispensationem* vocat S. Bernardus. Quis non videt leges in bonum commune Ecclesiæ latas pro arbitrio posse fundare peccatum esse mortiferum? Materiæ parvitas excusare à gravi culpa potest.

VII. QUÆST. VI. *Valida ne est hujusmodi dispensatio sine causa concessa?* RESP. Theologi communiter docent dispensationem inferioris in lege Superioris sine causa nullam esse. Hinc inferunt, Episcopum in lege pontificia invalidè sine causa dispensare. Similiter Papam invalidè dispensare in voto, in juramento, & in alia quacumque divina lege, justa causa sublata.

VIII. Aliqui docent, legislatorem in lege à se lata posse validè dispensare absque justa causa: quia, inquiunt, in propria lege Legislator ut dominus operatur. Ergo sicut prodigus, inquiunt, validè transfert suorum bonorum dominium, tametsi prodigendo peccet; ita legislator valide in propria lege dispensat cum aliis, secus cum semetipso. Hæc opinio mihi falsa est. Distinctio dispensationis respectu sui, & aliorum mihi commentitia videtur. Lex quoque in bonum commune lata est. Lege naturali, & divina legislator obstringitur bonum commune promovere tàm respectu sui, quàm subditorum. Legislatores *directivè*, subditi *coactivè* subjecti legibus sunt. Ergo qua ratione recentiores isti affirmant invalidè secum, eadem affirmare debent invalidè cum aliis dispensare.

IX. QUÆST. VII. *Quænam sunt justa dispensationis causa?* RESP. Plures assignantur. 1. est ablatio litium, scandalorum, rixarum, & bonum pacis. 2. si in oppido in quo mulier degit, commodè parem non inveniat cui nubat. 3. defectus doris, quandò puella inveniat consanguineum qui absque dote illam desponsет. 4. conservatio divitiarum in eadem familia. 5. instauratio matrimonii bona fide contracti. 6. postulatio Regum, & magnorum Principum. 7. excellentia meritorum erga Ecclesiam. 8. subministratio pecuniæ in subsidium Ecclesiæ.

X. An omnes istæ causæ legitimæ sint, illi judicent quorum interest: ultima sanè mihi non probatur, de qua P. Viva *q. 6. a. 2. n. 4.* ait: *Notat tamen Sanchez, quod petens sine causa dispensationem matrimonialem exhibendo copiosam elemosynam, non peccet, sicuti nec qui sine causa iis petitis utitur.* Ratio, *quia quamvis sine causa petantur, non conceduntur tamen sine causa.* Næ hæc robusta ratio? Non conceduntur sine causa, quia conceduntur propter pecuniam. Quæ non blaterabunt Lutherani, & Protestantes talia legentes? An non effutient leges istas esse crumenisecas? Ac istorum calumniam labefactamus Tridentinam Synodum opponentes, quæ statuit dispensationes 1. *rarò*. 2. *ex causa*. 3. GRATIS concedendas esse. Nec refert quod aliqui minus rectè leges interpretentur.

XI. Quandò tempore dispensationis extabat causa, etiamsi postea cesset, consistit dispensatio quia continuò ac dispensatio valida concessa est, auferur impedimentum. Secùs dicendum est de dispensatione ab iis quæ habent tractum successivum. Obtinuisti dispensationem ob debilitatem à jejunio: cessante debilitate cessat dispensatio.

XII. QUÆST. VIII. *Quid sit dispensatio subreptitia?* RESP. Jam supra dictum est illam esse quæ aut ob falsitatem expressam, aut ob veritatem occultatam conceditur. Si plura cupis, lege *tom. 10. l. 2. disp. 3. c. 5.*

DISSERTATIO III.

De obligatione, & peccatis sponsorum, & conjugum.

CAPUT I.

De fine sponsalium, obligatione, & peccatis sponsorum.

I. QUÆST. I. *Quis sit sponsalium finis?* RESP. Ideò ab Ecclesia instituta sponsalia sunt, ut fideles ad magnum matrimonii sacramentum virtutibus, & sanctimonia ornati accedant. Sunt enim ad hoc sacramentum sponsalia, quod catechumenatus ad Baptismum, tonsura clericalis ad Ordines, novitiatus Religiosorum ad solemnem monasticam professionem, ut in *Suppl. q. 43. a. 1. ad 6.* docet Angelicus inquiens: *A primis sponsione dicuntur sponsalia propriè, quæ sunt quædam sacramentalia, sicut exorcismus Baptismi.* Præcipuè ad hæc tria sacramenta rité suscipienda Ecclesia virtutum exercitio disponendos, præparandosque fi-

decepta, non est raptus inducens impedimentum, quia tunc fuga est, non raptus, cum omnis vis sive physica, sive moralis desit, quotiès fœmina consentit. Nec refert, quod fœmina rapta sit virgo, vel corrupta. Dicitur *de loco in locum*, idest de loco in quo est, ad locum in quo sit sub potestate raptoris, deduci debet, quamvis nulla succedat copula. Quarè si eam de cubiculo in cubiculum traducat, ut eam cognoscat, non est raptus. Additur *matrimonii causa*, quia si desit hæc intentio, & ob alium finem, puta explendæ libidinis, fœmina traducatur, non est propriè raptus inducens impedimentum. Pœnas constitutas contra raptores lege in Tridentino *sess. 24. cap. 6.*

CAPUT II.

De impedimentis impedientibus.

I. Duplex impedimentorum impedientium genus. Aliud absque delicto, aliud ex delicto proficiscitur. Prioris generis sunt quinque his versibus contenta.

Ecclesia vetitum, nec non tempus feriatum,
Atque catechismus, sponsalia, jungito votum:
Impediunt fieri, permittunt facta teneri.

Posteriorum generis sunt septem, his aliis versibus contenta.

Incestus, raptus sponsata, mors mulieris,
Susceptio propriæ prolis, mors presbyteralis,
Vel si pœniteat solemniter, aut monialem
Accipiat: prohibent hæ conjugium sociandum.

II. *Ecclesiæ vetitum* significat prohibitionem Superioris, nempè Parochi, Episcopi, ne matrimonium celebretur tali tempore. *Tempus feriatum* est à prima Dominica Adventus inclusivè usque ad Epiphaniam inclusivè, & à die Cinerum usque ad octavam Paschæ inclusivè. *Catechismus*, seu fidei institutio infert illud impedimentum, quod contrahit ille qui pro infante respondet dum solemnes cæremoniæ in Ecclesia supplentur, quandò Baptisma urgente necessitate privatim administratum fuit. Baptismi impedimentum dirimens, catechismi patrini impedimentum impediens contrahunt. Impedimentum istud sublatum per Tridentinum plures contendunt. *Sponsalia* cum quacumque persona legitimè contracta matrimonium cum alia impediunt. *Votum* simplex castitatis, non nubendi, suscipiendi ordines sacros, ingrediendæ Religionis est impedimentum matrimonium impediens. Mulier contrahere licitè nequit cum vito uno ex his votis ligato. *Incestus* est copula matiti cum consanguineis uxoris, aut contra uxoris cum consanguineis viri. De *raptu* jam dictum est.

III. *Uxoricidium* patratum non animo contrahendi, sed ob iram, vindictam, aliamve causam impedit matrimonium cum quacumque alia persona, etiamsi adultera uxor fuisset. *Susceptio filiorum* parit impedimentum ratione cognationis spiritualis, quod tum evenit, si conjux, aut alterius conjugis, aut utriusque baptizet filium, aut ex sacro fonte elevet, aut confirmandum præsentet, animo negandi debitum conjugale. Si tamen ex necessitate filius alterius conjugis baptizetur, nullum contrahitur impedimentum. *Mors presbyteralis* impedimentum infert, quando quis occidit Presbyterum. Ut tamen hoc impedimentum quis incurrat, convictus sit occisionis in foro externo oportet. *Pœnitentia solemnis* parit impedimentum, quamdiù illa durat, cum nuptias quæ lætitiam afferunt, celebrare illos non deceat qui luctui, & mœstitiæ operam dant. *Conjugium cum moniali* est ultimum impedimentum, quod tum contrahitur, cum quis scienter virginem Deo desponsatam ducere non veretur. Is in perpetuum jure matrimonii privatur ob injuriam irrogatam divino sponso Christo.

IV. Qui aliquo ex recensitis impedimentis ligatus matrimonium contrahit, non privatur jure debiti petendi, nisi in voto castitatis, & in incestu; reddere tamen astringitur etiam his ligatus. In reliquis, & petere, & reddere valet. Advertunt auctores exceptis *interdicto tempore*, *voto*, & *sponsalibus*, cætera impedimenta obsoleviss. Quarè impedimenta impedientia quæ nunc vigent, hoc exprimuntur versu:

Ecclesiæ vetitum tempus, sponsalia, votum.

Ad hoc tamen quod attinet, consuetudini hærendum est.

CAPUT III.

De potestate, & causis dispensandi in his impedimentis recensitis.

I. QUÆST. I. *Quis potestatem habet dispensandi ab impedimentis dirimentibus?* RESP. Communis Theologorum sententia est usu, & consuetudine accedente, solùm Romanum Pontificem jure ordinario dispensare à præfatis impedimentis, exclusis Episcopis, & Legatis à latere.

II. QUÆST. II. *An Episcopi, urgente necessitate dispensare ab aliquo impedimento dirimente ante matrimonium contractum valeant?* RESP. Communis sententia affirmat, dummodò necessitas sit urgens & gravis, & aditus ad Pontificem summum non patet, & periculum infamiæ, vel incontinentiæ, vel alterius mali sit in mora. Nulla expressa lex, nullus canon declarat Episcopos non posse in diœcesi ea peragere in his casibus quæ æternæ ovium saluti necessaria sunt. Ex sola consuetudine, & usu Pontifices summi in ejusmodi impedimentis dispensant. Ergo cessat, dum talis urget necessitas, quæ impedit dispensationem à Pontifice peti, & aliundè concedi ab Episcopo potest. Duo extrema in hoc sicut in cæteris declinanda sunt: & nimia dispensandi facilitas absque legitima causa, & nimia severitas coarctandi Episcoporum auctoritatem, quæ natura sua ampla est, & solùm in bonum commune Ecclesiæ à Pontificibus summis restricta. Ergo quotiès bonum commune postulat, & aditi Pontifex nequeat, periculumque sit in mora, dispensare Episcopi valent tum ante, tum post matrimonium contractum.

III. QUÆST. III. *Requiriturne quod bona fide contractum matrimonium sit, ut dispensare ab impedimento Episcopus queat?* RESP. Sufficit bona fides in uno solo conjuge, ut communis sententia docet. Plures etiam contendunt dispensare Episcopum posse, etiamsi mala fides præesserit in utroque. Probabilior tamen opinio requirit bonam fidem saltem in uno conjuge.

IV. QUÆST. IV. *A quibus impedimentis extra necessitatis casum dispensare Episcopus potest?* RESP. Bonacina, Henriquez, Sanchez, Castropalaus, Salmanticenses docent, Episcopos dispensare posse in impedimento superveniente matrimonio ob affinitatem, cognationem spiritualem, votum simplex castitatis, ne conjuges sibi invicem debitum petant, licèt nulla sit necessitas urgens: idque constare ajunt ex legitima consuetudine.

V. Afferri solent multa privilegia concessa Mendicantibus Fratribus dispensandi in impedimento superveniente matrimonio ob copulam habitam cum consanguinea conjugis in primo vel secundo gradu, vel ob votum simplex castitatis ante matrimonium emissum, ut possint invicem reddere, & petere. Hæc omnia privilegia mihi commentitia sunt, quia nullum reperire authenticum documentum potui quo evincatur legitima esse hæc privilegia.

VI. QUÆST. V. *Peccant ne Superiores absque justa causa ab iis impedimentis dispensantes?* RESP. Convenit penes omnes peccare tum concedentes, tum petentes dispensationem absque causa. Disputant auctores num peccatum mortale sit, an veniale. Suarez, Bellarminus, Toletus, & alii graviores Theologi affirmant esse mortale. Hæc sententia vera est. Dispensationem sine causa *crudelem dispensationem* vocat S. Bernardus. Quis non videt leges in bonum commune Ecclesiæ latas pro arbitrio posse fundare peccatum esse mortiferum? Materiæ parvitas excusare à gravi culpa potest.

VII. QUÆST. VI. *Valida ne est hujusmodi dispensatio sine causa concessa?* RESP. Theologi communiter docent dispensationem inferioris in lege Superioris sine causa nullam esse. Hinc inferunt, Episcopum in lege pontificia invalidè sine causa dispensare. Similiter Papam invalidè dispensare in voto, in juramento, & in alia quacumque divina lege, justa causa sublata.

VIII. Aliqui docent, legislatorem in lege à se lata posse validè dispensare absque justa causa: quia, inquiunt, in propria lege Legislator ut dominus operatur. Ergo sicut prodigus, inquiunt, validè transfert suorum bonorum dominium, tametsi prodigendo peccet; ita legislator valide in propria lege dispensat cum aliis, secus cum semetipso. Hæc opinio mihi falsa est. Distinctio dispensationis respectu sui, & aliorum mihi commentitia videtur. Lex quoque in bonum commune lata est. Lege naturali, & divina legislator obstringitur bonum commune promovere tàm respectu sui, quàm subditorum. Legislatores *directivè*, subditi *coactivè* subjecti legibus sunt. Ergo qua ratione recentiores isti affirmant invalidè secum, eadem affirmare debent invalidè cum aliis dispensare.

IX. QUÆST. VII. *Quænam sunt justa dispensationis causa?* RESP. Plures assignantur. 1. est ablatio litium, scandalorum, rixarum, & bonum pacis. 2. si in oppido in quo mulier degit, commodè parem non inveniat cui nubat. 3. defectus doris, quandò puella inveniat consanguineum qui absque dote illam desponsет. 4. conservatio divitiarum in eadem familia. 5. instauratio matrimonii bona fide contracti. 6. postulatio Regum, & magnorum Principum. 7. excellentia meritorum erga Ecclesiam. 8. subministratio pecuniæ in subsidium Ecclesiæ.

X. An omnes istæ causæ legitimæ sint, illi judicent quorum interest: ultima sanè mihi non probatur, de qua P. Viva *q. 6. a. 2. n. 4.* ait: *Notat tamen Sanchez, quod petens sine causa dispensationem matrimonialem exhibendo copiosam elemosynam, non peccet, sicuti nec qui sine causa iis petitis utitur.* Ratio, *quia quamvis sine causa petantur, non conceduntur tamen sine causa.* Næ hæc robusta ratio? Non conceduntur sine causa, quia conceduntur propter pecuniam. Quæ non blaterabunt Lutherani, & Protestantes talia legentes? An non effutient leges istas esse crumenisecas? Ac istorum calumniam labefactamus Tridentinam Synodum opponentes, quæ statuit dispensationes 1. *rarò*. 2. *ex causa*. 3. GRATIS concedendas esse. Nec refert quod aliqui minus rectè leges interpretentur.

XI. Quandò tempore dispensationis extabat causa, etiamsi postea cesset, consistit dispensatio quia continuò ac dispensatio valida concessa est, auferur impedimentum. Secùs dicendum est de dispensatione ab iis quæ habent tractum successivum. Obtinuisti dispensationem ob debilitatem à jejunio: cessante debilitate cessat dispensatio.

XII. QUÆST. VIII. *Quid sit dispensatio subreptitia?* RESP. Jam supra dictum est illam esse quæ aut ob falsitatem expressam, aut ob veritatem occultatam conceditur. Si plura cupis, lege *tom. 10. l. 2. disp. 3. c. 5.*

DISSERTATIO III.

De obligatione, & peccatis sponsorum, & conjugum.

CAPUT I.

De fine sponsalium, obligatione, & peccatis sponsorum.

I. QUÆST. I. *Quis sit sponsalium finis?* RESP. Ideò ab Ecclesia instituta sponsalia sunt, ut fideles ad magnum matrimonii sacramentum virtutibus, & sanctimonia ornati accedant. Sunt enim ad hoc sacramentum sponsalia, quod catechumenatus ad Baptismum, tonsura clericalis ad Ordines, novitiatus Religiosorum ad solemnem monasticam professionem, ut in *Suppl. q. 43. a. 1. ad 6.* docet Angelicus inquiens: *A primis sponsione dicuntur sponsalia propriè, quæ sunt quædam sacramentalia, sicut exorcismus Baptismi.* Præcipuè ad hæc tria sacramenta rité suscipienda Ecclesia virtutum exercitio disponendos, præparandosque fi-

uterque privetur jure petendi : & argumenta pro utraque opinione talia sunt, ut rem dubiam efficiant. Petitio enim debiti innocenti dumtaxat conceditur. Consentiens in incestum alterius rea est. Ideò pro conscientiæ securitate petenda dispensatio est. Conjux qui peccaret cum sui, & non conjugis consanguinea, gravius scelus patraret ; at non amitteret jus petendi debitum, quia non contraheret affinitatem. Contra si ambo conjuges incestum patrarent cum consanguinea alterius, ambo jure petendi, & reddendi privarentur : idcirco separandi essent, donec dispensationem obtinerent. Conjux coacta per metum á consanguineo viri ad incestum, nisi coactio talis esset quæ excusaret à peccato, quæ vix ac ne vix quidem accidit, privaretur jure petendi debiti. Si conjux peccat cum consanguinea alterius, & laboret ignorantia facti, nempè esse consanguineam conjugis, communiter auctores docent non privari jure petendi debiti ; si verò scit esse consanguineam, licèt ignoret pœnam privationis juris debiti petendi, nihilominus privatur jure petendi.

IX. QUÆST. IV. *Qui certus est matrimonium esse irritum, potest ne debitum reddere conjugi petenti, & ignoranti matrimonium esse irritum, ut evitet infamiam, aut grave damnum* ? RESP. Communis sententia docet conjugem certò scientem impedimentum irritans matrimonium, nullo modo reddere posse, etiamsi mortis periculum immineat, aut censuris compellatur. Ratio evidens, quia hoc in casu copula esset fornicaria. Ergo nullo modo est committenda ob quodcumque malum, sivè mortem, sivè infamiam. Quæ opponuntur, nullius sunt momenti. Judex ecclesiasticus ex ignorantia invincibili judicans matrimonium validum, censuris compellit ad matrimonium servandum, & propterea non dispensat. Si judex dispenset, quando potest, cessat omnis quæstio.

X. QUÆST. V. *An Confessarius certò sciens matrimonium esse nullum teneatur monere conjugem pœnitentem ignorantia invincibili credentem esse validum* ? RESP. Si mulier laboret ignorantia vincibili, omnes fatentur monendam. Similiter si ignorantia juris, & facti sit invincibilis, & Confessarius prævideat profuturam suam monitionem, omnes fatentur debere illum monere pœnitentem. Contra si Confessarius prævideat monitionem suam non profuturam, tunc *imprudentissimè se gereret* Confessarius, si admoneret, inquiunt Salmanticenses cum pluribus.

XI. Supra *tom.* 1. jam profligavi has opiniones, quæ mihi falsæ sunt. Paucis nunc rem perstringo. Omnes jure divino tenentur scire veritates, quæ ad proprium statum attinent, easque inquirere, & addiscere, ut omnes Theologi cum S. Thoma docent. Impedimentorum dirimentium matrimonia veritas est cujus notitia ad conjugatos magnoperè attinet. Ergo conjugati totiès violant hoc divinum mandatum inquirendæ veritatis attinentis ad proprium statum, quotiès tali sunt dispositione affecti ut vel negligant, vel nolint eam scire. Conjugati laborantes ignorantia invincibili juris, & facti talis impedimenti dirimentis matrimonium, in hac prævidentur dispositione qua nolint hanc ignorantiam expellere, & veritatem addiscere. Ergo violatores, & contemptores sunt divini mandati inquirendæ veritatis. Ergo illorum ignorantia est vincibilis, cum superari ab ipsis possit, media monitione Confessarii. Si vincibilis ignorantia ; ergo juxta omnes monendi pœnitentes sunt. Patet ne ad effugium tima ? Cur Confessarius silet ? Quia prævidet á conjuge pœnitente non suscipiendam veritatem, si eam manifestet. Hæc tota silendi ratio. Falleris. Sunt infamia, scandala, mors, vel alia gravissima mala oritura, quæ silentium præscribunt. Ineptis. Hæc absurda silentium non imponunt, si ignorantia sit vincibilis, ut omnes fatentur. Atqui in nostro casu ignorantia, quæ alioquin invincibilis erat, fit vincibilis illo ipso momento quo conjuges prævidentur non suscepturi notitiam veritatis à Confessario manifestandam. Externa mala quæ timentur, honestare nullo modo valent Confessarii silentium. Ergo pœnitentes indispositi sunt ad hoc sacramentum.

XII. Respondent adversarii, esse tales pœnitentes dispositos, sicuti sunt illi qui non sunt ita animo comparati ad abstinendum à peccatis, si lento igne essent torquendi : & tamen imprudentia esset talia illis proponere, & eorum imbecillitatem in discrimen adducere. Exemplum ineptissimum. Imprudentissimum & ego reputarem Confessarium qui similes hypotheses, & atrocissima tyrannorum tormenta proponeret. Sed cur ? Quia hic & nunc non urget subeundi martyrii præceptum. Et ut proprio mucrone adversarios confodiam, finge paratum ignem, tyrannumque pro tribunali sedere, atque mortem decernere huic Christiano omnia hæc ignoranti. Nunquid si confiteatur, monendus non est imminentis suplicii ? Nunquid non animandus, non erigendus ad subeundum lentum ignem ? Numquid silendum ? Tunc ergo solùm imprudens Confessarius esset, quando nulla occurrente martyrii occasione, nulla adesset imbecillitatem pœnitentis tentandi causa. In nostro casu urget præceptum non fornicandi in matrimonio nullo. Et gratia divina adest, qua servari præceptum potest. Adversarii docent, Deum impertiri gratiam suam vel ipsis obcæcatis, & obduratis. Et nunc vel ipsis suis pœnitentibus justis sacramenta suscipientibus illuminationis gratiam, qua amplectantur veritatem, concedendam desperant ? Invehuntur illi, & merito contra Jansenium ajentem, deesse justis gratiam, qua illis possibilia præcepta fiant : & illi frequenter impossibilia asserunt præcepta divina ratione ignorantiæ invincibilis, negantque gratiam adesse qua possibilia fiant, vel ipsis sacramenta frequentantibus ? Si enim adsit gratia, qua superari ignorantia possit, hæc vincibilis, non invincibilis est.

XIII. Testimonia Innocentii III., & S. Augustini *tom.* 2. *Appar. diss.* 1. *c.* 4. fuso calamo palam feci ineptè obtrudi ab adversariis, sicut & præceptum correctionis fraternæ. Vide etiam supra *tom.* 1. *lib.* 2. *diss.* 1. *cap.* 2. *n.* 21. Sententia Salmanticensium, Sanchez, & aliorum, qui docent, Confessarium neque ante matrimonium debere conjuges impedimenti admonere, si prævideat nihil profuturum, mihi est evidenter falsa. Theologi graves docent monendos pœnitentes, & media oportuna excogitanda ad matrimonium differendum. Rarissime occurrunt circumstantiæ tales in quibus differri matrimonium nequeat. Si tamen circumstantiæ urgerent, suggerunt vel utendum privilegio bimestri, vel eliciendum votum castitatis, donec obtineatur dispensatio vel ab Episcopo, vel á Papa.

XIV. Nolo longiùs rem producere. Aliqua tantùm absurda hic in transcursu indicabo quæ adversariorum opinionem consequuntur. 1. Confessarius non astringeretur monere pœnitentes invincibiliter ignorantes esse restituendum lucrum ultra sortem exactum tamquàm ex benevolentia debitum. 2. Similiter non debet monere virum equestrem provocatum ad duellum, bona fide putantem acceptandum esse, ne honor obnubiletur, & ignaviæ notam incurrat. 3. Eos non monendos qui bona fide licitam esse credunt calumniatoris occisionem, quandò nullus alius modus occurrat evadendi infamiam. 4. Relinquendos esse in sua ignorantia qui bona fide credunt, judicem posse judicare secundùm opinionem minus probabilem, & pecuniam posse accipere, quandò litigantes habent pro se opiniones æque probabiles. 5. Non esse illuminandos illos, qui invincibiliter credunt licitum esse retinere concubinam valdè utilem ob delectamentum. 6. Puellas quæ certò existimant procurari posse abortum fœtus non animati sine peccato ad evitandam infamiam. 7. Plurimos qui pro certo habent non esse deferendam occasionem proximam valdè commodam, relinquendos esse in ignorantiæ tenebris.

XV. Hæc, & sexcenta alia similia ignorari invincibiliter posse non negabunt adversarii, si illa invincibiliter ignorarunt benigni Doctores Casuistæ, qui eadem, & alia propugnarunt fide bona. Tacendum ergo, silendum, dissimulandum est, quandò Confessarius prævidet pœnitentes adeò addictos esse ejusmodi vitiis, ut nihil profutura sit admonitio sua. Nec est quod opponatur impedimentorum ignorantiam facti esse. Cæterùm ut compertum lectores habeant, quo se se extendat laxitatis novus opinandi modus præter ea, quæ dicta sunt libro præcedenti audiant quæ sequuntur.

XVI. P. Georgius Gobat, *tract.* 7. *n.* 315. hæc scribit. „ Quid faciet Confessarius, si videat „ pœnitentem ex invincibili ignorantia obo„ xium v. g. mollitiei, cujus gravitatem edoctus „ ob habitum pravum vix abstinebit ? His verbis „ proposita fuit illa quæstio, explicataque huic „ peculiari vitio, cum posset pluribus. Respondi „ autem ex scriptis illo *cit. cap.* 37. *num.* 61. si „ probè consideratis circumstantiis illius pœni„ tentis, omninò judicetur *nihil planè profuturam* „ *monitionem*, sed cognito à se committi grave

„ scelus, nihilo ratius patraturum illud quam „ fecit ignarus turpitudinis tantæ, coram Deo „ DISSIMULANDAM ESSE MANIFESTA„ TIONEM VERITATIS. "

XVII. Vel ipsorum contra naturam flagitiorum notitiam ignorantibus manifestare Confessarius non tenetur, sed *dissimulanda est manifestatio veritatis* ? Dum ram inaudita commenta detestanda proponimus, vociferantur nonnulli, nos gravare Casuistas. Sed verecundari tandem aliquandò deberent hæc objicere. An non sunt ista publici juris ? An non queunt esse perniciosa imperitis ? Addit P. Gobat se censere vix esse Confessarium tam sagacem qui prudenter judicare queat de quoquam, suam admonitionem non profuturam ad imminutionem peccatorum contra naturam.

XVIII. Verùm continuò *ibidem n.* 317. subdit P. Gobat : „ Et verò non semel didici esse „ qui inculpabiliter ignorarent mortalem mali„ tiam hujus flagitii. Igitur, practicè loquendo, „ non tam quærendum est de illo solo qui *vix* „ omittet, seu vix abstinebit, ut loquuntur illæ „ literæ, idest qui quandoque, etsi rarissimè, „ abstinebit, sicuti, proh dolor ! gemunt Confes„ sarii se nactos complures hujus fœdissimi si„ mul, & fœtidissimi furoris. *De hoc quoque ces„ seo intelligendam sententiam D. Augustini. Moraliter „ enim non tam prodest, quam obest.* ILLA MONI„ TIO, quæ tantùm impediret sex, octo, decem „ peccata formaliter mortalia, causabit autem „ ducenta, trecenta itidem mortalia. "

XIX. Sententia S. Augustini inquientis : *Si scirem tibi non prodesse, te non monerem, te non terrerem*, fide nimis bona abutuntur illi qui ex aliis libris illam reserибunt, quin eam in fonte legerint. Consule *tom.* 2. *Appar. diss.* 1. *c.* 4. ubi integrum sermonem ex Augustino, non ex Casuistis transcripsi. Alloquitur Doctor sanctus moribundum, cumque ad spem erigit, animatque. Et Casuistæ citati hanc tanti Doctoris sententiam eò detorquere non dubitant, ut Confessarii debeant silentio dissimulare ipsa horrenda contra naturam scelera. Si pœnitentes admones, ait P. Gobat cum aliis, obtinebis ut ab octo, vel decem pollutionibus formalibus abstineant. Interim ducenta, & trecenta flagitia formalia patrabunt. Ergo silendum, permittendumque ut *materialiter* se se in luto libidinis volutent, quia cum suis pollutionibus, quarum malitiam invincibiliter ignorarunt, portas Paradisi ingredientur. Hi sunt novæ benignitatis flosculi.

XX. QUÆST. VI. *An si conjugum alter dubiter prudenter validum ne sit matrimonium contractum, petere debitum, aut reddere queat* ? RESP. Is continuò inquirere diligenter veritatem debet. Si negligens fuerit, pro negligentiæ qualitate delinquet. Si, adhibita diligentia, dubium prudens persistat, reddere conjugi non dubitanti tenetur ; at petere ille nequit, ut Innocentius III. cap. *Inquisitionibus* de sent. excom. apertè docet. Quarè ut falsam rejicio opinionem eorum qui hunc petere posse docent, etiamsi dubium persistat, post adhibitam diligentiam in

CAPUT II.

Plures opiniones de peccatis sponsorum resolvuntur.

I. AUdisti, christiane lector, sanctam sponsorum disciplinam ex divinis Scripturis, & Patribus hausta m. Plurium opiniones rescribere cogor, ut lectoribus minùs peritis succurram, eosque moneam ut ab eisdem abstineant, quæ illis ipsis falsę apparebunt. Non modo instruendi, sed etiam dedocendi lectores sunt.

II. QUÆST. I. *An sponsi peccent mortaliter delectando se morosè de copula futura?* RESP. Distinguunt aliqui delectationem de copula cogitata ut præsenti, & cogitata ut futura. Ne illis imponere videar, en quæ ex aliis scribit P. Sporer *part. 4. c. 2. sect. 1. n. 428.* „ Aliud est consensus, & complacentia in copulam cogitatam ut „ futuram, & delectationem veneream ex tali „ copula futura aliquando consecuturam; quod „ sponsis illicitum non est. Cum enim ex ipsis „ sponsalibus contractis, velut jure inchoato, ac„ tualis copula, & delectatio sit aliquando futura, „ non debent de ea contristari, vel eam aver„ sari, sed licitè in eam consentire, complacere, „ vel gaudere de ea possunt; cum nihil aliud, „ sit quam gaudere de spe boni futuri, quæ spes „ præsens & licita est. Ita cum plurimis Sanchez, „ Diana, &c.

III. Animadvertere debuerant isti, mentem humanam effingere utique posse has metaphysicas præcisiones. Verùm concupiscentia non præscidit, sed fertur & volutatur in venereo luto, sicut reipsa est. Propterea hæc complacentia æquè mortifera in sponsis est ac in cæteris hominibus.

IV. QUÆST. II. *Liciti ne sint tactus, oscula, & amplexus inter sponsos?* RESP. P. Thomas Sanchez *lib. 1. disp. 2. n. 3.* hæc docet., Secun„ dùm communem sententiam liciti sunt am„ plexus, & oscula inter sponsos de futuro, eo „ quod sponsalia sunt initium quoddam matri„ monii; ac proindè concedunt jus utendi vo„ *luptate præambula matrimonialis*. Ergo per spon„ salia acquiritur jus in corpus, aliàs nullus il„ lius usus concederetur; & consequenter vio„ lans hoc jus per fornicationem, reus erit, ul„ tra fornicationem, injustitię admissæ necessariò „ aperiendę in confessione. Et hæc sententia est „ valdè probabilis.

V. Distinguunt igitur isti duplicem voluptatem carnalem: alteram *præambulam*, quæ licita sponsis est; alteram *consummatam*, quę maritatis convenit. Rationem produnt. Sponsalia sunt initium matrimonii. *Ergo per sponsalia acquiritur jus inchoatum in corpus: aliàs nullus illius usus concederetur.* Ergo concedenda est sponsis *voluptas præambula*. Hæc doctrina communis est, inquit P. Sanchez, inter recentiores. Eamdem docent Salmanticenses *tract. 9. c. 15. pun. 6. n. 91.* ubi inquiunt: *Sicut sponsalia sunt inter vos inchoatio quædam matrimonii; sic etiam licitè sunt in illo statu actus qui quodammodò sunt copulę inchoatio, & initium. Sanchez*, &c.

VI. P. Thomas Tamburinus *lib. 7. c. 3. n. 61. pag.* 193. ait: „ Sponsis de futuro valdè proba„ biliter sine peccato licent quædam amoris „ signa, qualia sunt oscula, tactus, aspectusque „ pudici, ac locutiones amatoriæ, *etiam propter* „ *delectationem in illis residentem*, sed sine peri„ culo pollutionis, vel consensus in illam, vel „ in copulam: at nullo modo impudici. Ita „ Thomas Sanchez . . . *Unam excusationem inve„ nio in sponso eas actiones pudicas exercente cum* „ *pollutionis periculo prævijo, sed non intento, &* „ *sine periculo consensus in illam. Nam si in occasione* „ *esset ut INORBANUS haberetur, si ab illis abstineret, posset eas usurpare, quia jam adest ratio„ bilis excusatio.*“

VII. Hęc doctrina luculentior est præcedenti. Tertulliani verbis opus esset adversus tam inaudita paradoxa. Etiam cum pollutionis prævisione exercere oscula, tactus, & amplexus mutuos sponsi valent? Confessarios, & lectores omnes monemus ut ab his laxis opinionibus sibi caveant. Evincant adversarii hęc commenta non adversari evangelicæ castitati, & tunc victoriam assequentur. Etiam cum pollutionis previsione exercere oscula tactus, & amplexus mutuos sponsi valent, ne alter inurbanus habeatur?

VIII. Impudicam Tamburini doctrinam transcribit P. Sporer *n.* 430. & P. Claudius Lacroix *lib. 6. p. 3. q. 22. n. 151.* omnia recensita paradoxa transferibit, quin ea improbet, sed suo probabilistico more omnia lectorum arbitrio subjicit; inclinare se tamen ostendit in contrarias sententias ut probabiliores: sed quid refert, si alię sint probabiles?

IX. P. Georgius Gobat *tr. 10. n. 672.* hæc scribit. Sanchez *loc. cit. n. 49.* utitur quidem „ nomine delectationis *senstitivæ*; sed per hanc „ certò intelligit *venerem*, ut patet ex *n. 5. . .* „ Fateor tamen non raro fieri ut Confessarius „ *cogatur* in praxi supponere sententiam *Sanchezii*, „ nisi velit tales sponsos dimittere *sine absolutione*, „ *utpotè quibus aegrè persuadebit aut illos ample„ xus, oscula &c. esse mortalia, aut ut agnos„ centes esse mortalia forment propositum se emen„ dandi.*“

X. Dilemma P. Gobat mitificum est. Aut difficilè suadebit Confessarius ejusmodi oscula, amplexus, & tactus cum *delectatione venerea* exercitos esse peccata mortifera; aut si sponsi agnoscent esse mortalia, difficilè *formabunt propositum se emendandi*. Ergo aut dimittendi essent *sine absolutione*; aut adhibenda est *sententia Sanchezii*. Non primum: ergo secundum: ad hoc enim *cogitur* Confessarius ut admittat sententiam P. Sanchez, nisi velit *tales sponsos dimittere sine absolutione*, & frequentiam Ecclesiarum diminuere. Sed tales sponsi ex tactibus, osculis, & amplexibus capiunt *delectationem veneream*, & secundum Tamburinum interdum cum *prævisione pollutionis*. At hæc delectatio, reponit Sanchez, est *copulæ inchoatio, & in omnibus solutis esset culpa mortalis*. Advertendum tamen subdit *loc. cit.* P. Gobat, quod sponsalia sint absoluta: si enim sponsalia essent conditione suspensa, doctrina P. Sanchez

chez non esse admittenda. *Nullo autem modo est hęc doctrina practicanda cum sponsis qui contraxerunt sponsalia sub conditione.*

XI. Nihil ego repono contra hæc paradoxa legenda potius quam refellenda. Confessarii ipsi recensitas opiniones conferant cum SS. Patrum doctrina, quam superiori capite indicavi, cum Evangelio Christi, deindè ipsi judices sedeant.

CAPUT III.

De peccatis conjugum in contrahendo matrimonio; & de obligatione eorumdem in mutua debiti redditione.

I. PEccant mortaliter conjuges, si fictè contrahant, si cum aliquo impedimento sivè dirimente, sivè impediente cognito nuptias sacras celebrent. Præterea peccant, si cum conscientia peccati mortalis ad hoc sacramentum accedant. Hoc enim vivorum sacramentum est. Ergo sacrilegium perpetrant qui peccato mortali contaminati ad illud accedunt.

II. Peccant quoquè plus & minus, qui paganorum more factam nuptiarum solemnitatem nimio, & immodesto luxu, & satanæ immoderatis pompis profanant. Plures rituales libri lecti nuptialis factam benedictionem præscribunt. At numquid inter rediviva ethnicorum spectra sacri Ecclesiæ ritus exercendi sunt? Percurrito paganorum sivè vetustas, sivè recentes historias, mores, & consuetudines. Inquire num profanior luxus, num immoderatiores pompæ, num solutiores choreæ, num obscœniora cantica, num intemperantiora convivia, num impudentiora tripudia tempore nuptiarum grassarentur apud paganos, infideles, hæreticos, an apud non paucos catholicos, qui nuptias sacras, ut magnum sacramentum, portendens unionem Christi cum Ecclesia venerantur, quique solemni ritu in Baptismate mundi pompas renuntiarunt? Quis non commoveri se tentiat, dum tam profana paganorum præstigia sacratioribus ritibus consociari videt?

III. QUÆST. I. *Quanta est conjugum obligatio ad officium uxorium solvendum?* RESP. Celebrato matrimonio plura heinc onera consequuntur, quorum primum ipsos conjuges spectat, atque in mutua conjunctione situm est. Nemo conjugum absolutè obstringitur petere, sed reddere tenetur. Maritus uxori etiam tacitè signis petenti reddere astringitur, & mulier viro. Vi enim contractus matrimonialis ad hanc reciprocam solutionem graviter obstringuntur, & qui illam infringunt, graviter delinquunt.

IV. QUÆST. II. *Quæ causa excusant ab officio uxorio reddendo?* RESP. Plures. 1. Periculum vitæ, aut gravis infirmitatis, leve tamen incommodum non sufficit. Uxores sæpè levia sustinent incommoda, nec propterea ab hoc solvendo liberæ sunt. Prudentia tamen Confessarii opus est, quia præfigi regula generalis nequit. 2. Si qui petit morbo gallico infectus sit, aut lepra, si tamen ex concubitu grave immineat periculum propriæ infectionis: si enim periculum lepræ capiendæ absit, solvendum debitum est. 3. Si alter conjux petens sit adulter. 4. Nimis frequens petitio excusat à debito reddendo.

V. Multiplicatio prolis non est justa causa debiti negandi. Mulier quæ experta est se proprios filios mortuos parere, non propterea peccat petenti reddendo debitum: & si ipsa periculo incontinentiæ obnoxia sit, petere etiam potest, fidens divinæ providentiæ, quæ succurrere non cessabit iis qui sanctè matrimonium exercent.

VI. Peccat conjux qui mediis illicitis se inhabilem reddit ad debitum solvendum; ut si se polluat, si ad alias mulieres accedat, ultrà hæc crimina injustitiam perpetrat contra conjugem innocentem: immò neque nimia austeritate voluntaria se ita extenuare licitè valent, ut inhabiles fiant ad debitum reddendum. Verùm hoc rarissimè accidit. A moderatis tamen pietatis exercitiis, à jejuniis præscriptis ab Ecclesia non debet se conjux abstinere, ut torosior, & vegetior fiat ad reddendum debitum; immò jejuniorum tempore continentiam conjuges servare deberent, licèt rigorosè non teneantur.

VII. Conjux occultus adulter petere potest sine peccato non tamquàm rem debitam ex justitia, sed ex benevolentia concedendam: quia pœnam ante sententiam judicis subire non tenetur. Conjux innocens petere debitum potest ab altero conjuge qui ob impedimentum affinitatis contractæ ex fornicatione patrata post matrimonium amisit jus petendi. Si licitè petit, potiori jure reddere valet. Conjux voto castitatis ligatus nequit alteri petenti reddere, si huic desit jus petendi; contra si jus adsit, reddere astringitur. Quando conjux illicitè petit, quia est voto castitatis adstrictus, tum alter reddere potest, si compars averti nequeat, quia votum non adimit jus petendi ex legitimo matrimonio ortum, sed solum efficit ut illicitè petat. Neque heinc sequitur reddentem alterius peccati participem heri. Conjux enim reddens dat operam rei licitę, non alterius peccato, sicut qui necessitate gravi pressus mutuum petit ab usurario. Alii, & forte consultius, docent, ut compari quæ non vovit, petat, dum prævidet à voventę petendum.

VIII. QUÆST. III. *Quomodò ex impedimento affinitatis, aut cognationis spiritualis impediantur conjuges à debiti petitione?* RESP. Duo impedimenta præter votum supervenire matrimonio solent. Unum ex affinitate contracta ob fornicationem cum consanguineis conjugis: alterum ex cognatione spirituali, ut si alter filium communem extra necessitatis casum aut ex sacro fonte susciperet, vel in confirmatione teneret; quo in casu graviter peccaret, & privaretur jure petendi debitum. Qui verò incestum committit in primo, aut in secundo gradu cum consanguinea alterius conjugis, privatur jure petendi, sed reddere obstringitur, ut dixi. Disputant auctores de conjuge consentiente, aut consilium præbente ad patrandum incestum, an tunc

uter-

fideles statuit: quia in horum susceptione novum vitæ genus amplectuntur, novumque statum proficentur. Quomodò autem novi status onera, officia, munia, ut decet, & expedit tum familiis, tum reipublicæ, nedum privatæ felicitati sustinebunt, nisi optimè morati, imbuti, probatique ad illum accedant? Quemadmodum igitur qui religionem monasticam professuri sunt, sub experti magistri cura, & vigilantia constituuntur candidati, ut quæ profiteri debent apprimè perdiscant; ita sponsi sub proprii Patochi Magisterio tyrocinium status conjugalis exercere debent, ut ad tantum sacramentum celebrandum sese præparent, atque ad ea quæ huic consequuntur onera sustinenda benè affecti disponantur.

II. QUÆST. II. *Quæ sint Parochorum munia in sponsorum institutione?* RESP. Primum omnium instruere juvenes, & puellas Parochus debet, ne sponsalia tumultuariè, & repente contrahant, neque in tabernis, locisque profanis, non post compotationes, ludicra spectacula, choreas; sed præmittant serias considerationes, & coram testibus, præsertim parentibus, singulari pietatis affectu præparati ad ritum hunc sacramentalem celebrandum accedant. Sponsorum in christiana religione peritiam Parochus exploret, utrum ea calleant quæ ut Christiani ignorare sine peccato nequeunt. Præter verò ea quæ Christianos scire convenit, in iis eruditantur oportet quæ statum conjugalem spectant. Monendi graviter sunt ne sub eodem tecto habitent, ne mutuus, & flagrans amor ex nimia propinquitate, & familiaritate erumpat in flammas impuras.

III. Eos instruat ex antiqua Ecclesiæ consuetudine sponsalia, & matrimonia celebrari consuevisse per fidelium preces, & Ecclesiæ benedictionem, ut molestam carnis tribulationem, quæ sociare matrimonia solet, præferre christiana fortitudine maritati queant. Tertullianus *lib. 2. ad uxor. c. 8.* hæc docet: *Unde sufficiamus ad enarrandam felicitatem ejus matrimonii quod Ecclesia conciliat, & confirmat oblatio, & obsignat benedictio, Angeli renuntiant, Pater ratum habet? Nam nec in terris filii sine consensu patrum nubtiis, & jure nubunt.*

IV. Ut veram Christianorum imaginem imprimere sponsorum animis Parochus valeat, illis primum seriò meditandum proponat increatæ Sapientiæ ordinem, quo Deus propagare animas illas voluit quæ damnatorum spirituum sedes occupaturæ sunt. Propagationem hanc carnalem simul, & spiritualem, seu divina gratia fecundatam esse voluit. Heinc est quod personæ huic generationi destinatæ primum sponsalia, quæ sunt quidam sacramentalis ritus, inquit S. Thomas, contrahunt, & peracto christianarum virtutum tyrocinio, magnum matrimonii sacramentum suscipiunt, quo illorum animæ Redemptoris gratia sanctificantur ad sobolem procreandam. Felicia, ait Tertullianus, matrimonia quæ Ecclesia conciliat, seu quæ fiunt in spiritu Ecclesiæ, & propter fines à Deo præstitutos. Subdit Tertullianus, matrimonia oblatione confirmari, cum nempè ab Ecclesiæ præpositis inter Missarum solemnia, & communes fidelium preces cælesti benedictione signantur sponsi. Quemadmodùm ad cætera sacramenta ritè suscipienda præcedunt sacramentalia, ut aqua lustralis, eulogiæ, & interiores animi virtutes; sic sponsalia sunt, ut ex D. Thoma, & Tertulliano vidimus, quædam sacramentalia, quibus matrimonii candidati obsignati in eis præsertim exercere se virtutibus debent quæ ad fœdus conjugale integrum, intaminatumque custodiendum ducunt. Et eo major, ac diligentior sit sponsorum præparatio oportet, quo non sibi tantum, sed aliis quoquè inservire sponsi debent. Sunt quippè conjugati personæ publicæ, ad præparandam, conservandamque christianam rempublicam, Dei populum multiplicandum, & paradisum implendum, electæ. Hæc & sponsalia, & matrimonia divina institutione spectant.

V. Virgo, contractis sponsalibus, velanda est, inquit Tertullianus, idest hominum, & præsertim sponsi oculis, colloquiis, & familiaritati se subducere debet, ne virginitatis flos sordes contrahat, & reciproca libine divinam maledictionem loco cælestis benedictionis sibi concilient. Castè, modestè, & pudicè se gerant desponsatæ, ut amorem, non carnalem, sed divinum in sponsis suis accendant. *Desponsatæ quidem habent exemplum* (inquit Tertullianus lib. de Velan. virg. c. 11.) *Rebeccæ, quæ cum ad sponsum ignotum adhuc ignota perduceretur, simul ipsum cognovit esse quem de longinquo prospexerat, non sustinuit dextera collustationem, nec oculi congressionem; nec salutationis communicationem; sed confessa, quod senserat, idest spiritu nuptam, negavit virginem velata. O mulierem jam de Christi disciplina! Ostendit enim etiam nuptias de affectu, & animo fieri, quemadmodùm fructum.* Quid quod non Rebeccæ modò, verùm etiam ethnicarum sponsarum exemplum christianis sponsis opponit Tertullianus? Exteriotis apparatus vanitatem, & nuptarum multierum pompas carpit. Exprobrat christianis sponsis vel ipsa naturæ jura proscindere, & pudorem ipsum à natura insitum, quemque ethnicæ sponsæ custodiunt, à christianis dedecorari. *At quin etiam* (pergit ibi Tertullianus) *apud ethnicos velatæ ad virum ducuntur . . . . à nobis nec naturalia servantur, quasi alius sit Deus naturæ quam noster.* Et rursus *cap. 12.* clamat contra sponsarum exquisitiorem cultum, superstitiosumque ornatum: *versunt capillum, & acu lasciviore comam sibi inserunt crinibus à fronte divisis apertam professæ mulieritatem. Tum & consilium formæ à speculo petunt, & faciem morosiore lavacro macerant, forsitàn & aliqua eam medicamine interpolant, pallium extrinsecus saltant, calceum stipant multiformum . . . . Quid singula persequor? Sola autem manifesta paratura totam circumferunt mulieritatem.* Secessionem ab hominum consortio desponsatis virginibus præscribit *ibidem c. 14. & 15.* Tertullianus. Profligati pudoris monstrosos abortus exponit, & mala quæ studium placendi hominibus parit, sigillatim describit. *Ipsa concupiscentiam non latendi non est pudica: patitur aliquid quod virginis non sit, studium placendi utique viri. Quantum vellis bona mente cinctus, necesse est publicatione sui periclitetur, dum percutitur oculis incertis, & multis, dum digitis demonstrantium titillatur, dum nimium amatur, dum inter amplexus, & oscula assidua conculcescit. Sic frons duratur, sic pudor teritur, sic solvitur, sic discitur aliter jam placere desiderare. Sed enim vera, & tota, & pura virginitas nihil magis timet quam semetipsam: etiam fœminarum oculos pati non vult: alios ipsa oculos habet. Confugit ad velamen capitis, quasi ad galeam, quasi ad clypeum, qui bonum suum protegat adversus ictus tentationum, adversus jacula scandalorum, adversus suspiciones, & susurros, & æmulationem, ipsum quoque liverem.*

VI. Hæc jam obsoleviſſe, & contrario usu antiquata, reponent nonnulli, qui videntes oppositam corruptelam usquequaque grassantem haud posse coerceri intra præscripta, & à natura, & à Scripturis pudoris, & christianæ modestiæ confinia; Scripturarum testimonia, & Patrum doctrinam immò ipsa naturæ jura aptanda, & accommodanda quoquomodò hodiernis moribus opinantur. Sed veritatis zelo succensus Tertullianus *c. 16.* hoc pacto detonat: *In his consistit defensio nostræ opinionis secundùm Scripturam, secundùm naturam, secundùm disciplinam. Scriptura legem condit, natura contestatur, disciplina exigit. Cui ex his consuetudo opinionis prodest, vel qui diversæ sententiæ color est? Dei est Scriptura, Dei est natura, Dei est disciplina. Quidquid contrarium est istis, Dei non est. Si Scriptura incerta est, natura manifesta est. Et de ejus testimonio Scriptura incerta non potest esse. Si de natura dubitatur, disciplina, quid Deo magis ratum sit, ostendit. Nihil est illi carius humilitate, nihil acceptius modestia, nihil pervium gloriæ, & studio hominibus placendi. Illud itaque sit tibi, & Scriptura, & natura, & disciplina, quod ratum Deo inveneris, sicut juberis omnia examinare, & melliora quæque sectari.*

VII. Hæc quantumvis paululum prolixiora, rescribere ex Tertulliano volui, (& ne similia ex Patribus ferme omnibus transcribam, solius brevitatis studium impedit) ut veram, & antiquam sponsarum & sponsorum disciplinam inculcandam hodiernis sponsis præsentem habeant Parochi. Altius isti clamare debent. Si disciplina, si mores mutati sunt, numquid Scripturæ sanctæ? Numquid divinæ leges mutatæ sunt? Numquid mutata natura est? Numquid minus ad malum prona? Numquid minus libidinosa, minus fragilis, minus lubrica? Immò ardentior, impudentior, luxuriosior facta est usu, & consuetudine, inquis. Fortioribus ergo repagulis coercenda, efficatioribus remediis sananda, acrioti studio custodienda. Hæc, inquam, inculcare Parochi, hæc exaggerare debent propter electos, & ut reprobi nullam habeant excusationem. Ex Patribus, ex Ritualibus, & ex ipsis Scripturis sanctis documenta tradenda sponsis hauriant.

VIII. Imbuant præterea Parochi sponsos propriæ curæ subjectos, doceantque gravissima onera, quæ statum conjugalem comittantur, amorem illum constantem, & reciprocum quo se, sivè infirmos, sivè sanos, prosequi; patientiam robustam, qua mutuas infirmitates, defectus, excessus tolerare debent. Onus gravissimum educandæ sobolis, regendæ familiæ, & omnia in Dei gloriam dirigendi sedulo explicabunt. Moneant gravioribus verbis ut si aliqua peccandi consuetudine alteruter irretitus sit, statim eradicare illam studeant, ne aut absolutio illis tum denegetur cum celebrandæ sunt nuptiæ, aut sacrilegè sacramentum matrimonii perficiant; & novi status fundamenta sacrilegiis, & flagitiis jaciant, undè posteà innumera mala discidia, odia, & rixæ intestinæ manent. Diligenter eos instruant ut amore christiano, & divino sese diligere discant: quia si id egerint, integro vitæ decursu eadem flamma ardebunt; contra, si ab amore impudico, & venereo, si ab amplexibus, osculis, & tactibus obscænis orsa duxerint, & in hac, & in futura vita pice, & sulphure exurentur. Voluptates carnales sitim non extinguunt, sed irritant, & augent. Vehementi desiderio concupiscuntur divitiæ ab avaris, puellæ ab impudicis; at possessæ statim vilescunt. Redacta sponsa in sponsi potestatem, & usum, paucis post diebus fastidio illi est & tædio, nisi divinus amor vinculum firmet conjugale. Cur communiter matrimonia non sunt amoris reciproci fœdera, non mutuæ benevolentiæ & tranquillitatis nexus, sed discordiarum, odiorum, & æmumarum occasiones? Quia impotens libido, obscæna flagitia, & scelerum catena, non Christi sacramentum corpora conjunxit: ligavit non in Domino, sed in luto luxuriæ, non secus ac equos, & mulos, quemadmodùm *Tob. VI.* dicitur: *Qui conjugium ita suscipiunt, ut Deum à se, & à sua mente excludant, & suæ libidini ita vacent, sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus, habet potestatem dæmon super eos. Tu autem . . . accipies virginem cum timore Domini, amore filiorum magis, quam libidine ductus, ut in semine Abrahæ benedictionem in filiis consequaris.*

IX. Plura legere Parochus poterit saluberrima documenta tum in Scripturis sanctis, tum in virtualibus libris, sponsis explicanda, alia ex altari, alia in Tribunali pœnitentiæ. Hortari enim debet sponsos ut divina sacramenta frequentent, quorum gratia, & inardescentem libidinem comprimere, & animos virtutum officiis ornatos præparare ad sacramentale fœdus astringendum valeant. In confessione verbis gravissimis instruet, qua castimonia, quo pudore, & honestate exercere matrimonum debeant. Sermonem temperabit pro sponsorum diverso acumine, & cognitione. Si prudens Parochus fuerit, omnia quæ ad christianam institutionem necessaria fuerint, manifestare poterit, quin verbum pronunciet minus pudicum, & castum. Imbuet illos, ea tantum permissa conjugatis esse quæ generandis in Christo filiis conducunt, iis omnibus rejectis quæ pudor à natura insitus abhorret. Si benè morati sponsi fuerint, brevis de matrimonii usu institutio, semper intra, numquàm extra confessionem facienda, sufficiet. Quarè in id incumbere Parochus in primis debet, ut in sancto Dei timore educet, exerceatque puellas, & juvenes, & castos, pudicos, Deique progeniem propagantes efficiet conjugatos.

CA-

utroque. Qui leviter dubitat, judicio prudentis viri excutere dubitationem debet.

XXI. QUÆST. VII. *Quomodò redintegranda sint matrimonia nulla?* RESP. Matrimonium irritum esse potest vel ob defectum consensus, vel propter impedimentum occultum, vel publicum, vel quia defuit præsentia Parochi, & testium. Matrimonium quocumque ex his capitibus nullum, ut convalescat, ea omnia supplenda sunt quæ leges Ecclesiæ proscribunt. Si defuit præsentia Parochi, & testium, coram Parocho, & testibus redintegrandum matrimonium est. Si defuit consensus, renovandus. Si irritum fuit ob impedimentum, petenda dispensatio est.

XXII. Conjugi affirmanti sibi defuisse consensum, nulla habenda fides est, ut habetur cap. *Per tuas*, de probat. Qui fidè contraxit, tenetur ex justitia verum consensum apponere, quia cuique jus suum servandum est. Sed conjugi sincerè contrahenti jure debetur alterius contrahentis consensus, non modò in ipsa celebratione contractus, sed etiam post celebratum contractum, & toto vitæ tempore: quia pars innocens in perpetuum contraxit.

XXIII. QUÆST. VIII. *Quando matrimonium est iterùm ob aliquod impedimentum dirimens, requiritur ne ut utraque conjux certior fiat?* RESP. Si utrique notum impedimentum sit, quæstio nulla est. Angustiæ undiquè premunt, quandò una sola pars conscia, & rea est impedimenti, quod manifestari conjugi innocenti absque infamiæ periculo nequit, ut si uxor cum mariti fratre copulam habuisset, aut contra. Convenit penès omnes primum á parte conscia impetrandam esse dispensationem, & á petitione debiti abstinendum interim. Quæ sequuntur summum facessunt negotium.

XXIV. Pontificiæ litteræ dispensationis hanc continent clausulam: *Altero impedimentum ignorante, priùs de nullitate consensus prioris certiorato.* Ratio quoquè urget. Nam redintegrari contractus nullus haud potest, nisi denuò efficiatur validus. Quomodo autem effici validus potest, nisi utraque pars rursùs consentiat. Utraque autem pars consentire denuò nequit, nisi utrique constet, matrimonium priùs contractum fuisse nullum.

XXV. Ut hunc gordianum nodum Theologi scinderent, varia excogitarunt. Plures docent conjugem innocentem admonendum generatim, & confusè de matrimonio irrito. Facilis res foret; si hæc generica manifestatio eliceret novum consensum, nullamque suspicionem in conjuge innocente pareret. Quid enim, si conjux innocens scandalum subeat, & in suspicionem adducatur alterum conjugem reipsa perpetrasse flagitium? Tunc alii Theologi docent, nullo modo indicandum impedimentum esse, quandò talia timentur; sed sufficere ut, obtenta dispensatione, pars rea illiciis, & blanditiis pertrahat in consensum hoc modo. *Tali amore te prosequor, ut si nullum inter nos matrimonium esset, ego nunc tibi nubere vellem. Immò nunc te accipio in meum. Hoc ne tu facis ex parte tua?* Si reponat *Facio*, aut simili verbo consensum prodat, confectum negotium est. Hoc speratri á conjuge simplici, & bonæ fidei potest.

XXVI. Sed quid dicendum, si à conjuge experrecto hoc sperari nequeat, immò timeatur responsum, quod refert n. 459. P. Sporer? *Jam te habere debeo. Quod si te non haberem, vellem te omnes haberent diaboli.* Ideò alii docent, non esse necessariò monendum conjugem innocentem, sed sat esse ut conjux reus renovet consensum copulæ maritali affectu habita, nam alter reddendo consentit. Ad clausulam dictam *certiorata parte* respondent intelligendum esse, quandò id commodè servari potest. Si in hoc consisteret, facillimè omnia diluerentur. Ego pro diversitate circumstantiarum consulendos Episcopos suggero. Ipsi enim pastores sunt. Si Pontifices præfata clausula adjecta, ut pars innocens certior fiat, dispensationem impertiunt, qua auctoritate aliqui tribunal erigunt supra ipsas pontificias dispensationes, eas ultra clausulas restringentes extendendo? In his itaque angustiis aut Episcopos, aut Romanam Sedem consule.

XXVII. QUÆST. IX. *Matrimonium ob impedimentum occultum dirimens, vel ob defectum consensus irritum, redintegrari ne coram Parocho, & testibus debet?* RESP. Affirmant omnes, si matrimonium nullum fuit, quia clandestinum. Similiter quandò impedimentum dirimens publicum est, & deductum, vel deducendum ad forum contentiosum, redintegrandum matrimonium est coram Parocho, & testibus. De impedimento occulto, quod probari per testes nequit, Theologi disputant num renovandus coram Parocho, & testibus consensus sit.

XXVIII. Affirmantem sententiam defendunt Theologi gravissimi Basilius Pontius *lib. 3. cap. 6.* Paulus Comitolus *lib. 1. q. 120.* ubi refert responsum Clementis VIII. sic affirmantis, quique dispensavit ut in simili casu conjuges inter se secreto contraherent, renovato consensu, cum legitimatione prolis. Oppositam opinionem defendunt Sanchez, Bonacina, Castropalaus, & alii plures. Ego paucis respondeo, in his casibus consulendos Episcopos, vel Romanum Pontificem.

CAPUT IV.

De Peccatis, quæ perpetrare conjuges valent in exercitio officii uxorii contra finem, situm, locum, & bonum prolis.

I. QUÆST. I. *Quomodò peccare conjuges contra matrimonii finem valent?* RESP. Peccant 1. si ob solam voluptatem commisceantur. Olim aliqui docebant oppositum, quorum opinionem damnavit Innocentius XI. *Opus conjugii ob solam voluptatem exercitum, imò prorsus caret culpa, ac veniali defectu.* Bruta, non homines ratione præditi, operantur ob solam voluptatem.

II. QUÆST. II. *Quinam est finis ob quem actus conjugalis est licitus, & meritorius?* RESP. Est procreatio prolis, vel debiti redditio. Aliqui docent actum conjugalem licitum, & bonum esse exercitum ad *sanitatem corporalem aut recuperandam, aut conservandam.* Ecclesiæ Doctores oppositum apertè docent. Unum allegare sufficiat S. Thomam, qui in *supplem. q. 49. art. 5. ad 4.* hæc habet. *Quamvis intendere sanitatis conservationem non sit per se malum; tamen hoc intentio efficitur mala, si ex aliquo sanitas intendatur quod non est ad hoc de se ordinatum; sicut qui ex Sacramento Baptismi tantùm salutem corporalem quæreret: & similiter etiam est in proposito in actu matrimonii.* Idem docent Augustinus, Hieronymus, & omnes Doctores Ecclesiæ. Ratio luculenta. Matrimonium non est ad sanitatem corporis sivè recuperandam, sivè conservandam institutum. Ergo abutitur matrimonio qui illud exercet tamquàm medium quo sanitatem corporalem quærat. Vitiant quoquè conjuges officium uxorium, si impudentiùs, & intemperantiùs agant, inquit S. Augustinus *lib. de Bono conjug. cap. 16.*

III. QUÆST. III. *An liberi sint à culpa veniali qui matrimonio utuntur contra propriam incontinentiam, & contra alia graviora flagitia?* RESP. P. Claudius Lacroix *lib. 6. p. 3. n. 292.* candidè fatetur, SS. Augustinum, Bonaventuram, Thomam, Gregorium Magnum relatum cap. *Nervi 5. dist. 13.* docere esse peccatum veniale actum conjugalem exercitum ad vitandam propriam incontinentiam; at subdit: *Alii plurimi Theologi, & Juristæ cum Dur. Cas. Medin. Nav. Almain. Caspens. Ley. Con. Rebell. Hurt. Henric. Pour. Mastr. Avers. probabilissimè dicunt nullum fore peccatum.* En quo loco habentur apud plures Probabilistas prima Ecclesiæ catholicæ lumina.

IV. At nos, missò hoc novo opinandi modo, SS. Patrum doctrinam in medium adducimus. S. Augustinus verba S. Pauli 1. Cor. 7. *Iterùm revertimini in idipsum, ne tentet vos satanas propter incontinentiam vestram; hoc autem dico secundùm indulgentiam, non secundùm imperium:* exponens in Enchiridio *cap. 78.* hæc docet. *Putari posset non esse peccatum miscere conjugi, non filiorum procreandorum causa, quod bonum est nuptiale, sed carnalis etiam voluptatis, ut fornicationis, sive adulterii, sive cujuslibet alterius immunditiæ mortiferum malum, quod turpe est etiam dicere, quo potest, tentante satana, ibido pertrahere, incontinentiam devitet infirmitas. Posset ergo, ut dixi, hoc putari non esse peccatum, nisi addidisset:* Hoc autem dico secundùm veniam, non secundùm imperium. *Quis autem jam esse peccatum negat, cum dari veniam facientibus apostolica auctoritas fateatur?*

V. S. Thomas in *suppl. q. 49. art. 5. ad 2.* doctrinam Augustini, Gregorii, & aliorum Patrum confirmat his verbis: *Si aliquis per actum matrimonii intendit vitare fornicationem in conjuge, non est aliquod peccatum: quia hoc est quædam redditio debiti, quæ ad bonum fidei pertinet. Sed si intendat vitare fornicationem in se, sic est ibi aliqua superfluitas; & secundùm hoc est peccatum veniale: nec ad hoc est matrimonium institutum, nisi secundùm indulgentiam, quæ est de peccatis venialibus.* Hanc eamdem doctrinam repetit S. Thomas in 1. *ad Cor. cap. 7. lect. 1.* ubi inquit: *Considerandum est, quod actus conjugalis quandòque quidem est meritorius, & absque omni culpa mortali, vel veniali; puta cum ordinatur ad bonum prolis procreandæ, vel educandæ ad cultum Dei; sic enim est actus religionis; vel cùm sit causa reddendi debiti, sic enim est actus justitiæ. Omnis autem actus virtutis est meritorius, si sit cum charitate. Quandòque verò est cum culpa veniali, scilicèt cum quis ad actum matrimonialem ex concupiscentia excitatur, quæ tamen infra limites matrimonii ustit, ut scilicèt cum sola uxore sit contentus. Quandòque verò est culpa mortalis; puta cum concupiscentia fertur extra limites matrimonii, scilicèt cum aliquis accedit ad uxorem, aquè libentèr, vel libentius ad aliam accessurus. Primo ergo modo actus matrimonii non requirit indulgentiam; secundo modo habet indulgentiam, inquantum aliquis consentiens concupiscentiæ in uxorem, non fit reus peccati mortalis; tertio modo omninò indulgentiam non habet.* Similia docent Gregorius, Anselmus, Bonaventura, & cæteri Patres, & ex recentioribus graviores Theologi communiter.

VI. Prudentes tamen sint Parochi, & Confessarii in monendis conjugibus, instruendisque in sancto matrimonii fine procreandæ, educandæque prolis in cultum Dei. Hunc finem altiùs inculcent: voluptatis carnalis captandæ, & concupiscentiæ saturandæ cautissimè, & castissimè meminerint. Cum enim absque voluptate, & concupiscentia exerceri officium istud vix soleat, si subtilius quam par est, dispicere talia velint, aures offendent, & seipsos periculo exponent.

VII. QUÆST. IV. *Peccantne conjuges actum matrimonialem exercentes diebus festis, jejuniorum, & ipso Eucharistiæ susceptæ die?* RESP. Negant plures; sed affirmant Patres, & Concilia. Lubet pauca transcribere *ex can. 33. quæst. 4. c. 3.* ubi hæc de jejuniorum tempore habentur. *Fratres, non solùm debetis ab omni immunditia abstinere, sed etiam ab uxoribus propriis studiosissimè continentis. Nullus omninò uxori suæ jejuniorum diebus conjungatur.* Rursus ibi *cap. 4.* subditur de festis diebus: *Si causa procreandorum filiorum ducitur uxor, non multum tempus concessum videtur ad ipsum usum, quia & dies festi, & ipsa ratio conceptus, & partus juxta legem cessari temporibus hi debere demonstrant.* Iterùm ibi *cap. 5.* ex S. Augustino inculcatur: *Christiano cum uxore sua convenire aliquandò licèt, aliquandò verò non licèt. Propter dies enim processionis aliquandò non licet convenire, quia etiam à licitis abstinendum est, ut facilius impetrari possit quod postulatur. Undè Apostolus ex confessu ait abstinendum ad tempus, ut vacetur orationi.* Lege ibi plura.

VIII. Lacroix *lib. 6. p. 3. num. 321.* inquit: „ Per se loquendo licitum esse die communio„ nis habere usum mattimonii, dictum est lib. „ 6. &c. “ Ad canones, & SS. Patres respondet cum *Sanchez, Con. Averf.* & aliis, consilium illos suggerere.

IX. Ut Confessarii evidentiùs semper compertum sit, quam distet doctrina plurium Ca-

fuisſtarum à doctrina SS. canonum, & Patrum, pauca ex multis reſcribo. *Cit. cauſ.* 33. *cap.* 1. hæc habentur: *Si panes propoſitionis non poterant ab iis qui uxores ſuas tetigerant, comedi; quantò magis panis ille qui de cœlo deſcendit, non poteſt ab his qui conjugalibus paulò ante hæſere complexibus, violari, atque contingi? Non quo nuptias condemnemus (hoc enim non dicimus) ſed quod eo tempore quo carnem agni manducaturi ſumus, vacare operibus carnis non debeamus.* Si ab omni cibo jejuni ad Euchariſtiam accedere Chriſtiani debent; quantò magis jejuni ſint oportet ab officio conjugali? De feſtis diebus *ibid. cap.* 2. ex S. Auguſtino hæc præſcribuntur: *Quoties aut dies Natalis Domini, aut reliquæ feſtivitates inſtant, ſicut frequenter admonui, ante plures dies non ſolùm ab infidelium concubinarum conſortio, ſed etiam à propriis uxoribus abſtinere debemus.* Frequenter tunc Patres Eccleſiæ admonebant conjuges.

X. Poſt canones ſacros, & Eccleſiæ Patres S. Thomas in *ſuppl. q.* 64. *art.* 3. rationem aſſignat. *Sicut aliqua ſunt ſacra, quia deputata ſunt ſacris; ita aliqua tempora ſunt ſacra propter eamdem rationem. Sed in his ſacro non licet petere debitum. Ergo nec in tempore ſacro.* Quid ad hæc Probabiliſtæ? Labefactat ibidem Angelicus omnia quæ opponi ſophiſmata poſſunt.

XI. Verùm, ut aliquo tangantur pudore illi qui & diebus feſtis, & ipſo die ſacræ communionis licitum officium uxorium defendunt, lubet tranſcribere quæ Concilii Tridentini Catechiſmus, qui ſexcentis Caſuiſtis præſtat, *p.* 2. *cap.* 8. §. 34. præſcribit. Hic eſt citati §. titulus: *Conjugibus aliquando ab officio uxorio abſtinendum.* Deindè hæc habentur. *Sed quoniam bona omnia ſanctis precationibus impetranda ſunt à Deo, alterum eſt quod fideles diligere oportet, ut Deum oraturi, & obſecraturi cauſa à matrimonii officio interdum abſtineant: in primiſque id ſibi obſervandum ſciant, tribus ſaltem diebus antequàm ſacram Euchariſtiam percipiant, ſapius verò cum ſolemnia Quadrageſimæ jejunia celebrantur, quemadmodum PATRES NOSTRI recte, & ſanctè PRÆCEPERUNT. Ita enim fiet ut ipſa matrimonii bona majori in dies divinæ gratiæ cumulo angeri ſentiant; & pietatis ſtudia feſtantes, non modò hanc vitam tranquillè, & placidè tranſigant, ſed æternæ etiam Dei benignitate conſequendæ vera, & ſtabili ſpe, quæ non confundit, nitantur.*

XII. QUÆST. V. *An officium conjugale ratione licet, aut publici, aut ſacri ſit vitioſum?* RESP. Si copula exerceatur coram aliis, peccatum mortale eſt, nemine diſſitente, propter ſcandalum. Tactus ipſi inter conjuges coram aliis vitioſi ſunt. Officium conjugale in loco ſacro, urgente neceſſitate ſublata, ſacrilegum eſt. Tempore fluxus menſtrui illicitum eſt conjugale officium. Nam *Levit. cap.* 20. hæc à Deo præſcribuntur: *Qui coierit cum muliere in fluxu menſtrui . . . interficientur ambo de medio populi ſui.* Rurſùs cap. 18. *Ad mulierem quæ patitur menſtrua, non accedes.* Teſtimonia Auguſtini, Hieronymi, & aliorum Patrum prætereo.

XIII. Nihilominùs P. Dominicus Viva hæc *q.* 7. *art.* 1. *n.* 3. ſcribit. „ Quæritur ſecundò quo „ tempore ſit illicitus actus conjugalis? Reſpon„ deo *non eſſe illicitum* diebus feſtis, aut jejunii, „ *nec die communionis*, nec quo tempore uxor „ eſt gravida, aut *prolem lactat*, aut menſtruum „ *patitur*, nec ante benedictiones nuptiales; quam„ vis conſilium ſit iis temporibus abſtinere.“

XIV. Scriptura ſancta præcipit interficiendos de medio populi accedentes ad mulierem menſtruam. Reponent Viva, & alii, Chriſtum levigaſſe legem, non aggravaſſe. At Patres omnes, canones, & Concilia propugnant illicitum eſſe tali tempore hoc officium. Nonne his potiùs quam modernis auctoribus ſtandum eſt?

XV. Acceſſum ad uxorem gravidam omnes ad unum Patres culpa veniali ſordeſcere docent. Clariſſimus D. Euſebius AMORT in ſua *Diſſ. de Coitu conjugali cum uxoribus gravidis* omnia Patrum teſtimonia luculentiſſima in medium affert, & adverſantium contrariam opinionem penitùs profligat. Vel ipſæ nutrices improbant doctrinam eamdem: hæc enim dum lactant, ab officio uxorio abſtinent; & dominæ matres nutrices ſuorum filiorum ſeverioriſimè cuſtodiunt ne agnoſcantur à maritis propter damnum prolis. Dura lex, inquis. Dura duris, carnalibus, & infrunitis, qui in libidinis bitumine volutari ut ſues vellent. At ſuavis lex eſt Chriſtianis temperatis, & benè moratis, qui conjuncti ſunt non explendæ veneris, ſed procreandæ prolis cauſa. Conjuges amentes continuò ſeparandi ſunt. Ebrio petenti non tenetur uxor reddere, niſi ad evitanda majora mala.

XVI. QUÆST. VI. *Quomodò precare conjuges valent contra inodum exercendi officii conjugalis?* RESP. Haud opus eſt talia dilucere, cum ſit ipſa natura lumine rationis prædita magiſtra. Chriſtiani conjuges habere ſemper ob oculos proprias profeſſionis, quæ ſancta, & immaculata eſt, regulas debent. Potiſſima autem conjugatorum regula illa eſt quam Tobias *cap.* 7. aſſignat. *Et nunc Domine tu ſcis, quia non luxuriæ cauſa accipio ſororem meam conjugem, ſed ſola poſteritatis dilectione, in qua benedicetur nomen tuum.* Natura ipſa docet ut in officio conjugali fœmina ſit ſuccuba, & vir incubus. Peccant ergo conjugati, ſi hunc à natura præſcriptum ordinem invertant, exercendo officium iſtud ſtando, ſedendo, ſi vir ſuccubus, & mulier incuba, ſi præpoſterè pecudum more, licèt ſervato vaſe, congrediantur. Nimia viri pinguedo, & conjugis tenerioris exculate interdum poteſt, ut modo propinquiori ad honeſtatem ſeſe agnoſcant.

XVII. QUÆST. VII. *Si vir confuſcat, dum officium præſtat, ſe retrahere, ut generationem impediat, peccat ne uxor debitum reddendo?* RESP. Hunc caſum proponit Joannes Pontas verb. *Debitum conjugale* caſ. 55. Contendit ille, mulierem nulli culpæ obnoxiam eſſe, dummodò ipſa diſſentiat, repugnet, obſiſtatque quoad poteſt. Et hoc probare nititur exemplo *Onam*, qui ob ſeminis effuſionem in concubitu cum Thamar percuſſus à Deo fuit. Thamar autem punita non fuit.

Quid heinc? Ergo non peccavit Thamar, quia percuſſa non legitur? Inepta eſt conſecutio iſta. Semper ne Deus omnes peccatores in hoc mundo punit? Gravius peccavit Onam: ideircò eum Deus punivit. Minus peccavit Thamar, ideò fortè eam non percuſsit. Verùm ſcrutari divina arcana nobis permiſſum non eſt. Illud eſt certum, mortaliter peccare uxorem, quæ certo experimento didicit, belluinum maritum conſueſcere data opera ſemen ad generationem deſtinatum prodigere, ſi debitum non negat, quia dat operam rei natura ſua illicitæ, & graviter criminoſæ.

XVIII. P. Sanchez, Diana, Sporer, & alii opiniones propudioſas excogitarunt, ſeu à ſpurciſſimis maritis executioni demandatos modos concubendi honeſtandos ſuſceperunt, ut abſque naturalis pudoris detrimento referri vix queant. P. Claudius Lacroix *lib.* 6. *p.* 3. *à num.* 328. *uſque ad num.* 350. more ſuo cenſum infarcit opinionum omnium quas in hac materia excogitarunt moderni doctores, præſertim Sanchez, Diana, Gobat, Mendo, Dicaſtillus, & alii. Hæc ſi legant uxorati, addiſcent, quæ ipſi fortè ignorant.

XIX. Nonnulli olim etiam de procurando abortu laxas docuerunt opiniones, quarum duas proſcripſit Innocentius XI. nempè num. 34. *Licet procurare abortum ante animationem fœtus, ne puella deprehendatur gravida.* Sanchez docet fœminam vi oppreſſam poſſe continuò ſemen expellere, tanquam injuſtum caſtitatis aggreſſorem, ad evitandam infamiam: quam opinionem ego reputo falſam. Prægnantes procurantes abortum, & cæteri qui operam dant, excommunicationi latæ à Sixto V. obnoxii ſunt. Alteram theſim proſcripſit idem Innocentius XI. num. 23. *Videtur probabile omnem fœtum, quandiù in utero eſt, carere anima rationali, & tunc primò incipere eamdem habere cum pariture: ac conſequenter dicendum erit, in nullo aborto homicidium committi.*

CAPUT V.

Undè potiſſimum eveniat, quod plurima matrimonia incommodis, & erumnis abundent. Monita ad Confeſſarios, & Parochos.

I. CAuſa princeps eſt, quod plurimi Deo inconſulto, & ſolius, aut avaritiæ, aut luxuriæ, aut ambitionis ſuggeſtione tantum aggrediuntur negotium. Cauſas iſtas exponit Hugo de S. Victore in epiſtola ad ſuum ſodalem, inquiens: “ Ducuntur uxores hodiè, non cauſa „ vitandæ fornicationis, ſed cauſa luxuriæ; non „ cauſa prolis, ſed cauſa pecuniæ. Divitiæ ma„ gis in uxoribus eligi ſolent quam pudicitia. „ Multi non oculis, ſed digitis uxores ducunt; „ ideſt non ducunt uxores ob virtutes, quas in „ ipſis videant, ſed ob pecunias, quas numerare „ queant. Optima, & ſana res eſt quam non „ avaritia conciliat, non luxuria copulat.“

II. Qui ſaturandæ ventris cauſa magnum matrimonii ſacramentum celebrant, in graviſſimas ſe conjiunt ærumnas. Non minùs infelicia ſunt connubia, quæ pecuniarum cupiditate contrahuntur. Philoſophi filiam, ſponſam ducere contendebant adoleſcentes duo, quorum alter pauper, ſed prudens, & benè moratus; alter dives, ſed leviculus, & imprudens. Philoſophus rejecto divite juvene filiam pauperi adoleſcenti deſponſavit. Amicis factum exprobrantibus reſpoſuit: *Malo dare filiam indigenti viro pecuniæ, quam pecuniæ indigenti viro.* Digna ſapiente Philoſopho ſententia.

III. Altera potiſſima cauſa jurgiorum, rixarum, averſionum, quæ ſociare matrimonium ſolent, ſunt flagitia, turpitudines, obſcenitates, quibus contaminati ſponſi ad hoc ſacramentum accedunt. Undè oritur, quod ne uxores ſubditæ maritis eſſe velint, nec viri diligere uxores, ut convenit, ſoleant. Uxores parere maritis aſtringuntur, inquit *Eph. cap.* 5. S. Paulus. *Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint, ſicut Domino. Quoniam vir eſt caput mulieris, ſicut Chriſtus caput eſt Eccleſiæ, ipſe ſalvator corporis ejus. Sed ſicut Eccleſia ſubjecta eſt Chriſto, ita & mulieres viris ſuis in omnibus.* Verùm cur mulieres hoc præceptum ſæpè tranſgrediantur, ut plurimum in cauſa mariti ſunt, qui virtutum exemplo prægite fœminis, qui chriſtiana prudentia infirmioris ſexus defectus perferre, qui divino amore proſequi uxores ſuas negligunt, contra ejuſdem Apoſtoli mandatum, ſubdit enim continuo *ibidem* Paulus: *Viri diligite uxores veſtras, ſicut & Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea . . . . Ita, & viri debent diligere uxores ſuas ut corpora ſua. Qui ſuam uxorem diligit, ſeipſum diligit. Nemo enim unquam carnem ſuam odio habuit; ſed nutrit, & fovet eam, ſicut & Chriſtus Eccleſiam. Quia membra ſumus corporis ejuſdem, de carne ejus, & de oſſibus ejus. Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem ſuam, & adhærebit uxori ſuæ, & erunt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum eſt, ego autem dico in Chriſto, & in Eccleſia. Verumtamen, & vos ſinguli unuſquiſque uxorem ſuam ſicut ſeipſum diligat, uxor autem timeat virum ſuum.*

IV. Cauſa altera, & graviſſima, cur tot familiæ areſcant, & extinguantur; cur tot diſſidia, & averſiones ardeant, eſt peſtifera illa, & gentibus omnibus, vel ipſis Ethnicis, & Turcis hactenùs incognita corruptela, promiſcuarum ſcilicet converſationum virorum inter, & mulieres. Invito matrimonio, maritus ſuam, uxor ſuum amaſium deſponſat. Ambo ſin ore, ſaltem facto conſentiunt, ut uterque ſuum habeat amatorculum, & amaſiunculam. Communitas Platonica maritorum, & uxorum, ſin plena, dimidiata ſaltèm invecta eſt. Etiamſi communitas thori non contingeret, quod difficillimum non eſt, an non magnum crimen, quod uxor unius ſit amaſia, aut alterius mariti, aut impudicitiſimi adoleſcentis, quod his ſolatio, ludo, & diverticulo in ſervitute eſſe debeat, ut poſtea ab iſtis tributa ſervitutis, munuſculorum, & obſequiorum identidem recipiat? Uxores illæ quæ ſo-

læ, maritis propriis neglectis, cum aliis viris, & maritis conversantur, ludunt, saltant, tripudiant, non uxores quas Paulus describit, sed vilissima scorta, & de trivio meretriculas imitantur, quæ Christum, quæ Ecclesiam infamant, maritos dedecorant, familiarum successionem abrumpunt, societatem perturbant, ignorantiam crassam, & supinam inducunt in omnes ferè hominum cœtus. Homines neglectis propriis officiis cum suis amasiunculis tempus terunt. Omnium malorum ejusmodi causa mariti sunt. Nolunt isti suam coercere concupiscentiam. Non sunt contenti proprii fontis potu, sed alienas lutulentas cisternas inquirunt: ideo in ordinem continere uxores nequeunt. Sed & istæ pravis maritorum exemplis audaciores factæ, habenis excussis, effrœnatæ fiunt, & cum suis amasiis vitam degunt. Heine temporum, horarum, optimi reginiinis forma perturbata, omnia confusa sunt. Hæc omnia lippis, & tonsoribus nota. Quodnam remedium? Saccensa est enim ira Dei, & furor divinæ vindictæ funestissimę cæcitatis flagello istos percussit, qui contra Scripturam sanctam, Patres, Theologos, Concionatores, ipsamque experientiam, ut honestam propugnare audacissimè contendunt perniciosissimam corruptelam.

V. MONITUM I. quod Parochis, & Confessariis exhibeo, est ut sacramenta Platonicæ dimidiatæ communitatis assectis maritis, & uxoribus omninò denegent, usquedum resipiscant. Alioquin eum ipsis non resipiscentibus in gehennam descendent. Si aliquod remedium tam dirę pesti applicandum superest, in manu Confessariorum est. Suspendant istis absolutionem, donec commercia hæc maritalia interrumpantur. Nisi hoc fiat, jacta alea est, nullaque superest salutis spes.

VI. MONITUM II. est ut Parochi, & Confessarii sermonis rationem, & formam qua alloqui debeant, à S. Paulo Apostolo discant. Matrimonii evangelici sublimitatem, prestantiam, & excellentiam gravi oratione exponant. Ejusdem Apostoli documenta divina interpretentur. Officii conjugalis castimoniam, honestatem, & sanctitatem declarent. Sæpè dictum S. Pauli intonent: *Sciat unusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione, & honore, non in passione desiderii, sicut & gentes, quæ ignorant Deum.* Perpetuitatem reciproci amoris, & mutui vinculi indissolubilitatem usque ad mortem congruis verbis repræsentent. Prævenient oppositionem discipulorum, qui cum audissent matrimonii onera, clamarunt: *Si ita est causa hominis cum uxore non expedit nubere: qui dixit illis: Non omnes capiunt verbum istud* Matth. 19. Ne multa, si Parochi charitatis ignem accenderint in conjugatis; si spiritum Christianismi in iisdem excitaverint, & veros Christianos formaverint: superfluæ sunt, & igni addici possunt omnes illæ quas non pauci excitarunt de re uxoria quæstiones, & opiniones, quæ hæreticis ipsis scandalum ingerunt. Siquidem uxorati cum fuerint Jesu Christo charitatis vinculo conjuncti, erunt inter se uniti, & ipsa interior virtus, probitas, & sanctitas eloquenter docebit honestatem, puritatem, & castimoniam, quæ agnoscere se conjuges debent, quin opus sit ut ab aliis instruantur. Opiniones lutulentissimæ quæ leguntur in quorumdam libris, & lectores offendunt, & Christianos conjuges dedecent. Et hæc de magno matrimonii sacramento dicta sufficiant.

DISSERTATIO IV.

De Censuris in communi, & sigillatim.

CAPUT I.

Censuræ notio, partitio, & qui possint censuras ferre.

I. QUÆST. I. *Quid sit, & quotuplex censura?* RESP. Est *pœna ecclesiastica medicinalis fori exterioris, qua fidelis baptizatus privatur usu aliquorum bonorum spiritualium, ut à contumacia discedat. Pœna* vocatur, quia supponit culpam. *Medicinalis*, quia vult emendationem. *Fori exterioris*, quia qui illam infligit, præditus esse debet jurisdictione. Privat *usu aliquorum bonorum spiritualium*, quæ sunt propria Christianorum. Ipsa conversatio cum fidelibus, qua excommunicatio privat, bonum quoddam spirituale est.

II. Censura tribuitur in species tres: in *excommunicationem, suspensionem, & interdictum.* Irregularitas ex delicto, depositio, degradatio non sunt pœnæ medicinales. Cessatio à divinis non est censura, sed præceptum.

III. Censura alia est ab *homine*, alia à *jure*. Omnes utique sunt ab homine; sed quandò Superiores vi legis, aut statuti censuram infligunt, dicitur censura *à jure*. Quarè soli Pontifices, & Concilia œcumenica in universa Ecclesia, & Episcopus in sua Diœcesi ferre censuras *à jure* valent. Censuras *ab homine* omnes Superiores, qui habent jurisdictionem in foro exteriori, infligere possunt. Hæc censura, si non sit contracta, mortuo Superiore evanescit: si contracta sit, etiam Superiore mortuo durat, donec obtineatur absolutio. Censura à jure lata durat sicut lex. Alia censura dicitur *generalis* lata in omnes qui v. g. furantur in tali loco: alia *particularis* lata in hanc, aut illam personam. Alia est *latæ sententiæ*, quæ ipso facto ligat reum ante judicis sententiam. Alia *ferendæ sententiæ*, quæ solum post judicis sententiam incurritur. Tunc reputatur *latæ sententiæ*, quandò dicitur *ipso facto, statim, illicò in continenti.* Judicatur *ferendæ sententiæ*, quandò Superior dicit *Præcipimus sub pœna excommunicationis, interdicti*, &c. vel *excommunicabitur, suspendetur.* In dubio judicandum est *ferendæ*, non *latæ* sententiæ, esse censuram. Quandò dicitur, *anathema sit, excommunicatus sit*, est censura *latæ sententiæ.*

IV. QUÆST. II. *Quis jure ordinario ferre censuras valet?* RESP. Veritas fidei est Ecclesiam ferre

ferre censuras posse. In primis summus Pontifex jure ordinario potestatem habet in universa Ecclesia ferendi censuras. Similiter Concilia generalia in universa Ecclesia, Provincialia in Provincia, Diœcesana in Diœcesi eadem gaudent potestate: similiter Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Cardinales in Ecclesiis propriis ferre censuras possunt; item Generales, Provinciales, Rectores, Præpositi, Priores, Guardiani Regularium respectu suorum subditorum. Capitulum Ecclesiæ Cathedralis sede vacante.

V. Potestas hæc delegari potest jure ordinario etiam Clerico, nedum Sacerdoti, dummodò Clericus non sit conjugatus. Potestas hæc delegata à summo Pontifice potest subdelegari vi privilegii à Sede Apostolica concessi delegatis pontificiis. Nemo potest seipsam excommunicare, sicut neque in causa propria sententiam ferre. Qui censuras infligit, requiritur ut sit baptizatus, clericus non conjugatus, & prima saltem tonsura insignitus.

VI. Modus ferendi censuras non habet formulam determinatam, seu verba præcisa; sed sat est ea adhibere, quæ sufficiunt ad exprimendam judicis voluntatem. Verùm habent Tribunalia suas præscriptas formulas. Censuras præcedere admonitio debet, quia censura non fertur nisi in contumaces. Contumax autem non dicitur, qui priùs monitus non fuit. Et hæc monitio canonica sit oportet, etiamsi delictum sit notorium. Hæc monitio trina esse debet, vel una quæ tribus æquivaleat. Tunc trina monitio præcedit, quandò ter reus admonetur tempore congruo duorum, aut plurium dierum spatio interfluente. Una æquivalet tribus, quando judex assignat congruum tempus pro tribus, puta sex, aut decem dierum. Si periculum sit in mora, intra eamdem diem, immò inter paucas horas, assignatis semper tribus intervallis, pro trina admonitione, censuram ferre potest. Monitio hæc in scriptis, vel coram testibus fiat oportet. Si censura ferenda contra plures est, sat est ut fiat in Ecclesia coram populo. Si interdictum contra communitatem ferendum sit, non singuli, sed illi tantùm monendi sunt quorum culpa interdicti causa est. Si delinquens declinare monitionem studeat, sufficit monitionem fieri, vel in Ecclesia, vel ad ejusdem domum. Nullam auctores censuram asserunt, nisi præcedat trina monitio, vel una æquivalens tribus.

VII. Diebus feriatis ferri censuræ non debent, validè tamen sunt, licèt non licitæ etiam his diebus latæ. Qui territorium limitatum habent, extra illud ferre censuras nequeunt. Quandò tamen causæ cognitio facta est in proprio territorio, vel quandò contumacia adeò notoria est, ut discussione non egeat, & canonica monitio præcesserit, validè censura ferri potest ab Episcopo etiam in alieno territorio degente. Quandò Episcopus injustè expulsus est à propria Diœcesi, in locis eidem propinquioribus jurisdictionem contentiosam in suos subditos exercere potest, petita ab ordinario licentia, licèt non obtenta, ut habetur in Clementina *Quamvis* de foro competenti. Potest etiam Episcopus censuras infligere subdito in proprio territorio delinquenti, etiamsi ad aliud territorium transierit: alioquin impunita manerent delicta, & frustranea esset Ecclesiastica disciplina cum subditus puniri ab alieno Episcopo non posset. In alieno autem territorio peccantem censuris punire Episcopus subditum nequit. Si tamen redeat ad propriam Diœcesim, & ibi à parte læsa convincatur de delicto commisso in alieno territorio, cogi censuris ab Episcopo potest, ut partem læsam refartiat. Alienum subditum in propria Diœcesi delinquentem punire Episcopus valet, nisi discedat antequam causa cognoscatur.

CAPUT II.

De culpa ob quam censura ferri potest: & quæ causa excusent à censuris.

I. QUÆST. I. *An pro ferenda censura requiratur culpa, & contumacia propria?* RESP. Censura pœna est Ecclesiastica: ergo culpam supponit contra Ecclesiæ præcepta. Quarè delicta contra jus Naturale, vel Divinum, nisi simul ab Ecclesia prohibita sint, non subjacent censuris. Quia censuræ feruntur ad reprimendam contumaciam contra Ecclesiam. Heinc censura infligi nequit ob peccatum omninò præteritum, vel præsens, nisi habeat tractum successivum, vi cujus dici contumax, quis possit. Nemo ligari censuris potest ob culpam alienam. Interdictum generale non tangit innocentes immediatè, nisi quatenus connexionem habent cum sontibus.

II. Excommunicatio minor ferri potest ob culpam venialem, & reipsa infertur ob civilem communicationem cum excommunicato vitandò, quæ nisi fiat in contemptum, vel in crimine ob quod contracta est censura, vel in rebus sactis, non excedit culpam levem. Excommunicatio verò major, suspensio, interdictum, cum sint pœnæ gravissimæ, inferri nequeunt nisi ob culpam mortalem. Culpa potest esse levis in se, sed gravis in ordine ad finem. Superiorum est judicare, sit ne gravis respectu finis talis actio circumstantiis spectatis. Quarè cum Superiores prohibent aliquid expresso præcepto, adjecta censura, transgressio mortalis est, & censura incurritur. Ob actum internum ferri censura nequit. Quarè ob hæresim merè internam ferri excommunicatio non potest, nisi signo externo manifestetur, sat autem est ut homo solus in cubiculo eam manifestet: quia tum externa est, licèt occulta. Contra si quis exercet actum externum hæresis, vel idololatriæ absque actu interiori, non incurrit excommunicationem in foro interiori; quamvis in foro exteriori, ut excommunicatus haberetur, si innotesceret. Quandò actus internus connexus est cum actione externa, ut attentio mentis cum oratione vocali, tunc qui omitteret actum internum, licèt poneret externum, censuræ obnoxius foret: quoniam tametsi Ecclesia potestate directa careat in actus interiores, dum tamen præ-

læ, maritis propriis neglectis, cum aliis viris, & maritis conversantur, ludunt, saltant, tripudiant, non uxores quas Paulus describit, sed vilissima scorta, & de trivio meretriculas imitantur, quæ Christum, quæ Ecclesiam infamant, maritos dedecorant, familiarum successionem abrumpunt, societatem perturbant, ignorantiam crassam, & supinam inducunt in omnes ferè hominum cœtus. Homines neglectis propriis officiis cum suis amasiunculis tempus terunt. Omnium malorum ejusmodi causa mariti sunt. Nolunt isti suam coercere concupiscentiam. Non sunt contenti proprii fontis potu, sed alienas lutulentas cisternas inquirunt: ideo in ordinem continere uxores nequeunt. Sed & istæ pravis maritorum exemplis audaciores factæ, habenis excussis, effrœnatæ fiunt, & cum suis amasiis vitam degunt. Heine temporum, horarum, optimi reginiinis forma perturbata, omnia confusa sunt. Hæc omnia lippis, & tonsoribus nota. Quodnam remedium? Saccensa est enim ira Dei, & furor divinæ vindictæ funestissimę cæcitatis flagello istos percussit, qui contra Scripturam sanctam, Patres, Theologos, Concionatores, ipsamque experientiam, ut honestam propugnare audacissimè contendunt perniciosissimam corruptelam.

V. MONITUM I. quod Parochis, & Confessariis exhibeo, est ut sacramenta Platonicæ dimidiatæ communitatis assectis maritis, & uxoribus omninò denegent, usquedum resipiscant. Alioquin eum ipsis non resipiscentibus in gehennam descendent. Si aliquod remedium tam dirę pesti applicandum superest, in manu Confessariorum est. Suspendant istis absolutionem, donec commercia hæc maritalia interrumpantur. Nisi hoc fiat, jacta alea est, nullaque superest salutis spes.

VI. MONITUM II. est ut Parochi, & Confessarii sermonis rationem, & formam qua alloqui debeant, à S. Paulo Apostolo discant. Matrimonii evangelici sublimitatem, prestantiam, & excellentiam gravi oratione exponant. Ejusdem Apostoli documenta divina interpretentur. Officii conjugalis castimoniam, honestatem, & sanctitatem declarent. Sæpè dictum S. Pauli intonent: *Sciat unusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione, & honore, non in passione desiderii, sicut & gentes, quæ ignorant Deum.* Perpetuitatem reciproci amoris, & mutui vinculi indissolubilitatem usque ad mortem congruis verbis repræsentent. Prævenient oppositionem discipulorum, qui cum audissent matrimonii onera, clamarunt: *Si ita est causa hominis cum uxore non expedit nubere: qui dixit illis: Non omnes capiunt verbum istud* Matth. 19. Ne multa, si Parochi charitatis ignem accenderint in conjugatis; si spiritum Christianismi in iisdem excitaverint, & veros Christianos formaverint: superfluæ sunt, & igni addici possunt omnes illæ quas non pauci excitarunt de re uxoria quæstiones, & opiniones, quæ hæreticis ipsis scandalum ingerunt. Siquidem uxorati cum fuerint Jesu Christo charitatis vinculo conjuncti, erunt inter se uniti, & ipsa interior virtus, probitas, & sanctitas eloquenter docebit honestatem, puritatem, & castimoniam, quæ agnoscere se conjuges debent, quin opus sit ut ab aliis instruantur. Opiniones lutulentissimæ quæ leguntur in quorumdam libris, & lectores offendunt, & Christianos conjuges dedecent. Et hæc de magno matrimonii sacramento dicta sufficiant.

DISSERTATIO IV.

De Censuris in communi, & sigillatim.

CAPUT I.

Censuræ notio, partitio, & qui possint censuras ferre.

I. QUÆST. I. *Quid sit, & quotuplex censura?* RESP. Est *pœna ecclesiastica medicinalis fori exterioris, qua fidelis baptizatus privatur usu aliquorum bonorum spiritualium, ut à contumacia discedat. Pœna* vocatur, quia supponit culpam. *Medicinalis*, quia vult emendationem. *Fori exterioris*, quia qui illam infligit, præditus esse debet jurisdictione. Privat *usu aliquorum bonorum spiritualium*, quæ sunt propria Christianorum. Ipsa conversatio cum fidelibus, qua excommunicatio privat, bonum quoddam spirituale est.

II. Censura tribuitur in species tres: in *excommunicationem, suspensionem, & interdictum.* Irregularitas ex delicto, depositio, degradatio non sunt pœnæ medicinales. Cessatio à divinis non est censura, sed præceptum.

III. Censura alia est ab *homine*, alia à *jure*. Omnes utique sunt ab homine; sed quandò Superiores vi legis, aut statuti censuram infligunt, dicitur censura *à jure*. Quarè soli Pontifices, & Concilia œcumenica in universa Ecclesia, & Episcopus in sua Diœcesi ferre censuras *à jure* valent. Censuras *ab homine* omnes Superiores, qui habent jurisdictionem in foro exteriori, infligere possunt. Hæc censura, si non sit contracta, mortuo Superiore evanescit: si contracta sit, etiam Superiore mortuo durat, donec obtineatur absolutio. Censura à jure lata durat sicut lex. Alia censura dicitur *generalis* lata in omnes qui v. g. furantur in tali loco: alia *particularis* lata in hanc, aut illam personam. Alia est *latæ sententiæ*, quæ ipso facto ligat reum ante judicis sententiam. Alia *ferendæ sententiæ*, quæ solum post judicis sententiam incurritur. Tunc reputatur *latæ sententiæ*, quandò dicitur *ipso facto, statim, illicò in continenti.* Judicatur *ferendæ sententiæ*, quandò Superior dicit *Præcipimus sub pœna excommunicationis, interdicti*, &c. vel *excommunicabitur, suspendetur.* In dubio judicandum est *ferendæ*, non *latæ* sententiæ, esse censuram. Quandò dicitur, *anathema sit, excommunicatus sit*, est censura *latæ sententiæ.*

IV. QUÆST. II. *Quis jure ordinario ferre censuras valet?* RESP. Veritas fidei est Ecclesiam ferre

ferre censuras posse. In primis summus Pontifex jure ordinario potestatem habet in universa Ecclesia ferendi censuras. Similiter Concilia generalia in universa Ecclesia, Provincialia in Provincia, Diœcesana in Diœcesi eadem gaudent potestate: similiter Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, Cardinales in Ecclesiis propriis ferre censuras possunt; item Generales, Provinciales, Rectores, Præpositi, Priores, Guardiani Regularium respectu suorum subditorum. Capitulum Ecclesiæ Cathedralis sede vacante.

V. Potestas hæc delegari potest jure ordinario etiam Clerico, nedum Sacerdoti, dummodò Clericus non sit conjugatus. Potestas hæc delegata à summo Pontifice potest subdelegari vi privilegii à Sede Apostolica concessi delegatis pontificiis. Nemo potest seipsam excommunicare, sicut neque in causa propria sententiam ferre. Qui censuras infligit, requiritur ut sit baptizatus, clericus non conjugatus, & prima saltem tonsura insignitus.

VI. Modus ferendi censuras non habet formulam determinatam, seu verba præcisa; sed sat est ea adhibere, quæ sufficiunt ad exprimendam judicis voluntatem. Verùm habent Tribunalia suas præscriptas formulas. Censuras præcedere admonitio debet, quia censura non fertur nisi in contumaces. Contumax autem non dicitur, qui priùs monitus non fuit. Et hæc monitio canonica sit oportet, etiamsi delictum sit notorium. Hæc monitio trina esse debet, vel una quæ tribus æquivaleat. Tunc trina monitio præcedit, quandò ter reus admonetur tempore congruo duorum, aut plurium dierum spatio interfluente. Una æquivalet tribus, quando judex assignat congruum tempus pro tribus, puta sex, aut decem dierum. Si periculum sit in mora, intra eamdem diem, immò inter paucas horas, assignatis semper tribus intervallis, pro trina admonitione, censuram ferre potest. Monitio hæc in scriptis, vel coram testibus fiat oportet. Si censura ferenda contra plures est, sat est ut fiat in Ecclesia coram populo. Si interdictum contra communitatem ferendum sit, non singuli, sed illi tantùm monendi sunt quorum culpa interdicti causa est. Si delinquens declinare monitionem studeat, sufficit monitionem fieri, vel in Ecclesia, vel ad ejusdem domum. Nullam auctores censuram asserunt, nisi præcedat trina monitio, vel una æquivalens tribus.

VII. Diebus feriatis ferri censuræ non debent, validè tamen sunt, licèt non licitæ etiam his diebus latæ. Qui territorium limitatum habent, extra illud ferre censuras nequeunt. Quandò tamen causæ cognitio facta est in proprio territorio, vel quandò contumacia adeò notoria est, ut discussione non egeat, & canonica monitio præcesserit, validè censura ferri potest ab Episcopo etiam in alieno territorio degente. Quandò Episcopus injustè expulsus est à propria Diœcesi, in locis eidem propinquioribus jurisdictionem contentiosam in suos subditos exercere potest, petita ab ordinario licentia, licèt non obtenta, ut habetur in Clementina *Quamvis* de foro competenti. Potest etiam Episcopus censuras infligere subdito in proprio territorio delinquenti, etiamsi ad aliud territorium transierit: alioquin impunita manerent delicta, & frustranea esset Ecclesiastica disciplina cum subditus puniri ab alieno Episcopo non posset. In alieno autem territorio peccantem censuris punire Episcopus subditum nequit. Si tamen redeat ad propriam Diœcesim, & ibi à parte læsa convincatur de delicto commisso in alieno territorio, cogi censuris ab Episcopo potest, ut partem læsam refartiat. Alienum subditum in propria Diœcesi delinquentem punire Episcopus valet, nisi discedat antequam causa cognoscatur.

CAPUT II.

De culpa ob quam censura ferri potest: & quæ causa excusent à censuris.

I. QUÆST. I. *An pro ferenda censura requiratur culpa, & contumacia propria?* RESP. Censura pœna est Ecclesiastica: ergo culpam supponit contra Ecclesiæ præcepta. Quarè delicta contra jus Naturale, vel Divinum, nisi simul ab Ecclesia prohibita sint, non subjacent censuris. Quia censuræ feruntur ad reprimendam contumaciam contra Ecclesiam. Heinc censura infligi nequit ob peccatum omninò præteritum, vel præsens, nisi habeat tractum successivum, vi cujus dici contumax, quis possit. Nemo ligari censuris potest ob culpam alienam. Interdictum generale non tangit innocentes immediatè, nisi quatenus connexionem habent cum sontibus.

II. Excommunicatio minor ferri potest ob culpam venialem, & reipsa infertur ob civilem communicationem cum excommunicato vitandò, quæ nisi fiat in contemptum, vel in crimine ob quod contracta est censura, vel in rebus sactis, non excedit culpam levem. Excommunicatio verò major, suspensio, interdictum, cum sint pœnæ gravissimæ, inferri nequeunt nisi ob culpam mortalem. Culpa potest esse levis in se, sed gravis in ordine ad finem. Superiorum est judicare, sit ne gravis respectu finis talis actio circumstantiis spectatis. Quarè cum Superiores prohibent aliquid expresso præcepto, adjecta censura, transgressio mortalis est, & censura incurritur. Ob actum internum ferri censura nequit. Quarè ob hæresim merè internam ferri excommunicatio non potest, nisi signo externo manifestetur, sat autem est ut homo solus in cubiculo eam manifestet: quia tum externa est, licèt occulta. Contra si quis exercet actum externum hæresis, vel idololatriæ absque actu interiori, non incurrit excommunicationem in foro interiori; quamvis in foro exteriori, ut excommunicatus haberetur, si innotesceret. Quandò actus internus connexus est cum actione externa, ut attentio mentis cum oratione vocali, tunc qui omitteret actum internum, licèt poneret externum, censuræ obnoxius foret: quoniam tametsi Ecclesia potestate directa careat in actus interiores, dum tamen præ-

alio privilegio conceditur facultas absolvendi à censuris hac clausula, *satisfacta parte, aliter absolutio non teneat*; non valet absolutio non impleta conditione, nisi absolvendus impotens sit ad satisfaciendum.

IV. Convenit penès omnes posse censuris irretitum validè absolvi, etiam invitum, & repugnantem, nedum nescientem, aut non petentem. Duplicem tamen repugnantiam auctores distinguunt: alteram non recedendi à peccato, & contumacia, ob quam lata censura est; alteram non petendi absolutionem, licèt à peccato emendato reus sit. In priori casu, si peccatum habeat tractum successivum, ut hæresis, furtum, &c. non posse absolvi invitum ajunt, nisi ab eo, qui supra jus, & præceptum potestatem habet. Si verò peccatum completum sit, ut fornicatio, blasphemia, & alia peccata præterita, tunc absolvi posse etiam invitum docent. Similiter illum, qui emendatus à peccato est, & non vult petere absolutionem, absolvi posse defendunt. Advertunt tamen, tunc absolutionem impertiendam dumtaxat esse, cum prævidetur magis medicinalis, quam censura.

V. Absolvi quis potest ab una, secus ab altera censura. Qui verò facultatem habet absolvendi ab omnibus censuris, unica absolutione præstare id valet. Si autem tali careat potestate, tunc absolvi oportet ab altero, qui hac potestate præditus sit. Qui pluribus irretitus censuris, unam dolosè manifestat, occultatis aliis, non est existimandum Confessarium velle absolvere ab omnibus, nisi id exprimat. Si tamen reus ex oblivione aliquam omittat, & judex generaliter absolvat, tunc nisi aliud constet, eum absolvere velle ab omnibus censendum est. Heinc tempore Jubilæi aliquis generaliter ab omnibus censuris, licèt oblitus alicujus fuerit, manet absolutus, & à peccato oblito cui annexa censura est, à quocumque Sacerdote absolvi potest; nisi tamen aliqua ex censuris habeat conjunctum opus satisfaciendi, & compensandi partem læsam. Si enim absolvendus celaret se non satisfeciisse parti læsæ, se non recessisse ab hæresi, nulla foret absolutio.

VI. QUÆST. III. *Qui absolvere à censuris valet?* RESP. Omnes illi qui ferre censuras ab eisdem absolvere valent subditos suos: & hoc Episcopus præstare valet etiam in alieno territorio. Qui habet potestatem absolvendi à casibus reservatis, habet simul facultatem absolvendi à censuris, cum absolutio à censuris præcedere debeat absolutionem à casibus reservatis, quibus annexæ censuræ sunt. Facultas concessa in Jubilæo, vel in alio privilegio absolvendi à censuris reservatis summo Pontifici extenditur quoque ad absolvendum excommunicatum denuntiatum nominatim, sive à jure, sive ab homine, si tamen prius satisfecerit.

VII. Parochi, & Confessarii ordinarii, qui valent absolvere à peccatis mortalibus, possunt absolvere à censuris à jure latis, & non reservatis, ut communiter auctores docent, & colligunt ex *cap. Nuper 29. de Sent. excom.* & confirmat S. Thomas in *Supp. quæst. 24. art. 1.* Contra à censuris reservatis in jure ille tantùm absolvere potest, qui eas tulit, aut Superior, aut successor, aut ab eodem delegatus. Quarè à censuris reservatis Pontifici solus Pontifex, à reservatis Episcopo solus Episcopus absolvere valet. In articulo mortis, ut aliàs dictum est, quilibet Sacerdos potest absolvere ab omnibus censuris, ut Tridentinum declaravit *sess. 24. c. 7.* & cuilibet Confessario eadem facultas conceditur absolvendi, quandò est impossibilis accessus, aut valdè difficilis ad Superiorem, cui reservatæ censuræ sunt, ut habetur *cap. Nuper à nobis 29. de Sent. excom.* his verbis: *Verum si difficile sit ex aliqua justa causa, quod ad ipsum excommunicatorem absolvendus accedat, concedimus indulgendo ut (præstita juxta formam Ecclesiæ cautione, quod excommunicationis mandato parebit) à suo absolvatur Episcopo, vel proprio Sacerdote.* In his tamen casibus, nempè in articulo mortis, aut ratione impedimenti, Confessarius debet ab eo quem absolvit, juramentum exigere, quod cum potuerit, se Superiori præsentabit. Quod si omiserit, opportunitate data, exequi quod promisit, in eamdem censuram reincidet: & quamvis Confessarius, vel ex ignorantia, vel ex oblivione omittat imponere hoc onus compatendi, cum pœnitens potuerit, coram superiore; nihilominus pœnitens tenetur comparere, quia hoc onus non à Confessario, sed à jure pendet. Quando tamen absolvitur à reservatis, quibus annexę censuræ non sunt, nullum est comparendi debitum.

VIII. QUÆST. IV. *Quis valeat absolvere à censuris latis ab homine?* RESP. Ille absolvere potest, qui censuram particulari sententia tulit contra determinatam personam, vel Superior, vel delegatus. Idem sentiunt plures, si censura lata sit ab homine per modum sententiæ generalis, præcepti, vel statuti ad futura delicta evitanda. Sed probabilius alii docent ab his censuris non reservatis, licèt latis ab homine, posse quemlibet Confessarium absolvere sicut à censuris latis à jure.

IX. QUÆST. V. *Quænam sunt censuræ, & casus reservati summo Pontifici, à quibus Episcopi jure ordinario absolvere possunt?* RESP. Episcopi absolvere jure ordinario valent à censuris reservatis summo Pontifici contractis ex delicto occulto, ut Tridentinum *sess. 24. c. 6. de Reform.* statuit. Item à censuris contractis ob delicta publica, quandò urget gravis necessitas, quæ difficilem reddit accessum ad Pontificem summum.

X. Disputant, num hæc facultas Episcopis à Tridentino concessa, fuerit revocata per bullam Cœnæ quantum ad casus in ea contentos. Negabant plures, affirmabant alii; sed Alexand. VII. litem sustulisse videtur sequentem damnando thesim num. 3. *Sententia asserens, bullam Cœnæ solùm prohibere absolutionem hæresis, & aliorum criminum, quandò publica sunt, & id non derogare facultati Tridentini, in qua de occultis criminibus sermo est, anno 1629. die 18. Julii in consistorio sacræ Congregationis Eminentiss. Cardinal. visa, & tolerata est.*

Non

XI. Non desunt tamen, qui negant per recentiorem thesim sublatam esse facultatem Episcopis à Tridentino concessam, præsertim cum in thesi proscripta nulla fiat Episcoporum mentio, quibus à jure competit hæc facultas, & Tridentinum solùm declaravit non esse illis ademptam. Verum decisio hæc non pendet à Theologorum ratiociniis. Quarè controversiam hanc illis quorum interest, dirimendam relinquo.

XII. Nomine delicti occulti illud communiter intelligitur, quod aut non est deductum ad forum contentiosum, aut notum non est majori parti Parochiæ, Provinciæ, Monasterii, &c. Quarè licèt per testes probari possit, si non est modo dictum publicum, occultum dicitur communiter. Tum verò deductum ad forum contentiosum asserunt, quandò delatum fuerit, & per unum testem probatum. Si verò accusatus se purgaverit in foro etiam per falsos testes, & absolutus sit, contendunt hunc reum ab Episcopo habente facultatem super delictis occultis absolvi posse. Ita docent Salmanticenses *tract. 10. cap. 2. punct. 6. num. 59. & 60.* ubi plures citant Auctores. Addunt ibidem Salmanticenses, reum punitum in foro contentioso posse ab Episcopo absolvi, quia judicium finitum est: quæ opinio mihi falsa est, cum delictum tunc notum sit notorietate juris, & facti.

XIII. QUÆST. VI. *Quam facultatem habent Regulares absolvendi à casibus, & censuris reservatis Summo Pontifici?* RESP. P. Viva docet Auctores defendere, Regulares posse absolvere ab omnibus casibus Sedi Apostolicæ reservatis, exceptis casibus Bullæ Cœnæ, & sex Clementis VIII. in Italiam extra Urbem. Illud est certum, quod potestas absolvendi à casibus pontificiis non infert potestatem absolvendi à casibus Episcopo reservatis, cum Alexander VII. damnaverit hanc thesim num. 12. *Mendicantes possunt absolvere à casibus Episcopo reservatis non obtenta ad id Episcoporum facultate.* Distinguit tamen in hanc propositionem *num. 7.* triplex genus casuum Episcopo reservatorum. Nam alii reservantur Episcopo à jure, vel à consuetudine, ut levis percussio Clerici, &c. & ab his mendicantes absolvere posse ait. Alii casus reservantur Episcopo in Synodo: & ab his quoquè absolvere posse Regulares, non dum notantur in tabella, docent Auctores, subdit idem P. Viva. Tandem sunt casus reservati, & expositi in tabella, & de his loquitur thesis damnata. Quando conceditur facultas absolvendi ab omnibus censuris, intelligitur, inquit P. Viva, etiam à reservatis, quia quilibet Sacerdos facultatem habet absolvendi à non reservatis.

XIV. Denique per concessionem absolvendi ab omnibus reservatis Sedi Apostolicæ non intelliguntur casus comprehensi in Bulla Cœnæ. Neque per concessionem absolvendi à casibus Bullę Cœnæ intelligitur facultas concessa absolvendi ab hæresi. Oppositum tamen probabile esse concludit P. Viva.

XV. Quæ hactenùs recensui ex P. Viva, reipsa inveniuntur apud Auctores. Salmanticenses *tract. 10. cap. 2. punct. 6. num. 70.* docent, Prælatos Regulares absolvere suos subditos posse ab omnibus censuris Sedi Apostolicæ reservatis, exceptis iis quæ in Bulla Cœnæ continentur. Addunt, Prælatos regulares eamdem jure communi potestatem habere in suos subditos, quam Episcopi in suos diœcesanos. Plura afferunt privilegia concessa Mendicantibus, & præsertim constitutionem S. Pii V.

XVI. Nullum ego super facultate Regularium absolvendi, tum subditos, tum alienos profero judicium. Omnes percupiunt distinctam, & perspicuam decisionem casuum, & censurarum reservatarum, à quibus absolvere Regulares valent. Sed frustrà à Theologis hoc expectant. Quid enim decidere Theologi valent super privilegiis quæ citantur, & non inveniuntur; vel si inveniuntur, aut fuerunt revocata, aut dispuratur num fuerint revocata. Decisio eorum, quæ absolvendi jurisdictionem spectant, non à Theologorum ratiociniis, sed à voluntate summi Pontificis pender. Moderatores sacrorum Ordinum regularium solicitare, & urgere deberent, ut ipsi à S. Sede Apostolica impetrarent perspicuam declarationem facultatis Regularibus concessæ. Iftorum Moderatorum est controversiam hanc gravissimam dirimere modo dicto, ut sciant subditi, quid jurisdictionis habeant in recensita materia.

CAPUT IV.

De Censuris sigillatim, nempè de excommunicatione majori, & minori.

I. QUÆST. I. *Quid, & quotuplex sit excommunicatio?* RESP. Est *censura qua quis ab ecclesiastica fidelium communione separatur.* Tribuitur in majorem, & minorem. Major est *censura, qua quis non modò à participatione sacramentorum, sed etiam à communione fidelium segregatur.* Minor verò dicitur *censura qua quis privatur participatione sacramentorum, eorumdem administratione, & passiva electione ad dignitates, & beneficia Ecclesiæ.* Major privat hominem omnibus, quæ subjacent Ecclesiæ jurisdictioni, minimè verò bonis omnibus spiritualibus, quę supra jurisdictionem Ecclesiæ sunt. Quarè si excommunicatus gratiæ statum recuperet, cum aliis membris ejusdem corporis mystici communicat. Bona Ecclesiastica quibus excommunicatus privatur, duplicis sunt generis. Alia sunt civilia, quæ humanam spectant societatem, ut cohabitatio, salutatio, colloquia, &c. Alia sunt spiritualia, & sacra, quę similiter in duo genera tribuuntur. Alia sunt exteriora, ut Ecclesiastica sepultura, interventus ad divina officia celebranda. Alia vocantur mixta, ut participatio sacramentorum, usus sacrificii, communicatio in precibus, &c.

II. Decem recenseri solent effectus excommunicationis majoris. 1. Privatio suffragiorum Ecclesiæ: 2. privatio, & activa, & passiva sacramentorum: 3. privatio rerum sacrarum: 4. inha-

præcipit externos, indirectè jubet internos, qui necessariò cum externis conjuncti sunt. Hac ratione Ecclesia punit simoniam interiorem conexam cum exteriore largitione : excommunicat inquisitores, qui odio, aut amore lucri aliquid agunt, vel omittunt, dummodò hoc odium, vel amor in actus externos erumpat. Peccatum exterius propter quod censura infligitur, debet in suo genere esse consummatum, ut si stuprum sub censura prohibeatur, intelligitur copula consummata, nisi lex exprimat etiam conatum.

III. QUÆST. II. *Utrum censura lata contra executores criminis comprehendat etiam mandantes, & consulentes ?* RESP. Communis sententia negat comprehendi mandantes, & consulentes, nisi in aliqua clausula expresè, vel implicitè includantur, quia in meris pœnalibus odia sunt restringenda. Quandò censura lata est contra consulentes, vel mandantes homicidium, etiamsi homo paratus sit ad homicidium, qui consulunt vel mandant, censuram incurrunt, quidquid in oppositum dicant aliqui.

IV. Quid si consulens consilium, & mandans mandatum revocet ante operis executionem ? Aliqui distinguunt inter consiliarium, & mandatarium. Alii hanc distinctionem in hoc negotio rejiciunt. Disputant autem, num incurrant censuram, quandò mandatario, vel consiliario innotescit revocatio sincero animo, non languido, sed efficaci, & valido facta à mandante, & consulente. Prima sententia negat. Altera adfirmat : & hujus secundæ sententiæ argumenta videntur urgentiora. Quid si mandatario & consiliario non innotescat revocatio efficax, & valida facta ? Etiam tum non incurrere censuram revocatores, defendunt Salmanticenses cum pluribus aliis. Sed hæc opinio falsa est.

V. QUÆST. III. *Quæ conditiones requirantur ut quis possit censuris irretiri?* RESP. Plures 1. ut sit viator; 2. ut sit subditus ; 3. ut sit baptizatus ; 4. ut sit ratione præditus ; 5. ut sit persona determinata. Hæc ultima conditio intelligitur de excommunicatione, quæ ferri in communitatem, civitatem, collegium, &c. nequit, ut colligitur ex cap. *Romana* de Sentent. excom. in 6. Una persona potest pluribus censuris plecti, ut omnes docent. Qui est excommunicatus, potest interdici, suspendi. Potest quis excommunicari à diversis judicibus propter idem delictum, nempè, ab Episcopo originis, domicilii, & Pontifice. In praxi tamen nullus reus propter unum delictum excommunicatur, nisi unica excommunicatione.

VI. Disputant auctores, an totiès multiplicentur censuræ, quotiès repetuntur transgressiones contra præceptum, cui annexa censura est? Et communiter respondent, quod si transgressiones sint formaliter interruptæ, ut si quis hodiè percuteret clericum, & post hebdomadam iterum eumdem, vel alterum clericum percuteret, multiplicaretur censura juxta multiplicationem formalem transgressionum. Quando unus homo simul percutit tres clericos, sicut tria crimina patrat, sic triplicem incurrit pœnam censuræ, ut probabilius videtur.

VII. QUÆST. IV. *Quæ causæ excusent à censuris ?* RESP. Plures. 1. Necessitas agendi contra præceptum, sicut excusat à peccato, sic excusat à censura. Excommunicatio lata est contra laborantes in die festo. Illa necessitas, quæ licitum opus reddit tali die, eximit quoquè à censura. 2. censuræ inanitas ; 3. hominis innocentia; 4. ignorantia; 5. impotentia ; 6. metus; 7. injustitia causæ.

VIII. Ignorantia, ut aliàs dictum est, alia *juris*, alia *facti*, & alia *pœnæ*. Alia invincibilis, vincibilis alia, crassa, affectata, & supina. Ignorantia juris laborat, qui ignorat legem prohibentem, vel præcipientem. Laborat ignorantia facti, qui ignorat esse clericum quem verberat. Ignorantia pœnæ est dum quis ignorat adjectam esse pœnam tali crimini. Scis prohibitam esse clerici verberationem : scis esse clericum, quem verberas : at nescis huic illicitæ clerici verberationi adjectam pœnam esse. Invincibilis est, quæ superari humana industria nequit ; & vincibilis, quæ superari valet.

IX. P. Viva *quæst.* 1. *de Cens. art.* 6. *num.* 7. cum Probabilistis distinguit vincibilem in *inculpabilem*, & *culpabilem*. *Vincibilem culpabilem* vocat quam quis potest superare, & credit se obstringi ad diligentiam adhibendam, qua illam superet, & veritatis notitiam acquirat. *Vincibilem inculpabilem* illam appellat, quam superare adhibita diligentia quis potest, sed credit se non teneri ad hanc diligentiam adhibendam, ut veritatem assequatur. Hæc ignorantia vincibilis malitiæ expers, nova, inaudita, & post Probabilismi natalitia in lucem erupit, quam *tom.* 2. *Apar.* penitus profligavi. Hæc ignorantia vincibilis, quæ semper noxia est, alia dicitur affectata, dum quis studiosè ignorare vult, quod scire tenetur. Alia est crassa, dum quis ex quadam torpore negligit veritatis inquisitionem. Alia vocatur supina, cum quis variis distentus negotiis omittit investigare, quod scire tenetur. Denique alia est antecedens, quæ est causa actus. Alia concomitans, quę non est causa actus, sed sine illa actus fieret, ut cum quis ita odio ardet contra hominem, ut occidens, eum qui verè est clericus, sed ab ipso revera ignoratur, eumdem occideret, si agnosceret.

X. Ignorantia revera invincibilis, sive juris, sive facti, sicut excusat à culpa, ita eximit à censura. Ignorantia venialiter vincibilis excusat à censura, ad quam incurrendam mortalis culpa requiritur, Ignorantia juris in foro exteriori non præsumitur, nisi probetur, ut cap. *Ignorantia* de Reg. in 6. dicitur. *Ignorantia facti excusat, non autem juris.* Qui scit homicidium esse Jure Divino prohibitum, ignorat verò invincibiliter legem Ecclesiasticam sub censura illud prohibentem, non incurrit juxta plurimos censuram, licèt peccet contra jus Naturale, & Divinum: quia, inquiunt, ad censuram contrahendam necessaria est contumacia, quam precedere admonitio debet. Pœna enim censuræ differt ab iis pœnis latis, sive à Foro Civili, sive à Foro Eccle-

Ecclesiastico, quæ contrahuntur, etiamsi ignorentur, quandò nota lex est. Quarè homicida, quem non latet lex prohibens, obnoxius est capitali supplicio, etiamsi hanc pœnam ignoret. Similiter, qui scivet legem Ecclesiasticam prohibentem talem actum, incurreret irregularitatem ex delicto, quamvis talem pœnam ignoraret. Contra, si jus Ecclesiasticum invincibiliter ignoraret, sicut esset immunis à culpa, ita liber esset ab irregularitate ex delicto.

XI. Plures, & graves Theologi docent, Ignorantiam invincibilem solius censuræ latæ per legem universalem Ecclesiæ, aut canonem universalem non excusare ab ea incurrenda illum qui scit legem eamdem. *P. Antoine* fusè hanc quæstionem versat. Paucis rem absolvo. Admissa hypothesi, quod ignorantia censuræ esset prorsus invincibilis, licèt latæ à lege, vel canone universali, non contraheretur. Verùm quia non ita facilè contingit, ut ignorantia censuræ annexæ legi universali sit revera invincibilis, ideò facilè exempti ab ea non sunt judicandi ejusdem legis transgressores. Quis á censura immunem judicaret illum, qui committeret duellum, sciens ab Ecclesia prohibitum esse, quia ignorat huic prohibitioni annexam esse censuram ?

XII. Quandò in lege dicitur, *qui scienter hoc fecerit, qui facere præsumpserit, qui temerariè id fecerit*, tunc ratione ejusmodi clausularum ignorantiam vincibilem excusare à censura communiter Auctores docent : quia per tales clausulas lex majorem requirit notitiam, quam aliæ leges his clausulis destitutæ. Salmanticenses cum aliis contendunt, vel ipsam ignorantiam affectam excusare hoc in casu à censura. Sed hæc opinio mihi falsa est, quia ignorantia affectata æquivalet scientiæ.

XIII. Metus gravis cadens in virum constantem excusat à censura, & etiam à peccato prohibito tantùm jure Ecclesiastico. Si res prohibita sit jure Divino, & sub censura Ecclesiastica, non excusat à peccato, sed à censura tantùm. Qui metu gravi percussus occideret clericum, peccaret contra jus Naturale, & Divinum, at censuram non incurreret.

XIV. Qui dubitat, an judex protulerit necne sententiam censuræ, judicare debet non esse latam, quia in meris pœnalibus mitior pars est amplectenda. Qui certus est censuram esse latam, sive à jure, sive ab homine, dubitat verò an illam contraxerit, se gerere debet ac si censura irretitus esset, donec aut dubium deponat, aut à censura absolutus fuerit.

XV. Innocens, qui in foro exteriori est excommunicatus secundum allegata, & probata, coram Deo excommunicatus non est. Verùm coram illis, qui conscii excommunicationis sunt, & incerti innocentiæ ejusdem, debet se ut censura irretitum gerere : quia sententiæ judicis validæ, & legitimę, tametsi reipsa injustè parendum est, tum ad evitandum scandalum, tum in obsequium supremæ auctoritatis. Quarè probabilius est hunc innocentem debere, & à receptione, & ab administratione sui ordinis abstinere etiam privatim, & ab externa communicatione cum fidelibus : undè jure Clemens XI. improbavit theses 90. 91. 92. Paschalis Quesnelli.

CAPUT III.

De Absolutione à censuris.

I. QUÆST. I. *An irretitus censura teneatur sub mortali quamprimum potest absolutionem petere, & sollicitare ?* RESP. Sententia adfirmans communis est. Salmanticenses *tract.* 10. *cap.* 2. *punct.* 1. *n.* 1. ajunt: *Quælibet dilatio est mortalis ex genere suo, nisi ob parvitatem materiæ, vel ex aliis capitibus excusetur.* Utroque pollice subscribo huic doctrinæ ; undè infertur quam falsa sit sententia de dilatione conversionis peccatoris in Deum. Quælibet dilatio procurandæ absolutionis à censura Ecclesiastica, quæ aliquorum bonorum spiritualium usu privat, est ex genere suo peccatum mortale : & dilatio petendæ absolutionis à peccato mortali, quod privat æterna vita, à culpa mortali immunis erit ? Vereor ne respectu aliquorum verum sit illud axioma : *Isti amplificant jus Ecclesiasticum, & decurtant Decalogum.* Segregatio à Deo, à consortio Angelorum, destinatio ad habitandum cum diabolis, quia remota à sensibus non urget, non pungit, sicut segregatio à communione externa visibili cum fidelibus.

II. QUÆST. II. *Quotuplex sit absolutio à censura ?* RESP. Alia est absoluta, qua absolutè reus à vinculo solvitur. Alia conditionata, quę à conditione, vel præterita, vel præsenti pendet, ut *si satisfecisti parti, si satisfeceris.* Alia absolutio vocatur ad *cautelam* ; ut cum quis dubitat se esse censura affectum, quæ absolutio impertiri à quocumque Confessario potest, facta promissione de præstanda parti satisfactione, vel de adeundo Superiore, veritate comperta. Aliæ vocantur ad *reincidentiam*, seu cum pœna relabendi in eamdem censuram, nisi quod imponitur egerit ille qui absolvitur. Alia est ab uno determinato effectu, relictis aliis ; ut quando Pontifex absolvit, habilemque reddit aliquem ad obtinendum beneficium, aliudvè privilegium. Absque harum absolutionum aliqua censura non auferetur neque per mortem Superioris illam ferentis, neque per mutationem territorii, neque per mortem excommunicati : & contraria opinio damnata est ab Alex. VII. num. 4. *Quoad forum conscientiæ, res correcta, ejusque contumacia cessante, cessat censura.*

III. In absolutione à censura servandæ sunt formulæ præscriptæ in Ritualibus. Solemnitas servanda in ejusmodi absolutionibus habetur in cap. *Per tuas*, de Sent. excom. Conditiones tamen ibidem præscriptæ hodiè non servantur. Disputant Theologi valida ne sit absolutio, parte læsa non satisfacta satisfactione reali, aut pignoratitia. Adfirmant multi; sed peccare mortaliter absolventem ajunt, & restitutioni obnoxium esse. Quandò in bulla Jubilæi, vel in

alio

inhabilitas ad ordines suscipiendos, & ad eorumdem usum: 5. privatio jurisdictionis Ecclesiasticæ: 6. inhabilitas ad exercendos actus legitimos in judicio: 7. inhabilitas ad conferenda beneficia Ecclesiastica: 8. incapacitas ad eadem obtinenda, eorumque fructus: 9. inhabilitas ad privilegium obtinendum: 10. privatio communionis civilis, & forensis cum cæteris fidelibus.

III. Hos effectus omnes non parit excommunicatio, si sit injusta, & invalida. Et si constaret publicè esse nullam, tunc excommunicatus se gerere posset ac si talis non esset, tam in externo, quàm in interno foro. Si dubium sit an valida nec ne sit, patendum est excommunicationi.

IV. QUÆST. II. *Quinam dicantur excommunicati tolerati, quinam vitandi?* RESP. Illi dumtaxàt dicuntur vitandi ex constitutione Constantiensis, qui nominatim excommunicati, & denuntiati, vel notorii clerici percussores sunt. Cæteri omnes sunt tolerati. Ut verò quis dicatur nominatim excommunicatus ut vitari debeat, duo requiruntur. 1. quod in excommunicatione nomen excommunicatæ personæ exprimatur: 2. quod publicè declaretur talem esse excommunicatum; quæ declaratio in loco publico fieri debet, aut inter Missarum solemnia, aut affigendo chartam loco publico. Antequam excommunicatus denuntietur talis, citandus est ut se defendat, nisi sit publicum, & notorium delictum. Qui declaratus est incurrisse excommunicationem, si intra congruum terminum legitimè appellet, potest se gerere ut toleratus.

V. Publici, & notorii percussores Clerici illi dicuntur, qui noti sunt notoritate juris, & facti. Isti excommunicati in uno loco vitandi quoquè in alio loco sunt, ubi secreta est excommunicatio, ut probabilior opinio tenet. Ipsi excommunicati tolerati nequeunt communicare in divinis, vel humanis cum aliis; sed cæteri fideles cum iis communicare in humanis valent. Quarè constitutio Constantiensis est in beneficium fidelium, non excommunicatorum. Peccat mortaliter excommunicatus, si administret, si celebret, &c. Sacramenta tamen valida sunt, excepto Sacramento Pœnitentiæ, quod nullum est ab excommunicato vitando administratum. Quarè fideles, qui conferentur excommunicato vitando, repetere confessiones debeerent. An in articulo mortis petenda ab eodem sit absolutio, dictum est supra.

VI. Docent plures, in periculo mortis assistere Matrimonio posse Sacerdotem excommunicatum vitandum ad consulendum honori fœminæ à viro cognitæ, & ad filios legitimos constituendos, si nullus alius Sacerdos esset. Salmanticenses n. 37. cum aliis docent, excommunicatum toleratum posse validè, & licitè administrare sacramenta præter Pœnitentiam. Immò addunt, posse validè administrare ipsum Sacramentum Pœnitentiæ; & si sit rogatus, etiam licitè: quia quando est toleratus, non amittit potestatem administrandi sacramenta in utilitatem fidelium, ut eruitur ex Concilio Constantiensi. Quę opinio mihi non probatur, nec judicarem benè dispositum fidelem, qui habens copiam Confessarii vellet excommunicato tolerato confiteri.

VII. QUÆST. III. *Quam pœnam incurrit excommunicatus qui illicitè sacramenta administrat?* RESP. Excommunicatus sive vitandus, sive toleratus incurrit irregularitatem, quando illicitè sacramenta administrat, ut communis sententia docet. Peccat quoquè mortaliter excommunicatus sive vitandus, sive toleratus, si sacramenta suscipiat. Excusare tamen potest ignorantia, inadvertentia invincibilis excommunicationis, necessitas, scandalum, infamia. In his casibus suscipere sacramenta posse sive vitandum, sive toleratum communis opinio docet. Disputant dumtaxat de Sacramento Pœnitentiæ num validè suscipiatur ab excommunicato ignorante suam excommunicationem, aut ut evitet grave incommodum. Communior sententia adfirmat, sive vitandus, sive toleratus sit, dummodò ignorantia sit invincibilis juris, & facti, & debitis dispositionibus accedat.

VIII. QUÆST. IV. *Quæ damna infert tertius excommunicationis effectus?* RESP. Privat munere celebrandi divina officia, & eisdem assistendi, sive vitandum, sive toleratum. Nomine autem officiorum intelliguntur omnes sacræ functiones quæ ab Ecclesia publicè fiunt, ut Missarum celebratio, horæ canonicæ, publicæ preces, processiones, benedictiones, chrismatis consecrationes, comitari Eucharistiam dum ad infirmos defertur. Concionem tamen audire excommunicati possunt, privatim Ecclesiam ingredi, & ibi orare; immò tenentur preces fundere, horas canonicas, si clerici sint, recitare, alioquin commodum ex iniquitate reportarent. Nequeunt tamen in horis recitandis socium adhibere absque veniali culpa, justa causa sublata. Nequeunt sive vitandi, sive tolerati Missam audire; immò vitandus si interesset, monendus esset ut recederet; & si jussus non recederet, novam incurreret excommunicationem. Et quando expelli non posset, recedere fideles deberent, ne cum illo communicarent. Si Sacerdos canonem non inceperit, interrumpere Missam debet, & abire. Si canonem inceperit, debet Missam persequi cum uno ministro usque ad calicis sumptionem, & cætera omittere, aut in Sacristia, si aptus locus sit, eadem perficere.

IX. Peccant mortaliter excommunicati, si differunt obtinere absolutionem, sicuti dixi supra, ut possint audire Missam die festo: quia eodem præcepto quo obstringuntur audire Missam, obligantur removere impedimenta.

X. Privantur excommunicati sepultura ecclesiastica, seu in loco sacro. Nomine loci sacri intelliguntur templa, cœmeteria, claustra, & alia loca deputata ad divina officia celebranda, & ad cultum divinum. Hoc tamen intelligitur de excommunicatis vitandis, qui si sepulti fuerint in loco sacro, extumulandi sunt, & foras projiciendi; locus verò sacer aspersione purgandus. Qui istos in loco sacro sepeliunt, incurrunt excommunicationem majorem. Mandantes autem, &

& procurantes minorem contrahunt excommunicationem. Qui verò sepeliunt excommunicatos toleratos etiam hæreticos, qui non sint specialiter denuntiati, non incurrunt excommunicationem, ut communiter auctores docent. Qui verò sepeliret hæreticum per judicis sententiam damnatum, incurreret majorem excommunicationem.

XI. Quintus effectus privat omni usu ecclesiasticæ jurisdictionis excommunicatum sive vitandum, sive toleratum. Excommunicatus tamen toleratus, si à partibus exquiratur, & licitè, & validè potest exercere actus jurisdictionis, ut eligere, præsentare, conferre beneficia, ob facultatem quam Constitutio Martini V. præbet fidelibus communicandi cum excommunicato tolerato. Si verò fideles litigantes rejicerent excommunicatum toleratum, tunc nullius valoris essent istius acta. Dantes verò exceptionem intra octo dies manifestare excommunicationis speciem deberent. Gesta per jurisdictionem ecclesiasticam ab excommunicato vitando illicita, & invalida sunt, nec obedire illi subditi astringuntur.

XII. QÆST. V. *An electio sit nulla, ad quam excommunicatus vitandus concurrit?* RESP. Nulla est, si absque suffragio excommunicati vitandi concludi non posset. Si verò istius suffragium non sit necessarium, & electores aut ignorent excommunicationem, aut nequeant excommunicatum repellere, electio abroganda non est.

XIII. Resignatio beneficii ab excommunicato tolerato facta, valida est, immò etiam facta à vitando, si sit simplex, & non in favorem alterius: quia talis resignatio non est actus jurisdictionis ecclesiasticæ, sed simplex beneficii cessio. Quæ fiunt ab excommunicato vitando ut persona privata, valida sunt tametsi illicita, si communicet cum aliis. Testamentum tamen factum ab excommunicato propter hæresim, vel percussionem Cardinalis nullum esset ex cap. *Felicis* de pœn. in 6. Invalida quoquè asserunt instrumenta facta à tabellione excommunicato vitando.

XIV. QUÆST. VI. *Quam inhabilitatem incurrunt excommunicati vi septimi effectus?* RESP. Ligati excommunicatione majori inhabiles sunt ad beneficia ecclesiastica. Quarè electio, præsentatio, postulatio, nominatio, collatio, impetratio litterarum in favorem excommunicati nullę sunt: atque tam eligentes, & præsentantes, quam recipientes beneficium sive causa commutationis, sive resignationis &c. peccant mortaliter, & præter excommunicationem minorem, quam conferentes beneficium excommunicato vitando incurrunt, suspensionem quoquè contrahunt à collatione talis beneficii. Et hæc extenduntur quoquè ad suspensum, interdictum, & irregularem. Excipitur collatio facta à Pontifice, quia conferendo dispensare præsumitur, nisi quis esset excommunicatus ob hæresim, quæ non aufertur per clausulam generalem. Si quis ignoraret vincibiliter suam excommunicationem, vel ab excommunicatione absolutionem, nulla esset beneficii collatio, ut communis sententia docet. Excommunicatus recipiens beneficium non facit fructus suos, sed eos restituere astringitur. Quandò verò bona fide illud suscipit, ignorans suam excommunicationem, dum recordatur debet beneficium dimittere, & restituere id in quo factus est ditior.

XV. QUÆST. VII. *Utrum excommunicatus amittat, & fructus, & beneficium?* RESP. Octavus effectus privat excommunicatum non beneficio, sed fructibus beneficii tantùm à tempore quo fuit excommunicatus sive vitandus, sive toleratus. Et nomine fructuum intelliguntur omnes reditus, pensiones, & distributiones; minimè verò patrimonium. Disputant acriter Theologi num ante, vel post judicis sententiam restituere excommunicatus fructus debeat. Mihi probabilius videtur excommunicatum ante judicis sententiam debere restituere fructus. Quoniam causa restitutionis est excommunicatio. Ergo posita excommunicatione necessariò restitutio consequitur.

XVI. QUÆST. VIII. *Quid sit excommunicatio forensis, & civilis?* RESP. Nonus effectus excommunicationis est quod excommunicatus nequit esse judex, actor, advocatus, testis, tabellio, procurator in foro. Si tamen toleratus sit, potest clientem defendere, dummodò non repellatur, sicuti repelli potest, si ejus excommunicatio nota sit. Quamobrem valida sunt judicia fori, in quo actor, testis, vel tabellio est excommunicatus toleratus; contra si vitandus sit, etiamsi judex laicus fuerit, irrita sunt omnia acta talis fori, ut communior sententia docet. Testimonium excommunicati si admittatur á judice, validum est. Citari tamen, & reum agere in judicio excommunicatus potest. Debet tamen per procuratorem hoc agere, nisi pauper sit.

XVII. Decimus effectus excommunicationis est privatio communicationis politicę per modum commercii, vel societatis, nisi necessitas excuset, aut nisi excommunicatus sit requisitus. Qui communicat in civilibus cum excommunicato vitando venialiter, in sacris mortaliter peccat. Communicatio cum tolerato nullam includit culpam. Continuata tamen communicatio civilis cum vitando, juxta probabiliorem opinionem, non vacat à gravi culpa, & secum adfert excommunicationem minorem. Si tamen excommunicatio lata à Papa per sententiam singularem, & nominatim, is qui sciens communicat cum tali excommunicato, incurrit excommunicationem majorem ipsi Papæ reservatam; si tamen sit Clericus, & communicet in divinis. 2. Quandò excommunicatio lata est contra participantes: tunc enim qui communicat, eadem qua irretitus est excommunicatus, ligatur excommunicatione, à qua absolvi solùm potest ab illo à quo excommunicatus absolvi valet. Non incurrit tamen hanc excommunicationem communicans, nisi monitio trina, aut æquivalens tribus præcedat. 3. Quandò quis communicat in *crimine criminoso*, idest in eo crimine ob quod quis excommunicatus est, præbens ei auxilium, consilium, favorem. Ut paucis omnia complectar, quinque sunt casus in quibus non licet cum excommunicato communicare, his versibus contenti:

Si pro delictis anathemate quis feriatur,
Os, orare, vale, communio, mensa negatur.

Per *os* prohibentur verba, signa, amplexus, nutus, epistolæ, nuntii, &c. *Orare* vetat communicatio in sacris. *Vale* vetat salutationem honorandi causa. *Communio* prohibet cohabitationem, cooperationem, consilium in quocumque negotio. *Mensa* prohibet communicationem in cibo, potu, conviviis, unà assistere, sedere, &c.

XVIII. QUÆST. IX. *In quibus casibus licitum est communicare cum excommunicato?* RESP. Hoc unico versu continentur:

Utile, lex, humile, res ignorata, necesse.

Utile significat omnem veram, & non fictam utilitatem spiritualem, & temporalem sive excommunicati, sive excommunicantis. *Lex* significat matrimonium, vi cujus uxor petere à marito excommunicato debitum potest, & in cæteris etiam communicare, ut in domus regimine, & in aliis negotiis, exceptis rebus sacris. Et hoc intelligitur, etiamsi ambo essent excommunicati; nisi excommunicati matrimonium contraxissent, vel excommunicatio lata esset matrimonii causa, vel denique nisi essent divortio separati. His in casibus non fruerentur privilegio communicationis. *Humile* significat communicationem quam habere possunt filii legitimi, adoptivi, illegitimi, nepotes, pronepotes, & cæteri in gradu lineæ rectæ: affines, ut gener, nurus, privignus, & privigna mutuo communicare, & pupilli cum tutoribus possunt. *Res ignorata* significat ignorantiam, vel inadvertentiam invincibilem juris & facti. *Necesse* indicat gravem aliquam necessitatem sive temporalem, sive spiritualem, sive excommunicati, sive excommunicantis, aut alterius tertiæ personæ.

XIX. QUÆST. X. *Quid sit excommunicatio minor, & quinam illius effectus?* RESP. Est *censura ecclesiastica privans passiva sacramentorum receptione*: & hæc privatio est præcipuus excommunicationis minoris effectus. Quare mortaliter peccat qui hac excommunicatione irretitus aliquod sacramentum suscipit. Circa administrationem sacramentorum dissident, num mortaliter, an venialiter peccet talis excommunicatus. Immò plures defendunt nec venialiter hunc peccare. Sed difficile est hunc á culpa veniali eximere. Omnes tamen affirmant, peccare mortaliter, si celebret, quia tunc suscipit sacramentum. Alter effectus hujus excommunicationis est privatio passivæ electionis ad beneficia ecclesiastica. Quilibet Confessarius approbatus ab ea absolvere potest.

XX. QUÆST. XI. *Quandò incurritur excommunicatio canonis ob clerici percussionem?* RESP. „ Si quis suadente diabolo manus violentas in „ Clericum, vel Monachum injecerit, anathe„ matis vinculo subjaceat, & nullus Episcopo„ rum illum præsumat absolvere, nisi mortis ur„ gente periculo, donec apostolico conspectui „ præsentetur, & ejus mandata recipiat. " Hic est canon, qui habetur *caus.* 17. *q.* 4. Illud *suadente diabolo* significat percussionem quæ sit peccatum mortale ratione injuriæ irrogatæ personæ clericali. Quæ injuriæ gravitas accipienda est, spectata dignitate & statu religioso. Licet reservata sit apostolicæ Sedi, Prælati regulares suos subditos percussores Religiosorum absolvere valent.

XXI. Nomine *Clerici*, vel *Monachi* veniunt vel ipsa prima tonsura insigniti, dummodò habitum clericalem deferant: omnes Regulares utriusque sexus, Clerici, Novitii, conversi hoc canonis privilegio fruuntur. Item Equites S. Jacobi, S. Joannis, Calatravæ, Alcantaræ, S. Lazari in Sabaudia, S. Stephani Florentiæ, Ordinis Christi in Lusitania, ut plures auctores docent. Hoc privilegio non gaudent clerici conjugati, nisi deferant tonsuram, neque Tertiarii S. Dominici, & S. Francisci: excluduntur quoquè ab hoc privilegio Clerici, qui abjectis vestibus ecclesiasticis, negotiis sæcularibus sese immiscent, & tertiò à Superiore moniti non corriguntur.

XXII. Omnes rationis compotes utriusque sexus, qui violentas manus injiciunt in Clericum hanc canonis excommunicationem incurunt. Juvenes rei hujus percussionis ante pubertatem ab Episcopo absolvi valent. Mandantes quoquè, inducentes, consulentes, consentientes, auxilium præbentes, immò qui dolo, fraude, malitia non impediunt, hanc excommunicationem incurrunt. Item qui ratam habet percussionem nomine suo factam, quamvis nec mandatum, nec auxilium præbuerit. Requiritur tamen 1. quod ejus nomine facta percussio sit, judicante percussore illi gratam futuram: 2. quod exteriori signo sensibili prodat suam approbationem: 3. quod quandò percussio executioni demandata est, fuerit ipsa habitualiter aptus ad mandatum, vel consilium prebendum: quia si tunc fuisset amens, eam non incurreret. Somnus tamen, & ebrietas non impediunt quominùs illam contrahat.

XXIII. QUÆST. XII. *Quanam affio violenta in Clericum dicatur, vi cujus percussor excommunicationem incurrat?* RESP. Manum violentam injiciunt omnes qui aliqua corporis parte, ut ore, pede, brachio, manu Clericum, aut rem ei adhærentem percutiunt, sive immediatè, sive medio fuste, gladio, veneno; si Clericum violenter detineant; si in carcerem detrudant; si illum insequantur, urgeant ad læsionem, aut præcipitium; si sputum, si pulverem in illum conjiciant; si ejus vestimenta lacerent; si arundine verberent; si equum ipsum, cui insidet lædant, si frænum infringant, vique sistant: quæ actiones omnes aut personam, aut ejusdem honorem lædunt, & decorant, ut ex cap. *Nuper* de sent. excom. clarè colligitur: atque adeò sufficiunt ad excommunicationem contrahendam. Minimè verò illam contrahunt, qui verbis tantùm Clericum offendunt, qui ictum vibrant, ut illum lædant, reipsa tamen nec illum, nec rem ei adhærentem tangunt: neque illi qui absque vi vestes Clerici furipiunt, aut furantur in itinere equum, vel pecunias, licèt heinc sequeretur ne persequi iter posset. Qui venenum Clerico propinant, excommunicantur. Si Monialis potaret venenum ad fœtum necandum, non esset obnoxia censuræ huic, quia fœtui, non sibi injuriam irrogaret: qui verò Monali gravidæ venenum vi propinaret, excommunicationem contraheret, quia & Monali, & fœtui necando vim inferret.

XXIV. QUÆST. XIII. *Quanam causa excusant injicientes manus violentas in Clericum ab excommunicatione contrahenda?* RESP. Ignorantia juris & facti, timor gravis, justa defensio, & cætera omnia quæ à gravi culpa eximunt: correctionis titulus, vi cujus magistri, prælati, parentes percutere discipulos, filios valent, & ea omnia exercere quæ opportuna prudenter judicantur ad eorum emendationem. Similiter immunes ab hac censura sunt qui Clericum turpiter tractantem proprias uxores, matres, sorores, filias, percuterent, sive ut vindicarent injuriam, sive ut á crimine averterent, dummodò percutiant ipsum in ipso crimine, vel immediatè post, etiam si eum eisdem non fornicetur, sed tantùm illas osculis, tactibus, amplexibus turpibus dedecoraret. Fœmina quoquè solicitata, & provocata facto à Clerico, si illum violenta percussione rejiceret, quandò solis verbis non posset, libera á censura esset. Clerici qui ter admoniti non desistunt tonsuram, & habitum clericalem, si milites, aut grassatores agant, canonis privilegium amittunt.

XXV. De excommunicatione ob duellum contracta dictum supra est in 5. *Decal. precept.* Dicendum quoquè esset de censuris contentis in Bull. Cœnæ. Verùm integram illam dedi *tom.* 1. *App.* & synopsim ejusdem perstrinxi *tom.* 10. *lib.* 3. *diss.* 2. *c.* 2. §. 3. Quarè si plura cupis, vide ibi.

CAPUT V.

De Suspensione, ejusque effectibus, atque de depositione, & degradatione.

I. QUÆST. I. *Quid, & quotuplex sit suspensio?* RESP. Est *cujuscùs officii, & dignitatis usus, & exercitii privatio*, si absolutè spectetur. Sed in præsens est *censura ecclesiastica, per quam Clericus privatur usu officii, aut beneficii.* Dividitur in eam quæ est ab officio solùm, & in aliam quæ est solùm à beneficio, & in eam quæ est ab utroque. Insuper alia à jure, alia ab homine est. Nomine *officii* intelligitur omnis potestas spiritualis sive ordinis, sive jurisdictionis, sive administrationis ecclesiasticæ. *Beneficii* verò nomine venit jus ad ecclesiasticos proventus, vi spiritualis tituli percipendos. Dividitur quoquè suspensio in temporalem, & perpetuam. Illa est ad menses, ad annum, ad biennium &c. ista nulla durationi limitatur. Suspensio partialis subdividitur in alias partiales plures. Nam Sacerdos interdum suspenditur à solæ Missæ celebratione, aliquandò ab audiendis confessionibus, aliquandò simpliciter ab ordine. Episcopus suspendi potest à collatione aut solius tonsuræ, aut Presbyteratus, aut ordinis absolutè. Similiter in beneficio aliquandò quis suspenditur à quotidianis distributionibus; aut à dimidia fructuum parte: & idem fieri in jurisdictione potest. Ad formam suspensionis nulla in jure designata verba sunt, sed illa usurpantur quę Superioris voluntatem manifestant.

II. Qui suspensionem violant absolutè peccant mortaliter. Suspensus ab ordine, si ipsum exerceat, præter peccatum mortale, contrahit irregularitatem. Actus tamen exercitii à suspenso validi sunt, quamquam illiciti, si sint actus ordinis, & non jurisdictionis. Qui verò suspensus à jurisdictione est, & sit vitandus, tum irritè actus jurisdictionis exercet, quia suspensio jurisdictionis est illius actualis privatio. Suspensus ab ordine eo ipso non est suspensus à jurisdictione.

III. QUÆST. II. *An suspensus ab officio sit suspensus à beneficio, aut contra?* RESP. Suspensus à beneficio eo ipso non est suspensus ab officio. Quarè is celebrare, & alia divina officia recitare potest, & tenetur, quia pœna non eximit ab onere. Et quamquàm officium sit propter beneficium, in supplicium tamen delicti potest reus privari fructibus beneficii, manente onere inserviendi Ecclesiæ: suspensus ab officio etiam ob crimen gravissimum, non est eo ipso suspensus à beneficio, ut probabiliori sententia docet.

IV. QUÆST. III. *Quinam sunt effectus suspensionis ab officio, à jurisdictione, à beneficio?* RESP. Suspensus absolutè ab officio manet privatus omni ordinis usu, & jurisdictionis, & cujuscumque ministerii, quod à solo Clerico exerceri potest. Quarè nequit sacramenta administrare, celebrare, excommunicare, absolvere, indulgentias impertiri, approbare ad confessiones, pontificalia exercere, nec alia peragere ministeria quę ab ordine pendent. Certum tamen est quod si suspensus sit ab ordine tantùm, non sit suspensus à jurisdictione.

V. Suspensio à jurisdictione absolutè lata privat omni usu spiritualis jurisdictionis, & actu ordinis qui exerceri absque jurisdictione nequit, ut collatio ordinis, & absolutio sacramentalis. Potest verò sic suspensus celebrare, ministrare alia sacramenta; nisi tamen ea ex officio administraret ut Parochus, quia tum actus jurisdictionis, qua privatus est, exerceret. Si quis suspendatur á determinata parte jurisdictionis, non est suspensus ab altera; ut si Parochus sit suspensus ab audiendis confessionibus, potest celebrare, & alia sacramenta administrare.

VI. Suspensio ordinis absolutè & simpliciter lata privat omni actu cujuscumque ordinis tam majoris, quam minoris, quia propositio indefinita in materia morali æquivalet universali. Similiter qui suspensus est à collatione ordinum, nullum conferre ordinem potest. Mitto alias quæstiunculas, quarum decisio pendet à formula qua præscribitur suspensio.

VII. QUÆST. IV. *Quam ob causam ferri suspensio potest?* RESP. Ferri nequit ob peccatum veniale, ut supradictum est. Suspensio enim sua natura pœna gravis est, quæ infligi jure nequit nisi ob culpam gravem. Obnoxii suspensioni sunt Clerici etiam prima tonsura insigniti. Censuræ latę in jure absolutè contra Clericos non comprehendunt Cardinales, & Episcopos. Ferri suspensio potest directè in ipsam communitatem, & indirectè in membra. Non afficit tamen distributivè singulas personas quantum ad eorum particularia

ministeria, sed secundum quod unum corpus constituunt, & secundum officia, & ministeria illis communia.

VIII. Impediri suspensio potest per legitimam appellationem congruo tempore interpositam, ut supra de appellatione à censuris dictum est. Debet tamen appellatio ipsam suspensionem præcedere, ut eam impediat. si sit suspensio ab officio, & ingressu Ecclesiæ, ut habetur *cap. Is qui 20. de sent. excomm. in 6.* Quæcumque alia suspensio per subsequentem appellationem impeditur.

IX. Suspensio lata ad tempus, elapso tempore cessat seipsa sine absolutione. A suspensione lata ab homine absolvere ille potest qui eam tulit. A suspensione lata à jure absolvere Ordinarius suspensi valet, aut ejus Vicarius. A suspensione reservata Papæ, si proveniat ex delicto occulto, Episcopus absolvere subditos suos valet, si non sit ad forum contentiosum deducta.

X. QUÆST. V. *Quid significat depositio, & degradatio?* RESP. Sæpe pro eadem accipiuntur depositio, & degradatio; una tamen ab altera auctores distinguunt. Depositionem simplicem describunt his verbis: *Est pœna privans Clericum officio, & beneficio in perpetuum jure ordinario irremissibiliter.* Degradatio dividitur in verbalem, & realem. Utraque privat Clericum in perpetuum officio, & beneficio; sed illa retinet privilegium canonis, & fori, hæc penitus illud amittit. Obstringitur tamen Clericus sive verbali, sive reali degradatione contextus recitare horas canonicas, si sit in sacris constitutus, nec valide contrahere matrimonium potest.

XI. Degradatio verbalis olim fiebat ob adulterium, furtum, homicidium, & alia graviora crimina. Juxta hodiernam Ecclesiæ disciplinam atrociora duntaxat scelera degradatione plectuntur. Crimina in jure canonico expressa ob quæ degradatione realî plecti Clericus debeat, sunt hæresis, falsificatio litterarum apostolicarum, sodomia, conspiratio in proprium Episcopum accedente incorrigibilitate. Plura dici solent de solemnitate in degradatione reali servanda, quæ ad postrum institutum non attinent.

CAPUT VI.

De interdicto, & cessatione à divinis.

I. QUÆST. I. *Quid, & quotuplex sit interdictum?* RESP. Est *censura ecclesiastica qua prohibentur omnia divina officia, & aliquorum sacramentorum administratio, & ecclesiastica sepultura.* Dividitur in locale, & personale. Illud locum, istud personas afficit. Mixtus dicitur, quando locus simul, & personæ interdicuntur. Rursus utrumque inter dictum dividitur in generale, & speciale. Illud est quando interdicitur regnum, aut provincia, aut diœcesis, aut civitas, aut oppidum, aut villa. Interdictum generale personale est, quando fertur in corpus politicum propriis legibus moderatum, & simul indirecte in omnes personas conflantes talem communitatem. Interdictum personale speciale est quando in personas determinatas, ut in Petrum, Franciscum &c. fertur. Quando tamen fertur à jure non requiritur ut personæ nominentur. Hoc interdictum personale speciale dividitur in *totale*, quod omnes interdicti effectus continet; & in *partiale*, quod aliquos duntaxat comprehendit. Interdictum locale non semper includit personale, nec contra. Quarè interdicto populo non sunt interdictæ Ecclesiæ, aut parochiæ illius: quia in jure hæc interdicta sunt diversæ speciei.

II. QUÆST. II. *Quinam teneantur observare interdictum locale?* RESP. Omnes incolæ tam laici, quam ecclesiastici, etiam Regulares, quia interdictum est in tali loco divina officia celebrare. Quarè Prælatus ipse (excepto Papa) qui interdictum locale fert, ejusdem observationi obnoxius est. Quando interdicta civitas est per interdictum generale locale, omnes Ecclesiæ ejusdem civitatis etiam Regularium subjectæ interdicto sunt, & omnes personæ quæ sunt ejusdem civitatis membra: & licèt plures sint innocentes, tamen non ut innocentes, sed ut civitatis partes subjacent interdicto. Excipiuntur Episcopi, qui sub generali interdicto non comprehenduntur, nisi expressa illorum mentio fiat. Infantes quoque, & amentes exempti judicantur, illorum tamen cadavera sepulturæ ecclesiasticæ tradi nequeunt, quia interdicti Clerici sunt. Similiter peregrinos, & exteros ab interdicto liberant auctores plures, quia non sunt populi partes. Interdicto populo non est interdictus Clerus, nec interdicto Clero est interdictus populus.

III. QUÆST. III. *Quis, & quam ob causam ferre interdictum valet?* RESP. Qui habent facultatem ferendi censuras, ferre interdictum valent. Prælati tamen Religionum ferre interdictum personale possunt, non autem locale, quo suas Ecclesias à sacris suspendant, nisi haberent in plebem jurisdictionem. Causa ferendi interdictum est gravis culpa, ut dictum est supra. Interdictum generale locale, & personale potest ferri ob culpam etiam alienam communitatis, vel rectorum ejusdem, sub quo comprehenduntur etiam innocentes, ut alias dictum est. Interdictum generale personale, vel locale, sive generale, sive speciale sit, nequit ferri ob culpam alicujus particularis, sed imponi solùm potest ob culpam, vel communitatis, vel rectoris, vel Principis, vel Prælati. Interdictum vero personale speciale infligi ob culpam alienam etiam capitis nequit; sed solum ob delictum illius personæ quæ interdicto plectitur. Disputant auctores, num infligi interdictum personale speciale queat ob culpam venialem. De interdicto lato à jure alii affirmant, alii probabilius negant. Omnes tamen affirmant, interdictum latum ab homine requirere culpam mortalem. Interdictum sive generale locale, sive generale personale imponi non potest ob debitum pecuniarum, immo neque interdictum locale speciale; bene verò interdictum speciale personale, ut plures ajunt: at vix hoc fieri consuevit.

IV. QUÆST. IV. *Quinam sunt interdicti effectus?* RESP. Tres. 1. prohibitio celebrationis, &

& auditionis divinorum officiorum: 2. privatio aliquorum sacramentorum: 3. privatio sepulturæ ecclesiasticæ. Nomine divinorum officiorum intelliguntur Missæ, horæ canonicę, & aliæ preces solemniter celebratæ, benedictiones nuptiarum, aquæ, olei, chrismatis, & omnis functio ab Ecclesia in cultum Dei ordinata. Hæc omnia prohibentur in communi loco ad id deputato; secùs privatim, & in loco non deputato ad divina officia celebranda. Similiter conciones habere licitum est. Immò ex jure novo Bonifacii VIII. in *cap. Alma Mater, de sent. excom. in 6.* omnes Clerici, & Regulares tempore interdicti generalis localis possunt quotidiè Missas celebrare, divina officia peragere, in quibuscumque Ecclesiis, & Monasteriis, quatuor adjectis conditionibus. 1. ut voce submissa, idest sine cantu: 2. januis clausis, ita tamen ut volentibus egredi exitus pateat: quarè ostiarius præficiendus erit, qui prohibeat interdictos ingredi, & privilegiatos egredi permittat: 3. non pulsatis campanis: 4. exclusis interdictis, & excommunicatis. In quatuor tamen solemnitatibus Natalis Domini, Paschatis, Pentecostes, & Assumptionis B. V. possunt divina officia solemniter celebrari januis apertis, & voce alta, pulsatis campanis. Interdicti tamen appropinquare altari non debent, qui causam ejusdem dedere. Quod privilegium extendit Martinus V. ad festum Corpus Christi, & Eugenius IV. ad ejusdem octavam. Regulares fruuntur privilegio, ut plures referunt (verè ne an falsè ignoro) admittendi ad divina officia famulos, procuratores, & operarios Monasterii.

V. QUÆST. V. *Quanam sacramenta prohibentur ministrari tempore interdicti?* RESPOND. Prohibentur administratio activa, & receptio passiva quorumdam sacramentorum. Excipitur tamen Baptismus, qui administrari consueto Ecclesiæ ritu potest, exclusis tamen personis interdictis, quæ, nisi in casu necessitatis, baptizare nequeunt. Sacramentum quoquè Confirmationis administrari valet, & confici chrisma etiam in loco interdicto. Item Sacramentum matrimonii excipitur juxta plurimos, qui contendunt celebrari posse à persona etiam specialiter, nedum generaliter interdicta. Sacramentum Pœnitentiæ conferri omnibus potest etiam sanis, exceptis excommunicatis, & illis qui causam interdicto dederunt, atque iis qui præbuerunt auxilium, consilium, &c. ad patrandum delictum ob quod latum interdictum est, nisi prius satisfecerint, vel dederint de satisfactione cautionem, *c. Alma de sent. in 6.*

VI. Tempore interdicti neque Eucharistia, neque Ordo, neque Extrema Unctio administrari valent. In mortis articulo deferri Eucharistia ad infirmos etiam personaliter interdictos potest. Plures administrari quoquè extremam unctionem infirmis qui nequeunt alia sacramenta percipere posse affirmant.

VII. QUÆST. VI. *Quibus tempore interdicti prohibetur ecclesiastica sepultura?* RESP. Omne interdictum sive locale, sive personale privat omnes ecclesiastica sepultura. Si tamen interdictum locale sit, personæ quæ interdicto causam non dederunt, nec sunt nominatim denuntiatæ, sepeliri in loco sacro non interdicto valent. In loco verò sacro interdicto nec infantes, nec amentes sepeliri licitè possunt.

VIII. QUÆST. VII. *Quodnam peccatum perpetrant, & quas pœnas incurrunt violatores interdicti?* RESP. Peccant mortaliter, quia violant præceptum Ecclesiæ in re gravi, & Clerici interdicti exercentes actum proprii ordinis fiunt irregulares; & cogentes Clericos ad publicè celebranda divina officia in loco interdicto, justa sublata causa, incurrerent excommunicationem reservatam Summo Pontifici. Et hanc censuram contraherent quoquè interdicti, qui admoniti non exirent ab Ecclesia. Item Religiosi etiam exempti interdictum violantes contrahunt ipso facto excommunicationem majorem, quando interdictum observatur in Ecclesia matrice, vel in parochiali loco, in quo ipsi habitant, ut habetur in *Clem. 1. de sent. excom.* Qui scienter interdictos sepeliunt in loco sacro, extra casus exceptos, incurrunt excommunicationem Episcopo reservatam.

IX. QUÆST. VIII. *Quid intelligitur per interdictum ab ingressu Ecclesiæ?* RESP. Intelligitur privatio exercitii ordinis sacri, & sepulturæ in ipsa Ecclesia, ejusque cæmeterio, & privatio audiendi divina officia in Ecclesia.

X. QUÆST. IX. *Quis ab interdicto absolvere potest?* RESP. Si interdictum latum ad tempus sit, vel sub conditione, elapso tempore, vel conditione impleta, cessat sine absolutione; secus interdictum absolutè latum. Quando interdictum latum à jure est, Summus Pontifex suspendere effectus potest, quin illud tollat. Interdictum ad tempus auferre, qui illud tulit, potest. Quando interdictum est locale, etiamsi locus, puta Ecclesia, dispensetur, non propterea cessat interdictum, idcircò in tali loco nequeunt cadavera sepeliri. Latum verò interdictum contra communitatem, si hæc dissolvatur, cessat respectu innocentum. Ab interdicto autem locali, aut generali personali, lato à jure, & non reservato, absolvere Episcopus potest. Si interdictum latum sit ab homine, ille qui tulit, & non inferior, absolvere valet, ut dixi. Plures docent ab interdicto personali particulari non reservato absolvere posse quemliber Confessarium approbatum.

XI. QUÆST. X. *Quid sit cessatio à divinis, & quinam illius effectus?* RESP. Est prohibitio imposita Clericis, ut sub pœna peccati mortalis cessent à celebratione divinorum officiorum, & ab administratione sacramentorum excepto necessitatis casu, abstineant. Non est tamen censura, nec pœna; sed mera prohibitio facta ab Ecclesia ob gravissimum mœrorem conceptum ex gravi aliqua injuria contra divinum cultum, aut Ecclesiam ipsam. Quarè hoc non fit nisi propter gravissimum delictum publicum contra commune bonum Ecclesiæ, aut adversus ejus immunitatem, contumacia accedente. Sequentes conditiones concurrere debent, ut justè fiat. 1. Ut in prohibente sit legitima potestas; 2. ut causa sit evidens,

& gravis ; 3. ut evidenter constet causam esse datam ; 4. hæc causa exprimi publicè debet ; 5. intimari parti debet ; 6. pars roganda est, an velit satisfacere ; 7. ut major pars capituli judicet cessationem esse inducendam ; 8. ut posita cessatione utraque pars coram Pontifice causam cessationis discepter ; 9. ut quando capitula congregantur pro ferenda cessatione, omnes votentur qui habent vocem. Hæ conditiones colliguntur ex *cap. Si Canonici* 2. & *cap. Quamvis* 8. *de Officio ordinarii in* 6. Si verò Prælatus indicat cessationem, sex tantum priores conditiones requiruntur. Solum qui habent jurisdictionem episcopalem, aut illi similem, ferre hanc cessationem valent.

CAPUT VII.

De Irregularitate in communi, & in particulari ex delicto, & ex defectu.

I. QUÆST. I. *Quid sit irregularitas, & quinam ejus effectus?* RESP. Est *impedimentum canonicum, quo vir baptizatus primò, & directè interditur à susceptione ordinum, & secundariò ab eorum usu.* Est *impedimentum*, & non pœna, ut distinguatur à censura, quæ culpam supponit. *Canonicum* significat hoc impedimentum jure ecclesiastico invectum esse. *Vir baptizatus* prodit neque infidelem, neque mulierem subjacere irregularitati. Ultimæ particulæ distinguunt iterum irregularitatem à censuris.

II. Tres sunt irregularitatis effectus. 1. Impedit ordinum, & primæ tonsuræ susceptionem. 2. Privat omnium ordinum usu, si sit totalis; quorumdam verò, si sit partialis. 3. Inhabilem reddit ad quodlibet beneficium suscipiendum, si sit totalis : nam si sit partialis, plures contendunt per eam non impediri receptionem beneficii cujus munia obire irregularis potest. Irregularitas quæ supervenit beneficio jam obtento, non inducit ejusdem privationem, sed solum privari per sententiam judicis possunt qui illud possident.

III. QUÆST. II. *Quotuplex sit irregularitas?* RESP. Duo sunt irregularitatum genera. Alterum ex defectu, ex delicto alterum. Ex defectu novem numerantur. 1. Ex defectu animæ ; 2. ex defectu corporis ; 3. ex defectu natalium ; 4. ex defectu ætatis ; 5. ex defectu libertatis ; 6. ex defectu obligationis ; 7. ex defectu sacramenti ; 8. ex defectu bonæ famæ ; 9. ex defectu lenitatis.

IV. Irregularitas ex delicto octuplex. 1. Ex homicidio voluntario injusto ; 2. ex injusta, & voluntaria mutilatione ; 3. ex homicidio, aut mutilatione casuali ; 4. ex iteratione Baptismi ; 5. ex violatione censurarum. 6. ex indigna receptione, aut administratione ordinum ; 7. ex apostasia à fide, vel ex hæresi externa ; 8. ex delicto cui annexa infamia est. Dividitur etiam in totalem, & partialem. Illa privat omni ordine suscipiendo, & exercitio ordinis suscepti, ut est illa quę contrahitur ex homicidio. Hęc privat aliquo tantum ordinis exercitio ; ut si Sacerdoti pollex præcidatur, non potest celebrare ; potest verò audire confessiones. Similiter Diaconus privatus pollice inhabilis est ad Sacerdotium, & habilis ad Diaconi officium.

V. Delictum inducens irregularitatem debet esse peccatum mortale externum : quoniam pœna gravissima contrahi nequit nisi ob grave delictum. Nec refert quod sit occultum. Excipiuntur tamen delicta quibus annexa est infamia, & notorietas, quæ si fuerint occulta, non inducunt irregularitatem. Alia verò delicta, ut homicidium voluntarium, hæresis, iteratio Baptismi, violatio censuræ per exercitium ordinis, etiam occulta, irregularitatem pariunt. De homicidio occulto nulla est disputatio.

VI. QUÆST. III. *Quænam excusant ab irregularitate contrahenda ex delicto?* RESP. Ea omnia quæ excusant à peccato mortali, ut ignorantia, inadvertentia, metus gravis, &c. Dubium non excusat, ut *cap. ad Audientiam tit. de homicidio* habetur. *Cum in dubiis semitam debeamus eligere tutiorem, vos convenit injungere Presbytero memorato, ut in sacris ordinibus non ministret.* Nulla hic distinctio dubii juris, & facti.

VII. QUÆST. IV. *An irregularitas ex delicto tollatur per Baptismum, professionem religiosam, & dispensationem?* RESP. Irregularitas ex delicto cessat per Baptismum. Cessare quoque per professionem religiosam communis sententia admittit. Denique cessare per dispensationem omnes fatentur. Summus Pontifex ob justam causam dispensare à quacunque irregularitate potest. Qui irretitus est pluribus irregularitatibus diversę speciei, in petenda dispensatione omnes exprimere debet : si sunt ejusdem speciei, manifestare debet se pluries has irregularitates contraxisse.

VIII. Præter Summum Pontificem Episcopi cum suis subditis, & Prælati regulares cum suis dispensare ab irregularitatibus ex delicto occulto quod non sit ad forum contentiosum deductum, possunt, præter homicidium, ut communis sententia docet.

IX. QUÆST. V. *Quid requiratur ut quis contrahat irregularitatem ex homicidio voluntario?* RESP. Homicidium directè voluntarium dicitur quod directa voluntate occidendi patratur, unde necessariò mors sequatur, ut si vulnus mortiferum infligatur, si venenum propinetur, &c. Qui similes caulas directe ponit, homicida voluntarius dicitur. Heinc sequitur, eum qui occidit invasorem se defendendo cum moderamine inculpatæ tutelæ, non incurrere irregularitatem homicidii directè voluntarii. Requiritur verò ut mors sequatur, ut dicta irregularitas contrahatur. Quamobrem etiamsi vulnus mortale infligatur, aut venenum propinetur, si mors non sequatur, irregularitas non incurritur. Addunt Salmanticenses *cap.* 8. *num.* 4. eum quem post mortale vulnus, aut veneni propinationem delicti pœniteret, non incurrere irregularitatem in foro conscientiæ. Sed hæc opinio falsa est mihi.

X. Negant quoque Salmanticenses cum aliis *num.* 6. eum qui repentina ixa hominem occidit, non incurrere irregularitatem reservatam Summo Pontifici. Sed probabilior opinio affirmat.

mat. Et hanc irregularitatem incurrunt quoque mandantes, consulentes, &c. ut suprà jam dictum est.

XI. Ab hac irregularitate posse Summum Pontificem dispensare omnes fatentur, ex gravissima tamen, & singularissima causa, ob indecentiam summam quam tale delictum præfert. Ab hac irregularitate non posse Episcopos absolvere, Tridentinum statuit. Ab hac irregularitate posse Prælatos regulares dispensare, si homicidium sit occultum, docent Salmanticenses *n.* 17. adductis privilegiis pontificiis ; sed hæc privilegia mihi suspecta sunt.

XII. Contrahitur quoquè hæc irregularitas per alicujus corporis membri mutilationem, ut si quis erueret oculum, amputaret aurem, pedem, & quamlibet partem quę in corpore distinctum officium habet. Qui sibi digitum, aliamvè partem officio carentem ex ira abscinderet, aut turpiter se deformaret, fieret irregularis, secus si hoc ageret in alio, ut habetur cap. *Quidam*, &c. Qui membrum aliquod indebilitaret, ut mortuum remaneret, probabilius est quod incurreret irregularitatem. Ab hac irregularitate occulta, & non deducta ad forum contentiosum dispensare Episcopi valent.

XIII. QUÆST. VI. *Quando non contrahitur irregularitas ex homicidio, & mutilatione casuali?* RESP. Homicidium casuale illud est quod præter intentionem occisoris tum directam, tum indirectam accidit : & tunc sicut occisor immunis à culpa, ita ab irregularitate est : & idem est de mutilatione. Qui verò ponit causam undè prævidet, vel tenetur prævidere homicidium, aut mutilationem, fit irregularis. Qui opus licitum facit, & omnem diligentiam adhibet ne homicidium sequatur, vel mutilatio, tum irregularis non fieret, etiamsi homicidium, vel mutilatio eveniat. Si verò actio illa aliquo modo indueret in homicidium, vel mutilationem, jam non esset bona, & licita : & si actor negligens esset in præcavendo effectu, fieret irregularis, nisi levis esset negligentia. Hinc si magister discipulum, aut pater filium leviter tantum percuteret, irregularis non fieret, etiamsi mors succederet, aut mutilatio præter intentionem. Idem dicendum de eo qui in equo feroci equitaret, si contingeret pueri occisio, aut de pulsante campanas, si caderet tintinnabulum quod hominem occideret, aut de custode ferę frangentis vincula, & occidentis hominem. Nec medicus fit irregularis, si infirmus absque ejusdem gravi negligentia moriatur.

XIV. Qui dat operam rei illicitæ, undè mors eveniat, fit irregularis ; si verò illicita sit, & nullum periculum natura sua mortis affert, non fieret irregularis, dummodo non fuerit negligentia in præcavendo effectu. Qui ex justitia tenetur impedire occisionem, aut mutilationem, si id per culpam mortalem omittat contra justitiam, fit juxta probabiliorem sententiam irregularis : quia qui omittit defendere illum quem ex justitia tenebatur defendere, est verus homicida, moraliter enim concurrit ad talem mortem ; secus qui tantum ex charitate tenetur.

XV. QUÆST. VII. *Quandonam contrahatur irregularitas ex homicidio, aut mutilatione causa defensionis contra injustum invasorem?* RESP. Qui injustum invasorem occidit excedendo moraliter modum inculpatæ tutelę, fit irregularis. Contra qui moderamen observant, ab irregularitate immunes sunt, sicut à culpa. Similiter ejusmodi defensores non contrahunt irregularitatem, si moderamen servent ad evitandum grave vulnus ; secus si vulnus, quod timetur, esset leve. Tunc autem videtur defensorem servare moderamen inculpatæ tutelę, quando invasus nulla alia via neque precibus, neque fuga, neque clamore declinare mortem, aut grave vulnus potest. Si enim his viis declinare mortem, aut vulnus grave posset, non servaret necessariam moderationem.

XVI. Qui furatur, aut adulterium perpetrat, in delicto deprehensus, & invasus à domino, vel à marito, ut se defendat, occidit maritum vel dominum, irregularitatem incurrit, quia dat operam rei illicitæ, & homicidium est voluntarium in causa. Ita affirmat probabiliot, & vera sententia.

XVII. Ex iteratione Baptismi, non autem Confirmationis, incurritur irregularitas. Hæc irregularitas incurritur à rebaptizato, rebaptizante, ministrante rebaptizanti, & ab eo qui extra necessitatem se ab hæretico baptizari permittit. Hęc irregularitas impedit ascensum ad alios ordines, non in susceptis ministrare, ut communis opinio docet. Plures tamen ad hanc irregularitatem contrahendam requirunt rebaptizationem solemnem, & non sufficere privatam ajunt.

XVIII. Qui majori excommunicatione irretiti, qui suspensi, qui interdicti personaliter, aut in loco interdicto actum majoris ordinis exercent, irregulares fiunt. Qui autem suspensus ab uno ordine, alterius ordinis à quo non est suspensus, exercet officium, non fit irregularis. A dicta irregularitate occulta dispensare Episcopus potest, similiter Prælati regulares absolvere suos subditos valent.

XIX. Qui furtivè sacros ordines suscipit, puta absque examine, & approbatione ; qui eodem die plures ordines, quorum unus sit sacer, absque dispensatione recipit ; qui post matrimonium contractum, etiam ante consummationem, ordinem sacrum recipit renitente uxore, irregularitatem incurrunt. Similiter irregulares sunt Clerici qui usurpant ordinem sacrum, quem non habent, & scienter ministrant in eo, & citu solemni.

XX. Irregularitas quoquè contrahitur ex delicto cui annexa est infamia, ut sunt in Clericis perjurium cum falso testimonio in judicio, sodomia, simonia : quæ crimina, si notoria sint, inducunt irregularitatem.

XXI. Ex officio pariter irregularitas contrahitur, ut ex histrionatu : histriones enim infames sunt, ut ex *c. Definimus* 4. *q.* 1. & *ex l.* 1. & 2. *de his qui notantur infamia*. Pariter quoquè officia carnificum, lictorum, macellariorum habete annexam infamiam docent : & ipsa in communi hominum existimatione officia ista infamia laborantia

In-

XXII. Infamia quę oritur ex delicto personali, aufertur per emendationem, quæ sit ita notoria, ac factum quod infamiam peperit. Juris verò infamia non tollitur per emendationem, sed per dispensationem. Summus Pontifex ob justam causam dispensare ab hac irregularitate potest. Infamia verò quæ per judicis decretum inducta fuit, per ejusdem, aut Superioris dispensationem auferri potest. Prælatos verò regulares ab hac irregularitate sive ante, sive post Religionis ingressum dispensare posse, communiter Auctores docent.

XXIII. QUÆST. VIII. *Quinam sunt irregularitates ex defectu animæ?* RESP. Tres, nempè defectus *rationis, scientiæ*, & *fidei*. Pueri ante usum rationis, amentes, furiosi, energumeni, lunatici, epileptici, qui morbo comitiali, seu caduco inopinato corripiuntur, à sacris Ordinibus excluduntur. Scientiæ defectus est impedimentum sacrorum ordinum suscipiendorum, à quo nec Summus Pontifex dispensare valet. Sola industria, & studio auferri potest. Irregulares defectu fidei sunt filii hæreticorum, quorum parentes sunt irregulares ex delicto.

XXIV. QUÆST. IX. *Quinam sunt corporis defectus irregularitatem parientes?* RESP. Illi quibus deest brachium, manus, & Presbyter cui desunt duo digiti cum medietate palmæ, si digiti sint pollex, & index, item qui oculi sinistri lumine, qui auditu omni carent, irregulares reputantur. Si tamen privatio auditus superveniat, non reputatur impedimentum. Si lumen oculi dextri supplere defectum oculi sinistri valet, non reputatur impedimentum. Defectus qui patiunt notabilem deformitatem, inducunt irregularitatem, ut privatio oculi, nasus, pedis, vel habentes oculos nimis deformes, laborantes nimia corporis debilitate, gibba, lepra, morbo gallico, irregulares habentur. Sed hæc omnia judicio Episcopi permittuntur. Eunuchi, & hermaphroditi etiam occulti irregulares sunt. Illegitimi omnes, sive nothi, sive spurii, sive incestuosi, sive sacrilegi, sunt irregulares. Nati tamen ex matrimonio bona fide in faciem Ecclesiæ contracto, sed ob aliquod impedimentum occultum irrito, non habentur irregulares, ut colligitur ex *cap. Cum inter*, &c. Secus dicendum, si mala fide contractum matrimonium esset.

XXV. Hæc irregularitas cessat 1. per subsequens matrimonium; 2. per legitimationem absolutam; 3. per dispensationem quam solus Summus Pontifex impertiri potest.

XXVI. QUÆST. X. *Quinam dicuntur irregulares ex defectu libertatis, ætatis, & obligationis?* RESPOND. Mancipia, seu servi sunt irregulares usquedum in statu servitutis degunt. Si servus, sciente domino, & non contradicente suscipiat ordines, aut ipsam primam tonsuram, liber evadit; si verò contradicente domino, aut nesciente id faciat, peccat mortaliter, & manet servus. Si Episcopus conscius servitutis conferat ordines majores, satisfacere domino tenetur. De defectu ætatis dictum est supra. Defectus obligationis est quum quis tenetur ad ratiocinia reddenda, vel implicitus invenitur ex officio negotiis sæcularibus, ut curiales, milites, &c. donec se tali obligatione liberent.

XXVII. QUÆST. XI. *Quid sit irregularitas ex defectu sacramenti?* RESP. Est illa quę oritur ex bigamia, seu ex matrimonio pluries contracto. Triplex distinguitur bigamia: vera, interpretativa, similitudinaria. Vera tunc est quando quis plures uxores successivè legitimas habuit. Altera bigamiæ species vocatur interpretativa, quæ licèt vera non sit, ex juris fictione talis nuncupatur, & quatuor modis contrahitur. 1. Quandò quis duo matrimonia contrahit, alterum validum, alterum irritum; 2. quandò quis contrahit duo matrimonia reipsa irrita; 3. quandò quis viduam, aut corruptam ab altero duxit; 4. quandò quis virginem duxit, quę post nuptias adulteravit, & nihilominus post adulterium eam cognovit. Qui corruptam duxit putans bona fide esse virginem, juxta probabiliorem opinionem fit irregularis. Tertia bigamiæ species dicitur similitudinaria, quam quis contrahit dum post solemnem professionem, vel post susceptum sacrum Ordinem, matrimonium contrahit sive cum virgine, sive cum corrupta.

XXVIII. Bigamia dicitur defectus sacramenti, quia non repræsentat unionem Christi cum Ecclesia. Bigami irregulares reputantur tum propter incontinentiam, tum propter divisionem affectus, quem ab uxore defuncta in alteram transferunt, tum propter defectum sacramenti. Ab hoc impedimento dispensare Summus Pontifex valet, secus Episcopi.

XXIX. QUÆST. XII. *Quomodò contrahitur irregularitas ex defectu lenitatis?* RESP. Homo baptizatus, secùs infidelis, fit irregularis, si voluntariè, & proximè concurrit ad mortem proximi, aut mutilationem ex defectu lenitatis. Hinc irregulares sunt judices ferentes sententiam assessores judicum, promotores fiscales, procuratores, satellites, comprehensores, accusatores, advocati, denuntiatores, testes necessarii, & voluntarii, quandò vi talium actionum reus occidetur; secus qui testantur in favorem rei. Domini temporales Ecclesiastici non sunt irregulares, dum habentes jurisdictionem committunt aliis causas sanguinis, monentque ut ministri vigilent contra malefactores, eosque juxta leges puniant. Judices Ecclesiastici degradatos tradentes brachio sæculari, supplicantes ut benignè eosdem tractent, non fiunt irregulares; nec Clerici consulti à judice, si respondeant, tale delictum juxta leges plectendum esse pœna mortis. Idem dicendum de Confessariis, qui possunt negare absolutionem judici nolenti juxta leges punire malefactores.

XXX. Qui pugnant in bello justo ex auctoritate publica contra hostes, si propriis manibus occidant, vel mutilent, irregulares fiunt. Cæteri verò milites in tali bello justo adstantes pugnæ, qui propriis manibus neminem occidunt, aut mutilant, non fiunt irregulares, ut communiter fatentur omnes. Si bellum sit injustum, & aliquis occidatur, vel mutiletur, omnes fiunt irregu-

justam. Militem se defendentem in bello justo cum moderamine inculpatæ tutelæ non fieri irregularem docent plures, quia hæc defensio est illi justa. Medici, & chirurgi, qui juxta propriæ artis regulas truncant membrum, non fiunt irregulares. Clerici, & Monachi exercentes artem medicam, & chirurgiam fiunt irregulares ex defectu lenitatis, si truncent aliquod membrum, quia prohibitæ sunt illis ejusmodi artes cum incisione, & adustione. Possunt tamen aperire venam ad minuendum sanguinem, quin fiant irregulares. Ecclesia merito removet à sacris ordinibus homines ob defectum lenitatis, quia mansuetudo, & lenitas est prærogativa, & caracter Sacerdotii Christi, qui tamquam agnus mansuetus venit in mundum à Patre missus. Episcopi nequeunt dispensare ab irregularitate ex defectu lenitatis, etiamsi occulta sit, ut probabilior sententia defendit. Qui plura cupit, legat Canonistas, & Moralistas, qui spissa, & magna volumina hoc de argumento conflarunt.

MONITUM.

Repeto quod aliàs innui, nempè omnes optare, ut excommunicationum, & censurarum multitudinem ad maturum examen Superiores revocarent, & in eum parvum numerum illas restringerent quem illorum sapientia magis consentaneum judicaret. Illud omnibus sapientibus certum est, præceptorum multitudinem haud fore idoneam ad hominum malitiam coercendam. Animadvertit S. Augustinus *epist.* 118. ad Januarium: *Dominum nostrum Jesum Christum, sicut ipse in Evangelio loquitur, levi jugo nos subdidisse, & sarcina levi. Unde sacramentis numero paucissimis, significatione præstantissimis societatem novi populi colligavit.* Fusius *epist.* 119. ad eumdem Januarium Ecclesię præcepta relecanda suggerit his verbis. *Sine ulla dubitatione resecanda existimo. Quamvis enim neque hoc invenire posset, quomodò contra fidem sint; ipsam tamen Religionem, quam paucissimis, & manifestissimis celebrationum sacramentis misericordia Dei esse liberam voluit, servilibus oneribus premunt, ut tolerabilior sit conditio fidelium, qui etiam si tempus libertatis non agnoverint, legalibus tamen sarciuis, non humanis præsumptionibus subjiciuntur. Sed Ecclesia Dei inter multam paleam, multaque zizania constituta, multa tolerat; sed tamen quę sunt contra fidem, vel bonam vitam, non approbat, nec tacet, nec fovet.*

DISSERTATIO V.

De Statu Religioso.

PRÆLOQUIUM.

QUatuor hoc de argumento volumina edidi, quorum primum scribitur *Commentarius Historico-Apologeticus*, &c. alterum *Disciplina Apostolico-Monastica*. Adversus hanc *Disciplinam Apostolico-Monasticam* duo prodiere volumina; unum inscriptum *Vindiciæ Regularium*; alterum hac epigraphe insignitum, *Vita Claustralis*. Hos duos libellos revera famosos plenos erroneis commentis, fabellis, & dicteriis contrivi, & penitus labefactavi opere inscripto, *Defensio decretorum Concilii Tridentini*, in duo volumina distributo, atque JUSSU Sapientissimi Pontificis BENEDICTI XIV. edito. Ex his pauca decerpam.

CAPUT I.

Status religiosi notio, & ejusdem obligatio aspirandi ad perfectionem evangelicam.

I. QUÆST. I. *Quid sit status religiosus?* RESP. Est via facilius perveniendi ad perfectionem evangelicam. A virtute Religionis, quæ inter morales eminet, nomen suum sortitur sacer hic status; idcirco religiosus appellatur. Stabilitatem, & immobilitatem secum adfert. Ut sit talis, requirit approbationem ab Ecclesia factam, ut habetur ex Concilio Lateranensi IV. cap. *Nimia*. Necessaria est quoquè professio trium votorum juxta aliquam ex regulis approbatis à Sede Apostolica. Hinc singuli Ordines suam propriam regulam habent, & constitutiones, ad quarum normam statum religiosum profitentur.

II. QUÆST. II. *Utrum religiosi teneantur sub gravi præcepto tendere ad perfectionem?* RESP. Quæstio hæc, perspicua indiget explicatione. Omnes Christiani, sive laici, sive ecclesiastici, sive sæculares, sive claustrales præcepto ligantur aspirandi ad perfectionem. Fortasse impertitis veritas hæc impervia erit. Sciant ergo oportet, perfectionem hanc, de qua nunc nobis sermo est, in charitate sitam esse, ut Evangelium, & omnes Patres docent. Hinc S. Thomas 2. 2. q. 186. *art.* 2. describit statum religiosum, quod sit *disciplina quędam, seu exercitium perveniendi ad perfectionem*. Ut enim Religiosi facilius, & expeditius hanc metam attingerent, tria consilia evangelica, ad quæ revocantur cætera, vovent. Hæc tria vota sunt instrumenta, & veluti currus rotæ, quæ viam sternunt ad hoc pallium assequendum. Omnia præcepta evangelica sunt media necessaria, consilia sunt instrumenta libera ordinata ad præceptum charitatis. Hoc præceptum est finis, & meta omnium præceptorum, & consiliorum. Neque in consiliis igitur, neque in cæteris mandatis, sed in sola charitate sita est perfectio evangelica, ad quam sub præcepo aspirare omnes tum Christiani, tum viri religiosi astringuntur. Cum Christus dixit: *Estote ergo vos perfecti, sicut, & Pater vester cœlestis perfectus est*: Matth. 5. non Monachis, non Claustralibus hoc intonuit, sed omne prorsus genus humanum alloquutus est, cum tunc nec Monachi, nec Claustrales essent.

III. Crasso ergo obvolvuntur errore Christiani qui existimantes hanc perfectionem evangelicam, quid supererogationis esse, & consilii, vitrisque dumtaxat religiosis competere, nihil conantur ad eam consequendam. Charitas hæc separat animam ab amore mundi, & eorum quæ in

XXII. Infamia quę oritur ex delicto personali, aufertur per emendationem, quæ sit ita notoria, ac factum quod infamiam peperit. Juris verò infamia non tollitur per emendationem, sed per dispensationem. Summus Pontifex ob justam causam dispensare ab hac irregularitate potest. Infamia verò quæ per judicis decretum inducta fuit, per ejusdem, aut Superioris dispensationem auferri potest. Prælatos verò regulares ab hac irregularitate sive ante, sive post Religionis ingressum dispensare posse, communiter Auctores docent.

XXIII. QUÆST. VIII. *Quinam sunt irregularitates ex defectu animæ?* RESP. Tres, nempè defectus *rationis, scientiæ*, & *fidei*. Pueri ante usum rationis, amentes, furiosi, energumeni, lunatici, epileptici, qui morbo comitiali, seu caduco inopinato corripiuntur, à sacris Ordinibus excluduntur. Scientiæ defectus est impedimentum sacrorum ordinum suscipiendorum, à quo nec Summus Pontifex dispensare valet. Sola industria, & studio auferri potest. Irregulares defectu fidei sunt filii hæreticorum, quorum parentes sunt irregulares ex delicto.

XXIV. QUÆST. IX. *Quinam sunt corporis defectus irregularitatem parientes?* RESP. Illi quibus deest brachium, manus, & Presbyter cui desunt duo digiti cum medietate palmæ, si digiti sint pollex, & index, item qui oculi sinistri lumine, qui auditu omni carent, irregulares reputantur. Si tamen privatio auditus superveniat, non reputatur impedimentum. Si lumen oculi dextri supplere defectum oculi sinistri valet, non reputatur impedimentum. Defectus qui patiunt notabilem deformitatem, inducunt irregularitatem, ut privatio oculi, nasus, pedis, vel habentes oculos nimis deformes, laborantes nimia corporis debilitate, gibba, lepra, morbo gallico, irregulares habentur. Sed hæc omnia judicio Episcopi permittuntur. Eunuchi, & hermaphroditi etiam occulti irregulares sunt. Illegitimi omnes, sive nothi, sive spurii, sive incestuosi, sive sacrilegi, sunt irregulares. Nati tamen ex matrimonio bona fide in faciem Ecclesiæ contracto, sed ob aliquod impedimentum occultum irrito, non habentur irregulares, ut colligitur ex *cap. Cum inter*, &c. Secus dicendum, si mala fide contractum matrimonium esset.

XXV. Hæc irregularitas cessat 1. per subsequens matrimonium; 2. per legitimationem absolutam; 3. per dispensationem quam solus Summus Pontifex impertiri potest.

XXVI. QUÆST. X. *Quinam dicuntur irregulares ex defectu libertatis, ætatis, & obligationis?* RESPOND. Mancipia, seu servi sunt irregulares usquedum in statu servitutis degunt. Si servus, sciente domino, & non contradicente suscipiat ordines, aut ipsam primam tonsuram, liber evadit; si verò contradicente domino, aut nesciente id faciat, peccat mortaliter, & manet servus. Si Episcopus conscius servitutis conferat ordines majores, satisfacere domino tenetur. De defectu ætatis dictum est supra. Defectus obligationis est quum quis tenetur ad ratiocinia reddenda, vel implicitus invenitur ex officio negotiis sæcularibus, ut curiales, milites, &c. donec se tali obligatione liberent.

XXVII. QUÆST. XI. *Quid sit irregularitas ex defectu sacramenti?* RESP. Est illa quę oritur ex bigamia, seu ex matrimonio pluries contracto. Triplex distinguitur bigamia: vera, interpretativa, similitudinaria. Vera tunc est quando quis plures uxores successivè legitimas habuit. Altera bigamiæ species vocatur interpretativa, quæ licèt vera non sit, ex juris fictione talis nuncupatur, & quatuor modis contrahitur. 1. Quandò quis duo matrimonia contrahit, alterum validum, alterum irritum; 2. quandò quis contrahit duo matrimonia reipsa irrita; 3. quandò quis viduam, aut corruptam ab altero duxit; 4. quandò quis virginem duxit, quę post nuptias adulteravit, & nihilominus post adulterium eam cognovit. Qui corruptam duxit putans bona fide esse virginem, juxta probabiliorem opinionem fit irregularis. Tertia bigamiæ species dicitur similitudinaria, quam quis contrahit dum post solemnem professionem, vel post susceptum sacrum Ordinem, matrimonium contrahit sive cum virgine, sive cum corrupta.

XXVIII. Bigamia dicitur defectus sacramenti, quia non repræsentat unionem Christi cum Ecclesia. Bigami irregulares reputantur tum propter incontinentiam, tum propter divisionem affectus, quem ab uxore defuncta in alteram transferunt, tum propter defectum sacramenti. Ab hoc impedimento dispensare Summus Pontifex valet, secus Episcopi.

XXIX. QUÆST. XII. *Quomodò contrahitur irregularitas ex defectu lenitatis?* RESP. Homo baptizatus, secùs infidelis, fit irregularis, si voluntariè, & proximè concurrit ad mortem proximi, aut mutilationem ex defectu lenitatis. Hinc irregulares sunt judices ferentes sententiam assessores judicum, promotores fiscales, procuratores, satellites, comprehensores, accusatores, advocati, denuntiatores, testes necessarii, & voluntarii, quandò vi talium actionum reus occidetur; secus qui testantur in favorem rei. Domini temporales Ecclesiastici non sunt irregulares, dum habentes jurisdictionem committunt aliis causas sanguinis, monentque ut ministri vigilent contra malefactores, eosque juxta leges puniant. Judices Ecclesiastici degradatos tradentes brachio sæculari, supplicantes ut benignè eosdem tractent, non fiunt irregulares; nec Clerici consulti à judice, si respondeant, tale delictum juxta leges plectendum esse pœna mortis. Idem dicendum de Confessariis, qui possunt negare absolutionem judici nolenti juxta leges punire malefactores.

XXX. Qui pugnant in bello justo ex auctoritate publica contra hostes, si propriis manibus occidant, vel mutilent, irregulares fiunt. Cæteri verò milites in tali bello justo adstantes pugnæ, qui propriis manibus neminem occidunt, aut mutilant, non fiunt irregulares, ut communiter fatentur omnes. Si bellum sit injustum, & aliquis occidatur, vel mutiletur, omnes fiunt irregu-

justam. Militem se defendentem in bello justo cum moderamine inculpatæ tutelæ non fieri irregularem docent plures, quia hæc defensio est illi justa. Medici, & chirurgi, qui juxta propriæ artis regulas truncant membrum, non fiunt irregulares. Clerici, & Monachi exercentes artem medicam, & chirurgiam fiunt irregulares ex defectu lenitatis, si truncent aliquod membrum, quia prohibitæ sunt illis ejusmodi artes cum incisione, & adustione. Possunt tamen aperire venam ad minuendum sanguinem, quin fiant irregulares. Ecclesia merito removet à sacris ordinibus homines ob defectum lenitatis, quia mansuetudo, & lenitas est prærogativa, & caracter Sacerdotii Christi, qui tamquam agnus mansuetus venit in mundum à Patre missus. Episcopi nequeunt dispensare ab irregularitate ex defectu lenitatis, etiamsi occulta sit, ut probabilior sententia defendit. Qui plura cupit, legat Canonistas, & Moralistas, qui spissa, & magna volumina hoc de argumento conflarunt.

MONITUM.

Repeto quod aliàs innui, nempè omnes optare, ut excommunicationum, & censurarum multitudinem ad maturum examen Superiores revocarent, & in eum parvum numerum illas restringerent quem illorum sapientia magis consentaneum judicaret. Illud omnibus sapientibus certum est, præceptorum multitudinem haud fore idoneam ad hominum malitiam coercendam. Animadvertit S. Augustinus *epist.* 118. ad Januarium: *Dominum nostrum Jesum Christum, sicut ipse in Evangelio loquitur, levi jugo nos subdidisse, & sarcina levi. Unde sacramentis numero paucissimis, significatione præstantissimis societatem novi populi colligavit.* Fusius *epist.* 119. ad eumdem Januarium Ecclesię præcepta relecanda suggerit his verbis. *Sine ulla dubitatione resecanda existimo. Quamvis enim neque hoc invenire posset, quomodò contra fidem sint; ipsam tamen Religionem, quam paucissimis, & manifestissimis celebrationum sacramentis misericordia Dei esse liberam voluit, servilibus oneribus premunt, ut tolerabilior sit conditio fidelium, qui etiam si tempus libertatis non agnoverint, legalibus tamen sarciuis, non humanis præsumptionibus subjiciuntur. Sed Ecclesia Dei inter multam paleam, multaque zizania constituta, multa tolerat; sed tamen quę sunt contra fidem, vel bonam vitam, non approbat, nec tacet, nec fovet.*

DISSERTATIO V.

De Statu Religioso.

PRÆLOQUIUM.

QUatuor hoc de argumento volumina edidi, quorum primum scribitur *Commentarius Historico-Apologeticus*, &c. alterum *Disciplina Apostolico-Monastica*. Adversus hanc *Disciplinam Apostolico-Monasticam* duo prodiere volumina; unum inscriptum *Vindiciæ Regularium*; alterum hac epigraphe insignitum, *Vita Claustralis*. Hos duos libellos revera famosos plenos erroneis commentis, fabellis, & dicteriis contrivi, & penitus labefactavi opere inscripto, *Defensio decretorum Concilii Tridentini*, in duo volumina distributo, atque JUSSU Sapientissimi Pontificis BENEDICTI XIV. edito. Ex his pauca decerpam.

CAPUT I.

Status religiosi notio, & ejusdem obligatio aspirandi ad perfectionem evangelicam.

I. QUÆST. I. *Quid sit status religiosus?* RESP. Est via facilius perveniendi ad perfectionem evangelicam. A virtute Religionis, quæ inter morales eminet, nomen suum sortitur sacer hic status; idcirco religiosus appellatur. Stabilitatem, & immobilitatem secum adfert. Ut sit talis, requirit approbationem ab Ecclesia factam, ut habetur ex Concilio Lateranensi IV. cap. *Nimia*. Necessaria est quoquè professio trium votorum juxta aliquam ex regulis approbatis à Sede Apostolica. Hinc singuli Ordines suam propriam regulam habent, & constitutiones, ad quarum normam statum religiosum profitentur.

II. QUÆST. II. *Utrum religiosi teneantur sub gravi præcepto tendere ad perfectionem?* RESP. Quæstio hæc, perspicua indiget explicatione. Omnes Christiani, sive laici, sive ecclesiastici, sive sæculares, sive claustrales præcepto ligantur aspirandi ad perfectionem. Fortasse impertitis veritas hæc impervia erit. Sciant ergo oportet, perfectionem hanc, de qua nunc nobis sermo est, in charitate sitam esse, ut Evangelium, & omnes Patres docent. Hinc S. Thomas 2. 2. q. 186. *art.* 2. describit statum religiosum, quod sit *disciplina quędam, seu exercitium perveniendi ad perfectionem*. Ut enim Religiosi facilius, & expeditius hanc metam attingerent, tria consilia evangelica, ad quæ revocantur cætera, vovent. Hæc tria vota sunt instrumenta, & veluti currus rotæ, quæ viam sternunt ad hoc pallium assequendum. Omnia præcepta evangelica sunt media necessaria, consilia sunt instrumenta libera ordinata ad præceptum charitatis. Hoc præceptum est finis, & meta omnium præceptorum, & consiliorum. Neque in consiliis igitur, neque in cæteris mandatis, sed in sola charitate sita est perfectio evangelica, ad quam sub præcepo aspirare omnes tum Christiani, tum viri religiosi astringuntur. Cum Christus dixit: *Estote ergo vos perfecti, sicut, & Pater vester cœlestis perfectus est*: Matth. 5. non Monachis, non Claustralibus hoc intonuit, sed omne prorsus genus humanum alloquutus est, cum tunc nec Monachi, nec Claustrales essent.

III. Crasso ergo obvolvuntur errore Christiani qui existimantes hanc perfectionem evangelicam, quid supererogationis esse, & consilii, vitrisque dumtaxat religiosis competere, nihil conantur ad eam consequendam. Charitas hæc separat animam ab amore mundi, & eorum quæ in

in mundo sunt, eamque conjungit Deo. Et quo magis anima separatur à concupiscentia carnis, à concupiscentia oculorum, à superbia vitæ, ut inquit S. Joan. *epist. 1. cap. 2.* eo intimius Deo copulatur. Ad hanc unionem cum Deo omnes Christiani ex præcepto astringuntur. Ergo omnes Christiani ad charitatis perfectionem tendere obligati sunt. Hoc dumtaxat discrimen est quod Christiani per solam præceptorum viam currere ad perfectionis metam tenentur. Viri autem religiosi ut eam ipsam metam facilius assequerentur, consilia amplexi sunt evangelica, & eadem tribus solemnibus votis servanda, sibi imposuere.

IV. Christiani igitur vigiles sint oportet in servandis præceptis, quæ orationis studium, sensuum custodiam, & carnis comptelsionem, equitatem, cordisque puritatem jubent: quia hæc, & cætera omnia mandata, ut dixi, sunt instrumenta necessaria perveniendi ad charitatis perfectionem, seu conjunctionem cum Deo. Et quoniam conjunctio hæc major atque intensior in uno, ac in altero est, ideo unus altero perfectior evadit.

V. Contra viri Religiosi præter hæc præcepta servare tenentur tria vota, & propriam regulam, & constitutiones, quas sancti Patriarchæ divino afflante Numine præscripsere tamquam media quæ adjuvant, & facilius conducunt ad præfixam metam.

VI. Undè, inquies, colligere possumus viros sive christianos, sive religiosos implere hoc præceptum aspirandi ad perfectionem? Christiani qui à vanis pompis, à luxu, à fastu, ab occasionibus violandi præcepta Decalogi vigilanter abstinent; qui in orationis studium incumbunt; qui justitiam, & equitatem servantes, cuique quæ sua sunt tribuunt; qui quę sibi fieri vellent, aliis faciunt; qui proprii status officia implent, hi signa perhibent se per viam evangelicę perfectionis ambulare.

VII. Si Christiani ipsi proprii status officia, & munia regendi familiam, educandi filios, providendi domesticis necessaria, & cætera omnia implere debent; quantò magis proprię Religionis munia, vota, ritus, statuta, legesque exequi tenentur viri religiosi? Unde vero colligi poterit viros religiosos perfectionis studio operam sincero animo impendere? Forsitan ex observantia silentii, ex orationis assiduitate, ex sensuum, carnis, & appetitionum compressione, ex votorum paupertatis, castitatis, & obedientię executione? Profectò hę omnia signa satis probabilia sunt, at interdum fallacia. Hæc enim omnia hypocrisis fructus esse valent. Ut ille viam sibi paret ad regimen, ad præfecturas, ut sibi existimationem viri religiosi, & proprii instituti observatoris comparet, exequi præfata omnia potest, & sub sacræ Religionis pallio diaboli martyr evadere. Quænam ergo animi aspirantis ad perfectionem christianam argumenta? Charitatis exercitia, amor erga omnes, patientia, & tolerantia injurlarum, animi candor, linguę sinceritas, mentis docilitas, mundanarum rerum contemptio, politicorum respectuum proculcatio, pectoris evangelici fortitudo, sermones Christi, carni, & sanguini hostiliter adversos, passim profitendi studium, propriæ existimationis mundanę neglectus. Hęc sunt indicia quæ animum in perfectionis christianę studio percurrentem indicant. Siquidem reperiri media sine fine queunt: at finis consistere sine mediis nequit. Possunt itaque cæremoniæ, & observationes votorum, constitutionum, aliorumque rituum extrinsecus apparere veste nuptiali destitutę, & hypocrisis larva tectę. At charitatis exercitia, quę sunt illorum finis, sine eisdem stare non queunt.

VIII. Hęinc colliges non satis proprio muneri satisfacere illos Regularium Superiores, qui in suis Capitulis continenter clamant adversus quasdam cęremoniarum transgressiones, & vix aliud inculcant suis subditis quam silentii custodiam, chori frequentiam, jejuniorum, & quarumdam genuflexionum observantiam. Laudo hęc omnia; sed illud doleo quod prętermittant hortari, persuadere, & urgere ad charitatis exercitia. Accensa enim flamma hac in Religiosorum animis, cætera omnia sponte fluunt. Charitas quippè planta est secundissima fructus pariens ad ęternitatem maturos. Charitas benigna est, patiens est, non æmulatur, non agit perperam, non inflatur, omnia sustinet, omnia suffert, non quærit quæ sua sunt, sed quæ Jesu Christi, non reformidat sæculi potentiam, non pertimescit adversariorum calumnias; sed impavido pectore verbo, & opere Christi legem, & proprię professionis munia exactè impler. Ignis iste cęlestis semper ardet ubi adest, & flammas continenter emittit. Si arderet in Superiorum cordibus, dubio procul favillas suas immitteret in subditorum animos. Illi ergo qui neglecta charitatis prędicatione, cęremoniarum tantùm observationem inculcant, ipsi se charitate impleant, ut hanc in alios transfundentes, optimos sibi subditos comparent.

IX. Charitas dulcissimo benevolentiæ fœdere animos conjungit, efficitque cor unum, & animam unam. In ea communitate in qua aversiones, dissidia, factiones contrarię fervent; in qua Superiores versutiam, vafritiem, cor duplex, linguam amphibologicam, prudentię larva induunt, candore, sinceritate, affabilitate pulsis, charitatis flamma certè non ardet; sed spiritus mendax, & mundanus, & scientia quam S. Jacobus diabolicam appellat, dominatur. Si Superiores verbis ludant, factis tergiversentur, negent, spondeant, illudant, vellificentur, adversentur, prout temporum rationes ferunt, inter subditos, & ipsos Superiores, deprehensa illorum vafritia, nulla sinceritas, nullus animi candor, charitas nulla viget. Sed contra murmura, dissidia, aversiones, & perpetua bella grassantur. Superiores qui aperto animo, sincero corde, ingenua lingua subditos colligunt, & amplectuntur, illos sibi devinciunt, obligantque illo ipso tempore quo favores denegant, dum impertiti salva lege nequeunt. Verùm in semitam à diverticulo alioquin opportuno revertamur.

X. Religiosi ergo illi qui neglecto orationis, mortificationis, pœnitentiæ, abstinentię, & propriæ regulæ, atque constitutionum exercitio, ea so-

lùm peragunt quæ prætermittere nequeunt, qui ludis, fabulationibus, otio, solatiis, diverticulis indulgent, qui sumpta cappa, aut pallio civitates circumeunt, curiosa sectantur; qui si mensa ad palatum non sit instructa, obmurmurant, superiorum exhortationes, & mandata deridunt, & super eisdem jocantur, fabulantur, controversantur, non evangelicæ perfectionis, sed æternæ damnationis viam percurrunt.

XI. Ut multa in pauca contraham, omnes Christiani sive laici, sive religiosi adspirare ad evangelicam perfectionem vi præcepti sub mortali astringentis tenentur, sed mediis variis, quæ omnia per unicam, & arctam viam ad eamdem metam ducunt. Christiani laici sola præceptorum observatione exacta; Religiosi ad præceptorum executionem addunt trium votorum, & propriarum constitutionum observantiam. Hæc vota, hę constitutiones, & regulæ non sunt, inquiunt Patres, sarcinæ, & pondera quæ opprimant; sed sunt alæ, quæ iter allevant, & sursum erigunt. Quamobrem status religiosus nuncupatur schola facilius perveniendi ad perfectionem charitatis, ad quam omnes Christiani tendere astricti sunt. Gravius utique Religiosi, & scelestius peccant hoc præceptum violantes, quam Christiani laici. Quoniam viri religiosi uberiori gratiarum, & donorum copia á Deo instructi, faciliùs, & commodiùs angustam calcare semitam evangelicam queunt. Idcircò isti sacrilegi, ingrati, atque nequissimi Dei servi habentur, cum tot talenta à Deo accepta prodigunt, & dilapidant. Quandoquidem á cutis sæculi, á mundi periculis, quibus miseri Christiani obnoxii sunt, segregati, nihil de victu, & vestitu cogitare coacti, unicè vacare Deo, & proprii instituti observantiæ facilimè queunt. Quare dupliciter vapulabunt, si nanciscì perfectionem evangelicam omittent, nedum contemnent.

XII. Disputare Theologi solent, num satis sit trium votorum observantia, neglectis aliis legibus quæ ad gravem culpam non obligant, & rursus controversantur, num continuata istarum legum transgressio inducat contemptum virtualem, & interpretativum. Verum paucis rem dirimo. Tria vota communia sunt omnibus sacris Ordinibus. Quilibet Ordo religiosus ab altero distinguitur suis peculiaribus statutis, regulis, & constitutionibus. Ergo præter tria vota omnibus communia necessaria est proprii instituti observantia, alioquin nullius determinati Ordinis esset Religiosus ille, quia tria dumtaxàt vota servaret. Necessaria itaque est propriæ regulę, & constitutionum observantia, ut quis dicatur studio vacare evangelicę perfectionis.

XIII. Num transgressio hujus, aut illius monasticæ constitutionis iter intercipit perfectionis christianæ? Distinguendus est animus constans, & firmus propriæ professionis implendæ, à transgressione hujus, aut illius legis ex animi subreptione, & imbecillitate proficiscente. Quotidiè labimur omnes. Qui ex infirmitate aliquam legem non obligantem ad culpam, saltem gravem, violant, cespitant, & aliquo modo claudicant in via; at continuo surgunt, animumque, & vires redintegrant, ut celeriùs currant: at quia debiles, & infirmi sumus, denuò claudicamus, ac simul denuò alas resumimus plus, & minus, prout magis, & minus charitatis ignis ardet in corde. Illi igitur qui ob communem infirmitatem aliquam constitutionem violant, non sunt extra perfectionis viam, dummodò animum firmum, & constantem servent propriæ professionis servandæ. Contra qui passim proprii instituti leges peculiares violant, nihil earumdem transgressiones curantes, & in eadem corruptela perseverantes, extra arctam semitam sunt, atque latam, & spatiosam perditionis viam percurrunt. Nequè illis quidquam suffragatur quod in Conventibus motentur ubi legum observantia, saltem majori ex parte, in desuetudinem abiit, quoniam nulla corruptela contra legem præscribit. Brevi, vota, & constitutiones reciproco nexu conjuncta sunt. Constitutiones sunt votorum præsidia; vota sunt propugnaculum charitatis. Charitas, vota, & constitutiones sibi mutuas manus porrigunt. Hoc nexu graviter læso, & disrupto, totum ædificium corruat necesse est. Qui deliberato animo proprias constitutiones indiscriminatim violant, mentiuntur, si jactant aut votorum observantiam, aut charitatis exercitium.

XIV. Tria vota necessaria sunt ad religiosum statum constituendum, & quidem solemni ritu emissa in faciem Ecclesię: status quippè iste firmitatem, & stabilitatem includit. Tria hæc vota paupertatis, castitatis, & obedientiæ bellum perpetuum denuntiant tribus mundi malis, quę S. Joannes *epist. 1. c. 2.* describit. *Omne quod est in mundo, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & superbia vitæ.* De his tribus votis mox sermo recurret. Interim si plura hac de re cupis, lege S. Thomam 2. 2. q. 186. *art. 6. & 8.*

CAPUT II.

De voto paupertatis.

I. PAupertatis votum est primum vitæ regularis fundamentum. Istius voti materia est abdicatio rerum temporalium manifestata à Christo Domino Matth. 19. *Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes, & da pauperibus.* Alia duo consilia virginitatis colendę, & voluntatis abnegandę, hominisque auctoritati subjiciendę, paucis expressit Magister divinus. Verùm methodum ipsam, qua Apostoli, primiquè Christiani executioni evangelicæ paupertatis consilium demandarunt, clarè, & distinctè *Actor. 2.* describit Evangelista Lucas. *Omnes etiam qui credebant, erant pariter, & habebant omnia communia. Possessiones, & substantias vendebant, & dividebant illa omnibus, prout cuique opus erat.* Fusiùs hanc paupertatis formam exprimit *cap. 4.* Sanctus Evangelista. *Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una, nec quisquam eorum quę possidebat, aliquid suum esse dicebat; sed erant illis omnia communia. . . . Nequè enim quisquam agens erat inter illos. Quotquot enim possessores agrorum, aut domorum erant, ven-*

vendentes afferebant pretia eorum quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apostolorum. Dividebatur autem singulis prout cuique opus erat.

II. Hæc est illa paupertas bonorum communione fulta, quam Christus in suo Apostolico Collegio præjecit ut fundamentum cœlestis perfectionis, quæ in charitate sita, amoris, & concordiæ vinculo invicem, & cum Deo conjungit. Bonorum enim proprietas cupiditatem accendit, & veluti civis seditiosus tumultus, jurgia, & dissidia excitat, corda, animosque sejungit, atque in contrarias abstrahit factiones. Communitas autem, cum omnem auferat proprietatem, radicem quoquè contentionum, rixarum, & dissidiorum revellit, & cœlestium bonorum communionem inducit. Connexa enim hæc duo sunt. 1. *Erat cor unum, & anima una.* 2. *Erant illis omnia communia.*

III. Paupertas generatim accepta plures excipit gradus: quorum alter dominium, & usum cujusque rei, ceu propriæ excludit; alter dominium, & usum proprium respuit, capacitatem tamen ad dominium retinet, tertius, qui nec dominium absolutè abdicat, nec incapax dominii evadit, sed tantum nulla re tamquam propria utitur; quartus nec dominii, nec usus privationem prodit, sed eam dumtaxàt bonorum mensuram admittit quæ ad vitæ sustentationem necessaria est, & cætera omnia rejicit. Ad hos quatuor gradus omnes alii reducuntur. Primum paupertatis gradum nunc vovent Regulares. Tertium nuncupant Scholares Societatis. Alios duos quisque vovere potest.

IV. Theologi plurimi hanc exhibent paupertatis monasticæ definitionem: *Votum paupertatis est voluntaria bonorum temporalium abdicatio, per quam vovens ipsorum proprietate privatur.* Alii presiùs ajunt: *Est abdicatio dominii.* Quæ finitiones ad Metaphysicæ amussim exactæ paupertatem generatim acceptam describunt, secus ut executioni demandandam. Duo in hoc voto isti distinguunt. Primum essentiale vocant in abdicatione dominii situm. Alterum accidentale appellant, quod usum bonorum spectat. Hinc inferunt connexionem voti paupertatis cum bonorum communitate accidentalem esse, quod de paupertate generatim accepta verum habet: num id ad paupertatem monasticam explicandam sufficiat, mox dicam.

CAPUT III.

Regulares voventes paupertatem evangelicam vovent ipsam bonorum communitatem.

I. THeologi, & Canonistæ omnes docent, Regulares vi præcepti ecclesiastici graviter obligantis, bonorum communitati astrictos esse, pullis peculiis. Quod autem hoc præceptum communitatis ipsam voti essentiam ingrediatur, vel extrà divagetur, ad id quod caput disputationis est, perindè res se habet. Nam sive Regulares violent directè votum, dum peculium necessitate sublata retinent, sive præceptum; mortale sacrilegium perpetrant. Quarè etiamsi falsum esset quod dicturus sum, non propterea aliquid emolumenti indè perciperent Regulares, cum juxta omnes, & Theologos, & Canonistas præcepto gravissimo ecclesiastico observantiæ communis vitæ astricti sint.

II. Et ut id quod dicturus sum, evidentiùs pateat, ob oculos habeamus necessum est paupertatis votum generatim acceptum, & ab omni circumstantia præcisum, plures excipere gradus, quorum capite superiore mentio facta est: nec unum præ alio in hac acceptione prodere, nec communitatem includere, aut rejicere. Alterum non minus manifestum est, quodlibet nempè votum solemne materiam certam, & præfinitam sibi vindicare. Quibus constitutis evinco quod proposui.

III. Regulares omnes paupertatem Deo vovent, non incertam, non ad cujusdam metaphysicæ definitionis amussim exactam, quam aliqui sibi effinxere; sed eam paupertatem vovent quę in eorum regulis determinata est. Hæc prima propositio ineluctabilis est. Paupertas enim latitudinem, & gradus plurimos admittit, ut omnes fatentur, & reipsa constat: ergo voventis intentione determinari debet. Hæc autem determinatio fieri à singulis Regularibus nequit, alioquin tot essent paupertatum genera, quot sunt voventes, & omnia confusa, & perturbata essent. Quamobrem omnes sacri Ordines suas regulas habent, in quibus definita est paupertas, quam omnes ejusdem Ordinis profiteri debent. Atqui omnes Regulæ SS. Basilii, Augustini, Benedicti, Francisci, & omnium SS. Patriarcharum pro materia voti paupertatis determinant vitam communem. Ergo Regulares voventes paupertatem vovent communem vitam. Nisi propositio secunda vera sit, spontè cadere causam velim. Possem huc transcribere omnium Regularum textus, quos brevitatis studio prætereo. Satis sit in transcursu indicare in omnibus præfatis regulis similia haberi: *Sint vobis omnia communia, ut legitis in Actibus Apostolorum.*

IV. Verùm quamvis hęc argumentatio falsa esset, non propterea, ut dixi, licitum peculium foret Regularibus, cum juxta omnes tum Theologos, tum Canonistas gravissimo præcepto ecclesiastico vitam communem servare teneantur cujusque privati peculii expertem. Hinc Religiosus omnia sua tum præsentia, tum futura sub Religionis dominio ponit, ea conditione, & pacto ut Religio de iis bonis in communem omnium Religiosorum usum disponere, ut sibi expediens visum fuerit, queat: & Religio vicissim eodem vinculo se obstringit victum, & vestitum, & omnia necessaria Religioso præstandi. Porrò sicut in quolibet contractu una deficiente parte in suo explendo munere, deficiat quoquè altera necesse est; ita similiter si Religio in congrua victus, & vestitus provisione desit officio suo, continuo in Religioso professo jus oritur naturæ, quemlibet antecedens contractum, victum, & vestitum illum quem Religio tribuere deberet, comparandi. Hoc est totum quod in favorem Religiosorum, & peculii privati dici potest. Cæterùm tam Religio, seu Superiores Religionum, quam Religiosi gravissimo precepto obstringuntur redintegrare contractum, si fractum sit, vel observare, si consistat, ut infrà dicturus sum.

CAPUT IV.

Decreta Concilii Tridentini, & constitutiones Summorum Pontificum urgent Regulares ad exactam vitam communem, vulgò privatis peculiis.

I. PRætermissis antecedentium Conciliorum, & Pontificum decretis, quæ vitam communem Regularibus præcipiunt, referibam dumtaxàt ea quę Tridentinum præcipit *sess.* 25. *c.* 1. " Quoniam non ignorat Sancta Synodus, „ quantùm ex Monasteriis piè institutis, & rectè „ administratis, in Ecclesia Dei splendoris, at„ que utilitatis oriatur, necessarium esse cen„ suit, quo facilius ac maturius, ubi collapsa „ est vetus, & regularis disciplina instaure„ tur, & constantius, ubi conservata est, per„ severet, PRÆCIPERE, prout hoc decreto „ PRÆCIPIT, ut omnes Regulares, tam viri „ quam mulieres, ad *Regulæ*, quam professi „ sunt, præscriptum, vitam instituant, & com„ ponant: *atque in primis, quæ ad suæ professio„ nis perfectionem, ut obedientiæ, paupertatis, & „ castitatis, ac si quæ alia sunt alicujus Regulæ, & Ordinis peculiaria vota*, & PRÆCEPTA *ab eorum respective essentiam*, NEC NON AD „ COMMUNEM VITAM, *victum, & vestitum „ conservanda pertinentia, fideliter observent*: om„ nisque cura, & diligentia à Superioribus ad„ hibeatur tam in Capitulis generalibus, & pro„ vincialibus, quam in eorum visitationibus, „ quæ suis temporibus facere non prætermittat, „ ut ab illis non recedatur, cum compertum „ sit, ab eis non posse ea *quæ ad substantiam re„ gularis vitæ pertinent, relaxari.* Si enim illa quæ „ bases sunt, & fundamenta totius regularis dis„ ciplinæ, exactè non fuerint observata, to„ tum corruat ędificium necesse est.

II. Rursus idem Concilium *cap.* 2. addit: „ *Nemini igitur Regularium* tàm virorum, quàm „ mulierum *liceat bona immobilia, vel mobilia*, cu„ juscumque qualitatis fuerint, etiam quovis mo„ do ab eis acquisita, tamquam propria, AUT „ ETIAM NOMINE CONVENTUS *possidere*, „ *vel* TENERE; sed statim ea Superiori tradan„ tur, conventuique INCORPORENTUR. NEC „ DEINCEPS LICEAT Superioribus bona sta„ bilia alicui Regulari concedere, etiam ad usum„ fructum, vel USUM, ADMINISTRATIO„ NEM, aut commendam. Administratio autem „ bonorum Monasteriorum, seu Conventuum *ad „ solos officiales* eorumdem, ad nutum Superio„ rum amobiles, pertineat. Mobilium verò usum „ ita Superiores permittant, ut eorum supellex sta„ tui paupertatis, quam professi sunt, conveniat: „ nihilque superfluì in ea sit: nihil etiam quod sit „ necessarium, eis denegetur. Quod si quis aliter „ quidquam tenere deprehensus, aut convictus „ fuerit, is biennio activa, & passiva voce priva„ tus sit, atque etiam juxta suę regulæ, & ordi„ nis constitutiones puniatur.

III. Clemens VIII. confirmavit Tridentini decreta constitutione data anno 1599. in qua hęc præscribuntur. " I. Quo *Tridentini* Con„ cilii decreta de *paupertatis voto* custodiendo fi„ dèlius observentur; præcipitur, ut nullus ex fra„ tribus, etiamsi Superior sit, bona *immobilia*, vel „ *mobilia*, aut *pecuniam*, *proventus*, *census*, *alie„ narinat*, sivè ex concionibus, sivè ex lectio„ nibus, aut pro Missis tam in propria Ecclesia, „ quàm ubicumque celebrandis, aliovè ipiorum „ justo labore, & causa, & quocumque nomine „ acquisita, etiamsi subsidia consanguineorum, „ aut piorum largitiones, legata, aut donationes „ fuerint, tamquam propria, aut *etiam nomine „ Conventus*, possidere possit; sed ea statim su„ periori tradantur, & incorporentur: atque cum „ cęteris illis bonis, reditibus, pecuniis, ac pro„ ventibus confundantur, *quo communis* indè vic„ tus, & vestitus omnibus suppeditari possit. II. „ *Neque superioribus*, quicumque illi sint, ullo „ pacto liceat eisdem Fratribus, aut eorum ali„ cui bona stabilia *etiam ad usumfructum*, vel „ USUM, *administrationem, aut commendam* etiam „ DEPOSITI, aut CUSTODIÆ nomine conce„ dere. III. Eorum verò quę ad necessitatem con„ cessa erunt, nullus quicquam possideat ut pro„ prium, neque ut proprio utatur. IV. Qui in „ præmissorum aliquo deliquerit, præter ea nedum „ à Concilio Tridentino præscriptas, sed alias „ quoque multo graviores superiorum arbitrio im„ ponendas incurrat. V. *NULLA quorumcumque Su„ periorum DISPENSATIO, NULLA LICENTIA „ quantum ad bona immobilia, vel mobilia excusare „ possit*, quominus culpæ, & pœnæ ab ejusdem „ Concilii decretis impositæ, & ipso facto incur„ rendæ obnoxii sint, ETIAMSI SUPERIORES „ ASSEVERENT, HUJUSMODI DISPENSA„ TIONES, aut LICENTIAS CONCEDERE „ POSSE: QUIBUS EA IN RE FIDEM MINI„ ME ADHIBERI VOLUMUS. VI. Fratrum ves„ titus, & supellex cellarum ex communi pecu„ nia comparetur, & omnino uniformis sit fra„ trum, & quorumcumque Superiorum, statui„ que paupertatis quam professi sunt conveniat. „ Nihil etiam quod alicui sit necessarium, dene„ getur. VII. Quæcumque fratrum vestes, sivè „ lanæ, sivè lineę, omnisque alia supellex in ali„ quem commodum Conventus locum deferan„ tur: ibique ab uno, vel duobus fratribus huic „ muneri deputatis diligenter custodiantur, ut in„ dè Superioris arbitrio, prout cuique opus fue„ rit, subministrari opportunè possint. VIII. On„ nes etiam Superiores, quicumque illi sint, eo„ dem pane, eodem vino, eodemque obsonio, „ sivè (ut ajunt) pictantia in communi mensa pe„ ma vel secunda, nisi infirmitatis causa impediti „ fuerint, vescantur: neque singulare aliquid, „ quo privatim quisque ia cibum utatur, ullo mo„ do offerri possit. Si quis in ea re peccaverit, „ nihil ea die alimenti percipiat, nisi panem, &

„ aquam. IX. Superiores omnes etiam Generales „ vel qui reditus, aut præstationes particulares ra„ tione officiorum habent, eorum accepta, & ex„ pensa in libro distincto fideliter, & diligenter „ adnotari curent; neque in alios usus, quam ra„ tione officii sui necessarios, quicquam expen„ dant. Cum verò contingerit ipsos in aliquo Con„ ventu commorari, eam pecuniæ quantitatem „ in commune conferant ex qua sibi, & iis qui „ cum ipsis erunt, victus ad præscriptum regulæ, „ &constitutionum suppediteur. X Nullus ex Su„ perioribus locorum administrationem bonorum, „ aut aliarum rerum, dispensationemque pecu„ niarum, & reddituum sui Conventus per seip„ sum habere, sive exercere possit; sed univer„ sum id onus tribus fratribus ejusdem Conven„ tus à Generali ita demandetur, ut unus rerum, & „ bonorum, reditumque colligendorum, ac „ exigendorum curam habeat; alter tamquam de„ positarius pecunias, ac cætera ab illo collecta, „ exactè, & fideliter asservet; alius de pecuniis, „ & rebus à depositario acceptis priori, & Fratri„ bus, ac Conventui universo de necessariis, man„ dante tam ipso Priore, non secundum proprium „ affectum, sed juxta charitatis regulam, veluti „ bonus dispensator, provideat, officiorum hu„ jusmodi confusione penitus interdicta. XI. Cæ„ terum hi tres tàm impensi, quam accepti, sin„ gulis mensibus Superiori locali, adhibitis etiam „ duobus vel tribus Fratribus ejusdem Conven„ tus probationibus, rerumque usu peritis, ra„ tionem reddant. Deindè ipsemet rursus præ„ sentibus Priore, & peritis prædictis Generali „ cum advenerit. Denique ipse Generalis in quo„ libet proximo Capitulo generali, saltem coram „ tribus Judicibus ab ipso Capitulo ad hoc consti„ tutis, illorum omnium, universamque suæ „ administrationis tam publicæ, quam privatæ, „ rationem reddere teneatur: cujus etiam exem„ plum authenticum ex actis Capituli describatur, „ ad hoc ut ad omne mandatum nostrum, vel Se„ dis Apostolicæ transmitti possit. XII. In uno„ quoque Conventu, Fratum is tantùm dein„ ceps constituatur, & in posterum retineatur nu„ merus qui vel ex redditibus illius propriis, vel „ ex communibus consuetis, vel etiam singulorum „ eleemosynis, aliisque quibuscumque obventio„ nibus in commune, ut præfertur, conferendis „ commodè possit sustentari. Reditus verò, & „ supradicta omnia in communi loco, ac tuto di„ ligenter asserventur. XIII. Superioribus autem, „ ne Concilii Tridentini, aut hac nostra decreta de„ clarare, interpretari, aut relaxare ullo modo pos„ sint, omninò interdicimus, & prohibemus, decer„ nentes irritum, &c. Si quis autem contra præ„ sumpserit attentare, is eo ipso omni gradu, offi„ cioque privatus, & ad ea perpetuo inhabilis „ existat.

IV. Urbanus VIII. confirmavit præfatam Clementis VIII. constitutionem, ut habetur in Bullario Romano *tom.* 4. *pag.* 63. Et Paulus V. Gregorius XV. Alexander VII. & Innocentius X. confirmarunt Clementis, & Urbani constitutiones. Iſtorum Pontificum testimonia prætereo ne sim longus.

V. Tandem Innocentius XII. & Tridentini decreta, & antecessorum Pontificum constitutiones confirmavit, atque adversus falsa, & erronea commenta roboravit, omnemque tergiversandi, & cavillandi radicem averruncavit. Decreta hæc habentur in Bullario ejusdem Pontificis *pag.* 267. & seqq. Initium decretorum hoc est. *Sanctissimus, &c. Ut regularis disciplina ad Religiosorum salutem, & totius christiani populi ædificationem, utilitatemque sancta tecta custodiatur, ac vigeat, ac ſicubi collapsa est, adjuvante Domino, reparetur; constituit, & declaravit, se licentiam recipiendi Novitios in singulis approbatis Ordinibus benignè concessurum; dummodò tamen, quæ pro regulari vita rectè instituenda, tam à Sacrosancta TRIDENTINA SYNODO, quàm à Prædecessoribus nostris Romanis Pontificibus, præcipuè verò fel. record. CLEMENTE VIII. in decretis generalibus pro Regularium reformatione, nec non INNOCENTIO X. & ALEXANDRO VII. pro Novitiorum receptione, & professorum educatione salubriter constituta sunt; quibus omnibus firmiter inhæret Sanctitas sua, eaque quatenus opus sit CONFIRMAT, & renovat (salvis tamen in hac parte singulorum Ordinum statutis, seu aliis ordinationibus ab Apostolica Sede in FORMA SPECIFICA, post eadem decreta feritàn approbatis, aut editis) exactè, & inviolatè serventur.*

VI. Omissa fuerat in Disciplina Apostolico-monastica illa periocha (*salvis tamen in hac parte*, &c.) utpotè non necessaria, tum quod non exactam communitatem spectat, tum quod de approbatione *in forma expecifica*, sermo est, qua approbatione compertum est, nullas Regularium constitutiones peculium permittentes post Clementem VIII. fuisse confirmatas. Hoc jam jam clarius patebit. Quæ sequuntur igitur causam dirimunt.

VII. *Quocirca sacra Congregatio ab eodem sanctissimo Domino nostro super disciplina regulari specialiter deputata . . . . de mandato Sanctitatis suæ præsentis decreti tenore denuntiat omnium, & singulorum Ordinum Regularium . . . . Superioribus, tàm Generalibus, quam Provincialibus quocumque nomine nuncupentur, cæterisque ad quos spectat, ut in unaquaque Provincia, per Italiam, & insulas adjacentes, quam primum deputent aliquos Conventus, quos magis aptos censuerint, vel unum saltem, ibique sufficientiæ apostolica statuant omnimodam observantiam Regulæ, & constitutionum cujuscumque Ordinis, & decretorum apostolicorum, præcipuè verò EXACTÆ VITÆ COMMUNIS. Postquam verò regularem observantiam, & signanter quoad EXACTAM VITAM COMMUNEM, CUM EFFECTU stabilitam fuisse, tam ex eorumdem superiorum Generalium, seu Provincialium relatione, quam Prepositi, & fratrum in prefatis Conventibus degentium, JURE JURANDO FIRMATO TESTIMONIO . . . eidem sacræ Congregationi sufficienter constiterit, tunc Sanctitas sua antedictam licentiam quam hactenus distulit, Novitios ibidem recipiendi benigne concedet . . .*

Porrò ne regularis disciplina, dum in Conventibus jam erectis statuitur, relaxetur in erigendis, & quod una ex parte constituitur, simul ex altera destruatur; sacra Congregatio, Sanctitate sua similiter approbante sta-

statuit, atque decrevit, nulla imposterum Monasteria, Collegia, Domos, Conventus, aut alia Religiosorum loca fundari, erigi, aut quovis modo instituì debere, nisi sub EXPRESSA OBLIGATIONE EXACTÆ VITÆ COMMUNIS ab omnibus Religiosis ibi commorantibus perpetuò, & inviolatè servandæ, ac præterea nullas deinceps admittendas hujusmodi fundationes, nisi præter alia ad id requisita, prius legitimè constiterit, adesse annuos redditus, vel certam eleemosynarum spem, quibus duodecim saltem Religiosi in EXACTA VITA COMMUNI commodè valeant sustentari.

VIII. Perpendat nunc, quæ sequuntur, qui contra me scribens, ait, *caute, & de industria* prætertiisse supra indicatam periocham: *salvis tamen*, &c. perpendat, inquam, quæ sequuntur in decreto Innocentiano.

IX. *Non obstantibus circa premissa OMNIA & SINGULA constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, nec non quorumcumque Ordinum STATUTIS, consuetudinibus, privilegiis, cæterisque contrariis quibuscumque.*

Ad extremum eadem sacra Congregatio Regulares omnes, cujuscumque Ordinis, & Instituti sint, SANCTITATIS suæ verbis seriò admonet, & in Domino obtestatur, ut omni mora postposita, sicut filios obedientiæ decet, ad Regulæ, quam amplexi sunt, præscriptum, vitam instituant, & componant, decretisque apostolicis pro ÆTERNA illorum SALUTE editis, sincere fideliterque pareant. Nec ab eorum obedientia inanibus interpretationibus, & fallaciis, aut RELAXATIONUM PRÆTEXTIBUS AD EXCUSANDAS EXCUSATIONES IN PECCATIS adduci se sinant. Sed professionis suæ memores, qua se totos Dei obsequio manciparunt, susceptæ christianæ perfectionis iter, ardum quidem, sed divinæ charitatis dulcedine asperſum, objectis terrenarum rerum curis alacriter prosequantur.

X. Tandem ne prætextu silentii, & tolerantiæ Sedis Apostolicæ quispiam honestare contrariam corruptelam posset, sequens edidit idem summus Pontifex Innocentius XII. decretum insertum citato Bullario *pag.* 309. cujus initium est, *Debitum pastoralis officii*, in quo hæc inter alia habentur.

XI. *Sicut non sine gravi animi nostri molestia accepimus, tametsi decretorum hujusmodi observantia in plerisque Religiosorum virorum Monasteriis, seu Conventibus prospere, ac feliciter introducta fuerit, atque exindè inibi uberior in dies electi sanctorum operum fructus messis benedicente Domino exurgat; non eosdem tamen alibi cœlestis idem semen afferat fructus, neque enim cessavit, nec adhuc cessat humani generis hostis in agro Dominici superseminare zizania, quæ Patrisfamilias fomentem suffocant: hinc est quod Noi prophetici illius moniti monemur: Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam: ut constanti, enixaque voluntas nostra inceptum opus hujusmodi peculiari studio, summaque animi contentione prosequendi magis ac magis innotescat, omnisque TRANSGRESSORIBUS VANO, FALSOQUE SILENTII NOSTRI PRÆTEXTU sese excusandi occasio penitus præcidatur, motu proprio prædictam Congregationem Cardinalium, & Prælatorum super disciplina regulari, tenore præsentium perpetuò approbamus, &c. . . . Ipsius autem Congregationis à nobis sic confirmatæ facultates istæ esse debeant . . . . designandi ac deputandi pro novitiatibus, & Professoriis Conventus, Monasteria, Collegia, ac Domos, &c. . . . Decreta tum fel. record. CLEMENTIS Papæ VIII. Prædecessoris nostri super reformatione Regularium . . . . solisimum verò EXACTÆ VITÆ COMMUNIS observantiam promovendi, atque ad hunc effectum dumtaxat novas quorumcumque Conventuum, Monasteriorum, Collegiorum, & Domorum hujusmodi fundationes diligenter examinandi, ne ulla scilicet in posterum religiosorum virorum loca fundari, erigi, aut quovis modo institui contingat, nisi in quibus eadem VITA COMMUNIS juxta ultimum dictorum decretorum præscriptum perpetuò, & exactè servari valeat, &c.*

Non obstantibus, &c. quorumvis Ordinum, Congregationum, Societatum, & Institutorum, aliisque quibuscumque etiam juramento firmatis, CONFIRMATIONEQUE APOSTOLICA, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris apostolicis eisdem ordinibus, Congregationibus, Societatibus, & institutis, illorumque superioribus, & personis, ac aliis quibusvis sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis tenoribus antehac, ac aliis decretis in genere, vel in specie, vel aliis quomodolibet in contrarium concessis, confirmatis, & innovatis, &c.

XII. Tandem Innocentius XII. Congregationem peculiarem instituit quæ juramentum exactæ communitatis servandæ præstandum à Regularibus recipiat, antequàm facultatem impertiat admittendi ad Religionem. Opere pretium existimo subjicere istius formam juramenti. Est autem tenoris sequentis:

Exemplar formularii quod jurant Regulares servandæ exactæ communitatis.

Nos infrascripti fidem facimus, & in VERBO VERITATIS testamur, quod in hoc Conventu Nostrabilita est PERFECTA BONORUM COMMUNITAS, & omnia bona Fratrum particularium, tum quoad OMNES PECUNIAS, tum quoad vestes, & alia, sive sint census vitalitii, sive eleemosynæ ex prædicationibus, sive undecunque proveniunt, OMNIA SINT CONFUSA cum bonis, & reditibus Conventus; & ipsis incorporata juxta decreta sanctæ memoriæ CLEMENTIS VIII. & INNOCENTII XII. & sacræ Congregationis Disciplinæ, ita ut ex ipsis omnibus æqualiter provideatur tàm tempore sanitatis, quam infirmitatis. Et est stabilis Vestiaria communis, in qua reposita sunt omnium Fratrum vestes, ac omnia quæ ad communem usum sunt: ex qua Vestiaria omnibus æqualiter provideatur juxta uniuscujusque Fratris indigentiam. In hoc etiam Conventu ultra bonorum suprædictorum perfectam communitatem viget regularis observantia secundum rigorem constitutionum nostrarum. Et Novitii in hoc Conventu religiosè enutriuntur, & educantur in omnibus exercitiis ad statum Religionis nostræ spectantibus, & tàm de die, quàm de nocte probantur. Quarè bu-

humiliter supplicant infrascripti, cum JURAMENTO omnia supradicta affirmantes, sacræ Congregationi Disciplinæ regularis pro licentia recipiendi juvenes ad habitum. Actum die, &c. anno, &c.

XIII. Hoc est juramentum quod sacræ Congregationi super Disciplina regulari exhibent Regularium Superiores quinto biennio, aut triennio, ut facultatem recipiendi juvenes ad habitum Religionis ab eadem sacra congregatione obtineant. Hypothesim formemus, in qua Romana Sedes posit, & velit præcipere vitam communem, omni privato peculio vacuam. In hac hypothesi posset ne clarioribus verbis, luculentioribus, & urgentioribus clausulis uti præ iis quas adhibuit in rescriptis decretis? Quo ergo se recipient oppositum opinantes? Invenire ne possunt ipsi aut expressiones luculentiores, aut formulas efficaciores præcipiendi exactæ communitatis observantiam? Negabunt ne Romanæ Ecclesiæ potestatem præcipiendi perfectam rerum communitatem? Nulla hic ad effugium rima patet.

CAPUT V.

Communitate sublata, nec votum obedientiæ, nec regularis disciplinæ observantia consistere diu valent.

I. Violatio paupertatis est scopulus ad quem facillimè impingunt viri claustrales. Heinc tam antiquæ, quam posteriores Religiones passæ sunt plus, & minus relaxationem. Nihilominùs sacrorum Ordinum Institutores non modò hanc paupertatem exacta vita communi circumscripsam non mitigarunt, sed fortioribus præsidiis munierunt. Ordines mendicantes videntes collapsam disciplinam monasticam ob redundantes divitias, rejecerunt divitias, & reditus etiam in communi possidendos, & mendicato vivere statuerunt. His succesisse Clerici Regulares qui collapsam Mendicantium disciplinam spectantes ne huic vicissitudini obnoxii, & ipsi essent, paupertatem adeò severam præscripsere, ut alii nec pro Missarum celebratione oblationes recipere, alii nec petere eleemosynas statuerint. Cur hoc? Paupertatis consilium liberum est. Divitias possidere nihil mali absolutè præsert. Sacrorum Ordinum Patriarchæ tot sæculorum experimento didicere istius vitæ communis observantiam difficillimam esse, & facillimè à voventibus violari. Illorum charitatis erat hanc temperare paupertatem, peculia, & census vitalitios permittere, ut hac via occasiones peccandi à subditis suis removerent. Quandò enim lex de re libera, & innoxia difficilè à subditis servatur, sapientis legislatoris est aut eamdem tollere, aut eam temperare, & communi usui accommodare.

II. Contra, omnes ad unum Patriarchæ non modò paupertatis lege non relaxarunt, sed severiùs eam roboratunt, & novis præsidiis munierunt. Cur nemo SS. Patriarcharum peculia, & reditus privatis Religiosis concesserunt? Cur illa severissimè prohibuere omnes nullo excepto? Opponant mihi vel unum Patriarcham qui peculia, & reditus privatos concesserit; & fasces illis submittere, atque victoriam canere volo.

III. Quid ergo causa est cur omnes sancti Patriarchæ huic conspiratunt ut unanimi consensu hoc paupertatis votum restringerent, arctarent, atque omni excogitabili modo firmarent? Quia sublata communis vitæ paupertate, concidat exactæ obedientiæ votum, & disciplinæ regularis observantia necesse est. Siquidem professio vitæ regularis, ad paupertatem quod attinet, contractus mutuus est, ut indicavi, vi cujus subditi omnia bona, & præsentia, & futura solemni ritu Religioni cedunt; Religio vicissim eodem sacro vinculo se astringit alendi, vestiendique subditos, tum sanos, tum infirmos. Si Religionum Prælati oppignoratam fidem non solvunt, subditis omnia necessaria ministrantes, necessariò consequitur, subditos obedientiæ vinculo solutos esse, quantum ad comparanda ea quæ pro victu, & vestitu necessaria sunt. Ergo sublata communitate, obedientiæ votum, atque adeò ipsa disciplina regularis corruit.

IV. Industriæ, labores, media quæ subditi adhibent ut peculium acquirant, sæpissimè Religioni non congruunt. Si prælati impedire ea pertentant, subditi jus naturę opponunt sibi prospiciendi in victu, & vestitu à Prælatis non collato. Quandoquidem in claustris à quibus exulat perfecta communitas, pro vestibus aliqua summa tribuitur, alibi major, alibi minor, quæ pro integro non sufficit. Cellarum supellex integra saltem non datur. Pro itineribus, pro epistolis aut parum aut nihil. Pro infirmitate curanda quædam, ut in hospitali, porriguntur, & qui non habent unde sibi subveniant, miserrimè languent. Qui verò abundant, absit ut infirmis fratribus quidquam tribuant. Heinc alii in penuria summa decedunt; alii morientes plurimam pecuniam relinquunt. Quibus auxiliis comparatunt ingentia pecolia?

V. Fac Prælatos prohibere subditis ineptis ne conciones habeant, quia ea morum probitate non sunt prædiți, quæ requiritur ut extra claustra Christianis exemplo sint, ne Monialium Confessiones audiant, ne se negotiis terrenis immisceant, ne patrocinia ambiant, ne vagentur per civitates: continuò inclamant subditi: si hæc lucra amittimus, quis nobis vestes, quis epistolarum, itinerum, infirmitatum expensas solvet? Quis *chocolate*, quis *tabaccum*, quis tot alia aut necessaria, aut congrua porriget? Census vitalitii aut exigui, aut nulli sunt &c. communi patrimonio nobis non providetur: ergo naturæ jure, quod omne votum antecedit, hæc nobis comparare justè possumus. Quid heinc Litterarum rudes, morum integritate, vel prudentia destituti è claustris exeunt, concionantur imperiti, confessiones audiunt indocti, negotia tractant inepti. Illi favores, & patrocinia aucupantur; isti præfecturas, & officia ambiunt. Si Prælati interdicere velint, subditi opponunt, ut dixi, jus naturæ.

VI. Mala, scandala, disciplinæ relaxatio, & alia absurda, quæ heinc proficiscuntur, nolo meis verbis exprimere. Dionysius Carthusianus de *Reform. claust.* c. 16. hæc scribit: *Ex peculio tamquàm ex venenosa radice multa peccata proveniunt, ut puta contumacia, superbia, contentio, partialitas, avaritia, vanagloria, invidia, mendacium, luxuria. Quoniam abundantes in peculio ad resistendum suis superioribus sunt audaces, nec disciplinam, & correptionem patienter suscipiunt, partialitates efficiunt, & interdum comessationibus, & ebrietatibus vacant, ex quibus ad vitia carnis labuntur, & votum sum de castitate servanda sceleratissimè frangunt.* Quid si nos hac scribendi libertate uteremur? Similia, & graviora absurda ex peculio manantia describunt Trithemius, Nyder, S. Antoninus, Cajetanus, & communiter Theologi. Ex rationum momenta cur sancti Patriarchæ etiam ultimæ ætatis peculio bellum indixere. Alias austeritates, ut jejunia, vestitum asperum, & plura alia pœnitentiæ exercitia aut linierunt, aut sustulerunt. Communitatem verò bonorum, licèt agnovissent fuisse lapidem offensionis ad quem plures impegerunt, non modo non liniere, sed, ut dixi, severius illam præceperunt: quia hac exacta bonorum communitate sublata, corruat universa disciplina monastica oportet.

CAPUT VI.

Quam hostiliter pugnent cum voto paupertatis monasticæ census vitalitii. Excusationes, & sophismata quibus incrustari peculiorum corruptela solet.

I. Divitiæ, & paupertas evangelica non minus opponuntur quam castitas, & luxuria. Quarè Christus dixit: *Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes, & da pauperibus.* Vendere, & retinere nonne invicem hostiliter pugnant? Nonne hæc duo: vendere omnia, ut omnes Patres interpretantur, & ipsum Evangelium clarè, & perspicuè edisserit; & retinere aliqua, chimæram monstrosam constituunt? Et tamen chimæra hæc familiaris est. Antequàm professionem juvenes edant, census vitalitios sibi reservant ditiores, aut minores, prout domesticum patrimonium permittit.

II. Reponunt se reservare hos reditus non sibi, sed Religioni. Religio enim absolutum dominium horum reditum habet. Religiosi verò purum merumque usum facti ex licentia, & facultate Superiorum. Dominium autem, non merus usus facti cum paupertatis voto pugnat. Rectè, & venustè. Quid appetitiones nostras explet, & saturat, dominium, an usus? Dominium absolutè sterile est, & unicè appetitur propter usum. Si separes ab usu dominium, hoc futile, & vanum evadit. Ego facillimè tibi perfectissimum dominium concederem, dummodo usum pecuniarum semper Religio haberet? Quid tibi hoc in casu dominium prodesset? Si maritus dominium, alter usum haberet uxoris, is ne castitatem servaret? Maritus cum suo dominio continens esset, & castus, alter cum suo solo usu facti venerem expleret.

III. Insistunt. Superior ad nutum revocare hunc usum valet. Peregregiè. At numquam revocat, ut experientia constat. Si revocare ad nutum Superiores peculii privati usum valent, cur reipsa non revocant? Cur communitatem exactam non invehunt? Cur regulis, & tot Conciliorum, & summorum Pontificum decretis non parent? Responsum pressum, & perspicuum exhibito.

CAPUT VII.

De Ludis Regularium, & aliis quæ cum voto paupertatis pugnant.

I. QUÆST. I. *Liciti ne sunt Regularibus ludi alearum, & sortis?* RESP. Ludis, qui in joco so sermone, factisque ludicris sistunt, ut qui corpus exercent, quique ad spiritum exhilarandum, vires que instaurandas directi sunt, indulgere Religiosos posse, omnes cum S. Thoma 2. 2. q. 168. art. 2. concedunt.

II. Contra Theologi, & Regulæ omnes à Sede Apostolica approbatæ ludos alearum severissimè Religiosis voto paupertatis devinctis prohibent. Nomine *aleæ* omnes ludi fortuiti intelliguntur. Quid quod ludi isti ipsis Christianis omnibus vetiti sunt; immò omnes ethnici Philosophi ludos ejusmodi execrati sunt, ut *tom.* 7. Theologiæ Christianæ palam feci? Constitutiones O. P. ad carceris pœnam damnant Fratres *qui inventi fuerint ad taxillos lusisse*, non secus ac reos cantis, furtique. Ludus fortuitus solius avaritiæ, & desiderii diteſcendi fructus est. Quid magis evangelicæ paupertati adversum quam desiderium hoc divitias augendi?

III. QUÆST. II. *An paupertatis voto repugnet quod Regulares habeant instrumenta argentea, ut cochlearia, cultrum, furciculam, arculam pro tabacco, horologia, idque genus similia?* RESPOND. Hæc omnia solemni paupertatis voto opponuntur, statumque monasticæ disciplinæ evertunt. Paupertas enim, & auri, argentique pretiositas directè pugnant. Comperta hæc sunt natura sua. Omnes Regulæ monasticæ usum auri argentique in ejusmodi instrumentis prohibent. Constitutiones O. P. *dist.* 1. c. 10. hæc præscribunt. *Nullus Frater aut Soror Ordinis nostri, cujuscumque gradus (N. B.) aut conditionis existat, uti debet cochlearibus, & instrumentis aureis, vel argenteis, aut etiam ex lapidibus pretiosis, sive in mensa, sive in cingulis, sive in cappis, cultris, vel eorum vaginis, sive in quocumque alio genere rerum utensilium. Qui autem transgressores reperti fuerint, iisdem instrumentis omninò priventur, & illa communitati applicentur, & GRAVITER præterea transgressores puniantur.* Gravis punitio gravem culpam supponit. Nec opponas, constitutiones istas ad culpam non obligare. Utique ad culpam non obligant quæ extra vota sunt. At rescripta constitutio votum paupertatis exponit. Votum autem istud ad culpam, & quidem gravem astringit. Usum ergo adeò communem damnare audes? Non ego, sed disciplina regularis, sed vota, quæ distinxerunt labia tua Deo, præfata omnia detestantur. At

humiliter supplicant infrascripti, cum JURAMENTO omnia supradicta affirmantes, sacræ Congregationi Disciplinæ regularis pro licentia recipiendi juvenes ad habitum. Actum die, &c. anno, &c.

XIII. Hoc est juramentum quod sacræ Congregationi super Disciplina regulari exhibent Regularium Superiores quinto biennio, aut triennio, ut facultatem recipiendi juvenes ad habitum Religionis ab eadem sacra congregatione obtineant. Hypothesim formemus, in qua Romana Sedes posit, & velit præcipere vitam communem, omni privato peculio vacuam. In hac hypothesi posset ne clarioribus verbis, luculentioribus, & urgentioribus clausulis uti præ iis quas adhibuit in rescriptis decretis? Quo ergo se recipient oppositum opinantes? Invenire ne possunt ipsi aut expressiones luculentiores, aut formulas efficaciores præcipiendi exactæ communitatis observantiam? Negabunt ne Romanæ Ecclesiæ potestatem præcipiendi perfectam rerum communitatem? Nulla hic ad effugium rima patet.

CAPUT V.

Communitate sublata, nec votum obedientiæ, nec regularis disciplinæ observantia consistere diu valent.

I. Violatio paupertatis est scopulus ad quem facillimè impingunt viri claustrales. Heinc tam antiquæ, quam posteriores Religiones passæ sunt plus, & minus relaxationem. Nihilominùs sacrorum Ordinum Institutores non modò hanc paupertatem exacta vita communi circumscripsam non mitigarunt, sed fortioribus præsidiis munierunt. Ordines mendicantes videntes collapsam disciplinam monasticam ob redundantes divitias, rejecerunt divitias, & reditus etiam in communi possidendos, & mendicato vivere statuerunt. His succesisse Clerici Regulares qui collapsam Mendicantium disciplinam spectantes ne huic vicissitudini obnoxii, & ipsi essent, paupertatem adeò severam præscripsere, ut alii nec pro Missarum celebratione oblationes recipere, alii nec petere eleemosynas statuerint. Cur hoc? Paupertatis consilium liberum est. Divitias possidere nihil mali absolutè præsert. Sacrorum Ordinum Patriarchæ tot sæculorum experimento didicere istius vitæ communis observantiam difficillimam esse, & facillimè à voventibus violari. Illorum charitatis erat hanc temperare paupertatem, peculia, & census vitalitios permittere, ut hac via occasiones peccandi à subditis suis removerent. Quandò enim lex de re libera, & innoxia difficilè à subditis servatur, sapientis legislatoris est aut eamdem tollere, aut eam temperare, & communi usui accommodare.

II. Contra, omnes ad unum Patriarchæ non modò paupertatis lege non relaxarunt, sed severiùs eam roboratunt, & novis præsidiis munierunt. Cur nemo SS. Patriarcharum peculia, & reditus privatis Religiosis concesserunt? Cur illa severissimè prohibuere omnes nullo excepto? Opponant mihi vel unum Patriarcham qui peculia, & reditus privatos concesserit; & fasces illis submittere, atque victoriam canere volo.

III. Quid ergo causa est cur omnes sancti Patriarchæ huic conspiratunt ut unanimi consensu hoc paupertatis votum restringerent, arctarent, atque omni excogitabili modo firmarent? Quia sublata communis vitæ paupertate, concidat exactæ obedientiæ votum, & disciplinæ regularis observantia necesse est. Siquidem professio vitæ regularis, ad paupertatem quod attinet, contractus mutuus est, ut indicavi, vi cujus subditi omnia bona, & præsentia, & futura solemni ritu Religioni cedunt; Religio vicissim eodem sacro vinculo se astringit alendi, vestiendique subditos, tum sanos, tum infirmos. Si Religionum Prælati oppignoratam fidem non solvunt, subditis omnia necessaria ministrantes, necessariò consequitur, subditos obedientiæ vinculo solutos esse, quantum ad comparanda ea quæ pro victu, & vestitu necessaria sunt. Ergo sublata communitate, obedientiæ votum, atque adeò ipsa disciplina regularis corruit.

IV. Industriæ, labores, media quæ subditi adhibent ut peculium acquirant, sæpissimè Religioni non congruunt. Si prælati impedire ea pertentant, subditi jus naturę opponunt sibi prospiciendi in victu, & vestitu à Prælatis non collato. Quandoquidem in claustris à quibus exulat perfecta communitas, pro vestibus aliqua summa tribuitur, alibi major, alibi minor, quæ pro integro non sufficit. Cellarum supellex integra saltem non datur. Pro itineribus, pro epistolis aut parum aut nihil. Pro infirmitate curanda quædam, ut in hospitali, porriguntur, & qui non habent unde sibi subveniant, miserrimè languent. Qui verò abundant, absit ut infirmis fratribus quidquam tribuant. Heinc alii in penuria summa decedunt; alii morientes plurimam pecuniam relinquunt. Quibus auxiliis comparatunt ingentia pecolia?

V. Fac Prælatos prohibere subditis ineptis ne conciones habeant, quia ea morum probitate non sunt prædiți, quæ requiritur ut extra claustra Christianis exemplo sint, ne Monialium Confessiones audiant, ne se negotiis terrenis immisceant, ne patrocinia ambiant, ne vagentur per civitates: continuò inclamant subditi: si hæc lucra amittimus, quis nobis vestes, quis epistolarum, itinerum, infirmitatum expensas solvet? Quis *chocolate*, quis *tabaccum*, quis tot alia aut necessaria, aut congrua porriget? Census vitalitii aut exigui, aut nulli sunt &c. communi patrimonio nobis non providetur: ergo naturæ jure, quod omne votum antecedit, hæc nobis comparare justè possumus. Quid heinc Litterarum rudes, morum integritate, vel prudentia destituti è claustris exeunt, concionantur imperiti, confessiones audiunt indocti, negotia tractant inepti. Illi favores, & patrocinia aucupantur; isti præfecturas, & officia ambiunt. Si Prælati interdicere velint, subditi opponunt, ut dixi, jus naturæ.

VI. Mala, scandala, disciplinæ relaxatio, & alia absurda, quæ heinc proficiscuntur, nolo meis verbis exprimere. Dionysius Carthusianus de *Reform. claust.* c. 16. hæc scribit: *Ex peculio tamquàm ex venenosa radice multa peccata proveniunt, ut puta contumacia, superbia, contentio, partialitas, avaritia, vanagloria, invidia, mendacium, luxuria. Quoniam abundantes in peculio ad resistendum suis superioribus sunt audaces, nec disciplinam, & correptionem patienter suscipiunt, partialitates efficiunt, & interdum comessationibus, & ebrietatibus vacant, ex quibus ad vitia carnis labuntur, & votum sum de castitate servanda sceleratissimè frangunt.* Quid si nos hac scribendi libertate uteremur? Similia, & graviora absurda ex peculio manantia describunt Trithemius, Nyder, S. Antoninus, Cajetanus, & communiter Theologi. Ex rationum momenta cur sancti Patriarchæ etiam ultimæ ætatis peculio bellum indixere. Alias austeritates, ut jejunia, vestitum asperum, & plura alia pœnitentiæ exercitia aut linierunt, aut sustulerunt. Communitatem verò bonorum, licèt agnovissent fuisse lapidem offensionis ad quem plures impegerunt, non modo non liniere, sed, ut dixi, severius illam præceperunt: quia hac exacta bonorum communitate sublata, corruat universa disciplina monastica oportet.

CAPUT VI.

Quam hostiliter pugnent cum voto paupertatis monasticæ census vitalitii. Excusationes, & sophismata quibus incrustari peculiorum corruptela solet.

I. Divitiæ, & paupertas evangelica non minus opponuntur quam castitas, & luxuria. Quarè Christus dixit: *Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes, & da pauperibus.* Vendere, & retinere nonne invicem hostiliter pugnant? Nonne hæc duo: vendere omnia, ut omnes Patres interpretantur, & ipsum Evangelium clarè, & perspicuè edisserit; & retinere aliqua, chimæram monstrosam constituunt? Et tamen chimæra hæc familiaris est. Antequàm professionem juvenes edant, census vitalitios sibi reservant ditiores, aut minores, prout domesticum patrimonium permittit.

II. Reponunt se reservare hos reditus non sibi, sed Religioni. Religio enim absolutum dominium horum reditum habet. Religiosi verò purum merumque usum facti ex licentia, & facultate Superiorum. Dominium autem, non merus usus facti cum paupertatis voto pugnat. Rectè, & venustè. Quid appetitiones nostras explet, & saturat, dominium, an usus? Dominium absolutè sterile est, & unicè appetitur propter usum. Si separes ab usu dominium, hoc futile, & vanum evadit. Ego facillimè tibi perfectissimum dominium concederem, dummodo usum pecuniarum semper Religio haberet? Quid tibi hoc in casu dominium prodesset? Si maritus dominium, alter usum haberet uxoris, is ne castitatem servaret? Maritus cum suo dominio continens esset, & castus, alter cum suo solo usu facti venerem expleret.

III. Insistunt. Superior ad nutum revocare hunc usum valet. Peregregiè. At numquam revocat, ut experientia constat. Si revocare ad nutum Superiores peculii privati usum valent, cur reipsa non revocant? Cur communitatem exactam non invehunt? Cur regulis, & tot Conciliorum, & summorum Pontificum decretis non parent? Responsum pressum, & perspicuum exhibito.

CAPUT VII.

De Ludis Regularium, & aliis quæ cum voto paupertatis pugnant.

I. QUÆST. I. *Liciti ne sunt Regularibus ludi alearum, & sortis?* RESP. Ludis, qui in joco so sermone, factisque ludicris sistunt, ut qui corpus exercent, quique ad spiritum exhilarandum, vires que instaurandas directi sunt, indulgere Religiosos posse, omnes cum S. Thoma 2. 2. q. 168. art. 2. concedunt.

II. Contra Theologi, & Regulæ omnes à Sede Apostolica approbatæ ludos alearum severissimè Religiosis voto paupertatis devinctis prohibent. Nomine *aleæ* omnes ludi fortuiti intelliguntur. Quid quod ludi isti ipsis Christianis omnibus vetiti sunt; immò omnes ethnici Philosophi ludos ejusmodi execrati sunt, ut *tom.* 7. Theologiæ Christianæ palam feci? Constitutiones O. P. ad carceris pœnam damnant Fratres *qui inventi fuerint ad taxillos lusisse*, non secus ac reos cantis, furtique. Ludus fortuitus solius avaritiæ, & desiderii diteſcendi fructus est. Quid magis evangelicæ paupertati adversum quam desiderium hoc divitias augendi?

III. QUÆST. II. *An paupertatis voto repugnet quod Regulares habeant instrumenta argentea, ut cochlearia, cultrum, furciculam, arculam pro tabacco, horologia, idque genus similia?* RESPOND. Hæc omnia solemni paupertatis voto opponuntur, statumque monasticæ disciplinæ evertunt. Paupertas enim, & auri, argentique pretiositas directè pugnant. Comperta hæc sunt natura sua. Omnes Regulæ monasticæ usum auri argentique in ejusmodi instrumentis prohibent. Constitutiones O. P. *dist.* 1. c. 10. hæc præscribunt. *Nullus Frater aut Soror Ordinis nostri, cujuscumque gradus (N. B.) aut conditionis existat, uti debet cochlearibus, & instrumentis aureis, vel argenteis, aut etiam ex lapidibus pretiosis, sive in mensa, sive in cingulis, sive in cappis, cultris, vel eorum vaginis, sive in quocumque alio genere rerum utensilium. Qui autem transgressores reperti fuerint, iisdem instrumentis omninò priventur, & illa communitati applicentur, & GRAVITER præterea transgressores puniantur.* Gravis punitio gravem culpam supponit. Nec opponas, constitutiones istas ad culpam non obligare. Utique ad culpam non obligant quæ extra vota sunt. At rescripta constitutio votum paupertatis exponit. Votum autem istud ad culpam, & quidem gravem astringit. Usum ergo adeò communem damnare audes? Non ego, sed disciplina regularis, sed vota, quæ distinxerunt labia tua Deo, præfata omnia detestantur. At

qui deliberatè reformari nolunt, sivè resistant, sivè non, si sic usque in finem persistant, in statu sunt damnationis. De quarti generis Religiosis dicitur, quod sunt sub periculo salutis, eo quod in scholâ religionis non proficiunt, nec ad perfectionem tendunt pro sui statûs exigentia, & incurrit sunt suæ salutis. De quinti generis Religiosis apparet periculum suæ salutis propter tepiditatem affectus, & quia discrimini se exponunt, & pusillos scandalizant.

Religiosi primi generis qui vivunt in locis deformatis, ubi regula non servatur cum proposito se reformandi, si valerent, ut securiùs vivant, & tutiùs saluti suæ consulant, hæc omnia facere tenentur.

1. *Laborare pro alio Conventu, ubi regulariter vivere possint, & illuc se transferre, nisi forsan spem haberent satis certam propriî loci reformandi ex eorum præsentiâ.*

2. *Si locum reformatum habere non poterunt, ut aliqua digna causa illum omiserint, super hoc doleant, & pro reformatione inducenda, semper quod in se est, faciant.*

3. *Non secularitèr vivant. Bona concessa nonnisi cum licentia Superioris, & in usum necessarium dispensant, cum proposito semper refigendi ad placitum Superioris; immò omne superfluum illi dando, aut potiùs ab alio rerum provisionem sine usu pecuniario recipiendo.*

XXIX. Quisque astringitur declinare occasionem proximam violandi proprium votum. Quandò autem occasio est necessaria, tum adhibenda remedia sunt opportuna ad evitandam legis transgressionem. Plurimis occasio habenda peculii necessaria est, cum isti removere illam nequeant. Hi ergo, ut sibi consulant, regulam propriam in victu, & vestitu, abstinentiam, jejunia, & vestium asperitatem servent. Tantum peculii illis licitum est, quantum requiritur pro iis rebus comparandis quas Religio subministraret, si in ea exacta vigeret communitas. Quod superest, Religioni tradant cum cæteris bonis Cœnobii confundendum.

XXX. QUÆST. IV. *Licitumne est juvenibus suscipere habitum Religionis, & profiteri in iis claustris, ubi non servatur communitas rerum, & aliæ præcipuæ regulæ?* RESP. Negant communiter omnes graviores Theologi. S. Antoninus 3. *p. tit.* 16. *c.* 2. inquit: *Et ubi quis ex ignorantia, vel errore intenderet illam* (Religionem) *ingredi in qua non benè vivitur, crudelitas esset non redderet illum cautum, & à proposito suo revocaret.* Ut istius crudelitatis crimen declinarem, monere hac de re lectores volui.

XXXI. Cardinalis Cajetanus 2. 2. *q.* 189. *art.* 9. hæc scribit. *Actus iste qui est inducere ad vitam conventualem, est actus ex genere suo malus, quoniam inducitur quis ad vitam reprehensibilem. Omnis autem vita reprehensibilis mala est. . . . Undè vituperabile est non solùm inducere, sed etiam ingredi, & recipere ad vitam irregularem personas utriusque sexus, quamvis hoc toleret permissivè.* Verum Ecclesia post obitum Cajetani nullum non movit lapidem ut impediret receptionem juvenum, ubi exacta vita communis, & observantia regularis non vigent, ut ex Clemente VIII. & Innocentio XII. suprà vidimus. Cajetani sententiam confirmat in 2. *p. lib.* 3. *de Reg. con. Cum virum n.* 48. Prosper Fagnanus. Martinus Navarrus *p.* 2. *Decret. t.* 12. *n.* 45. citata Cajetani doctrina, concludit: *Qui alteri suadet ingredi Religionem adeò laxatam, qualem modò dicemus, & ubi regula perperam observatur, peccat.* Graviora docent Nazarius, Nyder, & cæteri communiter.

XXXII. Ludovicus Lopez in suo *Instr. Conf. c.* 43. docet: *inducere ad Religionem, vel ingredi ad eam, ubi malè ob disciplinam regularem vivitur, peccatum esse.*

XXXIII. Sanchez *lib.* 4. *in Decal. c.* 16. *n.* 14. inquit: *Illicitum est Monasterium illud ita collapsum, nec proximè reformandum ingredi, quamvis ab Ecclesia toleretur.*

XXXIV. Paulus Layman *lib.* 4. *tract.* 5. *c.* 6. *n.* 5. scribit: *Qui Religionem absolutè vovit, is non tenetur, immò neque licitè potest ingredi Ordinem cujus regularis disciplina collapsa est, ejusque professi plerique malè vivunt, ut ut substantialia quidem vota observent. Idèoque ingredienti perversionis periculum imminet, ut docent Cajetanus, Major, Navarrus, Valentia, Rodriguez, Sanchez, Lessius.*

XXXV. Leander hęc *tract.* 1. *de Jur. q.* 14. *&* 15. docet. *An prædictus vovens, ingrediens Religionem quoad substantialia collapsam, non solùm non satisfaciat voto, verùm etiam mortaliter peccet? Respondeo dicendum, quod non solùm non satisfaceret voto, sed quod denuò peccaret mortaliter ob perversionis periculum.*

XXXVI. Salmanticenses *tract.* 15. *c.* 2. *punct.* 1. *n.* 2. hæc inquiunt: *Cæterùm pro comperto habemus non satisfacere* (voto ingrediendæ Religionis) *ingrediendo Religionem relaxatam, & quoad principales obligationes collapsam, nisi fortè spes subsit proximæ reformationis. Quia talis Religio non meretur nomen Religionis, nec ad perfectionem conducit, sed ad perditionem; nec in eam ingrediendo pericula fugerentur, sed majora fortè amplecterentur.* Eadem docent Passerinus, Martinez de Prado, Lezana, Calsianus á S. Elia, Rotarius, Bonacina, & communiter omnes. Consule *Discussionem Apost. Monast. diss.* 3. *c.* 13. & *Defens. Decret. Concil. Trident. diss.* 2.

XXXVII. Religio schola evangelicæ perfectionis est, in qua facilius ad optatum bravium pervenitur. Religiosi veluti rheda, & curru ducti ambulant ad pallium assequendum. Christiani in sæculo pedites iter agunt undique scopulis, & laqueis circumsepti. Si currus sit optimè ordinatus, benè clausus, & fortis, felicissimè ambulant viri religiosi. Contra si curtus sit perturbatus, læsus, semifractus, tum infeliciores sunt illi qui tali curru incedunt, & in graviori periculo versantur frangendi crura, brachia, capita, quam Christiani qui pedites ambulant.

XXXVIII. QUÆST. V. *Utrùm habere reditus redundantes in communi pugnet cum voto paupertatis?* RESP. S. Thomas 2. 2. *q.* 88. *art.* 7. respondet, *quod habere superabundantes divitias in communi, sivè in rebus mobilibus, sivè immobilibus, est impedimentum perfectionis, licet non totaliter excludat eam; habere autem de rebus exterioribus in communi sivè mobilibus, sivè immobilibus, quantum sufficit ad simplicem victum, perfectionem Religionis non impedit, si consideretur pauperias per comparationem ad communem finem Religionum, qui est vacare divinis obsequiis.*

XXXIX. Extrema diligentia summa cavenda in hac materia sunt. Victum, & vestitum præbere Superiores ad normam propriæ Regulæ debent: charitas in hac provisione elucere debet. Victus non debet delicatus esse, sed diligenter, & opportune paratus, ut decet regularem sobrietatem. Vestitus quoque prompte tradatur. Infirmorum cura magna habenda est. Aliud extremum divitiarum etiam in communi possidendarum vitandum est. Non ob paupertatem, sed ob divitias Religiones omnes naufragium passæ sunt. Pauperes ne Jesu Christi, ejusque discipuli, & comites dicendi essent, qui superbas ædificia, splendida palatia, qui ingentes reditus possiderent? Si talia peragerent, procul dubio Religionis relaxationem, & perversionem inducerent. Religio enim Christi Jesu, & redundantes divitiæ contradictoriè opponuntur.

CAPUT IX.

De voto castitatis, & obedientiæ.

I. QUÆST. I. *Quid sit votum castitatis religiosæ?* RESP. Est *abstinentia perpetua ab omni actu veneris tàm interno, quàm externo.* Sacerdotes peccantes contra hoc votum, augent malitiam ob duplicem titulum, seu vinculum, quo Sacerdotes obstringuntur castitati servandæ. Hujus voti observantia a modestia oculorum, á solitudine, à carnis mortificatione, ab otii declinatione plurimum pendet. Quarè quælibet Religio, & jejunia, & victus temperantiam, & alias virtutes plus, & minus præscribit in castitatis præsidium. Renuntiant divitiis, ut animum ab affectu pecuniarum immunem conserverent. Separatum à sæculo, ut ablata omni occasione facilius castitatem custodiant, quam observare & ipsi Christiani in medio laqueorum mundi, & inter ipsa fœminarum præstigia, aut virginalem, aut matrimonialem astringuntur. Aspectus venereus, & sola deliberata delectatio luxuriosa æquè Christianum, ac Religiosum virum in Infernum detrudunt, sola circumstantiæ sacrilegæ diversitate.

II. Virtus hæc veluti limpidissima crystallus in putrido, & lutulento corpore defertur. Facillimè bitumen succenditur, & luxuriæ ignis ardet, & sulphuræ exhalationes castitatis candorem offuscant, nisi assidua vigilantia custodiatur. Concupiscentia dira fera est, quæ semper rugit, & revolutiones machinatur. Si initio heroico spiritu cohibeatur, & continua frænetur, ejusmodi victoria facilis. Numquam tamen eidem fidendum, quia versutè, & ex insidiis suam oritur rebellionem. Concionatores, & Confessarii præsertim vigiles sint oportet. Hi quippè ratione ministerii frequenter fœminas alloquuntur. A colloquiis spiritualibus initium ducitur; at nisi cautio summa adhibeatur, omnia in carnem desunt. Confessarii habent suas filias spirituales, quibuscum familiares sermones texunt. Halitus ille virginalis, simulque fœmineus, calida illa suspiria, & familiaritas parentitatis spiritualis cum filia spirituali fugienda sunt tamquam sibilus basiliscî. Tractandæ fœminæ sunt, non secus ac personæ lue inquinatæ. Spirituale alimentum porrigatur, & continuò sepatatio succedat, alioquin pestis luxuriæ sua veneficia immittit. Verùm quia innumeri libri sunt qui fusius hoc argumentum tractant, idcircò ab ulteriori abstineo sermone.

III. QUÆST. II. *Quâ ratione voti obedientiæ præstare Regularis obstringatur?* RESP. Votum obedientiæ est *oblatio propriæ voluntatis Deo facta*, dum Regularis promittit obedire suis Superioribus in iis omnibus quæ hi juxta propriam regulam jubebunt. Quarè Regularis obedire tenetur sub gravi culpa Superiorum præceptis. Quandò Superior non præcipit, sed solum optat, hortatur, etiamsi subditus non pareat, non propterea violat obedientiæ votum, quia nullum transgreditur præceptum. Præcepta autem Superiorum de re gravi esse debent.

IV. Quatuor communiter conditiones pro exacta obedientia sancti Doctores requirunt. 1. ut sit prompta executio ejus quod præcipitur: 2. ut interior voluntas accedat ad externę executionis: 3. ut subditus proprium judicium in re dubia aut controversa submittat judicio Superioris: 4. cognita Superioris voluntate non est expectandum præceptum, sed implendum est quod Superior cupit. Hę tamen conditiones ad majorem obedientię perfectionem requiruntur, secus ad ejusdem virtutis naturam. Ad hanc enim, & ut peccatum, saltem grave, evitetur, sat est ut reipsa subditus obediat, & exequatur impositum præceptum. Advertendum tamen, quod Superiores interdum præcepta suspendunt, ut scandalum evitent, quia prævident subditos minimè paratos ad implendum præceptum. Et tum subditi qui hæc obsistendi Superiorum mandatis argumenta perhibent, sunt in malo statu, & peccare mortaliter valent, spectata rei præcipiendæ gravitate. In his enim circumstantię spectandæ sunt.

V. Superiores jure præcipere valent ea omnia quæ intra confinia Regulę, & Constitutionum continentur, vel ad Regulæ, & Religionis conservationem, & decorem indirectè etiam conducunt. Queunt etiam Prælati ea vetare quę tendunt ad proprias leges violandas, & alia jubere quæ graviter expediunt Regulæ, & Constitutionum observationi. Quarè præcipere Superior potest necessitate urgente, ut subditi inserviant Religiosis, & sacramenta ministrent Christianis pesti infectis, præsertim si Religiosi Ordinem profiteantur ad proximorum salutem procurandam institutum.

VI. In re dubia parere subditus tenetur Superiori præcipienti, quia possessio stat pro Superiore, ut communiter Theologi docent. Probabiliter nonnulli contendunt, subditos habentes pro se opinionem etiam minùs probabilem liberos esse

Religiosi docti, & probi his utuntur instrumentis? Quid indè? Isti gravius peccant, quia sua doctrina, & probitate gravius scandalum cæteris pusillis ingerunt.

CAPUT VIII.

Quam gravis sit Prælatorum obligatio invehendæ communitatis. Quid agere debeant Regulares degentes in claustris, ubi pulsa vita communi peculia serpunt. Et an juvenes suscipere habitum religiosum in his locis licitè queant?

I. QUÆST. I. *Suntne in continuo statu peccati mortalis Prælati Regularium, qui sincero animo, & totis viribus non conantur instaurare vitam communem ubi collapsa est?* RESP. Affirmant omnes Patres, omnes Regulæ monachales, Concilia omnia, & tandem ex adductis constitutionibus pontificiis id luculentissimum est. Si ratiocinils meis, quantumvis validissimis, & invictissimis id confirmarem, rigoristi, & infamatoris censuram non declinarem. Quarè in medium adducam quæ non modo viri sancti, sed alii non tantæ existimationis Theologi docent.

II. D. Antoninus (3. part. tit. 16. cap. 1.) *Satis credo quod qui se reperiunt in Monasteriis, ubi non vivitur in communi, si Prælati sunt, & non faciunt quantum est eis possibile sine notabili scandalo, ut vivatur in communi, eos non esse in statu tuto.*

III. Joannes Excuria (in tract. de Reform. p. 3. art. 2.) *Omnes Prælati tàm majores, quàm minores, singuli videlicet respectivè pro sui dignitate, officio, commissione, aut facultate, de debito justitiæ tenentur subditos suos Religiosos deformatè viventes ad vitæ regularis observantiam reformare. De ipsorum enim manibus sanguis subditorum requiritur.*

IV. Sylvester (verb. Religios. 6. §. 7.) *Si Prælatus non facit quantum potest sine magno scandalo ut vivatur in communi, non est in tuto statu.* (arg. dist. 83.)

V. Ludovicus Lopez de Texeda (lib. 2. tract. 2. cont. 7. dub. 2. num. 24.) *Addo, Religiosum Prælatos ex meritis officii teneri debitum adhibere diligentiam ut Religiosi subditi vitam transigant in communi: & ideò tenentur valdè esse solliciti de necessariis illis conferendis pro victu, & vestitu. Quarè si illa non tribuant, cum commodè possint, peccant mortaliter, & sunt indigni Prælatorum officio, & debet deponi: quia tribuunt ansam Religiosis ut peculia quærant, & votum laudabile paupertatis infringant.*

VI. Thomas Sanchez (in Dec. lib. 7. c. 19. n. 27.) *Tertiò deducitur, non esse in bono statu Prælatum qui in quantum potest absque gravi scandalo, non nititur Religiosos vivere in communi, ac superfluos usus vitare.*

VII. Valentia (2. 2. disp. 2. q. 4. art. 2.) *Quarto sequitur esse in malo statu tàm Prælatos, quàm subditos, qui non agunt vitam communem, quandò ex redditibus communibus possunt sufficienter vivere.*

VIII. Franciscus Pellizarius (tract. de Monial. cap. 4. sect. 1. q. 4.) *Colligitur ex Sanchez. assertente cum S. Antonino, & Sylvestro, quod sicut Prælatus Regularium non est in bono statu, si quantum potest absque gravi scandalo, non nititur Religiosos in communi vivere, ac superfluos usus vitare, sic nec sunt in bono statu subditi resistentes non quod nequeant sufficienter vivere, sed quod velint abundare, & liberiùs dispensare. Hoc enim adversatur voto paupertatis.*

IX. Joannes Baptista Lezana (quæst. Reg. cap. 18. n. 14.) *Prælati qui in quantum possunt, non curant suos subditos vivere vita communi absque peculio, aut proprio, & superfluos usus vitare, non sunt in bono statu conscientiæ. Ratio est, quia votum paupertatis id requirit, summique Pontifices, & Concilia id præcipiunt.*

X. Gabriel à S. Vincentio (de Just. & Jur. disp. 3. q. 10. n. 132.) *Superior peccat graviter non providendo subditis de necessariis, tùm quia præbet occasionem relaxationis Religionis dando occasionem introducendi peculium, tùm quia privat subditos jure quod habent ad bona Monasterii.*

XI. Thomas à Jesu (specul. Relig. part. 4. c. 2.) *Concludo, Prælatum moraliter peccare, qui non curat ut communis vitæ ratio in Monasteriis servetur. Idem esto judicium de eo qui communem vitam jam laxatam, quantum in se est, ad pristinam observantiam non conatur reducere; quin etiam ipsi subditi, qui Prælatis vitam communem restaurare volentibus contradicunt, eadem culpa multantur. Primò contravinntur ipso facto decretis Conciliorum, & Pontificum, à quibus hujus vitæ observantia districtè præcipitur. Secundò quia ubi vita communis non observatur, Monachi variis animæ periculis circa transgressionem voti paupertatis exponuntur. Tertiò quia communis vitæ observantiam Prælati reformare negligentes contraveniunt justitiæ legali, quia ex officio tenentur bono communi consulere. Insuper dispensatione sibi commissa abutuntur, & peccant contra fidelitatem, & sæpè contra justitiam distributivam.*

XII. Servatius Lairvelz gravissimus, unàque pissimus Auctor in sua Optica Regularium (specul. 12.) *Certum mihi est esse in continuo peccato mortali eos Prælatos, qui quantumpossunt sua Monasteria non reformant, quique ad vitam communem Religiosos suos, quantum possunt, non reducunt.*

XIII. QUÆST. II. *An subditi Regulares resistentes introductioni vitæ communis, pulsis peculiis, sint in statu peccati mortalis?* RESP. Ex iis quæ dicta sunt, patet evidenter resolutio propositæ quæstionis. Nihilominus in majorem confirmationem, quę docent, & citati, & alii Auctores, objiciam.

XIV. D. Antoninus (3. p. tit. 16. c. 1.) *Si subditi sunt, & resistunt huic bono cum attentatur, non quia non possunt vivere sufficienter, sed quia volunt abundare, & de suis suo modo facere, videntur esse in malo statu, cum seculariter vivant, & velint in malo statu perseverare.*

XV. Cardinalis de Turre Cremata in Regulam D. Benedicti (Tract. 94.) *Gravissimè peccant qui reformationi hujusmodi abusuum temerè resistunt in Monasteriis, & se, & alios defendunt ne ab hujusmodi labe purgentur.*

Syl-

XVI. Sylvester (v. Rel. 6. §. 7.) *Subditi verò dicte communitati resistentes, non quia non possunt sufficienter vivere, sed quia volunt abundare, videntur esse in malo statu.*

XVII. Thomas Sanchez (lib. 7. cap. 22. n. 27.) *Similiter peccant mortaliter subditi dantes peculii causam resistendo vitæ communi, cum illis necessaria ministrentur, & similiter graviter murmurando, & magis querelas fundendo.*

XVIII. Lezana (quæst. Reg. c. 6. n. 60.) *Addendum tamen est, & valdè notandum, Religiosos paratos esse debere ad recipiendam reformationem, & introductionem vitæ communis, si à Prælatis de novo instituatur, seu restauretur, nec posse ullo modo resistere sub gravissimo peccato mortali. Ratio est, quia cum vita communis obliget sub peccato mortali omnes Religiosos, ab illa excusari non possunt, nisi quia Prælati Monasteriorum non providerint illis de necessariis ad victum: undè constando prædictis necessitatibus sufficienter providendum fore, nulla remanebit ratio excusationis. Et hæc est communis ratio Theologorum.*

XIX. Thomas à Jesu (specul. Relig. p. 4. cap. 2.) *Graviter peccare dixi, quia volunt reformationi vitæ communis acquiescere, nempè propter grave damnum emergens ex eorum contradictione.*

XX. Franciscus Lopez (lib. 2. tract. 2. cont. 7. dub. 7. n. 24.) *Religiosi autem tenentur ex merito suæ promissionis, & status de communi vivere, & contenti esse bis quæ à Religione ministrantur.*

XXI. Angelus Pistachius Castelli (tract. 4. de Voto pauper. cap. 4. num. 5.) *Subditi resistentes vitæ communi peccant mortaliter.*

XXII. Alteserra (Orig. Monast. lib. 1. cap. 15.) *Monachi compelli possunt ad reformationem juxta præscriptum regulæ quam professi sunt. Nec tueri se possunt in observantia longi temporis, quia contra ea quæ sunt de substantia vitæ regularis, nulla est præscriptio temporis, neque dispensatio.*

XXIII. Emmanuel Rodericus (tom. 2. q. 63. art. 3.) ubi relato Tridentini decreto (§. 25. cap. 2.) hæc infert: *Ex qua decretali colliges, quod Religiosi debent, & tenentur reformare seipsos ad præscriptum regulæ quam professi sunt:* & art. 4. *Peccant Superiores negligentes instituere, seu reformare, & magis contravenientes reformare volentibus, & etiam singulares impedientes ea quæ contraveniunt menti, & verbis Concilii, quod est peccatum.*

XXIV. Caramuel in Reg. D. Bened. n. 630. *Qui vota emisit in Monasterio irregulari, hæc est ubi contra regulam abusus irrepserunt, tenetur reformationi subjacere, & obedire Antistiti abusus illegitimos eliminanti.* Sic loquitur Caramuel; & in hac controversia adeò sibi constat, ut in Theolog. Regul. n. 631. hæc scribat: *Quam periculosè se fallunt qui existimant ex vi voti non teneri ad vitam communem, eo quod tempore suæ professionis non servabatur in Monasterio.*

XXV. Ultimo loco adduco Capitulum Ordinis Præmonstratensis sub doctissimo Joanne le Paige celebratum, quodvè insertum habetur in Bibliotheca Præmonstratensi (lib. 5. pag. 1019.) *Reverendus Dominus Abbas Religiosos suos ad vitam communem reducat, revocetque.... & ne quis sibi in hoc blandiatur, & Superiorum obtrudat licentiam, audiat Innoc. III. in cap. Cum ad Monasterium. Nec æstimet Abbas quod super habenda proprietate possit cum aliquo Monacho dispensare....* & Concilium Tridentinum sess. 25. in decreto de Regularibus, &c. *Quo fit ut sint in malo statu, laborentque turpiter tàm Prælati, quàm subditi Religiosi, per quos fiat quominùs omnes in Monasterio vitam communem ducant.* Quid pluta? Vix vel unicum alicujus nominis Theologum reperire licet qui oppositum doceat.

XXVI. Ex his omnibus hoc pacto concludo. Juxta commune Theologorum placitum Prælati Regularium sub gravissimo peccato mortali tenentur pro viribus vitam communem peculio vacuam invehere. Hæc *prima* propositio certissima est. *Secunda.* Omnes subditi ex lege ad peccatum mortale obligante tenentur animo parati esse ad vitam communem peculii expertem suscipiendam, ut communiter omnes vel benignior es docent. Ergo alterutrum necessariò consequitur. Aut Prælati in extremo damnationis periculo versantur, propterea quod præceptum gravissimum introducendæ vitæ communis pro viribus implere non conantur; aut subditi sunt veri proprietarii, quod Prælatis suis invehere bonorum communitatem fatagentibus resistunt, vel contumacem obsistendi voluntatem produnt, ob cujus repugnantię scandalum vitandum Prælati ab implendo officio suo desistunt. Nullus hic tergiversandi locus superest. Si plura cupis, lege *Discip. Apost. Monast. diss.* 3. *cap.* 4.

XXVII. QUÆST. III. *Quomodò se gerere debeant Regulares, qui in iis Conventibus commorantur ubi sublata vita communi, peculiorum pestis serpit, ut propriè consulant saluti?* RESPOND. Rationem propriæ conscientiæ dirigendæ, & peculii habendi vix ego designare valeo. Rescribam quę celeberrimus Joannes de Turre Cremata Cardinalis in Commentariis in Regulam S. Benedicti cap. 94. docet his verbis.

XXVIII. *Gravissimè peccant qui reformationi hujusmodi abusuum temerè resistunt, & se, & alios defendunt ne à talli labe purgentur. Ratio est, quia isti sunt formaliter contemnentes remedia sibi salutis, & tale peccatum est in Spiritum Sanctum. Undè illi qui vivunt in Monasteriis deformatè, quintuplicis sunt generis. Quidam enim dolent, & amaro sunt animo, quod non vivunt in observantia, ex animo tamen adspirant ad reformationem. Alii sunt qui nolunt aliter vivere, & sic ut sunt malunt manere, nollent tamen Superioribus resistere, si vellent reformare. Tertii sunt qui positivè sic vivere sub deformatione volunt, ut omni reformationi pertinaciter resistant. Quarti inveniuntur neutrales in omnem partem incurri de modo vel sic, vel aliter vivendi. Quinti sunt qui apparent bonæ voluntatis, & se reformare intendunt; sed aut quadam animi fragilitate, aut quia nullum modum consentaneum reformationis sibi intendunt, differunt, & semper inducias captant.*

Inter hos omnes Religiosos secundi, & tertii generis, qui

esse absolutionis præstanda, quamvis opposita sententia probabilior stet pro Superiore. Et ita docere coguntur, admisso systemate probabilistico. Hinc verò luculentiùs apparet, quam sit auctoritate Superiorum, & optimo regimini seditiosus, atque perniciosus probabilismus.

VII. Superiores nihil supra, aut contra Regulam præcipere valent. Subditus tamen non est legitimus judex, num id quod Prælatus jubet, sit contra, vel supra Regulam; nisi res evidens sit. Capitula generalia præscribere, & condere statuta valent nova, quæ Ordinis decorem augeant, & observantiam regularem validiùs firment. Ad præfecturas quoque acceptandas, & obeundas Prælati urgere subditos suis præceptis jure queunt, secùs ad acceptandas dignitates, vel Episcopatum extra Ordinem.

VIII. Graviter Regulares peccant, vel dum præceptum Superioris implere recusant, vel dum ejusdem vocem contemnunt, vel dum reformanti abusus, & corruptelas invectas contra Regulam, & Constitutiones resistunt. Peccant venialiter, si ea executioni demandare negligant, quæ sciunt à Superiore præscribi, quamvis non sub præcepto, ut dum inculcant observantiam Regulæ, & Constitutionum. Et licèt Constitutiones natura sua ad culpam non obligent, reipsa tamen numquam deliberatè violantur sine aliqua veniali culpa. Qui verò ex habitu, & consuetudine eas indiscriminatim transgrediuntur ad tacitum contemptum se se disponunt, & contra præceptum aspirandi ad perfectionem peccant.

IX. Superiores, qui Regulæ, & Constitutionum transgressiones dissimulant, qui eadem pro viribus corrigere, & impedire negligunt, aut ex torpore, & negligentia, aut ex quadam contiventia, peccant mortaliter, ut Diana, Salmanticenses, Lacroix, & alii communiter docent. Superiores enim vi muneris sui destinati sunt ad legum custodiam, & universæ disciplinæ observantiam promovendam. Illorum negligentia in impediendis transgressionibus gravissimum detrimentum infert Religioni. Heinc enim gravissima proficiscuntur absurda, & heinc omnes sacrorum Ordinum relaxationes manarunt. His quippè transgressionibus succedunt violationes votorum, scandala, castitatis jactura, & proprietatis pestis.

CAPUT X.

De Tyrocinio, seu novitiatu Regularium.

I. ANtequam Religionem juvenes solemni ritu profiteantur, debent per annum integrum habitum Religionis, & palam gestare. Libera autem, & non coacta sit hæc religiosæ vestis susceptio necessum est. Qui puellas cogunt ad hanc susceptionem, mortaliter peccant, & excommunicationem contrahunt, ut Tridentinum *sess.* 25. *c.* 18. statuit. Qui autem juvenes mares cogunt minis, peccant mortaliter, sed excommunicationem non incurrunt. Juvenes, qui coacti tyrocinium peregissent, si liberè professionem emitterent, validus fuisset novitiatus. Annus hujus novitiatus integer esse debet, ut Tridentinum *sess.* 25. *c.* 15. præscribit, continuus, & non interruptus. Qui per diem habitum dimitteret, & è claustro exiret animo non redeundi, licèt post diem rediret, novitiatus interruptus diceretur; secùs si per aliquot horas dimitteret absque exitu è cœnobio.

II. Inepti jure naturæ ad novitiatum hunc sunt decrepiti, infani, habitualiter infirmi gravi morbo, servi verè tales repugnante domino, conjuges post consummatum matrimonium sine mutuo consensu, professi in altero Ordine sine licentia Superiorum. Jure positivo recipi nequeunt Episcopi, Archiepiscopi, qui sine expressa tum Pontificis facultate profiteri Religionem regularem nequeunt. Cæteri autem Ecclesiastici liberi omninò sunt etiam curæ animarum addicti, ad professionem vitam regularem.

III. Pontifices summi plures ediderunt constitutiones, quibus determinant conditiones recipiendorum ad Ordines regulares. Sixtus V. sua constitutione *Cum de omnibus* prohibuit ne viri prætergressi annum sextum decimum reciperentur, nisi præmissa severa perquisitione de patria, de acta vita, de parentum qualitate. Quod si repertum fuerit istos latrocinia, aut alia similia scelera patrasse, vel suspectos de iisdem esse, aut condemnatos, vel prudenter timeatur condemnandos fore; si ære alieno gravatos supra vires, vel ratiociniis reddendis astrictos, undè lites, & molestiæ prævideantur; prohibet ne recipiantur, & professionem ab iisdem emissam nullam declarat. Prælatos verò qui scienter ejusmodi receperint, privat voce activa, & passiva, gradibus, & præfecturis, inhabilesque constituit ad futuras dignitates, & gradus. Hanc constitutionem altera constitutione cujus initium est, *ad Romanum Pontificem*, temperavit non quantum ad pœnas, sed quantum ad crimina. Gregorius XIV. alia constitutione dicta *Circumspectæ* partim sustulit, partim auxit. Sixtinæ constitutionis moderationes. Et tandem Clemens VIII. professionem reduxit ad terminos juris communis: ita ut nisi aliquod juris communis impedimentum obstet, professio valida sit. Pœnas verò in transgressores in suo reliquit vigore. Nunc tamen vi constitutionis ejusdem Clementis VIII. Regulares recipere juvenes possunt etiam prætergressos annum decimumnonum, exacto tamen juramento, quod neque criminoli, neque ratiociniis reddendis obnoxii, neque rei furti, aut homicidii, vel aliis impedimentis in Sixtina constitutione recensitis ligati sint. Prælati qui ejusmodi scrutinium negligunt, graviter delinquunt, & subjecti sunt Sixtinæ Bullæ pœnis. Valida tamen professio erit, dummodo nihil contra jus commune repugnet.

IV. Novitii omnium privilegiorum Regularium participes sunt, cum sint sub potestate Religionis, & ejusdem onera sustineant. Quarè sunt à jurisdictione Episcopi immunes, & privilegio fori gaudent. Possunt Superiores Religionis cum iisdem dispensare super præceptis Ecclesiæ, & eorum votis, quæ tamen implere, si habitum Religionis dimittunt, debent. Contra si absolvantur à censuris, irregularitate, vel reservatione, si exeant è Religione, quam bona fide amplexi fuerant, absoluti manent.

V. Si in anno tyrocinii novitius decedat, hæres ab intestato ejusdem bonis succedit. Donationes liberæ inter vivos, contractus lucrosi, renuntiationes bonorum temporalium officiorum, dignitatum, nisi fiant cum licentia Episcopi, aut ejus Vicarii duobus mensibus ante professionem, irritæ sunt, & nullæ, ut determinavit Tridentinum. Bona quæ sibi obventura sperat novitius, renuntiare potest Religioni quam professurus est, etiam vivente patre, secùs alteri determinatæ personæ. Bonis quæ jure sanguinis obveniunt novitio, nisi ipse disponat juxta præscriptum Tridentini ante professionem, succedit Ordo quem professus est, si capax sit bonorum immobilium.

CAPUT XI.

De Professione Regularium.

I. PRofessio monastica, ut aliàs indicavi, contractus est, quo homo semetipsum Deo offert in aliqua approbata Religione, solemni ritu tria vota paupertatis, castitatis, & obedientiæ emittendo coram prælato consentiente, quique Dei nomine hæc vota acceptat. Duplex est: expressa, quæ verbis fit coram Superiore; & tacita, quæ signis, & actionibus à jure statutis peragitur; ut si novitius expleto anno sexto decimo, & integro anno sui tyrocinii, exerceat actiones professorum, eorumque habitum deferat, professionem tacitam emittit, si tamen Prælatus consentiat, & ipse novitius liberè, non coactus, seu nullo timore extrinsecus graviter incusso adductus id agat, advertatque ejusmodi actionibus se tacitam professionem incurrere, & habeat animum proficendi. Verum quamquam tacita hæc professio nuncupetur, reipsa expressa suo modo est.

II. Ut professio Regularium legitima sit, requiritur legitima potestas, quæ residet, vel in Romano Pontifice, vel in Superiore Religionis, juxta regulas peculiares cujuscumque Ordinis. In hoc, aut illo Ordine non sufficit solus Superior, sed necessarius est consensus majoris partis Patrum à consiliis, vel Capituli. Si major pars istorum Patrum reluctetur, nec Superior illius conventus, in quo est novitiatus, nec Superiores majores possunt admittere novitium ad professionem; reluctante verò Superiore immediato, & accedente consensu majoris partis Patrum à consiliis, valent Superiores majores, ut Provinciales, vel Generales, admittere novitium ad professionem. Cæterum quilibet Ordo suas consulere leges debet.

III. Plura sunt impedimenta, quæ nullam reddere professionem queunt. 1. ætas ante annum decimumsextum completum. 2. Si annus novitiatus non sit integer, vel sit interruptus. 3. Defectus libertatis, ut si servus repugnante domino profiteatur. 4. Matrimonium consummatum altero conjuge repugnante. 5. Episcopatus non accedente Pontificis licentia. 6. Nimia senectus aut morbus gravis, non curabilis, impediens Regulæ observantiam. 7. Diversitas sexus, ut si vir in Monasterio mulierum, aut contra, profiteatur. 8. Metus gravis injustè incussus. 9. Error circa essentiam status religiosi. 10. Si desit animus se obligandi, vel si ficto animo acceptetur à Superiore, nulla est in foro conscientiæ. 11. Tandem si contingat aliquis defectus, qui vi Constitutionum talis Ordinis professionem irritet.

IV. Ut professio nulla ex parte utriusque, & Superioris acceptantis & professi, redintegretur, requiritur utriusque partis reciprocus consensus. Si verò nulla sit ex defectu consensus solius professi, tunc sat est ut ipse solus renovet consensum, ratamque habeat professionem emissam. Aliqua verò professio nulla esse potest ex impedimento, quod non admittat remedium, quo sanari possit.

V. 1. Effectus professionis regularis est remissio omnium peccatorum etiam quantum ad pœnam, ut 2. 2. *q.* 189. *a.* 3. *ad* 3. docet D. Thomas, cui subscribunt cæteri Theologi. 2. Est ablatio irregularitatis ex defectu natalium pro Sacris Ordinibus suscipiendis, secùs pro præfectura exercenda. 3. Aufert ingratitudinem filii adversùs patrem, qui exhæredare amplius filium nequit. 4. Dirimit matrimonium ratum, & non consummatum. 5. Commutat vota in sæculo facta in professionem: quæ commutatio per ipsam professionem fit. Quarè etiamsi professus frequenter negligeret observantiam jejuniorum, aliarumque austeritatum Ordinis, nihilominùs commutatio facta consisteret. 6. Est provisio victus & vestitus, quam Religio ministrare tenetur professis tum sanis, tum infirmis, eosque educare in studiis juxta propriam vocationem astringitur.

VI. Tridentinum *sess.* 25. *c.* 19. facultatem Regularibus impertit reclamandi contra professionem emissam tribus adjectis conditionibus. 1. ut reclamatio, & causa rescindendæ professionis ante elapsum à die emissæ professionis quinquennium instituatur: 2. ne reclamans habitum Religionis deponat pendente causa reclamationis: 3. ut causa rescindendæ professionis instituatur coram proprio Superiore, & ordinario, qui sententiam ferre debent.

VII. Ut quis reclamare licitè queat contra propriam professionem fundamenta habere certa debet, & evidentia. Qui enim dubius est, reclamare licitè nequit, quia in dubio præsumptio stat pro professione. Plura dicenda de hac reclamatione essent. Verùm cum hæc omnia ad forum externum pertineant, & fusè tractentur à non paucis Canonistis, idcircò illa prætereo.

VIII. Illud dumtaxat heinc colligant vellim Magistri novitiorum, quanta diligentia, & vigi-

UNIVERSIDAD PONTIFICIA COMILLAS DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

gilantia candidatorum vocationem expendere, graviter astringantur. Causa principis relaxatę disciplinæ regularis est defectus vocationis divinę ad illum sublimem statum profitendum. Siquidem plurimi non Deo vocante, ut advertit Cardinalis Bellarminus *lib. 2. de gem. cel.* sed aliis rationibus, quas explicare non vacat, adducti, huic sacrę militiæ nomina dant. Vę novitiorum præfectis, si oculos claudunt super hoc gravissimo negotio, ne propria claustra vacua remaneant, & non vocatos ad professionem admittunt. Deficiente hoc primo cælestis vocationis fundamento, quid mirum, si universum ædificium corruat? Castitas donum speciale Spiritus sancti est. Ut intaminata servetur, gratia, non ab humana infirmitate vires expectans, sed ut à Deo manans, victrix, atque triumphans requiritur. Vocatione divina sublata, deest gratia illa singularissima, & hac gratia destituti castitatem sacrilegè polluunt, deturpant, corrumpunt. Eu expositam omnium malorum radicem. Cautissimi ergo sint novitiorum Magistri in expendenda eorumdem vocatione.

IX. Non me latet quod opponere isti solent, nempè mundum in maligno positum esse, & Christianorum mores laxatos, atque in dies corruptiores fieri. Ex hac silva transferendas in Regularium viridaria plantas esse, quæ si grandine, antequam oliva inferantur, percussæ sint, vix fieri potest ut fructus pariant vita æterna dignos. Verum habet. Quamobrem secernendæ sunt plantæ sanæ ab infectis. At sane, reponis, paucæ sunt, & multiplicata claustra impleri debent. Nimis longus essem, si pro dignitate hanc discutere objectionem vellem. Vide *Disciplinam Apostolico-Monasticam p. 2. diss. 1. c. 13.* ubi fusè hanc difficultatem discussam invenies. Regularium propagatio, & perennis successio non carnalis, sed spiritualis est, à Deo descendens. Tu solos vocatos ad professionem excipe, & curam Deo relinque ut operarios mittat. Si secus feceris, & te, & alios periculo æternum perecundi expones.

CAPUT XII.

De litterarum studio, in quod incumbere Regulares astringuntur: & quæ methodus in scientiis addiscendis servanda.

I. CHristiani omnes plus & minus prout eorum conditio fert, Scripturis sanctis dare operam debent. In hoc autem studium Regulares, & omnes viri rebus sacris addicti incumbere gravissimè astringuntur. Joannes Trithemius inclyti sanctissimi Patriarchæ BENEDICTI Ordinis, præclarorum virorum, non modò antiqua, sed etiam ætate nostra, Deo auspice, fecundissimi Abbas *homil. 4.* de studio sacrarum Scripturarum, hoc pacto Monachos suos alloquitur. *Videmus inter vos quosdam Scripturarum ignaros, instabiles mente, & discolos, & vagos, quibus eò magis importunus ignorantiam, quò minus inclinantur ad disciplinam. Turpe quidem est nescire quod scire juberis, turpius non discere, turpissimum verò contemnere. Et sunt inter vos qui scientiam salutarem nesciunt, suos etiam qui discere negligunt: quid si addam esse & alios qui scientiam divinarum Scripturarum penitus contemnunt?*

Et paulò ante hæc habet. *O stulti, & pertinacissimi petrones, qui scientiam salutarem contemnitis, & ignorantiam divinarum Scripturarum potius quam intelligentiam amatis? Numquid affectata ignorantia pauciribus vos plagis reddet obnoxios? Aut propterea delinquentes eritis eorum Deo innoxii, quia mandatorum Dei voluntarie estis ignari? Duplici pœna erudiandi eritis: altera, quod scire viam mandatorum Dei contemnitis; altera, quod sermones Dei non custodistis. . . De vobis etiam, o stultissimi tenebriones, illud intelligitur S. Hieronymi, quoniam ubi non est ignorantia jam excusabilis, ubi scitur quid sit illud quod ignoratur. Magis autem cavendum vobis ne cum illis tandem computemini qui dixerunt Deo: Recede à nobis, viam scientiarum tuarum nolumus.*

II. Neque illi solummodò culpandi sunt qui crassa, & supina ignorantia eorum quæ proprium statum spectant, infeliciter laborant, qui in supore quodam funestissimo quam libentissimè obdormiunt, qui nec brachium, nec pedem movere volunt ut necessariam consequantur scientiam; verum illi insuper qui tempus terunt in addiscendis artibus, scientiis, disciplinis, quæ à scientia sanctorum abducunt, quam potissimum comparare debent Claustrales. Rescribere placet verba Ludovici Granatensis *part. 2. de Vit. cap. 4. §. 7.* „ Quam multi hodiè studiosi sunt in Mundo, & „ inter hos quam pauci qui discipuli sint JESU„ CHRISTI! Et quod acerbissimum est, illi ipsi „ qui, recenter mundo relicto, amplectuntur Re„ ligionem, vel eo tempore quo debent expoliare „ veterem hominem, & huic se disciplinæ impen„ dere, cum vix Deum gustare cœperunt, atque „ ad eum cognoscendum ægrè aperuere oculos, „ collocantur inter gentiles Philosophos, & in „ scientiis mundanis exercentur, ubi in longum „ tempus nec verbum de JESU CHRISTO audi„ tur. Quod studium, etsi propter murationem „ temporum, & hæreticorum perversitatem ali„ quo modo necessarium sit, sic tamen tamquam „ magnam plagam sæculi nostri, & vitæ debe„ mus accipere, utpote quod nobis tantum tem„ poris eripiat, & separet, atque exules faciat „ tot annos à Salvatoris nostri consortio. Præ„ sertim si attendamus quod dicit Gregorius Na„ zianzenus, omnes illas gentilium scientias & „ disciplinas tamquam plagas Ægypti ob peccata „ nostra in Ecclesiam intrasse. Sed cum misera „ temporum conditio nos ad hanc necessitatem „ adegerit, congruum illi tempus dandum, & „ assignandum foret; atque ita providendum ut „ ædificium, & fundamentum virtutis sic consti„ tutum esset in animis eorum qui incipiunt, ut „ sustinendo isti oneri sufficerent. Sed quamdiù „ opus tenerum est, & infans Christianus adhuc „ gustat lac JESU CHRISTI, stultitia est ipsum „ illum ablactare, & gustum illi dare librorum „ gentilium, *ubi non videt, nisi argumenta subti*„ *lia, & plena fallaciis sophismata.* Quid verò, si „ bene expendamus, hoc est aliud quam imitari „ cru-

„ crudelitatem Pharaonis rusnam populi Dei ma„ chinantis, cum imperaret, ut quam primum „ Hebræus masculus nasceretur, suffocaretur flu„ mine, & aquis Ægypti? *Omnia* (inquit Sapiens) „ *tempus habent . . . tempus amplexandi, & tem„ pus longè fieri ab amplexibus.* Tempus illud am„ plexando Deo debebatur, comparandoque amo„ ri tam forti, ut nullis aquis mundi sufforari „ posset, & extingui: quo facto paululum lice„ bit ab ipsius amplexibus recedere, ut necessi„ tatibus proximi intendatur. Quid aliàs volebat „ Deus nostet in lege, cum prohiberet ne sponsi „ cogerentur arma sumere, & ad bellum proce„ dere? Quid significabat, cum vetaret operari „ in primogenito bovis, & non tondere primo„ genita ovium, nisi genus istud progenitorum, „ de quo hic loquimur, liberum esse à vinculis, „ & oneribus istis, ut totum se sibi, & profectui „ suo impendat. Contra has leges omnes faciunt „ qui tempus istud suffurantur studio veræ sapien„ tiæ, & veræ scientiæ, ut totos se humanis „ scientiis addicant. " Hactenùs sapientissimus Ludovicus Granatensis, cui nihil præter antiquitatem deest, undè Pater Ecclesiæ nominetur.

III. Si temporum ratio coegit majores nostros, quando Arabum Philosophia vigebat, doctrinæ Aristoteleæ operam dare, ut ethnicos, & superstitiosos viros propriis illorum armis confoderent, oppositæ temporum vicissitudo urgere nos debet ut in ea incumbamus studia quæ revincendis, convertendisque hæreticis, & malis catholicis opportuna sunt. Nullum in præsens apud sive ethnicos, sive Turcas, qui nos circumstant, Philosophiæ studium: supina illi laborant ignorantia, parvoque opus est quo illa revincatur. Hæretici nunc sunt, qui dogmata catholica oppugnant, & catholici nonnulli scriptores, qui evangelicæ Moralis regulas pia intentione, & falso opinandi modo præventi, vel nolentes humanis appetitionibus nimis accomodant. In illud ergo, ut majores nostros imitemur, studium incumbendum, quod convellendis istorum erroribus opportunum est. Credendis, & agendis constat Theologia Christiana: & hæc duo consistere separata diù nequeunt.

IV. Methodus itaque, quam novitiis expleto tyrocinii anno tenendam suggero (absit enim, ut tribunal erigere velim, illam ut censor proponendo) hæc est. Paucis mensibus justi ratiocinii regulas addiscant ex Dialectica decerptas, missis tricis, & cavillationibus sophisticis, quæ mentem corrumpunt, aut saltem pessimè disponunt. Regulæ istæ viam doceant inquirendæ veritatis, cum sola, & unica veritas sit via quæ ad cœlum ducit. Elapsis quatuor, aut quinque mensibus in hoc studio, triennium illud quod insumere in Philosophiæ studio solent, impendant in lectione Scripturæ sanctæ, & historiæ ecclesiasticæ. Optandum summoperè esset ut aliquis cursum historiæ ecclesiasticæ scholæ usui accommodatum, & in opportunos tractatus, vel dissertationes digestum ederet. Præmittenda esset brevis synopsis historię veteris Testamenti paucis, sed opportunis disputationibus illustrata. Post perstringendum esset specimen historiæ christianæ, ut scirent juvenes, qui fuerint heroes nostri, quæ illorum acta, & gesta. Aliquæ dissertationes brevissimæ in quodlibet sæculum adjici possent. Opus istud simile esse deberet cursui philosophico, cui substituendum innuo, & triennio, sicut ille expiendum. His præsidiis instructi juvenes ad sacram christianam Theologiam credendis, & agendis constantem addiscendam accedant. Tum veri Theologi è scholis discederent. Hæc in transcursu indicavi, sapientum judicio subjiciens.

V. Plurima alia de statu religioso dicenda forent; sed compendii confinia transilirem, si ultra pergerem. Hæc itaque dicta sufficiant, & in majorem Dei gloriam cedant, lectorumque profectum. Amen.

INDEX GENERALIS

OMNIUM RERUM NOTABILIUM, QUAE IN HOC OPERE continentur locupletissimus, Alphabetice dispositus.

T. tomum, P. paginam, V. verbum, N. numerum marginalem Romanum indicant.

A

A Bintestato morienti qui succedant ? t. 2. p. 67. n. 5.
Abortum procurare non licet, t. 2. p. 245. n. 19.
Abrogatio legis quid, & quotuplex? t. 1. p. 227. n. 8.
Absolutionis forma, t. 2. p. 168. n. 1. & seq. An licitum sit eam proferre sub conditione, n. 4. Quæ præsentia requiratur, p. 169. n. 8.
Absolutio à censuris quotuplex ? p. 249. n. 2. Quis ab eis absolvere valet ? p. 250. n. 6. & seq. Ab homine latis, n. 8. A suspensione ad quem pertineat, p. 256. n. 9.
Abstinentia à lacticiniis an sub gravi culpa tempore jejunii obliget ? t. 1. p. 207. n. 1.
Accessio quid ? t. 2. p. 12. n. 6.
Accusator quando accusare reum tenetur, t. 2. p. 70. n. 1. Quando accusatio fieri debeat, n. 2.
Acedia quid ? t. 1. p. 243. n. 1. Ejus filiæ, n. 4. & seq.
Acolythatus, & ejus munia, t. 2. p. 198. n. 7.
Aeromantia quid ? t. 1. p. 123. n. 8.
Actus hominum morales, t. 1. p. 217. n. 13. Eorum moralitas, n. 1. & seq. An dentur actus indifferentes in individuo ? p. 218. n. 6.
Actus internos an legislatores præcipere possint? p. 223. n. 3. & seq.
Actus conjugalis quando licitus, & meritorius? t. 2. p. 242. n. 2. & seq. Quando ob solam incontinentiam habetur est peccatum veniale, p. 243. n. 3. & seq.
Adæ primum peccatum fuit superbia, t. 1. p. 1. n. 3. Aliquo modo ad ejus posteros pertinet, n. 4.
Adjuratio quid, & quotuplex ? t. 1. p. 149. n. 1.
Adoratio quid, & quotuplex, t. 1. p. 119. n. 1. & seq. Datur præceptum Deum adorandi, p. 120. n. 4. Christus ut homo adorari debet cultu latriæ, n. 5. Beata Virgo hyperduliæ, & Sancti dulię adorari debent, n. 1.
Adoratio Sacrarum Imaginum est pius, & licitus, p. 121. n. 4.
Advenæ jejunia servare tenentur ubicumque fuerint, t. 1. p. 209. n. 5. Et præceptum confessionis, & communionis tenentur, p. 213. n. 8. Sunt etiam subjecti legibus locorum per quæ transeunt, p. 197. n. 6. p. 223. n. 6. Quomodo matrimonium contrahere valeant? t. 2. p. 229. n. 4.
Adventitia bona, v. *Bona*.
Advertentia quę ad peccatum requiritur, t. 1. p. 235. n. 13.
Adulterium quid? t. 1. p. 179. n. 5.
Adulter quid restituere tenetur ob adulterium quod partus consequitur, t. 2. p. 27. n. 12. & p. 28. n. 15.
Adultis est necessaria fides explicita Trinitatis, & Incarnationis necessitate medii, t. 1. p. 51. n. 6. Etiam tenentur scire explicitè omnes articulos in symbolo contentos, n. 9.
Advocatorum obligatio, t. 2. p. 72. n. 1. & seq. An eis liceat defendere causam minus probabilem, n. 5. Eorum peccata, n. 6.
Ægyptiis, vulgo *Gitanos*, fidem adhibere est peccatum, t. 1. p. 123. n. 18.
Ætas in promovendis ad beneficia Ecclesiastica, t. 2. p. 213. n. 1.
Affinitas est impedimentum dirimens matrimonii, t. 2. p. 233. n. 25.
Agasones diebus festis, necessitate sublata, nequeunt bestias oneratas conducere, t. 1. p. 199. n. 12.
Alearum ludus Clericis, & Regularibus est prohibitus, t. 2. p. 204 n. 11. p. 269. n. 1. & seq.
Alimenta quæ filiis parentes præbere debent, t. 1. p. 153. n. 5. In quibus casibus ea denegare valeant, p. 134. n. 11.
Alluvio quid ? t. 2. p. 12. n. 5.
Ambitio quid ? t. 1. p. 239. n. 2.
Amentes an legibus sint subjecti? t. 1. p. 223. n. 5. A nativitate amentes sunt baptizandi, t. 2. p. 85. n. 13. in fine. Nequeunt sponsalia contrahere, p. 226. n. 5.
Amor duplex, t. 1. p. 63. n. 9. p. 68. n. 10.
Amplexus inter personas diversi sexus an peccatum ? t. 1. p. 178. n. 25.
Angeli, & Sancti in Cælo regnantes pro nobis orant, t. 1. p. 101. n. 11.
Animadversiones ad axiomata quorumdam Casuistarum, t. 2. à p. 114. & seq.
Animabus purgatorii pro quibus suffragia applicantur an prosint ? t. 1. p. 101. n. 9.
Animarum medicus scire debet humanę naturæ vulnera, t. 1. p. 1. n. 1. Ante oculos tragicam humanę infirmitatis picturam habere oportet, p. 2. n. 10. Quos libros Sacros meditari debet, p. 6. n. 6. Quas regulas servare debet in sanandis ægrotis, p. 7. n. 2.
Animarum curam appetere an licitum ? t. 2. p. 202. n. 11. & seq. p. 214. n. 3.
Animalia mansueta an liceat alicui capere, t. 2. p. 11. n. 12.
Apostasia quid ? t. 1. p. 58. n. 4.
Apostata ab hæretico differt, ibid.
Aqua quę dicatur naturalis ad baptismum, t. 2. p. 81. n. 4.
Artifex an licitè possit vendere idola, & thus ethnicis, t. 1. p. 90. n. 13.
Aruspicium quid ? t. 1. p. 123. n. 8.
Assecuratio quid ? t. 2. p. 64. n. 1.

Aspectus membrorum turpium an peccatum mortale, t. 1. p. 174. n. 7.
Astrologia judiciaria quid, t. 1. p. 223. n. 12.
Attritio servilis ad Pœnitentiæ Sacramentum suscipiendum non est sufficiens, t. 2. p. 121. n. 1. & seq.
Attentio quæ ad Divinum Officium requiritur, t. 1. p. 110. n. 1. p. 112. n. 9.
Avaritia quid, t. 1. p. 240. n. 1. & seq. Ejus filiæ, p. 241. n. 6.
Auctoritas quę, & quotuplex, t. 1. p. 19. n. 1. Conciliorum tanta est ut gravissimæ temeritatis reus esset, qui eorum Canonibus non acquiesceret, p. 18. n. 4.
Aucupium quid, t. 2. p. 12. n. 13.
Augurium quid, t. 1. p. 123. n. 9.
Aurigis an licitum sit concubinam deferre in domum heri, vel è contra, t. 1. p. 95. n. 22.
Auspicium quid, t. 1. p. 123. n. 9.
Axiomata quorumdam Casuistarum, t. 2. p. 114. & seq.

B

Baptismus quid, t. 2. p. 81. n. 1. & seq. Ejus materia, n. 2. Quotuplex est baptismus, p. 83. n. 7. Ejus Minister, n. 1. An unica aspersione plures baptizari possint, n. 2. Quando institutus, p. 84. n. 5. Ejus necessitas, n. 6. Quo tempore suscipi debet, n. 8. An filii infidelium parentibus reluctantibus baptizari possint, n. 11. Qui nomine parentum veniant, p. 85. n. 12. Quando ejus præceptum adultis obliget, p. 84. n. 9. Quæ in adultis requirantur ad illud recipiendum, p. 85. n. 1. Ejus effectus, n. 2. Cæremoniæ, n. 8. Patrinus, p. 86. n. 10.
Barbitonsores in die festo laborantes an peccent, t. 1. p. 200. n. 4.
Bellum quid, & quotuplex, t. 1. p. 167. à n. 1. An utrumque sit licitum, n. 2. Conditiones ut sit licitum, n. 3. An licitum in bello justo innocentes occidere, p. 168. n. 12. Repræsaliæ an justæ, p. 69. n. 13. An diebus festis bellare liceat, n. 14.
Beneficia Ecclesiastica quæ, t. 1. p. 106. n. 1. t. 2. p. 211. n. 1.
Beneficiarii ad horas tenentur, t. 1. p. 106. n. 1. & seq. Quando ad eas teneantur, p. 105. n. 10. & seq.
Beneficiarius habens beneficium sine fructibus an ad horas teneatur, ibid. n. 9. Acceptans tenue, obnoxius est ad horas, p. 106. n. 11. Dubius de tenuitate beneficii horas persolvere debet, n. 15. Plura beneficia habens quot peccata committat horas non persolvendo, n. 13. In primis sex mensibus non recitans ad quid teneatur, n. 1. Qui hodie omittit officium, & cras duplex recitat an ad restitutionem teneatur, p. 109. n. 6. Sine attentione recitans an teneatur ad restitutionem, n. 8. Qui voluntariè unum officium pro alio recitat obnoxius est restitutioni, p. 110. n. 10. Cui facienda est restitutio, n. 11. Astringitur pauperibus eleemosynam elargiri, t. 2. p. 217. n. 1. & seq.
Beneficii permutatio, an sit simonia, t. 2. p. 209. n. 25.
Beneficia quot modis acquiri possint, p. 214. n. 8. An dignior eligi debeat, p. 215. n. 1. & seq.
Beneficia electiva quæ, t. 2. p. 215. n. 11.
Beneficiorum pluralitas an licita, p. 216. n. 1. & seq.
Benevolentiæ signum duplex, t. 1. p. 72. n. 4.
Bestialitas quid, t. 1. p. 182. n. 16.
Bigamia quotuplex, t. 2. p. 260. n. 27.
Blasphemia quid, & quotuplex, t. 1. p. 140. n. 1. & seq. In Deum, & Sanctos differunt specie, n. 3. Ex genere suo est peccatum mortale, n. 4. Variæ sunt formulæ blasphemandi, n. 6. Pœnæ contra blasphemos, n. 7. Qui eos audit ad judicem deferre debet, n. 8. Quomodò cum eis Confessarius se gerere debet, n. 9.
Bona adventitia quæ, t. 1. p. 188. n. 1. Profectitia, ibid. Paraphernalia, n. 2. Filiorum sunt quatuor, t. 2. p. 14. n. 16.
Bonorum inventorum tria sunt genera, t. 2. p. 15. n. 1. & seq. Cujus sint, ibid.
Breviarium recitantes persolvere tenentur juxta Ritum Romanum, t. 1. p. 150. n. 13.

C

Cęcus non astringitur memoriæ Officium Divinum mandare, ut illud recitet, t. 1. p. 115. n. 2.
Cæremoniæ Missæ quot, t. 2. p. 101. à n. 1. Baptismi, p. 85. & seq. n. 8. & 9.
Calices à laicis tangi nequeunt, t. 1. p. 121. n. 8.
Calumnia quid, t. 1. p. 191. n. 7.
Calumniatoris occisio an licita, t. 1. p. 159. n. 9. & seq.
Cambium quid, & quotuplex, t. 2. p. 58. n. 1. & seq. An manuale sit licitum, p. 59. n. 3. Locale cum lucro, n. 4. Cum recambio quid, n. 5. Ad nundinas, p. 60. n. 10. Civicum, n. 11.
Canonicæ Horæ, v. *Horæ Canonicæ*.
Canonici an teneantur Chorum frequentare, t. 1. p. 116. n. 1. & seq. An ibi teneantur canere, n. 2. Causæ à Choro excusantes, p. 118. n. 12. Qui tempore Divini Officii sua peccata confitetur non acquirit distributiones, p. 119. n. 14.
Capellaniæ quandò rationem beneficii obtineant, t. 2. p. 211. n. 6. Auctoritate Episcopi erectæ, & ab eo collatæ ad horas beneficiati tenentur, t. 1. p. 107. n. 3.
Captivitas extremam necessitatem non affert, t. 1. p. 77. n. 3.
Cardinales Horas Canonicas recitare astringuntur, t. 1. p. 107. n. 7.
Carnes comedere in die jejunii quandò liceat, t. 1. p. 206. n. 4. Quid de hodiernis dispensationibus dicendum, n. 5. Dispensatus ad carnes, an sit etiam à jejunio, n. 6. Quot peccata committit qui die jejunii eas comedit, n. 7.
Castitas à castigando dicitur, t. 1. p. 173. n. 4. Est duplex, n. 5.
Castrensia, v. *Bona*.
Casus venatorius, t. 1. p. 196. n. 6.
Caupones vinum vendentes quandò peccent, t. 1. p. 91. n. 19.
Causæ ab horarum recitatione excusantes, t. 1. p. 115. n. 1. & seq. p. 128. n. 12. Ab auditione Missæ, p. 202. n. 11. A restitutione, t. 2. p. 26. n. 1. & seq.

Culpa theologica an ad restitutionem sola inducat? t. 2. p. 15. n. 9. Juridica requiritur in contractu, ut ad restitutionem inducat. n. 11.
Cultus disparitas quid? t. 2. p. 232. n. 21.
Curam animarum appetere an peccatum? t. 2. p. 202. n. 11. p. 203. n. 12. p. 214. n. 3.
Curatores an vota minorum irritare possint? t. 1. p. 133. n. 14.

D

Damni cooperatores quando restituere teneantur? t. 2. p. 18. n. 1. & seq.
Damnum emergens quid? t. 2. p. 48. à n. 1. Ejus conditiones ut sit verum. n. 2. & seq.
Debitor an denuò restituere teneatur, quando id quod restituit ad creditorem non pervenit, t. 2. p. 24. n. 37. An secreto creditorem amicum admonere possit, ut prior petat, p. 25. n. 14.
Decimæ quid, & earum origo, t. 1. p. 213. n. 1. & seq. Quot sunt earum genera, n. 2. An qui Decimas non solvit peccet? p. 214. n. 4. Pœnas contra decimas defraudantes, n. 5. Quibus personis solvendæ sunt? n. 6.
Deflorator virginis quid restituere debet? t. 2. p. 27. n. 9.
Degeadatio seu depositio quid significet? t. 2. p. 256. n. 10. & 11.
Delectatio morosa quid?. t. 1. p. 178. n. 27.
Denuntiationes futuri matrimonii sunt necessariæ necessitate præcepti, t. 2. p. 230. n. 16.
Depositio, v. *Degradatio.*
Depositum quid, t. 2. p. 65. n. 9.
Derisio quid? t. 1. p. 191. n. 4.
Desperatio quid? t. 1. p. 60. n. 7. p. 243. n. 8.
Detractio quid? t. 1. p. 191. n. 6. Detrahere defunctis est peccatum, p. 192. n. 9.
Detractor non est qui Theologos ut rigoristas, vel laxitas traducit, p. 192. n. 13.
Devotio quid? t. 1. p. 97. n. 4. Ejus effectus, n. 5. Ejus causa duplex, n. 6.
Diaconatus, & ejus officia, t. 2. p. 198. n. 9.
Diaconissæ quæ dicebantur, n. 10.
Dignitates Ecclesiasticas, & animarum regimen appetere an peccatum, t. 2. p. 202. n. 11. p. 203. n. 12. p. 214. n. 3.
Dilectio inimicorum, t. 1. p. 72. n. 1. Amore affectivo, & effectivo amandi sunt, n. 3.
Dimissoriæ, v. *Litteræ.*
Discordia quid? t. 1. p. 88. n. 6. p. 239. n. 4.
Dispensatio voti quibus competat, t. 1. p. 134. n. 19.
Dispensatio legis quid? t. 1. p. 228. n. 13. Differt ab interpretatione, ibid. Quando valida, num. 16. Quis in ea dispensare valet, n. 18. Causæ ut sit licita, n. 19. & p. 229. n. 23. Subreptitia, & obreptitia quid, n. 25. & t. 2. p. 235. n. 12. Quando cesset dispensatio, t. 1. p. 219. n. 26. An morte dispensatoris cesset, n. 28.
Dispensatio in impedimentis matrimonii à quibus elargienda? t. 2. p. 234. n. 1. & seq. An sine causa concessa sit valida, p. 235. n. 7. Causa dispensandi, n. 9.
Dispensatus ad carnes in die jejunii ad quid tenetur, t. 1. p. 206. n. 5. & 6.
Divinatio quid, & quotuplex? t. 1. p. 122. n. 7. Ejus species, pag. 123. num. 8. & seq.
Divites urgentur ad eleemosynas faciendas, t. 1 74. n. 1. & seq.
Divortium quid? t. 2. p. 224. n. 12. Quando licitum, p. 225. n. 13. & 14.
Doctores Ecclesiæ qui sint? t. 1. p. 19. n. 2. In Ecclesia qui, ibid.
Dolor qui ad Sacramentum Pœnitentiæ requiritur t. 2. p. 130. n. 1. & seq. An præcedere ad confessionem debeat? n. 2.
Dolus an contractum irritet? t. 2. p. 30. n. 5.
Dominium quid, & quotuplex? t. 2. p. 10. n. 1. & seq. Qui illius sint capaces, p. 11. n. 12. Dominia filiorum sunt quatuor, p. 14. n. 16.
Domum meretricibus locare an licitum? t. 1. p. 96. num. 28.
Donatio quid, & quotuplex, t. 2. p. 65. n. 14.
Dormientes an sint baptizandi, t. 2. p. 83. n. 13. in fin.
Dotes Ecclesiæ quatuor, t. 1. p. 16. n. 4. Tres requiruntur ut quis inter Ecclesiæ Patres, & Doctores recenseatur, pag. 19. n. 2.
Dotes Confessariorum, t. 2. p. 163. n. 8.
Dubia in meliorem partem interpretanda sunt, t. 1. p. 193. n. 4.
Duellum quid, t. 1. p. 163. n. 1.
Dulia, v. *Adoratio.*

E

Ebrietas quid, t. 1. p. 241. n. 6. & seq. An peccaminosa, t. 2. p. 196. n. 42. & seq.
Ebrii sponsalia contrahere nequeunt, t. 2. p. 226. n. 5
Ecclesia quid, & quotuplex, t. 1. p. 16. Ejus dotes quot, n. 4.
Ecclesia quando polluitur, t. 2. p. 100. n. 27.
Ecclesiæ vetitum quid, t. 2. p. 234. n. 2.
Effectus peccati originalis quinam sit, t. 1. p. 1. n. 5. Effectus legis, p. 223. n. 1. & seq. Baptismi, t. 2. p. 85. n. 2. & seq. Excommunicationis, p. 251. n. 2. & seq. Professionis regularis est remissio omnium peccatorum etiam quantum ad pœnam, p. 275. n. 5.
Electi pauci, reprobi multi, t. 1. p. 10. n. 1.
Electio quid, t. 2. p. 215. n. 21.
Electio ad quam excommunicatus vitandus concurrit an sit nulla, t. 2. p. 253. n. 13.
Eleemosyna quid, t. 1. p. 74. n. 1. & seq. Est tributum jure Divino impositum, n. 5. Deus multis privilegiis eam ornavit, n. 6. Urgentur divites ad eam faciendam, num. 1. & seq. Quando obliget ejus præceptum, p. 77. n. 1. & seq. Præceptum ejus ex duobus principiis proficiscitur, p. 79. n. 12. Quinam illam erogare possunt, & debent, p. 80. n. 1. Paupertate ficta collectæ eleemosynæ pauperibus sunt restituendæ, pag. 81. n. 5.
Emphyteusis quid, t. 2. p. 11. n. 6. & p. 65. n. 5.
Emptio quid, t. 2. p. 32. n. 1. Res vendita duobus emptoribus, cui tradenda, n. 2. Ante pretii solutionem ad quem pertineat fructus rei venditæ, n. 3. Qui vendere queant, & quæ res sint venales, p. 33. n. 7.
Epikeja quid, ubi locum habeat, t. 1. p. 228. n. 11.
Episcopi Sacris Ordinibus initiandos super Evangeliorum notitia examinare debent, t. 1. p. 14. n. 3. & seq.

Episcopus Religiosus breviario suæ Ecclesiæ cujus caput est uti debet, t. 1. p. 105. n. 13.
Episcopatus quid, ejus munia, t. 2. p. 198. n. 12. Tres ad ejus confecrationem requiruntur Episcopi, p. 200. n. 2.
Episcopus proprius quis dicatur, t. 2. p. 200. n. 3. Quis litteras dimissoriales concedere potest, n. 5. Causæ Episcopum excusantes à personali residentia, p. 213. n. 4. An possit trimestre unius anni conjungere cum trimestri alterius anni, n. 6. Ætas quæ ad Episcopatum requiritur, n. 1.
Episcoporum translatio est prohibita, t. 2. p. 216. num. 9.
Episcopus à quibus impedimentis dispensare valeat, t. 2. p. 234. n. 2. & seq. Jure ordinario à casibus, & censuris Papæ reservatis absolvere valet, p. 250. n. 9. & seq.
Error quid, t. 1. p. 43. n. 3. An contractum irriter, t. 2. p. 30. n. 5. Error communis, & titulus coloratus quid, t. 2. p. 165. n. 21. & seq.
Error personæ quando matrimonium dirimat, t. 2. p. 230. n. 2.
Eucharistia quid, t. 2. p. 89. à n. 1. Ejus materia, n. 2. & seq. Ejus forma, p. 90. n. 8. & 9. Errores, hæreticorum adversus hoc Sacramentum, p. 91. á n. 1. Ejus Minister, n. 1. An parvulis danda, p. 92. n. 4. Energumenis, n. 5. peccatoribus publicis, n. 7. & 8. Ejus præceptum, n. 2. & seq. Ejus effectus, p. 93. n. 7. Dispositio ad eam suscipiendam duplex à n. 1. p. 95. à n. 14.
Examen peccatorum quomodo faciendum, t. 2. p. 140. n. 4. & seq.
Excommunicatio quid, & quotuplex, t. 2. p. 251. n. 1. Ejus effectus, n. 2. & seq. Minor, p. 254. n. 19. Ejus effectus, ibid.
Excommunicatio privat beneficii fructibus, t. 2. p. 253. n. 15. Forensis, & civilis, n. 16. In quibus casibus communicari, & non communicari cum excommunicato possit, n. 17. p. 254. n. 18.
Excommunicatus juste choro assistens non acquirit distributiones, nec fructus beneficii, t. 1. p. 118. num. 13.
Excommunicati tolerati, & vitandi quinam dicantur, t. 2. p. 252. n. 4. & seq. Excommunicatus qui illicitè administrat Sacramentum, quam pœnam incurrat, n. 7.
Executoris testamenti obligatio, t. 2. p. 68. n. 10.
Exorcismus est in Ecclesia antiquissimus, t. 1. p. 149. num. 3.
Exorcista quæ arma adhibere debet in expellendo dæmone, p. 150. n. 6.
Extrema Unctio quid, t. 2. p. 196. n. 1. Ejus materia, & forma, p. 197. n. 2. & 4. Ejus minister. n. 3. Quibus ministrandum, n. 8. An cadat sub præcepto, n. 9. Dispositiones ad illud suscipiendum, n. 12.

F

Falcidia lex undè ortum habuit, t. 2. p. 68. n. 6.
Falsum testimonium quid, t. 1. p. 190. n. 1.
Famulis quando debet Dominus salarium dare, t. 1. p. 155. n. 9.
Fascinatio fœminarum solo visu inquinantium non satis firmo nititur fundamento, t. 1. p. 124. n. 2.
Festos dies qui teneantur servare, t. 1. p. 197. n. 5. & 6. Quę opera in illis prohibeantur, p. 198. n. 1. Peccans diebus festis graviter violat præceptum, n. 2.
Feudum quid, t. 2. p. 11. n. 6. p. 65. n. 7.
Fideicommissum quid, t. 2. pag. 66. n. 3.
Fidejussio quid, p. 64. n. 2.
Fidejussor, t. 2. p. 52. n. 16.
Fides quid, & quotuplex, t. 1. p. 50. n. 1. & seq. Ejus objectum, ibid. Necessitas, p. 51. n. 1.
Fidelis cum infidele communicatio an licita, t. 1. p. 56. n. 1.
Filii an teneantur vota parentum implere, t. 1. p. 129. n. 4. Debent honorare parentes, p. 150. à n. 1. Matrimonium inire invitis parentibus an liceat possint, p. 128. n. 3. & t. 2. p. 252. n. 23. In necessitatibus eos succurrere debent. p. 152. n. 5.
Filii infidelium an parentibus reluctantibus baptizari possint, t. 2. p. 84. n. 11.
Filii spurii, & naturales quomodo patri succedunt, t. 2. p. 66. n. 12. Quomodo filii parentibus, & Patres filiis succedant, p. 67. n. 2. Quibus causis Parentes, & filii exhæredari possint, n. 4.
Finis sponsalium, t. 2. p. 235. n. 1.
Fœmina subire potius mortem debet, quam permittere sui violationem, t. 1. p. 162. n. 27.
Fœnerator quis, t. 2. p. 52. á n. 10. An sit dominus lucri, quod usuris acquirit, p. 58. n. 22.
Forma baptismi, t. 2. p. 81. n. 1. Absolutionis, p. 168. n. 1. & seq.
Fornicatio quid. t. 1. p. 173. à n. 1. In quo á concubinato differat, p. 174. n. 4.
Fortitudo animum erigit, ut pericula quæ vitare non valet, inpavidè propulset, t. 1. p. 67. n. 7.
Frater fratri indigenti providere tenetur, t. 1. p. 154. n. 4.
Fucus mulierum Sancti Patres detestantur, t. 1. p. 92. n. 6.
Furtum quid, & quotuplex, t. 1. p. 185. à n. 1. Quæ quantitas ad illud requiratur ut sit mortale, n. 3. Quid de furtis minutis, p. 186. n. 7. An licitum sit in extrema necessitate furare, num. 12. An in gravi, n. 13. Furta domesticorum, p. 188. á n. 1. Uxorum, n. 2. Opificum, p. 189. n. 5. Religiosorum, n. 6.

G

Gentilitius contractus an licitus, t. 2. p. 36. n. 7.
Geomantia quid, t. 1. p. 123. n. 8. & 10.
Gula quid, t. 1. p. 241. n. 3. & seq.

H

Habitus Clericalis cum luxu, fastu, & vanitate mundana hostiliter pugnat, t. 2. p. 203. n. 2.
Hæredes an adimplere teneantur testatoris vota, t. 1. p. 129. n. 5. Abintestato qui sint, t. 2. p. 67. n. 5. Hæredum obligatio, n. 9.
Hæreditas si pluribus debitis gravata est, quæ solvenda sunt prius, t. 1. p. 129. n. 5.
Hæresis quid, t. 1. p. 57. n. 1. & seq. Quotuplex, ibi. Hæreticorum pœnæ, p. 58. n. 5. An cum illis disputare liceat, n. 9.
Hæretici ad præceptum annuę confessionis tenentur, t. 1. p. 211. n. 2. Etiam communionis, n. 1.
Histriones an sit absolvendi, t. 2. p. 175. n. 10. & 11.
Homicidium quid, t. 1. p. 158. á n. 1. Quotuplex, ibid. An privata auctoritate perpetrari possit, p. 159. à n. 1. Ob propriæ vitæ defensionem an li-

Causæ supervenientes quæ sponsalia dirimunt, t. 2. p. 227. n. 15. & seq.
Causę dispensandi quęnam, p. 235. n. 9. Excusantes à debito conjugali reddendo, p. 239. n. 4. & seq.
Causæ ob quas plurima matrimonia incommodis, & æromnis abundant, p. 245. n. 1. & seq.
Censura quid, & quotuplex? t. 2. p. 246. n. 1. Quis eas ferre valet, n. 4. & seq. Requiritur culpa, & contumacia propria, p. 247. n. 2. Quibus comprehendat lata contra criminis executores, p. 248. n. 3. & 4. Conditiones ut quis censuris irretiatur, n. 5. Quę causæ ab eis excusent? n. 7. & seq.
Censurę, & casus Papales à quibus Episcopi absolvere valent, p. 250. n. 9. & seq.
Census quid, & quotuplex? t. 1. p. 61. n. 1. & seq. Personalis quid, ibid. à n. 1.
Census an pereat pereunte fundo censui subjecto, p. 63. n. 16. Vitalitius an licitus? n. 18.
Certitudo, quæ ad juramentum requiritur, t. 1. p. 143. n. 9.
Cessatio à Divinis quid? t. 2. p. 247. n. 11. Ejus effectus, ibid.
Charitas est perfectionis virtus potissima, t. 1. p. 7. n. 4.
Charitas erga Deum quid? p. 62. n. 1. & seq. Ejus objectum, ibid. Quando obliget? p. 63. n. 1. & seq. Regulę ad eam exercendam, p. 68. n. 10. & seq. Erga proximum, p. 70. n. 1. Ejus præceptum, ib. n. 2. Ejus ordo, p. 71. n. 10. & seq.
Chirurgorum peccata, t. 2. p. 73. n. 8. Si in medendis fœminis sæpè peccant, non sunt absolvendi, p. 175. n. 7.
Chocolata an tempore jejunii sit licita? t. 1. p. 207. n. 6. & seq.
Choreę an licitæ? t. 1. p. 174. n. 1. & seq. Earum Institutio, p. 175. n. 10. Ducere eas diebus festis an licitum, p. 199. n. 13.
Chorus unde dictus, t. 1. p. 103. n. 6. p. 104. n. 1.
Christiani, qui in Turcarum triremibus adversus Christianos remigant an peccent? t. 1. p. 90. n. 14. & 15. p. 168. n. 8. Qui animo distracto recitant an peccent, p. 112. n. 11. Diebus festis præter auditionem Missæ alia pia opera tenentur exercere, p. 204. n. 7. & seq.
Christus ut homo cultu latriæ adorari debet, t. 1. p. 120. n. 5.
Chyromantia quid? t. 1. p. 123. n. 9. & n. 18.
Cibos qui sub carnium nomine veniunt Ecclesia prohibet in die jejunii, t. 1. p. 206. n. 3.
Circumstantiæ peccatorum confitendæ sunt, t. 2. p. 141. n. 1. & seq. An aggravantes confiteri debeant? p. 143. n. 1. & seq.
Clandestinitas quid? t. 2. p. 233. n. 33.
Clerici in minoribus constituti an teneantur ad horas? t. 1. p. 106. n. 1. Sacris initiati ad eas tenentur, n. 2.
Clerici Principes potestate carent facinorosos occidendi, t. 1. p. 158. n. 4.
Clericis in bello justo an licitum sit propria manu pugnare, p. 168. n. 7. Sunt subjecti legibus civilibus, p. 223. n. 6. An eis liceat Dignitates, & Curam animarum appetere? t. 2. p. 202. n. 11. & seq. Habitum, & tonsuram non deferentes an peccent? p. 203. n. 1. & seq.
Clerici cincinnati an peccent? t. 2. p. 203. n. 2. Peccant graviter accipientes beneficium cum animo statum Clericalem deserendi, p. 204. n. 4. A quibus abstinere debent, n. 5. Peccant qui matronis ancillantur, n. 6. Negotiatio est eis interdicta, n. 7. Etiam venatio, n. 8. Ludique aleatum, n. 11. Larvati incedentes mortaliter peccant, p. 205. n. 14.
Clerici qui dicantur ut eos percutiens excommunicationem incurrat, t. 2. p. 234. n. 21. & seq.
Coactio matrimonii impedimentum quid? t. 2. p. 232. n. 22.
Coadjutores beneficiorum an teneantur ad horas? t. 1. p. 107. n. 8.
Coadjutoria quid, & quotuplex? t. 2. p. 212. n. 9. Non est beneficium, ibid.
Cœnobia Religiosorum ad eleemosynas astringuntur cum bonis abundant, t. 1. p. 80. n. 4.
Cognatio quid? t. 2. p. 231. n. 7. Spiritualis quid? p. 232. n. 13. Legalis, n. 14. & 15.
Collatiuncula serotina in die jejunii an licita? t. 1. p. 207. n. 4.
Comœdiis an sit licitum adesse, t. 1. p. 276. n. 14. & seq. v. *Theatra*.
Commodatum quid? t. 2. p. 65. n. 8.
Communicatio fidelis cum infidele an licita? t. 1. p. 56. n. 1.
Communionis præceptum, t. 1. p. 212. n. 1. Hæretici ad illud tenentur, ibid. Pueri quo ætatis anno accedere ad communionem debent, n. 2. Qua anni parte urgeat hoc præceptum, n. 3. Non satisfit per communionem sacrilegam, p. 213. n. 5.
Commutatio voti quid? t. 1. p. 136. n. 33. Est effectus jurisdictionis spiritualis, ibid. Differt à dispensatione, ib. Causa quæ ad ejus commutationem requiritur, n. 35. An commutari possit vi Jubilæi, aut Bullę Cruciatę, n. 36. & 37.
Commutatio testamenti quando fieri potest, t. 2. p. 68. n. 5.
Compensatio quid? t. 1. p. 187. n. 1. & seq. An occulta sit licita? ibid. n. 2. Ejus conditiones, ibid. 4. & t. 2. p. 3. n. 14. & seq.
Concilium quid? t. 1. p. 18. n. 1. & seq. Ejus auctoritas est tanta ut gravissimę temeritatis essent, qui eorum Canonibus non acquiescerent, ib. n. 4.
Concionatores graviter peccant qui confictas necessitates exaggerant, ut uberiores eleemosynas extorqueant, t. 1. p. 81. n. 5. Gravi culpa polluti an verbum Dei prædicantes peccent? p. 82. n. 12. An á jejunio excusentur? p. 210. n. 11. Qui propter lucrum, aut plausum prędicat, simoniam committit, t. 2. p. 208. n. 14.
Concubinatus à fornicatione differt, t. 1. p. 174. n. 4.
Concubinarius non est absolvendus antequam concubinam dimittat, p. 174. n. 5. & seq. t. 2. p. 174. n. 1. & seq.
Concupiscentia quotuplex? t. 1. p. 195. n. 1. & seq.
Conditiones orationis quæ, & quot? t. 1. p. 100. n. 1. & seq. Juramenti, p. 142. n. 5.
Conditiones propositi necessarii ad confessionem. t. 2. p. 136. n. 1. & seq. Quot sint? p. 140. n. 1. & seq. p. 144. n. 1.
Conditio dirimens matrimonium quid? t. 2 p. 230. n. 3.
Conditiones quæ requiruntur ut quis censuris irretiri possit, t. 2. p. 248. n. 5.
Confessarius quomodo se gerere debet cum scrupulosis, t. 1. p. 32. n. 8. Tenetur illuminare laboranti ignorantia invincibili, t. 1. p. 27. n. 1. & t. 2. p. 240. n. 10 & seq.
Confessarii cavere debent, ne divitibus adulentur. t. 1. p. 80. n. 2. Quomodo cum blasphemis se gerere debent, p. 140. n. 9. Cum debitore moroso se gerere debent, quemadmodum cum concubinario, t. 2. p. 15. n. 5. & 6.
Confessarius cum pœnitente peccans, an id fateri teneatur? t. 2. p. 142. n. 7. In pœnitentiis injungendis ad antiquos Canones respicere debet, p. 151. n. 3. Vices Dei gerit, p. 156. n. 2. De ejus spiritu, ibid. n. 3. & seq. Ejus prærogativæ, ibid. De charitate, & prudentia, p. 157. n. 1. & seq. Quot ejus dotes, p. 163. n. 8. Confessionem auditurus quid observare debet? p. 182. n. 1. & seq. Pœnitentes admonere debet de eorum ignorantia sive vincibiliter, sive invincibiliter, ibid. n. 5. & seq. p. 240. n. 10. & seq. Non debet opinioni pœnitentis se accomodare, p. 183. n. 1. & seq.
Confessarius quando denuntiari debeat? t. 2. p. 190. n. 2. & seq.
Confessariis monita pro conjugatis, p. 246. n. 5. & 6.
Confessio an integra debeat esse, t. 2. p. 140. n. 3. Quæ causæ ab ejus integritate excusent, p. 148. n. 1. & seq. Valida, & informis an detur, p. 149. n. 13. Quo in casu est iteranda, n. 14.
Confessionis præceptum quando obliget, t. 1. p. 211. n. 1. Qua anni parte, ibid. Non impletur per confessionem invalidam, n. 5. Quo ætatis anno teneantur pueri, p. 211. n. 1. Causæ ab hoc præcepto excusantes p. 212. n. 2. Qui ignorat idioma Confessoris an teneatur per interpretem? n. 4. Mutus ad illud tenetur, n. 5. Pœnæ impositæ omittentibus ejus præceptum, n. 6. Hæretici ad illud tenentur, p. 211. n. 2.
Confirmatio quid? t. 2. p. 87. n. 1. Ejus materia, & forma, n. 2. p. 88. n. 3. Ejus Auctor, n. 4. Minister, n. 5. Quinam hujus Sacramenti sint capaces, n. 6. Quænam dispositio requiratur, n. 7. Ejus effectus, n. 8. Ejus præceptum, ibid. n. 9. & seq. Ejus ritus, p. 89. n. 14.
Conjugati an à jejunio sint liberi, t. 1. p. 210. n. 9.
Conjuges qui ante benedictionem matrimonium consumant peccant, t. 2. p. 230. n. 18. & seq. Actum conjugalem ob delectationem exercentes venialiter peccant, p. 243. n. 3. & seq. Actum exercentes diebus festis, jejuniorum, & in ipso Eucharistiæ susceptæ die an peccent, ibid. n. 7. & seq. Ratione loci, aut publici, aut Sacri peccant, p. 244. n. 12.
Conjugium cum Moniali matrimonium impedit subsequutum, t. 2. p. 234. n. 3.
Conjugum obligatio ad debitum reddendum, p. 239. n. 3. Eorum peccata, ibid. à n. 1. p. 242. n. 1. & seq.
Conjux dubitans de matrimonii valore an teneatur petere, & reddere debitum? t. 2. p. 51. n. 20.
Consanguinitas quid, & quotuplex? t. 2. p. 231. n. 8. Regulæ ad ejus gradus cognoscendos, ibid. n. 9. & seq.
Conscientia quid, & quotuplex? t. 1. p. 25. n. 1. & seq. Dubia, p. 30. Scrupulosa, p. 31. Scrupulosorum remedia, p. 32. An liceat contra scrupulos agere, ibid. n. 10.
Consensus inducens restitutionis debitum, t. 2. p. 20. n. 14. Qui in matrimonio requiratur, p. 221. n. 1. & seq. Conditione limitatus nullum efficit, p. 222. n. 10.
Consilium ad damnum, t. 2. p. 20. n. 13.
Constitutiones Societatis Jesu probabilissimum improbant, t. 1. p. 46. n. 14.
Constitutio Benedicti Papæ XIV. adversus Confessarios solicitantes, t. 2. p. 188.
Consuetudo quid? t. 1. p. 230. n. 29. Est triplex, n. 32. Quis eam inducere possit, n. 33. Ejus conditiones necessariæ n. 34. Ejus effectus, & quibus modis cesset, p. 231. n. 41.
Consuetudinarius, v. *Recidivi*.
Contemptio correptionis est reprobationis argumentum, t. 1. p. 83. n. 12.
Contentio quid? t. 1. p. 88. n. 7. & p. 239. n. 4.
Contractus quid? t. 2. p. 28. n. 1. & seq. Quomodo perfectionetur? p. 29. n. 5. Ex metu gravi celebratus an validus, ibid. n. 1. & seq. An dolus irriter illum, p. 30. n. 5. Initi sub causa, modo, demonstratione, & conditione, n. 7. Conditione alligatus quomodo obligat? n. 10. Qui illum inire valeant, p. 31. n. 1. & seq. Quæ ad ejus valorem solemnitas requiratur, n. 2.
Contractus gentilitius an licitus p. 36. n. 7. Mohatra, n. 8. In Hispania, & alibi communiter factus an licitus, p. 38. n. 14.
Contractus trinus quid, t. 2. p. 54. n. 1. & seq. An licitus, p. 55. & seq. Societatis duplex an licitus, p. 57. n. 16.
Contractus vulgò dictus *ad gaudendum* an licitus? t. 2. p. 63. n. 19.
Contritio quid? t. 2. p. 118. n. 1. & seq. Ejus præceptum quando obliget, p. 119. n. 4.
Contumelia quid? t. 1. p. 190. n. 1.
Conversatio virorum, & fœminarum an peccaminosa, t. 1. p. 178. n. 22.
Cooperatores damni quando ad restitutionem teneantur, t. 2. p. 18. n. 1. & seq.
Correctio fraterna quid? t. 1. p. 81. n. 1. & seq. Est præceptum Divinum, ibid. Quotuplex? ibid. Ejus conditiones, ibid. Quibus personis incumbat correptio, p. 82. n. 9. Est actus charitatis, p. 83. n. 15. Quis ordo in ea servandus, p. 84. n. 20. Quibus modis facienda? ibid. n. 21.
Credita, seu chirographa an liceat emere minori pretio quam valent ob anticipatam solutionem? t. 2. p. 59. n. 20.
Creditores hypothecarii quomodo aliis sint præferendi, t. 2. p. 25. n. 10.
Crimen publicum in alio loco publicare ubi non scitur an peccatum, t. 1. p. 192. n. 10.
Crimen impedimentum matrimonii, t. 2. p. 232. n. 16.
Crux Christi latriæ cultu adoranda est, t. 1. p. 120. n. 6.

eitum? ibid. n. 2. Casuale duplex. p. 162. n. 28.
Homo exlex, seu sine lege an detur? t. 1. p. 219. n. 5.
Honestas matrimonii impedimentum quid? t. 2. p. 232. n. 23. p. 233. n. 24.
Honor duplex, t. 1. p. 160. n. 13.
Horæ Canonicæ quot? t. 1. p. 102. n. 1. & seq. Earum notio, ibid. n. 2. Patres majores, & minores quæ dicantur? ibid. n. 4. Qui ad eas teneantur, p. 104. n. 2. Quo tempore recitandæ, ibid. n. 6. Earum obligatio, p. 103. n. 8. Locus eas recitandi, n. 10. Quæ actiones externæ attentionem impediant, p. 112. n. 12. An satisfaciat qui simul Missam de præcepto audit, n. 14. Qui in choro somno vexatur an præceptum adimpleat n. 15. Intentio ad horas, p. 113. n. 16. Voce recitandum, non sola mente, n. 17. Qui unicam omittit horam an mortaliter peccet. n. 21. Continuatio, & ordo qui servari debent in recitatione, n. 25. Causæ à recitatione horarum excusantes, p. 115. n. 1. & seq. Qui majorem non potest tenetur minorem recitare, n. 7. Quis dispensare ab officio valeat? p. 116. n. 9. Quid de Canonicis, & Præbendatis, n. 1. & seq.
Humilitas est potissima perfectionis virtus, t. 1. p. 8. n. 9.
Hydromantia quid? t. 1. p. 123. n. 8.
Hyperdulia, v. *Adoratio.*
Hypocrisis quid? t. 1. p. 239. n. 4.
Hypotheca quid? t. 2. p. 63. n. 3.

I

Jactantia quid? t. 1. p. 239. n. 4.
Idololatria quid? t. 1. p. 122. n. 3. n. 6. Idola, ethnicis vendere an licitum? 90. n. 13.
Jejunium quid? t. 1. p. 206. n. 1. & seq. Tres sunt jejunii Ecclesiastici partes, ibid. Abstinentia à lacticiniis an sub gravi culpa obliget? p. 207. n. 1. Quid decollatiuncula serotina? n. 4. Qui excusentur à jejunio? p. 209. a n. 1. Qui totum jejunium non potest implere tenetur ad partem? n. 3. Quænam sunt causæ à jejunio excusantes, p. 210. n. 8. An chocolata frangat jejunium, p. 207. n. 6.
Ignorantia quid, & quotuplex? t. 1. p. 43. n. 3 Invincibilis an cujuscumque juris naturalis detur, ibid. Vincibilis frequentissima est, invincibilis rara, n. 9. Ignorantia invincibili laboranti tenetur Confessarius illuminare, p. 27. n. 1. & seq. t. 2. p. 240. n. 10. & seq.
Imagines obscœnas in domibus palam expositas, peccant tenentes, t. 1. p. 96. n. 33. An detur præceptum imagines adorandi, p. 121. n. 5. & 6.
Impedimenta matrimonii dirimentia quot? t. 2. p. 230. n. 1. & seq. Impedientia, p. 234. n. 1. & seq. Quis in dirimentibus dispensare valet, p. 234. n. 1. & 2.
Impotentia quid quandò matrimonium dirimat? t. 2. p. 233. n. 26.
Impressores librorum hæreticorum peccant mortaliter, t. 1. p. 59. n. 7.
Incestus quid? t. 1. p. 179. n. 6.
Indulgentiarum usus, t. 2. p. 153. n. 1. & seq. Extendi ad Purgatorii animas possunt, p. 155. n. 13.
Infans in utero matris inclusus an baptizari valeat? t. 2. p. 82. n. 7.
Infantes sponsalia contrahere nequeunt, t. 2. p. 226. n. 5.
Infidelitas quid, & quotuplex? t. 1. p. 56. n. 1. An liceat cum infidelibus communicare? ibid. n. 1. & seq. p. 57. n. 4.
Infirmitas quæ à recitatione horarum excusat, t. 1. p. 115. n. 4.
Inimicorum dilectio, t. 1. p. 72. n. 1. & seq. Amore affectivo, & effectivo sunt diligendi, n. 3.
Inobedientia quid? t. 1. p. 239. n. 4.
Infani sponsalia contrahere nequeunt, t. 2. p. 226. n. 5.
Instrumenta musicalia an in cantu Ecclesiastico adhibenda? t. 1. p. 103. n. 8.
Intentio quæ ad Horas Canonicas requiritur, t. 1. p. 113. n. 16. Quæ in Sacramentorum Ministro requiritur, t. 2. p. 78. n. 2.
Interdictum quid, & quotuplex? t. 2. p. 256. à n. 1. Quis illud ferre possit? n. 2. Ob quam causam, n. 3. Ejus effectus, n. 4. Violatores quas pœnas incurrant? n. 8. Quis ab eo absolvere valet, p. 257. n. 10.
Interpretatio legis quid, & quotuplex? t. 1. p. 228. n. 9.
Interstitia quæ? t. 2. p. 200. n. 7. Dispensare in illis Episcopus potest, ibid.
Invidia quid? t. 1. p. 242. à n. 1. Ejus filiæ, 243. n. 6.
Involuntarii causæ, t. 1. p. 215. n. 4.
Ira quid? t. 1. p. 242. n. 1. & seq. Ejus gradus, n. 3.
Irregularitas quid? t. 1. p. 258. n. 1. Ejus effectus, n. 2. Quotuplex? n. 3. Ex delicto, n. 4. Quænam ab ea excusent, n. 6. Per quod tollatur, n. 7.
Irritatio voti, t. 1. p. 132. n. 7.
Judex an quem scit privatim non esse reum damnare possit? t. 1. p. 158. n. 7. An recipiens præmium pro injusta sententia ferenda restituere teneatur? t. 2. p. 23. n. 33. Ejus munia, p. 68. n. 1. Quando jura sunt dubia quomodo se gerere debeat? p. 69. n. 5. Accipere non potest munera. n. 9. Inquisitionem quomodo facere debeat? n. 10. Ejus sententia in conscientia obligat, p. 70. n. 11. Quis sit legitimus ut sponsalia dirimere possit? p. 228. n. 21.
Judices inaudita parte reos damnare nequeunt, t. 1. p. 158. n. 4.
Judicium temerarium quid? t. 1. p. 193. n. 1.
Juramentum quid, & quotuplex? t. 1. p. 141. n. 1. Ejus formulæ, n. 3. Divisio, p. 142. n. 1. & seq. Conditiones, n. 5. Dolosum, æquivocum, & amphibologicum p. 144. n. 1. & seq.
Juramenti à Regularibus facienda præscribitur forma, t. 2. p. 267. n. 12.
Juris Canonici Theologo est necessaria notitia, t. 1. p. 21. n. 15.
Juridictio duplex, t. 2. p. 164. n. 8. An morte concedentis expiret, p. 165. n. 19. An error communis, & titulus coloratus juridictionem conferat, n. 21. An dubia, & probabilis sufficiat? n. 25.
Jus pro lege, & lex pro jure usurpatur, t. 1. p. 218. n. 1. Quotuplex? ibid. Jus gentium quid? p. 221. n. 16. Civile, p. 222. à n. 1. Privatum, n. 2. Canonicum, seu Ecclesiasticum, ibid. n. 1. & seq.
Jussio ad damnum, t. 2. p. 20. n. 11.

Justitia, & jus, t. 2. p. 1. à n. 1. & seq. tres sunt juris acceptiones, p. 9. n. 1.
Justitia quid, & quotuplex, t. 2. p. 9. n. 3. Ejus divisio, n. 5. & seq. Vitia justitiæ opposita, p. 10. n. 9. & 10.

L

Lacte proprio tenentur Matres suos alere filios, t. 1. p. 153. n. 8.
Lamiæ undè dictæ? t. 1. p. 125. n. 3.
Lanas viliori pretio emere anticipata solutione an licitum? t. 2. p. 39. n. 17.
Latria, v. *Adoratio.*
Lectoratus quid, & ejus officia, t. 2. p. 198. n. 5.
Legatum quid? t. 2. p. 66. n. 3. p. 68. n. 1. & seq. Destinatum puellis unius loci, an extrancis tradi possit? n. 4.
Leges injustæ an obligationem pariant? t. 1. p. 224. n. 8. Quid de lege pœnali, n. 10.
Legislatores an præcipere possint actus internos? t. 1. p. 223. n. 3.
Lex Evangelica operationum moralium est regula remota, t. 1. p. 35. n. 4. Proxima est mentis ratio, ibid.
Lex pro jure, & jus pro lege usurpatur, t. 1. p. 218. n. 1. Lex ut obliget promulganda est, n. 4. In Deo est lex æterna, p. 219. n. 7. Naturalis quid? ib. n. 1. An detur homo exlex, n. 5. In naturali quæ præcepta contineantur, p. 220. n. 8. An sit immutabilis, n. 9. Nulla potestas humana in ea dispensare potest, n. 12. An possit Deus, n. 13. Lex positiva Divina, p. 221. n. 1. & seq. Humana, p. 222. à n. 1. Quis leges condere possit? n. 1. & seq. An Principes legibus à se latis sint subjecti? p. 223. n. 2. Qui legibus sint subjecti, ib. Ejus effectus, n. 1. & seq. Ejus materia, n. 2. An humana obliget sub gravi, p. 224. n. 7. Unde colligatur gravis obligatio, n. 9.
Lex falcidia unde ortum habeat, t. 2. p. 68. n. 6.
Lex quæ conscientiam non ligat non est lex, t. 1. p. 224. n. 12. In præsumptione fundata an obliget, p. 225. n. 14. Lex tributorum an in conscientia obliget, n. 1. Lex irritans duplex, n. 1. Qui dubitat de lege an ab illa sit liber? n. 3. & seq. An cum mortis periculo eam homines servare teneantur, p. 226. n. 8. Adimpletio legis an intentionem requirat, n. 5. Cessante fine an lex cesset, p. 227. n. 1. & seq. Ejus abrogatio, n. 8. Interpretatio, p. 228. n. 9. Regulæ ad ejus interpretationem, n. 10. Ejus dispensatio, n. 13.
Librorum prohibitio, t. 1. p. 58. à n. 1. Proscriptus in una lingua in quacumque alia proscriptus est, p. 59. n. 9.
Libellos famosos conficere an grave peccatum? t. 1. p. 191. n. 8.
Ligamen quid, t. 2. p. 232. n. 22.
Litanias die S. Marci, & tribus diebus Rogationum, tenentur qui ritum Romanum sequuntur recitare, t. 1. p. 103. n. 11.
Litteras amatorias deferre ad amasiam est peccatum, t. 1. p. 95. n. 24. p. 178. n. 26.
Litteræ dimissoriales quis concedere potest, t. 2. p. 200. n. 5.
Locatio quid, t. 2. p. 65. n. 10. An qui domum meretricibus locat peccet, n. 11.
Locus Horas Canonicas recitandi, t. 1. p. 105. n. 10. p. 114. n. 31.
Lucrum cessans, & ejus conditiones, t. 2. p. 49. à n. 1. Quot conditiones ejus propugnatores assignent, p. 50. à n. 6. Auctoris consilium, à n. 1.
Ludus propter lucrum an vitiosum, t. 2. p. 64. à n. 1. Aleæ, seu fortunæ an licitus, n. 4. Clericis, & Regularibus est prohibitus, t. 2. p. 204. n. 11. p. 269. n. 1. & seq.
Luxuria quid, t. 1. p. 173. n. 2. p. 241. n. 2. Ejus filiæ, n. 3. Ejus remedia, p. 182. à n. 1.

M

Magia quid, & quotuplex, t. 1. p. 124. n. 1. Superstitiosa, n. 3.
Maledictio quid, t. 1. p. 191. n. 5. Contra proximum an peccatum, p. 88. n. 5.
Maleficium an à malefico, vel saga tolli liceat, t. 1. p. 97. n. 34.
Malitia quid, t. 1. p. 243. n. 5.
Malum quantumvis minimum non licet parato ad majus consulere, t. 1. p. 91. n. 17.
Mamillas tangere mulierum an mortale peccatum, t. 1. p. 179. n. 29.
Maritus alimenta uxoris præbere tenetur, t. 1. p. 154. à n. 1.
Mater gravida impotens ad partum, sectionem ventris mortiferam non tenetur pati, t. 1. p. 72. n. 14.
Materia legis quæ, t. 1. p. 223. n. 2.
Matres suos filios proprio lacte alere tenentur, t. 1. p. 153. n. 8.
Matrimonium quid, t. 2. p. 219. n. 1. & seq. Quando Sacramentum, n. 7. & seq. Ejus materia, & forma, p. 220. à n. 1. Sacerdos est ejus Minister, ib. & p. 229. n. 15. Consensus, qui in matrimonio requiritur, p. 221. à n. 1. Ejus proprietates, p. 223. n. 1. & seq. Ejus vinculum est indissolubile, ibid. n. 1. An per professionem Religiosam dissolvatur, p. 224. n. 8. & 10. Validum subsequens sponsalia, non solum ea suspendit, sed etiam dirimit, p. 227. n. 13.
Matrimonium clandestinum quid, t. 2. p. 228. n. 1. Qui Parochus assistere debet, p. 229. n. 9. Qui ad illud assistere valeant, n. 10. Duos testes requiruntur, n. 12. Ante benedictionem illud consummare est peccatum, p. 230. n. 18. & seq. Ejus impedimenta dirimentia, ib. n. 1. & seq. Impedientia, p. 234. à n. 1.
Matrimonia nulla quomodo redintegranda, pag. 242. n. 21. & 27. An requiratur ut uterque conjux certior fiat, n. 23.
Matrimonia plurima incommodis, & ærumnis abundant, & causæ assignantur, p. 243. n. 1. & seq.
Matronæ honestæ pretium accipientes pro vendita pudicitia an illud restituere teneantur, t. 2. p. 22. n. 31.
Matutina à laudibus separare an peccatum, t. 1. p. 103. n. 5. Post Missam illa recitare non est peccatum mortale, p. 114. n. 29.
Medicus animarum humanæ naturæ vulnera in primis scire debet, t. 1. p. 1. n. 2.

Medicus in medendis fœminis sæpè peccans an absolvendus, t. 2. p. 175. n. 7.
Medicorum peccata, t. 2. p. 73. n. 8.
Melior est conditio possidentis in justitiæ materia locum habet, t. 1. p. 31. n. 2. & p. 41. à n. 1.
Mendacium quid, & quotuplex, t. 1. p. 190. n. 2. & seq.
Mensura minori vendentes an ad restitutionem teneantur, t. 2. p. 40. n. 26.
Mercator pecunias fœnebres ad negotiationem petere nequit, t. 1. p. 91. n. 16. Ob dilatam solutionem pretii an carius merces vendere possint, t. 2. p. 38. n. 13.
Mercatores an pretio currenti merces vendere possint, dum sciunt brevi superventuram copiam, t. 2. p. 28. n. 9.
Merces vendens plus quam à Domino præscriptum fuit an aliquid sibi retinere valeat, t. 2. p. 36. n. 10. Exquisitiores an vilioribus misceri possint, & taxato pretio vendi, p. 38. n. 12. Earum vitia, aut bonitatem manifestanda sunt, p. 40. n. 22.
Meretricibus domum locare an licitum, t. 1. p. 96. num. 28.
Meretrix pretium suæ scortationis an retinere possit, t. 2. p. 22. n. 30.
Metoposcopia, t. 1. p. 123. n. 18.
Mimæ an sint absolvendæ, t. 2. p. 175. n. 10. & 11.
Ministri Sacramentorum quinam, t. 2. p. 78. à n. 1. Eorum intentio, n. 2. An in peccato ministrando pecent, p. 79. n. 11. & seq. Quibus ministrari debent, p. 80. n. 19.
Minister vagorum peregrinorum, &c. quinam sint, t. 2. p. 164. n. 16.
Missam ante matutinum celebrare non est peccatum mortale, t. 1. p. 114. n. 29.
Missa in die festo audiri debet integra, t. 1. p. 201. à n. 1. Quæ præsentia requiratur ad eam audiendam, n. 2. Locus in quo audiri debeat, n. 3. & t. 2. p. 100. n. 22. Quæ attentio, & intentio requiratur ut impleatur præceptum, t. 1. p. 201. n. 5. Causæ ab ea excusantes, p. 202. n. 11. Missa est verum sacrificium, t. 2. p. 96. n. 3. & 4. Ejus essentia in quo sistat, à n. 5. Ejus valor infinitus, pag. 97. à n. 1. Ejus effectus, n. 2. Cui offeratur, n. 3. & seq. Ejus Minister, n. 6. & 7. Ejus eleemosyna à quo taxanda, p. 98. n. 2. Quinam simoniæ suspicionem præbeant, n. 4. Qua hora celebrare liceat, p. 100. n. 20. An in eadem die liceat plures celebrare, num. 21. Ejus cæremoniæ, pag. 101. à num. 1. In quot partes distribuatur, n. 5. Rubricas negligere an peccatum, p. 102. n. 6.
Mohatra, v. *Contractus*.
Monachi qui dicantur ut eos percutiens excommunicationem incurrat, t. 2. p. 254. n. 21. & seq.
Monasterium in bona Religiosi professi succedens tenetur implere vota quæ ediderat ante professionem, t. 1. p. 129. n. 5.
Monetam falsam accipiens, & eam expendens ad quid teneatur, t. 2. p. 18. n. 29.
Monetarum vitia omninò sunt declaranda, t. 2. p. 40. n. 25.
Moniales earum professiones privatim etiam tenentur ad horas, tom. 1. pag. 106. n. 4.
Monitum ad Confessarios circa divites, t. 1. p. 80. n. 1. & seq.
Monopolium quid, t. 2. p. 35. á n. 1. An aliquando licitum sit n. 3. & seq.
Mons pietatis quid, t. 2. p. 35. á n. 1.
Montes cujus sint, t. 2. p. 12. n. 14.
Moribundus sensibus destitutus an absolvendus, t. 2. p. 148. n. 7. & seq.
Mors Presbyteralis impedit matrimonium, t. 2. p. 234. n. 3.
Mulieres se ornantes an peccent, t. 1. p. 91. n. 2. & seq. Earum pompas Sancti Patres detestantur, p. 92. n. 5. & seq. Nudato pectore incedentes an peccent, p. 94. n. 17.
Mulieres permittentes pullitulos suos sibi inservire an peccent, p. 95. n. 21.
Munus ab obsequio, manu, & lingua quid, t. 2. p. 206. n. 6. & seq.
Musicalia instrumenta an in cantu Ecclesiastico sint adhibenda, t. 1. p. 103. n. 8.
Mutilatio alicujus membri an licita, t. 1. p. 162. num. 26.
Muti, & surdi à nativitate an sponsalia contrahere queant. t. 2. p. 226. n. 5.
Mutus ad confessionis annuæ præceptum tenetur, t. 1. p. 212. n. 5.
Mutus damnum non manifestans quis, t. 2. p. 21. n. 18.
Mutuator ultroneus an aliquid exigere possit ratione lucri cessantis, t. 2. p. 49. n. 5. Quandò fœnerator erit, p. 52. n. 10. & seq.
Mutuum quid, t. 2. p. 41. à n. 1. Petere ab usurario sub usuris an licitum, p. 58. n. 24.

N

Nautis an sit licitum deferre concubinam in domum heri, vel è contra, t. 1. p. 95. n. 22.
Necessitas triplex, t. 1. p. 77. n. 1. Necessitas quæ laborantes die festo excusat à peccato, p. 200. num. 5.
Necromantia, v. *Divinatio*.
Negotiatio quid, & quotuplex, t. 2. p. 34. à n. 1. Clericis, & Religiosis est prohibita, n. 2. & p. 203. n. 7. An per alios negotiari possint, p. 35. n. 4. Quomodò laicis illicita fiat, p. 35. n. 6. & 7.
Nemo judex in propria causa, t. 1. p. 187. n. 11. Nemo inauditus damnatur, ibid.
Notariorum peccata, t. 2. p. 73. n. 7.
Novitii an ad Horas Canonicas teneantur, t. 1. p. 104. n. 5.
Novitiatus Regularium, t. 2. p. 274. n. 1. & seq. Qui ad eum sint inepti, n. 2. Omnibus privilegiis Religionis Novitii gaudent, n. 4.
Numerus peccatorum est in confessione exprimendus, t. 2. p. 141. n. 10.
Nuncupativum testamentum quid, t. 2. p. 66. n. 2. Quas solemnitates requirat, n. 4.

O

Obedientia filiorum erga parentes, t. 1. p. 152. n. 1.
Obedientia Religiosa quid, t. 2. p. 273. n. 3. Quot conditiones pro exacta obedientia requirantur, num. 4.

Obligatio quid, & quotuplex? t. 2. p. 29. n. 7. Hæredum, p. 67. n. 9. Executoris testamenti, p. 68. n. 10. Professionis baptismalis, p. 86. à n. 1. Conjugum ad debitum reddendum, p. 239. n. 3.
Obreptitia dispensatio quid? t. 1. p. 229. n. 24. & tom. 1. p. 235. n. 12.
Obstetrices quæ invalidè pueros baptizarunt, tenentur cum mortis periculo crimen manifestare, tom. 1. p. 72. n. 13.
Occasiones quas vitare debet pœnitens, tom. 2. p. 137. n. 13. & 14.
Occasio proxima quid? pag. 138. n. 17.
Occisio invadentis pudicitiam an licita? t. 1. p. 162. n. 24. An se ipsum occidere liceat, n. 25.
Occisor an ad restitutionem teneatur, t. 2. p. 26. n. 2. Damna quæ compensare debet, n. 3.
Occupatio quæ ab horarum recitatione eximit, tom. 1. p. 113. n. 5.
Odium Dei duplex, t. 1. p. 87. n. 1. Est omnium scelerum gravissimum, p. 243. n. 1.
Odium proximi quid? tom. 1. p. 87. n. 2.
Offensus tenetur signa dilectionis offensori pacem petenti exhibere, t. 1. p. 73. n. 5.
Officia parentum in filios, t. 1. p. 152. à n. 1. Principum officium, p. 155. n. 2.
Officium Divinum, v. *Horæ Canonicæ*.
Omen quid? t. 1. p. 123. n. 9.
Opera ex conscientia invincibiliter erronea peracta, bonitate, aut merito non sunt prædita, t. 1. p. 28. n. 1.
Opera quæ comitari jejunia debent, t. 1. p. 210. num. 13.
Opera bona propter scandalum pharisaicum numquam omittenda, t. 1. p. 89. n. 7. Necessaria ad salutem propter scandalum nequaquam negligi queunt, ibid. & p. 90. n. 11.
Opinio probabilis quid? t. 1. p. 32. & seq. Quotuplex p. 33. n. 1. & seq.
Oratio quid? t. 1. p. 98. n. 1. Quotuplex, n. 2. An sit necessaria necessitate medii, ibid. Datur orandi præceptum, n. 6. Quo tempore urget, n. 7. Ejus effectus, p. 100. n. 2. Ejus conditiones quæ, & quot? num. 1. & seq. Tepida, & frigida nulla est, ibid. Pro viatoribus, & animabus Purgatorii est orandum, p. 101. n. 6. & seq. An animabus Purgatorii pro quibus suffragia applicantur prosit, n. 9. Est actus virtutis Religionis, p. 111. n. 6. Omitti sine culpa potest, at recitari mente distracta sine culpa aliqua nequit, p. 112. n. 11.
Oratoriis privatis quando ibi celebrari debet? t. 2. p. 100. n. 23. & seq. An omnes in eo assistentes satisfaciant præcepto? n. 26.
Ordinandi qua scientia pollere debent, t. 2. pag. 205. n. 1. & 2.
Ordo quid, & quot, t. 2. p. 198. n. 1. & seq. An singuli sint Sacramenta, p. 199. n. 13. Ejus materia, & forma, ibid. à n. 1. Minister à n. 1. Quo tempore administrari queant, p. 200. n. 6. Qui primam tonsuram ante confirmationem accipit, peccat, n. 9. Ejus Effectus, p. 201. n. 16.
Ordo in dilectione, t. 1. p. 72. n. 15. Servandus inter debita, t. 2. p. 25. n. 8. Inter creditores simplices, non privilegiatos, n. 13.
Ornatus mulierum an peccatum? t. 1. p. 91. n. 2. & seq.
Oscula quando peccatum? t. 1. p. 178. n. 24. & 25.
Ostiariatus quid? t. 2. p. 198. n. 4. Ejus munia, ibid.

P

Pactum retrovendendi, & retroemendi an licitum? t. 2. p. 35. n. 5. p. 36. n. 6. Quo obstringitur censuarius ut redimat censum ad emptoris arbitrium an licitum, p. 63. n. 15.
Palpo quid? t. 2. p. 20. n. 15.
Paradoxa Probabilistarum, t. 1. à p. 41.
Parentes honorandi præceptum, tom. 1. pag. 50. n. 1. & seq. Eorum officia erga filios, p. 152. à n. 1.
Parentum nomine qui veniant, p. 155. n. 1.
Parochus peccatori occulto publicè Eucharistiam petenti subministrare tenetur, t. 1. p. 91. n. 19. Quibus diebus applicare pro populo Missam debeat, t. 2. p. 100. n. 19. Ejus residentia, p. 212. n. 1. Pro Matrimonio contrahendo, p. 229. n. 9. Vi, dolo, aut metu vocatus Matrimonio assistens an sit validum, n. 13. Quid in Matrimonio præstare debeat, num. 14. Ejus Minister, p. 120. n. 2. & seq. & p. 229. num. 15.
Parochorum munia in sponsorum institutione, t. 2. p. 236. n. 2. & seq. Monita Parochis pro conjugatis, p. 246. n. 5. & 6.
Participans quid? t. 2. p. 21. n. 17.
Parvitas temporis quæ à præcepti transgressione excusat, t. 1. p. 200. n. 1.
Pascua cujus sint? t. 2. p. 12. n. 14.
Pastores animarum in ægrotis sanandis quas regulas observare debent, t. 1. p. 7. n. 2.
Pater filiam dotare astringitur, t. 1. p. 154. n. 10. In quibus casibus alimenta filiis denegare teneatur, n. 11.
Patres Ecclesiæ qui sint? t. 1. p. 19. n. 2. & seq.
Patrimonium beneficii rationem non habet, t. 2. p. 211. n. 5.
Patrinus baptismi, t. 2. p. 86. n. 10. Confirmationis, p. 89. n. 14.
Paucitas electorum, t. 1. p. 10. n. 1. & seq.
Pauperes alii necessarii, alii voluntarii, t. 1. p. 80. num. 5. Qui simulant necessitatem, ut eleemosynas extorqueant, peccant, & ad restitutionem renentur, ibid. Qui majorem miseriam, quam qua præmuntur effingunt, peccant, ib.
Paupertatis votum est primum regularis vitæ fundamentum, t. 2. p. 263. n. 1. Ejus diffinitio. p. 264. n. 4.
Peccatum quid? t. 1. p. 232. n. 3. Distinguitur à vitio, num. 2. Ejus macula, n. 5. Quotuplex à n. 6. An mortale fieri possit veniale, vel è contra, num. 4. & seq. Quæ advertentia ad illud requiratur, p. 235. n. 13. Peccatum commissionis in quo consistat, p. 236. n. 2. Omissionis, n. 3. Distinctio specifica, & numerica, p. 237. à n. 1.
Peccatum primum Adæ quod? t. 1. p. 1. n. 3. Effectus originalis, n. 5.
Peccatum Philosophicum quid, p. 44. n. 18.
Peccata, quæ ad Superiores deferri debent, t. 1. p. 85. n. 26. & n. 28.

Peccatores à correctionis præcepto non sunt immunes, t.1. p.82. n.10. An debeant orare, & exaudiantur, p. 101. n. 10.
Peccata quæ in bello patrari solent. t. 1. p. 168. num. 10.
Peccatorum numerus est in confessione exprimendus, t.2. p.141. n.10. Dubia peccata an confitenda, p.146. n.8. & seq.
Peccata conjugum, tom.2. p.239. á n.1. p.242. num. 1.
Peculium an Regularibus congruat, tom.2.p.268. num. 4. Multa ex illo proveniunt peccata, num. 6.
Pecuniæ mutuo à fœneratore accipere ad fœnora parato an liceat, t. 1. p. 91. n. 15. Pecunia natura sua sterilis est, t.2. p.41. n.6.
Pensio quid, t. 2. p. 212. n. 1. & seq. Causæ ad eam obtinendam, n.2. Quinam sint ad eam capaces, n. 4.
Pensionarii an ad Horas Canonicas teneantur, t.1. p.107. n.5.& 6. Eas omittens an ad restitutionem teneatur, p. 110. n. 14. Pensionarii onera, t.2. p. 212. n.6. Quando pensio exigatur, num. 7.
Peregrini, v. *Advenæ*.
Perfectio contractus duplex, t. 2. p. 29. n. 5.
Periculum sortis quid, & quotuplex, t. 2. p. 44. num. 1.
Perjurium quid, & quotuplex, t.1. p.148.n.1.& seq. Est gravissimum peccatum, n. 2. Ejus interpretatio, & dispensatio, ibid.
Permutatio beneficii an sit simonia, t.2. p.209.n. 25. Resignationi est affinis, p. 216. n. 15.
Persona complicis an manifestanda in confessione, t. 2. p. 148. n. 6.
Pertinacia quid, t. 1. p. 239. n. 4.
Pharmacopolarum peccata, t.2. p.73. n.8.
Physiognomia, t.1. p.123. n.18.
Pictoribus imagines turpes pingere an liceat, t. 1. p. 96. n. 31.
Pignus quid, t.2. p. 65. n. 3.
Piscatio an diebus festis sit licita,t.1.p.199.n.11. Quis eam vetare possit, t.2. p.12. n.13.
Plurálitas beneficiorum an licita, t.2. p.216. n.1. & seq.
Podomantia quid, t. 1. p.123. n.18.
Pœnæ contra blasphemos, t.1. p.140. n.7.
Pœnitentia quid, t. 2. p. 117. n. 1. & seq. Quot gradibus ad pœnitentiæ virtutem pervenitur, p. 118.n.6.Ejus effectus, n.7. Ut Sacramentum á n.1. Ejus materia, n.4. & 5. Conditiones propositi necessarii ad confessionem,p.136.á n.1.
Pœnitentiarius, qui tempore Divini Officii confessiones excipit, distributiones non amittit, t.1. p.119. n.14.
Pollutio quid, t. 1. p. 180. n. 3. In causa volita an peccatum mortale, n. 6.
Polygamia quid, t.2. p.213. n.2. & seq.
Pompas mulierum Sancti Patres detestantur, t. 1. p. 92. n. 5.
Possessio quid, t. 2. p. 11. n. 7. Ejus privilegia, n. 8.
Possessor bonæ, aut malæ fidei quomodò ad restitutionem tenetur, t. 2. p.16. n. 12. & seq. Dubiæ fidei quomodò restituere debet, p. 17. num. 19.
Præbendati ad Chorum frequentandum an teneantur, t.1. p.116. n.1. & seq.
Præceptum orandi grave est, t. 1.p. 53. n. 7. & exterius fidem confitendi, p. 54. n.1.
Præceptum fidei, spei, & charitatis, v. *Fides, Spes, & Charitas*.
Præceptum Confessionis, & Communionis, v. *Confessionis*, & *Communionis*.
Præcepta legis alia positiva, alia sunt negativa,t.1. p. 226. n.1.
Præcepta an unico actu implere valeant, n. 5. Eodem tempore multa præcepta impleri possunt, p.227. n. 6.
Prælati regulares dispensare in suis subditis vota an valeant, t. 1. p. 334. n. 21. Graviter peccant subditis de necessariis non providendo, t.2. p. 270. n. 1. & seq.
Prælectiptio duplex, t. 2. p. 13. n. 8. Jure Civili inducta quid, n. 10. Conditiones ejus necessariæ, n. 11.
Præstigium, v. *Divinatio*.
Præstimonia percipiens an teneatur ad horas, t. 1. p. 107. n. 3.
Præsumptio quid, t. 1. p.60. n. 8. p. 239. n. 3. Quotuplex, p.225. n.14.
Preces recitans animo distracto an peccet, t. 1. p. 112. n. 11. & 13.
Presbyteratus, & ejus munia, t. 2. p.198. n. 11.
Pretium justum duplex, t.2. p. 36. à n.1. vulgare, seu naturale undè summatur, p.37.n.5. Pretia rerum in quibus decrescant, n. 8. Circa pretium publica auctoritate præscriptum quæ notanda, p. 38. n. 11.
Primitiarum significatio, t.1. p. 215. n. 1. A decimis distinguuntur, n. 2.
Principum officium, t. 1. p. 155. n. 2. Unde facultatem occidendi facinorosos habeant, p.158. n. 3. Principi Clerici occidendi facinorosos potestate carent, n. 4.
Privilegium quid,t.1.p.231.n.2.A Dispensatione distinguitur,ib.Quotuplex,ib.Quis illud impertiri valeat,n.3. Quomodo interpretandum,n.5. Quot modis privilegia amittantur, p.232. n.6. Eorum communicatio inter regulares,n.7.An uti possit extra ditionem concedentis, p.231. n.4.
Probabilissmus quid, t.1. p.32. Auctoritate Theologorum improbatur p. 45. n. 1. & seq. illum Constitutiones Societatis Jesu improbant,p.46. n. 14. An sit vendibilis à Judice, tom.2. p.34. num. 14.
Proclamationes, v. *Denuntiationes*.
Procuratorum peccata, t.2. p.73. n. 7.
Professitia bona, v. *Bona*.
Professio Religiosa quid, t.2. p. 275. n.1. & seq. Ut sit legitima quid requiratur, n. 2. Impedimenta quæ nullam facere valent, n. 3. Ejus effectus, n. 5.
Professores alicujus artis an ex culpa levi,vel levissima ad restitutionem teneantur,t.2.p.15.n.10.
Promissio flagitiosa an ad rem promissam obligationem pariat, t. 2. p. 22. n. 25.
Promissio quid, t. 2. p. 65. n. 12.

Promulgatio legis est necessaria, ut obliget,t.1.p. 218. n.4. De modo promulgationis Auctores dissident, n. 5.
Propositiones damnatæ in controversia probabilissmi, t.1. p.33. n. 1. & seq. Damnatæ in fidei materia, p.48. Laxæ circa idem, p.49. Damnatæ erga Dei Charitatem, p. 60. Laxæ, p.61. Damnatæ erga proximi charitatem, p.69. Laxæ circa idem, ibid. Damnatæ de vitiis charitati oppositis, p.86. à n.1. Laxæ narrantur, ibid. Damnatæ erga Horas Canonicas, p.101. Laxæ circa idem,p.102. Damnatæ de voto,p. 126. Laxę circa, idem, ibid. Damnatę circa blasphemiam, p.157. Laxæ circa idem, ibid. Laxæ circa restrictiones mentales, p.144.n.3. Damnatæ erga honorandi parentes, p.150.Laxæ, ibid. Damnatæ circa homicidium,& duellum, p.156. n.1. & p.162. Laxæ circa idem. Damnatæ circa luxuriam, p. 169. Laxæ narrantur, ibid. Damnatæ circa furtum, p. 183. Laxæ circa idem, ibid. Laxæ erga falsum testimonium, p. 189. Damnatæ circa festorum sanctificationem,p.195. Laxæ circa idem,ibid. Damnatæ erga jejunium, p. 202. Laxæ circa idem, ibid. Damnatæ circa confessionem, & communionem, p. 211.
Propositiones damnatæ erga justitiam, t.2.p.1.á n.1. Laxę circa idem,ibid. Damnatæ super Sacramentis, p.73. Laxæ circa idem,ibid. Damnatæ circa Pœnitentiæ Sacramentum, p. 102. Laxæ circa idem.p.103. Damnatæ super occasione proxima, p. 173.n.1. Laxæ circa idem 174. Damnatæ super simonia, beneficiis, & Matrimonio, p.192. Laxæ circa idem, ibid.& seq. Laxæ circa sponsos, p.238. à n.1.
Proximus amandus est amore affectivo,& effectivo, t.1. p. 71. n. 9. Assignantur regulæ, ibid.
Pueri quo ætatis anno ad præceptum confessionis, & communionis teneantur, t.1. p. 211. n. 1. p.212. n.2. Septenes an legibus sint subjecti, p.223. n.5.
Pusillanimitas quid? t.1. p.243. n.7.
Pyromantia quid? t.1. p.123. n. 8.
Pythones, v. *Divinatio*.

Q

Quæstus meretricius an retineri possit? t.2.p.22. n. 30.
Qualitates theologorum, t.1. p.20. n.10.& seq.
Quasi castrensia bona, v. *Bona*.

R

Rancor mentis quid? t.1. p.243. n.6.
Rapina quid? t. 1. p. 185. n. 2.
Raptus quid? t.1. p.179. n.4. Matrimonii, t. 2. p. 233. n. 34.
Ratio mentis est regula proxima actionum moralium,t.1.p.35.n.4. Remota est lex evangelica, ibid.
Recidivis an sit impertienda absolutio, t. 2. p. 172. n.1. & seq. p. 176. n. 15. & seq.
Recursus quid? t. 2. p. 20. n. 26.
Regula operationis duplex, t.1.p.25. n.3.p.35. n.4.
Regulares ad Horas Canonicas tenentur, t. 1. p. 104.n.3.Quot ad chorum frequentandum sufficiant, n.4. An in votis sæcularium dispensare valeant, p. 134. n. 22. Quam facultatem absolvendi à casibus Papalibus habeant? t. 2. p. 251.n.13. & seq. Ad studia litterarum astringuntur, p.276. n.1. & seq. Eis peculium non congruit,p.268.n.4.Est eis prohibitus alearum ludus, p.269. n. 1. & seq.
Regularis Episcopo præsentatus,& injustè rejectus non absolvit validè, t.2. p.163. n. 4.
Religio quid? t.1.p.97. n.2. Ejus actus, n.3.
Religiosi nondum in sacris constituti ad horas tenentur, t.1. p.106. n. 4.
Religiosus Episcopus factus breviario suæEcclesiæ cujus est caput uti debet, t.1. p.105. n.13.
Religiosus ad tiremes damnatus an ad horas teneatur,p.106.n.5.An in bello justo manu propria ei liceat pugnare, p.168. n.7.
Religiosus status quid? t.2. p.261.n.1.& seq. Ad perfectionem tenentur tendere Religiosi, n. 2. Tria vota ad constituendum Religiosum sunt necessaria,p.263. n.14. Paupertas, n.1. Castitas,p.273. & Obedientia, n. 3.
Religiosus sacris initiatus cum pœnitente peccans, an circumstantiam voti confiteri teneatur, t.2. p. 142. n. 5.
Reliquiæ Sanctorum sunt adorandæ,t.1.p.121.n.7 Remedia Deus providit duo ut homo sanetur, t. 1. p.2. n.1.
Remedia scrupulosorum, t.1. p.32. n.6.
Renuntiatio confidentialis beneficii an sit simonia? t.2. p. 210. n. 32.
Repræsaliæ an in bello sint licitæ?t.1.p.169.n.13.
Reprobi multi, electi pauci, t.1. p.10. n.1.
Res sacræ quæ dicantur, t.1. p. 123. n. 8.
Reservatio casuum, t.2. p.166. à n.1. An ignorantia ab ea excuset?n.7. Quinam à reservatis absolvere possit? p. 167. n.11.
Residentia Parochorum,t.2.p.212.n.1.& seq.Pontifex,&Cardinales ad eam tenentur,p.213.n.3.
Resignatio beneficii quid?t.2.p.216.n.13.& 14.
Restitutio quid, & ejus origo? t.2.p.14. à n. 1. Quando facienda, n. 2. Qualem culpam inferat debitum restitutionis, p. 15. n.7. An sola culpa theologica ad eam inducat, n. 9.
Restitutio ob horarum omissionem cui facienda,t. 1.p.110.n.12. Famæ est necessaria ad salutem æternam obtinendam,p.194.n.1.Modus restituendi,n.4.Quę causæ à restitutione excusent, n.5.Quomodò facienda est restitutio,t.2.p.21. n. 22. Qui damni fuere cooperatores quomodò in solum teneantur, n. 23. & seq. Quo in loco,& cujus expensis fieri debet,p.24. n. 40. Cuinam restituendum, n.1. & seq. Ordo in ea servandus, p.25.n.5. Causa ab ea excusantes, p. 26. à n. 1.
Restitutio propter homicidium, mutilationem, stupeum,vel adulterium,p.26.à n.1.Ex homicidio casuali an restitutionis oriatur debitum, p.27.n.3.Quibus facienda ex homicidio restitutio,n.6.Defloratorvirginis quid restituere debet,n.9.Restitutio in integrum quibus competat, p. 32. n.5. An restituere debeant qui augent,

gent, vel diminunt pretium rerum, p.36. n.2. p. 37. n.3.
Rectrictio mentalis an licita, t.1.p.144. à n.1.
Revelatio secreti an manifestanda, t. 1. p. 192. n. 16.
Reus an teneatur fateri veritatem, t. 2. p. 70. à n.1. An fugere sit ei licitum, p.71. n. 5.
Rex catholicus in bello justo contra alios catholicos, an in auxilium gentiles, & infideles vocare queat, t.1. p.168. n.6.

S

Sacerdotes,& strictius confessarii Sacram Scripturam callere debent, t.1. p. 14. n.1. & seq. A Conciliis,& Patribus ejus lectio commendatur, p.6. n.3. Quinam præcipui libri quos Pastores animarum legere debent, n.6.
Sacerdos an per alium celebrare possit retenta sibi parte stipendii accepti, t.2. p. 98. n.5. An duplex stipendium pro uno sacrificio accipere possit, p.99. n.10.& seq. Tenetur Missam offerre, p.101. n.30. Est Minister Sacramentorum, p.78. n.1. Ejus potestas, p.163. n. 3.
Sacramentum novæ legis quid, t.2. p.76. à n.1. Ejus partes,n.3. An eorum materias,& formas Christus determinaverit,n.4.& 5. Quæ mutatio materiæ, & formæ nullum reddant Sacramentum,p.77.n.8. Quot modis variari potest, n.9. Materia,& forma dubia an uti liceat, n. 10. An forma conditionalis sit licita, n. 11. Quot sunt Sacramenta, n. 12. eorum efficacia in gratia conferenda, n.13. & seq. eorum Ministri, p.78. à n. 1. Quibus ministrari debent, p.80.n. 19. An à Ministro indigno sit licitum petere, p.81. n. 24.
Sacramentum Pœnitentiæ validum,& informe an detur, t. 2. p. 149. n. 13.
Sacrificium quid,& quotuplex, t.2. p.96.n.1. & seq. v. *Missa*.
Sacrilegium quid, & quotuplex, t.1.p.125.n.4. & seq. Pœnæ in sacrilegos, p.126. n.11.
Sacrilegium in sexto præcepto quid, t.1. p. 180. n. 8.
Saga undè dicta, t.1.p.125. n. 4. v. *Maleficium*.
Salutatores undè dicti, t.1. p. 124. n.2. Non sunt credendi, ibid.
Sancti sunt invocandi, t.1. p. 100. n.4. & adorandi, p.120. n.1. & seq.
Satisfactio Sacramentalis quid,t.1. p.149.n.1. & seq. Ejus effectus,p.150.n.6. In antiqua Ecclesia quænam fuit, n.7. Quotuplex, n.1. Quid Tridentinum de ea loquitur, n.2. Antiqui Canones respici debent ad eam injungendam, p. 151. n. 3. Acceptare eam tenentur pœnitentes, p.152. n.1. & seq.
Scandalum quid,& quotuplex,t.1. p. 88. n.1.& seq. An sit speciale peccatum, p.89. n.5.
Schisma quid, t.1. p.88. n.8.
Scientia quæ in promovendis ad beneficia requiritur, t.2. p. 213. n. 2.
Scorta an pretium ob turpem concubinatum à Religioso acceptum restituere teneantur, t. 2. p.23. n. 32.
Scribarum peccata, t.2. p.73. n.7.
Scriptura Sacra quid, t. 1.p. 2. n.2. Ejus sensus quot, ibid. Authentica quæ, p.3. n.5. An ejus intelligentia sit omnibus pervia, n. 6.
Scrupulus, v. *Conscientia*.
Secreti revelatio an manifestanda, t. 1. p. 192. n. 16.
Seditio quid, t.1. p.88. n. 9.
Senes sexagenarii ad jejunium an teneantur, t.1. p. 209. n.2.
Sensus scripturæ quotuplex, t.1. p.3. n. 4.
Servi an comitari Dominos ad fornicandum teneantur, t.1. p.157.n.8. Servitus triplex,n.4.
Sigillum confessionis quid,t.2. p.186.n.1.& seq. Quinam ad illud teneantur. p. 187. n.12.
Silvę cujus sint, t.2. p. 12. n. 14.
Simonia quid, t.2. p.206. n.1. Quotuplex, n.3. Fictus simoniacus an peccet, n. 5. Munus ab obsequio, manu, & lingua quid, n.6. Quandò committatur,p.207.n.1. & seq.An aliquid accipiens pro ingressu in Monasterio sit simonia, p.208.n.17.Simoniacorum pœnæ,p.210.n.1. & seq. An restitui debeant, p. 211. n.5.
SimulatioSacramentorum an licita,t.2.p.81.n.22
Singuli quæ ad eorum statum pertinent scire tenentur, t.1. p.235. n.16.
Societatis contractus circa animalia, t. 2. p. 58. n. 20.
Societatis Jesu Constitutiones probabilissimum improbant, t. 1. p. 46. n.14.
Sodomia quid, t.1. p.182.n.14. Pœnæ in Sodomitas, n.15.
Solicitatio in confessione, t.2. p.188. à n. 1.
Sortilegium quid, t.1. p.123. n.10.
Sortitio an licita in electione ad beneficia Ecclesiastica, t.1. p.124.n.19. An consultoria sit licita, n.20.
Sortis periculum quid, & quotuplex, t.2. p. 44. n. 1.
Spatulamantia quid, t.1. p.123. n.9.
Specificatio quid, t.2. p.12. n. 7.
Spes quid, t.1. p.59.n.1. & seq. Ejus objectum, præceptum,& subjectum,ibid. Vitia spei opposita, p.60. n.7. Spes christiana fortitudine nititur, n.67. n.7.
Sponsalia quid, t.2. p. 225. n.1. Quibus verbis contrahantur, n.4. Ætas ad sponsalia, p. 226. n.6. An illicò contrahendum quandò tempus non est præfinitum, n. 7. Qui ea emittere non possint, n.5. Mutuo consensu dissolvi queunt, n.9. Post ea Religionem ingredi potest, n.10. Votum castitatis emitti potest contractis sponsalibus, p.227. n.11.
Sponsalia præcedentia nullo modo dissolvuntur per posteriora,t.2. p.227. n.14. Causę ad ea dirimenda,n.15.& seq. Quis ea dirimere potest, p.228. n.21. Eorum finis,p.235. n.1.
Sponsio quid, t.2. p.64. n.7.
Status Religiosus quid, t.2. p.261. n.1.& seq.v. *Religiosus*.
Striges an de loco in locum transferantur,t.1. p. 125. n. 6.
Stuprum quid, t.1. p. 179. à n.1. Pœnæ in stupratores, n.3.
Subdiaconatus quid,& ejus materia, t.2. p.198. n. 8.

Subreptitia dispensatio quid, t.1. p.229. n.24. & t.2.p.235. n.12.
Substitutio vulgaris quid, t.2. p.67. n.6. Pupillaris, exemplatis, fideicommissaria, reciproca, & compendiosa, ibid.
Suffragia animabus Purgatorii pro quibus applicantur an prosint, t.1. p.101. n.9.
Superbia quid, t.1. p.238. n.1. & seq. Ejus species, n.2. Gradus,n.3. Filiæ, p.239. n.1. Fuit primum Adæ peccatum, p.1. n.3. Est initium, & radix omnium malorum, p.9. n.2.
Superiores qui dicantur ad subditos corrigendos, t.1. p.83. n. 16. In impedimentis matrimonii sine causa dispensantes peccant, t.2. p.235. n. 6. Peccant graviter Regulares non providendo subditis de necessariis, p.270. n.1. & seq.
Superstitio quid, & quotuplex, t.1. p.121. n.1. & seq.
Surdi, & muti á nativitate an sponsalia contrahere queant, t.2. p.226. n.5.
Suscepcio filiorum in baptismo, vel confirmatione impedit matrimonium, t.2. p.234. n.3.
Suspensio quid, t.2. p.255. n.1. & seq. Ejus effectus, n.4. Quam ob causam ferri potest, n. 7.
Suspicio quid, t.1. p.193. n.2.
Susurratio quid, t.1. p.191. n.3.

T

Tactus quandò peccatum, t.1. p. 178. n.25. & 26.
Tentatio Dei quid, t.1. p.125. n.1.
Testamentum quid, & quotuplex, t. 2. p.66. à n.1. Nuncupativum quid, quas solemnitates requirat, n.2. & 4. Ad pias causas, n. 5. An commutari possit,ibid. Imperfectum quid,n.7. Quinam condere possunt,n.9.Qui nequeant instituí in hæredes, n. 11. Filii spurii, & naturales quomodo patri succedant, n.12. validum quomodo revocari queat, p.67. n.7.
Testatoribus assistentes consulant ut justè, & prudenter distribuant legata, t.2. p.19. n.4.
Testes duo ad matrimonium requiruntur, t.2. p. 229. n. 32.
Testimonium falsum quid, t.1. p.190. à n.1.
Testis quis, t.2. p.71. à n.1. Quando testificari teneatur, n.2. Quinam à testificando sint liberi, n.4. Quando testis peccet, & ad restitutionem teneatur, p.72. n.5.
Theatra, quæ hodie repræsentantur obscœna, & turpia sunt, t.1. p.97. n.35. Illis adesse an licitum, p.176. n.14. & seq.
Theologiæ scholasticæ officium, t. 1. p.20. n. 8. Ejus divisio, n.10. Qualitates Theologorum, ibid.
Thesaurus quid, t.2. p.12. n.4.
Timor quid, & quotuplex, t. 1. p.60. n. 5. & t. 2. p.123. à n.1. Servilis est insufficiens ad pœnitentiam, ibid. Objectiones diluuntur, p. 124. á n.1. & seq. A periculis removet, t.1. p. 67. n. 7.
Titulus Clericalis quotuplex, t.2. p. 200. n.10.
Torpor quid, t.1. p.243. n.9.
Traditio quid, t.1. p.15. n. 1.
Transactio quid, t.2. p.65. n.4.
Translatio Episcoporum est prohibita, t. 2. p. 216. n.9.
Tributorum lex an in conscientia obliget, t. 1. p.225. n.1.
Tutores an impuberum vota irritare possint, t.1. p.133. n.14.
Tyrocinium Regularium, v. *Novitiatus*.

V

Vanagloria filia superbiæ, t.1. p.239. n. 1.
Vana observantia quid, & quotuplex, t.1. p.124. n. 21.
Vasa sacra sunt veneratione digna, t.1. p. 121. n. 8.
Venatio opus est servile, t.1. p.198. n.8. Quando prohibita, t.2. p.12. n.13. Clericis est interdicta, p.204. n.8.
Venditio quid. t.2. p.32. n.1. Rei alienæ an valida, p.33. n.9. Rerum quæ adhibentur in pravos usus an licita, n.10. & seq.
Venditor an debeat præferre creditoribus privilegiatis, t.2. p.25. n.7.
Verba turpia proferre est peccatum, t.1. p.178. n. 23.
Veritas triplex, t. 1. p.89. n.7.
Vestes sacerdotales dignæ sunt veneratione, t. 1. p. 121. n. 8.
Viæ quæ hominem ad perditionem ducunt tres sunt, t.1. p. 23. n.7.
Virgines pro vendita pudicitia pretium accipientes, an illud teneantur restituere, t.2. p. 22. n. 31.
Virginitatis notio duplex, t. 1. p. 173. n. 6. Qua ratione amittatur, n. 7.
Virgo Maria cultu hyperduliæ adorari debet, t. 1. p. 120. n. 1.
Vitia contra naturam explicantur, t.1. p.180. n. 1. & seq. Capitalia, p. 239. n. 1. & seq. Justitiæ opposita, t.2. p.10. n.9. & 10.
Vitium quid, t. 1. p. 232. à n. 1. An à peccato distinguatur, n. 2.
Vocatio ad Ordines quid, t. 2. p. 201. n. 1. & seq. Ad statum Religiosum, p. 202. n.8.
Voluntarium quid, & quotuplex, t. 1. p. 215. n.1. & seq.
Voluntas ut liberè agat quid requiratur, ibid. n. 9.
Votum quid, t.1. p. 127. n.1. & seq. Ejus conditiones, ibid. Ejus materia, n.6. Quotuplex, p. 128. à n. 1. Ejus obligatio, ibid. n.1. An vota parentum implere filii debeant, p.129. n. 4. Hæredes ad testatoris vota an teneantur, n. 5. Quo tempore sunt implenda, n.6. Quid de voto dubio, n. 7. Ex metu extortum an validum, p. 131. n. 14. Conditionatum, n. 16. Qui vota edere possunt, ibid. n. 1. & seq. An cessante causa movente, cesset votum, p. 132. n. 4. Voti irritatio, n. 7. Quis irritare possit, n. 9. Ejus dispensatio, p. 134. n. 18. Quis dispensare valeat, n. 19. Qui aliis dispensant an sibi ipsis dispensare valeant, n. 20.

20. Causæ dispensandi, pag. 135. n. 29.
Vota Summo Pontifici reservata, p. 134. n. 23. & seq.
Voti commutatio, t. 1. p. 136. n. 33. Quandò sit vera, ibid. Ejus commutatio vi Jubilæi, aut Bullæ Cruciatæ, n. 37.
Votum castitatis emitti potest post sponsalia, t. 2. p. 222. n. 11.
Votum impedimentum matrimonii, t. 2. p. 231. n. 6.
Vota tria religiosorum paupertatis, castitatis, & obedientiæ, pag. 263. num. 1. p. 273. n. 1. & seq.
Usucapio, v. *Præscriptio*.
Usufructuarius quibus fructibus frui possit, t. 2. p. 11. n. 5.
Usura quid, t. 2. p. 41. à n. 1. Ejus divisio, p. 42. n. 4. Sive à divitibus, sive à pauperibus percepta est prohibita, n. 6. An detur in ea parvitas materiæ, p. 43. n. 1. An aliquid supra sortem sit licitum accipere, n. 3.
Usura mentalis quotuplex, p. 51. n. 2. An sperare aliquid ex mutuo sit licitum, n. 3. Pupillaris, & dotalis quæ dicatur, p. 52. n. 8.
Usus sacrarum imaginum est licitus, t. 1. p. 121. n. 4.
Uxores de maritorum bonis facere eleemosynas nequeunt, t. 1. p. 80. n. 3. Maritis obedientiam præstare debent, t. 1. p. 154. n. 3.
Uxoricidium, t. 2. p. 234. n. 3.

FINIS.

UANL
UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
DIRECCIÓN GENERAL DE BIBLIOTECAS

UNIVERSIDAD AUTÓNOMA DE NUEVO LEÓN
UANL
DAD AUTÓNOMA DE NUEV
CIÓN GENERAL DE BIBLIOTE